16.a.2-2



corsilla y botos. d. tomas- gumatico

del Collegio dela Compañia de Jesus de granada
R.5998

# CONSILIA ET VOTA, SEV IVRIS RESPONSA

D. THOMAE GRAMMATICI

Patricij Neapolitani, V. I. D. Regij Conſiliarij, tam Ciuilia, quàm Criminalia in vnum volumen congeſta, & publicæ vtilitati ſtudioſorum omnium edita.

*Quibus etiam acceſſerunt eiuſdem Quæſtiones,*

NVNC DEMVM SVMMA CVM diligentia, quàm vnquam antehac excuſa, cum Indice locupletiſsimo.



LVGDVNI,
SVMPTIBVS PHILIPPI TINGHY FLORENTINI.

1575.

CVM PRIVILEGIO REGIO.

# THOMAE GRAMMATICI NEAPOLITANI, IVRIS VTRIVSQVE DOCT. CELEBERRIMI,

Conſilia ſeu Iuris Reſponſa, adhibita in collaterali Regio conſilio, ſuper cauſis fiſcalibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnus de viſu integer, facit ſufficiens indicium ad torturam.*

2 *Tortura datur in ſubſidium, quando veritas aliter haberi non poteſt, & vbi non conſiſtat de delicto, & iudex aliter faciens tenetur ac ſi eſſet homicida, & tanquam crudelis tenetur in ſyndicatu.*

3 *Tortura datur, vt tortus fateatur delictum, de quo conuincitur, ne per appellationẽ retardetur id, quod pronunciatum fuerit, & ita ſeruat conſuetudo.*

4 *Teſtium numerus ſupplet defectum, non tamen in cauſa criminali.*

5 *Teſtium numerus ſupplet defectum etiam in cauſa criminali, vbi tractatur de torquendo, quia plures inhabiles ſeu infames ſufficiunt, ſecus vbi tractatur de condemnando.*

6 *Teſtes de viſu delicti commiſſi deponentes, licet repulſentur, tamen ſi remanent illæſi, alij teſtes deponentes de fama, plenè probabunt.*

7 *Teſtes contrarij ſeu diuerſi à depoſitione principali, an poſſint reduci ad concordiam ad euitandum falſitatem.*

8 *Teſtes vbi ſunt ſuſpecti de falſo, datur cautela vt interrogentur ſuper circunſtantijs, ſi ipſi ſtabant, vel ſedebant, vel ſi aer erat nubiloſum vel obſcurum, ſeu clarum eo die, & pariter de qualitate veſtium, & de forma loquendi, & ſimilibus, ad ipſos intercipiendum, ſi verum dixerint. & num. 9.*

10 *Delicta commiſſa de nocte, ſunt difficilis inquiſitionis, & probationis, & ideò raro reperiuntur ſine tortura, quia ob tempus nocturnum dicuntur clandeſtina. & num. 11.*

12 *Teſti deponenti ſe pecunia corruptum ne teſtimonium dicat contra aliquem, credendum eſt, & fortius credendum erit, ſi dixerit ſe tentatum de corruptela, ne deponeret. & num. 13.*

## CONSILIVM I.

TRemendi Dei ſuffragio poſtulato, Excellens domine Malferite, regens Regiam cancellariam digniſsime, Quoniam hic Sabatinus Cacace de Caruizano homicida, quæritat per friuolas appellationes ſui notorij criminis animaduerſionem diuertere: idcirco iura Regij fiſci aduerſus ipſum in præſentia Magnific. ſuæ cauſæ patroni concurrentis adducere non veritus, vt fortè ipſis per eius Magnific. ruminatis, liti cauſæ cedere non dedignetur. Et in primis reperio ex quinque teſtium depoſitionibus de viſu liquere de homicidio patrato per eundem in perſonam quondam Hieronymi Paraſcandoli, dum deponunt eundem Sabatinum armatum in præfato homicidio
1 adſtitiſſe & interfuiſſe, & notiſsimi iuris eſt, † quòd teſtis vnus ſolus de viſu, dummodo integer, facit indicium ſufficiens ad torturam. glo. eſt in l. maritus. ff. de quæſtionibus. quam facit ſingu. Bald. in cap. primo. §. ſacramentum. de conſuet. recti feudi Bartol. in l. prima. §. iidem Cornelio. ff. de quæſtio. ſed cùm in caſu præſenti ſint multi, & quamplures teſtes, qui viderunt Sabatinum præfatum armatum adſtitiſſe in homicidio præfato, ergo cautius torturæ ſubiici poterit, vt de perpetrato facinore clarius per eius confeſsionem liquere poſsit. Nec obſtare poterit, quatenus ex aduerſo dictum fuerit, quòd cùm conſtare videatur de delicto, id eſt, de homicidio, & quòd prope occiſum Sabatinus ipſe armis euaginatis adſtabat, & ſic quòd eo caſu procedi debeat ad condemnationem, & non ad torturam, cùm tortura detur in
2 ſubſidium, & deficientibus aliis probationibus, † & ſic quando veritas aliter haberi non poteſt, ſecus quando aliter de delicto clarè adparet, quia tunc non eſt locus torturæ. tex. eſt, & ibi Bartol. in l. edictum. ff. de quæſtionib. ſequitur Angel. in tractatu maleficior. in verſicul. fama publica præcedente. folio 4. verſicu. nunc videamus de tortura. Gandin. in eodem tractatu maleficiorum, ſub titu. de quæſtionibus & tortur. & ideo dicit Angel. in l. ſi certus. ff. ad ſille. quòd malè facit iudex eo caſu ponere reum ad torturam: & tenetur in ſyndicatu, quando aliter adparet probatum de delicto: quia dum conſtat per teſtes de viſu, debet procedere ad condemnationem, & non ad torturam: vt dicit Baldus in l. qui ſententiam. C. de pœn. Andr. de Iſerni. in capitulo primo. §. ſcire. ſi de feudo fuerit controuer. inter dom. & fide. & in conſtitutio. Regni, ſi damna clandeſtina. ſeptima colum. vbi ſubdit, quòd iudices crudeles aliter faciunt ad denegandum beneficium defenſionis, id eſt, appellationis à iure permiſſum, & tenentur ac ſi eſſent homicidæ. Nam præallegatis reſpondetur dupliciter. Et primò, quòd adhuc non adparet, an ipſe Sabatinus Hieronymum præfatum occiderit, ſed quòd adſtetit armatus in tempore & loco homicidij commiſsi, ad ſciendum ſi ipſe ſolus, an cum aliis occiderit, quo caſu etiam crimine plenè probato, torqueri poteſt inquiſitus ad ſciendum complices & fautores, aut alias qualitates: prout nos docet Baldus in l. ſecunda. C. quorum appellatio. non recip. Secundò, quòd eo caſu, dum conſtat per teſtes de viſu, non adhibetur tor-

tura, vt aliter conſtare debeat de delicto: †, ſed ſo-
3 lùm vt fateatur delictum, de quo conuincitur, ne
per appellationem quod fuerit pronuntiatũ ſuſpendi
contingat: & hoc per doctrinam Bartol. in l. prima.
C. de iuramen. calum. vbi ſubdit, quòd ita iudices ſer
uant de conſuetudine. refert & ſequitur Paris de Put.
in tractatu ſyndicatus, in verſicu. tortura. in capit. de
repetitione torturæ. in ſecunda colum. & idem te-
net Baldus in dicta l. prima. & ſubdit ſe credere, quòd
iudices bene faciunt, quando habent certitudinem
de maleficio, procedere ad torturam: & idem reperio
tenuiſſe dom. Anton. de Alexan. in l. j. §. ſi quis vltro.
ff. de quæſtio. in additionibus ſuis ad Bartolum, & ibi
dicit formaliter hæc verba: & videmus aliquando
quòd cauſæ plenè probatæ per teſtes, tamen reus tor
quetur: ſecundum practicam communem, quam ap-
probat Bal. in l. ij. C. quorum app. non recip. & ſubdit
quòd poterit torqueri, vt interrogetur de ſociis, ſeu
de aliis criminibus per eum commiſsis. & idem ipſe-
met dom. Anto. de Alex. firmat opin. præfatam Bald.
contra Cyn. contrarium tenentem, in præalleg. l. j. C.
de iuram. calum. *iij. colum. circa fin.* ſubdens id fieri
debere ad euitandum calumnioſas appellationes: &
*amplius* ſubdit formaliter hæc verba, videlicet, tene
menti, tu qui vis practicare: quia ita communiter ob
ſeruatur. argum. l. ſi quis exhæredato. §. ſi quis. ff. de
iniuſt. rup. & irrit. teſtamen. licet contrarium dixerit
Cy. & malè in l. obſeruare. C. quorum appel. Nec ſuf-
fragaretur allegare prout obiicitur, quòd teſtes ipſi
eo modo de maleficio deponentes, videantur ali-
quantulum eliſi per repulſam aduerſus eoſdem fa-
ctam: quia ſi rectè aduertatur, nihil eis nocuiſſe nec
nocere adparet: tum etiam quia abſque veri præiudi-
cio, ſecus eſſet quando ſunt pares numero: quo caſu
etiam data aliqua inhabilitate ipſorum, eo caſu nu-
merus ſupplet defectum teſtium. gl. eſt in l. iij. §. eiuſ-
dem. ff. de teſt. Bald. in l. ſi quis ex argentariis. §. j. ff. de
edend. & in cap. ſi quis teſtium. extrà de teſt. vbi dicit
hoc eſſe menti tenendum. Idem tenet Nic. de Neapo.
in l. excuſatur. ff. de excuſ. tut. Alex. conſil. cxlix. ij. col.
v. volum. Sali. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Felyn.
in capit. in noſtra. de teſt. vbi ſubdit eſſe perpetuò no.
Nec militaret aduerſus præalleg. reſpondere, quòd in
præſentiarum ſumus in criminalibus, in quibus nume
4 rus † non ſupplet defectum teſtium, prout notabili-
ter voluit Bald. in cap. ad noſtram. extrà de probatio.
per tex. in cap. licet cauſam. §. quidam verò. eod. titu.
quod dictum Bald. refert & ſequitur Felyn. in cap. te-
ſtimonium. v. colum. in fin. de teſtib. & conſuluit Dec.
in ſuo conſil. cxxxiij. incip. viſo proceſſu. in fi. iiij. col.
vbi ad hoc alleg. Pet. de Anch. in ſuo conſil. ccxlvij. in-
cip. in cauſa agitata. & Ang. in ſuo conſil. cxxviij. & ſe-
quitur Marſil. in ſuo ſingu. ccccLxxvij. incip. in teſtib.
Nam ad hoc reſpondetur, quia dato ꝙ in cauſa crimi-
nali numerus non ſuppleat defectum teſtium, id intel
ligi debet, vt numerus teſtium præfatorum, non ſuffi
ciat ad condemnationem inquiſiti de crimine, ſecus
enim erit quo ad torturam: quia tunc licet teſtes ipſi
probentur infames, ſeu aliter inhabiles, cùm ſint plu-
5 res teſtes, licet ad condemnandum non ſufficiat: † ſuf
ficient tamen quo ad torquendum. Ita voluit Bald. in
l. cunctos populos. vj. colum. C. de ſum. trin. & fi. cath.
conſuluit Ludo. Roma. in conſil. cccclj. incipien. quæ-
dam mulier, &c. Franciſc. Bru. in tractatu de indic. &
tort. iij. col. & ideò ad corroborationem præfatorum
dixit pulchrũ Inn. in c. præſentiũ. extrà de teſti. ꝙ te-
ſtes repulſati faciunt præſumptionẽ. Et hoc tanto ma
gis concedendum eſt, cùm vltrà quòd præfati quinq;
teſtes ita depoſuerint, vt ſuprà, accedunt nonnulli alij
teſtes deponẽtes de fama publica, videlicet, quòd ita
erat, & inſurrexerat publica vox & fama inter maio-
rem & ſaniorẽ partem populi, quod Sabatinus ipſe in
homicidio præfato interfuerat ad occidendum Hiero
nymum præfatum: & ſic dato abſque veri præiudicio,
quòd teſtes ipſi fuiſſent aliqua repulſa accincti, atta-
men ex quo remanent alij teſtes deponentes de fama
illæſi, ex hoc ſolo præfati teſtes de viſu licet repulſa-
6 ti, plenè probabunt: † ita in propriis terminis notat
Iacobus Butrig. vt refet Alberi. in dicta l. iij. §. eiuſdẽ.
ff. de teſtibus. vbi formaliter dicit, quòd ſi maleficium
fuerit probatum per duos teſtes, quorum fidei detra-
hitur propter paupertatem, vel inimicitiã, vel aliam
ſimilem cauſam, & de delicto illo probatur per duos
teſtes, etiam de fama deponentes, tunc illi teſtes de
viſu, etiam ſi eſſent duo plenè probabũt. Idem in pro
priis terminis, & in particulari conſulendo tenet, &
ſequitur Laurent. Calca. in conſilio ſuo cix. ſecunda
colum. incipiente, quia cauſa iſta &c. Præterea, ſi be-
ne conſiderantur verba teſtium productorum per par
tem inquiſiti, apparebit omnes eſſe falſarios ac men-
daces, per conſequẽs nullam probationem inducere:
nam inquiſitus ipſe, & principalis examinatus depo-
nit, quòd illa prima die Ianuarij nemo fuit de ſero in
eius domo, niſi quædam mulieres, quas nominatim
exprimit: & tamen quatuor teſtes per eundem pro-
ducti, depoſuerunt ipſoſmet omnes eodem ſero illius
diei fuiſſe vnà cum præfato Sabatino inquiſito in eius
domo, & adinuicẽ cum eodem alloquutos fuiſſe per
certum temporis ſpacium: quæ quidem contrarietas
ſeu diuerſitas inter ipſos teſtes, & principalem, non
video ad quantam & qualem concordiam reduci poſ-
ſit, etiam vt euitari poſsit falſitas quæ ineuitabilis eſt
eo caſu, data diſcordia, imò contrarietate inter prin-
7 cipalem & † teſtes: vt dicit Innocent. in cap. cùm con-
tingit. de officio deleg. Bal. in §. quibus. in prima con-
ſtitut. C. Floria. in l. cùm de ætate. ff. de proba. Bartol.
Fulgo. & Paul. de Caſtro in l. ij. §. creditum. ff. ſi cer-
tum petatur. Abb. in capit. cùm Ioan. extrà de fide in-
ſtrument. Imò & plus, dum teſtes ipſi fuiſſent interro
gati ad effectum eruendi veritatem ſuper multis cir-
cunſtantiis, nedum reperti fuerunt varij & contrarij
inter eos, & præfatũ eius principalem, ſed etiam varij
& contrarij inter eoſdemmet teſtes: nam præfatus te-
ſtis interrogatus, quid fecerit poſtquam ingreſſus fuit
domum Sabatini præfatam, reſpondit, quod cœpit
ſedere ſuper quodam ſcamno ligneo, ſe calefaciendo
prope ignem, & quòd cæteri tres eius ſocij præfati te
ſtes ſtabant ſimiliter ſedentes ſuper eodem ſcamno,
prope ipſum teſtem, quouſque ibi morati ſunt, & ꝙ
omnes ipſi quatuor teſtes cecinerũt adinuicem quaſ-
dam cantilenas, prout eſt de more in illis diebus, &
hoc alta voce cantando. Item deponit, quòd dum
fuiſſent ingreſsi domum, omnes ipſi quatuor ſaluta-
uerunt Sabatinum inquiſitum in lecto iacentem, &
replicantem vulgariter, *ſi te li ben venuti accoſtatiue
alofoco, femine fate honore à queſti iuueni.* Secundus ve-
rò teſtis deponit, quod inquiſitus ipſe dormiebat, &
nunquam ipſis ingredientibus & ſalutantibus reſpon-
dit



dit, nec aliquid loquutus fuit cum eis, & quòd teſtis
ipſe nunquam ſedit, donec ibi fuit, ſed ſemper adſte-
tit: & alter ex eiſdem teſtibus deponit, quòd ſemper
adſtetit prope cubile Sabatini. & alter ex eis deponit
ſtetiſſe ſedẽdo ſupra podium disfabricatum. Item de-
ponit, quòd ipſe teſtis ſolus cantauit, & nullus ex aliis
cantauit, quia neſciebant cantare. alter ex eis depo-
nit, & eſt tertius teſtis, quòd duo ex eis adſteterunt
ſemper, & non ſederunt niſi ipſe teſtis ſuper bancho,
& alter ſupra podium fractum. alter verò quartus, &
vltimus teſtis deponit, che viciſsim cantabant à dui à
dui. Ex quorum depoſitionibus, maximè in circun-
ſtantiis prænarratis, adparet maxima diuerſitas, imò
contrarietas inter eoſdem teſtes, & principalem, nec-
non & inter eoſdẽmet teſtes, & iure cautum eſt, quòd
vbi teſtes ſunt ſuſpecti de falſo, ad cautelam, vt erua-
tur ſi falſum vel verum depoſuerunt, interrogentur
8 ſuper circunſtantiis, † & ſic, vt percipiatur ſi eis cre-
dendum ſit ita, vel ne. gloſſ. eſt not. in l. iij. teſtibus. ff.
de teſtibus. Azo in ſumma de teſtibus. penultima col.
gloſſ. in cap. cùm cauſam. in verbo, tempore. de teſti.
Specul. in titulo de teſte. in §. quid iam de interroga-
toriis. Felyn. in cap. cauſam. extrà de teſtib. Alexand.
in conſil. xc. in quarto volum. vbi in ſpecie conſuluit
teſtes interrogandos eſſe, an ſtarent vel ſederent: & pa
riter de qualitate veſtium ibidem intereſſentium, &
de ipſarum colore, & forma loquendi, & an ſimul vel
ſeparatim peruenerunt ad locum illum, & ſic de ſimi-
libus, & ſic data diuerſitate ſeu contrarietate eorum
dictis non ſtabitur. Bene faciunt not. per Bal. in dicto
cap. cùm cauſam. colum. quinta, vbi dicit, quòd huiuſ-
modi interrogationes nõ fiunt fruſtrà. Ex quo iudex,
9 quando † ſuſpicatur de teſte debet laborare circa hu-
iuſmodi interrogationes contra teſtes. & dicit obſer-
uari per Azon: in loco præallega. multo magis in cir-
cunſtantiis pertinentibus ad actum, de quo quæritur.
refert & ſequitur Alexand. in præfato conſilio nona-
geſimo. & idem Alexand. in conſil. cliij. v. colum. in v.
volu. & conſil. cliiij. ſecunda col. eodem quinto volu.
Imò & plus in ſpecie dicit Bald. in ſua margar. in ver.
iudex. verſic. cvij. incip. iudex debet laborare, quòd
iudex debet laborare vt intercipiat teſtem, ſi teſtis
ipſe ſibi ſuſpectus videatur, & ſubdit ita dixiſſe Inno-
cent. in capitulo cùm cauſam. in fin. de teſtib. & imò
tales teſtes ſuſpectos poteſt iudex interrogãdo de cir
cunſtantiis ipſos inuoluere, etiam in his, in quibus
ſubſtantia negotij non conſiſtit. Ita plenè Philip. De-
cius in regula ea eſt natura. numero 4. & 5. char. xxxij.
ff. de regul. iur. & voluit originaliter Bald. in l. finali. in
10 vltimo verſic. C. de teſtibus. Non † obmittendum
arbitror præfatis ſuffragari, quòd delictum ipſum fuit
commiſſum de nocte: & ſic eſt difficilis probationis,
ſeu inquiſitionis, vt dicit Bald. in l. de quibus. penulti.
colum. ff. de legib. gloſ. in l. ſi cum exceptione. §. in hac
actione. ff. quod met. cauſa. quo caſu dicitur delictum.
ipſum eſſe clandeſtinum ob nocturnũ tempus: & ideò
11 rarò reperitur abſque tortura: † vt inquit Baldus in l.
cùm fratrem. de his, quibus vt indignis. Angel. in præ-
fata l. ſi cum exceptione. & aliquid per Bald. in l. iij.
C. de epiſcop. audien. Alexan. de Imo. in conſi. j. in iij.
volum. & ſubdit Angel. in dicta l. ſi cum exceptione.
quòd ea, quæ de nocte fiunt, dicuntur ſecretè fieri: &
idem dicit in l. j. §. occiſores. ff. ad Silleian. Et quòd de-
lictum commiſſum de nocte, ſit difficilis inquiſitio-
nis vltra præalleg. tenuit Alexand. in conſil. xxiiij. in
ij. volum. Franc. de Aret. in conſil. xlvij. in fin. & ideò
dicit Angel. in l. fina. C. de probationib. quòd in de-
lictis ſecretis ob difficultatem probationum deueni-
tur ad torturam, & plerunque ad condemnationem:
& ideò in his caſibus ſufficiunt probationes per con-
iecturas: ita plenè Bartol. & Modern. in l. ſi quis ex ar-
gentariis. ff. de edendo. & in l. ſi quando. C. vnde vi. &
idem quod Angel. in dicta l. fina C. de probationib. te-
net Bald. in l. quicunque. C. de ſeruis fugiti. Accedit
inſuper depoſitio Bartholomæi Cacace conſobrini
fratris eiuſdem inquiſiti, in qua deponit quòd ideò
tempore, quo citatus fuit, vt veniret ad deponendum
in præſenti cauſa, minimè venit, ex quo rogatus fuit,
vt nullatenus venire debuiſſet ad ſe examinandum: &
ſi fortè ſe examinaretur, debuiſſet negare eius depoſi-
tionem factam contra ipſum Sabatinum. quo caſu
12 credendum eſt eidem teſti † in eo, quod deponit. Ita in
ſpecie voluit Bald. in capit. primo. ſi de inueſtitu. lis
oriatur inter domin. & vaſal. dum dicit credendum
eſſe teſti deponenti ſe pecunia corruptum, ne teſti-
monium dicat contra aliquem. & idem voluit Bald.
in cap. fina. dicendo ibi eſſe text. mirabilem, & rarò
alibi reperiri, extrà de teſtibus cogendis. & ſequitur
Ludouic. in ſingular. incipien. *tu ſai.* in ix. colum. idem
ſequitur Iaſon de Mayno in l. ſi non ſortem. ff. de con-
dictione indebiti. & in l. j. ff. de fer. fortius ergo cre-
dendum erit huic Bartholomæo eius fratri conſobri-
no aſſerenti ſe tentatum, vt non deponeret, ſeu quòd
13 eius depoſitionem † in proceſſu informatiuo factam
reuocaret, ſeu negaret ita depoſuiſſe, prout ſcriptum
comperiebatur: & ſic cùm tentatus fuerit, vt ita face-
ret, ſeu diceret, & minimè aſſentire voluerit, ſed po-
tius reuelauerit, longe commendandus eſt. Ita in ſpe-
cie conſuluit Bald. in ſuo conſilio ccccxxix. incipien.
An mandatarius. in iij. vol. alleg. tex. in l. ſi quis ſeruo.
C. de furt. & idem in terminis cõſuluit Franc. de Aret.
in ſuo conſilio xiij. in xij. colum. vbi fortius videtur
tenere, quòd eo caſu præfato vnico teſti credendum
ſit. Ex quibus omnibus negari non poteſt, quin ad tor
turam procedi non debet contra præfatũ Sabatinum
ex probatis contra ipſum vt ſuprà, & ita exequutum
mediante decreto.

Thomas Grammaticus, Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens cum baculo, non tenetur de vulnere letali, niſi in capite percuteret.*
2 *Ex modico ictu in capite quis letaliter lædi poteſt.*
3 *Ex capitis percuſſione quis rarò liberatur.*
4 *Vulneratus ad mortem dicitur ille, qui ſecundum regulas medicinæ non poteſt euadere, vel cum magna difficultate.*
5 *Quod vulneratus ſeu percuſſus in loco periculoſo non ſit mortuus ex vulnere, probatio huius negatiuæ eſt multum difficilis.*
6 *Vulneratus non dicitur mortuus ex vulnere, ſi non obſeruauit regulas medici, & ſua culpa perit.*
7 *Vulnus mortale dicitur, quondo apparuit in vulnerato ſignum mortale tempore vulneris, vel infra paucos dies, & num. 8.*
9 *Vulnerato ſi ſuperuenit febris poſt multos & plures dies à die illati vulneris, adeò quòd moritur, dicitur ex febre*

*ſuperueniente mortuus, & non ex vulnere. numero 10. & 11.*

12 *Febris licet ſit cauſata ex vulnere, non ex hoc debet vulnerans vt homicida puniri pœna mortis.*

13 *Vulnus ex quo quis deceſſit, ſi non adparuit de ſe mortale, debet ſaltem pœna mitigari.*

## CONSILIVM II.

IN Ieſu Chriſti Redẽptoris nomine, Amẽ. Ioan. Mancus agreſſus cum baſtono Iacobum tabernarium, eundémque in capite percutiendo cum ſanguinis effuſione vulnerauit, qui curatus per duos medicos ſpatio ſeptem dierum eundem incolumen reliquerunt. Vlterius deprehẽditur apertiſsimè vulnus illud à principio fuiſſe ſatis periculoſum: ambo tamen deponere adparent, ꝙ continuò Iacobus ipſe meliorauit, & infra ſeptem dies eundem Iacobum ſanum reliquerunt. verumtamen reliquet, quòd infrà dictos dies ſeptem, Iacobus ipſe capite inuoluto exibat extra domum, eundo per ciuitatem, & laborando in ſuis occurrentiis tabernæ. dubitatum fuit inter magnificos Iudices magnæ Curiæ vicariæ, an per mortẽ ipſius Iacobi ſubſequutam poteſt Ioannes ipſe de occiſo puniri: & concurrente inter eoſdem diuerſitatẽ, imò contrarietate votorum ego, vt partes fiſci tuerer, Ioannem ipſum vltimo ſupplicio condemnandum prima facie infrà ſcriptis me-
1 diis comprobaui. † Et in primis dixi, quòd licet percutiens cum baculo non teneatur ex vulnere letali, cùm non præſumitur habuiſſe animum occidendi: vt inquit Baldus in prœmio digeſtorum, tertia colum. id tamen non habet locum vbi percuſsio illa fieret in capite, ita dicit Angelus in l. prima. §. ſed ſi claui. ff. de ſicariis. quem refert & ſequitur Felynus in cap. ſignificaſti. extrà de homic. & hoc quia ex hoc adparet per-
2 cutientem habuiſſe animum occidendi, † cùm ex modico ictu in capite quis letaliter lædi poſsit. dicto cap. ſignificaſti. de homicidiis. Ita etiam dicit Bartol. in l. vnic. C. de emenda. ſeruor. Ange. in tractatu maleficiorum. in verſiculo, ſcienter & doloſè. Antonius de Roſa. in cap. conſuluit. ſecunda quæſtione ſexta. Hinc voluit nota. Rapha. conſulendo in conſi. ſuo cxxxiiij. ꝙ percutere in capite, eſt magis periculoſum, quàm in reliqua parte corporis. Hinc dixit pulchrè Baldus in capit. primo. §. ad hæc de pace iurament. firmanda. hoc procedere ratione cerebri, quod eſt membrum diuinum, ſecundùm Philoſophum, & eo læſo omnes ſpiritus deficiunt, & ideò concludunt Antonius de Butri. & Ioannes de Anania in dicto cap. ſignificaſti.
3 quòd † ex percuſsione in capite, quis raro liberatur. quod maximè dicunt vigere Bononię. Concurrit etiã depoſitio medicorum, quorum vnus deponit, vt ſuprà dixi, quòd ex vulnere deceſsit Sabatinus ipſe, & dictio, ex, ſignificat cauſam proximam. l. prima. §. ex incendio. ff. de incend. ruin. & naufra. & not. per Bartolum & doctor. in l. non dubium. ff. de legib. & voluit in terminis Barthol. Cæp. in conſilio ſuo xxviij. col. quinta. vnde cùm præfatus medicus deponit, quòd ex vulnere illo præfatus Sabatinus deceſsit, ſatis videtur deponere vulnus illud fuiſſe mortale. quod inſuper corroboratum adparet ex depoſitione alterius ſocij medici aſſerentis vulnus à principio fuiſſe periculoſum: attamen non ex hoc neceſſariò infertur, vulnus
4 fuiſſe mortale: cùm ille dicatur vulneratus † ad mortem, qui ſecundum regulas medicinæ non poteſt euadere, vel cum magna difficultate: iuxta not. in l. ſi ab hoſtibus. §. fina. ff. ſoluto matrimon. & in l. Martius. ff. de loca. & voluit in ſpecie Baldus in cap. primo. §. fin. prima columna. quibus modis feud. amit. ſed vulneratus in capite dicitur eſſe eiuſmodi, ex quo vulnus illatũ in capite, cõſueuit eſſe mortale: vt ſuprà dictum eſt: ergo &c. Et ideò dicit Baldus in titul. quibus mod. feud. amit. quòd probatio huius negatiuæ, videlicet quòd percuſſus in loco periculoſo, non ſit mortuus
5 ex vulnere, eſt multum difficilis: † ſed quia an vulnus ſit mortale, ita vel ne, ſtatur iudicio medicorum, per text. in l. ſemel. C. de re mili. libro xvij. & dicit Bartol. in l. ſi in rixa. in fin. ff. de ſica. & in prœmio digeſtorum in fin. princip. & ibi Cyn. & Baldus in tertia col. verſicul. & ideò an vulnus ſit mortale. Baldus in cap. primo. quibus modis feud. amit. verſic. ſed Abbas. & Antonius de Butri. in capit. prætereà. extrà de cleric. percuſſo. Gandi. in rubrica de homicidi. Cùm ergo ex depoſitione dictorum medicorũ adpareat vulnus fuiſſe mortale, ergo Ioan. ipſe tenetur de homicidio: & ſucceſsiuè ad pœnam vltimi ſupplicij condemnandus. Sed quia aliter votando, quàm procurando concludendum eſt, præſertim cùm de vitæ periculo agitur, & enim homo ad imaginem Dei creatus, ſic de facili contra legitima inſtituta morti tradi contingat, in præſentiarum votando poſtquàm vobis Magni. Iudicibus ita placuerit, tanquam fiſci patronus, dico Ioan. ipſum mitiori pœna, quàm vltimi ſupplicij plectendum: vt infrà. Nam in primis liquidè adparet ex meritis defenſionum præfati Ioan. qualiter dictus Iacobus poſt vulnus præfatum ſibi illatum publicè accedebat per ciuitatem Neapol. & adſtabat in eius taberna in eadem ſe exercendo, & die quadam ſatis elaborauit, voluendo & reuoluendo quandam quantitatem paleæ ſubtus ſuprà, vt reperiret enſem cuiuſdã Hiſpani eidem in accõmodam datum. Et notorium eſt ex communi obſeruantia & præcepto medicorum, quòd percuſſus in capite, debet ſtare recluſus, nec intueri aërem: nedum non exire extra domum, ſed ibidem clauſis feneſtris permanere, vnde negari non poteſt, quòd cùm Iacob. ipſe taliter fecerit, vt ſuprà, eius culpa non fuerit admiſta cum vulnere, quo caſu non dicitur mortuus ex vulnere: quia non dicitur ex ſimplicibus prouenire, quod cum alio proue-
6 nit. l. prima. ff. de aqua quoti. & æſti. † & ſic concludit, quòd eo caſu vulnerans non debet puniri de toto: ſed de vulnere tantùm. Idem refert & ſequitur Angel. in tractatu malefic. in verſic. ex interuallo dictus Titius. vnde cùm malam cuſtodiam Iacob. ipſe in vulnere ſibi adhibuerit, non ex hoc debet Ioan. ipſe de occiſo teneri. l. qui occidit. in fine. & ibi Floria. & in l. ſi ex plagis. in principio. ff. ad leg. aqui. Secundò adparet manifeſtè, quòd ambo præfati medici per extenſum in eorum depoſitionibus cõcludunt vulnus non fuiſſe mortale: ibi dum dicũt, quòd Iacob. ipſe bene ſtetit per ſeptem dies: adeò quòd ſe licentiarunt, & eundem validum & ſanum reliquerunt purgatum, & bene diſpoſitum. Iſta enim ſigna ſunt clariſsima ſanitatis & optimæ conualeſcentiæ, dearguentia vulnus non fuiſſe mortale: ex quo tunc vulnus dicitur eſſe mortale.
7 quando aliquid accidens, vel ſignum mortale † adparuit in vulnerato tempore vulneris, vel infra paucos dies. argumen. l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infe. quia ſigna



ſigna accidentia, maximè conferunt ad cognoſcendum quid ſit. l. de minore. §. fin. ff. de quæſtioni. l. iubemus. C. de teſtamen. l. prima. §. fina. C. de ædil. edict. & ſigna quaſi cauſam demonſtrant. l. prima. ff. de ventre inſpic. cap. primo, cum ibi not. extrà de probat. ita in ſpecie voluit Barthol. Cæpol. in conſil. lxij. columna quinta. Ex quibus concluditur vulnus ipſum non fuiſſe mortale, & licet ſuprà dictum ſit propter authoritatem Bald. ſuprà alleg. quòd probatio iſtius negatiuæ ſit difficilis, videlicet, quòd vulneratus in loco periculoſo, non dicatur deceſsiſſe ex vulnere, dico enim quòd quando ſigna accidentia ſunt bona, & inferunt ad ſanitatem, ſatis dicitur adparere vulnus non fuiſſe
8 mortale. † Cùm tunc dicatur vulnus mortale, quando aliud accidens vel ſignum mortale adparuit in vulnerato tempore vulneris, vel infra paucos dies, vt concludit Cæpo. in præfato conſilio lxij. Pro quo bene facit quod dicit Bart. in l. ſi in rixa. ff. de ſicar. quòd ſi vulneratus ex interuallo moritur, non præſumitur mortuus ex vulnere. concordat bene gloſ. in l. prima. C. de emendatio. ſeruorum. Tertiò & vltimò liquet ex meritis deductorum ad defenſam, quòd per multos & quamplures dies poſt vulnus illatum, eidem Iacobo ſuperuenit febris, & ſic per paucos dies ante
9 mortem. † vnde non præſumitur mortuus ex vulnere, ſed ex febre præfata ſuperueniente. argumen. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & in l. ſi de interpretatione. ff. de pœn. & in cap. in obſcuris. de reg. iur. in vj. Et quòd quis in dubio præſumatur mortuus ex cauſa ſuperuenienti, vtputà ex febre, & non ex vulnere, tenet con-
10 ſulendo † Bartol. in ſuo conſilio, quæſtio talis eſt, Titius à Sempronio percuſſus. & do. Signorol. de homo. in conſilio ſuo inci. factum tale eſt, ſeu ſic ſe habet, quidam Simonellus, &c. & ſic ſuperueniente febre, confunditur dictum vulnus, nec permittitur ex dicta cauſa adparere, an ſit mortale, imò iudicatur vulnus non fuiſſe mortale, quia, vt ſuprà dictum eſt, omnia ſigna accidentia erant ſanitatis. Et quòd ſuperueniente alia cauſa quæ confundit vulnus, non permittit adparere, an fuerit mortale ita vel ne, textus eſt in l. huic ſcripturæ. §. primo. ff. ad legem Aquiliam. per quem ita conſuluit Cæpo. in præfato conſilio lxij. columna pen. Vnde concludendo ex præmiſsis dico, quòd quando verè præfatus Ioan. dictum homicidium commiſiſſet,
11 non ex hoc teneretur de occiſo, † ſed de vulnerato, ex quo mors ſuperueniens aliunde, quàm ex vulnere, puta ex febre, non reddit vulnus mortale. cap. ſignificaſti. de homi. & probatur in l. qui occidit. §. fin. ff. ad legem Aquiliam. & voluit Cæpol. in dicto conſilio lxij.
12 columna vij. † Nec militaret dicere Ioannem ipſum teneri de occiſo, ex quo licet febris ſuperueniat, attamen fuit cauſata ex vulnere præfato, per ea quę alleg. ſuprà primo loco dicta ſunt. nam reſpondetur, quòd illa procedunt quo ad effectum irregularitatis incurrendæ, ex quo ad hoc, vt quis facilius fiat homicida, quàm vbi agitur de pœna mortis inferenda in iudicio ſeculari, vt colligitur ex notatis in capitu. ad audientiam. & in cap. petitio. de homi. ita in ſpecie conſuluit Barthol. Cæpo. in conſilio xlj. columna vj. ſed in caſu præſenti non agitur de irregularitate contrahenda, ſed de punitione delicti, ergo, &c. & potiſsimè, quia propter ſigna accidentia ſanitatis, quæ concurrebant ſeu adparebant in dicto vulnere, cùm eundem validum & incolumem medici ipſi reliquiſſe teſtati ſunt, non poteſt præſumi, quòd febris ipſa cauſa fuerit ex vulnere præfato, ſed potius ex corporis diſpoſitione vel ex malo regimine ipſius Hieronymi: ſeu, vt rectius dicam, eiuſdem Iacobi defuncti. Et dato abſque
13 veri præiudicio, quòd proceſſerit ex illo vulnere, † tamen quia vulnus non adparuit de ſe mortale, debet ſaltem pœna mitigari. Ita dixit Bartolus in ſuo tracta. de percuſſo. circa fin. & quia non poteſt præfato Iacobo pœna truncationis manus imponi, cùm vulnus intulerit cum baſtonõ, prout voluit Andræ. de Iſern. titu. conſtitutiones regni incipien. ſi quis cum armis. non concludo eundem Ioan. eſſe in perpetuum in inſulam deportandum, cùm in triremibus deſeruire minimè poſſet, cùm vtraque manu debilitatus adpareat. Et ſic in eandem ſententiam concurrerunt Magni. domi. Bernardinus marcheſius, & domi. Bernardinus galeota, eiuſdem magnæ curiæ iudices, & ita exequutum fuit.

Thomas Grammaticus Regij fiſci patronus.

### SVMMARIVM.

1 *Teſtis tentatus ſeu requiſitus de delicto poteſt teſtificari contra tentantem, ſeu requirentem ipſum de delicto committendo, ſi illud committere recuſauit.*

2 *Teſtis dicens ſe pecunia corruptum, an & quando probet contra corrumpentem. & num. 3.*

4 *Teſti deponenti de mandato & commiſſione ſibi facta, an ſit credendum.*

5 *Inimicitia indicium, an ſufficiat ad torturam inter mandantem & offenſum.*

6 *Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.*

8 *Teſtis clericus deponens coram iudice laico abſque licentia ſuperioris, probat in ciuilibus cauſis, intelligendo in clerico ſimplici, ſecus autem in religioſo.*

9 *Teſtis clericus licet non admittatur in cauſa criminali contra laicũ, debet intelligi quando non in ſubſidium, vbi veritas aliter adparere non poſſet. & num. 10.*

11 *Teſtis prohibitus examinari per legem non reſiſtentem nec adſiſtentem actui: vt quia dicit, domeſticus teſtis non probabit, & tunc faciet indicium, ſed vbi reſiſtit, dicens, quòd talis non poſſit examinari, vel non admittatur, & tunc non faciet etiam indicium.*

12 *Dictio nullatenus, importat nullitatem actus.*

13 *Clauſula decreti annullatiua, facit, vt iudex non poſſit in contrarium diſpenſare.*

14 *Teſtes inhabiles licet admittantur in magnis criminibus tamen non admittentur inimici.*

16 *Indicium inimicitiæ ſolum non ſufficit ad torturam.*

17 *Offerens in promptu probare teſtes examinatos contra ipſum, & probantes delictum, eſſe ſuos inimicos capitales, audiendus eſt ſuperſeſſa tortura, quãdo alias de iure torqueri poſſet.*

18 *Regula, & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, habet locum, quando vnumquodque indicium eſſet plenè de per ſe probatum.*

19 *Iudex licet habeat liberum arbitrium in criminalibus: tamen non poterit torquere non præcedentibus legitimis indicijs.*

## CONSILIVM III.

IN Ieſu Chriſti nomine, amen. In cauſa Regij fiſci aduerſus Ioannem Somado Hiſpanum inquiſitum de aſſaſsinio, in perſonam Capitanei Corſecti, vrgent depoſitiones

tiones Alphonſi Albarderij, nec non & fratris Petri
Hiſpani ordinis ſancti Franciſci, in quibus atteſtãtur
Alphonſum ipſum à Io. præfato requiſitum de ſocie-
tate in præfato aſſaſsinio cõmittendo, oblata ſibi pe-
cunia: & inde ad certos dies ſequutum fuit dictum aſ-
ſaſsinium per præfatum Io. vt Alphonſus ipſe deponit
de confeſsione ipſius Ioan. fuit inſuper Ioan. ipſe viſus
alloqui cum Bernardo mandante præfatum aſſaſsiniũ
committi, à quo Ioan. ipſe faſſus eſt chlamydem, quã
deferebat, dono habuiſſe. Adparet inſuper, quòd qua-
dam nocte fracto enſe Ioan. ipſe domum rediit: & ea-
dem nocte commiſsi delicti enſem in loco delicti fra
ctam, comperierunt: concurrente inſuper inimicitia
inter Bernardum mandantem, & Capitaneum Cor-
ſectum: dubitatur ergo, an concurrentibus præfatis
poteſt Ioan. ipſe quæſtionibus & tormentis ſubiici: Et
prima conſideratione videbatur dicendum, quòd ſic:
cùm de dicti aſſaſsinij ordinatione clare deponere vi-
deatur Alphonſus ipſe requiſitus à præfato Ioan. So-
modo, cuius depoſitioni non modica fides adhibenda
eſt, cùm requiſitus & tentatus de delicto poteſt eſſe
1 teſtis contra tentãtem: † quia ex quo non cõſenſit, ſed
potius reuelauit, ſatis commendandus eſt. ita ſingula-
riter dixit Bald. conſulendo in conſi. ccccxxix. incip.
An mandatarius. in iiij. vol. allegat tex. in l. ſi quis ſer-
uo. C. de furtis. & idem in indiuiduo tenet Franciſ. de
Aret. in conſ. ſuo. xiij. col. vij. vbi videtur tenere, quòd
tali vnico teſti plenè credẽdum ſit. Pro quibus etiam
2 bene facit: † nam ſi creditur teſti aſſerenti ſe pecunia
corruptũ, & ſimiliter, Inquit Inno. in c. inquiſitionis.
de electio. quem refert & ſequitur Lanfranc. de Oria.
in c. quoniam contra. in ver. teſtes. col. xliiij. extrà de
probationibus. fortius erit credendum teſti dicenti
ſe pecunia tentatum: & non aſſenſiſſe. Ad quod etiam
accedat, quòd teſtis pecunia corruptus, poteſt produ-
ci contra corrumpentem, etiam quo ad plenam pro-
3 bationem. † tex. eſt in c. fin. de teſtib. cogend. vbi Bald.
in fin. ad hoc dicit text. notab. & rarò alibi reperiri:
ſed habet conſimilem, quem ibi Bald. reputat mira-
bilem, in cap. j. verſic. j. ſi de inueſti. lis oria. inter do-
mi. & vaſal. idem ſequitur Felyn. in c. licet cauſam. iiij.
col. extrà de probationibus. Iaſ. in l. j. ff. de condict. ob
turp. cauſam. & in l. j. vj. col. ff. de feriis. & pro præfatis
4 bene facit, quòd † creditur teſti deponenti de mandato
& commiſsione ſibi facta: vt dicit Bartol. in l. ex ſen-
tentia. ff. de teſta. tut. Baldus in l. iudices. C. de fide in-
ſtrumen. Alexand. in conſilio lxxxviij. in v. volumine.
Concurrit inſuper inimicitia capitalis præcedens in-
ter mandantem & offenſum, ex qua reſultare adparet
5 indicium ſufficiens ad torturam: † vt dixit Angel. in
l. fina. ff. de quæſtionibus. & videtur ſentire Bartol. in
l. fin. ff. eodem titulo. Spec. & Ioan. Andr. in additio. in
titu. de præſumptio. verſic. ſed pone. nam de inimico
lex præſumit omne malum. l. j. §. præterea. in princip.
ff. de quæſtionibus. Concurrunt etiam cætera admi-
nicula in themate propoſita: ex quibus ſuccedit clara
iuris diſpoſitio, quòd ſi non proſunt ſingula, multa
iuuant. cap. præterea. cum ſimilibus, extrà de teſtibus.
l. ſpadonem. §. qui iura. ff. de excuſatio. tut. l. ſancimus.
in fin. C. de teſtamen. ita dixit Alexander de Imola in
conſilio lxv. primo volumine. & conſilio xlj. in ſecun-
do volumine. & ideò voluit Rapha. Fulgo. in l. finali.
C. familiæ erciſcund. quòd licet ſingula indicia de-
beant probari per duos teſtes, vt per gloſſ. in dicta l.
fin. C. famil. erciſcun. & vnus teſtis de indicio remo-
to non probat, indicium hoc non habet locum, vbi
eſſemus in pluribus indiciis: quia etiam, quòd ſuper
eis teſtes ſingulares deponerent, attamen ex eorum
præfatis depoſitionibus reſultant plures præſumptio-
ne, quæ bene faciunt indicium ad torturam, per re-
6 gulam præfatam. † & ſi non proſunt, &c. & ſecundum
iſtam opinionem conſuluit Soci. in conſil. liiij. in iij.
volumine. ſequuntur Modern. Senenſ. tract. de indic.
& tortu. ij. colum. non omitto quod dixit Bald. in l.
excipiuntur. ff. ad ſilleia. quòd ex multis indiciis re-
ſultat plena probatio. & idem Bald. in l. non eſt veri-
ſimile. ff. quod metus cauſa. quòd ex pluribus indiciis,
vel argumentis vehementibus poteſt in cauſa crimi-
nali iudicari. Ex quibus omnibus videtur prima fron-
te concludendum procedi poſſe ad torturam contra
præfatum Ioan. Somado inquiſitum, vt ore proprio
fateatur. Quibus omnibus bene ruminatis ac conſi-
deratis, licet ita fuiſſet concluſum, & decretum per
magnifi. Iudices magnæ curiæ vicariæ, quibus vt fiſco
fauorabilioribus adhærere debuiſſent: attamen fretus
ſindereſi, qui me ſtimulat, ac etiam quia aliquando fi-
lius non ſtat cum ſententia patris. l. iij. §. ſi quis. ff. de
condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Vbi Celſus filius te-
net contra patrem. idcirco præallegatis ac voto ma-
gnific. Iudicum non obſtantibus, contrariam ſenten-
tiam ex infrà dicendis arbitror de iure veriorem.
7 † Et in primis non obſtat depoſitio fratris Petri:
nam licet ſi clericus reperiatur protuliſſe teſtimoniũ
coram iudice laico abſque ſui ſuperioris licentia, ta-
lis depoſitio teneat in cauſis merè ciuilibus tantum:
vt dicit gloſſ. & Abb. in cap. primo. extrà de iuramen.
calum. & idem Abb. in cap. cùm nuntius. de teſtib. ta-
men illud habet locum in clerico ſimpliciter, non au-
tem in religioſo. ita diſcrepantes ab Abb. præalleg.
tenuerunt Franciſ. de Aret. & Felyn. in præfato c. cùm
8 nuntius. † per optima fundamenta. & idem conſuluit
Franciſc. de Aret. in ſuo conſi. clx. vlt. colum. incipien.
longa eſt quæſtio, ſeu longa eſt conſultatio: idem ante
eum voluit Ang. in conſi. ccxxxiiij. quod fecit in ciui-
tate Senarum. & ante omnes Bald. in l. quoniam libe-
ri. in princ. C. de teſtib. quibus omnibus circunſcri-
ptis ſuccedit ritus magnæ curiæ vicariæ, quo cauetur
dictum clericum non admitti abſque eius ſuperioris
licentia: qua huius fratris Petri depoſitio caret omni-
9 no. † Sed non eundo per mendicata ſuffragia, in-
præſentiarum ſumus in criminalibus, in quibus non
recipitur nec admittitur clericus contra laicum. cap.
teſtimonium. xj. quæſtio. j. & tenet Innoc. in c. cùm. P.
manco. extrà de accuſa. Spe. & Ioan. And. tit. de teſt.
§. j. nu. 83. xvij. col. ver. item, quòd eſt clericus. Abb. in
c. de cetero. de teſtib. qui ſubdit hoc verum eſſe, niſi in
ſubſidium: quia tunc recipitur, eſt tamen aduertendũ,
quòd in ſubſidium recipiatur, intelligendũ eſſe quan-
do ex natura facti alij teſtes veriſimiliter adeſſe non
potuerunt: vt per glo. in c. tertio loco. & ibi Anton. de
But. de probatio. Alexan. conſi. lxv. ij. volu. ſed ſic eſt,
10 quòd teſtes qui non debent examinari, † ſi ſunt exa-
minati, non faciunt etiam indicium, vt dicit Bart. in
l. j. §. diuus. & §. Antonius. ff. de quæſtionibus. Bald.
in l. Imperator. ff. de ſtatu homi. Ange. in l. inter ſtipu-
lãtem. in §. Stichum. ff. de verborum obligationibus.
Ludouicus in conſi. ccclix. glo. in conſtitu. regni proſe
quẽtes, ſub rub. de pugna. ſubla. And. de Iſer. in cõſti. ſi
damna



damna clandeſtina. iiij. col. vbi in propriis terminis
decidit quæſtio. Alexand. in conſi. cxxvj. in iiij. vol. &
licet quorũdam opinio fuerit, quòd faciat indicium,
de qua plenè per Fely. in c. cùm dilecti. extrà de accu-
11 ſatio. † attamen pro concordia eſt dicẽdum, quòd vbi
lex nõ reſiſtit actui, vt puta examinationi teſtium, vt
quia dixit, domeſticus teſtis non probabit: tũc abſque
dubio, ſi eſt examinatus, facit indicium. vbi verò lex
reſiſtit, vt quia dicit, talis non poteſt examinari, vel
non ſit admittẽdus: & tunc non facit etiam indicium:
ita dixit eleganter Floria. in l. iij. §. lege Iulia. de teſtib.
& ſentit Bar. in l. ſi. de his, quibus vt indignis. refert &
ſequitur magiſtraliter Fely. in præfato c. cùm dilecti.
penult. col. ſed in caſu præſenti vltra prænarratam iu-
ris diſpoſitionem habemus legem ritus magnæ curiæ
vicar. qua cautũ eſt, vt clericus in cauſis criminalibus
nullatenus ad teſtificãdum admittatur: & ſic adparet
12 quòd lex expreſsè reſiſtit. † Itẽ & plus ſtringit dictio,
nullatenus, quæ omnino importat nullitatem actus
ipſo iure. gl. eſt ſingula. in auth. ſi qua mulier. C. ad vel
leianũ. de qua facit feſtum Cardina. in c. ſuper literis.
extrà de reſcriptis. Item talis dictio adpoſita in lege,
13 importat idẽ quod clauſula decreti annullatiua: † &
ſic tollit, quod iudex non poteſt in contrarium diſpẽ-
ſare: ita voluit Anto. de butr. & Imol. in clemen. j. de
ſequeſtra. poſſeſ. & fruct. per illum tex. verb. nulla-
tenus. vbi refert & ſequitur Cardina. in dicto §. ſi quis
autem. vj. quæſtio. Archidi. c. quoniam. in verſi. nul-
latenus. de immunita. eccleſiar. in vj. & de iſta regula
facit feſtum Io. de Ana. in cap. quia fruſtra. vj. col. de
vſuris. Ioan. And. in c. Romana. penul. col. de appella-
tionibus. in vj. & ibi etiam Geminia. & ita etiam per
plura tenet & ſequitur Iaſ. in l. ſi. vj. col. verſic. iij. pro
eadem. ff. de feriis. Et ſic ex præmiſsis adparet, quòd
depoſitio fratris Petri in nihilum obſtat præfato in-
quiſito. Nec ex depoſitionibus fratris Petri & Alphõ-
ſi poſſet ad torturam procedi contra præfatum Ioan.
cum Ioan. ipſe in eius depoſitione aſſeruerit præfatos
Alphonſum & fratrem Petrum eſſe ſuos inimicos ca-
pitales, offerendo id velle probare: vnde ſuccedit, ꝙ
licet in magnis criminibus veluti in crimine læſæ ma
14 ieſtatis, † admittãtur teſtes inhabiles & infames, ſicut
etiam in crimine hæreſis & ſimoniæ. c. licet. lo primo.
& c. per tuas. extrà de ſimoniis. argum. l. famoſi. & l. ij.
ff. ad legem Iuliam maieſtatis. & not. gl. in dicta l. iij.
§. lege Iulia. ff. de teſtibus. & plenè Alexander in con-
ſilio xj. primo volum. tamen hoc non habet locum in
15 teſte inimico: † nam etiam in crimine læſæ maieſtatis
quod maius eſt, & longè repellitur, ſicut in tali cri-
mine, licet maximo, teſtes inimici non admittuntur:
ita dixit pulchrè Bartolus in l. in quæſtionibus. ff. ad
legem Iuliam maieſtatis. quem refert & ſequitur con-
ſulendo Alexander. de Imola in conſilio cxxvj. in fine.
in quarto volumine. Speculator in titulo de accuſa-
tionibus. §. primo. verſi. finali. Paris de pute. in tracta.
de ſyndica. in verſicu. ſuſpitio. cap. fui ſemel interro-
gatus. ſecunda columna. licet de præfatis omnibus
mentionem non fecerit, niſi de aliquibus duntaxat.
16 † Quo verò ad inimicitiam, reſpondetur, quod iſtud
indicium inimicitiæ tanquàm remotum à facto, non
eſſet ſufficiens ad torturam, vt dicit Imola in l. fin. ff.
de hæredibus inſtituendis. referens ita tenere Rayn.
Idem tenet Gandinus, in tractatu maleficiorum, ſub
rubrica, de quæſtionibus & tormentis. verſic. quæ de-
beant præcedere quæſtiones. & iſtud communiter te-
netur: licet Speculator loco præallegat. ſuprà, videa-
tur tenere contrarium. Præmiſſam tamen opinio-
nem ſequutus etiam fuit Angelus in dicto tractatu
maleficiorum, in verſi. fama publica. columna ſexta, &
duodecima. & ibi Auguſtinus, in additione. vbi ſub-
dit, quòd propter hoc ſolũm indicium inimicitiæ
nunquàm poneret aliquem ad torturam. Idem tenet
Baldus in capit. literas. de præſumptionibus. ſed quid
opus verbis? cùm quicquid operaretur inimicitia, il-
lud eſſet contra Bernadum mandantem, cum quo
erant inimici, & non contra Ioannem de Somado,
cum quo nulla fuit allegata, nec probata inimicitia
cum præfato quæſito querelante. Et tanto magis pro-
cedere debent præallegata, cùm oblatum fuerit per
præfatum Ioannem Somado inquiſitum de inimici-
tia præfatorum teſtium & capitali cum eo, in prom-
ptu docere: & iuris diſpoſitione ſancitum eſt, quòd
cùm obiiciatur teſtibus inimicitia capitalis, offeren-
do de ea in promptu verificare, audiendus eſt ſuper
17 ſeſſa tortura. † textus eſt notabilis in §. ſi verò quis di
catur. in authen. de teſtibus. & voluit Felynus in cap.
ex parte. vltima columna. extrà de teſtibus. & idem
tenet Andræ. de Iſer. in quæſtione regni humanitatis.
penultima colum. circa alia verò indicia, videlicet,
quòd de ſero exiuerint induti de Arbaſio cum ſocio,
id deponit Ioannes ipſe feciſſe, ne cognoſceretur,
quia ex ordinatione Illuſtriſsimi domini magni Ca-
pitanei fuerat prouiſum ipſos de perſona capi ex qua
dam cauſa ſuæ illuſtriſsimæ domina. nota. Item de
chlamyde, pariter de plano faſſus eſt fuiſſe ſibi accom-
modatam à præfato Bernardo, cum quo de nouo ami
citiam contraxerat: & demum eandem eidem reſti-
tuerat. & ſic in poſſe eiuſdem Bernardi ſemper fuit, &
eſt. De enſe verò fracto, nihil adparet in proceſſu: li-
cet ita ſomniãdo figuretur: & ſic nedum obſtat: quòd
omnia prænarrata indicia ſunt remota à facto verè,
etiã quod nec concludenter probantur, & ad hoc vt
poſsint ſimul iungi, prout ſuprà allegatum fuit per re
18 gulam, † & ſi non proſunt ſingula, multa iuuant,
habet dicta regula locum, quando vnũquodque indi-
cium eſt de per ſe plenè probatum, vt notat Bal. in l.
ſi quis ex argentariis. §. j. ff. de edẽ. Alex. cõſi. cxxxj. j.
vol. & conſ. xj. incip. ſi verò in dubiũ reuocari, & cõſi.
xix. incip. his quæ in themate. circa fi. in iiij. vol. & cõ-
ſil. cl. incip. in cauſa & lite vertente. circa fin. in v. vol.
Cæpo. in conſil. xxxij. col. ix. vbi plus ſubdit, ꝙ regula
ſuprà poſita non habet locum quo ad pœnam corpo-
lem infligendam. ſed cum ſit ſic, ꝙ nullum præfatorũ
indiciorum ſit ſufficienter de per ſe probatum, quia
autem probatur per vnum teſtem aut per præfatos
prætioſos inimicos, aut per alios diuerſimodè depo-
nentes, & præſertim cùm ſimus in caſu, in quo prætẽ
ditur de pœna corporali. Nec obſt. quatenus dicatur,
ꝙ magna curia vicariæ habet largas habenas in tor-
quendo, ex quo ex allegata inimicitia, de qua ſuprà,
quãdo eſſent indicia ſufficiẽtia ad torturam, debet in
tortura ipſa ſuperſederi, vt probat Felin. in loco præ-
allegato, & tanto magis, cùm eſſent in caſu præmiſſo
indicia legitima ex quibus deueniri poteſt ad torturã
contra præfatum Ioann. & licet iudex habeat arbi-
trium à ſtatuto, vel à principe ſibi conceſſo in crimi-
19 nalibus, † tamen non ex hoc poterit quem torquere
non præcedentibus legitimis indiciis, voluit Paulus
de Le

de Leaza.in commento cap. grauis. de depoſi.vltima
columna. Gandi.in tractatu maleſi.in rubrica, an po-
teſtas, qui habet arbitrium. Alexand. in conſilio lxv.
incipien. habita ſuper col.ij. Iaſ.in l.prima, colum.j.
C.de ſacr.ſanct. eccl. vbi reputat iſtud perpetuò not.
& in l.milites.C.de teſtamen.militar. & in §.in bonæ
fidei. colum.viij. Inſtit. de actio. Idcirco videtur mihi
præfatum Ioan. Somado eſſe audiendum ſuper obie-
cta inimicitia per ipſum aduerſus teſtes, nominatis
teſtibus in promptu per ipſum, & ſic pro nunc eſſe in
tortura ſuperſedendum, non obſtãte decreto de tor-
quendo interpoſito per vos Magnificos dominos iu-
dices: & ſic concludendo de iuris cenſura ſentio: & ita
executum fuit ſuperſeſſa tortura.

Thomas Grammat. Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Vulneratus ſi aliquis fuit pluribus vulneribus ſibi datis per plures, & moritur, nec ſcitur, cuius ictu perierit, facit omnes teneri de homicidio.*

2 *Si vnus vulnerauit non letaliter, & alius letaliter per-cuſſit, & occidit: ille qui intulit vulnus non letale. tene-tur de ope præſtita vulnertãi letaliter, & ſic occidẽti.*

3 *Idem eſt habendum pro ſtatuto ſeu expreſſo, de quo ſi fuiſſet quis interrogatus, idem reſpõdiſſet ſeu ſtatuiſſet. & num.4.*

5 *Diſpoſitio qualibet intelligi debet, vt minus lædat ius commune, quàm poſſit.*

6 *Si plures iuerunt deliberati ad mortem alterius, & vnus occidit, & cæteri vulnerarunt, omnes tenebũtur de occiſo.*

7 *Plures ſi interfuerunt in homicidio. & vnus ex illis plu-ribus occidit, alij non poſſunt puniri tanquàm auxilia tores, ſi ad id non fuerunt principaliter coadunati.*

8 *Bart. authoritas magna fuit, & multa dicuntur de ipſa.*

9 *Aetas tanti temporis, nõ dicitur probata per teſtes vbi reſiſtit probatio ocularis in contrarium, vt quia ex a-ſpectu adparet contrarium eius, quod probatur.*

10 *Aetas quando in caſu dubio non poteſt colligi ſi ſit ma ior vel minor, tunc oportet teſtibus probari.*

12 *Iudex, vbi vidit aliquid ad procraſtinandum litem, de-bet ex officio occurrere.*

13 *Confeſſus crimen, eſt confeſtim condemnandus. & vbi cõſtat de maleficio, iudices debẽt eſſe proni, ſeu prõpti ad puniendum, nec multũ põderare omnes iuris ſolen nitates, quia fauor publicæ diſciplinæ ſuadet, vt male cia puniantur. Homicida ſi inſtat ad defenſam, vt res protrahatur, debet interfici, & poſteà inquiri. 14. 15.*

16 *Maleficos non patiaris viuere ſuper terram.*

## CONSILIVM IIII.

INIeſu Chriſti Redẽptoris nomine, amen.
Excellens domi. Malferi. Regeñ. regiam
cancellariam digniſſ. Innotuit veſtræ ex-
cellen. ſingularis ſermo eorum, quæ per
magiſtrum dominum Pamphilũ molum, Vtriuſque
Iuris Doct. eximium, ac conſummatiſsimũ, in mediũ
adducta, facere ad releuationẽ pręfati eius cliẽtis Cæ-
ſaris de marcianiſio ſaltim à pœna ordinaria homici-
dij. Volẽs tamẽ ego partibus fiſci faueri, vt neceſsitas
officij expoſtulat, reperi adeò copioſè fuiſſe per ma-
gnifi. vtriuſque Doc. & certè preclarũ domi. Io. Mar-
theſium de Capua reſponſum ac ſatiſfactũ, vt penitus
mihi ab ipſo in collegã cauſæ requiſito iter vlterius al
legandi præruptum fuiſſe videatur, ſed ne videatur ob
clientis querulãtis confidentiã, ita illotis manibus ad
cauſam acceſsiſſe, ideò veluti ſpicas poſt terga metẽ-
tiũ glomerãdo, quid de iure ſentiã, ex infra dicendis
facilimè liquebit. Adparet nãque per ipſius Cæſaris
inquiſiti depoſitionem, quòd ipſe vna cum aliis eius
ſociis percuſſerunt & occiderunt præfatum Andræã,
adeò quòd ex dictis vulneribus illico deceſsit. vnde
rectè procedit diſpoſitio legis, item Mella. §. ſi plures.
& l.ita vulneratus. §. idem. ff.ad legem aquiliam. vbi
Iureconſultus decidit, quòd vbi quis ex pluribus per-
cuſsionibus deceſsit, non conſtito cuius ictu perierit,
1 facit omnes de homicidio teneri. † cõcordat optimè
lex prima. §. fina. cum l.ſequenti. de his, qui deiece. vel
effude. & videtur expreſsè velle gloſſ. in præfata l.ſi in
rixa. ff. de ſicar. & ibi Bartol. & eſt bonus text. in l.qua
actione. §. ſed ſi quis ſeruum ægrotum. ff. ad legẽ aqui
liam quinimo, & fortius voluit Bartol. not. in allega.
2 l.ſi in rixa. ff. de ſica. † quòd percutiens aliquem vulne-
ribus non letalibus, & alius vulnere letali, non teneri
de occiſo niſi qui letaliter percuſsit: tamen illi qui in-
tulerunt non letaliter, poſſunt puniri tanquam præ-
ſtantes opem ad homicidium committendum, adſi-
ſtẽdo illi, qui letale vulnus intulit. l.in actione. §. ope.
ff. de fur. Bald. in l.ſi quis ſeruo. §. fi. eod. ti. idem Bald.
in l.non ideò minus. antepenulti. col. verſic. ſed iuxta
hoc. de accuſa. Angel. in l.reos. in princip. de duobus
reis. & in dicta l.ſi in rixa. & eadem ſimiliſque pœna
erit in præſtante auxilium homicidio quæ in ipſo oc-
cidente. l.is qui opem. ff. de fur. §. ope. inſtit. de oblig.
quæ ex delict. naſcun. clementina prima, de pœn. l.ni-
hil. ff. de ſica. l.j. & ibi Bald. C. de crimi. ſtellio. l.in fur-
ti. §. opem. ff. de furt. Barto. & Angel. in l.is qui opem.
ff. de fur. Cyn. & clarè Bald. & Angel. in l.j. C. de Nili
agger. non rumpen. Ioannes Andr. in cap. dilectus. de
pœn. Salycet. in l.j. C. de rap. virg. Nec ſuffragabitur
præfato Cæſari inquiſito, quòd conſtitutiones regni
imponentes pœnam vltimi ſupplicij homicidæ, lo-
quantur in perſonam: nam certè inficiari non poteſt,
quòd ſuper hoc caſu non expreſsè deciſo per conſti-
tutiones debeat fieri interpretatio ſecundum ius com
3 mune. cap. cùm dilectus. extrà de conſuetu. † & conſu-
luit Alexand. conſilio xlviij. in iij. volum. ij. colum. &
conſilio v. ij. col. ij. volu. & probat bene text. in l.ij.
de noxa. & in l.ita nobis pudor. cum ibi no. C. de adul.
Alex. in conſi. xxxvij. pen. col. & conſil. ccix. ij. volu. &
maximè, cùm ſi conditores conſtitutionum fuiſſent
interrogati, veriſimiliter idem ſtatuiſſent in auxiliũ
præſtante, quòd ſtatuerunt in caſu expreſſo. gloſſ. eſt
4 no. in l.tale pactum. §. fi. ff. de pact. † & not. illam Bald.
in l.j. C. quæ res pigno. Similis eſt glo. in cle. j. in verſi.
præſidentes. de reſcrip. & in c.ij. in verſic. reus. de con
feſ. in vj. tex. in l. Titius. §. Lucius. & ibi Pau. de Caſtr.
no. ff. de liber. & poſthu. & ſic etiam diſpoſitio ſtricti
iuris, prout ſunt conſtitutiones. l.conſtitutiones. ff. ad
munici. l.vt gradatim. §. j. ff. de mu. & hono. & Neapo.
Sebaſti. in conſue. Neap. ſi quis vel ſi qua. ſemper ex-
tenditur ad caſum & perſonas, in quibus verſimile
eſt idem ſtatutum fore per diſponentes, ſi de hoc in-
terrogati fuiſſent. idem tenet Alex. in conſ. cxv. ij. vol.
viij. col. & conſi. xxiiij. xij. col. eo. vol. & pręſertim hoc
erit interpretandum, vt prædictum eſt, cùm quælibet
diſpoſitio intelligi debeat, vt minus lædat ius cõmu-
5 ne, quàm † poſsit. c.irrefragabili. & ibi Doctores de
offi. ordina. Abb. in c.dilectus. extrà de cleri. non reſi.
Bal. in l.nõ ſine. C. de bonis, quæ lib. & præſertim hoc
firman



dum eſt, vt ſuprà, cum ad homicidium ipſum
fuerint coadunati ipſe Cæſar inquiſitus, & ſocij ani-
mo & propoſito occidendi præfatum Andræam iam
occiſum: quo caſu attenta ipſa deliberatione, & pro-
poſito nõ cõtemplato, nec deliberato vulnere vniuſ
cuiuſque, omnes qui interfuerũt in dicto homicidio
6 tenentur de occiſo. † Ita voluit Cy. & poſt eum Sal. in
l.quoniam multa facinora. C. ad leg. iuliam de vi pu.
in vltima quæſtione. Innoc. in cap. ſignificaſti. de ho
mic. vbi non ponunt differentiam, ſi omnes percuſſe
runt, vel ſi vnus ſolus percuſsit, quia omnes eodem
modo tenentur pœna capitis. idem tenet Gand. in
tit. de homici. & eorum pœn. §. pone. verſi. item hęc
omnia. Baldus in l.item Mela. §. ſed ſi plures. ff. ad le.
aquiliam. & in l.ſi in rixa. & ibi Ange. ff. de ſica. ſequi
tur Auguſt. in addi. ad Ange. in verſic. Andræam auxi
liatorem. v. columna. & ideò dixit pulchrè Petrus de
Anchar. in conſilio cccvij. quòd ſi vnus ex pluribus
occidit, alij non poſſunt puniri tãquam auxiliatores
quando ad illud non fuerunt principaliter coaduna
7 ti. † Et ſic concludendo ex præmiſsis allegat. per ma-
gniſi. collegam non puto recedẽdum ab opinio. Bar
tol. & præfatorum ſequacium tenẽtium, quòd atten
ta deliberatione & propoſito occidendi, omnes te-
neantur de occiſo, & per conſequens præfatus Cæ-
ſar, maximè, cũ vltra alia, quæ de authoritate Bar. re
8 lata ſunt, potiſsimum † ſemper ferè in eius dictis ineſ
ſe clauſulam veritatis, & re ipſa patet. exclamat Rom.
in conſilio ccccxvij. & ideo Bald. in l.rationes. C. de
probatio. non erubuit dicere Bartolum fuiſſe ſupre-
mum doctorem. & Angel. in conſiliis ſuis prope prin
cipium, dicit Barto. fuiſſe iuris lucernam, & poſſet di
ci, quòd in ſimili dixit vates vulgaris, *moſtro cio chepoſ ſe a far la lingua noſtra*, & ita dixit Alexander, in conſi
lio lv. antepenultima columna. patet ſuprà in quarto
volumine. & ideò in Hiſpania & in Luſitania decreto
Regio habent publica conſtitutione ſancitum, vt in
contrarietatibus doctorum ſeruetur opinio Barto-
li, tanquam principalior, & ſecũdum illam iudicetur.
Ita dicit Ioannes Baptiſta, de Sancto Seue. in ſuo tra
ctatu de modo ſtudendi, ſubdẽs ibidem plus, ſi Hiſpa
ni tantum deferunt Bartolo, quid in Italia faciemus?
nos Itali intrepidè ſua ſcripta curemus habere, ſcire
& imitari, quia bonus bartoliſta, optimus iuriſta cen
ſendus eſt. Quò verò ad ſecundũ caput, in quãtũ poſt
terminum datũ eidem Cæſari ad faciendum ſuas de
fenſiones, & iam elapſum, prætendat ſe admitti ad
probandum, quòd ſit minor decem & octo annis. Vl
tra quòd maior & grandis ætatis, in magno exceſſu
abparet. etiam ſi ætatem minorem probaret, nõ eſſet
9 teſtibus de minori ætate † deponentibus, deferẽdum
ſeu credendum, reſiſtẽte probatione taliter ocula-
ri. Ita voluit ſatis magiſtraliter Alber. de Roſa. in l. §
minorem. prima columna. C. de in integrum reſtitu.
mino. vbi formaliter dicit, quòd licet allegãti ſe mi-
norem, incumbat onus probandi, per l.actor. C. de
probatio. cum vulga. hoc tamen limitãdum erit, niſi
ex aſpectu fortè corporis aliud patẽter induceretur
abſurdum enim eſſet dicere, quòd aliquis quinqua-
genarius haberet probare ſe minorẽ, vel quòd ali-
quis octo annorũ, vellet probare ſe maiorẽ, & ideò
aſpectus corporis multum operatur in talibus. l. mi.
nor xxv. annis. ff. de minori. & ideò dicit Albericus
poſt Guliel. & Pet. & in l.de ætate. ff. de minor. quòd
aut præſumptio eſt ex aſpectu corporis, maioris vel
minoris ætatis, & tunc iudex poteſt transferre onus
probandi in eum, contra quẽ eſt pręſumptio, vt quia
ille, qui negatur eſſe maior, eſt barbutus, & grãdis &
durus, ita quòd veriſimiliter eſt maior, prout hic Cę
ſar eſt. & tales præſumptiones coadiuuantur ex indi
ciis, vt in l.etiam. ff. de probatio. & in l.ij. ff. de excuſ.
10 tuto. † & ſubdit, quòd in caſu dubio, quando ex aſpe
ctu non poteſt colligi ſi ſit maior, vel minor, tunc
oportet teſtibus probari. d.l. ij. & proptereà voluit
idẽ Alb. in l.minor xxv. an. adito præſide. ff. de mino.
ꝙ iudex poteſt ex aſpectu pronũtiare, cùm ſit cõmiſ
ſum eius arbitrio in caſu dubio, vt quando quis eſt
xiiij. an. ſed eſt magnus, & videtur ex aſpectu maior,
nam hoc cõmittitur iudici, vt per aſpectũ poteſt pro
nũtiare, & ita etiã intelligitur ibi Iac. de are. vnde ad
parenter tam magno exceſſu ætatis per aſpectũ ip-
ſius Cæſaris cõſtare videtur malitioſè, & per calum
11 niã dilationẽ præfatã petere. † & vbi calumnia partis
eſt euidens, iudex ex officio poteſt ipſam repellere.
glo. eſt in l.ſi quis cùm maior. §. ſi patris. de bonis li.
Felyn. in c.dilecti. de iudiciis. Imò eo caſu iudex non
debet admittere proponentem, & minimè, ſi conti-
gerit appellare, de ipſa appellatione curare, voluit
Imo. in c.poſt electionẽ. de cõceſsio. præbẽ. & in ca.
ſuper eo. de appella. Ab. in c.nullus. de præſumptio.
12 & ideò dixit Ia. But. in l.ij. C. de falſ. † quòd vbi iudex
videt aliquid fieri ad procraſtinãdum litẽ, debet ex
officio occurrere. & idem voluit Paul. de Caſtr. in l.
properandum. ij. colum. C. de iudic. maximè cùm ſi-
mus in confeſſo, cui poteſt defenſio denegari, cùm
eo caſu delictũ ſit notoriũ. ita dicit Bald. in l.à præce
dente. C. de dilatio. & præſertim cùm ſolẽniter in iu
dicio ſit cõfeſſus, per ea quæ habentur per Bal. in ru.
extrà de pact. penul. colum. & ideò dicit Bald. in l.ſe
cunda. C. de cuſtod. reo. quòd vbi quis confitetur cri
men, eſt confeſtim condemnandus. & alibi dixit pul
chrè Bald. in l.ita vulneratus. ff. ad legem aquiliam.
13 † quòd vbi conſtat de maleficio, iudices debent eſſe
prompti ad puniendũm, nec debent multum ponde
rare omnes iuris ſolẽnitates, quia fauor publicæ di-
ſciplinæ ſuadet, vt maleficia puniantur. Sed non eun
do per mendicata ſuffragia, dico, quòd ſi homicida
inſtat ad defenſam, vt res protrahatur, debet homici
14 da ipſe interfici, & poſteà inquiri. † Ita ſingulariter
voluit Bald. in capitulo quoniam contra. in antepe-
nult. columna. extrà de proba. refert & ſequitur Fel.
in cap. paſtoralis. §. quia verò. de officio delegat. Et
quòd adpareat animo calumniandi & diffugiendi id
fieri, & vt res protrahatur, adparet quòd poſt com-
pletum terminum datum ad ſe defendendum, id pe-
15 tiit, quod in termino probare poterat. † & ſic ita ſe
arctãdo, audiri non debet, ſed procedi ad diffinitio
nem contra ipſum homicidam. Ita in propriis termi
nis dixit Bald. in l.j. penultima colum. C. qui accuſare
non poſſunt. & clarius Ioan. Andr. in additio. Specu.
in titu. de legat. verſicul. quid ſi in ſtatut. & incipien.
16 Oldra. & † quia ſcriptum eſt: maleficos non patiaris
viuere ſuper terram, vt habetur Exodi ij. c. & præſer
tim homicidas, qui quod fecerũt, ſemper expectant,
iuxta tex. in l.tertia. C. de epiſc. audien. præcipiente
noſtro Saluatore, Petro. pone gladium in vaginam.
quia qui de gladio ferit, de gladio perit, maximè ac-
clamãte ſanguine innocẽtis corã domino vindictam,
domine

domine retribue, vt ſcribitur in Apocalypſi. Ecce
poſt hæc vidi animas interfectorũ clamãtes,& dicẽ
tes,vſquequo domine non das iudicium,&vindicas
ſanguinem noſtrum de interfectoribus noſtris, qui
ſunt in terris? Idcirco concludo Cæſarem ipſum ali-
ter non audiendũ,ſed pœna vltimi ſupplicij afficien
dũ.& ita iuris eſſe arbitror, ſaluo ſemper ſaniori iu
dicio,cui me ſubmitto.

Thomas Grammaticus Regij fiſci patronus.

### SVMMARIVM.

1 *Homicidium commiſſum per plures,ſed ex cauſa vnius vulneris illati duntaxat,mediante auxilio aliorum facit vt omnes teneantur,ſi ignoratur percuſſor.*

2 *Occiſus ſi reperitur vnus ex quinque hominibus exiſtẽtibus in vna domo, & neſcitur à quo poſſunt omnes torqueri,inchoãdo ab eis, qui eſſent malæ cõditionis,& vitæ,& ibi de proijciẽte lapidẽ à domo vbi erãt 4. homi. ex quo lapide præteriẽs occiſus eſt.3.4*

3 *Varietas & contradictio inter plures in ipſorum dictis, facit,vt torqueri poſſint.*

6 *Mendacium facit indicium contra inquiſitum,ſeu magnam præſumptionem.*

7 *Indicium quando reſultat ex confeſſione, tunc iudex habet pluſquam indicium, & tanto magis poterit procedere ad torturam contra inquiſitum.*

8 *Homicida ob ſolam culpam licet latam,non debet perſonaliter puniri prout doloſus homicida,ſed extra ordinariè officio iudicis.*

9 *In opinionibus dubijs in iudicando circa delicta, ſemper mitior opinio eſt ſeruanda.*

## CONSILIVM V.

REdemptoris Gẽtium ſuffragio repetito,
Amen. In cauſa Antonij decarnago,& Ia
cobi de fundis de Neap. cũ Regio fiſco
ſuper homicidio commiſſo in perſonam
quondam Vincentij caſtagnole de Neapo. in cuius
perſonam vnicum vulnus illatum adparuit,quòd de
beat nedum ad torturam cõtra ipſos inquiſitos pro
cedi,verùm etiam ad cõdemnationẽ , manifeſtè ex
infrà dicendis liquebit. Conſtat namque ex meritis
deductorum,& maximè ex eorundem inquiſitorum
confeſsione,quòd iidem inquiſiti cum quatuor aliis
ſimiliter inquiſitis eorum ſociis,arma ſumpſerũt,&
currendo acceſſerunt aduerſus Marconum Spigno-
lam noctis tempore,ac animo deliberato eodem oc
cidendi, ſicque dando operam rei illicitæ ob noctis
tenebras,& Vincentium ipſum cui obuiauerũt,cre
dentes eſſe Marconum præfatum deciderũt fuit er-
go ſequutum homicidiũ ipſum ex vnico vulnere.ve
rùm ignoratur à quo ex præfatis illatũ fuerit,certè
ex iuris diſpoſitione præſumendũ eſt, fuiſſe illatum
1 ab vno ex eis,mediante auxilio aliorum,† & omnes
veniunt puniendi:per tex.in ca.ſicut dignum. extrà
de homi.ita in propriis terminis tenet Fely.in ca. ſi
gnificaſti.el ſecundo.iij.colum.verſi.dicas tamẽ. ex
trà de homi.ita in propriis terminis tenet Fel. vnde
ante punitionem in caſu præſenti eſſet ſubtiliter per
ſcrutandum & inquirendum,quis fuit ille,qui vulnus
intulit,cùm ſemel adpareat ab vno ex eis occiſus.&
videtur quæſtio iſta deciſa per Ange.in trac.maleſi.
2 in verſi.fama publica.& ibi per Anguſt.in ver.† quid
autem ſi ſunt quinque,vbi multa allegat,& dicit, ꝙ
ſi ſunt quinque homines in vna domo,& vnus ipſo-
rum reperiatur interfectus,& ignoratur à quo certè
præſumendum eſt,quòd fuerit occiſus ab illis quin
que.allegat Dy. in l.prima. §.hæc autẽ.ff.ad Sille.&
idem tenet Ioan.And.in cap.ſignificaſti. de homici.
Bal.in l.tertia.§.primo. ff.de offic.præfecti vigi.Ho
ſtien.in ſumma de homicid.& ſubdit ibidem in loco
præallegat.Auguſt.arimi.quòd ipſe nõ dubitaret in
huiuſmodi caſu,quòd ſi eſſent aliqui malæ conditio-
nis & vitæ,prout adparet in caſu iſto, quod ab illis
ſit tortura inchoanda.Sed quãtum ad impoſitionem
pœnæ,de qua ſuprà dixit Ludoui. Roma. in dicto §.
hæc autem.ff.ad ſille. quòd in tali caſu quãdo deueni
retur ita dubiè ad punitionem,nõ poſſent omnes ca
pitali pœna puniri:cùm huiuſmodi pœna requirat in
3 dubitatas probationes.poſſent † tamen omnes tor-
queri.Ita dicit Ludouic.& allegat Ioan.And.in addi-
tio.Specu.in titu.de homi.§.primo,verſic.pone.vbi
Specu.poſuit quæſt.quòd ſi quatuor homines erant
in vna domo,& vnus ipſorũ proiecit lapidẽ, qui prę
tereuntem occidit,& nõ conſtat quis illorum proie
cerit lapidẽ,eo caſu propter bonum regimẽ,& vt cę
teri pertimeſcant,pœnam pecuniariam iudex impo-
net.tamen cùm in caſu iſto adpareat, quòd inquiſiti
ipſi cõiurati,ac deliberati ad homicidiũ committen
dum acceſſerint,prout ex eorundem confeſsione li-
quet,ſequitur de neceſsitate,quòd ab vno ex ipſis me
diãte auxilio aliorũ occiſus fuit,& ſic poſſent omnes
torturæ ſubiici,vt interfector reperiatur. Aut ſi vis
tenere opinionẽ Ludouici,ad pœnã pecuniariã con
demnari.nam licet non omnes percuſſerint,cũ vni-
4 cum vulnus duntaxat in eo adpareat,† tamen attẽto
propoſito & deliberatione omnes de occiſo tenẽtur
licet vnus fuerit,qui percuſsit ita dicit Gand. in titu.
de homic.& cor.pœ.§.pone. ver. item omnia. Bar.
in l.item mella.§.ſed ſi plures.ff.ad le.aqui.Ang.in l.
ſi in rixa.ff.de ſica.Augu.in addit.ad Ang.in ver.An
dræam auxiliatorem.v.col.Sal.in l.quoniam multa
facinora.C.ad leg.Iul.de vi publ.& ibidẽ Cy.Inn.in
c.ſignificaſti.de homi.Nec militaret reſpõdere,ꝙ in
quiſiti ipſi nõ habuerunt animum occidendi Vincen
tium:ex quo licet ex hoc dici nõ poſsit fuiſſe in dolo:
attamen cũ dederint operã rei illicitę,non poteſt in
ficiari eoſdem non fuiſſe in lata culpa:maximè , quia
non ſufficit delinquenti dicere,non putaui,quia de-
buit putare,vt dicit Bal.in l.cũ mandati.C.mãda.ſed
in maleficiis lata culpa æquiparatur dolo.l.j.§.j.ff. ſi
men.fal.mod.dixerit.& in l.i.§.non autem. ff.ſi quis
teſtamẽt.lib.eſſe iuſ.ergo &c.Et præſertim,debẽt in
quiſiti iſti torqueri,ex quo dum primo loco fuiſſent
examinati,negauerunt totũ factũ deponendo eodẽ
ſero patrati homicidij nũquã exiuiſſe ab eorũ domi
bus,& demum poſt multos dies offerentes velle de-
ponere veritatẽ,iteratim examinati variarũt à præ
dicta eorũ prima depoſitione deponẽdo ipſoſmet in
terfuiſſe.& cucurriſſe aduerſus pręfatũ Marconũ, vt
5 ipſum occiderent, quæ variatio † & contrarietas in
corummet dictis,facit vt torturæ ſubiici debeant:vt
dixit Bar.in l.fi.ff.de quæſt.& idem Bar.in ſuo tra.de
quęſt.Luc.de pe.in l.quoties.C.de digni.lib.xij.vbi
ſubdit,quòd licet And.de Iſer.in conſti.regni:ſi dam
na clandeſtina.tenuerit,quòd ex hoc ſolo non ſit in
quiſitur torquendus,tamen ipſe Lucas credit contra
riũ,ex quo ſi teſtis,cuius dictũ nõ valet,ſi eſt varius,
torquetur:vt in §.ſi verò.in auth.de teſti. fortius de
bet



bet principalis verius immò contrarius,torqueri: cuius
dictum contra ſe valet, cùm in principali cadat varie
tas.c.ſuper his.de pœn.c.cum in poſitionibus iureiu.&
varietas in eo, appellatur iniquitas in extraiudiciali-
bus.l.ſi quis poſt.de rebus credi.& ſequitur Par.de pu
te.in tract. ſynd.in verſi. tortura.c. viſo de indiciis.ij.
colum.vbi recitata opinione And. de Iſer.dixit,quòd
in hoc ſeruatur opinio Bart. in dicta l.fin. & optimè
ſuffragatur, quia iſti inquiſiti redarguuntur mendaces
ex eorum variatione, & contra mendaces vrget ma-
gna præſumptio : prout tenet Alexã. conſi.lxxij.j.vo-
lumine. & in conſi. lxiij. † incip.in cauſa accuſationis.
6 tertio volum. maximè, cùm ratione mendacij dicatur
quis eſſe in dolo.l. ſeruus.§.ſi ſuaſeris.ff.de dolo.

Item, præfati inquiſiti fatentur interfuiſſe illo ſero
currendo aduerſus Marconum. & ſic eodem contextu
interfuiſſe in loco delicti commiſsi in perſonam Vin-
centij præfati. vnde infertur, quòd cùm indicia reſul-
tent ex confeſsione † inquiſitorum, quo caſu iudex ha
7 bet pluſquam indicia, tanto magis poterit procedere
ad torturam contra ipſum. Ita dixit Bald. in l. vnica.
C.de confeſs. in iij.col. Lanfr. de oria. in c. quoniam
contra, in ver. confeſsiones. prima charta. ver. iuxta
præmiſſa quæro.extrà de prob.Idem tenet & ſequitur
d. Anto. de Alex. in additio.ad Bart. in l.j. §.ſi quis vl-
tro.ff.de quæſt.quę incip.pone,reus.Et ſic ex præmiſ-
ſis concludo, quòd aut omnes debent pœna pecunia-
ria puniri,aut omnes torqueri,& licet Bart.in l.reſpi-
ciendum.§.delinquunt. in fi. ff.de pœn. videatur con-
cludere quòd cùm præfati omnino videantur dare
operam rei illicitæ, puniri debeant de occiſo. quæ
Bartoli doctrina,quando caſus occurrit, ponit iudices
maleficiorum in magno periculo, dum volunt deci-
ſionem Bart. ſeruare. tamen verius eſt, quòd cùm iſti
ſint ſolùm in culpa, & non in dolo vero, propter ſo-
lam culpam, licet latam, non debent perſonaliter pu-
niri, prout doloſi homicidæ : † ſed ordinariè arbitrio
8 iudicis.ita dicit Angel. & melius in dicto §.delinquũt.
& in l.ſi cum ſeruo.ff.de iureiur. Flo.in l. ſcientiam.§.
ſed ſi defendendi.ff.ad leg. aquiliam. & iſta vltima opi
nio in iudicando eſſet tenenda, cùm in dubiis opinio-
nibus in delictis ſemper mitior ſit ſeruanda, & ſe-
quenda.l.interpretatione. & l.ſanctio legum. ff.de pœ
nis. refert & ſequitur Iaſon mayn. in l. prima. quarta
colum. ff.de leg. ideò concludo de iuris cenſura, aut
omnes torquẽdos eſſe, vt percuſſor quis fuit, reperia-
tur, aut omnes pecuniaria pœna plectendos, non ob-
ſtante doctri. Bart. & Andr. de Iſer. qui idem tenet in
conſtitu.regni, terminum vitæ.ſub rubric. de homic.
puniend. ſecunda colum. & quia diues, nunquam po-
tuit habere locum tortura.

Thomas Grammaticus Regij fiſci patronus.

### SVMMARIVM.

1 *Exceptio firmat regulam generalem.*

2 *Conceſſiones & beneficia principum, ſunt latiſſimè interpretanda.*

3 *Verba generalia principis in priuilegio non debent tenaciter interpretari, aut ſtrictè.*

4 *Illatio non ſit recta, ex diuerſis.*

*Publicatio bonorum ſpectat ad fiſcum.*

*Publicationem bonorum non habet ciuitas, niſi in priuilegio ſit conceſſum.*

5 *Magna & regia curia in Regno Siciliæ cognoſcit de cauſis regalibus de conſuetudine generali approbata.*

6 *Comes ſi conceſſit caſtellaniam militi, cum quarta omnium obuentionũ,certè ſi aliquis debet amittere bona, & offendit comitem,non debebit caſtellanus in illis bonis habere quartam : quia illud quod in vindictam propriæ iniuriæ debetur alteri non confertur.*

7 *Monetã falſam cudẽs committit crimen læſæ maieſtatis.*

8 *Magna curia vicariæ poteſt componere de omni crimine, niſi de crimine læſæ maieſtatis, in quo nedum non poteſt componere,verùm etiam nec à carceribus liberare abſque mandato regio.*

9 *Princeps generaliter concedendo, non videtur conceſſiſſe ſibi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis.*

10 *Pœnæ maleficiorum fiſcalium ſpectant ad principem.*

11 *Confiſcatio bonorum ſpectat ad principem.*

12 *Crimen falſæ monetæ, etiam de iure communi, eſt de criminibus exceptuatis.*

13 *Priuilegia ita interpretanda ſunt, vt minus lædant ius commune, quàm poſſint.*

14 *Exceptio licet firmet regulam in non exceptuatis, tamen non ampliat,vt extendatur ad ea,quæ aliàs in regula non includuntur.*

15 *Caſus non expreſſi non veniunt, nec de eis quis tenetur, niſi de expreſſis ſolùm.*

16 *Exceptio licet firmet regulam generalem in caſibus non expreſſis, non ex hoc facit quòd ſub regula generali comprehendantur vltrà, quàm de ſui natura debeat regula vel generalis diſpoſitio comprehendere.*

17 *Clauſula generalis ſubſequens refertur & reſtringitur ad præcedentia ſpecificata.*

18 *Principum conceſſiones & beneficia, licet ſint latiſſimè interpretanda contra ipſum principem concedentem: non tamen erunt interpretanda contra mentem ipſius concedentis.*

19 *Id eſt habendum pro expreſſo, de quo ſi ſtatuens, vel diſponens fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet.*

20 *In beneficijs & conceſſionibus principum licet fiat larga interpretatio,intelligitur in ijs & circa ea, quæ beneficium exprimit.*

21 *Item ſecus erit in priuilegijs in quibus debet fieri ſtricta interpretatio.*

22 *Item debet fieri ſtricta interpretatio, vbi adparet conceſſio facta ad poſtulationẽ partis,ſecus ſi motu proprio*

23 *Princeps concedendo iuriſdictionem alteri,ſeu ſibi cauſam committendo,non ex hoc videtur ſe priuaſſe poteſtate cognoſcendi in cauſa illa : ſed videtur cumulaſſe iuriſdictionem ipſam.*

## CONSILIVM VI.

SVmmi opificis Præſidio repetito, Amen.
In cauſa ciuitatis Capuæ cum regio fiſco
dum vniuerſitas ipſa prætendit, quòd de
cauſa falſæ monetæ, de qua imputantur
multi nobiles, ac ciues, & plebei Capuani, non poſ-
ſint alij regij officiales cognoſcere, niſi capitaneus
ipſius ciuitatis Capuæ, & hoc virtute priuilegiorum
ſereniſ.quondam Regis Ferdinandi,primi: quibus ca-
uetur: quòd officialis vniuerſitatis præfatæ cognoſcat
de omnibus cauſis ciuilibus & criminalibus ipſorum
ciuium, etiam ſi ad inſtantiam Regij fiſci. Et quòd
etiam cognoſcere poteſt de ſpreta defenſa, de feudis
quartenatis, & de quota parte feudi. Qua conceſsione
ſic facta, prætenditur per ipſam vniuerſitatem in d.
1 conceſsione includi caſus ſimiles: † licet non ſint ex-
preſsi, cùm exceptio firmet regulam generalẽ : prout
allegat tenere And.de Iſer.in propriis terminis in ru-
brica,

brica quæ ſint Regalia, & ſic cũ præallegati caſus con
ceſsi ſint reſeruati per cõſtitutiones Regni, ſtatuimus
ad magnam curiam vicariæ, per quam cõſtitutionem
ſimiliter reſeruatur eidem magnæ curiæ cognitio cri-
minis læſæ maieſtatis: & falſæ monetæ: ergo data con-
ceſsione aliorum præcedentium caſuum expreſſorum
videtur etiam ſimiles caſus reſeruati conceſsi, licet nõ
expreſsi: quod videtur probari per gl. in cap. ij. de of-
ficio vicar. in vj. & in c. qui ad agendum. de procura. in
vj. & præſertim, cùm conceſsiones & beneficia prin-
2 cipum ſint latiſsimè interpretanda: † vt per gloſſ. &
Bald. in l. beneficium. ff. de conſti. princip. & maximè
in præiudicium ipſius concedentis. facit l. nec auus.
vbi Bald. C. de emancipa. liber. & not. in l. cùm filius.
ff. de teſta. mili. & ſatis pulchrè & magiſtraliter Inno.
in cap. cùm dilectus. extrà de donatio. & in cap. cùm
olim. de verbo. ſignifi. & plenè Iaſon in præallegata l.
beneficium. vj. col. & ideò dixit glo. not. in c. allegant.
3 xxvj. q. viij. † quòd verba generalia, quæ princeps po-
nit in ſuis priuilegiis, tu non debes tenaciter interpre-
tari aut ſtrictè. Et per hoc etiam facit, quòd quando
ſtatutum non excipit aliquem caſum veluti iſtum, er-
go cùm excipiat aliquos, videtur in cæteris regulam
firmare: vt voluit Dyn. in rub. de regu. iur. in vj. & ha-
betur in l. quæſitum. §. denique. de fund. inſtruct. in l.
nam quòd liquidè. §. fin. de pe. leg. l. in iis. ff de legi. Et
licet exceptio firmet regulam in non exceptis per præ
fata iura, tamen ipſa exceptio non excludit ſimiles ca-
ſus ipſis exceptis. glo. eſt ſingu. in l. j. C. de condi. inde.
imò includit alios ſimiles exceptis: vt ibi cùm gloſ. &
voluit not. Abb. in cap. quoniam frequenter. vt lite nõ
conteſt. & in cap. cùm omnes. de conſtitutio. quinta
columna. & allegat pro illa glo. caſum in cap. dilecta.
extrà de confirma. vti. vel inutil. & idem dicit in cap.
paſtoralis. in princip. de reſcript. & ſequitur Alexand.
in conſilio cxxix. quarto volum. iij. colum. Ex quibus
omnibus, & ex aliis allegatis per Magnific. V.I.D.
Pamphilum Mollum de Capua, fundata intentione
vniuerſitatis præfatæ in ſacro Regio Conſil. Ego ta-
men partibus Regij fiſci adhærendo, ex infrà inſcri-
ptis oſtendam contrariam ſententiam eſſe de iure ve-
riorem, videlicet, quòd talis cauſa non comprehendi
tur in priuilegio Capuanis conceſſo: & debet cogno-
ſci per commiſſarium ſpecialiter deputatum per Il-
luſtr. dominum magnum Capitaneum &c. Et primò
non obſtat deciſio Andr. de Iſer. in d. rubr. quæ ſint re-
ga. ibi dum formaliter dixit, quòd cum enumeret ſpe-
cialia, videtur enumerare etiam ſimilia, quæ non ex-
primit, ſi non ſit in eis alia ratio: per text. in l. cùm præ
tor. de iud. dico enim quòd nedum in caſu iſto datur
alia ratio, ſed imò datur longè diuerſa: vt infrà oſten-
4 dam. † & ex diuerſis non recta fit illatio. l. naturali-
ter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſ. l. inter ſtipu-
lantem. §. ſacram. de verb. obl. Et quòd ſit diuerſus ca-
ſus & maior, & quòd ſic ſuccedat diuerſa ratio, patet:
nam in cæteris caſibus reſeruatis, & ſuprà enumeratis
in dicto priuilegio Capuano, non datur pœna capitis
& publicationis bonorũ, prout in crimine falſæ mo-
netæ, in quo crimen læſæ maieſtatis continetur. ergo
ratione maioris pœnæ prorſus diuerſa imò diuerſiſsi-
ma adparet ratio, maximè cùm in præfato crimine
falſæ monetæ veniat publicatio bonorum, quæ publi-
catio ſpectat ad fiſcum, cum fiſcus habeat bona, quæ
publicantur, vt in auth. vt nulli iudi. in fi. Vnde ſucce-
dit, quòd ciuitas Capuana non habet publicationem
bonorum, cùm priuilegium hoc non ſonet, & ciuita-
tes abſque priuilegio non habent hoc ius publicatio-
nis bonorum, argum. l. j. ff. de bon. vacan. ita dixit An-
dræ. de Iſer. in c. j. de pace ten. verſic. hæredes. ij. col. eo
maximè, cùm ciuitates non habeant fiſcum. l. j. C. de
bon. vacan. libro x. & Bal. in c. j. de pace tenen. & clau-
ſula contenta in dicto priuilegio, videlicet, etiam ſi de
fiſci præiudicio ſeu intereſſe verteretur. intelligitur
de aliis pœnis, mulctis, & prouentibus, quæ fiſco ac-
quruntur, non autem de bonorum publicatione quæ
ad fiſcum pertinet. & præſertim admiſta cum crimine
iſto, per quod Regis perſona offenditur, & imago, &
eſt de reſeruatis principi. & ideò de eo cognoſcere de-
bet magna & regia curia, non autem ordinarius loci
cùm in curia ordinarij cognoſcatur de cauſis perti-
nentibus ad ipſum ordinarium. dixit Innoc. & Hoſt.
in ſumma de re iudic. §. ſi quis debet. in verſi. ſed nun-
quid poſt tempus. ſed de cauſis Regalibus cognoſcit
5 magna & regia curia in † Regno Siciliæ, de conſuetu-
dine generali approbata. Ita dixit Andr. de Iſern. in l.
imperialem. §. penultimo, in ſecunda additione. de
prohib. feud. alie. per Federi. & propterea voluit in
propriis terminis Bald. in cap. j. de cap. qui curiam
vendidit. vij. colum. quòd ſi Comes conceſsit caſtella-
niam cuidam militi, cum quarta omnium obuentio-
num, certè ſi aliquis debet amittere bona, quia offen-
dit Comitem, non debebit caſtellanus in illis bonis
habere quartam: quia illud, quod in vindictam pro-
6 priæ iniuriæ † debetur, alteri non confertur. ff. de col
lat. bo. l. ij. ſed hoc crimen reſpicit iniuriam perſonæ
ipſius principis, ergo non venit in conceſsione. & fa-
ciunt plenè dicta per Lucam de penna in l. fi. C. de ve-
te. numiſm. poteſta. lib. xj. vbi plenè à quo, ſeu per quẽ
de huiuſmodi crimine cognoſcatur. Item in cæteris
prænarratis caſibus, qui conceduntur, non committi-
tur crimen aliquod aduerſus principem. & monetam
7 quis cudendo † offendit principem, cùm eo caſu com
mittat crimen læſæ maieſtatis. l. ij. C. de falſ. mone. gl.
in conſtitutione regni, Adulterinam monetam. Bald.
in l. ſi quis numos. C. de fal. mone. Bart. Cæpol. in con
ſil. xvij. in iiij. colum. ergo ratione perſonæ offenſæ ma
ius eſt crimen. & ſic diuerſa, imò diuerſiſsima ratio.
Item de cæteris caſibus reſeruatis habet magna curia
vicariæ facultatem componẽdi pœnas, ipſáſque per-
8 mutandi, † & abſoluendi. & tamen in hoc crimine
læſæ maieſtatis per capitula Regni, vbi quis pro dicto
crimine captus fuerit per iuſtitiarium, ſeu magiſtrum
iuſtitiarium, attamen non poterit demum à carceri-
bus liberari abſq; mandato regio, & ſic etiam magna
curia ipſa non poteſt ipſum excarcerare. Ita cauetur
per c. Regni, incipiens, nuper apud Tranum. & mini-
mè poterit magna curia ipſa in huiuſmodi crimine, ſi-
cut nec etiam in crimine hæreſis componere: prout di
ſponitur per cap. Regni, quod incip. quandoq; in ad-
miniſtratio. iuſtitiæ. & ſic ſi alia maior ratio non dare-
tur in iſtis, quàm in aliis, non fuiſſet facta iſta reſerua-
tio. Item adparet clariſsimè inferri ex verbis And. de
Iſer. quòd dictum ſuũ procedit, vbi princeps genera-
liter concederet Regalia, vel imperialia omnia, quæ
perſonæ principis cohærent: nam eò caſu videtur con
ceſsiſſe omnia, quæ ad eius vtilitatem tendunt. quod
ſecus eſt in caſu iſtorum priuilegiorũ, in quibus quæ-
dam ſpecialia duntaxat conceduntur, & exprimũtur.
Ad



Ad gl. in d. c. ij. de offi. ordina. in vj. reſpondetur illã
habere locum, vbi eſſet clauſula iſta, videlicet, & om-
nia alia quæ per nos poſſumus, etiam ſi mandatum exi
gant ſpeciale, quod non eſt in caſu iſto. Ad cap. qui ad
agendum. de procur. in vj. reſpondetur, quòd ibi fuit
factum mandatum generale: hîc verò non: & ſic ſtan-
te hoc ambiguo. Princeps enim in dubio, imò genera
9 liter concedendo, non † videtur conceſsiſſe ſibi reſer-
uata in ſignum ſupremæ poteſtatis. c. poſt tranſlatio-
nem. de offi. dele. l. j. in prin. ff. de offi. eius, cui mand.
eſt iuriſd. arg. l. obligatione generali. ff. de pign. & c. ſi-
cut vnire. extrà de exceſ. prælat. & plenè per Specul.
in tit. de offic. deleg. §. nunc oſtendendum. per Bald. in
l. reſcripta. C. de preci. inper. offer. Lud. Ro. in conſil.
lvij. aliàs. lix. incip. in Chriſti nomine, Amen. ad diſcu
tiendum veritatem facit optimè, & ita etiã dicit Bald.
in l. procuratorem. C. mand. & in l. ſi aqua. C. de ſeruit
10 & aqua. eo † maximè, cùm pœnæ maleficiorum fiſca-
lium ſpectent ad ipſum principem. l. multarum. C. de
modo mulct. Bal. in c. j. in verſi. item monetæ, quæ ſint
regal. præſertim monetæ. l. ij. cum vulg. C. de falſ. mo-
ne. Et cùm in huiuſmodi delicto incurratur etiam bo
11 norum confiſcatio, † quæ ad principem duntaxat per-
tinet: vt ſ. dictum eſt. l. ſi tutoris. C. ad l. iul. de vi publi.
l. tutelas. de cap. diminu. & Bald. in dicto verſi. item
monetæ. Quicquid tamen ſit, non omitto, quod pul-
clarè dixit Bal. in d. c. j. in fin. quæ ſint regalia. quòd ibi
And. de Iſer. eſt nimis prolixus in verbis potius, quàm
in ſententiis. Prætereà, nullatenus concedendum eſt,
quòd de hoc crimine poſsit curia Capuana cognoſce-
re virtute priuilegij præfati id non exprimentis, ma-
ximè cùm huiuſmodi crimẽ ſit de exceptuatis, etiam
de iure communi. tex. eſt in c. quiſquis cum militibus.
12 vj. q. j. & inſtit. de publi. iudi. §. ij. † Et ita etiam in ſpe-
cie de crimine falſæ monetæ, quòd ſit exceptuatum,
tenet Spec. in titu. de accu. §. item, quod ſimul. in iij. &
iiij. col. & aliquid in vlti. col. in fi. & ſic cùm crimen
iſtud ſit de iure exceptuatum, debet intelligi, vt mi-
13 nus lædat † ius commune, quàm poſsit: cùm priuile-
gia ita interpretanda ſint, vt minus lædant ius com-
mune, quàm poſsit. c. irrefragabili. in fi. & ibi not. do-
cto. extrà de offi. ordi. Abb. in c. cùm dilectus. extrà de
cleri. non reſiden. & in c. quod dilectio. de conſang. &
affi. Bal. in l. non ſine. C. de bon. quæ libe. Alexand. in
conſi. xv. ij. vol. Franc. Curt. in conſi. xiij. vlt. colum.
14 Item, licet exceptio firmet regulam in non exce-
ptuatis. l. quæſitum. §. idem reſpondet. de fun. inſtru.
tamen non ampliat, vt extendatur ad ea, quæ aliàs in
regula non includuntur: vt not. Bart. per illum text. in
l. generali. §. vxori. ff. de vſufru. leg. Abb. in c. in noſtra.
de ſepultu. & præſertim, cùm caſus iſte falſæ monetæ
15 non fuerit expreſſus. † & caſus non expreſsi non ve-
niunt, neq; de eis quis tenetur, ſed de expreſsis ſolùm,
ita in ſimili voluit Spe. in tit. de loca. §. nunc dicendũ.
in addi. magna, in verſ. adhuc ſcire debes. vbi refert ita
Odofr. determinaſſe. & infert ad eum qui poteſt tene-
ri de caſu fortuito. & certos caſus expreſsit, nam non
venient alij non expreſsi: nec ad eos quis tenebitur.
idem tenet Alex. in cõſi. iij. ij. col. in j. vol. Nec obſtat,
quòd exceptio firmet regulam generalem in caſibus
16 non expreſsis: quia non ex hoc facit, † quòd ſub regu-
la generali comprehendat vltrà, quã de ſui natura de-
beat regula, vel generalis diſpoſitio comprehendere.
tex. & ibi not. Cy. & Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de
vſufr. lega. & in l. Lucius. §. pluribus. & ibi Ray. Bar.
& Ang. ff. ad trebell. & ibidem Io. de Imol. ſubdit eſſe
tex. ſing. not. Old. Bar. & Ang. in l. j. in fi. ff. de regu. iur.
Bart. in l. in iis. ff. de legi. Alex. in conſil. xxviij. j. vol. ij.
17 col. † Nec obſtat clauſula generalis ſubſequens, ibi:
etiam ſi ad inſtantiam fiſci noſtri: nam dicta clauſula
refertur, & reſtringitur ad præcedentia ſpecificata, &
ſic ad caſus expreſſos. l. ſi de certa. C. de tranſac. l. lega-
to. §. j. ff. de lega. ij. l. Aurelius. §. Sticho. ff. de libe. leg. ſi
ita quis. §. fin. ff. de verb. oblig. & ibi Bar. & doct. Bar.
in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. Iac. But. & Sali. l. age.
C. de tranſact. cano. in c. j. extrà eod. tit. Alex. in conſil.
cxvij. j. vol. Et licet beneficia principũ ſint latiſsimè
18 interpretãda, & ſic cõceſsiones per ſuprà legata, † &
præſertim contra ipſum principem concedentem, nõ
tamen erunt interpretanda contra mentẽ ipſius con-
cedentis. ita not. voluit Fran. Cur. in ſuo conſi. xvj. xij.
col. nam certè mens ipſius ſereniſsimi Principis non
videtur fuiſſe, concedere curiæ Capnanæ cognitionẽ
criminis læſæ maieſtatis, ſeu falſæ monetæ: quia ſi id
concedere voluiſſet, bene expreſsiſſet. l. vnica. §. ſin au
tem. C. de cad. toll. Et quod non fuit expreſſum, nõ de-
bet haberi pro expreſſo. l. Labeo. de ſupellect. leg. l. de
pretio. & ibi gl. de publi. in rem act. maximè quia con
cedendo prænarratos caſus in priuilegio contentos,
non videtur conceſsiſſe longè maiores caſus, imò ma-
ximos, cũ non valeat cõſequentia: cõceſsit id quod eſt
minus, ergo includitur id, quod eſt maius. Nec poteſt
aut debet caſus iſte haberi pro expreſſo, cũ ſi princeps
qui conceſsit hodie interrogaretur, an caſum iſtum
in conceſsione prædicta incluſerit, & de eo ſenſerit,
19 certè reſponderet † quòd nõ: cũ id ſit habendũ pro ex-
preſſo & diſpoſito, de quo ſi ſtatuens eſſet interroga-
tus, ita reſpondiſſet, ſeu dipoſuiſſet. gl. eſt in l. tale pa
ctum. de pact. tex. in l. fi. ſecundũ Bar. & Ang. ibi. ff. de
poſthu. hære. inſtit. tex. in l. Barbarius. & ibi Bal. ff. de
offi. præto. Bal. in l. j. C. quæ res pig. obl. poſ. Prætereà,
licet in beneficiis principum larga debeat fieri inter-
pretatio: vt l. fi. ff. de conſti. prin. l. ſi quãdo. C. de bon.
20 vac. lib. x. † tamen id verum eſt in eis, & circa ea, quæ
beneficium exprimit: nam non eſt putandũ dixiſſe Mæ-
uium, qui expreſsit Titium. & pariter qui dixit decem
non dixit dena. ita dixit pulchrè And. de Iſer. in c. im-
perialem. ij. col. de prohi. feu. alien. per Fed. Prætereà,
ex alio non debet fieri extenſio ad caſus nõ ſpecifica-
tos, ſeu expreſſos in conceſsione, ex quo licet in cõceſ-
ſionibus & beneficiis principum, ſicut in donationi-
bus & ſimilibus fieri debet latiſsima interpretatio,
21 † tamen ſecus erit in priuilegiis: quia in iis fieri debet
ſtrictiſsima interpretatio. tex. eſt in l. fi. de conſti. prin.
l. ſi quando. C. de bo. vac. lib. x. l. ſi quãdo. in prin. C. de
inoffi. teſt. per quæ ita conſulendo tenet Alex. in conſ.
clix. ij. col. ij. vol. Item & vltimò nõ debet fieri exten-
ſio ad caſus non expreſſos in priuilegio, ex quo adpa-
reat ad ſupplicationẽ. & ſic ad poſtulationem Capua-
norum huiuſmodi priuilegium conceſſum fuiſſe. quo
22 caſu fieri † debet ſtricta interpretatio, cũ non motu
proprio, ſed ad poſtulationem conceſſum fuerit. Ita
voluit Io. And. in c. ij. ad fi. extrà de immu. eccle. & ibi
Abb. in pen. col. refert & ſequitur Iaſ. in l. j. iiij. col. C.
de ſacroſanc. eccle. & in l. fi. j. col. poſt Cy. ibi de con-
ſtit. prin. Iaſ. in l. imperiũ. vij. col. ff. de iuriſ. omn. iudi.
Nunc autẽ dato abſque veri præiudicio, quòd in priui
legio præfato princeps cõceſsiſſet vniuerſitati Capua

næ, ſeu eius curiæ cognitionem criminis læſæ maieſta
tis, & ſic falſæ monetæ in ſpecie, & particulari ita ex-
primendo, attamen non videtur ex hac conceſsione
ſeu priuilegio ſe priuaſſe, quin etiam ipſe ſi voluerit,
2 cognoſcere non poſsit. text. eſt peregrinus † in pro-
priis terminis in c. dudũ. de præb. in vj. & pro hoc bene
facit, quia princeps concedendo iuriſdictionẽ, ſeu cau
ſam cõmittendo alicui ſpecialiter, nõ videtur auocaſ-
ſe ab alio ordinario ſuperiore, & multò fortius à ſe
ipſo cognitionem, ſed accumulaſſe, vt eſt caſus not. in
ſimili in c. per hoc. de hær. in vj. & in l. j. C. de offi. præ-
fe. vrb. vbi loquitur directè in officio præfecti vrbis,
cui non videtur derogatũ, ſi officiũ certi generis cau-
ſarum alij cõmittatur. idem conſuluit Pet. de Anch. in
conſi. clxiiij. iiij. col. j. vol. Et dicit Pet. de Anc. in conſ.
xxviij. incip. rationes inductæ. per præallegatũ text. in
c. dudũ. de præb. in vj. ꝙ ſemper remanet domino ma-
ior poteſtas & iuriſdictio, quàm transferat in alium.
Ex quibus cõcludo nullatenus poſſe de huiuſmodi cri
mine per curiã capitanei Regij ipſius ciuitatis Capuæ
cognoſci, ſed per magnam curiam vicariæ. Et ita poſt
longam diſcuſsionem decretum fuit per S. Reg. Cõſil.
& exequutum. Thom. Gramm. Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Publicatione bonorum, veniunt etiam actiones.*
2 *Publicatione bonorum nedum veniunt bona præſentia, ſed etiam alia poſtmodum quæſita, cùm fiſcus ſuccedat bannito etiam in bonis quæſitis poſt bannum.*
3 *Publicatione bonorum applicantur fiſco actiones & obligationes etiam conditionales.*

## CONSILIVM VII.

IN Chriſti nomine, Amen. In cauſa Regij
fiſci cum Excell. Marchione montis ſarcu
li, ſuper executione ſententiæ latæ in fauo
rem dominæ Comitiſſæ Franciſcæ amitæ
eiuſdẽ marchioniſſæ. prætendit enim, ꝙ marchioniſſa
ipſa tanquam eius neptis & proximior in gradu, tan-
quam filia magni ſeneſcalli fratris præfatæ dominæ
Franciſcæ, venire poteſt ad eius ſucceſsionem, & ſuc-
ceſsiuè ad executionẽ ſententiæ præfatæ: fiſcus autem
regius ſicut vniuerſalis ſucceſſor præfati quondã ma-
gnifici ſeneſcalli, ob eius notoriã rebellionem in Regẽ
Ferdinandum primum, glorioſæ memoriæ, prætendit
ſimiliter præfatæ dominæ Franciſcæ ſuccedere: nam
cùm præfatus magnif. ſeneſcallus fuerit ob eius rebel
lionem omnibus ſuis bonis priuatus, in huiuſmodi
1 priuatione, † & ſic publicatione bonorum, veniunt
etiam actiones. l. ſi ademptis. C. de ſent. paſ. & dixit Al
be. in l. j. ff. de ſtat. ho. Mart. de Laud. in tract. de priui.
fiſ. in ſuo not. xlvij. Nam eo in caſu fiſcus ſuccedit loco
hæredis, & eſt hæres. ita Bald. in l. j. C. de ope. libert. &
dixit Mart. de Laud. in eo. tract. nu. 87. & ſic in fiſcũ, vt
in hæredem tranſeunt iura. Bald. in l. tam mand. C. de
non nume. pec. & in rubr. C. de pœ. Marti. in eo. tract.
de fiſco. not. ccxxvij. Vnde ſi hodie viueret magnificus
ſeneſcallus, nulli dubium, quòd ipſe præfatæ dominæ
Franciſcæ ſuccederet, vt ſuæ ſorori. Cur ergo infi-
ciari poſſet, ꝙ regius fiſcus tanquam ſucceſſor præfati
quondam magnific. ſeneſcalli vniuerſaliter ſuccedere
non poſsit? & licet actio illa reſtituendarum dotium,
in caſu ſoluti matrimonij præfatæ dominæ Franciſcæ,
vel eius hæredi, & ſucceſſori nõ eſſet adhuc ſortita ef-
fectum tẽpore, quo viuebat præfatus magnific. ſeneſ-
callus, erat tamen iam ſtipulata, & in publicatione bo-
norum veniunt & intelliguntur bona etiã poſtmodum
2 quæſita, † cùm fiſcus de iure ſuccedat bannito, etiã in
bonis quæſitis poſt bannũ, tanquã vacantibus. Bald. in
l. eius qui. ff. de teſta. & idem Bal. in l. ſi. C. de contrah.
empt. vbi plus dicit, quòd conditio obligationis non
mutatur ex perſona fiſci ſucceſſoris. Item & ex alio fi
ſcus regius venit ad ſucceſsionem præfatam, videlicet
ex capite ſtipulationis in caſu ſoluti matrimonij, mor
te præfatæ dominæ Frãciſcæ Comitiſſæ, cui nõ fuerat
facta adhuc reſtitutio, nec conſignatio dotium ab hæ-
redibus ſeu detentoribus bonorum viri. vnde neceſſa
riò infertur, ꝙ ſi magnifi. ſeneſcallus hodie ſupereſſet
proculdubio ſuccederet, & eidem veniret præfata dos
reſtituenda remanente regio fiſco vniuerſali ſucceſſo
re, etiam ſuperueniente conditione ſoluti matrimo-
nij, & ſic mortis, appoſita in ſtipulatione, ſequitur, ꝙ
fiſcus ipſe ſuccedat, cùm in publicatione bonorũ ap-
3 plicentur fiſco, etiã actiones & † obligationes condi-
tionales, maximè prouenientes ex cõtractibus, prout
in caſu iſto ita voluit Bar. in l. ſi. de contrahen. emp. &
ibi Bal. & in l. nam ad ea. de cond. & demonſt. & plenè
Ale. in l. iij. §. illud. ff. quod quiſque iur. & in l. quoties.
ff. de nouat. Et hæc breuiter mihi in præſenti valitudi-
nario occurrunt pro nunc, cùm aliter libros reuolue-
re ex grauitate valitudinis nõ cõcedatur. Suppleat er
go iuris ſcrinia, quæ in Sacro Regio Conſilio tanquam
in principis pectore repoſita ſeu recondita ſunt.
Thomas Grammaticus Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Dominus regulariter non tenetur de delicto famuli, niſi delictum haberet tractum ſucceſſiuum, ſeu cauſam ſucceſſiuam: ſecus ſi momentaneam.*
2 *Falſitatis imago eſt id, quod diſtat à veriſimili.*
3 *Delictum famuli imputatur domino ſcienti & non prohibenti, quod maximè procedit vbi ſubeſt aliqua præſumptio quòd fuerit factum domino mandante, & numero 4.*
5 *Diſcipulus in apotheca an obliget magiſtrum.*
6 *Dominus obligatur ex contractu factoris ſeu inſtitoris.*
7 *Fraus probatur ex coniecturis.*

## CONSILIVM VIII.

IN Chriſti redemptoris nomine, Amen.
In cauſa regij fiſci cũ Bartholomæo freſca-
rola ſuper ſerico eiuſdem Bartholomæi
intercepto, ex notificatione non facta re-
giæ doanæ, licet ibidem immiſſo, & poſtmodũ extra-
cto, nec aliter dato manifeſto ad effectũ, vt per fiſcum
prætenditur fraudandi regiã doanam, Videtur potiſ-
ſimè ex aduerſo fundari, ꝙ dicta extractio à regiana
doana abſque notitia credecceriorum ſeu doanarij nõ
fuerit facta ſciente præfato Bartholomæo, nec per
ipſum, ſed per Andræam eius negotiorum geſtorẽ &
inſtitorẽ, & ſic, quòd nõ videatur ipſum Bartholomęũ
teneri de delicto ſeu fraude præfata cõmiſſa per præ-
fatum Andræã eius inſtitorẽ, per multa, de quibus in-
frà proximè. nam huic reſpondetur, ꝙ licet regulari-
ter dominus non teneatur de delicto famuli, tamen id
1 limitatur non habere locum, † vbi delictum haberet
cauſam ſucceſsiuam, prout in caſu præſenti, ſecus ſi
momentaneã, ita voluit Alb. in c. conſtitutus. de teſti.
& in c. cũ cauſam. el j. eo. ti. vbi multũ ſe iactat de hoc
intellectu, & idẽ ante eũ tenet Bald. in l. j. circa fin. C. ſi
quacun. præd. poteſt. & hoc ideo, quia in actu ſucceſ-
ſiuo præſumitur ſcientia. ita dixit Pau. de Caſt. & Mod.
in l. j.



in l. j. ſi cer. pet. vnde non videtur cadere in iudicium
rectè ſentientis illud ſericum fuiſſe immiſſum in regia
doana, adeò maximè pretij & valoris duca. trium mil-
le, & plus, per præfatum Andræam, & ꝙ ibi ſtetiſſet
per multos, & quã plures dies ignorante penitus præ-
fato Bartholomęo domino ipſius, & nil ſciente de im-
miſsione præfata: cùm nullatenus ſit veriſimile, quòd
ipſe Andræas inſtitor eiuſdem Bartholomæi, ſericum
ipſum immiſiſſet abſque ſcientia ipſius domini prin-
cipalis: per tex. in d. c. conſtitutus. & id quod diſtat à
2 veriſimili, ſit quædam † falſitatis imago. dixit Bal. in
l. j. iiij. col. C. de ſer. fugi. & in rub. C. de probat. Alex.
in conſi. xxvij. ij. vol. in cauſa & lite vertente. & in cõ-
ſi. cxviij. in quarto vol. And. Barb. in c. ſignificante. ij.
col. extrà de pig. & ideo dicebat Pet. de Anc. in conſi.
incip. In Chriſti nomine. Amen. Extrà ordinem con-
tractuũ, vlt. col. ꝙ iis, quæ non ſunt veriſimilia, iudex
non debet fidẽ dare. & idem voluit ipſe Pet. in alio cõ-
ſi. incip. viſa facti narratione. & copia teſta. col. vij. in
fi. vbi ſubdit, ꝙ contra id quod non eſt veriſimile, non
debet quis audiri. Et ſic cùm veriſimile ſit, & præſu-
mendum omnino, ꝙ præfatus Bartholomęus ſciuerit,
& non prohibuerit, erit ſibi imputandum: cùm ex iu-
3 ris diſpoſitione † delictum famuli imputari debet do
mino ſcienti, & non prohibenti factum à famulo: ma-
ximè in vtilitatem ipſius domini. voluit Barto. in l. de
pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. x. q. ff. de no. oper. nunt.
vbi ſubdit Lud. Rom. præſertim hoc militare, vbi ſub-
eſt aliqua alia præſumptio, vt dicatur factum domino
4 mandante: prout etiam conſulendo tenet † Fran. Cur.
conſi. xlij. pen. col. ſed in caſu, de quo agitur, nõ ſolùm
vna verum etiam & plures concurrunt præſumptio-
nes clariſsimæ, imo & probationes comprobantes id
fuiſſe geſtum opera ipſius Bartholomæi principalis do
mini. Et primò, quia ſericũ ipſum fuit ibi immiſſum
nomine ipſius Bartholomæi. Secundò, quia per mul-
tos & quàm plures dies ſub eiuſdem nomine ibi ſterit.
Tertiò, quia ipſe Bartholomæus erat ſolitus aliàs frau
dare iura regiæ doanæ. Quartò & vltimò, quia præfa-
tus Andræas erat, prout eſt, eius factor & inſtitor, &
gerit & gerebat eius negotia, contrahendo pro ipſo
Bartholomæo, acquirendo eidem Bartholomæo, & ſi-
bi nihil. Hinc voluit pulchrè Bal. in rubr. C. de conſti.
5 pecu. iij. col. quærendo ibi, an † diſcipulus obliget ma
giſtrum. & ponit exemplum in eo, qui portat pannum
ad domum magiſtri, & deinde vendit. & concludit
quòd ſi diſcipulus talis nihil aliud habeat in mandatis,
non obligat dominum. tamen ſi conſueuit negotiari
in apotheca conſentiente præfato ſuo magiſtro, & ſic
domino, cenſebitur inſtitor, & tenebitur: argum. l. fin.
ff. quod cum eo. Idem conſuluit Alexan. in conſi. xliiij.
in ij. volum. & ſic obligabit dominum ad pœnam pro-
uenientem ex natura cõtractus, non autem ad extra-
neam, vt ibidem ſubdit Bal. cui optimè ſuffragatur Iu
riſconſultus in l j. ff. de inſtito. ibi, æquum prætori vi-
ſum eſt, vt ſicut commoda ſentimus ex actu inſtitorum
ita etiam nos obligari ex contractibus ipſorum, & cõ-
6 ueniri, & iſti factores, vt erat, & prout eſt † præfatus
Andræas, dicũtur hodie inſtitores, ita dicit Bart. in l.
eandẽ. vij. q. ff. de duo. re. vnde cùm prædictus Bartho-
lomæus aſſerat ſe ignorare, adparet id eũ reuera frau
dulenter aſſerere, cõcurrentib9 notabilib. ſuprà relatis
coniecturis, & præſumptionibus: & præſertim, cùm
7 fraus † ex coniecturis facilimè deprehendatur. c. j. &
ij. de renun. in ſexto. & præſertim data qualitate perſo
næ ſolitæ in ſimilibus: vt dicit Bald. in l. cũ allegas. iiij.
oppo. C. de vſur. Cõcludo ſericum ipſum fuiſſe & eſſe
legitimè interceptum. Fuit tandem dictum ſericum
diu detentum in regia doana, & habita certa concor-
dia cum regio theſaurario, fuit pro maiori parte re-
ſtitutum ipſi Bartho. Tho. Gram. Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Cogi nemo poteſt ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis etiam fiſco cùm nihil in eo ſit ſpeciale, niſi iure cautum reperiatur. maximè quando poſſidet pro ſuo. nu. 3*
2 *Reus tenetur edere fiſco ad eius intentionem fundandam, quod eſt ſpeciale in fiſco.*
4 *Edere tenetur vaſallus copiam inſtrumenti domino petenti.*

## CONSILIVM IX.

REdemptoris gentium præſidio petito,
Amen. Dum Laurentius de cãpulo, quod-
dam molendinum in aquis publicis exi-
ſtentibus in paludibus ciuitatis Neapol.
conſtrui feciſſet: ad iudicium regiæ cameræ ſumma-
riè tractus, ad inſtantiam Regij fiſci, vt de eius iure do
cere debuiſſet: quonã pacto in aquis publicis, quæ re-
gij fiſci ſunt, authoritate propria ædificaſſet, & ipſo re
luctante ac obiiciente minimè ad id adſtringi poſſe,
cùm ex iuris regula nemo cogi poſsit oſtẽdere titulũ
1 ſuæ † poſſeſsionis, per vulgat. l. cogi. C. de peti. hæred.
quod procedit, etiam fiſco petente: cùm nihil in eo ſit
ſpeciale, niſi iure cautum reperiatur. l. item veniunt. §.
in priuatorum. & ibi gl. ff. de peti. hæred. gl. in l. j. C. de
eden. ita etiam in ſpecie decidit conſti. regni incipiẽs:
vt ab omnibus, qua cauetur, vt nullus officialis præte-
xtu generalis dominij fiſci poſsit aliquem ex ſubditis
compellere ad oſtendendũ titulum ſuæ poſſeſsionis.
Ego tamen ad tuitionem iurium Regij fiſci, dico non
obſtantibus præallegatis præfatum Laurentium ad id
compellendũ, vt per quam regulam molendinum in
aquis publicis, quæ principis ſunt, ædificaſſe demon-
ſtret. & quòd aquæ publicæ ſunt Principis, vel baro-
num, quibus conceſſæ fuerunt per principes cũ baro-
niis, tenet pulchrè Luc. de penna in l. vſum aquæ. C. de
aquædu. lib. xj. & præterea ſecundũ eũ in l. j. C. de man.
& colon. patri. lib. xj. nam licet vulgaris ſit regula, ꝙ
reus nõ tenetur edere actori ad intentionem fundan-
dã, cũ nemo ex domo rei arma ſumere poſsit, attamẽ
2 ſecus erit in fiſco, cui reus omnino edere † tenetur ad
eius intẽtionem fundandã. tex. eſt in l. nec quicquam.
ff. de eden. per quã ita limitat ſingulariter Felyn. in c. j.
v. col. verſi. fallit ſecundo in fiſco. extrà de proba. & li-
cet lex ipſa, nec quicquã. duos habeat intellectus, vnũ
videlicet, ꝙ ſit ſpeciale in fiſco, aliũ, ꝙ non, cùm nun-
quam præſumitur aliquid eſſe ſpeciale in fiſco, niſi lex
expreſsè dicat, prout ſupra, ex aduerſo fũdatũ eſt, ta-
mẽ prædictus intellectus, videlicet, quòd teneat reus
edere fiſco, reputatur ſingularior. ita dicit Fulg. in di-
cta l. nec quicquam. Bar. in l. ij. §. diuus Adrianus. ff. de
iure fiſc. & pulchrè Iaſ. in præfata. l. nec quicquam. idẽ
tenet Mart. Lau. in tract. de fiſco. in no. ſeu priuilegio
ccxxxvij. vbi dicit ſpeciale eſſe in fiſco, vt reus tenea-
tur ſibi edere inſtrumentum ad fundandum eiuſdem
fiſci intentionem, dum agit, per tex. in l. iiij. ff. de eden.
& not. in l. j. C. eod. Item reſpondetur regulæ alle-
gatæ in contrarium, & alio modo. nam licet nemo
cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis, id habet

3 locum, † quando talis poſsidẽs poſsideret pro ſuo: ita
Bald. in l.ſi legatum. ff. de eden. & ibi dicit de emphy-
teuta, quòd non tenetur edere inſtrumentum inueſti-
turæ libellariæ domino: ſecus ſi poſsideret vt emphy-
teuta. idem voluit Specu. in titu. de emphyteuſ. §. nũc
aliqua, verſi. cxlj. vbi etiam tenet, quòd emphyteuta
tenetur edere copiam inſtrumenti emphyteutici, per
tex. in l. prætor ait. §. primo. ff. de edendo. dummodo
iuretur de calumnia, vt ibi in dicta l. prætor. refert, &
ſequitur Angelus. tenet etiam Baldus in additio. Spe-
cul. in titul. de loca. ix. columna. & idem eſt in vaſallo
qui tenetur edere copiam inſtrumenti feudi domino:
4 gloſſ. eſt in capitulo primo. §. illud. † & ibi doct. de
prohibit. feudi alienatio. per Federic. & l. ſecunda, C.
quibus & quando quarta pars debe. libro decimo. &
Ludouic. in conſilio clxiij. incipien. conſtit. curiæ mer
cantiæ. vltima columna. ſed cùm molendinum non
adpareat poſſeſſum pro ſuo, cùm appareat ſituatum in
aquis publicis, & in paludibus, quæ ſunt regij fiſci, &
tam territorium ipſarum paludum, quàm aquæ ibi
exiſtentes, ſunt particulariter regij fiſci: quinimo &
in foueo regali exiſtit, prout ita vulgariter nuncupa-
tur, ideò debet Laurentius ipſe remediis opportunis
compelli ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſsionis.
Nec videtur in aliquo obſtare conſtit. regni, ſuprà al-
lega. cum illa prohibeat officiales, ne occaſione domi
nij generalis fiſci imperare habeant ſubditos ad oſten
dendum titulum eorum poſſeſsionis: ſed in caſu no-
ſtro aquæ publicæ ſunt ſub particulari dominio fiſci,
vt ſuprà oſtenſum eſt. Item dicta conſtitutio reſeruat
iura fiſci, ſed fiſco reus edere cogitur, per præallegata:
ergo Laurentius ipſe omnino cogendus eſt ad exhi-
bendum titulum ſuæ poſſeſsionis. & ita decretum &
exequutum fuit per regiam cameram ſummariè.
Thom. Gramm. Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Dominus malè tractans vaſallos, debet feudo priuari.*
2 *Accuſatione pendente contra officialem de delicto com-*
*miſſo in officio, debet ei adminiſtratio interdici, & in*
*terim alius in eius locum ſubrogari.*
3 *Officialis ſyndicandus debet interim ab officio ſuſpendi,*
*ex quo aliàs adſtrueret teſtes ſcientes veritatem, vel*
*minaretur.*
*Filius priuatur feudo ob delictum paternum, ibid.*

## CONSILIVM X.

IN Chriſti nomine, Amen. Per ſyndicos
Vrſi marſi dictum eſt in conſiſtorio regis
Cap. vt pendente accuſatione de pluribus
exceſsibus, criminibus & delictis & com-
miſsis per Quintum Perocťam, vtilem dominum
terræ Vrſi marſi, quòd interim interdiceretur ad-
miniſtratio iuriſdictionis filio ſucceſſori eiuſdem
Perocťæ, ſeu rectius dominium & poſſeſsio terræ
prefatę exiſtens penes filium ipſius Perocťæ, vt te-
ſtes liberè, & abſque metu teſtificari potuiſſent ve-
ritatis teſtimon. ſuper querelis dudum expoſitis, &
porrectis in vita ipſius Perocťæ. Et pro intereſſe regij
fiſci dico ſuſpenſionem præfatam fieri debere ex in-
frà ſcriptis. Et præſupponẽdo vnum, quòd eſt in iure
veriſsimum, quòd dominus malè tractans vaſallos,
1 cùm ex hoc dicatur malè † verſari in feudo, quòd te-
net à domino. arg. c. ad apoſtolicæ, de re iudi. in vj. &
not. in c. j. qualiter domi. propr. feu. priu. dixit Albe.
in l. bene à Zenone. C. de quad. præſcrip. quòd talis do
minus poteſt priuari ab Imperatore, ſeu Papa. Et quòd
dominus malè tractans vaſallos. debeat feudo priua-
ri, tenet etiam Bal. in l. ij. ff. de iis, qui ſunt ſui vel alie.
iur. & allegat etiam Cyn. ibi ita voluiſſe, cùm ille qui
abutitur dominio, faciat ſe indignum dominari, dixit
Bal. in c. j. §. publici latrones. in tit. de pace tenen. &
eius viola. & in authen. ſtatuimus. C. de epiſco. & cler.
Paul. de Caſt. in auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. fa-
cit bonus text. in c. ad apoſtolicæ. de re iudic. & quod
dicit Felyn. in c. cum nobis. ſecunda columna. circa
finem. de præſcript. & ſequitur Iaſon in dicta authen.
qui rem. col. ij. & in prælud. feud. columna xxviij. &
ibi Præpo. colum. xxij. Fran. Curt. in tract. feud. char.
liiij. colum. iij. verſic. quæro igitur in primis. Iacob. in
tract. de Homag. verſicu. marchio in Italia. columna
quarta & octaua. Bonus in ſuo tracta. nobili. in ter-
tia parte, nume. 210. idem Bonus in v. parte dicti tra-
ctat. num. 19. & 20. & ideo mirabilius dixit. S. Thom.
in ij. ſent. artic. penult. quòd licitum eſt ſubditis, imò
meritorium, talem dominum vaſallos opprimentem
occidere. Et quòd dum abutitur dominio, faciat ſe in-
dignum dominari, dixit etiam Bald in c. j. qualiter do.
proprie. feud. priu. Iacob. de S. Georg. in tract. de ho-
mag. vlt. colum. & eſt tex. rectè ipſum intuenti in l. ij.
ff. de iis, qui ſunt ſui vel alie. iur. imò eo caſu dominus
ſuperior ex officio ſuo hoc facere debet, & eximere
vaſallos ab huiuſmodi domino, etiam ſi vaſalli ipſi
oppreſsi non conquerantur. dixit Ioan. Fab. in §. ſi. in-
ſtit. de iis qui ſunt ſui vel alie. iu. & ſequitur Guido Pa
pæ in deciſio. parlamenti Gratianopoli. deciſ. cxij. in-
cipien. ſi quis baro. Iis ergo ſic præſuppoſitis, redeun-
do ad thema propoſitum, quòd poſsit ſuſpenſio præ-
dicta dominij & poſſeſsionis lite durante concedi,
præmittendo perpetrata per prædictum Perocťam
induxiſſe manifeſtam ac legitimam priuationem, re-
perio quòd Luc. de pen. in l. iudices. C. de digni. lib. xij.
tenet quòd pendente accuſatione contra officialem
accuſatum de delictis in officio, debet eidem admini-
2 ſtratio interdici, † & interim alius in eius locum ſub-
rogari: arg. l. eum quem. C. de ſuſpect. tutor. & l. decre-
to. ff. eod. titu. & in §. ſi quis autem. Inſtit. eod. & in
cap. ſcripſit. vij. quæſtio. prima. & l. ſecunda. ff. de de-
cu. prout in ſimili etiam dicimus in prælato. vt in c. ve
nerabili. extrà de offic. deleg. & c. licet Heli. §. quia ve-
rò. extrà de ſimon. & cap. quia. tertia quæſt. ſecunda. &
plenè Luc. de Pen. in dicta l. iudices. C. de dignita. Par.
de pute. in tractat. ſyndi. in titul. de offic. ſyndi. in iiij.
3 char. vbi ſubdit in particulari, † quòd officialis ſyn-
dicandus debet interim ſuſpendi ab officio: quia di-
ſtraheret teſtes ſcientes veritatem vel minas inferret:
vt in cap. tam literis. §. j. extrà de teſti. & in c. conſtitu
tus. extrà de exceſ. præla. & idem Paris in eo. tract. ſyn
dic. in verſi. accuſatus. j. colum. vbi concludit hoc lo-
cum habere tam in officiali temporali, quàm perpe-
tuo. & idem in ſpecie tenet Bart. in l. libertus. §. in quæ
ſtionibus, ff. ad munici. vbi in particulari tenet, quòd
quando accuſatur. qui deliquit in officio, interdici-
tur ſibi adminiſtratio: ſicut etiam in ſimili dicimus
de notario accuſato, vt in l. eadem. per Bart. ff. ad l. Iu-
liam, repet. & in ſuo conſilio incipien. ſer. Ioann. Et
idem in ſimili dicimus de tutore: vt in l. eum. de ſuſpe.
tuto. & ibi Barto. & Nico. de Neapo. in l. proponeba-
tur. de magiſtr. conuenien. & plenè Ludoui. in ſuo con
ſilio ccxvij. nam vltra, quod præfatus quondam Pe-
rocta



rocta multos, & quam plures eius vaſallos de terra
prædicta multis, ac quampluribus intollerabilibus
grauaminibus affecit, contra ius & iuſtitiam: quo ca-
ſu ipſius feudi priuatione dignum ſe fecit, vt in con-
ſtit. regni, præſenti. rubri. de non opprimend. vaſall. à
domin. perpetrauit & alia quæ honeſtatis cauſa pro-
bari potius quam propalari opus eſt. Nec militaret
reſpondere præmiſſa locum habere contra Perocťam
qui iam deceſsit, & non contra eius filium nunc do-
minum dictæ terræ. Nam ſi Perocta ipſe pater talia
commiſit, per quæ omnino de iure priuatus erat ne-
dum priuandus feudo præfato, etiam aduerſus ipſum
querelæ deductæ fuerant, ſequitur quòd omnino lo- 2
cum habere debeat ſuſpenſio prædicta in perſonam
eius filij, cùm tractetur de ſimili eius intereſſe, ſcilicet
ob paternum delictum, & ipſe quoque priuatus, erat,
vt plenè per glo. & And. de Iſer. & Præp. in c. j. ſi vaſal.
feud. priue. quòd maximè procedet in caſu præſenti,
cum in priuilegio conceſsionis præfatæ terræ factæ 3
eidem Perocťæ non mentionetur pro ſe filiis: & ſic
non fuit facta mentio de filio nominatim vt magiſtra
liter per glo. & And. de Iſer. in dicto c. j. & ideò cum
in caſu præmiſſo tractetur etiam de proprio intereſ-
ſe ipſius filij, ad hoc vt teſtes abſque metu aliquo depo
nere poſsint tam in proceſſu ordinariè fabricando,
quàm in querelis expoſitis, de quibus nõ eſt capta in
formatio, debet omnino ſuſpendi. Et tandem ex gra-
tia quondam regis capitanei non fuit aliter moleſta-
tus. Tho. Gram. Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Si inter duos inimicos eſt facta pax ſub promiſſione reci-*
*proca, ſub pœna, ne vnus aliũ offendat, ſi poſtmodum* 4
*vnus primo loco aliũ offendit, offenſus poterit abſque*
*metu ipſius pœna præfatum eius offenſorem offende-*
*re, & inſuper pœnam petere.*
2 *Contrahens qui contractum ſequutus non eſt, non debet ex*
*eo commodum reportare*
3 *Eſt in electione creditoris, an ex contractu, cui eſt contra-*
*uentum, velit petere pœnam vel rem.*
4 *Contractus pedagiorum ſeu gabellarum. licet ſonent in ven*
*ditionem ad certum tempus, tamen eſt in veritate lo-*
*catio, & non venditio.*

## CONSILIVM XI.

IN Chriſti nomine, Amen. In cauſa Ar-
rendamenti Salma. regij fiſci cum illis de
humellinis, licet prætendatur pro parte
regij fiſci, minimè in aliquo ex capitula-
tis contraueniſſe, attamen quando, abſque veri præiu
dicio, ſecus eſſet, & quòd in aliquo ex capitulis contra
uentum eſſet, ex iuris diſpoſitione, id regio fiſco licuiſ
ſe liquebit. Conſtat namque proprius ipſos de humel-
linis contraueniſſe in non dando ſal rubeum, nec il-
lius bonitatis & qualitatis, prout in capitulis ipſis
promiſerant. & ſic extante priori contrauentione ex
parte eorundem de humellinis licuerat ſecundo loco
1 regio fiſco contrauenire: imò † & pœnam incurſam
per eoſdem ex cauſa contrauentionis præfatæ petere,
per id quod dixerunt Bart. Bald. & Imo. in l. cum pa-
ter. §. libertis. ff. de legat. ſecundo. Quòd ſi inter duos
inimicos eſt facta pax cum promiſsione reciproca,
ſub pœna, ne vnus alium offendat, quòd poſtmodum
primo loco vnus alium offendit, offenſus poterit abſ-
que metu ipſius pœnæ prædictum eius offenſorem
offendere. & inſuper pœnam per illum incurſam ex
præambula offenſione petere: vt voluit Bald. in l. cùm
proponas. C. de tranſ. & in l. is, qui fidem. ff. eodem ti-
tul. Pal. de Caſtr. in l. ſemel mora. ff. ſolut. matrimon.
Bart. in l. prima. §. cũ arietes. ff ſi quad. paup. feci. dica.
& plenè Felyn. in cap. peruenit. extrà de iureiurand. in
tantùm, quòd remittendum erit arbitrio petentis pœ
nam, ſi vult pœnam ipſam petere, vel contractum re-
ſcindere, & ſic facere, quod in plus ſe habet. accedat
text. in l. apud Celſum. §. ij. ff. de doli except. & in l.
prædia. ff. de act. empt. nam is qui contractum ſequu-
tus non eſt, non debet ex eo commodum reportare.
2 tex. eſt in dicta l. cum pater. §. liberis † & in l. ſtipula-
tus es opus. ff. de fideiuſ. ibi in fin. dum dicit: ea enim lo
catio, quam ſequutus non es, per inde eſt, ac ſi interpo
ſita non eſſet. imò & fortius, etiam ſi adeſſet clauſula,
videlicet rato tamen manente contractu, tamen erit
in arbitrio petentis pœnam, an velit ipſam petere,
3 † vel rem. prout in terminis voluit Spec. in tit. de em-
phy. §. nunc aliqua. verſ. xxxvj. vbi dixit, quòd ſi inter
locatorem & conductorem actum eſt, quòd niſi con-
ductor ſolucrit certam pœnam annuam, quòd ſoluat
certam pœnam rato manente pacto ſeu contractu, ꝙ
tamen conductor ceſſauit ſoluere, & voluerit ſoluere
pœnam, & rem retinere: tamen locator poterit ipſum
expellere, cùm ſit in eius arbitrio, an ad rem, an ad
pœnam agere velit. Idem tenet Hoſti. in ſumma. §. pe.
verſi. quid ſi emphyteuta. Et idem in emphyteuta te-
net Bart. in præallega. l. cùm pater. §. libertis ff. de leg.
ij. & optimè ſtringũt prę allegata in hac materia, cùm
loquantur in locatione, & iſtorum iurium fiſcalium
& publicorum ſicuti gabellarum, pedagiorum, dacio-
4 rum, † & ſimilium, venditio, licet contractus ſonet in
venditionem ad certum tempus, attamen re vera eſt
locatio, & non venditio. ita Bart. in l. cotem ferro. §.
qui maximos. ff. de public. & clarius Pau. de Caſt. in l.
inſulam. & ibi Iaſ. de May. ff. de præſcrip. verb.
Thom. Gramm. Regij fiſci proc.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes inimici non probant.*
2 *Teſtis inimicus licet non capitalis, tamen poteſt dici ſu-*
*ſpectus.*
3 *Inimicitia contracta cum vno de familia: intelligitur con-*
*tracta cum omnibus de familia in tantum, quòd exten*
*ditur vſque ad quartum gradum & nu. 4. 5.*
6 *Inimicitia ad hoc vt repellat, non requiritur quòd ſit iu-*
*ſta, aut rationabilis.*
7 *Teſtis an poteſt eſſe mulier, in cauſa criminali.*
8 *Teſtes poſſunt eſſe conſanguinei & fratres: vſque ad quar-*
*tum gradum ad defenſam pro conſanguineo ſeu fratre*
*ipſorum in cauſa criminali.*
9 *Inquiſitus ſi fuit conuictus per teſtes de viſu, & tortus ne-*
*gauit perſeuerando in negatione, ſi probationes ſunt*
*vrgentes contra eum, non obſtãte negatione, debet com*
*poni non autem pœna ordinaria puniri.*
10 *Inimicitia ad hoc vt dicatur probata, requiritur probari*
*qualitas inimicitiæ: aliàs nõ dicitur probata inimicitia.*
11 *Teſtis ad hoc, vt tanquam inimicus repelli poſſit, requiri-*
*tur probari euidens inimicitia & manifeſta.*
12 *Teſtis tenetur adſignare rationem eius dicto, quia ratio eſt*
*illa quæ validat & inualidat dictum teſtis.*
13 *Teſtis deponens ſecundum ſuum iudicium, & videre, an*
*probet.*
14 *Teſti animosè deponenti, non eſt credendum.*

15 *Teſtis deponens ſuo iudicio, non præmittendo rationem per accommodatum ſeuſum corporis, non probat.*

16 *Teſtes mulieres in cauſa criminali, an probent.* Et *concluditur quòd ſic.*

17 *Teſtes fratres ſeu conſanguinei, quòd admittantur pro fratre ſeu conſanguineo in cauſa criminali, eſt verum, quando producuntur ad meram defenſionem, & innocentiam inquiſiti:* Secus *ſi ad repulſam ſeu impugnationem alterius. & num.* 18.19.20.

21 *Contumax & bannitus dum inquiritur de delicto, & nullo exiſtente indicio poteſt torqueri.*

22 *Teſtis de viſu delicti, facit vt procedi poſſit ad condemnationem contra inquiſitum, & nō ad torturam: quia tortura datur in ſubſidium, quando veritas aliter haberi non poteſt. nu* 23.

24 *Conuictus teſtibus licet neget, & in tortura perſeueret negando: attamen debet damnari. & nu.* 25.

26 *Teſtes conſanguinei non reprobantur ex hoc quòd probentur conſanguinei producentis, ſed debet probari, quòd ſint coniuncti ex linea aſcendenti vel deſcendenti: Secus ſi probarentur cōſanguinei ex linea tranſuerſali.*

27 *Iniuria facta vni de agnatione toti agnationi facta intelligitur, quo ad repulſam ipſorum, ſi inducti ſunt in teſtes pro agnato.*

28 *Teſtes ob magnam amicitiam in totum repelluntur.*

29 *Luſor teſtis eſt criminoſus, cùm ludus ſit crimen, & dicitur luſor malè vti ſubſtantia ſua, & teſtes luſores, & blaſphematores repelluntur à teſtimonio. & nu.* 30.

31 *Teſtes reprobatorios repellit repulſa leuis, nedum valida & vrgens.*

## CONSILIVM XII.

TRemendi Dei ſuffragio petito, Amen. In
cauſa iſtorum fratrum de caſtigliono, que-
rulantium contra Bataglinum carceratum
pro homicidio commiſſo in perſonā quon
dam Amàti eorum patris, nouit veſtra excellen. illu-
ſtriſ. domine Ludouice montalte, regens Regiam can
cellariam digniſsime, quæ ex aduerſo per Magnific.
V.I.D. dominum Sigiſmundum de Lofredo, & domi-
num Andræam Gatula, meos in hac cauſa concurren-
tes, pro defenſione Bataglini inquiſiti, in medium ad-
ducta fuerunt, fundando principaliter inimicitiam
productorum teſtium ad inſtantiam querulantium:
& ex notiſsima iuris diſpoſitione teſtes inimici produ
1 cti non probant contra eum, † quem odio maximè
capitali proſequuntur. gl. eſt. in c. quamuis. de procur.
in ſexto ver. inimicus. per quam addo, quod ſubdit ibi
Domi. de ſancto Gemi. quòd ille, qui non eſt inimicus
2 capitalis, poteſt tamen dici ſuſpectus. † & dictam glo.
ſequitur Ioan. And. in c. repellantur. extrà de accuſ.
Specul. in titu. de accuſat. §. quæ inimicitiæ. & in §. ſi
verò. in authen. de teſti. & ideò dixit Abb. in c. cum P.
Manconella. de accuſa. quòd inimicitia contracta
cum vno de familia, præſumitur contracta cum om-
3 nibus de eadem familia, ſeu domo. † Idem voluit Bald.
in c. ſi vaſallus. el primo. in titul. ſi de feud. fuer. contro
uer. & ibi dixit, quòd inimicitia contracta cum vno,
extenditur vſque ad quartum gradum. † & idem ad-
do fuiſſe relatum per Fely. in c. cùm P. Manconella. &
in c. cùm oporteat de accuſa. quinta colum. ſed quòd
inimicitia capitalis repellat teſtem, vltra plenè alle-
5 ga. per præfatos Magni. concurrentes, dico † idem vo-
luiſſe Bald. in l. athletæ. in verſi. dat remiſsionem. ff. de
excuſ. tutor. gloſſ. & doctor. in authentic. ſi dicatur.
C. de teſti. Alexand. de Imol. in conſilio xcix. primo
volumine. plenè Felyn. in cap. repellantur. & in cap.
cùm P. Manconella. de accuſa. & pleniſsimè in c. cùm
oporteat. poſt Hoſtien. & Ioann. Andræ. eodem titul.
& tamen in hoc plurimū verſabatur officium iudicis,
& arbitrium, vt dicit Maria. Socin. in dicto capitulo,
repellantur. octaua columna. & ibi ſubdit, quòd ad
6 hoc, † vt inimicitia repellat, non requiritur quòd ſit
iuſta & rationabilis. refert & ſequitur Felyn. in dicto
capit. cùm oporteat. quinta columna. Secundò, glo-
riabantur præfati Magnifici concurrentes, nihil dici
poſſe probatum in facto aduerſus præfatum Batagli-
num, cùm probatio vulnerum, & ſucceſsiuè homici-
dij adpareat facta per teſtes mulieres, quibus in cauſa
7 criminali iura non deſerunt: † imò prohibent mulie-
res admitti ad teſtificandum. text. eſt in capitul. forus.
extrà de verbor. ſignification. & idem procedere de
iure ciuili, tenet Iacob. de Aren. in l. qui teſtamento.
de teſtamen. prout refert Ioannes Andræ. in additio.
Specul. in titu. de teſte. §. primo. verſic. item quòd eſt
mulier, & plenè Fely. in cap. quoniam. prima colum-
na, extrà de teſtib. Tertiò adducebant non obſtare,
quòd inferri poſſet fuiſſe productos ad inſtantiam
ipſius inquiſiti nonnullos teſtes eius conſanguineos,
& alios affinitate propinquos, quorum examinatio
ac productio à iure permittitur ad inquiſiti defenſio-
nem, ſuper qua produci & examinari poſſunt etiam
8 fratres inquiſiti, ſeu delati: † & ſucceſsiuè alij eius cō-
ſanguinei, vſque ad quartum gradum, prout plenè te-
nent Bal. Saly. & ceteri in l. parentes. C. de teſti. Quar-
tò & vltimò, lætantes concludebant, quòd ſi qua ex-
titiſſent: etiam vrgentia indicia contra præfatum Ba-
taglinum, illa fuerunt plenè euacuata per torturam
illatam eidem, qui tanquam innocens ſemper perſe-
uerando, negauit, & audacter. vnde quatenus in præ-
ſentiarum pœna aliqua ex meritis deductorum ple-
ctendus veniret quod non creditur, illa quidem habi-
ta ratione torturæ, eſſet minima & pecuniaria ſaltem
9 † prout ſatis pulchrè in propriis terminis allegarunt
conſuluiſſe Barthol. Cæpo. in conſil. xxxij. incipiente
Ruſtici Vicentini. Sic ex his omnibus concludebant
Bataglinum prædictum crimine homicidij delatum,
ac vrgentiſsimis probationibus conuictum, inter-
parum & nihil plectendum fore. Sed intonante in
auribus meis text. l. tertiæ. C. de epiſcop. audien. ibi,
dum dicit, homicida, quod fecit ſemper expectat. qui
originem traxiſſe videtur ab obiurgabili, ac tremen
do verbo noſtri Redemptoris ad Petrum conuer-
ſi, ac dicentis: pone gladium in vaginam: quia
qui de gladio ferit, de gladio perit. idcirco qua-
tuor fundamentis ex aduerſo veluti quatuor ex ſe-
ptem peccatis mortalibus, cum ſeptem donis Spi-
ritusſancti infrà adducendis proſtratis ac profugatis
ſi delatus ipſe abſoluendus tanquam innocens, vel vt
reus condemnandus, veniat, ex eis facilimè ac breui-
ter veritate excuſſa ac trutinata adparebit. Et ſeria-
tim reſpondendo, Quò ad primum non obſtat id
quod de inimicitia ex aduerſo obiectum eſt, cùm mi-
nimè adpareat aliqua qualitas inimicitiæ particula-
ris probata, niſi ita leuiter, quòd erant inimici nulla
10 adiecta qualitate, † nec cauſa inimicitiæ: quo caſu non
adparet probata inimicitia. Ita ſatis nota. voluit Imo.
in capitul. Raynutius. de teſtam. vbi in ſpecie voluit,
quòd requiritur probari fuiſſe cōmiſſam cauſam ini-
micitiæ



micitiæ ad hoc, vt teſtis repelli poſsit vt inimicus. &
idem voluit Bald. in l. ſi quis teſtibus. in fi. C. de teſti.
vbi in ſpecie ſubdit, quòd requiritur qualitas & ſpe-
11 cies inimicitiæ probari: † nec ſufficit ita in genere.
idem ſequitur Iaſon. in l. j. quinta col. C. de teſtamen.
imò plus dixit Bald. in c. Rodulphus. extrà de reſcrip.
quòd ad hoc vt teſtis tanquam inimicus repelli poſ-
ſit, requiritur probari euidens inimicitia, & manife-
ſta: refert etiam & ſequitur Iaſ. in l. ſororē. vltima co-
lumna. C. de his, quibus vt indign. Secundò adparet,
quòd teſtes ex aduerſo producti in redditione cauſæ
ſcientiæ nullam rationem ſaltem bonam in eorum di-
ctis aſsignare videntur, vt ex facie depoſitionis corun
12 dem teſtium eſt videre: † & tamen ratio eſt illa, quæ
validat & inualidat dictum teſtis, vt dicit Bal. in l. cō-
uenticula. C. de epiſco. & cler. ideò dicit Bald. in l.
edita. in repetitio. Paduana. C. de edē. quòd teſtis ſine
ratione deponens, dicitur vt pecus, & non vt homo
deponere. & præſertim in criminalibus, in quibus de-
bent teſtes etiam non interrogati, reddere rationem
de ſcientia: aliàs non probant. dixit Saly. in l. fina. C.
de probatio. Anton. de Butr. in c. ſi. extrà de iureiuran.
Ludo. Roma. & Alexan. de Imo. in l. ait prætor. ff. de iu
reiuran. & conſuluit idem Alexand. faciens mentionē
de Salyc. duntaxat in conſi. xv. in v. columna. in primo
volumi. Tertio adparet, quòd teſtes præfati ex aduer-
ſo producti, deponunt de inimicitia præfata, ſecundū
eorum iudicium & videre, ſubdendo inſuper, ꝙ ex di-
cta inimicitia teſtes ipſi fecerunt mille iuramenta fal-
13 ſa contra delatum: † & certi ac indubitati iuris eſt, ꝙ
teſtis deponens ſecundum eius iudicium & videre, nō
probat: quia non dicitur eo caſu, vt teſtis deponere. l.
teſtium. C. de teſti. l. qui teſtamēto. §. ſi. ff. de teſta. Bar.
in l. quid tamen. §. arbiter. ff. de arbi. & in ſuo tract. de
teſte. Bald. in leg. de quibus. xx. colum. de legi. & pul-
chrè Ange. in l. ſciendum. in repe. ſecunda columna.
ff. de verbo. oblig. & ſequitur conſulendo Alexand. in
conſilio xxiiij. in ſecundo volumine. & conſil. lxxiiij.
ſecunda colum. j. volum. & Franc. Curt. conſilio lv. in
viij. colum. Suffragatur inſuper, quia teſtes taliter de-
ponendo abſque aſsignatione rationis, dum ſubdunt
in ſuis dctis, ꝙ tales examinati ex aduerſo facerent
14 mille iuramenta falſa pro illo producente: † adparēt
ex hoc ſatis animosè depoſuiſſe: & teſtibus animosè
deponentibus ſtari non debet, per id quod habetur in
c. ij. extrà de in integrum reſtit. & in c. accedens. vt lit.
non conteſt. Ita conſuluit Alexan. conſil. cliij. in v. vo
15 lum. in princ. vltima colum. † Accedit proximè di-
ctis, quòd quando teſtis deponit ſuo videre, ſeu ſuo iu-
dicio, vt ſuprà dictum eſt, non præmittendo rationem
per accommodatum ſenſum corporis, non probat: vt
ſuprà probatum extitit. Idem firmat Ioan. And. in ad-
ditio. Specul. in titul. de teſte. §. nunc autem tractan-
dum. prope finem. Nam videntur in præfatis caſibus
teſtes iudicare: & ſic excedere notiſsimos terminos
teſtis: quo caſu non probant modo aliquo. Ita in ſpe-
cie voluit Bar. in l. ſi. C. de vſur. & conſuluit Franc. dè
16 Are. in conſi. xxxviij. in ij. col. † Quartò quò ad ſecun
dum obiectum non militare, clariſsimum eſt, quòd di
ctum fuit mulierum teſtimonium in criminalibus non
admitti, cum id de iure canonico duntaxat vendicet
ſibi locum, vt adparet per tex. alleg. in dicto c. forus.
ſecus enim de iure ciuili in foro Cæſaris: ita dixit glo.
in ver. non fœmina. in dicto c. forus. de verb. ſignifi.
& tenet Spec. in tit. de teſte. verſ. quid ſi mulier. §. j. nec
ſit aliquod fundamentum in opi. Iac. de Are. ex aduer-
ſo adducta: cum in foro Cæſaris, & de iure ciuili mini-
mè locum habeat: vt voluit Alexan. in conſi. xcix. vlt.
17 columm. j. vol. imò † magis communiter tenetur con-
trarium. videlicet quòd teſtimonium mulieris tenet
in cauſa criminali, per tex. in l. ex eo. ff. de teſti. & idē
etiam in ſpecie conſuluit Alexan. conſi. xj. pen. col. eo.
j. vol. ſubdens ſolùm eſſe ſpeciale in teſtamento, vt in
eo teſtis mulier eſſe non poſsit. Idem tenet Alexand.
conſilio xxiiij. ij. vol. & ibi dicit, ꝙ in terris eccleſiæ
de iure canonico non probant: tamen hoc de facto nō
ſeruatur. Ita dicit ibi in iiij. col. & idem tenet idē Ale-
xan. in conſi. xiiij. in quarta col. vbi plenè, in quarto
volum. Phili. Deci. conſi. cxxxiij. in quarta colum.
pro corroboratione quorum opi. adduco tex. in ter-
minis in l. tertia. §. lege Iulia. ff. de teſti. vbi lex Iulia
prohibet mulierem, quæ ſui corporis quæſtum facit,
in accuſatione publici teſtificari: ergo ſi eſt mulier ho-
neſta, & quæ non faciat quæſtum ſui corporis, teſtifi-
cari poterit. & idem tenet & ſequitur Iaſ. in repe. l. ad-
monendi. xxx. char. de iureiur. Et quòd de iure ciuili
18 mulier ſit idonea teſtis in criminalibus, † tenet Ang.
in tractatu maleficiorum. in verſi. comparuerunt dicti
inquiſiti & negauerunt. in tertia columna. verſi. vide
in muliere & inſuper aduertendum eſt, quia in ſuprà
allegato conſilio xxiiij. dicit do. Alex. de Imo. ſecun-
dum Ioan. Andr. & Spec. in tit. de teſte. §. j. in additio.
incip. fertur Iaco. de Aret. &c. quòd hoc de facto non
ſeruatur: quod ſecūdum cum habet æquitatem, quan-
do per mares veritas haberi non poteſt. Quintò, quò
ad ſecundum obiectum, quod minimè eidem Batagli-
no delato ſuffragari poteſt: nam licet fratres & ſucceſ-
ſiuè conſanguinei vſque ad quartum gradum admitti
debeant in cauſa criminali pro fratre, ſeu conſangui-
19 neo in teſtimonium producti: † tamen illud procedit
quando fuerunt inducti ad probandum ſimplicem ac
meram defenſionem, & innocentiam inquiſiti: ſecus
ſi fuerunt inducti ad reprobationem, & impugnatio-
nem alterius. Ita voluerunt Bald. & Salyc. ex aduerſo
allegati, ſi toruo oculo non inſpiciantur, in d. l. paren-
tes. & faciunt not. in l. lex cornelia. in princip. ff. de in-
iur. & per Bar. in l. qui teſtamento. §. j. ff. de teſtam. per
Cano. in c. cum oporteat. de accu. & ita in particulari
conſuluit Alexan. conſilio quinto. in tertia columna,
primo volumine. vnde cum teſtes examinati ad do-
cendum de innocentia ipſius, nec ad meram eius de-
fenſam inquiſiti, non ſint inducti principaliter ad de-
fenſionem probandam, ſed ad impugnationem & re-
probationem teſtium productorum per querulantes:
ſequitur quòd huiuſmodi conſanguinei nullatenus
ſint idonei: nec probant pro ipſo delato. & præſertim
vendicat ſibi locū præfata fundamentalis ratio Bald.
& Saly. volentium, quòd conſanguinei admittantur,
quia producuntur contra fiſcum. nec enim pro hoc di
cuntur nocere fiſco, qui tractat de pœnali & odioſo
lucro cum alterius iactura: argu. eius quod not. ff. de
fur. l. ſi quis vxori. §. fina. & ideò cùm depoſitio fratris
ſeu conſanguinei pro inquiſito fratre ſeu conſan-
20 guineo, ei proſit, † & nemini noceat: tunc eius te-
ſtimonium valet, per text. not. in c. literas. extrà de
præſump. vbi in purgatione fratris de crimine hære-
ſis, admittitur teſtimonium fratris. & ideò ſubdit,
quod ibidem in d. c. literas, pulchrè dicit Fely. in ter-
tia

tia col. fortè præfata non procedere, vbi tractatur de
intereſſe alterius, & ſic vbi procedit accuſatio ſeu
querela, prout in caſu in quo ſumus, in quo querelan-
tes vltra querelam fecerunt partem in iudicio: ergo
concludendum eſt neceſſariò huiuſmodi teſtes nulla-
tenus admitti poſſe, nec debere. Sextò, quo ad quartũ
ab aduerſo fundatum obiectum, necquicquam tuetur
præfatum Bataglinum delatum eius cõſtantia & per-
ſeuerantia negationis in tortura: nam certũ eſt, quòd
omiſſa probatione teſtium de viſu, necnon & vrgen-
tiſsimis indiciis, maximè de inimicitia capitali inter
defunctum & inquiſitum, & eius fuga à loco commiſ-
ſi delicti, cum roncha ſanguinolenta, & peſsima fama
ipſius, de quibus plenè in proceſſu, fuit tandem dela-
tus ipſe pro huiuſmodi delicto citatus, & contumax
effectus, & bannitus more ſolito in tribunali, ex quo
ſolo banno & contumacia circunſcriptis aliàs prænar
21 ratis † indiciis imò nullo exiſtente indicio aut proba-
tione aliqua poterat torturæ ſubiici. dixit Bald. in l. j.
iiij. col. C. de hæred. inſt. vbi refert idem tenere Nico.
de Math. referunt & ſequuntur Mod. Senen. in tracta-
tu de indiciis & tortu. viij. char. verſ. v. principaliter.
idem reperio tenuiſſe Angel. in l. iniuriarum. §. ſi quis
decreto. ff. de iniur. quẽ refert & ſequitur in hoc Amo.
de Iuſtin. in ſuo tracta. ſyndica. in vlt. char. tra. & idem
ſequitur Marſil. in l. pen. in vltimis verbis. ff. de quæ-
ſtionib. Paris de Pute. in tractatu ſyndica. in verſicul.
tortura. in c. viſo. de re petit. Torti. vj. col. & in c. ſequi
tur quæſtio. v. col. nullam de præallegatis authorita-
tibus faciens mentionem. Prætereà ſuccedit, quòd
exiſtentibus tot & tantis contra prædictum inquiſi-
tum, & præſertim probationibus, imò teſtibus de viſu
non debebat procedi ad torturam, ſed ad condemna
tionem, cum ad torturam minimè procedi poteſt ex
iuris diſpoſitione, ſtantibus teſtibus de viſu delicti:
22 dixit † Bald. in l. qui ſententiam. C. de pœn. Andr. de
Iſer. in c. j. §. ſcire. ſi de feud. fuer. controuer. inter do.
& fidel. & in conſtit. regni, ſi dãna clandeſtina. vij. col.
vbi ſubdit, quòd iudices crudeles aliter faciunt ad de-
negandum beneficium appellationis à iure permiſ-
ſum, & tenentur ac ſi eſſent homicidæ. Idem ſequun-
tur Moder. Senen. in tractatu de indi. & tortu. in viij.
char. in v. principali quęſito. in verſi. ſextò iudex con-
ſiderare debet. & ibi alleg. multos hic idem tenentes,
ſubdendo inſuper hoc verius eſſe. quibus ſuffragatur,
23 quia tortura datur in ſubſidium, † quando veritas ali-
ter haberi non poteſt: Secus ſi per aliam viam res ad-
pareat: quia tunc non eſt deueniendum ad torturam:
vt eſt tex. & ibi Bart. in l. edictum. ff. de quæſt. ſequitur
Angel. in tract. maleficio. in ver. fama publica præce-
dente. in iiij. char. verſi. nũc videamus de tortura: idem
tenet Gandi. in tractatu de quæſtio. & tormen. & di-
cit Ang. in l. ſi certus. ff. ad Silleia. quòd eo caſu malè
facit iudex ponere reum ad torturam, & tenebitur in
ſyndicatu, ſi aliter probatum fuerit delictum: & ſic
quatenus pręfatus Bataglinus tortus adparuerit, & ne
gauerit, huiuſmodi tortura non habet in aliquo ſibi
prodeſſe: ex quo licet de iure quis fuerit tortus, & in-
24 ſteterit ſemper in negando, purget indicia, † attamen
quando fuit conuictus teſtibus, & probationibus,
prout iſte Bataglinus fuit, debet damnari, licet per
tormenta non confiteatur. Caſus eſt ſingularis in l.
qui ſententiam. C. de pœn. quem dicit eſſe ad hoc not.
Alexand. de Imo. in l. vnius. §. reus. ff. de quæſtio. Ludo.
in l. j. §. hoc reſcriptum. ff. ad Silleia. Paris de pute. in
tractatu ſyndicatus, in verſic. tortura. lo vltimo. in c.
quidam latro famoſus. prima columna. in penultima
chart. tract. & ideo in propriis terminis dixit ſingula-
riter Bal. in c. ad noſtram. per illum tex. extrà de pro-
bationibus. quem ibidem ſequitur Felyn. quòd licet
quis ſemper perſeueret tam in tortura, quàm extra
torturam, plures negando delictum perpetraſſe, ta-
men exiſtentibus probationibus legitimis contra
eum, poteſt condemnari ad mortem: & pariter ad mu
tilationem membri, non obſtante eius perſeuerantia
in negatione: ita Bald. in dicto cap. ad noſtram. circa
finem. in verſic. & not. idem refer & ſequitur Marſi.
præclarus doctor Bononi. in ſingu. ſuis in ſuo ſingu.
cviij. incip. aliàs fui interrogatus à quodam iudice ma
leficiorum iuuene & Tyrone: cui reſpondet, quòd in-
dubitanter poterat conuictum teſtibus, & in tortura
negantem, ad mortem condemnare, & quòd de hoc
eſt etiam text. in dicta l. qui ſententiam. quem miratur
non fuiſſe à Bal. allegatum in dicto cap. ad noſtram. &
idem tenet Alexan. in l. repeti. §. vnius. ff. de quæſtio. &
per hoc adparet Cæpol. in vanum conſuluiſſe: & con-
tra caſum in terminis dictæ l. qui ſententiam. & con-
tra Bal. & ſuprà relatos authores non modicè fundan
do ex ſuo capite quaſdam rationes coloratas, iunctis
remotis deciſionibus, quę ex ſui adparentia ſubſiſtere
non adparent. Septimò & vltimò quo ad quintum ob
iectum, licet in replicatione omiſſum, cùm ex aduer-
ſo iure fundatum non fuerit, dicebatur infacto fuiſſe
plenè probatum omnes teſtes productos contra Bata
glinum fuiſſe, & eſſe adſtricta conſanguinitate con-
iunctos, querulãtibus hoc reſpondeo dupliciter: & pri-
mò, quòd multi & quamplures teſtes adparent à pa-
rentela præfata & conſanguinitate exceptuati: vt
patet in proceſſu: attamen poſito abſque veri præiu-
dicio, quòd ita non eſſet, adhuc dico minimè adpare-
re ex eorum ſeu aliorum teſtium depoſitione, in quo
gradu querulatoribus ſeu querulantibus adiũgentur:
ſed ſolummodo deponunt: queli ſon adſtreti parẽti: &
carnali, ma nõ ſapeno in che grado. & ideo ſuccedit au-
25 rea & peregrina iuris deciſio, † quòd ad hoc, vt teſtis
repelli poſſit vt conſanguineus, non ſufficeret in ge-
nere probare, quòd ſit conſanguineus producentis:
ſed requiritur in ſpecie probari, quòd ſit adſtrictus,
ſeu coniunctus producenti ex linea aſcendenti vel
deſcendenti: nec ſufficeret ſi probaretur de linea
26 tranſuerſali. Ita dixit † ſingulariter Innocentius, &
Ioannes Andræas in capitulo, nonnulli. extrà de re-
ſcriptis. quod dictum pro ſingul. alleg. Angelus con-
ſilio cxciiij. incipiente, viſis proceſſibus. refert etiam
& ſequitur Marſil. in ſingul. cxxxiij. incipiente, affini-
tas. Et ex his adparet ſufficienter ſatisfactum omni-
bus obiectionibus ac motiuis Magnific. concurren-
tium. & præfata etiam ſequitur Iaſon in repetitione l.
admonendi. xix. char. ff. de iureiurand. Qui Magnifici
concurrentes, & ſi omiſerint in medium adducere,
quòd omnes teſtes ad inſtantiam delati præfati teſti-
ficantes, ſunt omnes conſanguinei, videlicet eius pa
trui carnales, item fratres conſobrini, & alij in arctio
ri vinculo conſanguinitatis adiuncti, prout tacitum
& omiſſum dixiſſe non erubeſcam: vnde ſuccedit,
ſi exequeretur iuſtitia de præfato inquiſito, prout
omnino exequi debet, huiuſmodi iniuria eſſet in
vilipendium & dedecus maximum totius agnatio-
nis



tionis, & parentelæ: & ſucceſsiuè præfatis conſangui-
neis in teſtes productis, & ſic vnuſquiſque ipſorum
27 cenſeretur † in cauſa propria teſtificari: cùm iniuria
facta vni ex conſanguineis, cęteris de conſanguinitate
facta videatur, ac cenſetur: ita Bart. in l. lex Cornelia.
ff. de iniur. Bene facit lex vnica. C. de rap. virg. vbi pul
chrè Bald. in v. not. hoc idem dicit. & hoc ideo, quia
agitur de proprio intereſſe, ex quo iniuria communis
eſſe videtur. ita in ſpecie conſuluit præclarus doctor
Phil. Deci. in ſuo conſil. cxxxiij. j. vol. iij. col. nam dico,
quòd eo caſu videntur in cauſa propria teſtificari, vbi
adparet verſari vindicatio iniuriæ: idem reperio tene-
re Anto. de But. in c. cùm oporteat. extrà de accuſatio.
Saly. in d. l. parentes. de teſtib. Socin. in conſil. xvij. in
iiij. col. j. volum. & tenet etiam Felyn. in d. c. cùm opor
teat. de accuſa. iij. col. & licet iniuria non intelligatur
facta toti agnationi, quantum ad hoc, vt cuilibet com
petat actio iniuriarum, tamẽ cenſetur facta toti agna-
tioni, quantum ad hoc, vt nemo de agnatione poſsit
in illa cauſa pro agnato inquiſito de crimine teſtifica-
ri aut iudicare: per l. lex Cornelia. & ibi Bartol. poſt
gloſ. ex præalleg. idem dixit Bald. in l. cùm ſcimus. C.
de agric. & cenſi. lib. xj. Bald. in l. vnica. C. ſi quacunq.
prædi. poteſt. & plenè Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chry-
ſogonus. penul. col. ff. de verb. oblig. Accedit inſuper,
quia nedum adparet verificatum per nos de conſan-
guinitate dictorum teſtium, cum inquiſito: verùm
etiam quòd vltra conſanguinitatem ſunt eidem ami-
ciſsimi, & quadam neceſsitudine adſtricti, & aſsiduè
conuerſantur adinuicem. Et iure cautum eſt, quòd li-
cet amicitia non repellat teſtem, per caſum expreſ-
ſum in l. ſciendum. ff. de vſur. licet detrahit de fide, ſe-
cundum quantitatem amicitiæ: † attamen propter
28 magnam amicitiam ex toto repellitur. ita dixit Flori.
in l. iij. in prin. ff. de teſtib. poſt Spec. in tit. de teſte. in
princ. quem ipſe non alleg. Bald. in c. j. extrà eod. tit. &
conſuluit Lud. Rom. in conſil. cccc v. incip. quæro pro-
poſita. refert & ſequitur Felyn. in c. quoties. ij. col. ex-
trà, de teſtib. Vltimò, conſtat liquidò ex reuolutione
chartarum proceſſus, vltra quòd præfati teſtes ex ad-
uerſo producti ſunt eiuſdẽ delati conſanguinei, & ami
ciſsimi, vt ſuprà dictum eſt, ſunt etiam luſores, blaſ-
phematores Dei, ebrij, frequẽtatores tabernarum, &
aliis elidibus repulſis accincti: & tamen ſola proba-
tio quòd ſint luſores, & blaſphematores, ſufficeret, cũ
29 ludus ſit crimen: † vt not. Bar. in §. illud in prooem. di
geſtorum. nam ludens præſumitur dilapidare bona
ſua, adeò quòd dicitur male vti ſubſtantia ſua, dixit
Bald. in authen. quod locum. circa fin. C. de collation.
& ideo in cauſa matrimoniali, cùm dicatur grauis cau
ſa, non admittuntur, imò repelluntur teſtes luſores
& blaſphematores: ita conſuluit Alexand. in conſilio
clij. col. iiij. incipien. viſo proceſſu. v. vol. idem reperio
30 conſuluiſſe † Phil. Deci. in ſuo conſilio cxliij. incip. in
cauſa matrimoniali. ix. colum. idem tenet Lanfran. de
oria. in repet. c. quoniam contra. in verſic. teſtium. xlj.
colum. extrà de probat. & nihilominus teſtes præfati
producuntur ex aduerſo ad reprobationem teſtium
noſtrorum, quos quidem baptizauimus, vt ſuprà, &
expeditum eſt in iure, quòd nedum valida & vrgens
31 exceptio, ſeu repulſa, verùm etiam & leuiſsima re-
pulſa repellit teſtes reprobatorios. Ita voluit pulchrè
Bald. in cap. cùm Ioannes. extrà de fide inſtrumen. &
conſuluit excellens doctor Franc. Cur. in ſuo conſ. lv.
ſecunda colum. vbi etiam ad hoc alleg. Bald. idem te-
nere in l. optimam. C. de contrahend. & committend.
ſtipulatio. quod quidem in libro mei Bald. in ſtampis
non reperio: & ſic ex præmiſsis ſuccido telam, quam
orſus ſum, rectè ſentiens, iudicaturus rectius iudicium
proferat: ſi quid tamen minus congruè dictum eſt,
ſupplex vt ignoſcas, oro, quoniam apud virum nedum
eminentis ſcientiæ, magnique conſilij, verùm etiam &
ſingularis virtutis, huiuſmodi & futilia & nulla eſſe
videntur. dignetur ergo veſtra excellentia occurrere,
vt moleſta ac horrida vox ſanguinis interfecti accla-
mantis coram Domino: vindictam Domine retribue
de interfectore, deſinat acclamare: & tandem reuerſo
Bataglino in carcere, qui fuerat iam excarceratus per
magnam curiam, prætextu, quia tortus fuerat in duos
tractus: & iterum retortus per quatuor tractus in ca-
ſtro nouo in præſentia prædicti excellent. Regentis
cancellariam, & ipſo perſeuerante in negatione, fuit
condemnatus ad remigandum per quinquennium in
triremibus Regiis, ex quo licet eneruaſſet iudicia, at-
tamẽ probationes de viſu, licet læſerat per torturam,
attamen non in totum purgauerat.

Thomas Grammaticus V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Mora dicitur purgata ex ſubſequentibus actis diligentiæ.*

2 *Animus & voluntas indicatur ex actis & geſtis, & ex actu præcedenti præſumitur animus, & quod plura de animo.*

3 *Voluntas magis declaratur ex actis, quàm ex verbis.*

4 *Filius Guelfi, poteſt eſſe Gebellinus & econtrà.*

5 *Filius natus ex patre partiali contra Regem, vel pro Rege, eodem modo præſumitur, prout eius pater fuit. & multa de filio, quòd ſequatur mores & conditionem patris, plenè. & num. 6.*

7 *Præſumptio vna tollitur per aliam vrgentiorem.*

8 *Præſumptiones ſpeciales tollunt præſumptiones generales.*

9 *Præſumptiones duæ quando concurrunt, quarum vna eſt excluſiua delicti, & alia incluſiua, ſemper attenditur excluſiua.*

10 *Vaſallus ſi tempore guerræ notificat domino ſe impotentem aut inermem vt ipſe dominus tranſmittat ad detinendum caſtrum, & dominus non curat, eo caſu vaſallus excuſatur, ſi caſtrum fuit ſibi ereptum ab hoſtibus.*

11 *Cuſtodia arcis etiam baronum, tempore belli ſpectat ad regem.*

12 *Dominus ſeu cuſtos caſtri ſi tempore guerræ offert illud adſignare Regi cuſtodiendum, non tenetur amplius de eo quod ſuccedit, ſi Rex non mittat ad eius cuſtodiam.*

13 *Officiali in ſuo officio credendum eſt, maximè dum dicit id ſibi à ſuperiore commiſſum num. 14.*

15 *Teſti ſpectatæ fidei, licet vnico ſtandum eſt.*

16 *Hominis bonitas facit, vt recedatur ab omni iure, propter eius bonitatem ſeu integritatem.*

17 *Teſtis licet non poſſit eſſe frater pro fratre, tamen ſi eſſet religioſus & ſpectatæ fidei, nihil ſibi de fide diminueretur.*

18 *Minatus à conſueto minas executioni mandare, dicitur eſſe in iuſto metu.*

Metus

19 *Metus iuſtus dicitur metus perditionis honoris. & pariter perditionis bonorum, & metus mortis, pariter iuſtus eſt. num. 20. & 21*

22 *Metus iuſtius dicitur nedum cùm inſtans eſt periculum, verùm etiam cùm ſuſpicatur, ne res ad id veriſimiliter tendat.*

23 *Metus iuſtam cauſam ſubeſſe, ſufficit verificare, ad hoc vt dicatur iuſtus metus.*

24 *Metus iuſtus eſt, vbi iuſta ſuſpitio ineſt.*

25 *Paria ſunt quid fieri per metum, vel per probabilem ſuſpitionem metus.*

26 *Metus violentiæ inferendæ, dicitur iuſtus metus. & ideò non debet quis ſe ſubijcere periculo. & num. ſeq.*

28 *Metus iuſtus armorum dicitur, etiam quod armis depoſitis geſtum eſt.*

29 *Metus iuſtus ſufficit, licet eius effectus non ſequatur.*

30 *Vaſallus ſi quid fecerit contra dominum. per quod veniat feudo priuandus, ſi id per metum feciſſe docuerit, excuſabitur.*

31 *Vaſallus ſi reliquit dominium in prælio, metuendo vim hoſtium, excuſatur.*

32 *Vaſallus tenetur impendere auxilium domino ſalua ſua perſona & vita, quam præponere debet ſaluti domini.*

33 *Vaſallus dimittens dominum in prælio, priuatur feudo, niſi periculum vitæ ſibi videatur imminere. vel propter valetudinem ſui: & ob parentum & affinium ſuccurſum. vel quia neſcit iuuare dominum.*

34 *Metum paſſus non tenetur aufugere, ſi periculum eſt in fuga.*

35 *Manens cum hoſtibus non in damnum domini, ſed vt euitaret periculum, & ipſe non ſit aptus ad arma, excuſabitur.*

36 *Diſſimulandi animo quòd quis aliquid dixerit, vel fecerit, probatur per coniecturas.*

37 *Præſumptiones & coniecturæ non ſufficiunt ad quem condemnandum.*

38 *Hæres domini non poteſt vaſallum rebellem reputare, quem dominus dum viueret, non reputauit rebellem.*

39 *Bona ſtabilia recuperata in bello, non fiunt occupantium, ſed debent reſtitui prioribus dominis. & num. ſeq.*

41 *Dominus tenetur in omnibus reddere vices vaſallo.*

43 *Vaſallus ſi in ſeruiendo pro domino, expugnauit, & cepit aliquod caſtrum à poſſe hoſtium, licet in eo expenderit pro expugnatione, tamen ex quo tenetur ſeruire Regi, reſtituet caſtrum priori domino, & non recuperabit expenſas.*

44 *Rex ſi facit expenſas pro fortificando caſtrum vaſalli tempore guerræ, ſi demum illud reſtituit vaſallo, non poterit ab eo repetere expenſas factas ſed debet gratis reſtituere.*

45 *Vaſallus pro conſecutione gloriæ belligerando contra hoſtes, vt impetraret id quod ab hoſtibus conſequeretur, non obligat illum, in cuius ſubuentionem acceſſit.*

46 *Caſtrum occupatum à non domino tempore guerræ, debet reſtitui priori domino gratis, & abſque aliqua ſolutione.*

47 *Metus iuſtus vel iniuſtus quando ſit, arbitrio iudicis committitur.*

48 *Metus iuſtus vel iniuſtus excuſat à culpa.*

Allegationes recitatæ pro maiori parte per me Thomam Grammaticum die xxv. Octobris, 1499. coram ſereniſ. Regê Federicô de Aragonia in ſolio regali ſedente, adſiſtentibus eiuſdem Maie. S. conſilio & auditoribus, reſpondendo domino Io. Thomaſio Ianuario, & Petrucio de minodois, Vtriuſque Iuris Docto. concurrentibus. adſiſtente quoque meo collega domi. Diomede mariconda, qui peregregiè etiam in cauſa ipſa allegauit.

## CONSILIVM XIII.

IN Ieſu Chriſti Redemptoris nomine, Amen. In cauſa Miloniana illius, tantam in dicendo Ciceronis felicitatem aliàs facilitatem deſtituiſſe accepimus, quod ego ipſius, nec, vt ſic dicã, fimbria in tam auguſtiſsimo ſapientiſsimi principis & legis animatæ conſpectu, procerúmque tantorum & Iuriſconſultorum cœtu pronuntiando attinguam, apud quos quidem cauſæ grauitate accedente alterius profecto doctrinæ, excellentioris ingenij, ſublimioriſque eloquentiæ fuiſſet eligendus orator. Pia quidem ſuperari ſpero ab hoc diuino, ac ſereno tuæ maie. vultu. vnde quanto grauior eſt ſarcina, qua premor, quanto maiori negotiorum faſce vrgeor, tanto maioris erit clementiæ mecum benignius agere. In pręſenti Mag. Hectoris Zurli de Neapo. cauſa verſus excel. Comitem Pitigliani baiuli, ac aui excel. Comitis Nolæ eius nepotis de terra Solofræ, quæ prætenditur ad Regiam curiam ob prætenſam rebellionem Hectoris deuolutam: & ſucceſsiuè per eandem ſibi conceſſam. Propoſitum primo loco fuit per Magnificos concurrentes ex multis, ac quampluribus rebellionis cauſis, eundem Hectorem tanquam rebellem debere puniri in amiſsione terræ pręfatæ, bonorum, ac propriæ vitæ. præſumitur primò, quia dum ſereniſsimus Rex Ferdinandus ſecundus, glorioſæ ac celebris memoriæ poſt eius receſſum à Ciuitate Neapo. & regno diuina ſibi fauente clementia, ad Ciuitatem Neapo. reuerſus Hector ipſe eius prauam exhibens intẽtionem nec valens ſuas animi paſſiones diſsimulare, fuit negligens redire ad ipſius Regis ſereniſsimi fidelitatem: licet requiſitus, vt ſe reduceret ab hominibus, & vniuerſitate eiuſdem ſuæ terræ, ſeu caſtri, reſpondens velle expectare reſponſum à Comite montis auri, eius patrui, partes Gallorum tenente, & duce certæ partis exercitus Gallici, ob quod meritò per iura vulgaria rebellis reputari debet. Secundò, quia vltra conſanguinitatem habitam cum prędicto Comite montis auri, & cui literas deſtinaueret, adparet inſuper ſubſecutus effectus: quia aduenien te præfato Comite cum eius exercitu, Hector ipſe nulla præmiſſa defenſione tanquam Baro, & qui partes ſereniſ. Regis præfati inſequi tenebatur, ſtatim à fidelitate Regia defecit: & ſe dictúmque caſtrũ ſuum tradidit in manibus hoſtium, nulla per prius offenſione expectata. Tertiò & vltimò, quia tradita arce & terra prædicta in manibus hoſtium, inſuper cum eiſdem hoſtibus moram traxit, & cum eiſdem moram trahendo in prædicto caſtro nominabatur contra ſuos vaſallos Aragonenſes, dicendo: *non ve curati aragoni ſabi traditori &c.* & ſic adparet, quòd nullum eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum, vt dixit Bald. in rubr. de teſtib. & in cap. ſuper literis. v. col. de teſti. & ideò dixit idem Bal. in l. voluntatis. in fi. C. de fideicom. quòd non credimus hominem velle, niſi illud, quod dicit, ex quo vox eſt mentis noſtræ euidentiſsmum argumentum. dixit Bald. in l. ea, quæ. circa princ. C. quomodo & quando iud. & dixit Bald. in c. ex tranſmiſſa. extrà de reſtit. ſpo. quòd vox eſt inſtrumentum datum homini ad ſignificandum per labia



bia cor & volũtatem: & ideò ſecundũ Philoſophum,
voces ſunt notæ earum, quæ ſunt in animo paſsionũ,
& idem dicit Bald. in cap. mandatum. j. col. de reſcri.
& in l. vnica. §. vbi autem. C. de cadu. tollen. ob quod
meritò rebellis reputandus eſt. Quibus non obſtantibus ex infrà dicendis liquebit præfatũ Hectorem plenaria eiuſdem terræ ſeu caſtri reſtitutione dignum, &
in nullum caput criminis prætenſæ, nec alterius rebellionis ſeu feloniæ incidiſſe. Et in primis ex proceſſus meritis ſatis liquere adparet totum oppoſitum
eius, quod obiectũ eſt, cùm ſtatim audito feliciſsimo
reditu pręfati quondã ſereniſsimi Regis ad Ciuitatem
Neapo. præfatus Hector eiuſdẽ Maie. inuictiſsima, ac
glorioſa vexilla, ſeu inſignia erexerit in dicta terra
Solofræ, vt animi ſui conſuetam fidelitatẽ exhiberet,
adienſq; inſuper ſuam Maieſt. in ciuitate Neapo. reſidentem, eidemque debitam fidelitatẽ, ac obediẽtiam
præſtando, promiſuruſq; eandem pariter in futurum:
& demum redeundo ad terra Solofræ, eandẽ vniuerſitatem rogauit, vt attenta Regia neceſsitate in eius
ſubuẽtionem veluti fideliſsimã ſe exhiberet, aliquam
pecuniæ quantitatem erogando, prout quàm plures
vniuerſitates fideles idem fecerãt, & inſuper dum hoſtes Galli & Eluetij irruiſſent in noſtros in terra Ebuli degentes ſub Duce comitis Madaloni. Hector ipſe
in præſidiũ exercitus ſuæ Maieſt. tranſmiſit quinqua-
1 ginta pedites, † & ſic ſi qua mora modo aliquo potuiſſet imputari eidem Hectori, ꝙ non ita ſtatim ad
Regẽ ipſum acceſſerit, ſatis ex præmiſsis purgata dici
poteſt, vt cõmemorat And. de Iſer. in cap. j. quo tempo. mil. Bald. in l. in ipſius. C. famil. erciſcund. & probant optimè not. Bal. in l. athletæ. ff. de excu. tuto. & in
l. filio, quem pater. & ibi Paul. de Caſt. ff. de liberis &
poſthumis. & ſic ex prænarratis executis & geſtis per
præfatum Hectorem ſatis adparet alterius intentionis fuiſſe, quàm ex aduerſo propoſitum fuit, & ſic di-
2 uerſæ volũtatis & animi, † cùm animus & volũtas ex
geſtis inde ſequutis, iudicãdus ſit. l. reprehendenda. cũ
vulga. C. de inſtitut. & ſubſtit. cùm talis præſumi debeat animus, qualia ſunt facta, ſecũdum Ludouicum,
3 in conſil. xcvj. incip. ſuper eo, quod quæritur, † & ideò
dicit Alex. de Imol. in conſil. j. in iij. vol. quòd ex actu
præcedenti præſumitur animus. Idem dixit glo. in l.
Fulcinius. ff. ex quibus cauſis in poſ. eatur. Hinc dicit
Ludouicus in cõſil. cclxxj. quod magis eſt actu voluntatem declarare, quàm verbis, & fortiora ſunt facta
ad demonſtrandum animum, quàm verba, quæ ſæpe
proferuntur contra intentionem proferentis. cap. dilecti. de appel. cap. eximant. xj quæſt. iij. ſecundũ Ab.
in conſi. ccxxiiij. incip. illud de iure quæritur. Nec militat, quòd ſecundo loco obiectum fuit, vt ob conſanguinitatem cum comite montis auri publici rebellis,
4 † & hoſtis, præſumendum ſit cum eo coniuraſſe, ac
vnionem feciſſe, cùm filius Guelfi poteſt eſſe gebellinus, & econtrà dicit Bal. in l. ſi filius. C. de ſuis & legi.
& præſertim, cùm pater ipſius Hectoris ſemper fuerit
ſereniſ. domus Aragonæ deuotiſsimus, vt plenè de-
5 mõſtratum exiſtit, † & ſic natus ex patre partiali pro
Rege, ſeu contra Regem, eodem modo præſumitur
eius filius eſſe. Ita cõſuluit And. Barba. in conſ. xxxiiij.
col. xxiij. in ij. volum. incip. præclarus optimus. verſi.
modò ſacratiſsimus Imper. refert dictum Angel. in l.
ſi fugitiui. C. de ſeru. fugiti dicentis, ꝙ natus ex parte
partiali contra Regem, eodẽ modo præſumitur eius
filius contra Regem, & ſubdit ibidem Angel. ꝙ quis
tranſierit ad hoſtes, probatur ex eo quòd ſit natus ex
progenie de hoc infamata: & facit pulchrè dictũ Ioannis de Patea in §. inimicitias. vbi etiam Iaſ. Inſtitut. de
excuſatio. tutor. & ideò dixit Specula. in proœ. Spec.
6 quòd † filius præſumitur geſta parentis imitari. ibi in
verſic cæterùm. & dixit Bal. in l. liberti libertæque. C.
de oper lib. quòd filius præſumitur eiuſdem intentionis fuiſſe, qua & pater eius fuit. & vulgò dici cõſueuit,
talis filius, qualis pater: concordat glo. in cap. fina. de
conſec. diſtinct. v. vbi tex. dicit, quòd non poteſt filius
à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem, concordat tex. in auth. de referen. in fi. ibi, ex patribus quidem bonis. & ibi gloſſ. not. idem gloſſ. in l.
quiſquis. ibi, in quibus paterni. C. ad legem Iul. maie.
& ideo Bald. in l. j. C. loca. dixit, & in l. ſi quos. in fi. C.
de poſtli. reuerſ. per dictum §. qui mancipia. in l. quod
ſi nolit. ff. de ædil. edict. quòd natus ex mala progenie,
eſt ſuſpectus ꝙ ſit malus. & idem ibi hoc not. Angel.
idem not glo. in l. cùm vnus. in princip. in verſic. domum. ff. de alimen. & cib. leg. vbi dicit, quòd natus ex
bono patre præſumitur bonus: & ideò dixit Alber. de
Roſa. in l. ij. §. quæ omnia. in verſic. antiqua ſtirpe. C.
de veter. iur. enucl. quòd ex eo quòd quis ab antiqua
ſtirpe procedit, præſumitur de eo: & ſi quis habuit
prædeceſſores alicuius artis peritos, & ipſe eadẽ arte
vtatur, præſumetur bene peritus in ea. Et præmiſſa intelligenda ſunt, quòd nedũ in virtutibus, verùm etiam
& in vitiis ſolent filij ſimiles eſſe patribus. l. quiſquis.
C. ad leg. Iul. maieſt. l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia. ff.
de ædilit. edict. ita dicit Neapol. Sebaſt. in conſuetud.
Neapol. & ſi teſtator. ſub rubr. de ſuc. morien. ſine fil.
verſi. diſponere. lib. vj. col. & hinc dicunt doct. in dicta
l. quòd ſi nolit. in §. qui mancipia. quod ad probationem bonæ famæ cõſueuit fieri capitulum quòd natus
eſt ex bonis parentibus: & ibi etiam ſubdit gloſſ. non
poſſe arborem malam fructus bonos facere, nec econtrà. Et tanto magis tollitur hæc præſumptio, cùm demum Hector ipſe conuocatus à præfato Comite eius
patruo, ad eũ accedere recuſauerit. ob quod Comes
ipſe eundem Hectorẽ capitali odio proſequutus, caſtrum ipſum Solofræ ipſius Hectoris à Gallorũ duce
ſibi impetrauit: vt plenè in facto doctum fuit: vnde
ſuccedit, ꝙ conſanguinitatis illa leuis præſumptio,
7 † ſit è medio ſublata, per iſtas præſumptiones vrgentiores, & magis efficaces. ex quo vna præſumptio tollitur per aliam efficacem & vrgentem: ita Cyn. in l. ſi
cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matri. Bal. in l.
fin. C. de hære. inſti. Bar. in l. diuus. ff. de in integ. reſt.
Bald. in l. quamuis. C. de impub. & aliis ſubſtitu. Alex.
in conſil. lxxvij. j. vol. quod maximè procedit in caſu,
8 in quo ſumus, † vbi ſunt præſumptiones iſtæ ſpeciales, quæ tollunt illam præſumptionẽ generalem conſanguinitatis. ita Bart. in l. cum de indebito. ff. de probat. Bald. in l. ſiue poſsidetis. col. prima, eod. tit. vltim.
oppo. Alex. conſil. lxij. incip. in cauſa accuſationis. in
iij. vol. & maximè procedere debẽt hæ præmiſſæ præſumptiones, cùm tendant ad excluſionem delicti. Et
vbi duæ concurrunt præſumptiones, quarum vna eſt
excluſiua doli, ſeu fraudis, & ſic delicti, & alia incluſiua, ſemper attenditur excluſiua. ita conſuluit Ludo.
9 in conſil. lx. incipien. viſis. in primo poſitis. † & huius
poteſt eſſe ratio, quia ſemper eſt capienda via, vt excludatur delictum: vt dicit Bart. in l. non ſolum. §. ſed

vt probari.ff.de noui oper.nuntia.Abb.in cap.inpræ
ſentia.& probat.Innocen.in cap.dudum.el primo.de
elect.& hoc ob notabilem præſumptionem, quæ eſt,
vt nemo delinquere præſumatur. vulga. l. merito. ff.
pro ſocio.cap.dudũ.de præſump.cap.j.de ſcrut.quod
voluit Inno.in cap.dudum.vt eccl.benefi.Nec obeſſe
ei poterit tertium obiectum ex aduerſo, videlicet, ꝙ
prædictus Hector ſe cum hoſtibus gallicis concorda
uerit,dando arcem terræ Solofræ in eorũ poſſe: nam
certum eſt, prout ex proceſſus meritis datur adpare-
re, quòd timens Hector ipſe hoſtium Gallorum po-
tentiam,nec valens aduerſus eandem ſe tueri,certio
rauit Maieſtatem præfati ſereniſsimi Regis glorioſæ
memoriæ de literis minatoriis eidem Hectori tranſ-
miſsis per ducem Gallorũ, quas originaliter tranſm
ſit, in quibus præcipiebatur eidem Hectori, vt dedi-
tionem ad ipſos hoſtes facere debuiſſet infra certum
terminum: aliàs comminabatur ipſum Hectorem ad
pœnam ſanguinis & ignis,& pariter filios, declaran-
do inſuper Hector ipſe præfato ſereniſ.Regi eius im-
beciles vires,& impotentiam reſiſtendi, ſeu ſe defen-
dendi:ſupplicando inſuper ſuæ Maieſta. de opportu-
no præſidio ſuo loco & tẽpore: & ſic huiuſmodi cau-
tela vſus excuſandus venit à futuro ſucceſſu, cùm ex
iuris diſpoſitiones vaſallus noſcens ſibi vires ad reſi-
ſtendum hoſtibus non ſufficere, ſi notificat ſuo prin-
10 cipi,vt tranſmittat ad eius præſidium, & † princeps
ſeu dominus non curat,excuſabitur de omni ſucceſſu.
Ita pro cautela docuit nos Ludouic.Roma.in l.ſi mo-
ra.ff.ſoluto matrimo.Card.Alexand.tunc præpo. Me
diola.in cap. j. §. quid ergo. de inueſtitu. de re aliena
fa. quod maximè procedere debet cùm tẽpore belli
11 cuſtodia arcis pertineat ad Regem, † ſeu dominum
ſuperiorem vaſalli illius arcis. dixit Bald. in præfato
§. quid ergo. Angel.in l.fina.in fin. C. de litigio. & ſic
ex præmiſsis liquet præfatum Hectorem exemptum
12 à culpa: † & ideo voluit Bald.in capit.j.qui feud. dare
poſ.poſt Dyn.& Bart.in dicta l.ſi mora. quòd ſi tem-
pore guerrarum habens cuſtodiam caſtri, illud offe-
rat dare in poſſe domini cuſtodiendum, non tenetur
in aliquo, ſi poſt oblationem præfatũ caſtrum ipſum
fuerit ab hoſtibus captũ.& ſic reſultat, quòd rebellis
minimè fuit, nec pro rebelli reputari potuit. Quod
maximè concedendum eſt, cùm habita notitia per
præfatum quondam ſereniſsimum Regem de certio-
ratione ſuę Maieſtati facta per literas eiuſdem Hecto
ris vnà cum literis minatoriis Gallorum præmentio-
natis,ordinauerit reuerendo fratri Ludouico Carra-
fa,ordinis Hieroſolymitani ſuæ Maieſtatis intimo, vt
ſi ipſe Hector reſiſtere non valuiſſet,ſe cum hoſtibus
concordaret, ne deterius ſibi cõtingeret. Et quòd ita
eidem Hectori nomine ſuæ Maieſtatis reſcriberet,
prout reſcripſit: & per extenſum cũ iuramento more
religioſorum depoſuit:cui, licet vnico,tanquam inti-
13 mo & ſecreto ipſius Regis credendum eſt, † ſaltem
ratione ſui officij; argument. l. ſi quis decurio. C.de
falſ.& in §.ſi vero moriantur omnes.in authen.de in-
14 ſtrumen.cau.& fide.†nam ſi officiali aſſerenti aliquid
ſibi commiſſum à ſuperiore,creditur,vt pulchrè con-
ſuluit Ludoui.in conſil.lix.iiij.colum.incipient.ad di-
ſentiendum veritatem.multo fortius credendum erit
præfato reuerendo fratri Ludouico, tantum intimo
& ſecreto ipſius Regis: vnde prudẽtiſsimè Regia Ma
ieſtas.V.clariſsimè percipit, quòd non omnia Maie-
ſtas.V.præcipit,nec exequitur: ſed per ſuos intimos
ad eius latus, & collaterales adſtãtes ſuam volũtatem
ac iuſſa exequitur, prout ad decus Regium pertinet,
& conſueuit. Concurrente igitur religione, integri-
tate, ac nobilitate eiuſdẽ reuerendi fratris Ludouici,
ſtandum eſt eius dicto: licet vnico teſti, cùm teſti in-
15 tegræ fidei & probatæ vitæ†licet vnico, creditur.text.
eſt no.in cap.nobiliſsimus.& ibi gloſſ. & Archi. xcvj.
diſtinct.vbi ſubdit hoc etiam tenere Gofre.& eſt tex.
ſimilis in cap.primo.viij.quæſtio.tertia.ibi, de mora-
ti viri teſtimonio quis dubitet. facit gloſſ. in l. Titio
fundus.ff.de condi.& demonſtra.& in capit. expedit.
xij. quæſtio.prima. & facit text. in l. ſi bonæ fidei. ff.
de rei vendi.& no.per ſcribentes in cap.in noſtra.de
renun.& in cap.primo.de noui ope.nun. & licet regu
lariter vnico teſti minimè credendum ſit, tamen pro
pter integritatem & fidem notam hominis,receditur
16 ab omni iure.†ita Bald. in l. ſed reprobari. in verſic.
valde diſciplinatos.ff.de excuſatio.tuto.Ludo.& Ale-
xand.in l.cum quid.ff.ſi certum petat.Hinc eſt, quòd
17 licet frater non admittatur in teſtem pro fratre,† ta-
men quando eſſet religioſus, ſeu ſpectatæ fidei, nihil
ei diminuitur de fide. ita dixit Ioan. de Imol.in capit.
cùm.R.canonicus.de offic. deleg. ſequitur Iaſon in l.
iubemus.C.de iudi. vbi facit regulam, quòd propter
legalitatem perſonæ receditur à regulis iuris. & ſic
patet quòd ſtantibus præfatis,prędictus Hector ſatis
excuſatus adparet, licet ſe & terram ipſam dederit in
poſſe Gallorum. Et optimè attentari poſſet plenè cre
dendũ depoſitioni præfati reuerendi fratris Ludoui-
ci,cùm depoſuerit de eo, quod ipſemet fecit, quo
caſu ſtãdum eſt eius dicto,licet vnico: ita voluit Paul.
de Caſtro in l.quicunque.vltima colu. C. de ſer. fugi.
& in l.ſeruos. C. de teſtib. & conſuluit idem Paul. in
conſilio cccxxix. incipient. viſa petitione prædicta.
imò & plus dixit ſingulariter idem Paul. de Caſt. in l.
ſecunda.§.ſi abſens.ff.ſi ex noxa.cauſa agat.& ibidem
Alexand.in tantum eſſe credendum vnico teſti depo-
nenti de eo, quod ipſe fecit, quòd etiam ſi eſſet infa-
mis,de iure credi debet. & idem refert & ſequitur Ia-
ſon in l.cunctos populos.C.de ſumma trin.& fide ca-
tholi. penultima colum. Et quòd omnino excuſatus
adpareat Hector ipſe, manifeſtiſsimè demonſtratur,
cùm iuſtiſsimo metu ductus id feciſſe adpareat, ma-
ximè cùm minatus fuerit, & conſuetus minas crude-
les executioni mãdare quo caſu dicitur fuiſſe in iuſto
18 metu,†vt dicit Bald. in conſil. ſchiſmatis. ij. col. idem
Bal.in l.interpoſitis.C. de tranſact.& in l. metũ. quod
metus cauſa.& ante eum Cyn.in l.j.C.ſi quis impera.
maledixerit.Barto.in l.metus.ff.ex quib.cauſ. maior.
vnde cùm Galli præconia voce eundẽ Hectorem, &
ſuos ad ſanguinem,& ignem,dum deditionem ad eos
non feciſſet, declaraſſent, dicitur cauſam iuſtiſsimi
metus & non vani habuiſſe. Eratq; inſuper prædictus
Hector in iuſtiſsimo metu honoris,cùm in eodem ca
ſtro eius vxorem iuuenẽ,paritérque & ſororem reti-
19 nuiſſet,& metus perditionis honoris, † dicitur iuſtus
metus.l.iſti quidem.ff.quod met.cau.ita conſuluit Lu
douic.in conſilio xxx. ix. colum. & eſt bona gloſſ. in
capit. cùm dilectus. quod metus cauſa. & Baldus in l.
vt vim.ff.de iuſti.& iur. Fuítque inſuper Hector ipſe
in metu iuſtiſsimo mortis,qui etiam conſtantiſsimos
terrere conſueuit.Quis ergo tam fortis animi ſit, cui
mortis terrore propoſito non exanimetur? certè ne-
mo



20 mo: †vt dixit Bald.in præallegato conſil. ſchiſmatis,
poſito poſt l.ſecundam.ff.ſi quis ali.teſtam.prohibue.
Habuit & quartò prædictus Hector metum amiſ-
ſionis bonorum,qui iuſtus metus eſt, & æquiparatur
timori mortis.l. propter litem. ff. de excuſation. tut.
21 † per quam ita dixit Bart.in l.ſi ob turpem. ff. de con-
ditio.ob turpem cauſam. & conſuluit Alber. Brut. in
ſuo conſilio lxxxij. Nec ſuffragaretur parti aduerſæ
obiicere,quòd ex ſolis verbis minatoriis non debe-
bat moueri, etiam quòd Galli nondum venerant ad
obſeſsionem caſtri prædicti: nam huic reſpondetur,
quòd non debebat ſe periculo committere, & ſic ex-
pectare,quia iuſtus metus dicitur,nedum cùm inſtans
22 eſt periculum,verum etiam, cùm ſuſpicatur, † quòd
res ad id veriſimiliter tendat. dixit Bart. in prædicta
l.metum,quod me.cauſa.& ideò dixit Baldus in l. fin.
23 C.de iure deliberan. quòd † ſufficit probare ſubeſſe
iuſtã cauſam metus.Idem voluit Alexand. in conſilio
cxliiij. in ſecundo volum. alibi dixit Bald. in præfata
l.finali.prima colum.quòd iuſtus metus eſt, vbi iuſta
24 ſuſpicio ineſt, Idem dixit Innocen. in cap. cùm olim.
de electio. & ideò dixit Angel. in præfata. l. metum.
quòd metus cau.quòd paria ſunt aliquid fieri per me-
25 tum, vel per probabilẽ ſuſpicionem metus: † & ideò
conſuluit Alexand.de Imola, in conſilio xcix.in tertio
volum. incipiente, quoniam per excellentiſsimum.
quòd non debet quis ſe ſubiicere periculo,ex quo ti-
26 mor violentiæ inferendæ † dicitur iuſtus metus. Ac-
cedit etiam terror armorum, quem quis habens, dici-
tur eſſe in iuſto metu.l.iij.§.armis.ff. de vi & vi arma.
& ibi Bartol.& in l.continet. quod metus cauſa. cum
ſequenti.gloſſ.in l.prima. C. vnde vi.& Bald. in præ-
fato conſil. ſchiſmatis. Inde ſequitur, quòd licet non
ſit illatum bellum, tamen adhuc ſuberat timor infe-
27 rendi bellum:†& peior eſt bello, iam timor ipſe bel-
li:& dixit Sene.in ſuis tragœd.quem refert, & ſequi-
tur Petrus de Ancharano in ſuo conſil. lxxxvij. & ali-
28 bi, dicitur etiam iuſtus metus armorum,† quòd armis
depoſitis factum eſt, dixit Alexand. de Imo.in conſil.
29 xlv.in quarto volum.†Et ſic concludendo, iuſtus me-
tus ſufficit,licet eius effectus non ſequatur.glo.in cap.
bonæ.el primo. de electio. & gloſſ. in cap. ad audien-
tiam. quod metus cau. & ſic ex præallegatis liquere
adparet,quod non debebat Hector ipſe hoſtes expe-
ctare ad eum appropinquare, ex quo proculdubio
eundem inermem captiuaſſent: & caſtrum diripuiſ-
ſent:& licet vaſallus committens cauſam priuationis
30 feudi, veniat feudo priuandus: † tamen ſi id per me-
tum feciſſe adparet,excuſabitur:vt dicit gloſſa, quam
communiter ſequuntur ſcribentes, præſertim Alua-
rot.& Præpoſitus in cap.primo.§.ſed qui delator.quæ
fuit prima cauſa beneficij amitten.glo. in §. ſimiliter.
31 de conſuetudi.recti feud. Hinc eſt, quòd ſi † vaſallus
reliquit dominum in prælio periclitantem, cauſa eui-
tandi periculum, metuendo vim hoſtium, excuſatur.
Ita voluit Iacobus de ordizo. quem refert Præpoſitus
in cap.primo.§.eſt & alia, quæ fuit prima cauſa bene-
fici.amit. Ad quod bonus text. in l. Fulcinius. ff. qui-
bus ex cau.in poſ.eatur, inde excuſati fuerunt ſubditi
Federici,qui ob ipſius Federici tyrãnidis metum, non
paruerunt mandatis Papæ, qui erat eorum ſuperior,
etiam in temporalibus,facit tex.in cap.ad apoſtolicæ.
& ibi Petr. de Ancha. de re iudi. in vj. Et hoc, ex quo
vaſallus tenetur impendere auxiliũ ſuo domino,dum-
modo propriam vitam & perſonam ſalubrem reddat,
32 † quam præponere debet ſaluti domini, cùm iuraue-
rit debitũ & poſsibile pro domino facere.prout dixit
And.de Iſer.in cap. primo. ij. colum. in princip. qui-
bus modis feu.amittat.& in cap. ſi à morte.de aliena.
feud.pater.& ſic quòd vaſallus tenetur dominũ iuua-
re,debet intelligi ſi commodè poteſt: & id dicendum
eſt nos poſſe,quod commodè poſſumus.l. nepos pro-
culo.cum vulgari.ff. de verbor. ſignific. ita dicit And.
de Iſer.in cap.primo.§.ſed nunc quæ fuit prima cauſa
benefic.amitten.& in cap.ij.in fine. de feud.ſine culpa
non amitten. & ideò dixit Ioan. Blanchi. in ſua ſum-
ma feud.in ſecunda parte.in char.xj. in rubric. quibus
modis feu.amitta.colum.tertia. quòd vaſallus dimit-
33 tens dominum in prælio. priuatur feudo, † niſi peri-
culum vitæ videatur ſibi imminere,vel propter vali-
tudinem ſui, & ob parentum & affinium ſuccurſam:
vel quia neſcit iuuare dominum argument. l. is, qui
cum vno.in fin. ff. de re milita. vnde cùm Hector ipſe
vt inermis aliter ſe tueri non valuiſſet, oblata prius
caſtri cuſtodia, cui Maieſtas Regia ordinaſſet: & de-
mum non tranſmiſſo ſibi aliter præſidio, iniuſtiſsimo
metu exiſtens,attenta hoſtium potẽtia & praua con-
ſuetudine, Solofram dereliquit in poſſe hoſtium,iuxta
dicta per Bartolũ in l. prima. §. penult. ff. quod vi aut
clàm.& in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori. ff. de no.
ope. nun. Nec aliquid firmanenti habet quintum ob-
iectum rebellionis ſignum: quòd ſcilicet Hector ipſe
cum hoſtibus conuenire, derelinquendo eis arcem,
& terram ipſam Solofræ, & eadem dictis oſtibus tra-
dita,non debebat amplius cum præfatis hoſtibus per
manere, ſed recedere: nã dum Hector ipſe vereretur
offendi tam ab ipſis hoſtibus, quàm ab eius vaſallis
eius maliuolis, & ab aliis conuicinis, ibidem deguit, &
34 iuris diſpoſitione tuetur: † ex quo metum paſſus non
tenetur aufugere, ſi periculum eſt in fuga: dixit Bald.
in l. prima. in fin. ff. de condi. ob tur. cau. Bald. in l.ſi
ob turpem. ff.eodem titu. Item non ſtetit ibi cum ho-
ſtibus, vt eos adiuuaret, ſeu arma ſumeret in eorum
pręſidium:cùm vt notoriũ eſt, Hector ipſe erat,prout
eſt inhabilis ad arma: item ibi moram trahebat non
35 in damnum domini: † ſed vt euitaret prænarrata, ne
offenderetur, quo caſu dicitur dolo caruiſſe.text.eſt in
l.fluminum.§.videamus.& quod ibi not.ff.de dam.in-
fec.cap.cùm eccleſia. extrà de decimis.l. ſi mihi & tibi.
& ibi Bartol.ff.de lega.j.no.in l.ſi fundum.§.ſi Titius.
eodem titul.Alexand. conſil.cxiiij. ij.colum.in iij. vo-
lum. & ſic cum non potuiſſet ſe tutè Neapol. ad eius
domum conferre, excuſandus venit: vt per Paul. de
Caſt. ad excuſandum delictum, plenè in conſil. xviij.
in ij. volum.nouo,conſiliorum. & Alexand. in conſil.
primo, columna quarta, in ſecundo volu. Et minimè
ſtare poſſe adparet ſextum ſignum rebellionis figura-
tum ex aduerſo, videlicet quòd dum Hector ipſe per-
maneret poſt eius deditionem cum Galis in dicto ca-
ſtro Solofrę,iratus contra ſuos vaſalos Aragonẽſes,di
xerit: nõ ve curati aragoni ſaci traditori,nam &c. Hoc
non adparet, quòd eis minabatur, vt Aragonenſibus:
ſed tanquam ſuſpectus & detẽtus ibi à Galis id ſimu-
lare cogebatur. quod quidem ſatis probari videtur
ex coniecturis ſuprà relatis in contrarium, quod in-
ſimulauerit: nam quòd quis ſimulatè quid fecerit, vel
36 dixerit, probatur per coniecturas.† dicit Inno.in cap.
dilectus.quod metus cauſa. nam videtur eidẽ Hectori

licuiſſe ita dicere reſpectu metus vitæ, honoris, & bo-
norum ſe oſtendere hoſtibus obſequioſum: vt dicit
Bartol. in tractatu de tyran. colum. v. Angel. in l. liber
homo. ff. de hæredi. inſtit. & ſic vbi dolo cauerit, non
eſt cenſendus rebellis, cùm eo caſu non ſit in crimine
læſæ maieſtatis. l. prima. ff. ad l. Iuliam maieſtatis. An-
dræas de Iſer. in cap. primo. quibus modis feud. amit.
& conſuluit Soci. in conſilio xx. conſil. ix. inter con-
ſilia Curt. & ſic licet de malo animo ipſius Hectoris
aliter non apareat, niſi per aliquas coniecturas pe-
nitus euacuatas tam in facto, quàm in iure: attamen
quando adhuc prædictæ coniecturæ obſiſterent, non
ex hoc poſſet Hector ipſe dannari, cùm nemo excon-
37 iecturis † ſeu præſumptionibus damnari poſsit. dixit
And. de Iſer. in cap. primo. §. de viro. de contr. inueſti.
& quod voluit Bald. in l. ſecunda. C. de his quæ pœnæ
nomi. vbi dixit, quòd coniecturæ non ſufficiunt ad
pœnæ commiſsionem. ſequitur Iaſon de Mayno in l.
ſeruum fugitiuum. colum. iiij. C. de ſeru. fugi. ſubdens,
quòd etiam violẽta præſumptio in criminalibus non
ſufficit ad quem condemnãdum. Vltimò pro explo-
rata præfati Hectoris noſtri clientis victoria non o-
mitto, quòd dato, abſque veri præiudicio, quòd præ-
dictus Hector fuiſſet in rebellione aliqua, at ſi aſſerta
rebellio commiſſa fuit, adparet fuiſſe tempore glo-
rioſæ memoriæ ſereniſsimi Regis Ferdinandi ſecun-
di, nepotis. V. Maieſtatis: & in ipſius perſona ſi ita dici
poteſt, à quo quidem ſereniſsimo Rege nũquàm He-
ctor ipſe pro rebelle reputatus fuit: vnde ſuccedit, ꝙ
eo caſu nec veſtra prudentiſsima Maieſtas eundẽ He-
ctorem rebellem reputare poſſet, cum hæres ſeu ſuc-
ceſſor non poſſet reputare vaſallũ pro rebelle, quem
38 dominus in vita ſua rebellem fuiſſe tacuit: † ita dicit
Angel. in l. excipiuntur. §. primo. ff. ad ſille. Bal. in cap.
primo, colum. quarta, verſic. ſecundò quærit glo. qui-
bus modis feud. amit. Alexand. conſil. lx. ſecunda. col.
in tertio vol. gloſſ. in l. omnimodo. C. de inoffic. teſta.
in princip. Ioan. And. in additio. Specul. in tit. de feud.
§. nunc dicamus. in addition. magna. Franc. de Are. in
conſilio xiiij. in fine. Nec in aliquo partem aduerſam
releuare, obiicere, quòd cùm caſtrum prædictum fuiſ-
ſet ab hoſtibus occupatum: & demum ab excellente
comitte Nolæ belligerando, & ſuo ingenio, & opere
recuperatum, non poſſet eidem auferri: ex quo bona
ſtabilia recuperata in bello non fiunt occupantium,
39 † ſed debent reſtitui prioribus dominis. text. eſt in l. ſi
captiuus. §. expulſum. ff. de cap. & poſtlim. reuer. & in
l. ab hoſtibus. C. eodem titul. Bald. in tit. de pace Con-
ſtan. in verſic. poſſeſsiones. per illum text. & Mart. de
40 Laud. in tractatu de bello. in vij. no. † Et ſi obiicere-
tur, quòd caſtrum ipſum, quando veniret reſtituen-
dum, non deberet reſtitui, niſi refectis expenſis, cùm
vtiliter negotium ipſius Hectoris geſtum fuerit, dum
fuit eius caſtrum à poſſeſsione hoſtium recuperatum,
per id quod dicit Ang. in ſua diſputatione incipien. re
nouata guerra. & maximè, quia eius mala cura & cu-
ſtodia ipſum amiſit: ideò tenetur ad reſtitutionẽ pre-
tij. nam reſpondetur certum vaſallum eſſe obligatum
ſeruire domino, ac teneri eidem auxilium impẽdere:
ita & econtrà dominum teneri vaſallo, cùm in om-
nibus tenetur dominus reddere vices vaſallo: per tex.
in capi. primo in fine. de for. fidelita. & not. Andr. de
Iſern. in cap. primo. qualiter dominus proprie. feud.
41 priue. † & ſic cùm præfata expugnatio Solofræ facta
fuerat per Comitem Nolæ pro ſtatu & ſeruitio Re-
gio, & qui tanquam Baro & vaſallus ac armorum Ca-
42 pitaneus id facere tenebatur ratione guerræ: † ita di-
xit Specul. in titul. de feud. §. quoniam verſic. ij. Bald.
in l. liberti. colum. quarta. C. de operis liberto. & in l.
penul. in fine. eodem titu. & in cap. ad hæc. colum. pe-
nult. in princip. de pace iuramen. fir. & in l. Mæuia. ff.
de annuis lega. & cõſuluit Oldra. in conſi. ſuo ccxxiij.
43 incipien. factum tale eſt. † ſed ſic eſt, quòd vbi aliquid
quis expendit ex neceſsitate, illud non recuperat: quia
non competit ſibi actio nego. geſto. dixit Bartol. in l.
cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & in l. dam
ni. §. ſecundo. ff. de dam. infec. gl. in l. ſupra iter. §. caſ-
ſius. ff. de aqua pluuia arcenda. Ad confirmationem
præmiſſorum accedat, quòd etiam ſi præfatus ſereniſ-
ſimus Rex glorioſæ memoriæ feciſſet aliquas expen-
ſas ad fortificationem prædicti caſtri Solofræ, ne ho-
ſtes caſtrum præfatum ita de facili capere poſſent, eaſ
44 dem expẽſas repetere non poſsit: † ſed debet caſtrum
ipſum gratis reſtituere proprio domino: ita dixit ſin-
gulariter Bal. in l. ſi in aliquam. ff. de officio pro con-
ſul. & lega. refert & ſequitur Franciſ. de Aret. in ſuo
ſingulari xxv. incipiente, ſi princeps. Imò & aliud,
quod magis ſtringit, infeſtat: quia prædictus Comes
Nolæ acceſsit belligerando contra Gallos exiſtentes
in caſtro præfato: & ad eius obſidionem non animo
gerendi negotia prædicti Hectoris: ſed ſua propria, vt
conſequeretur gloriam & honorem, dum hoſtes ipſos
conculcaſſet: & vt impetraſſet caſtrũ præfatum, prout
45 impetrauit. quo caſu non obligat eum † in cuius ſub-
uentionem acceſsit: ita dixit pulchrè Ioan. de Ligna.
in ſuo tractatu de Bello, in tertia parte. in xviij. capi-
tulo, verſic. reſtat videre: nam non poteſt agere actio-
ne mandati, quia illa non oritur. neque negotiorum
geſtorum, quia non acceſsit animo gerendi illius ne-
gotia, ſed propria. Et ſic ex prædictis liquet non com-
petere ſibi actionem aliquam repetendi expenſas. Ita
in terminis conſuluit Alexand. conſilio clxvij. in ſe-
cundo volum. incipiente, requiſitus vt breuibus di-
46 cam. † & plus dixit Baldus in l. prima. in fin. C. de con
dictione ob turp. cau. quòd caſtra occupata à non do-
mino, tempore guerræ, debent priori domino reſti-
tui gratis, & abſque aliqua ſolutione. Nec omittam
ſuprà dictis meis de metu, quòd an dicatur iuſtus vel
iniuſtus metus, iudicis arbitrio relinqui conſueuit. l.
tertia, in fine. ff. ex quibus cauſis maio. ibi, huiuſmodi
47 inquiſitio iudicis eſt. † Ita in ſpecie tenet Innoc. in cap.
cùm dilectus. extrà quod met. cau. glo. in dicta l. inter-
poſitas. C. de tranſac. in verſic. cruciatu. Bald. in l. ij. C.
de his qui per met. & in rubric. de reſcind. vend. & in
conſil. ſuo ccclxiiij. incip. quia quæſtio. in tertio volu.
Petrus de Anch. in conſil. ccxcix. incipient. viſa ſuprà
ſcripta facti narratione. colum. prima. Bald. in conſil.
xxvj. incipien. punctus. in tertio volum. & in l. ſi quis
in hoc genus. in verſicu. adde tamen vnum. C. de epi-
ſcopis & clericis. Bartol. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi
prætori. ff. de noui operis nuntia. & tradit Alex. conſi-
lio xlviij. in quarto volum. incipiente, quoniam per
excellentiſsimum. idcirco ſatis poterit arbitrari ſa-
pientiſsima tua Maieſtas, cuius prudentia & ſapientia
per totum terrarum orbem hodie decantatur, adeò
vt externæ nationes & colant, & admirentur, illique
non immeritò Regium nomen, Regiique culminis ac
ſolij Regalis ſceptrum auita atque patria huius Regni
corona



corona diuinitus conceſſa, Aſtræam ad ſuperos euo-
latam rediiſſe exiſtimantes, quæ pro ſuæ benignitatis
& clementiæ cultu dignabitur prædictum Hectorem
in iuſtiſsimo timore ac metu fuiſſe iudicare, cùm de
iure metus iuſtus, vel iniuſtus excuſet à culpa. gloſſ. eſt
in l. ſed & ſi quicunque. ff. ad l. aquiliam. & in l. iij. §.
armis. ff. de vi & vi arma. & in §. recuperandæ. inſtitu.
de interdic. Non poſſum ſapientiſsime ac ſereniſsime
Rex permaximè hodie non lætari, gloriari, & incre-
dibili gaudio affici: mihi licet indigno tyroni, ac mi-
nus diſcreto homine ex ſuæ Maieſtatis innata huma-
nitate, atque clementia licuiſſe coram ſua heroica
Maieſtate in ſolio Regali ſedẽte de re tam ardua ver-
ba facere. Quamobrem Deum immortalem bono-
rum omnium largitorem ſupplico, vt longæuos, pro-
ſperos ac feliciſsimos annos tuæ Maieſtati elargiri
dignetur, vt ſuæ fidei, ac coronæ deuotiſsimi perpetua
iuſtitia, ac innata clementia ſuæ ſereniſsimæ Maie-
ſtatis fruantur. Et quia qui pluribus & inutilibus ver-
bis vtitur, in iacturam temporis cadit, & mentes au-
ditorum diſturbat, vt pulchrè inquit Albericus in l.
quiſquis. de poſtula. idcirco Magnificus collega, mihi
dominus & præceptor obſeruandiſsimus, dominus
Diomedes marigdam, ac excellentiſsimi qui in hoc
ſacro conſiſtorio Iuriſconſulti adſtant, ſupplere po-
terunt in omiſsis. Dixi ô decus Regum.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *De furto ad hoc vt probetur, requiritur verificari, quòd in illo loco, in quo prætenditur furtum commiſſum, fuerint alias viſa extare bona illa, quæ dicuntur furto ſubtracta, & oſtium repertum fractum, & nu. 2.*

3 *Res furto ſubtracta, ſi reperitur penes leuem perſonam, facit indicium ad torturam contra eam.*

4 *Si de furto inquiritur contra aliquem, & ſocij ipſius inquiſiti aufugerunt, fuga illorum facit indicium contra inquiſitum carceratum.*

*Vxor non poteſt teſtificari pro viro.*

5 *Teſtis eſſe non poteſt vxor pro viro, nec vir pro vxore, ſecundum communem opinionem.*

6 *Teſtis examinatus tanquam principalis in ſe, & vt teſtis in alium, facit indicium ad torturam contra illum, contra quem depoſuit.*

7 *Indicia quando dicantur ſufficere ad torturam, remittitur arbitrio iudicis.*

## CONSILIVM XIIII.

REdemptoris gentium ſuffragio petito, A-
men. In cauſa pulcherrimæ mulieris Vio-
lantis Portugallenſis, aduerſus Petrũ Cor-
beriam & Franciſcam eius vxorem, que-
relatos de furto commiſſo in bonis eiuſdem Violan-
tis; Reperitur principaliter veſtis ipſius Violantis fur-
to ſubtracta penes eoſdem coniuges querelatos, quæ
ſimul cum aliis bonis aſcendentibus ad valorem du-
cat. trecentorum ſubtracta fuit. Et quando res furto
ſubtracta reperitur penes aliquem, non demonſtran-
1 do à quo ipſam habuerit, habet † indicium ad tortu-
ram contra ſe. dixit Bart. in l. ſi. penul. col. ff. de quæſt.
& in l. ij. & in l. milites. C. de quæſtio. Ang. in l. ancillæ.
C. de furt. Angel. Areti. in ſuo tract. malefic. in verſic.
fama publica. ij. char. in verſic. quæro, an vnum indi-
cium. & iſtud maximè procedit contra ipſum Corbe-
riam hominem malæ famæ, vt probatum eſt: & aliàs
carceratum pro furto in eadem magna curia: vt pro-
bat text. in l. non omnis. §. à barbaris. ff. de re milita. &
voluit Bartol. in l. ſi de quæſtio. Spec. in titul. de præ-
ſump. §. ſpecies. Gandi. in titu. de præſumpt. in ij. indi.
indubita, & in ſpecie in propriis terminis Alexan. de
Imo. conſil. xciij. ij. colum. j. vol. Præterea, liquet ante
omnia de furto commiſſo: videlicet quòd commiſſum
eſt etiam eo modo & forma, prout iura requirunt:
quia fuit repertũ oſtium domus ſeu cameræ fractum:
& quòd illa bona furto ſubtracta in eadem camera
2 conſeruabantur, ſeu † conſeruari conſueuerant: prout
docet nos Bar. in l. ſi quis ex argentariis. §. an hæredi.
ff. de eden. & idem Bartol. in l. ſi quando. C. vnde vi.
imò dixit Ang. in præfato §. an hæredi. quòd non erit
neceſſe probare res illas extitiſſe in domo. vnde non
docto per prædictos inquiſitos, vnde veſtem ipſam
habuerint, ſequitur de neceſsitate, quòd ipſi eandem
furto ſubtraxerunt: & ſic reſultat indicium ad tortu-
ram ex prædictis contra ipſos coniuges, maximè cùm
3 non ſint perſonæ graues, † & maturæ, ſed leues, imò
leuiſsimæ: vt probatum eſt. Ita voluit glo. in l. inciui-
lem. & in l. ciuile. & vtrobique Cyn. Bald. & Salic. C.
de furt. & maximè oritur ſiniſtra & magna ſuſpicio
contra præfatum Corberiam, cùm fecerit veſtẽ ean-
dem deuaſtari, ac transformari, & redigi in aliam no-
nam formam longè diuerſam à prima per quendam
ſartorem. Præterea, poſt eiuſdẽ Corberiæ capturam,
cæteri eius ſocij inquiſiti, & contra quos fuerat que-
relatum de furto præfato, aufugerunt, & amplius viſi
minimè fuerunt: & licet citati fuiſſent, cõparere ne-
4 glexerunt. † & ſic reſultat aliud indicium contra præ
fatos coniuges inquiſitos. Ita in ſpecie conſuluit Alex.
in conſilio lxv. in j. volum. & ibi ſubdit, quòd ſi non
proſunt ſingula, multa iuuant. l. ſancimus. in fin. de te-
ſtamen. l. ſpadonẽ. §. qui iura multa. ff. de excuſa. tuto.
cap. j. cum ſimil. extrà de teſtib. idem conſuluit Alex.
in conſil. xlij. ſecundo volum. in vltima colum. Item,
præfata vxor Corberiæ examinata, depoſuit qualiter
præfatus Corberia eius vir ſibi ordinauerat, vt veſtẽ
ipſam abſconderet: quia furtum iam erat publicatum:
& quòd omnino eandem veſtem deferret indutã ſu-
prà ſe extra domum ſubtus ſuam gonnellam, & alibi
ipſam abſconderet, & quòd eius pediſſequa, quæ ſe-
cum accedebat ad domum, ad quam acceſſura erat,
remanere debuiſſet in parte inferiori domus prefatæ,
quæ erat terinæ ſuæ commatris, cui fuerat veſtis ipſa
data in cuſtodiam, & aſsignata, & penes eandem re-
perta, & pariter prædicta famula atteſtatur veſtem
eandem ibidem remanſiſſe, vbi iam reperta fuit. Nec
militabit ex aduerſo reſponſum, videlicet ꝙ vxor non
põt contra virũ teſtificari, pariter nec pro viro. nam
ꝙ contra virum teſtificari non poteſt, non reperitur
iure cautum, ſed quòd pro viro teſtificari non poteſt:
tenet Bald. & Salyc. in l. ij. C. de teſtib. & ratio eſt, ſe-
cundum eos, quia eſt domeſtica viri: & in eam vide-
tur vir habere ſuperioritatem, & poteſtatem modicæ
coercitionis, & ſic caſtigandi. & ideò pro viro teſtifi-
cari non poterit, ſed Specu. in tit. de teſtamen. §. j. ver
ſiculo, nunquid deteriore. dicit, quòd aliqua lege non
prohibetur vxor pro viro teſtificari, ideò probabit,
ſi talis mulier eſt, quæ virum non pertimeſcat. & idem

tenet Abb.in cap.in literis. de teſti.communis tamen
opinio eſt in dubio, quòd nec vxor pro viro, nec vir
5 pro vxore teſtificari poterit: † quia non admittitur ad
teſtificandum vnus pro alio, & non eſt idoneum teſti-
monium. ita plenè conſuluit Socy. in ſuo conſil. xvij.
v.colum.j. volum.& allegat Spec. vbi ſuprà Bald. ſin-
gulariter in dicto cap. in literis. de teſtib.vbi ſubdit,
quòd etiam ſi eſſet expulſa à viro,non probat,ex quo
poſſet id fictè fieri & ſimulari. idem tenet glo. in §. ſa-
nè.in fi.C.de iis, qui ad eccle. confug.& alia glo.in §.
in teſtibus.in inſtitu. teſtamen. & facit quod not.in l.
parentes.C.de teſtibus.per quas glo. ita in ſpecie con
ſuluit domi.Hierony.de gentilis de Nurſia doctor an-
tiquus, quem habeo in lib. meo diuerſorum conſilio-
rum ad pœnam. & idem reperio conſuluiſſe Alexan.
de Imo. in conſil. cliij. iij. col.in v.colum.ſed in caſu,
de quo agitur.ceſſat iſta ratio, retenta quauis opinio-
ne prædictorum, & iſta Franceſca vxor teſtificata eſt
contra virum, & non pro viro: item demum in eius
factum affrontata, & perſeuerauit in eius depoſitione
& perſeuerat. vnde non poteſt ratio reddi, quare non
probet, ſiue dicamus quòd tãquam ſocia & particeps
criminis ita depoſuerit:& cùm ſimus in furto, in quo
potuit interrogari de ſociis: & ſic valet & tenet eius
depoſitio contra ſocium ſiue participem, per gloſſ.
vulg.in l.fin.C.de accuſa. ſiue præſupponamus, quòd
præfata Franceſca fuerit examinata, vt principalis in
ſe, & vt teſtis in Corberiam eius virum: & tũnc pro-
bat contra Corberiam, vt teſtis, & facit indicium ſuf-
6 ficiens ad torturam:maximè,† iunctis adminiculis, de
quibus ſuprà:vt dicit Cyn. in l.fin. & ibi plenè Salyce.
C.de accuſa.Moder.Senen.in tract.de indi.& tort. iij.
char.xj. col, & in vj.colu.ij. char. Sed quia quando di-
cantur indicia ſufficientia ad torturam, relinquitur
arbitrio iudicis.ſecundum Cy.in l.fi.de quæſtio.Ioan.
7 Andr.in regula,cùm in contemplatione.† de reg. iur.
Bald.in l.ij.C.quorum appel. Alexan. conſil. lxv. ideò
quis iudicabit præmiſſa non ſufficere etiam ad con-
demnationem: & ita iuri communi conformari ar-
bitror. Qui Corberia tandem tortus negauit, & ſe
concordauit cum prædicta Violante, & bona ſibi
reſtituit.

Thomas Grammaticus, Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Conſtare minimè dici poteſt de delicto, nedũ per vnum teſtẽ de viſu ſed etiam ſi eſſent mille teſtes examinati parte non citata. & ſic ex proceſſu informatiuo. & numero 2.3.*

4 *Pœna pro delicto vbi imponenda venit, infra relegationem non poteſt tortura inferri.*

5 *Indicia ad torturam vbi extant contra aliquem pro delicto, debet etiam concurrere leuitas vitæ, ad hoc vt torqueri poſſit.*

6 *Tormentum dicitur illud, per quod corpus cruciatur.*

7 *Confeſſio dicitur facta in tormẽtis, nedum ipſis tormentis adhibitis, verum etiam, quando eſſet facta prope tormenta.*

8 *Confeſſio dicitur extorta metu tormentorum, dum iudex fecit ipſum ſpoliari, vt torqueret: & ille interim confitetur.*

9 *Confeſſio dicitur extorta metu tormentorum, dum quis eſt deductus ad locum tormentorum, ſeu ligatus ad ipſa tormenta.*

10 *Confeſſio non nocebit inquiſito, quando non præcedentibus indiciis fuit proceſſum ad torturam, etiam ſi ſit perſeuerata & ratificata, & num. 11.*

12 *Blaphemans Deum non poteſt teſtes repulſare, niſi ex capite inimicitiæ: vel niſi calore iracundiæ blaſphemauerit. & num. 13. & 14.*

15 *Iudex indebitè torquens aliquem, tenetur pœna capitis, ſecundum vnam opinionem: ſecundum aliam tenetur eadem pœna, qua carceratus puniretur pro eo delicto, pro quo tortus eſt. Item tenetur actione iniuriarum. Quartò ſecũdum aliam opinionem damnatur ad carcerem per certum tempus: & cum iſta pœna concordat capitulũ regni, quo datur carceratio biennalis, & publicatio tertiæ partis bonorum & num. 16. & 17.*

## CONSILIVM XV.

Conditoris machinę mundialis auxilio pe-
tito, Amen. Viſo proceſſu mihi tranſmiſſo
per magnific. ducalem gubernatorem ſta-
tus montis Fuſculi, & baroniæ vici, ſuper
querela torturæ indebitè, vt prætenditur, illatæ cui-
dam Franciſco de terra præfata per egregium Vin-
centium cutillum, iuris peritum, & aſſeſſorem curiæ
terræ præfatæ, in defectum ſemiplenæ probationis
vnius teſtis deponẽtis eundem Franciſ. blaphemaſſe
omnipotentem Deum: ob quod eundem Franciſ. in
tormentis ligatum & alciatum per quatuor palmos,
manibus poſt terga reuinctis, ſupra terram tandem
blaſphemaſſe Deum, confeſſus eſt,& ductus poſtmo-
dum ad bancum iuris, negauit querelando de indebi-
ta ac iniurioſa tortura, aduerſus præfatum aſſeſſorem.
Contingit igitur in præſentiarum de pluribus dubi-
tari. Et primò, an ex proceſſu informatiuo parte in-
audita potuerit inquiſitus ipſe torqueri? Secundò, an
poteſt dici tortus, cùm tantummodo alciatus fuerit?
Tertiò, an confeſsio prætextu huiuſmodi torturæ de
iure teneat? Quartò & vltimò, præſuppoſita indebita
tortura, qua pœna veniret prædictus iudex indebitè
1 torquens plectendus? † Et quòd ad primum, certum
eſt, quòd ex proceſſu informatiuo non poterat dici
ſemiplenè conſtare per vnum teſtem parte non ci-
tata receptum, nec in ſuis iuribus audita: vt inquit In-
nocen.in cap.dudum.extrà de præſumpt. Abb.in cap.
conquerente.extrà, de reſtitutione ſpoliatorũ.iij.col.
& in cap.ſi conſtiterit. & ibi etiam Felyn. extrà de ac-
cuſationibus. imò talis proceſſus informatiuus eſt
nullus, tanquam contra formam iuris: iuxta cap. cum
dilecta, de reſcriptis. Idem tenet Abb.in cap. ſacro.v.
colum. extrà de ſententia excommunicationis. & ibi
etiam glo.& ideò dixit pulchrè Salyc.poſt Bar. in l.fi.
in fi.C.de quæſt.quòd teſtis receptus parte non citata
2 non † poteſt facere indicium ſufficiens ad torturam.
idem voluit Ang. in l. ſi vacantia. C. de bonis vacan-
tib. Bal.lib.x.in l.cõgruit. in fi.ff. de offic.præſi.& plus
ſubdit Salyc.in loco prædicto, quòd cauti debent eſſe
iudicantes, vt licet poſsint recipere teſtes parte non
citata, quo ad finem capiendi inquiſitos, ne inſtruan-
tur ad fugam l.ait prætor.§.ſi debitorẽ.ff. quæ in frau
dem creditorum. tamen antè quàm captus torquea-
3 tur, debẽt iterũ † examinari teſtes parte citata.Idem
refert & ſequitur Alexan.de Imo.conſil.clxxix.ſecun-
do volumine. imò etiam ſi eſſent mille teſtes recepti
parte non citata & inaudita, non poſſent facere indi-
cium ſufficiens ad torturam contra inquiſitũ. ita pul-
chrè



chrè conſulendo tenet Franciſcus de Aret. in conſilio
clxiij.ij.colum.incip. ſicut Io. in apocha. per textum,
in l.ſi quando.C.de teſtamen.& in cap.ij.extrà eodem
titulo. Vnde cùm ex proceſſu informatiuo duntaxat
adparuerit per vnicum teſtem de prædicta blaſphe-
mia, ſequitur quòd Franciſcus ipſe torqueri non po-
terat,nec debebat.Item, ex diſpoſitione conſtitutio-
num regni huius, cautum eſt blaſphemantem Deum,
puniri pœna truncationis linguæ: quam pœnam no-
toria ac inueterata conſuetudo, & practicata à tem-
pore, cuius initij in contrarium memoria hominum
non exiſtit, in perforationem linguæ cum acu ferrea
interpretata eſt:& quotidie videmus.quæ quidem pœ
4 na non excedit† pœnam relegationis, ſi rectè conſide
retur. ſed vbi pro aliquo delicto non venit imponen-
da pœna vltra relegationem, non poteſt quis torturæ
ſubiici,per cap.regni,quod incipit:tormẽta. ergo mi-
nimè debebat præfatus inquiſitus torqueri. Præter-
eà, licet poſsit procedi ad torturam ſubſiſtentibus le-
gitimis indiciis contra aliquem, attamen requiritur
inſuper, quòd concurrat leuitas vitæ ipſius torquen-
di:aliàs nõ torqueretur.ita dicit pulchrè And. de Iſer.
in conſtitutione regni,ſi damna clandeſtina. ij. col. &
ibi etiam glo. ante Andr. ſed cum vltra diſpoſitionem
5 illius vnici teſtis, † qui indicium ſufficiens faceret in
proceſſu ordinario non eliſum, non concurrat leui-
tas vitæ ipſius inquiſiti, cùm de ea aliter nõ adpareat,
ergo minimè torqueri potuit. Circa ſecundum du-
bium,an ex quo ligatus & alciatus fuit,& non tractus,
poſsit dici tortus:& certè dicendum eſt, quòd ſic nam
6 tormentum dicitur illud, per † quod corpus crucia-
tur, vel quocunque modo læditur. l. item apud La-
beonem.§. quæſtione. & §. quamuis. ff. de iniur. & in
l.j.§.quæſtionis.ff. ad ſillẽ. in quibus probatur, quòd
dolor corporis, & tormenta corporis idem ſunt: vt
eſt bona gloſſ.in clemen.j.de hære.in verſi. tormenta.
ita conſuluit Alexan. de Imo. conſilio xlvij. j. colum.
in iiij.volu.& conſil.xcviij.& xcix.in iij.volum. & ideo
dixit Abb.in c.cùm in contemplatione. v. col. de reg.
iur. quòd tormentum dicitur, quaſi torquens mẽtem,
à torqueo torques.& ſequitur Bologni.Lud.Bolog.in
additio.ad Guido. de Suza. in tract. de tormen. j. col.
vnde cùm præfatus Franciſ. fuerit ligatus, & alciatus
cenſerit corporis dolorem,& tormentum, ſic torturã
paſſum fuiſſe negare non poſſumus. Quò ad tertiũ,
an teneat confeſsio prædicti Franc.torti, quæ reſpe-
7 ctu torturæ præfatæ emanauit? & nulli † dubium eſt,
quòd non, cùm fuerit metu ac dolore tormentorum
extorta. & dicitur confeſsio metu tormentorum ex-
torta.nedum adhibitis tormentis, verũetiam quando
eſt facta prope tormenta, vel in loco tormentorum,
vel inquiſito ligato duntaxat in tormentis: ita dicit
Bar.in l.j.§.diuus Seuerus ff.de quæſtio.doct.in l.ij.de
cuſto.reo.& eſt tex.ſingu.quem not.Bart.in l.nouiſsi-
mè.ff. quod falſ.tut. author. etiam in propriis termi-
nis conſulendo tenet Franciſ.Cur. in conſilio lix. viij.
colum.imò plus voluit Salyce.in l.iij. C. de cuſto.reo.
8 quòd ſi iudex fecit aliquem ſpoliari, † vt torqueret,&
ille interim confiteatur id, de quo interrogatur per
iudicem,certè dicetur confeſsio illa extorta metu tor-
mentorum.& ideò dicit Angel.in l. item apud Labeo-
nem.§.quæſtionis. ff. de iniur. quòd ductio ád tortu-
9 ram & ligatio, bene facit confeſsionem † videri ex-
tortam metu tormentorum. quia ibi ineſt terror cui-
dens in conſtantem virum, vt in l. interpoſitas. C. de
tranſa.idem voluit Gand.in tract. maleſi. in rubri. de
quæſtio.in verſic.dictum eſt. vnde quando non præce
dentibus legitimis indiciis fuit proceſſum ad tortu-
ram,non nocebit confeſsio inquiſito.glo.eſt in l. pen.
10 & ibi plenè Bart.† & omnes.ff.de quæſtio. Bart. in ſuo
tract.de quæſtio.Petr.de Ancha.in clemen.j. de homi.
Ioan.de Imol.in l.qui in aliena.§.Celſus. ff. de acqui-
renda hæredi. vbi etiam allegat Gand. ita tenere in
tracta.maleſi.& conſuluit Alexand. in conſi. clxxix. ij.
vol.imò plus,licet prædictus Franci.ductus ad bancũ
iuris,confeſsionem ipſam reuocauerit, attamen dato
abſque veri præiudicio, quòd huiuſmodi confeſsionẽ
ratificaſſet, & in ea perſeueraſſet, nihilominus ſibi
non nocuiſſet: cùm cõfeſsio extorta abſque legitimis
indiciis,etiam perſeuerata & ratificata, non obeſt in-
11 quiſito torto.glo.eſt ſingu. † & ibi Bart.in l.j.de quęſt.
Innoc.in c.cùm cauſam matri.de offic.delega.And.de
Iſer.in conſtitutione, ſi damna clandeſtina. iij. col. &
allegat conſtitutionem, tormenta, cum alia ſequent.
Idem tenet Par.de Put.in tract.ſyndi. in antepe. char.
libri,in verſi.ſequitur quæſtio quotidiana. iij. colum.
Ang.Ioan.de Imo.& Pau.de Caſt.in d.l. qui in aliena.
de acquiren.hæredi.Bar.in l.penulti.de condi. ob tur.
Petr.de Ancha.in conſil.lxxij.Par.de Put. in tract. ſyn-
di.in verſi.tortura.in c.an ſtetur dicto torti. vj. col. &
in conſi.v.in j.volu.& conſil. lij. iij. volum. & conſilio
cxlij.in ij. volum. & hoc, ex quo ſemper præſumitur
ſubeſſe eadem cauſa iuſti timoris. & ideo non tenet
talis confeſsio.& idem plenè tenet Alexan.conſ.xciij.
12 j.volum.† Nec ſuffragatur dicere,quòd cum blaſphe-
mans Deum,nõ poteſt teſtes repulſare,arg.l. famoſi.
& in l.in quæſtionibus. & quod ibi etiam Bartol. not.
ff.ad legem Iuliam ma. & dixit Par. de Put. in tracta.
ſyndi.in verſic.condemnatio.in c.an poteſtas. iij. col.
ſicut in ſimili dicimus in criminis læſæ maieſtatis, &
hæreſis,in quibus admittuntur infames,& alij inhabi-
les.vt ibi dicit Bar.in loco prædicto.& plenè Alexan.
in conſil.xj.j.volum.attamen in ſimilibus non admit-
13 terentur teſtes inimici.Ita dicit† Specu. in tit. de accu.
§.j.verſi.ſi. Alex.conſi.cxxvj.in iiij.volum.in fin.vnde
cùm in eius petitione oblata Franciſ. ipſe petierit ſe
admitti ad ſuas defenſiones, ex quo potuiſſet fortè
probare teſtem illum productum contra ſe eſſe ſuum
inimicum, aut potuiſſet probare negatiuam coarcta-
tam loco & tempore, aut aliquam aliam ſpeciem
14 defenſionis, aut † quòd calore iracundiæ blaſphema-
uerit prouocatus:& ſic potuiſſet repulſare, vel facere
ſuas defenſiones, prout de hoc vltimo inquit pulchrè
domi. Ioan.Franciſc.poncinibius Plancentinus in tra-
cta.de lamiis, in penulti. charta. tracta. ad limitatio-
nem Paris de puteo vbi ſuprà,dicentis, quòd blaſphe
mans Deum non poteſt teſtes repulſare:quia ſi calore
iracundiæ prouocatus, admittetur ad ſuas defenſio-
nes, & ſic omnino ad eas admitti debuit, & torqueri
nullatenus poterat. Quartò & vltimò, qua pœna
veniat præfatus Hector plectendus: reperio textum
15 in l. decuriones. C. de quæſtionibus. † & ibi Baldum
dicentem, quòd iudex indebitè torquens aliquem,
tenetur pœna capitis: Secundò reperio textum in l.
nemo carcerem.C.de exactoribus tributorum. libro
decimo, quo cauetur iudicem iniuſtè torquentem
debere puniri eadem pœna, qua puniretur carcera-
tus vel tortus pro eo delicto. Tertiò, dicit Baldus in

rubrica de pœn.iudi.qui malè iudica. quòd iudex in-
debitè torquens, tenetur actione iniuriarũ.l.iniuria-
rum æſtimatio.ff.de iniur.Angel.tamen in dicta l. ne-
mo carcerem. dicit, quòd talis iudex indebitè tor-
quens, damnatur ad carcerem ad certum tempus. &
cum hac opinione Ang. concordare videtur c. regni,
incipiens:ſi iuſtè. ſub rubric. quòd recipiatur appella.
16 à tormentis. †quo condemnatur iudex indebitè tor-
quens ad carcerem biennalem, & ad publicationem
tertiæ partis bonorum ſuorum, & cum hac diſpoſi-
tione præmentionati cap.regni, pertranſeo, conſulen-
do partes magni ducalis gubernatoris ſtatus montis
Fuſculi eſſe in condemnando præfatum Vincentium
aſſeſſorem terræ prædictæ ad carcerem biennalem,
necnon & ad publicationem tertiæ partis bonorum.
& ita ſentio de iuris cenſuræ. Et ita exequutum fuit.

Thomas Grammaticus, Regij fiſci patronus.

### SVMMARIVM.

1 *Minor confeſſus delictum, de quo aliter non adparet, niſi per dictam confeſſionem debet aduerſus ipſam in integrum reſtitui abſque aliqua probatione erroris, quoniam dubitatur de eius dicto ob minoritatem.*

2 *Confeſſio inueriſimilis non nocet confitenti.*

3 *Iudex non veriſimilibus non debet fidem adhibere.*

4 *Confeſſioni ſolæ inquiſiti iudex non debet de facili credere: ſed debet verificare de veritate dictæ confeſſionis, & mittere exploratores ad verificandum furta, ſeu homicidia confeſſata per inquiſitum. & num. 5.*

6 *Minor accuſans, poteſt demum reuocare accuſationem, ex quo non tenet accuſatio abſque curatore.*

7 *Confeſſio emanata à minore abſque curatore, eſt nulla. & num. 8.*

9 *Mente captus ſeu furioſus, probatur ex ſuis dictis & geſtis.*

*Et quomodo & qualiter probetur. vide ibidem plenè. Et quomodo probetur, quòd quis ſit fatuus. nu. 10. 11. 12. 13. & per totum.*

14 *Furioſus & fatuus in quo differant. nu. 15. & 16. 17. 18.*

19 *Demens æquiparatur mortuo.*

20 *Confeſſio dementis contra ſe non tenet & nu. 21.*

22 *Mente captus æquiparatur minori & pupillo.*

23 *Confeſſus licet quis fuerit delictum contra ſe, ob quod condemnatus fuit per ſententiam, ſi demum adparet de eius innocentia non debet talis ſententia exequi, non obſtante confeſſione ſua.*

## CONSILIVM XVI.

IN comprehenbilis Dei ſuffragio itera-
to, Amen. In cauſa inquiſitionis formatæ
in magnifica curia vicariæ aduerſus Fran-
ciſcum notarij Nardi, ob eius fatuam con
feſsionẽ nefandi criminis carcerati, ex eius defenſio-
nibus liquet ipſum eſſe minorem xviij. anuis. Item,
quòd non alitet adparet de prætenſo delicto, ſeu cri-
mine, niſi per eius præfatam confeſsionem: & ideò
1 ſuccedit, † quòd vbi minor fatetur delictum, de quo
aliter non adparet niſi per eius confeſsionem, aduer-
ſus ipſum debet in integrum reſtitui, ſi læſus eſt, abſq;
alia probatione erroris: quia ex hoc ſolo, quòd ita
confeſſus eſt, adparet ipſum eſſe læſum. ita ſingulariter
dixit Ange. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confeſſ. vbi
ad hoc allegat textum cum glo. in c. ij. de in integr. re-
ſtitu. in vj. & reputat Angel. hoc valde not. & quoti-
dianum, quod dictum exclamat conſulendo Alexand.
de Imol. in conſilio cxv. in iij. volum. incip. in cauſa
inquiſitionis formatæ contra dominam Helenam.
vlti. colum. vbi dixit hoc ſolum ſufficere ad defenſio-
nem illius minoris, xxv. ann. & in hoc dicit ſe facere
maximum fundamentum, & quod illud habet pro
tutiſsimo remedio. idem ſequitur Marſi. in l. j. & in l.
de minore. in §. tormenta. ff. de quæſt. & ideò fuit per
nos petita reſtitutio in integrum, quæ eo caſu peti
poteſt abſque aliqua probatione erroris. idem tenet
Alex. in l. ſi is qui temporali. §. ſi minor. ff. de iureiur.
& ibidem pulchrè refert & ſequitur Iaſ. qui ſubdit di-
ligenter eſſe aduertẽdum pro defendendo adoleſcen-
te in cauſa criminali. idem ſequitur Ludoui. Bologni.
in conſ. ſuo xxxvj. iij. col. circa principium. vnde cùm
nihil ſibi obſtet confeſsio præfata per reſtitutionem
in integrum petitam, quæ ſibi permittitur abſque ali-
qua probatione erroris, multò fortius concedendum
eſt adparente de notorio errore, qui eſt, vt locus, in
quo faſſus fuit delictum ipſum commiſiſſe, non repe-
ritur eſſe, nec vnquam fuiſſe in rerum natura, vt mul-
ti teſtes atteſtãtur, & ſomniatum eſt, vt ex oculari in-
ſpectione dignoſci poteſt, vt petitum eſt, bene intueri
& perſcrutari, ſi talis locus per ipſum confeſſus, repe-
ritur, aut ſi vnquam fuit. & ideò cùm confeſsio ipſa
non adparente de loco confeſſato commiſsi delicti
2 minimè vera adpareat, ſequitur † quòd confeſsio ipſa
veriſimilis non ſit, & ſic non nocet confitenti: ſecun-
dum Bal in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri.
Petr. de Anchra. in conſi. xxiij. incip. viſa inquiſitione
formata. & facit tex. in cap. quia veriſimiliter. de præ-
ſumpt. & ideò voluit Petr. de Anchar. in conſ. ccxlvij.
3 incip. extra ordinem contractuum. † quòd iudex non
veriſimilibus eiſdem fidem dare non debet. & Bald.
in l. fin. in fin. C. de edend. dicit, quòd probatio debet
eſſe veriſimilis, aliàs ei ſtandum non eſt. & ideò ſatis
ad propoſitum dixit Bald. l. quoniam de infami. quòd
iſtæ confeſsiones criminum debent eſſe cõformes, &
continentes veriſimilitudinem. & ideò aſſeſſores de-
bent cautè agere, & non de facili credere confeſsioni
4 bus iudicialibus, niſi ipſis verificatis. Et inde eſt, † ꝙ ſi
quis fateatur occidiſſe hominem, & in tali loco iam
ſepultũ, cautela eſt, vt iudex mittere debeat ad talem
locum inſpiciendum, & ſi ibi ſit homo mortuus, vel
oſſa ſepulta. Idem ſequitur Paris de Puteo in tracta.
ſyndic. in verſi. confeſsio. circa medi. vbi etiam ſubdit,
quòd debet iudex inquãtum poteſt, verificare delictũ
confeſſatum, eſſe verum, per no. per Bar. in l. j. §. ſi ibi.
ff. ad Sille. & ideò in ſimili dixit Ang. in tracta. malefi.
in verſic. & veſtem cæleſtem abſtulit. 7. charta. verſic.
quid ſi quis confitetur, quòd ſi reus confiteatur plura
furta, non erit confeſsioni prædictæ ſtandum, niſi ve-
5 rificentur † res ſubtractæ. & ideò iudex debet eſſe
bene cautus, ne damnet animã ſuam, & corpus ſuum,
& non credere talia confeſſata, ſed prius verificare
confeſsiones furtorum, & deputare nuntium ad ca-
piendum informationem de veritate, & ſi alienauit,
vel diſtraxit, vel pignorauit, vel quid fecit de rebus
ſubtractis, & ideò Iuriſconſultus in l. j. ff. de quæſtio.
in verſic. neque adeò. ſtatuit confeſsioni factæ in tor-
mentis non eſſe paſsim credendum. & idem dixit in
§. ſi quis vltrò. & in §. quæſtioni. in ea. l. ex quo inter-
dum reperiuntur aliqui intantum timentes torturam,
ꝙ omnia etiam quæ nunquam fecerunt, fateantur. ob
hoc



hoc inquit pulchrè ſapiẽtiſsimus Seneca. quòd etiam
innocentes cogit dolo mentiri. idem tenet Par. de
Put. in tract. ſyndi. in char. 99. in ver. tortura. & etiam
in char. 30. j. col. & meminit de illo nobili inculpato,
qui viſa tortura præ timore ſe amiſit, & digeſtionem
emiſit, & tamen repertus fuit innocens, & quòd alius
delictum illud commiſerat. Idem refert & ſequitur
Marſi. in l. j. ff. de quæſtio. 3. char. & in rub. de proba. in
ſua repe. imò ſubdit in d. l. j. ff. de quæſt. quòd vbi ali-
ter non conſtat de delicto per proceſſum, ſed per ſolã
confeſsionem inquiſiti, debet iudex tranſmittere ex-
ploratores ad verificãdum delictum eſſe commiſſum,
per d. l. j. §. item illud. ad ſille. & quod ibi. no. Barto. &
alij per no per Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeru.
fugit. ver. ſed pone, quòd quis confitetur. & probant
bene no. per Ange. in l. vnica. C. de confeſ. per Bald. in
addit. Spec. in tit. de confeſ. in verſi. Titius. aliàs ſeque
retur, quòd quis eſſet dominus membrorum ſuorum,
adeò quòd abſque delicto poſſet facere ſe ad pœnam
mortis damnari, contra l. liber homo. ff. ad leg. aquil.
& l. non tantùm. & l. ſi non defendantur. ff. de pœn. &
ideò dicunt ſoli confeſsioni ſtandum non eſſe. l. j. di-
uus. ff. de quęſt. & in l. inde Neratius. §. fi. cum l. ſeq. ff.
ad legem aquil. cum ſimi. debet enim confeſsio eſſe
veriſimilis, vt ex ea quis damnari poſsit, inquit Bal. in
l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cleri. & conſuluit
in terminis Alex. de Imo. in conſi. xix. in viij. volum. &
quòd non ſit ſtandum confeſsioni, & ex ea ſola quis
damnari non poteſt, niſi aliter cõſtet de delicto, tenet
etiam Felyn. multa referens in c. auditis. xvj. col. extrà
de reſcri. Io. Franci. Põcinibus in ſuo tract. de lamis.
in antep. char. ver. vij. quòd & licet. & ibi ſubdit ex prę
dictis. propterea dicunt doct. quòd iudex debet inqui-
rere de veritate confeſsionis, quia aliquando aliqui
confeſsi ſunt delictum, & poſteà reperti ſunt non de-
liquiſſe, & idem cõſuluit Rapha. cu. in conſi. cxxxviij.

Nec obſtabit in aliquo delatio ſeu depoſitio pri-
mo loco facta contra ipſum Franc. per Alonſicum Hi-
ſpanum impuberem. & minorem nouennio, prout
etiam ex eius aſpectu aliter iudicari non poſſet, cùm
ipſemet Alonſicus depoſitionem ſuam præfatam re-
uocauerit, dicendo ſe ex metu cõfeſſum fuiſſe prout
depoſuerat, licet mendaciter. & quòd talis eius depo-
ſitio, ſeu delatio contra præfatum Franciſ. delatum ſeu
6 inquiſitum non fuit, nec eſt vera. † Et ideò hinc ſucce-
dit, quòd ſicut minor accuſatus & cõfeſſus, aliter non
probato delicto, niſi per eius cõfeſsionem, ex ea dun-
taxat læſus adparet, debet in integr: reſtitui, cũ nihil
ſibi noceat confeſsio: pariter etiam eſt diſpoſitum, ſi
minor accuſauerit aliquẽ, quòd poterit reuocare, ex
quo non tenet accuſatio abſque curatore. ita pulchrè
conſuluit Bald. in conſi. lx. incip. factum ſic proponi-
tur. v. volu. refert, & ſequitur præclarus doctor Marſi.
in l. j. v. col. ff. de quęſt. aduerte, quia dictũ conſil. Bal.
in nouiſsi. impreſsione eſt in iij. vol. num. 408. Nec eſt
omittenda notoria nullitas proceſſus attenta confeſ-
ſione prædicta emanata à minore, & abſque curatore,
prout dicit Angel. in tracta. maleficio. in verſic. com-
7 parent dicti inquiſiti. † in verſic. necnon, ſis bene cau-
tus. idem allegat voluiſſe Cynum in l. clarum. C. de
auto. præſtan. Salyce. in lege vnica. C. de confeſsis. Al-
beri. de Roſa. in quarta parte ſtatu. quæſt. lxxxij. Bald.
in cap. j. §. item ſacramenta. de pace iur. firm. penulti.
colum. Angel. in prædicta lege vnica. C. de confeſsis.
Rapha. & Ang. in dicta l. clarum. & refert Rapha. Al-
bericum dicere hoc de facto obtinuiſſe. & tenet do.
Alex. in dicto conſi. cxv. in iij. vol. & ſequitur Marſi. in
dicta l. j. v. col. de quæſtio. Et hæc ſufficiant dicta quò
ad minorem ętatem, & reſtitutionem in integr. quæ
denegari non poteſt, etiam nulla data probatione de-
licti confeſſati, niſi per propriam cõfeſsionem. Nunc
autem dato, abſque veri præiudicio, quòd delictum
iſtud fuiſſet verè perpetratum, prout minimè in æter-
num adparebit, dico quòd ſatis liquidè probatũ fuit
ipſum Franciſ. eſſe, ac fuiſſe ſemper dementem ac fa-
tuum ex multis infrà dicendis. Et primò adparet ex
copia infinitorum teſtium Franciſ. ipſum ſemper in
præteritum vſque in præſentem diem oſtendiſſe pu-
dibunda in publicum abſque aliqua verecundia, mul-
tis perſonis inſpicientibus ex conſuetudine iſta, ac
etiã alia potius animalis irrationalis geſsiſſe, ac pro-
tuliſſe. de quibus in proceſſu, ex quibus clariſsimè li-
quet de eius dementia, & ſenſuum carẽtia: nam ex ge-
ſtis & dictis adparet quem eſſe mente captum, aut fu-
8 rioſum. dixit Hoſtien. † & Cardina. in clemen. j. de
homi. & plenè Alex. in l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ.
benefacit tex. in l. is, qui. §. diuus. ff. de tut. & cur. da. ab
iis. & ibi Bar. idem Bar. in l. iij. C. de bo. poſ. infan. vel
fur. dela. & plenè Lanfr. de oria. in c. quoniam contra.
in ver. teſtes. antepe. col. ver. vltra predicta quæro ex-
9 tra de proba. vbi ſubdit, † quòd probatur ex extrinſe-
cis quem eſſe fatuum, vt ex factis quæ non cõtingunt
hominem ſanæ mentis. Et ſi adpareret interdũ fortè
aliquid more hominis ſanæ mentis fuiſſe loquutum,
tamen ex iuris diſpoſitione licet quis aliquando fatuè
& aliquando ſapienter loquatur, non ex hoc deſinit
eſſe fatuus ſeu furioſus. ita dicit Alex. in d. l. furioſum.
& Bart. in tract. de teſtib. verſic. oppoſita prudentiæ. &
conſuluit Alex. conſ. lxxxv. & lxxxvj. ij. vol. Item con-
ſtat ex meritis proceſſus, quòd ſi tu dicis eidem Franc.
nonne hoc ita eſt? & ipſe reſpondet, quòd ſic; & ſi paulo
momento, poſtea tu dicis ſibi contrarium eiuſdem
quod per prius ſibi dixeras, ipſe quoque illud affirmat
nullam habendo memoriam præcedentis dicti. Secun
10 dò, † adparet, iunctis prædictis, & ex præmiſsis ipſum
Franciſcum habere memoriam inordinatam, quod eſt
maximum ſignum dementiæ. text. eſt ſecundum Dom.
de ſan. Gem. in c. fin. de hæret. in vj. quod dicit eſſe no.
pro teſtibus inductis ad probandum quem eſſe mente
captum. idem etiam voluit Alex. in conſil. lxxxvj. iiij.
col. ij. vol. & idem Alex. in l. cum ſeruus. §. conſtat. de
lega. j. Tertiò, probant ex conſuetudine prædictum
Franciſcum lapides proieciſſe multis, ac diuerſis vici-
bus, more inſanorum, vt multi & quamplures teſtes
11 teſtantur, ob † quod longè ſatis de eius dementia & fu-
rore oſtenſum eſſe inficiari non poteſt. l. ij. C. de iudæ.
ita dixit Bal. in §. item furioſi. inſti. quibus non eſt per
miſſum face. teſta. gloſ. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus.
in verſic. ferendus. & ibi Baldus & Angel. & Alexand.
ff. ſoluto matrimo. & plenè Alexand. conſilio lxxxvj.
in ſecundo volum. & plenius in conſilio liiij. in primo
volumine, & vtrobique ſubdit, quòd pariter dicitur
furioſus ſeu fatuus, qui fatuorum more loquitur, ſeu
ſi à patre, ſeu conſanguineis fatuus, ſiue demens pu-
plicè, & communiter reputatus fuerit, prout ſatis ple
plenè oſtenſum fuit, quòd ita publicè & communiter
12 reputabatur, & tenebatur ab eius parentibus, † & ab
omnibus exiſtẽtibus in eius conuicinio ſeu contrata.
Ita

Ita dixit Bald. in prædicto §.item furioſi. per l.de mi-
nore.in §.torméta.ff.de quæſtio.per l.Octaui.ff. vnde
cogna.& tenet Alexand.in prædicto conſilio liiij. in j.
volumi.& conſuluit pręclarus doctor Philip. Deci. in
conſilio lxxxvj. in vj. col. & tenet ante omnes Bartol.
in tracta.de teſti.in verſi.oppoſitæ prudentiæ.& bene
probat tex.in l.ſi furioſo puberi.ff.de cura.fur.&licet
multa iura ex prædictis videantur loqui in furioſo,
13 attamen demens ſeu mente captus † dicitur furioſus.
vt voluit Bald. in l. certum. x. colum.C. vnde cogna.
idem Bald. in l.ij.C. de cura. fur. dicit mente captum
furioſo æquiparari.& idem tenet Alexan.in prædicto
conſilio liiij.primo volum. & Deci. in præfato conſil.
lxxxvj.& probatur bene per text.in cap.fin.de ſucceſ.
ab inteſta. vbi bona glo. dicit, quòd iſta affirmatiua,
videlicet, Titius eſt furioſus, habet in ſe implicitam
negatiuam, videlicet quòd Titius non eſt ſanæ men-
tis.idem voluit Lãfran.de oria. in repe.cap. quoniam
contra.in ver.teſtis.antepe.colum.verſic.vltra prædi
cta.&c.& in hoc differũt, quia furioſus eſt cum rabie,
14 † ſed mente captus, eſt cui mens & conſilium deficit,
tamen nullam rabiem furoris oſtendit: ſed extrinſe-
cus in quodam habitu mentis quietæ. ita voluerunt
doct.maximè Bal.in l.ſi furioſi.C.de nupti. & in l. hu-
manitatis.quarta colum.C.de impube.& ali.ſubſtitu,
& in l.ſed & milites.ff.de excuſatio.tut.Ang. & Imol.
in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.colum.xliij.Alexand.
in prædicto conſilio liiij.& plenè Iaſon in l.furioſum.
C.qui teſtamen.face.poſſ.ſicque quòd Franciſ. ipſe ſit
mente captus ac fatuus, inficiari non poteſt ex infini-
torũ teſtium depoſitione liquidè aſsignatis congruis
& concludentibus rationibus fatuitatis ſeu demen-
15 tię. † in ſpecie omnes teſtes teſtantur Franciſ. ipſum
communiter reputari fatuum ab omnibus commu-
niter ipſum cognoſcentibus, quæ quidem probatio
ſufficit ad oſtendendum ipſum non potuiſſe confice-
re actus,in quibus requirebatur intellectus,vt proba-
tur in l.j.iunctis ibi not. per Bar.C.de teſtamen.& ibi
Bald. in tertia quæſtio.& not. in l.cum quidam.§. qui
dicitur.ff.de acquir.hæred. Bart.in l.de minore.§.ij.in
ij.& vlti.col.ff.de quæſt.per Ange.in l.ad teſtium. §. j.
ff.de teſta. Alexan.in conſilio xcij.penult. colum.in v.
volum. Et tamen ſufficeret teſtes ſolummodo dixiſſe
Franciſ.ipſum eſſe mente captum, quia ita viderunt,
16 Ita dixit Ang.in authen. † vt cum de appel.cogno.§.ſi
quis cõcurrente:inſuper quia Frãciſ.ipſum ſic ſemper
fuiſſe recordantur.tex.eſt in l.ob quæ vitia.ff. de ædil.
edict.& in l.his qui.§.ſi.ff.de tuto.& cura. dat.ab iis, &
ibi Barto.& not. in c.legimus.xciij. diſtinc.& Bald. in
17 dicto §. item furioſi. † Quintò longè quoque demens
adparet, cùm minimè intelligat quid ipſe dicat: quia
ſi intelligeret, quid dicat non variaret. vt ſuprà cap.j.
§.ſi vera.de elect. in vj.& ibi ad hoc illum textum no.
Dominic. de ſancto Gemi.& Alexand.in dicto conſil.
liiij. quod ſatis adparet probatum in iſto Franciſco
concludenter. & ideò dixit Barto. in l. qui ad certum.
ff.loca. quòd demens non habet conſenſum: quia vbi
adeſt furor, ſeu dementia, ibi intellectus abeſt.& not.
in l.j.C. vnde vi. ſecundum Bald. in cap. clerici. extrà
de vita & hone. cleri. Hinc Bald. in præfata l. huma-
nitatis.viij. columna. verſic. quarta differentia. dixit,
18 quòd demens æquiparatur mortuo. † Idem dixit Bal.
in l. ſi quis alicui.ff. de acqui. hære. Alexand. & Iaſ. in
dicta l. furioſum. ſed mortuus puniri non poteſt, nec
debet in perſona, per tex.in l. ex iudiciorum. ff. de
pub.iud.& in l.j. & ij.C. ſi reus vel accuſ. mor. fue. &
inde dicitur demens voce carere, quia cùm loquitur
non intelligit quid loquatur, ſicut dormiẽs. dixit Bal.
in l.ſancimus.C.ad treb.Et idem ſanctiſsimè iura ſan-
19 xerunt mente captum non obligari † ex delicto, nec
pœnis à iure traditis affici, ſed excuſari. text. eſt in l.
diuus.ff.de offi.præfic.præſid. Bartol.in l.congruit.ff.
eod.titu.& in l.ex facto. vj. colum.ff. de vulga. & pup.
Bald.in prædicta.l.furioſum.& in cap.j.an ille,qui in-
terfec.fra. domini ſui.in vſi. feud. & ideò dementem
20 ſatis ſuo furore ac dementia puniri, † & delicti per-
petrati voluerunt.l.pe.ff.de parri.l.diuus.præallegata.
attamen in caſu de quo agitur,nullum adparet perpe-
tratum delictum, niſi per confeſsionem ipſius fatui
ſeu furioſi, cuius confeſsio ſibi nullo modo præiudi-
cat,cùm confeſsio dementis non teneat. regula in ne
gotiis.ff.de regul.iur.in l.ij.ff.de iure codic. ita voluit
21 Spec.in titulo de † confeſſ.§.ij. verſic. xiij. ſi facta eſt.
22 Accedit † inſuper,quia mente captus æquiparatur mi
nori & pupillo, etiam quoad omnia priuilegia iuris:
vt dicit Baldus in l.ij.C.qui admi.in cap.j.ij.columna,
de benefi.Iaco.in vſib.feud.Io.Andr.in addit.Spec.in
rubric.de præſcriptio. Alexand. in l. Fulcinius. in §.
adeò.ff.ex quibus cau.in poſſ.ea.adeò quòd mente ca-
ptus in integrum reſtituitur,ſicut minor. l.ſanctionis.
& ibi Bald.C.de excuſ.tuto.l.ergo. & ibi Bartol. ff. ex
quibus cau.maio.Paul.de Caſt. Bald. & Alexand.in l.
Marcellus.ff.de fideiuſſ. Bartol.in l.j. de bono.poſſeſ.
infan.vel fur.dela.Bald.in l.fin.in fin. C.qui admi.ſed
23 ſic eſt, † quòd minor reſtituitur aduerſus propriam
confeſsionem delicti, vt ſuprà probatum eſt, etiam
nullo allegato nec verificato etrore confeſsionis: er-
go pariter & mente captus ſeu demens,qui tamen ex
capite minoris ætatis omnino reſtituendus venit,nec
debet ſibi in aliquo obeſſe confeſsio criminis,de qua
ſuprà ex præallegatis, maximè cum poſt eius confeſ-
ſionem prædictam liqueat ex præfatis de eius inno-
centia. quo caſu & ſi eſſet lata ſententia cõtra ipſum,
non deberet nec poſſet exequi: vt dicit Innocen.in c.
quoniam. doct. ſequuntur in c.ſignificantibus,in fine,
24 de purg.vulg.Bald.in cap.vnico,† in vltima columna,
de confeſ.Fely.in c.conſanguinei.j.col.de re iu. & ple
nè Marſ.in ſua pract.in ver.opportunè. iij.colum. Ex
quibus omnibus & eorum ſingulis, concludo præfa-
tum Franciſcum debere liberari, tanquam innocen-
tem, & abſolui ab impetitione regij fiſci omnibus
mora poſtpoſita: cùm ſatis grauatus longiſsimo car-
cere per trimeſtre, & vltrà fuerit. Et tandem licet
communi voto magnific. iudicum ipſius magnæ cu-
riæ vicariæ decretum fuiſſet eundem Franciſcum libe-
randum: & ægrè ferens illud exequi magnific. miles
dominus Fran.de Tarſia, regens dicto capo de ferro,
licet verè ex zelo iuſtitię,tamen ſuperueniẽtibus aliis
duobus iudicibus intrantibus de menſe Martij, inter
quos fuit magnific. Matthæus de Afflicto, & ſic voto
& decreto ex iudicum publicato, ita exequutum fuit,
& Franciſcus ipſe liberatus.

Thomas Grammaticus,regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Fractura parietis ſeu ianua aut caſſia, facit præſumi furtum fuiſſe commiſſum reſpectu illius fracturæ.*

2 *Res furto ſubtracta, licet non appareat quæ fuerit, probato furto ſtabitur iuramento patroni.*

Furtum



3 *Furtum dum adparet de nocte fuiſſe cõmiſſum, eſt difficilis probationis & in ſecretis. & in iis, quæ de nocte fiunt, ſufficit probatio per coniecturas. nu.4.*

5 *In delictis quæ ſecretè fiunt, iudex debet eſſe promptior ad torturam & quæ de nocte fiunt, dicũtur ſecretè fieri, & occultè. & nu.6.*

7 *Mutatio coloris in facie inquiſiti, erubeſcere, pallere, & inconſtanter loqui ſunt ſigna malæ cõſcientiæ: & ideò iudex debet omnia facere redigi in actis. & nu.8.*

9 *Mendacium inducit magnam ſuſpicionem contra inquiſitum: & poteſt torturæ ſubyci ex mendacio.*

10 *Fama publica de delicto contra inquiſitum an faciat indicium ad torturam.*

11 *Loci qualitas, ſatis attenditur ad reddendum quem ſuſpectum de delicto.*

12 *Teſtis pauper & malæ famæ non probat, ſed repellitur.*

13 *Teſtis aliàs carceratus pro delicto, vt vilis, propter carcerationem repellitur à teſtimonio.*

14 *Conuerſatio mala facit quem præſumi ſuſpectum: & econtrà bona cõuerſatio, facit quem præſumi bonum.*

15 *Iura tranſgredi licet ex cauſa.*

16 *Delictorum frequentia facit, vt quis ad mortem damnari poſſit, licet pro vnoquoque delictorũ commiſſorũ ille nõ poſſet pœna mortis puniri, ſed pecuniariter: vt quia pro vnoquoque ex delictis non veniebat pœna mortis imponenda, ſed pecuniaria.*

17 *Torqueri poteſt de iure communi homo malæ famæ data leuitate vitæ ipſius maximè, vbi proceditur ex officio, & non ad querelam*

18 *Indicium vnum bonum ſufficit ad torturam contra inquiſitum de crimine, & ita iudices maleficiorum practicant.*

19 *Fuga ſociorum facit indicium ad torturam contra carceratum.*

20 *Et ſi non proſunt ſingula, multa iuuant.*

21 *In indicijs nulla poteſt dari recta doctrina. & ideo iudicis arbitrio relinquuntur. quando ſunt ſufficientia.*

## CONSILIVM. XVII.

Conditoris machinæ mundialis ſuffragio
petito, Amen.In cauſa furti Cuſentini cõ-
miſsi in apotheca Petri florenti.in ciuita-
te Cuſentiæ commorantis, per Bernard.
& Ioan. Baptiſtam inquiſitos, vltra ea, quæ deducta
ſunt in allegationibus mihi tranſmiſsis per magni.
V.I.D.Albericum poerium calabrum, aſſeſſorem cu-
riæ Cuſentinæ,in qua de cauſa prædicta tractatur,nec
non & vltra mihi in facto, & relata per Illuſt. Ferdi-
nãdum alaconum ipſarum prouinciarum Calabriæ
regium gubernatorem ſeu proregem. Conſidero in
primis furtum ipſum fuiſſe commiſſum cum fractu-
ra,prout ex cataracta reperta fracta die cõmiſsi furti
demonſtratur,& propriè de mane ſubſequenti, in no-
cte cuius præceſſerat furtum.Et quòd ex fractura ipſa
reperta præſumatur furtum, voluit Pau. de Ca. in l.ſi
1 creditor.C.de pig.acti.† quòd per prædictas mentio
natas coniecturas, videlicet quòd oſtium fuerit aper-
tum, & caſsia ſit fracta, probatur furtum fuiſſe com-
miſſum. & plus ſubdit, quod licet non appareat de re-
2 bus furto ſubtractis, † attamen ſtabitur iuramento
querelantis, ſeu domini rerum ſubtractarum, dixit
Bar.in l.ſi quis ex argentariis.§.ſi.ff.de eden.Cano.in
cap.bona fides,extrà de depoſi. & ibi ſatis no. Panor.
vbi etiam ponderat in præfatis, & in latrocinio de
nocte commiſſo, qualitatem perſonæ, & temporis &
ſimilium, & fracturam ſtationis,ſeu loci, vbi res erat.
Et vltra prædicta ſatis conſiderandum eſt, quòd fur-
tum ipſum tanquam factum cum fractura, maius eſt
aliis furtis, & inter caſus fortuitos connumeratur:
vnde habet ſpecialem titu. ff. de effrac. & expilato ex
quo conſtat ſpeciale crimẽ eſſe, ex quo per ſpecialem
rub. voluit Iuriſconſ. illud denotare, & grauius illud
reputare,& non ponere in titu.generali de furtis,con
currente præſertim nocturno tẽpore.Inde eſt, quòd
effractores nocturni in perpetuum in metallum dam
nantur:fures autem diurni non in perpetuum: l.ſi. C.
3 de effrac.l.j.ff. de effra. † & expil. & multum ſuffraga-
tur præfatis furtum fuiſſe de nocte commiſſum, quo
caſu eſt difficilis probationis, & inquiſitionis: vt vo-
luit Bal.in l.de quibus.pe. colum. ff.de legib. & tenet
glo.in l.ſi cum exceptione.§.in hac actio. ff.quod me.
cauſa.quam ad hoc allegat Bal.in cap.porro. quæ fuit
prima cauſa beneficij amit. & plenè Alexan.in conſil.
4 xxiiij.iij.colum.ij.volum.& ideo in ſecretis, † & in iis
quæ de nocte fiunt, ſufficiunt probationes per conie-
cturas, dicit Bartol.in l.ſi qui ex argentariis. & in l.ſi
quando.C.vnde vi.& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prę-
tori. vij.quæſt.ff.de ope.noui nun.Fed.de ſen.in conſ.
cix.incip. nulli dubium. Hoſti.in c.ſi. quod me.cauſa.
Hinc dixit Bald.in l.iij.C.de epiſco.audi. quòd in de-
lictis quę ſecretò fiunt,iudex debet eſſe promptior ad
5 torturam: & † quandoque ad cõdemnationem,& idẽ
6 tenet Ang.in l.fin.C.de proba.† Et quæ de nocte fiunt
debent occultè fieri & ſecretè: vt inquit Ang.in l.ſi cũ
exceptione.§.in hac actio.ff.quod met.cauſ. Bal.in l.
cum fratrem.in ſi.C.de iis,quibus vt indig. Ang.in l.j.
§.occiſores.ff.ad ſill. Secundò conſidero mutationẽ
7 coloris † ipſius inquiſiti in facie,prout in actis notatũ
comperio in affrontatione facta cum Franciſca mu-
liere teſte de viſu & pariter perpendo eiuſdem inqui-
ſiti trepidationem & inconſtantiã in loquendo quòd
ſatis conſiderandum eſt,iuxta doctrinam Bart.in l.de
minore.§.tormenta. aliàs,pluriũ.ff.de quæſtio. & ibi
ſubdit,ꝙ iudex non debet parcere calamo, ſed omnia
in actis redigere:prout iſte magnific.aſſeſſor Cuſenti-
nus fecit. Idem voluit Luc. de Pen. in l.j. C.de cur. pu-
8 bli.& in l. quoties.C.de digni.libr.xij.ſubdens † quòd
erubeſcere, pallere, & inconſtanter loqui, ſunt ſigna
malæ conſcientiæ. & ideò dicebat Inn.in c. quoniam
contra.extra de proba. quod pallor vultus eſt ſignum
falſi teſtimonij.ad quod facit illud Virgilianũ: ô quàm
difficile crimen eſt non prodere vultu. † Tertiò, præ
dictus Ber.inquiſitus adparet notoriè deprehenſus in
mendacio, maximè varius & vacillans dum interro-
gatus extitit,quot vicibus fuit carceratus, & ſi come-
dit in domo Lucæ Ioan. ex quo mendacio inducitur
9 magna ſuſpicio contra ipſum: † vt dixit Barto.in l.fin.
circa princip.ff.de quæſtio.Alex.in conſi.lxij.incip.in
cauſa accuſ.in iij.volum.Bart.in ſuo tract. de quæſtio.
Ludo.in conſil. viij. incip. viſo facto. intantum quòd
mendax ex mẽdacio poteſt torturæ ſubiici.dicit Ang.
in tract.malefi.in ver.fama publica.in materia tortu-
ræ.ver.nonò quæro.& conſuluit Franc. Cur.in conſil.
xlij.in fin.verbis. Et quòd ex mẽdacio reſultet magna
ſuſpicio contra mendacem,tenet Fely.in cap.literas.
10 extrà de præſum. in j. columna. † Quartò, accedit
publica fama contra ipſum inquiſitum, & ſocios de
furto præfato, ex qua reſultat indicium ad torturam:
vt not.Cyn.in dicta l.fin. C.de quæſtio. Bald.in cap.j.
viij.col.

viij.columna. de pace iur fir. Bartol. in conſilio xcij.
incip. domino paci de burgo. & facit gloſſ. in l. iij. §.
eiuſdem.de teſti. qui dixit, quòd fama facit ſemiple-
nam probationem. Quintò, conſideranda eſt qua-
litas loci, in quo fuit furtum commiſſum, & habita-
tionis ipſius Ioannis bapt.prope locum prædictum,
11 † & ideò dixit Barto.in l.præſid. C.de cur.publi. libr.
xij.quòd qualitas loci ſatis attenditur, quo ad redden
dum quem ſuſpectum de delicto. Idem voluit Bartol.
in l.qui fiſcalis. C.de nauic.lib.xj. not.Iac.But. & Bal.
in l.ſi quis non dicam rapere.C. de epi.& cler. Bald.l.
ſi fugitiui.C.de ſeru.fugi.& in l.cùm proponas. C. de
nau.fœnor. Sextò, ſuffragatur paupertas ipſius in-
quiſiti,iuncta eius mala fama, ac leuitate vitæ bene
probata,etiam in genere furtorum, quæ in ſpecie dici
12 poteſt probata, & inde ſuccedit † quòd teſtibus pau-
peribus & malæ famæ iura non deferunt, ſed ipſos à
teſtimonio repellunt.l. tertia in princip. de teſti. cap.
licet cauſam. de probatio. ita dixit pulchrè Hoſti.&
13 Abb.in cap.ſuper eo.el.ſecundo, de teſtib. † Septi-
mò, conſtat etiam de eius vitæ leuitate vt dictum eſt,
& etiam vilitate, maximè ob eius carceratione aliàs
reiteratam pro delictis. & ideò tex.in §.item l.Iulia.
iuncta gloſſ.ſuper ver.in vinculis.quarta quæſtio.ter-
tia.repellit à teſtimonio illos, qui aliàs carcerati fue-
runt pro delicto. Ad idem tex.in l.tertia. §. item lege
Iulia.ff.de teſti.vbi glo.dicit, quòd iſti vinculati repel
14 luntur. Octauò, concurrit mala conuerſatio cum
lenonibus & leuioribus hominibus, ac malæ famæ, &
etiam furibus: & conuerſatio mala facit quem præſu-
mi ſuſpectum. Bar.in l.ſi plures.§ quamuis.& §.ſi pa-
rens.ff.de admi.tuto.c.ad hæc,& ibi Abb.de iudi.c.cle
ricus.lxxxj.diſtin.cap.diffinimus.xviij.quæſt.ſecunda,
& pulchrè Cardi. in clemen. j. in quinto not. de con-
ceſ.præben.& ideò dicitur in pſalmo, Cùm bonis bo-
nus eris,& cum peruerſo peruerteris.&talis ſocietas
notificat homines,vt not. in c.innotuit. de electio. &
ideò ex conuerſatione quam quis habuit, præſumitur
bonus vel malus. ij.quæſtio. vij.cap. peruenit.& cap.
ſæpe.xxvij.quæſtio.j.& l.ædiles.§.procuratoris. ff.de
ædil.edic.vbi glo.in verbo, conſeruorum, dicit: cum
bonis ambula.quam ſequitur Gan.in titu.de quæſtio.
in ſecunda colum. in fin.per multa & pinguiora iura.
Nonò præcedit frequentia delictorum in ipſa ciui-
tate Cuſentiæ, & maximè furtorum tam præſenti an-
no,quàm præterito, quæ quando ſuprà dicta ceſſaret,
& aliàs non potuiſſet ad torturã procedi contra præ-
dictos,ſaltem ex cauſa præfata poſſet magnific.locum
tenens Cuſantiæ ad torturã procedere, cùm ex cauſa
15 liceat † iura tranſgredi: vt dicit Innoc. in c.j.de conſti.
Bal.in l.& ſi ſeuerior.& ibi Saly.C.de infa.vbi in ſpe-
cie dicunt vnà cum gl. pœnam augeri,vt multis graſ-
ſantibus ſit exemplum,& ideò dixit pulchrè Bart.in l.
j.C. de ſuperexacto lib. x. quòd ex frequentia delin-
16 quẽdi quis ad mortem puniri poteſt, † vbi etiã aliàs
pro illis delictis pœna mortis non veniret ingerẽda:
& probat etiam bene tex.& ibi Bart.in l.omnes.C.de
delato.lib.x.& licet Ludo.roma.ſolus dixerit eo caſu
conſulendum eſſe ſuperiorem per prius.cuius opinio
non tenetur, prout refert Iaſ.in l.j C.de precib.impe
ra.offer. attamen prædictus magnific.locumtenens id
ſeruauit,ob quod fuit eidem reſcriptum per Illuſtriſs.
dominum Proregem generalẽ, & impartita ſibi præ-
eminentia magnæ curiæ vicariæ, qua etiam circum-
ſcripta potuiſſet ipſe locum tenens Cuſentiæ ad tor-
turam procedere ex proceſſu informatiuo prædicto,
data leuitate vitæ, ac mala fama inquiſiti: de qua in di
cta informatione per ſuprà dicta, etiam nulla data co
17 pia indiciorum: & ita voluit Guid.de Suza.in tracta.
maleficio.ſub rubr.qualiter fiat inquiſitio.in princip.
Gandi.in tracta.malefic.ſub rub.quomodo cogno. de
malefi.per inquiſitionem.ver. ſed quæro facta, & com
pleta. & idem tenet & ſequitur Auguſt. arim. in addi.
ad Ange.in ver.fama publica. in v.char.& ſic virtute
ſolius præeminentiæ præfatæ vltra iuris communis
diſpoſitionem,potuiſſet prout potuit ad torturã pro
cedere exiſtentibus tot præmiſſis prænarratis indi-
18 ciis, † vltra illa teſtem de viſu. Et tamen vnum bonũ
ſolum indicium ſufficit ad torturam ad eruendum
confeſsionem, & ita iudices maleficiorum practicãt,
vt dicit Specu.& Ioan.And.in tit.de probationib. §.ſi.
Alex.in l.ſi.ff.de quæſtionib.& ibidem pulchrè Marſi.
vbi refert etiam Par.de put.in trac. ſyn.idem tenuiſſe:
& nihilominus adparent tot indicia præceſsiſſe, inter
quæ non omittam,quòd præfatus inquiſitus nomina-
uit ſecum adſtitiſſe in eodem furto quatuor alios ſo-
cios ipſos in ſpecie nominãdo, qui ſocij cœpta inqui-
ſitione,& carcerato prædicto inquiſito fugam ſtatim
19 arripuerunt,& nõ viſi amplius fuerunt: † vnde ex hac
fuga ſociorum reſultat quoque indicium: prout con-
ſuluit Alexan.de Imo. in conſi. lxv,j. vol.& ibi ſubdit,
quod ſi nõ proſunt ſingula, multa iuuant: & idẽ Alex.
in conſ.xlj.in ij. volum.vlt.col. Ex quibus reſultaret,
quod quando abſque veri præiudicio, vnumquodque
de per ſe non eſſet ſufficiens indicium: attamẽ omnia
ſimul iuncta exuberarent & iungerent, iuxta not. per
Bart.in ſuo tract.de quæſtio.in fin.per Bald.in l.ſi quis
ex argentariis. in princ.ff. de eden. Abb. & cano.in c.
cum cauſam.de teſtib. & facit illud vulgatum, de quo
ſuprà. Et ſi non proſunt ſingula, multa iuuant.l. ſanci-
20 mus.in fi.C.de teſtamen.l.ſpadonẽ.§. qui iura † mul
ta.ff.de excuſa. tuto. Ita dixit Alexand.in conſil. cl.v.
volu.in vlti.ver.& in præallegato conſi.lxv. & eſt tex.
in c.cum cauſa. & ibi not.de probat. Et maximè pro-
cedunt præmiſſa, cùm in indiciis nulla certa doctrina
dari poteſt.ideò iudicis arbitrio relinquuntur, quan-
21 do ſint ſufficientia,ita † volunt not.Cyn.in l.fin. C.de
quæſtio.Bart.in l.fin.ff.eod.tit.Bald.in l.ij.C. quorum
appel.non recip. Ioan. And. in c. cum in contempla-
tione.de regu.iur.Ludo.roma.in conſi.ccccxcj.incip.
quædam mulier. Ex quibus concludo fuiſſe de iuris
cenſura ad torturam proceſſum per curiam magnifi.
locum tenẽtis ciuitatis Cuſentiæ, & vallis grati. Et ſic
fuit declaratum per magnam curiam vicariæ, cum in-
teruentu excellen. domini Ludoui. montali regentis
cancel.in qua cauſa fuerat introducta per viam graua
minis per ipſum inquiſitum cauſam ipſam eſſe remit-
tendam, prout remiſſa fuit ad præfatam curiam Cu-
ſentinam: ex quo nullum fuerat grauamen illatum
per eandem.

Thomas Grammaticus, Regij fiſci patronus.

Svmmarivm.

1 *Inſultatus eò ipſo, quòd fuit inſultatus ſi occidit inſultantem, adparet homicidiũ ipſum ad offenſam fuiſſe commiſſum.*

2 *Inſultatus occidens inſultantem, eo ipſo quòd probat ſe inſultatum, euitat pœnã homicidij: imò & plus, ex ſola præparatione ad offendendum, licet occidere præparantem ſe ad offenſionem. & numero 3.*

4 *Si occidi venientem cum enſe contra me, ſatis dicitur probatum me ad defenſam illum occidiſſe.*

5 *Homicida excuſatur ab homicidio eo ipſo quòd probat ſe probabiliter dubitaſſe de offenſione contra ſe, ne occiſus ipſum occidiſſet.*

6 *Occidere licet nedum quando timeretur periculum mortis, verùm etiam ſi timeretur periculum iniuriæ perſonalis.*

7 *In homicidio pro exceſſu non imponitur niſi pœna pecuniaria ſeu relegatio, quæ non poſſit inferri vltra quinquennium.*

8 *Pro homicidio culpoſo & nõ doloſo nõ poteſt dari niſi pœna relegationis tẽporalis, etiã ſtante ſtatuto, quòd pro homicidio imponatur mors & hoc arbitrio iudicis circa tẽpus. Si inter duos corrixantes nõ adparet de initio quis primò rixam incœperit, præſumẽdum erit contra iuniorẽ, & ſic robuſtiorẽ, quòd fuerit inſultator.*



## CONSILIVM XVIII.

SAluatoris Mundi præſidio petito, Amen.
In cauſa Petri ſiluagi inquiſiti, & carcera-
ti pro homicidio, cum regio fiſco, in per-
ſonam Antonij Alguzetij magnæ curiæ
vicariæ, cùm & ipſe quoque Petrus Alguzetius, ſic
proponitur mihi in themate, quòd dum ex verbis in-
iurioſis inter eoſdem rixantes ad manus deueniſſent,
præfatus Antonius iuuenis enſem euaginauit con-
tra præfatum Petrum ſenem, qui Petrus præuidens
eundem Ant.euaginato mucrone, aduerſus ipſum ac-
cedentem, cum quodam baculo eundem Antoniũ in
capite percuſsit, & tandem apprehenſi ad inuicem in
terram ceciderunt, & dum ſubtus Petrum permane-
ret Antonius, ipſe idem Petrus apprehenſo prædicto
Antonio per capillos percutiebat caput eiuſdem An-
to.in terram, & tandem ægrotante Antonio præfato
ex percuſsione ſibi data cum baculo per eundem Pe-
trum,ex infirmitate ipſa deceſsit:ſicq; fuit Petrus ipſe
condemnatus per eandem magnã curiam ad depor-
tationem perpetuam, & ſic ad remigandum eius vita
durãte in triremibus regiis: à qua condẽnatione dum
fuiſſet appellatum ad S. Regium Cõſilium, & excita-
tum fuiſſet de ſubſiſtentia condemnationis prædictæ,
requiſitus à quibuſdam nobilibus vt conſulerem quid
de condemnatione præfata ſentirem, ex infrà ſcriptis
facillimè liquebit. Et omiſsis iis, quæ colorari poſſent
pro dicti decreti fundamento, eundo per veras iuris
concluſiones, dico nimis properanter cum reuerẽtia,
fuiſſe per dictam magnam curiam proceſſum in cauſa
ipſa, prout ex infrà ſcriptis mediis patefiet. Nam eo
ipſo, quòd adparet quem fuiſſe inſultatum, & ꝙ ipſe
inſultatus occiderit inſultantem, liquidò conſtat ho-
1 micidium ipſum ad defenſam fuiſſe commiſſum. † ita
voluerunt Bald.& Floria.in l.j.§.cùm arietes.ff. ſi qua
dru.pauper.feciſ.dica. licet ante ipſos idem voluerit
glo.in verb.ſecularibus.in cap.perfodiens.de homici.
quòd maximè procedit, ſi incontinenti fieret, prout
in caſu præmiſſo fuiſſe compertum eſt. ita dixit Bald.
in l.iij.C.ad leg. Cornel. de ſica. & conſuluit Alex. de
Imo.in conſil.cl.in j.vol.hinc dixit Bald. in l. & ſi cer-
2 tus. §. ſi vnus. ff. ad Silleian. † quòd probato inſulto,
euadit inſultatus pœnam homicidij: imò & plus, ex
ſola præparatione ad offendendũ licet occidere præ-
3 parantem ſe ad offenſam: vt dixit † pulchrè Bald. in l.
lege.in lectu.antiqua.ff.loca.referẽs ita fuiſſe de facto
iudicatum. refert & ſequitur Iaſ. de May. in l. vt vim.
ij.colum.ff.de iuſti.& iur.& ideò eo ipſo quòd proba-
4 tum eſt prout in caſu præmiſſo, videlicet † quòd An-
tonius veniebat cum enſe contra ipſum Petrum, di-
citur manifeſtè probatum prædictum Petrum occi-
diſſe eundem Antonium ad ſui defenſionem: & erit
prædictus Petrus excuſatus ab homicidio. ita voluit
in propriis terminis Bart.in l.ſed etſi quemcunque.in
princip.ff.ad leg.aqui. Nec erit neceſſe probari, quòd
aliter euadere Petrus ipſe non potuiſſet, ex quo lex
præſumit, quòd ſi quis aſſurgit cum cultello contra
aliquem, eundem omnino occidere velit, per tex. in l.
is, qui cum telo. C.ad leg. Corn.de Sicar. ita conſuluit
Bart.in ſuo conſil. incip. Vanutius Petri. quem con-
ſulendo ſequitur Alex.in conſil. cix. penul. col. j. vol.
5 † Secundò dico quòd ad hoc, vt quis excuſetur ab
homicidio, ſufficit probari, quòd poterat probabili-
ter dubitari de offenſione. ita dixit Imo.in cap.ſi verò.
extrà de ſenten.excommu. Angel.de Aret.in §.ius au
tem gentium. inſtitut. de iure natu. gent. & ciui. imò
plus dico, quòd nedum licet occidere, quando eſt pe-
riculum mortis, verum etiam quando eſt periculum
aliquod iniuriæ perſonalis: dixit Bartol.in l. j. C. vnde
6 vi. † & in prædicto conſil. Vanutius. Anton. de But. in
cap.olim.el primo.de reſti.ſpoliato. Alex.in prædicto
conſil. cix. in primo volum. Iaſ. in præfata l. vt vim.
ij.colum. Et cùm in caſu de quo agitur minimè poſsit
dolus imputari, ſed culpa duntaxat, & ſic exceſſus ex
eo, quòd præfatus Petrus caput ipſius Antonij in ter-
ram pecuſſerit, dico minimè verificatum ex præfata
percuſsione capitis in terram, fuiſſe mortuum: ſed ex
percuſsione cum baculo, cum quo licitè potuit ſe de-
fendendo eundem Antonium offendere, & occidere.
pro quo exceſſu, ſiue culpa non eſſet niſi pœna pecu-
niaria ſeu relegatio, quæ non poſſet dari vltra quin-
7 quennium † ita dicit Azo in ſumma ad legem Corne-
liam de ſicariis. Paul.de Caſt.in l.j.C.vbi ſena. vel cla-
ri. Flor.in l.ſcientiam.ff.ad leg.Aquil.Sign. de homad.
in ſua diſputa.incipien.quæſtio talis eſt. Cæpo.in con-
ſiliis ſuis conſil.xxix. & conſil. xxx. in fin. vbi ſubdit,
quòd non poteſt eo caſu condemnari ad pœnam re-
legationis vltra quinquennium. Et quòd pro homici-
dio culpoſo & non doloſo, etiam ſtante ſtatuto, quòd
homicidium puniatur pœna mortis, non debeat dari
8 niſi relegatio temporalis arbitrio iudicis, † tenet Ra-
pha. Cuma.in conſil.cxxxiiij. incipien. viſis denuo. in
fi. Bald.in l.data opera.C.qui accuſa.non poſ. vbi ſub-
dit, quòd aſſeſſores ignorantes inhærentes verbis ſta-
tuti conſueuerunt contrarium dicere. Paul. de Caſtr.
in dicta l. j. C. vbi ſenat. vel cla. vbi ſubdit ſe ita plu-
ries conſuluiſſe, ac defendiſſe quàm plures. & idem
tenuit Bald.in l.quicunque. C.de ſeruis fugitiuis. Non
omitto, quia non adparente de initio rixæ & inſultus,
prout iam adparet contra ipſum Antoniũ, quòd pri-
mò incœperit, & inſultatus fuerit Petrum præfatum:
9 attamen dico, † ꝙ iuris præſumptio eſt contra ipſum
Anto. tanquàm iuuenem, & ſic robuſtiorem, ꝙ primò
ipſe incœperit, & inſultauerit præfatum Petrum ſe-
nem. vt dicit pulchrè Flori.poſt Ray.in l.j.§.cùm arie
tes.ff.ſi quadru.pauper feciſ. dica. & ſequitur Fely. in
cap.capitulum.el primo.xvj.col. extrà de reſcriptis.
& in cap.j.ij.col. ſeu in rubri. extrà de treuga & pace.
& conſuluit Cæpo. in conſil. xxviij. & conſilio xxix.

inci p. vno &c. Ex quibus omnibus remanet conclu-
dendum ipſum Petrum minimè debuiſſe ad pœnam
deportationis perpetuæ condemnari, ſed pœna dun-
taxat relegationis puniri ad tempus arbitrandum, ita
quòd quinquennium non excedat. & vereor, quòd
magna curia ita condemnando errauerit, ni fallor.
Thomas Grammaticus, Regij fiſci patronus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula non adſtringens ſe &c in articulis contenta, non adparet articulantem ſe voluiſſe adſtringere ad verificandum omnia in articulis contenta.*

2 *Teſtis deponens quid fuiſſe factum præſente Seio poteſt eſſe, quòd fuerit Seius præſens ſed quòd illud non viderit, ſed audierit.*

3 *Falſi probatio debet de neceſſitate concludere, & tali modo quòd aliter res ſe habere non poſſit.*

4 *Teſtis etiam ſi ſcienter falſum deponit non tangẽs illud falſum ſubſtantiam negotij principalis, eius dictum valet & tenet.*

5 *Falſitas non tangens negotium principale in quo eſt ſubſtantia negotij non facit quòd dicta teſtiũ reprobētur.*

6 *Teſtes ſufficit eſſe concordes in facto principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij, licet in alijs diſcordent.*

7 *Teſtes licet ſint in facto principali in quo conſiſtit ſubſtantia negotij, diſcordes adeò quòd contradicant inter ſe, ſi tamen in modico contradicant, non ex hoc ipſorum dicta reprobantur.*

8 *Falſum dici non poteſt, quod iuuatur primordio veritatis.*

## CONSILIVM XIX.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato,
Amen. In cauſa Vincentij ſpice, cum Hie-
ronymo Rubeo de Neapo. ſuper accuſa-
tione falſi porrecta per eundem Hiero-
nymum contra ipſum Vincẽtium, conſtat præfatum
Vincentium poſuiſſe in ſuis articulis cauſæ ciuilis, ꝙ
Baldaſar de Taruinata habuerit ab eodem Vincentio
apodiſſam, in qua cauit ceſsionem ſibi factam de qua
dam pecuniæ quantitate; minime veram, ſed fuiſſe ſi-
mulatè inter eos confectam: & hoc, quia licet in rei
veritate Baldaſar eſſet eius debitor ex alia cauſa, at-
tamen ex cauſa in ceſsione contenta nihil debebat:
& Hierony. ipſe debitor ceſſus promiſerat illico de-
bitum exoluere: & tamen Vincentius ipſe examina-
tus deponit, vt principalis feciſſe dictam apodiſſam,
ex quo Baldaſar non confidebat de eo, veritus ne in
primam cauſam debiti, ſed in expreſſam in ceſsione
facta vellet debitum præfatum intelligere. Secundò,
quia teſtis vnus præfati Vincentij deponit, quòd præ-
fatus Baldaſar & Vincẽtius facto computo inter eos,
in domo Saluatoris billi, prædictus Baldaſar recepit
certam pecuniæ quantitatem ab eodem Vincent. &
quaſdam pecias zamello, quas à præfata domo eiuſ-
dem Saluatoris detulerat vna cum Franciſ. de Nico-
leta: ipſe verò Franciſ. examinatus deponit dictas pe-
cias zamello, adportaſſe ad domũ Saluatoris eiſdem
prius receptis à domo præfati Vincentij venditoris
ipſarum eidem Saluatori: & ſic videntur ad inuicem
contrarij ſeu contrariari. Quibus non obſtantibus,
dico nihil officere, quòd præfatus Vincentius videa-
tur aliter depoſuiſſe, quàm in eius articulis poſuerit:
1 †nam per clauſulam non adſtringens ſe &c. poſitam
in articulis, non adparet ſe voluiſſe adſtringere ad ve
rificandũ contenta in eis, prout in ſpecie dicunt Doc.
maximè Alex. in l. is, qui reus. de publi. iudic. gloſſ. &
Bartol. in l. circa eum. ff. de probat. de quo etiam per
Bart. in l. diuus. j. quæſt. in fi. & ibi doct. de re iud. & in
l. actor. C. de probat. Item nihil refert, quòd Iacobus
Caſarizi non deponat ſe interfuiſſe in laceratione a-
podiſſæ, prout Paſchalis alter teſtis atteſtatur, ꝙ Bal-
daſar dixerit Vincentio: *va, & recogli la ceſſione che te
ho fata che te lacero la poliſa*: & ſic ipſam lacerauit. & li-
cet adſerat Iacob. ipſum fuiſſe ſecum ibidem: non ta-
men deponit, quòd Iaco. intellexit, aut aliquid Iacob.
ipſe dixerit, ex quibus potuiſſet comprehendi vidiſſe
dictam lacerationẽ: aut quòd verba prolata per Bal-
daſarem intellexerit: & licet teſtis dicat aliquid fuiſſe
factum, ſeu dictum ipſo teſte præſente, & intelligente:
2 †tamen quando deponit id fuiſſe præſente alio, non
intelligitur de præſentia cum intellectu: quia potuit
ibi Iaco. adeſſe, & non intelligere, vel non aduertere.
l. j. §. fin. & ibi hoc no. Bart. ff de autho. tut. not. glo. &
Bal. in l. ij. §. fi. ff. ſolu. matri. Ioan And. in cap. præſen-
tium. extra de teſti. Bal. in cap. j. de contro. inter dom.
& vaſal. Ang & Bald. in l. hæredes palam. in princip. ff.
de teſta. Alex. de Imol. in conſil. clxxix. incip. in cauſa
Angelorum hebræorum. j. col in ij. vol. Quo verò
ad ſecũdum & vltimum omiſſum. compatibile enim
eſt, quòd peciæ zamellot captæ fuiſſent à domo Vin-
centij per prius, prout dicit Franc. & fuerint adpor-
tatæ ad domum Saluatoris, quæ iam prope erat, & de
qua non fuit interrogatus Franc. quia ita depoſuiſſet,
cùm ita veritas ſe habeat, & articulus nihil dicat de
hoc, & pariter alter teſtis non excludit in eius dicto
eaſdem pecias zamellot, per prius non exiuiſſe à do-
mo præfati Vincentij: cùm duntaxat eaſdem viderit
in domo Saluatoris: ob quod nulla falſitas colligi, aut
conſiderari poteſt, cùm probatio falſi debeat de ne-
ceſsitate concludere: & tali modo, quo res aliter ſe
3 habere non poſsit. † Ita dicit Bald. in l. iuriſgentium.
§. quod fere. ff. de pact. Ang. & Baldus in l. Imperator.
ff de ſtatu hominũ. Salyce. in l. de tutela. C. de in inte-
grum reſtitutio. & conſuluit Alexan in conſil. lxxiiij.
in j. volu. Nec militat, quòd vnus teſtis dixerit, quòd
dictæ peciæ zamellot, fuerint reſtitutæ eidem Balda-
ſari per præfatum Vincen. cùm veritas ita ſe habeat,
ꝙ reſtitutę fuerint Baldaſari pręfato, qui per prius
eaſdem pignorauerat præfato Vincentio: & ſic qua-
tenus teſtis ille de venditione depoſuerit, hoc enim
Vincẽtius non articulauit, nec probauit, & licet ipſe
ſolus teſtis ita fortè crediderit, & ex ſuo capite id de-
poſuerit, non obſt. cùm & ſi teſtis ſcienter falſum de-
4 ponit, †non tangens ſubſtantiam negotij principalis,
valet & tenet eius dictum: nec reputabitur falſum. vo
luit Ant. de Butri. in cap. cùm cauſam. in fin. de teſtib.
vbi refert id cõtigiſſe in perſonam Ioan. And. & ante
ipſum, ita tenet Specul. in titu. de teſte. §. primo, ver-
ſicu. item quod addit aliquid de ſuo. & rectè intuenti
idem tenet Bart. in l. eos. ij. colum. de fal. Bald. & Imo.
in l. his verbis. ff de hæredi. inſtitu. & ideò dixit pul-
chrè Bald. quem ſequitur Saly in l. penul. circa fin. C.
de tranſact. quòd falſitas non tãgens negotium prin-
5 cipale, †in quo eſt ſubſtantia negotij, non facit, quòd
dicta teſtium reprobentur. Idem tenet Imo. & Ioan.
de Ana. in cap. fraternitatis. de teſt. ſequitur & refert
conſulendo Alex. in conſil. v. in j. volu. incip. in cauſa
inquiſit



inquiſitionis. ſequitur etiam præclarus doctor Philip.
6 Decius in conſil. c. in iiij. colum. †Sufficit enim teſtes
eſſe concordes in facto principali, vbi conſiſtit ſub-
ſtantia negotij, dato quod in aliis diſcordent. text. eſt
in cap. dudum. & ibi glo. in verſic. ſubſtantia. extrà de
conuer. coniu. & in c. cùm eccleſia. & ibi glo. in verſic.
vacillaſſe. de cauſa poſ. & proprie. & in l. qui ſenten-
tiam. & ibi ad hoc not. Bar. & Angel. C. de pœn. & in
cap. nihil obſtat. & ibi not. Cano. extrà de verborum
ſignific. & conſuluit Alex. conſi. cv. incip. viſo ac dili-
genter conſiderato themate. vltima col. iiij. volum. &
pulchrè Ioan. de Ana. in conſi. lxxvj. incip. viſis & con
ſideratis atteſtationibus: & ibi hoc ponit pro regula,
& ſubdit. quòd eo caſu vidẽtur tunc teſtes melius de-
ponere, & non præmeditato ſermone: & ſic cõtra re-
gulam. l. iij. §. j. & ibi Bar. de teſti. imò & plus dixit ſin
7 gulariter Ant. de But. in cap. ij. de reg. † ꝙ etiam ſi in
facto principali. in quo conſiſtit ſubſtantia negotij,
teſtes in modico contradicant adinuicem, non ex hoc
dicta teſtium reprobantur, nec cenſentur varij. Idem
tenet Alex. in præfato conſi. cv. incip. viſo ac diligen-
ter. in iiij. vol. & in conſil. v. in j. vol. refert & ſequitur
Iaſ. in l. ij. C. de bon. poſ. ſecundũ tabul. in vj. col. Fely.
in c. cùm tut. iiij. col. extrà de teſti. ſuffragatur inſuper
euidentiſsima rei veritas: nam liquet Hierony. præfa-
tum eſſe debitorem Baldaſari præfato per inſtrumen
tum publicum in actis productũ: & ſucceſsiuè adpa-
ret Baldaſarem ipſum eſſe debitorem Vincentio præ
fato in longè maiori ſumma: vnde inſpiciendum eſt
initium ac primordiũ veritatis: & ſic non poteſt dici
8 falſum † id quod iuuatur primordio veritatis. l. cum
filius, §. hæres. de lega. ij. & l. iij. §. Iulianus. ff. de pecul.
aliàs eſt. §. ſed ſi filius. ita dixit Neapol. Sebaſt. in con-
ſuetu. Neapol. ſi quis, vel ſi qua. in verſic. materna: &
ſic cõcludo nullã ineſſe nec figurari poſſe falſitatẽ: ſed
potius indeliberatum animũ ſoluẽdi, quod debetur:
& ſic fuit decretum non procedendũ in querela ipſa.
Thomas Grammaticus V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Mandans aliquem verberari licet dixerit, vt non occidat: tamen ſi ſequitur mors, tenetur de occiſo.*

2 *Mandans quem percuti alapa, vel ligno, & ille ferro percuſſit, non tenetur, niſi de eo quod mandatum eſt: & licet mandatarius illum occiderit, tamen mandans non tenetur. num. 3.*

*Mandans tenetur ex genere inſtrumenti apti vel non apti ad mortem inferendam.*

*Delictum commiſſum, vbi non tendebat ad illam ſpeciem delicti, quod poſtea ſequutum eſt, non tenetur quis de eo, quòd ſequutum eſt: vbi ſuprà num. 2.*

*Mandans non tenetur in delictis, vbi mandatarius exceſſit fines mandati.*

4 *Percutiens cum baculo, non tenetur de vulnere letali.*

5 *Delictum dicitur haberi per me ratum, quando fuit nomine meo geſtum, & ita dictum tempore actus geſti.*

## CONSILIVM XX.

SVmmi rerum opificis adiutorio petito, A-
men. In cauſa Vincentij Maioni de Pani-
coculo cum Regio fiſco, prætenditur Vin
cẽtium ipſum mãdaſſe Ioanni eius cogna-
to vt Petrum baculo verberaret, nec eundem modo
aliquo enſe, vel ferro percuteret, ſic expreſsè inhiben
do: qui Petrus demum, & non à præfato Ioanne cum
enſe percuſſus, deceſsit: licet quis ipſum percuſſerit
ignoret: & tandem carcerato præfato Vincentio in
magna curia vicariæ allegantur infrà ſcripta pro eius
liberatione. Et primò, dato abſque veri pręiudicio, ꝙ
Ioannes cognatus eiuſdem Vincentij pręfatũ Petrum
cum enſe vulneraſſet: licet non probetur, dico ꝙ Vin-
centius ipſe non tenetur de vulnerato, nec de occiſo.
Conſtat nanque ex proprio fundamento Regij fiſci
ipſum Vincent. expreſsè inhibuiſſe præfato Ioan. ne
enſe aut ferro percuteret: & ideò voluit pulchrè Bal.
in l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. ff. de acquir. hære. ad
limitationem. c. fi. de homi. in vj. in quo dicitur teneri
mandãtem quem verberari, licet dixerit, vt non occi-
1 deret, † ſi tamen ille verberando modo aliquo occi-
dit: nam dicit Bal. mandantem alicui, vt quem percu-
teret, alapa, vel ligno, non teneri, ſi ille ferro percuſ-
ſit, nam ex genere inſtrumẽti, quod veriſimiliter non
eſt aptum ad mortem inferẽdam, dominus ſiue man-
dans nõ tenetur licet ipſum mãdatarius occiderit cũ
baſtono, Ita dixit ſingulariter Bal. in l. cùm mandati.
circa finem. C. manda. limitando pulchrè textum in
dicto cap. fi. de homi. in ſexto. idem refert & ſequitur
Iaſon, de may. in l. j. ij. charta. C. de ſer. fugiti. & ideò
dixit pulchrè Bart. in l. diuus. §. fin. ff. ad legem corne-
liam de ſica. ad limitationem dicti cap. fin. in ſexto,
quòd vbi delictum cõmiſſum non tendebat ad illam
2 ſpeciem delicti, †quod poſteà ſequutum eſt. non tene
tur quis de eo, ꝙ ſequutum eſt, & ideò voluit not. Bal.
in l. non ideò minus. penul. colum. ad finem. C. de ac-
cuſa. quod mandãs non tenetur in delictis, ſi manda-
tarius exceſsit fines mandati, & hoc, quando veriſimi-
liter erat in poteſtate mandatarij, ne excederet, vt pu
ta, mandaui, quòd percuteres pugno, alapa, vel ligno,
3 & tu ferro percuſsiſti & occidiſti, † nam eo caſu ego
mandans non teneor. idem ſequitur Ang. de Aret. in
tractatu maleficiorum. in verb. Sempronium manda-
torem. in xviij. quæſt. refert & ſequitur Iaſon in dicta
l. j. ſuprà allegata, idem tenuit Imo. in cap. ſicut dignũ.
de homicid. Fely. in cap. vniuerſitatis. extrà de ſent.
excommu. Si autem non erat in poteſtate mãdatarij,
vt quia mandaui egò ꝙ tu vulnerares tantùm, certè
ex quo vulnera non poſſunt inferri ad menſuram, ſi
occideres, mandans teneretur eo caſu de homicidio.
Ita dicit Bal. vbi ſuprà, & præallegati Docto. & ita in-
telligitur textus in præfato cap. finali, qui textus pro-
cedit, quando genus inſtrumenti, quo quis mandauit
percuti, erat aptum ad occidendũ: Secus, ſi cum claua,
vel alio inſtrumẽto, ex quo non cõſueuit deprehendi
animus occidendi, quia tunc non haberet locum tex.
in dicto cap. final. argu. l. j. §. ſed ſi claui. ff. de ſicar. ita
dixit Bald. in l. cùm mandat. C. mandat. & ideò dixit
4 idem Bald. in procemio digeſtorum. iij. col. ꝙ †etiam
percutiens cum baculo, non tenetur de vulnere mor-
tali. ſequitur Felyn. in cap. ſignificaſti. lo ſecundo, ter-
tia colum. extra de homic. Item tex. in dicto cap. fi. de
homic. in vj. ſi rectè inſpiciatur, nõ loquitur de pœna
homicidij, ſed de pœna irregularitatis, quæ de iure ca
nonico imponitur: non autem de pœna ſanguinis, in
quibus pœnis magna eſt differẽtia, vt per glo. & doct.
in dicto cap. ſignificaſti de homicid. el ſecũdo. in ver-
ſiculo. quid ſi diſcernatur. & ſequitur Alexan. in con-
ſilio cxl. ij. volum. Nec obſtat, quòd dum Ioannes ille
retuliſſet ferro, ſeu enſe occidiſſe, quòd Vincẽtius ipſe
reſponderit ipſum bene feciſſe, & ſic quòd ratum ha-

buerit dictum homicidium per prædictum Ioannem
perpetratum, nam licet hoc non conſtet ſufficienter,
cùm vnus ſolus teſtis depoſuerit de confeſsione ipſa
prætenſæ ratihabitionis, tamen non probat ratihabi-
5 tionem ipſam, vt clarum eſt. † Item, quia ad hoc, vt
ego dicar ratum habere tanquã nomine meo geſtum,
requiritur, quòd ſit geſtum nomine meo. Item, & ꝙ
ego ratum habuerim. dixit Bart. l. prima. §. cùm quis.
ff. de vi & vi arma. imò dixit pulchrè Salyc. in l. non
ideò minus. vltima colum. C. de accuſat. quod dicitur
quid factum ſeu geſtum nomine meo. Idem ſequitur
Angel. ſi illud gerens tempore actus geſti dixit ſe face
re nomine meo. Idem ſequitur Angel. de Aret. ſuper
dicto verb. Sempronium mandatorem. xviij. quæſt.
Et ſic ex præmiſsis non video quonam iure Vincen-
tius ipſe non debeat à carceribus liberari, ſaltim ſub
fideiuſſoribus admitti ad faciendum ſuas defenſiones,
& ita iuris eſſe arbitror, & executum extitit.

Thomas Grammaticus V.I.D.

## Svmmarivm.

1 *Socius criminis poteſt in criminibus exceptis duntaxat de ſocijs interrogari.*

2 *Socius criminis etiã in criminibus exceptis de ſe confeſſus non aliter facit præſumptionem, quàm cum tormentis.*

3 *Socius criminis, etiam ſi eſſet presbyter, non probat contra ſocium, niſi in exceptis criminibus quãto fortius, ſi eſſet malæ famæ & vitæ.*

4 *De ſocijs poteſt in illis criminibus quis interrogari quando principaliter committuntur ad commodum delinquentis, id eſt, committentis, vt in furto falſa moneta & cæteris ſimilibus Secus in his quæ committuntur principaliter in odium & offenſam alterius.*

5 *Confeſſus de ſe. ſi ſua ſponte alium nominat in ſocium, minimè ſuper eo interrogatus, talis nominatio ſuſpecta habetur à lege.*

6 *Teſtis ſponte ſe offerens, eſt ſuſpectus.*

7 *Socius criminis, ſi deponit contra infamatum de illo crimine, interrogatus facit indicium ad torturam.*

8 *Socius criminis etiam in exceptis, ſi deponit contra aliquem, ipſum nominando, non facit indicium ad torturam ſola eius nominatio: ſed ſolùm operatur, vt inquiſitio formari poſſit contra illum, & ideò requiruntur alia concurrere.*

9 *Imò ſi nominatus eſſet malæ conditionis, & famæ, minimè ex ſola nominatione poſſet torqueri: vnde iudex inquiret de fama & de conditione nominati, & non moueatur ex ſola confeſſione, etiam in exceptis. Et ſi reperiet ipſum bonæ famæ, talis nominatio non operabitur quicquam: ex quo debent eſſe præſumptiones. & argumẽta: & quòd nominatus ſit leuis vitæ, vt plenè And. in conſtitutione, ſi damna. & num. 10.*

11 *Socij inculpatio ſeu nominatio in caſibus exceptis, quòd ſit ſufficiens ad torturam, debet intelligi. ſi alia adminicula ſeu indicia præcedant, & non aliter nu. 12. & 13.*

12 *Teſtis vnus de viſu delicti abſque alijs adminiculis non facit indicium ad torturam.*

13 *Indicium ad torturam in criminalibus nõ faciunt ea, quæ non faciunt ſemiplenam probationem in ciuilibus.*

14 *Quando ſumus in remotis à maleficio, requiruntur duo teſtes, vt faciant indicium ad torturam.*

15 *Tortus non debet retorqueri, non ſuperuenientibus nouis indicijs poſt torturam. Et quòd debent cauere iudices tanquam ab igne, repetere torturam abſque nouis indicijs. & numero 16.*

*Et quid debet facere iudex poſtquam torſerit inquiſitum, & negauit.*

17 *Torqueri quis non debet vltra tertiam vicem.*

18 *Torti confeſſio non præcedentibus indicijs, eſt nulla, numero 21. 22.*

19 *Teſtium tormentatorum depoſitiones abſque indicijs, nihil valent, nec faciunt indicium contra illum, contra quem deponunt.*

20 *Indicia ſi ſuperuenerunt poſt torturam & confeſſionem, confeſſio eſt nulla.*

23 *Confeſſio dicitur extorta metu tormentorum nedum quando quis fuit tortus, ſed etiam quando fuiſſet ligatus, vel conſtitutus in loco tormentorum, ſeu exhibitis tormentis ſibi.*

24 *Tormentorum probabilis ſuſpitio, idem operatur, ac ipſorum illatio.*

25 *Tortura non eſt repetenda non exiſtentibus nouis indicijs ſuperuenientibus, & niſi indicia præfata eſſent multum vrgentia.*

26 *Teſtis extra iudicium dicens contrarium eius quod dixerat primo loco in iudicio deponendo, facit vt eius primum dictum ſit ſuſpectum.*

27 *Confeſſio inquiſiti tempore quo damnatur ad mortem, in qua exculpat aliquem per prius à ſe inculpatum, & etiam ſeipſum exculpando, creditur in exculpationem alterius, ſed non in propriam exculpationem.*

28 *Teſtes quãdo ſunt ſuſpecti, datur cautela, vt iudex ipſos interroget ſuper circunſtantijs ad effectum, vt cognoſcat ſi eis deferre debeat.*

19 *Varietas in principali non obeſt.*

30 *Indicia ſi ſunt ſufficientia ad torturam contra aliquem, vnumquodque quod vrgeat in contrarium, illa elidit, adeò vt torqueri inquiſitus non poſſit*

31 *Ruſtici ſeu vaſalli angarij obligati ad ſeruitia perſonalia non poſſunt contra nobilem teſtificari.*

32 *Confeſſus aſſaſſinium contra ſeipſum, non probat contra mãdantem, ſi aliter nõ adpareat per alia adminicula.*

## CONSILIVM XXI.

Redemptoris gentium præſidio petito, Amen. In cauſa magnifici Barto. de tufo,
Baronis tufi. inquiſiti de aſſaſsinio in per
ſonam quondam presbyteri Galeatij de
auelleno occiſi prope tabernã ſalicis, & ob hoc car-
cerati in caſtro nouo, producuntur per Regiũ fiſcum
mandatarij ipſius baronis, videlicet Francil. de alta-
uilla, & Stephanus de monte mileto, deponentes tam
extra tormenta, quàm in tormẽtis, homicidium per-
petraſſe in perſonam præfati presbyteri ad inſtan-
tiam ipſius baronis, eoſdem rogantis, vt illum occi-
derent, & ſic vt complacerent eidem baroni, id exe-
cuti fuerunt. Conſtat igitur in primis, quòd nõ ſumus
in his delictis de quibus poſſet particeps criminis de
1 ſociis interrogari, † cùm illa crimina ſint excepta per
glo. magiſtram in l. ſi. C. de accuſ. & in cap. j. extrà de
cõfeſ. & vbi ſocius criminis nominat aliũ in ſocium,
in caſibus non exceptuatis, per d. glo. nedum non pro
bat, imò nec indicium facit. gloſſ. eſt not. in l. ſi filium.
in gl. magna in ſi. C. de lib. cau. Cy. & Saly. in præfata.
l. ſi. C. de accuſa. poſt glo. ibi. Ant. de Butri. & Imol. in
cap. j. de confeſ. Rapha. fulgo. in conſi. clxxiij. incip. in
cauſa



cauſa inquiſitionis formatæ. & ibi dicit notan. eſſe ſpe
cialiter per d. Cyn. quòd interrogati rei criminum de
ſe confeſsi, in criminibus non exceptis, præſumptio-
nem non faciunt contra eum, contra quem minimè
interrogari poterunt. quinimo, vt refert Alber. de
Pergamo commentator egregius, quidam doctor vo-
catus Gabriel de Oſoletis, in tractatu de fama tenet
optimis rationibus, quòd etiam in exceptis crimini-
2 bus de ſe confeſsi † reſponſio alterius criminoſa non
aliter facit præſumptionem, quàm cum tormentis:
quanto igitur magis erit in caſibus non exceptis di-
ctum de ſe confeſsi, contra aliquem, quem inculpet,
nullius erit momenti. & ita dicit tenere præfatos Ga-
bri. Alber. & Old. in ſuo tract. quem poſuit Gandi. in
opere ſuo in titu. de quæſtioni. & torment. in §. nunc
3 reſtat formare. † & procedunt præmiſſa, etiam ſi con-
feſſus crimen proprium, eſſet presbyter, & fortius, ſi
aliàs eſſet malæ famæ & vitę, vel non tantæ dignitatis.
Ita dicit do. Abb. in cap. j. prima col, extrà de confeſ. &
idem prout conſultum fuit per Rapha. reperio conſu-
luiſſe Alexandrũ de Imol. in conſil. lxxxix. iij. vol. &
maximè, cùm in illis delictis poſsit inquiſitus de ſo-
ciis interrogari, quando principaliter committuntur
ad commodum committentis: vt eſt in furto, falſa mo
4 neta, & in cæteris ſimilibus. † Secus in his, quæ princi-
paliter committuntur in odium & offenſam alterius,
vt eſt in caſu noſtro quia tunc non poteſt de ſociis in-
terrogari. l. diuus. ff. de cuſto. reo. ita Barto. in l. repeti.
§. is, qui. ff. de quæſt. & ibi Bal. Cano. in cap. j. extrà de
confeſ. vbi etiam Bal. ibi dicit, quòd hæc opinio Bart.
eſt ſatis æqua: & idem ſequitur Alexan. de Imo. plura
alleg. in dicta l. repeti. §. is qui. & in conſil. lxx. ij. volu.
& in conſil. xcix. & conſil. lx. in iij. vol. & conſi. cxxvj.
in iiij. volum. licet ſi bene aduertatur in caſu, in quo
ſumus, Franciſ. præfatus examinatus in tortura, & in
terrogatus an trãſierit vno di de queſta ſeptimana de
quadrageſima paſſata per Baiano cõ la rõcha in collo:
& monitus pluries ſuper dicto interrogatorio, vt ve-
ritatẽ diceret certo modo, ſatis impertinẽter reſpon-
dit, quòd de ordinatione præfati baronis tufi occidit
præfatum presbyterum Galeatium, & hoc nulla facta
eidem mentione de morte, nec de nomine præfati
presbyteri, nec de barone præfato. Et hinc ſuccedit
iuris diſpoſitio, quòd quando inquiſitus de ſe confeſ-
ſus ſua ſponte alium nominat, minimè ſuper eo inter-
5 rogatus, talis nominatio ſuſpecta † habetur. ita pul-
chrè dixit Mod. ſenen. in tracta. de indiciis & tortu. in
iij. char. xij. col. in ver. qualis autem ſit modus interro
gandi, † ſicut aliàs dicimus in teſte ſponte ſe offerente,
6 quòd eſt ſuſpectus: vt no glo. & Bar. in l. poſt legatum.
§. his verbis. ff. de his, quibus vt indig. & ſic quatenus
abſque interrogatione nominet alios, & ſic deponit
de facto aliorum, non ſtabitur eius dicto, niſi alia præ-
cedant indicia contra nominatos, etiam in caſibus,
in quibus quis interrogari poteſt, voluit Guid. de Su-
za. in tract. de torment. viij. colum. verſic. ſed quid de
quæſt. occurrente. ſed nunc dato abſque veri præiu-
dicio, quòd eſſemus verè in caſibus exceptuatis, per
dictam glo. in l. ſi. adhuc dico, quòd etiam in illis caſi-
bus depoſitio ſocij criminis, licet in tormentis, non
probat, nec facit indicium ad torturam, ſed qualem-
qualem præſumptionem duntaxat, vt probat glo. in
dicta l. ſi. & ibi firmat Salyc. & Ioan. de Imo. in capi. j.
de confeſ. licet quando concurreret infamia contra
nominatum de illo crimine, poſſet ſocius criminis
interrogari, qui ſi deponeret contra infamatum de
7 crimine illo, faceret indicium ad torturam, † vt dicit
Hoſtien. quem ſequitur Abbas in dicto cap. j. de con-
feſ. quod deficit in caſu, de quo agitur, cùm nulla præ-
cedat infamia contra baronem præfatũ: & dato abſq;
veri præiudicio, quòd eſſemus in caſu ſpeciali, in quo
quis de crimine interrogari poſſet, tamen eius depo-
ſitio non faceret indiciũ ſufficiens ad torturã, prout
dicit Angel. in l. & ſi certus. ff. ad ſille. in verſic. & not.
diligenter. ſed ſolùm operatur, vt inquiſitio formari
8 poſsit: † & idem tenet Saly. vbi ſuprà in dicta l. fin. col.
ſi. & Philip. Corneus in conſil. lviij. primo volu. circa
fin. Alex. in conſil. xc. iij. vol. Fulgo. in conſil. clxxvij.
Philippus Decius in conſil. lxxxix. plene in vj. colum.
Gandi. no. ſub rub. de quæſt. & tormen. in verſi. bonas
quæſtiones concludit veram eſſe opin. Azo. in dicta l.
ſi. quòd ſocius non faciat fidem contra ſocium, niſi in
certis caſibus ſpecialibus, enumeratis per glo. in dicta
l. ſi. in quibus etiam ſi nõn præcedãt alia indicia, non
creditur ſocio criminis. dixit Guido de Suza. in tra-
ctatu de tormen. viij. col. verſic. ſed quid. in ſi. verbis.
& idem Guido in tractatu maleficiorum, ſub rubric.
qualiter reus ſubiiciatur tormẽtis. in ſi. primæ col. vbi
6 plus ambo præfati docto. concludunt. quòd † etiam ſi
perſona nominata, eſſet malæ famæ & conditionis
ob talem nominationẽ non poterit tormentis ſubiici.
idem de præfatis omnibus tenet Aug. magnus practi-
cus in addi. ad Ang. in tract. maleſi. in verſic. fama pu-
blica præcedente. vij. col. vbi relatis opin. dixit, quòd
quicquid ſit in practica, ipſe nõ recederet à glo. dicta
l. fin. de accuſa. approbata & declarata ab illis ſummis
doctoribus, qui fuerunt magni practici in maleficiis:
videlicet Gandi. & Guido de Suza. ſubdẽs etiam bene
facere quod dixit dom. Abb. in dicto cap. j. de confeſ.
dum reprehendit in aliquibus Bart. in hac materia in
dict. l. repeti. & idem reperio conſuluiſſe Alexan. in
conſil. cxxvij. in fin. in iij. volum. plenè And. de Iſer.
in conſtit. ſi damna. vbi præ cæteris melius loquitur.
& ibi ſubdit non facere, niſi qualemqualem præſum-
10 ptionem: † quia confeſſus eſt contra ſe: vnde iudex in-
quiret de fama & conditione huius ſocij nominati: &
non moueatur ex ſola confeſsione, etiam in dictis ca-
ſibus exceptuatis enumeratis per glo. in dicta l. ſi. & ſi
inueniet ipſum eſſe bonæ famæ, talis confeſsio non
operabitur quicquã, ex quo pendent præſumptiones
ſuſpitiones & argumenta: & dicta conſtitutio, ſi dam-
na requirit, vt torquẽdus ſit leuis vitæ: imò ſubdit ibi
And. in v. col. quòd talis depoſitio ſocij torti erit ta-
lis, qualis præſumptio ſeu probatio, etiã ſi plures ſint
confitentes de nominato, & non valebit tantũ quan-
tum dictum vnius teſtis, quę facit torqueri: vt in l. ma-
ritus. de quæſtion. ſed ſolùm ex confeſsione plurium
videtur probatum, vt de indiciis detur eorum copia
parti, id eſt, nominato vt iuuet ſe probando talia, per
quę eneruetur efficacia cõfeſsionum: quæ quidem ſatis
eneruata adparet non concurentibus aliis probatio-
nibus, ſeu indiciis, & adparẽte notoriè ex proceſſu de
optima fama baronis, & nulla ſubſiſtente cauſa, ex qua
homicidium cõmitti mandare debuiſſet. Et ꝙ quando
nulla concurrit legitima præſumptio, ſeu indicium
contra ſocium nominatũ non ſit credendum illi no-
minanti, niſi ſolùm quo ad inquirendũ contra nomi-
natum, & non ad torturam: tenet do. de ſancto Gemi.

& Can.in c.clericos.de ſent.excom.in vj. Bal.& Ang.
in l.& ſi certus.in princ.ff.ad ſille.& ibi ſubdit Roma.
ꝙ hæc eſt opin.communis.Salyc.in l.fin.C.de accuſat.
ſequuntur Moder.Senen.in dicto tractatu de quæſt.&
tormen.iij.char.xij.col.& licet Ange. in tractatu ma-
lefic.in ver.fama publica præcedente. in verſ. decimò
quæro, an inculpato videatur aliter velle, videlicet,
11 quòd † in caſibus in quibus poteſt interrogari de ſo-
ciis, talis inculpatio eſt ſufficiens ad torturam: tamen
illud intelligendum eſt, ſi alia indicia pręcedant. Ita te
net glo.in dicta l.fi.& conſuluit Alex.in conſi. lxxxix.
in iij.volum.& ſequitur Lud.Bolo.in addit.ad Gui. de
Suza.in dicto tractatu de quæſt.& tormen.in viij. col.
vbi autem tenet pręfatus Guido magnus practicus,&
ſubdit, ꝙ Ange.nimis longa verba effudit,& quod di-
cit contra tex.in l.j.C.de quæſt.Et quòd ſola inculpa-
tio mandatarij non ſufficiat, ſed requirantur alia in-
dicia vt poſsit ad torturam procedi, facit ratio vrgen-
12 tiſsima: nam vnus ſolus teſtis de viſu maleficij, † non
facit indicium ad torturam abſq; aliis indiciis, ex quo
vnus ſolus teſtis non facit ſemiplenam probationem
in ciuilibus abſque aliis indiciis, & ſic ea quæ non fa-
ciunt ſemiplenam probationē in ciuilibus, nō faciunt
13 indicium ad torturam in criminalibus. † Ita dicit Cy.
in l.fi.C.de quæſt.ſequitur Alex.in conſilio cccxiij.in-
cip.viſo themate.in ij.colum. refert & ſequitur Iaſ.in
repe.l.admonendi.lxvij.col.verſic.x. poſt regulam.ff.
de reg.iur.&faciunt dicta per Phil.Dec.conſil.xxxvij.
incip.in cauſa.iiij.col.in principio. & ſequitur Marſil.
in ſing.ſuo cccxlij.incip.quando teſtes. & in ſuo con-
ſil.cj.incipien.illumina, quæſo me ſeruum tuum. in ix.
char. Cùm ergo talis mandatarius ſit ſolus, & ſecum
alia non concurrant, ergo contra mandantem non
facit indicium ad torturam. Secunda ratio eſt talis,
mandatarius non deponit de dicto homicidio, quia
commiſſum ſit per Baronem, ſed ſolum de mandato
ſibi facto, & ſic adparet deponere de remotis à male-
ficio,& non deponit de ipſo maleficio conſummato:
& ideo non probat. nā quando ſumus in his quæ ſunt
remota à maleficio, requiruntur duo teſtes, vt reſul-
tet indicium ſufficiens ad torturam, vt dicit glo. not.
in l.fi.C.fa.erciſc.quam ibi valde not. Bart. & doct. &
etiam in l. fin. ff.de quæſtio. Tertia & vltima ratio,&
quæ præ cęteris aſtringit, eſt, ex quo ſi depoſitio ipſius
mandatarij eſſet ſufficiens ad torturam contra man-
dantem abſque aliis indiciis, ſequeretur maximum in
conueniens & abſurdū, ꝙ volēs alicui obeſſe propter
odium ſeu aliter, poſſet ipſum de facili necare. Et etiā
quos vellet deſtruere deponēdo, quòd talis ſibi man-
dauit, quòd hominem occideret, ſeu vulneraret, & ꝙ
ipſe noluit acceptare. Quod quidem non eſſet conce-
dendū ſeu tollerādum, cùm abſurditas ſemper ſit eui-
tanda.l.nam abſurdū.ff.de bo.lib. cle.ij.de magi. cap.
cum ſit. de iure. & plenè Cur.in conſil. lx. incip. dux
Philippus. xiij. col. & maliciis hominum eſt obuian-
dum.c.ſedes apoſtolica.de reſcri. l.in fundo. ff.de rei
ven.Nec eſt aliquid permittendū, per quod quis inui-
tetur ad delinquendū: in l.conuenire.ff.de pac.dot.&
in l.ambiguitates.in fi.C. de indic. vidui. tollen. & ita
in ſpecie decidit Marſil.in ſua practica cauſarū crimi-
nalium. in §. diligenter. in iij. char.d. §.40. vbi con-
cludit ex nonnullis præmiſſarum rationū, ſibi videri
dicendum. ꝙ non concurrentibus aliis indiciis, præ-
ſumptionibus, ſeu coniecturis contra mandantē, niſi
dictum mandatarij, ꝙ non reſultet ex eo indicium ad
torturā.& ſubdit Marſi. eſſe hoc tenendū menti: quia
ſæpe in facto iſta contingunt. Idem tenet Affli. noſter
Neapo.in dicta cōſtitutione regni, ſi damna.in v.col.
in iiij.char.dictæ cōſtitutio.& ibi ſubdit, ꝙ tunc ſo-
cius criminis facit indiciū contra ſocium, quādo con-
tra illum cōcurrit alia præſumptio, vel aliud indicium,
ꝙ fuerit ſocius in illo crimine: aliàs ſola eius teſtifica-
tio non faciet indiciū ad torturā: licet aliud adſerant
aſſeſſores, ſecundùm Aug.in d.l.fi.C. de accu. & malè,
ſecundùm meum indiciū, vt firmat Sali.in d. l. fi. & te-
net glo.xv.quæſt.iij.in cap.nemini. & ibi Arch. per l.
diuus.de cuſto.reo.imò etiam in aliis caſibus ſpeciali
bus exceptis, in quibus licet interrogare de ſociis,&
mandantibus,& participibus, in quibus dictum ſocij
criminis facit indicium ad torturā, debet intelligi, ſi
concurrat alia præſumptio, vel indicium: aliàs dictum
ſocij criminis abſq; alio indicio, non ſufficit ad tor-
turam, etiam in criminibus exceptis, & poſitis in glo.
d.l.fi.Ita firmat Sali.in d.l.fi.& Alex. conſil. xxxviij. in
iij.vol.incip.viſo themate.ij.col. & in conſilio lxix. ij.
col.ſecūdo vol.incip.viſa facti.& conſil. cxxxij. circa
fin.eod.vol.& ſubdit præfatus Afflictus, ꝙ in contin-
gentia facti vidit per plures ſapientes ita fuiſſe cōclu-
ſum in crimine læſæ maieſtatis, ꝙ principalius & ma-
gis graue eſt. Et præmiſſa omnia allegat per Franc.
vendicant ſibi locum in Stephano, cùm minimè de
iure ad depoſitionem Franciſci præfati nominantis
ipſum Stephanum in ſocium & participem criminis,
poterat Stephanus ipſe ita vt ſic inquā crudeliter tor-
queri, qui & ſi poſtquam fuit prima vice quinquies al
ciatus & tortus, & per longiſsimū ſpacium pendens in
chorda interrogatus ſuper dicto homicidio, ſemper
in negādo perſeuerauit, dicendo: voliti me fare dire la
buſia? non me ne parlate piu: occidite me, fate me quel
che volite, che lo fato cōtra de iuſticia. & ſucceſsiuè eo
dē die per trinas alias vices alciatus in tortura mini
mè aliter depoſuerit, ſatis euacuata adparebat depoſi
tio præfati Fran. nominātis eundem Stephanū, cùm
ex ea ſolummodo inducebatur qualiſqualis præſum-
ptio, ex qua nedū non poterat reiterari ad torturam,
verum etiam nec primo loco torqueri: vt ex infra di-
cendis adparebit: cùm etiā in caſibus, in quibus quis
torqueri de iure poteſt, non eſt tamē ei reiterāda tor-
14 tura, non ſuperuenientibus aliis indiciis. † & tamen in
caſu iſto, nec ante torturam erant indicia aliqua, nec
etiā ſequuta fuerunt, nec ſuperuenerūt poſt torturam.
Ita dixit Bart.in l.j.§.vnus.de quæſt.Bald. in l. milites.
C.eod.tit. Salic. in l.ij.in fi.C.de cuſto.reo.Ang.in tra
cta. malefic. in ver.fama publica. verſic. iij.quæro, an
tortus.Rapha.cuma.in conſil. cxxxviij.j.colum.Alex.
conſi. clxxix.iiij. col. ij. volum. maximè, quia etiam,
quādo confeſsio illius Franciſci de alta villa induce-
ret ſufficiens indicium ad torturam, prout nullatenus
inducit vt tamē Stephanus ipſe fuerat plus quàm ſuf-
ficienter tortus: vt ſuprà, & ideò dicit Cyn. in leg. fin.
C.de quæſt. quòd adſeſſores repetentes torturam ſine
nouis indiciis & argumentis, non habent nec Deum,
nec legem præ oculis: & dixit Angel. in l. prima. §. ſi
quis moriens. ff. ad ſille. quòd cauere debent iudices,
15 ne iterum torqueant: † idem dixit Bald in l.j. ſeptima
colum. C.de confeſ.& ideò dixit Ludo.Bolog.in addi.
ad Guid. de Suza. in præfato tractatu de tormen. in x.
colum.in verſic. licet dominus author, quod iudicio
ſuo



16 ſuo adſeſſores debent cauere † ſicut ab igne, proce-
dere ad repetitionem torturæ abſq; nouis indiciis. &
ideò dixit ſatis pulchrè Ang.in dicto tractatu malefi-
ciorum, in ver.fama publica.vlt.col. per not. per Bar.
in l.fi.ff.de quæſtio. quod etiam quòd quis ſit legitimè
tortus ſi tamen non cōfitetur, debet tunc iudex ipſum
reponere carceratum, & expectare, ſi poſſet habere
noua indicia,& tunc ſi ipſa habebit, poterit ipſum tor-
quere. Si autem debet aſsignare querulāti terminum
ad producendum quicquid voluerit cum commina-
tione, quòd niſi aliud producerit ſufficiēter eundem
relaxabit. & idem referunt & ſequuntur Mod. ſenen.
in tracta.de indiciis & tortura.11.char.col.xlv.ver. ſed
ponamus. Et hoc tantò magis concludēdum eſt, quòd
vltra tertiā vicem quis torqueri nō debet, nec poteſt,
quia eo caſu iudex vltrà torquendo, diceretur immo-
17 deratè procedere. † dicit Pau.de Caſt. in conſi. cxcvij.
incip.viſa inquiſitione.circa fi.arg.l. fideicommiſſa. §.
ſi quis decem.ff.de leg.iij. Idem refert & ſequitur Mar
ſil.in ſua pract.cau.crimi.§.quoniam.iij.col.& in l.re-
peti.v.col.ff.de quæſtio.vbi in ſpecie dicit, quòd reus
non debet vltra tertiam vicem torqueri. & refert idē
tenere Pari.de put.in tract.ſyndic.in char.108.iij. col.
18 & ſi rectè aduertatur, confeſsio dicti Stephani † taliter
per illicita tormenta extorta, & reiterata nullis præ-
cedentibus indiciis, ex quibus torqueri potuiſſet, eſt
ipſo iure nulla: nec poteſt obeſſe modo aliquo eidem
ſic confitenti: per l.pe.& ibi gl.ff.de quæſtio. & pariter
nec contra alium contra quem vt teſtis deponeret. Ita
in ſpecie dixit Bar.in præfata l.pe.& Bald.in l.fi.C. de
accu.Iacob.de belu. in ſua practica cauſarum crimi.
ſub rubri.de quæſtio.& quali.tor.col.xj. poſt princip.
ij.col.ſequitur Alex.in conſil.v.j.col.j.volu. & conſil.
lxxix.iiij.col.ij.vol.& ideò dicebat Deci.conſi.lxxxix.
col.pe.quòd depoſitiones teſtium abſque indiciis tor
19 mentorū, † nihil valent, nec faciunt indicium contra
illum, cōtra quem deponunt. Idem tenet Bart.in l.j.§.
iidem Cornelio. ff. de quæſtio. Marſil. in ſua practica
cauſarum crimi.§.diligenter.col. xxiij. in fi. & vendi-
cant ſibi locum præalle.. etiam ſi talis confeſsio eſſet
ratificata. imò etiā ſi poſt ipſam ſuperueniſſent noua
20 indicia, † non ex hoc deſineret eſſe nulla: & nihil præ-
iudicaret, nec ipſi confitenti, nec alteri. Ita Barto. in l.
maritus. ff.de quæſtioni. Bal.in l.fi.C.de accuſa. & in l.
ea quidem. C.eod.tit.penult.col.Ang.in l.vnica. C.de
confeſ.& in tractatu maleficiorum, in verſi. fama pu-
blica.in 4.char.verſi.aduertatur. & plenè Par. de Put.
in tractatu ſyndica.in antepe.char.libri. verſic. ſequi-
tur.iij.col.& tenet etiam And.de Iſer.in conſtitutione
regni, ſi damna. Alex.in conſi.j.in iij. volu. & in conſi.
clxxxvij.in ij.volu.& plenè Marſil. in l. penul. iij. col.
ver.modo redeundo. ff. de quæſtio. & ſic non exiſten-
tibus indiciis contra ipſum Stephanum, non poterat
torqueri: & ſic quatenus per torturam confeſſus, con-
feſsio ipſa ſibi non præiudicat. Ita Ang.in trac.malefi.
in ver.fama publica. vlt.col. vbi latè per Aug. crimi.
Alex.in conſil.clxxv.viſo themate.ij.col.in j. vol. Sed
quid opus eſt ire per mēdicata ſuffragia, cùm in facto
clariſsimè ex proceſſus meritis liqueat nullum indi-
cium, imò nec præſumptionē nec proximam nec re-
motam extitiſſe: aut extare aduerſus præfatum Fran-
ciſcum, ex quibus potuiſſet torturæ ſubiici: & ſucceſ-
ſiuè nec aduerſus præfatum Stephanum: & ideò qua-
tenus nullis præcedentibus indiciis fuerit illata tor-
tura, & extorta, huiuſmodi confeſsio ab ipſis inquiſi-
21 tis, † etiam quòd pluries ratificata fuiſſet, nihil habet
obeſſe aut præiudicare nec præfato Bartholomæo ba-
rono, nec ipſis inquiſitis. glo. eſt ſingularis, & ibi Bart.
in l.j.de quæſtio. Innoc.in c.cauſa matrimonij.de offi.
deleg. Ang. Imo. & Pau.de Caſt. in l.qui aliena.ff. de
acquiren.hæred.Bar.in l.penul.de cond.ob turp.cau.
& conſuluit Pet.de Ancha.in conſi. xxij. & Alexan. in
conſi.lij.in iij. volu. & conſi. cxlij.in ij.volum. Ex quo
ſemper præſumitur durare, ac ſubeſſe eadem cauſa ti-
22 moris. † & ideò non tenet talis confeſsio licet ratifi-
cata. idem plenè ſequitur Alex.in conſi.xciij.j.volum.
And.de Iſer.in conſtitutione regni, proſequentes. ſub
tit.de pugna, ſubla.& optime per multa media,& ma-
giſtraliter And.de Iſer.in conſtitutione regni, ſi dam-
na.iij.colum.verſi.vbi verò ſine indiciis. vbi plenè. &
ſubdit in v.col.quòd iudex abſque indiciis torquens,
non euadit pœnam legis Iuliæ: vt in l.lege.ff. ad legem
Iuliā de vi publi.imò videtur dolo malo id facere, quo
caſu iudex torquēs aliquem dolo malo capite puniri
debet: arg.l.decurio.vbi hoc voluit Bal. C.de quæſtio.
Bald.in l.j.C.de priua.car.Mod.Bologn.in dicto trac.
Guid.de ſuza.in trac.de tormen.in add.quas ibi fecit
in ver. licet dominus author. in viij. col. Nec mi-
litaret quatenus pro fiſco diceretur, quòd Franciſcus
ipſe non fuerit formiter tortus in tractus, prout mo-
ris eſt: nam non ex hoc inficiari poteſt, quin confeſ-
ſio ipſa dicatur extorta metu tormentorum: nedum
23 quando quis eſt formiter tortus, † ſed etiam quando
fuiſſet ligatus, vel conſtitutus in loco tormentorum,
ſeu demonſtratis ſibi tormentis: vt declarat Bar.in l.j.
§.diuus Seuerus.ff.de quæſtionib.not, Do.in l.ij.C.de
cuſto.reo.& eſt tex.not.quem ibi not.Bar. & Bal.in l.
nouiſsimè.ff.quod fal.tu.author.per quem dicit Bald.
in l.interpoſitas.C.de tranſac.circa fi.quòd idem ope
24 rabitur probabilis ſuſpicio tormentorum, † quod &
ipſorum illatio: ſecundum Dyn. Suffragatur inſuper,
quia Stephanus licet confeſſus in tormentis in tertia
tortura vltimo loco ei illata, nihilominus poſtmodum
25 ipſam reuocauit: † & tamen non ſuperueniētibus aliis
in diciis, iterum fuit tormentis ſuppoſitus, quod quidē
nullatenus fieri potuit: per l.vnius.§.j.ff.de quæſtioni.
ita Cyn.in l.fi. de quæſtioni. Bart. verò in §. j. diſtin-
guit, ſi indicia præfata eſſent multum vrgentia, Tunc
enim eſſet repetenda tortura: ſi autem, minimè. & ita
dicit ſeruari in practica. idem tenet Salyc.in l.j. C. de
cuſto.reo.vnde cum aduerſus Stephanum nullum fue
rat indiciū, nedum vrgens, verum etiam nec ſimplex,
non poterat torqueri, vt perſeueraret in ſua prima de-
poſitione abſque indiciis extorta. Opitulātur inſuper
præfatę negationes pręfati Franciſci & Stephani ante
& poſt torturā abnegādo & iurado etiā corā imagine
Crucifixi ſe eſſe innocētes, & minimè homicidiū præ
fatū perpetraſſe: ſed dolore tormētorum ſeipſoſmet,
& præfatum Baronē mentita confeſsione ſeu depoſi-
tione peremiſſe: & ideo in ſimili dixit pulchrè Inno.
in c.pręterea. de teſtib. cogēd. ꝙ ſi teſtis extrà iudiciū
dixit contrariū eius, ꝙ in iudicio depoſuerat, facit vt
primum eius dictum reddatur ſuſpectum, quod maxi-
26 mè procedit in caſu præſenti, † in quo primum dictū
emanauit per torturam, & non præcedentibus legiti-
mis indiciis. & idem in propriis terminis occurrentis
caſus tenet And.de Iſer.in conſtitutione regni, ſi dam
27 na.in tert. colum. vbi dicit, † quòd ſi inquiſitus depo-
d 4 fuit

ſuit contra ſe & alios, ſi antequàm damnetur, vel in
28 ipſa damnatione ſe & alios exculpet, † ſtabitur huic
vltimo dicto in fauorem aliorum, & non ſui ipſius.
ſicut idem dicimus in teſte: licet ſit minus, quàm te-
ſtis. & ideò vbi non conſtaret aliud de delicto, non
poſſet de iure procedi contra illum, contra quem pri-
mò dixit: & poſteà negauit. plerunque enim inquiſiti
fatentur de alio, credẽtes ſe inde iuuari. l. fi. de accuſa.
& ideò huiuſmodi confeſsiones pro exploratis faci-
noribus non habentur. Ita cõcludit And. de Iſer. poſt
multa in loco præfato, & quòd veriſimiliter huiuſ-
modi delictum inquiſiti ipſi minimè perpetrauerint,
& quòd eorum confeſsio ſit ſuſpectiſsima & falſa, ac
mẽdoſa: & ſicut Iudas ſcharioht, vltra reuocationem
præfatam ſuadent circunſtantiæ ſuarum confeſsionũ
diuerſiſsimæ inter eoſmet, imò contrariæ: nam Fran-
ciſcus deponit quòd præfatus Baro Tuſi, ex cauſa ini-
micitiæ habitæ cum præfato quondam præsbytero
Galeatio reſpectu cuiuſdam mulieris eorum amaſiæ,
mandauit huiuſmodi homicidium cõmitti, mediante
promiſsione pecunię ducatorum xx. de quibus ſoluit
ducatos duos pro quolibet: & ſic acceſſerũt per prius
ad ſalicem: & ibidem expectauerunt prædictum preſ-
byterum, qui ſuperueniens fuit occiſus ab eis. & in ſe-
cunda depoſitione dicit, quòd præfatus Baro eis ſol-
uit ducatum vnum pro quolibet, & in tertia depoſi-
tione in tortura incontinenti facta poſt afrontatio-
nem cum Stephano, deponit quòd ipſe Frãciſcus non
intulit aliquod vulnus præfato presbytero. Stepha-
nus verò in tortura deponit, quòd parum poſt ſalycẽ
iunxerunt ſe cum præfato presbytero: & primus in
vulnerando fuit Franciſcus præfatus, qui etiam poſt-
modum ipſum occidit: & quòd Baro eiſdem promi-
ſit dare xxx. aut xl. ducatos, ſeu quicquid voluiſſent. &
in vltima depoſitione facta poſt ratificationem depo-
nit, quòd Baro dicebat multum mereri occidentem
dictum presbyterum: quia erat leno miſerrimus, &
peſsimus homo: & ſic non adſignat eandem rationem
cum Franciſco, videlicet, quòd ex cauſa mulieris erat
inimicitia: & pariter extantibus tot prænarratis con-
trarietatibus, & diuerſitatibus inter ipſos in circun-
ſtantiis prænarratis, etiam in facto principali reddi-
tur eorum teſtimonium ſuſpectiſsimum: maxime cùm
ipſi etiam non interrogati, ita contrarij & diuerſi in
ſuis depoſitionibus deprehendãtur: & tamen quando
teſtes aliquo modo ſunt ſuſpecti, datur cautela, vt iu-
dex illos ſuper circunſtantiis interroget ad effectum
29 cognoſcendi, † ſi eis deferre debeat, ita vel ne. glo. eſt
no. in l. iij. §. teſtibus. ff. de teſti. Azo in ſumma de teſti.
pen. col. gl. in c. cauſam, quæ. in ver. tempore. de teſti.
& ibi plenè Fely. Alex. in conſil. xc. in iiij. volu vbi in
ſpecie conſuluit teſtes eſſe interrogandos, an ſtarent,
vel ſederent: & de qualitate veſtium, & de colore, &
de forma loquendi: & an ſimul vel ſeparatim perue-
nerint ad locum, & ſic data diuerſitate eorum depoſi-
tionibus non ſtabitur. Idem conſuluit Alexan. conſil.
cliiij. v. col. v. vol. Nec ſuffragatur fiſco dicere, quòd
Baro dixerit non cognouiſſe Stephanum præfatum,
nec cognoſcere, & ſic quòd certo modo videatur in
mendacio deprehenſus, cum viſus fuerit aliàs eum al-
loqui: nam non eſt inconueniens dicere, quòd non
cognoſcam hominem, cum quo alloquutus ſum, &
maximè nomine proprio: & tamen quando verè hoc
dici poſſet mendacium inexcuſabile: tamen eſſet re-
motum à facto: & tamen varietas hodie in principali
30 non obeſt, † vt voluit Andr. de Iſern. in conſtitut. Re-
gni, ſi damna. vij. col. & ſentit Bart. in l. fin. de quæſtio.
quia varietas in principali non facit indicium, vt ibid.
dicit And. Accedit inſuper, quia vterq; ex ipſis inqui-
ſitis deponit quõdam presbyterum Galeatium fuiſſe
cum Barone prædicto in eius domo Neapol. die præ-
cedenti ante homicidium commiſſum, qui actus ini-
micitiam non deſignat, imo amicitiam, & pariter Ia-
cobellus teſtis ad inſtantiam Regij fiſci examinatus
deponit, quòd nocte pręcedente ante eius mortẽ dum
presbyter ipſe ſecum dormiret, ſibi dixerat, ꝙ dũ vo-
luiſſet expendere ducatos quinquaginta in ornamẽtis
eccleſiæ ſuæ, & rogaſſet Baronẽ vt interueniret ſecum
in emptione præfata, idem Baro ſibi dixit: che ſi guar-
daſſe che non li foſſe fatta qualche burla per detti de-
nari che tenea: & ſucceſsiue Andręas de tuſo ſimiliter
teſtis productus pro fiſco, deponit ꝙ dum fuiſſet reue
latum Baroni præfato de morte dicti presbyteri, re-
ſpondit, ò patre de Dio, ali preti poneno mano: quæ
omnia ſatis ſtringere videntur in fauorem ipſius Ba-
ronis, maxime cum ex informatione ad inſtantiam
Regij fiſci colligantur: & ideo quando in cauſa aliàs
extarent indicia contra inquiſitum ad torturam ſuffi-
cientia, tamen vnumquodque, quod vrgeret in con-
31 trarium, illa eneruaret: adeo vt virtute illorum indi-
ciorum torqueri nõ poſsit, Ita voluit Io. And. in reg.
cum in contemplatione. de regu. iur. Bald. in l. fi. C. de
proba. & in l. ij. C. quo. appel. ita conſuluit Ale. in cõſ.
clxxix. iij. col. ij. volu. incip. in cauſa angelorum He-
bræorum. Vltimò non omitto probatũ fuiſſe præfa-
tos Franciſcũ & Stephanũ eſſe villicos angarios, & ad
perſonalia ſeruitia obligatos eorum vtilibus dominis
quo caſu non poſſũt contra nobilem teſtificari, atten
32 ta eorum vilitate, imo à præfato teſtimonio † repel-
luntur, vt voluit pulchrè And. de Iſer. in conſtit. regni,
proſequẽtes. ſub tit. de pug. ſubla. ij. col. imò in ſpecie
ſancitum eſt per prælleg. conſtitu. vt nullus angarius,
vel villanus contra Baronem aut ſimplicem militẽ ca
pitaliter accuſatum in teſtem poſsit induci, aut indu-
ctus fidem aliquam in iudiciis vel extra iudicia faciat:
ſed habeatur ac ſi non eſſet inductus, ſed cõtra præno-
minatas perſonas Comitis, Baronis, ſeu militis, mili-
tes tantũmodo & Burgenſes bonæ & honeſtæ opinio
nis inducantur in teſtes, ſeruato hoc ordine: vt contra
Barones, duo Barones probẽt, aut quatuor milites, lo
co duorũ Baronũ: & vice quatuor militũ octo Burgen
ſes: pauciores verò numero teſtes in perſonis prę fatis
& cauſis, nullã omnino fidẽ inducãt. Ex quibus omni-
bus concludendũ arbitror præfatũ Magnif. Baronem
obiecti criminis innocentiſsimum eſſe abſoluendũ, &
liberandum. Prodeat ergo de vultu Dei iudicium, vt
oculi iudicantiũ veritatẽ reſpiciãt, ne famelica queru
lantium voracitas inebrietur de ſanguine innocentiũ.

Thomas Grammaticus V.I.D.

Et ego Colutius Copula V.I.D. minimus, concur-
ro cum præfato magnifico domino Thoma, collega
in cauſa, & ita iuris eſſe cenſeo.

Et in eandem ſentẽtiam accedo ego Io. Simon Pu-
ſanna V.I.D. & addo, quòd confitentes de aſſaſsinio
contra ſeipſos non faciunt indicium contra mandan-
tem ab eis nominatum. Ita in propriis terminis tenet
Bald. in conſil. lxxxiiij. in iij. volum. incip. Betonus de
couo. ij. col. ver. nunc viſo: ſed ſecundum vltimam im-
preſsio



preſsionem eſt in conſ. xcviij. j. vol. & aliquid per eun
dem Bal. in conſil. incip. an mandatarius. in v. volum.

SVMMARIVM.

1 *Incendium ſi non adparet vnde habuerit ortum, non poteſt ſequi condemnatio.*

2 *Si de principio ignis clarè non conſtat, debet ſequi ſententia abſolutoria.*

3 *Incendium ſi habuit cauſam ab incerto authore, ſeu ex culpa incerti hominis, non debet imputari habitanti.*

4 *Vniuerſitas tenetur reddere ſua loca tuta: aliàs tenetur reſarcire damna paſsis, niſi probet ſe ſummam diligẽtiam adhibuiſſe. num. 5.*

6 *Qui minus bene facit, quàm facere potuit, vel debuit, ſi ex eo ſequatur damnum alicui, illud reſarcire tenetur.*

7 *Lucrari ſatis dicitur, quando quis voluntatem ſuam adimplet.*

10 *Teſtes de vniuerſitate in caſibus, in quibus de iure admittuntur, procedit, vbi ex natura regulari illius facti veriſimiliter alij teſtes actu & habitu haberi non potuerunt.*

*Teſtes de vniuerſitate in caſibus, in quibus de iure admittuntur, tamen eis non plenè creditur, nec erũt integri: & maximè quando ſupportant illi de vniuerſitate de communi onere litis, & ſi cõdemnarentur ſimiliter in communi condemnarentur. ibidem & num. 8.*

11 *Teſtes de vniuerſitate in caſibus, in quibus inducti per vniuerſitatem probarent intelligendũ eſt, ſi alij teſtes ex aduerſo producti contrarium non deponerent: quia tunc contrarij præferuntur illis de vniuerſitate.*

*Præſumptio vna tollit aliam.*

*Veriſimile tollitur per aliud magis veriſimile.*

12 *Diligentia in caſu incendij exculpat præſumptionem culpæ.*

13 *Incendium ad hoc, vt præſumi poſſit contra habitantem, requiritur probari negligentia, aut deſidia ipſorum inhabitantium.*

14 *Doctoris dictum debet intelligi ſecundum iura quæ ipſe allegat.*

*Incendiarius ſi reperiatur non ſoluendo, tenetur vniuerſitas emendare damnum.*

15 *Coniecturæ habentur loco plenæ probationis in clandeſtinis & occultis, maximè in his quæ de nocte fiunt.*

CONSILIVM XXII.

DIuini numinis præſidio petito, Amen In
cauſa ſtrenui militis Rodorici Hiſpani de
ſocietate Illuſtriſ. magni Capitanei, ad-
uerſus vniuerſitatem, & homines terræ
Præſenzani, ſuper incendio & combuſtione equi gra-
uis armaturæ, pretij ducatorum quingentorum, vt
prætenditur, & noctis tempore combuſti, videtur
prima conſideratione dicendum vniuerſitatem ac ho
mines eiuſdem de incendio prædicto minimè teneri,
cũ minimè adparere videatur, vnde incẽdium ipſum
1 ortum habuerit: quo caſu videtur, † quòd ſequi non
poteſt aliqua condemnatio: vt conſuluit Bal. in conſi-
lio incipien. quidã de Gortona. Angel. in conſi. cxc. &
ſequitur do. Anto. de Alex. in additio. ad Bart. in l. j. ff.
de offic. præfect. vigi. Et quando clare non conſtat de
initio ignis, ſequi debet ſententia abſolutoria. con-
2 ſuluit Roma. in conſi. ccccci. † & pariter, ſi ex culpa
incerti hominis, vt dicit Bal. in conſi. clvij. incip. pun-
ctus, ſuper quo conſilium petitur. in ij. volum. & alibi
dixit Bald. in conſil. ccclxxiij. incip. quidam magiſter
grammaticæ. in iij. volum. quod quando ignis habuit
cauſam ab incerto authore, non debet imputari habi-
tanti. l. quæ fortuitis. C. de pig. actio. quòd certi homi-
3 nis factum probãdum eſt. † faciunt bene collecta per
Afflictum in ſua deciſione lvij. Sed pręmiſsis non ob-
ſtantibus, tanquam in ſuo caſu locum habẽtibus, con-
trariam ſententiam arbitror de iure veriorem: cum
ſimus in delictis clandeſtinis. Adparet enim fundata
intentio actoris præfati, cùm damnũ ſemel datũ ſit,
vnde ſuccedit diſpoſitio conſtitutionis regni: & ratio
ne munita ac iure cõmuni, cùm teneatur vniuerſitas
reddere ſua loca tuta: aliàs tenetur ad reſarciendum
damna paſsis. Ita Bar. & Bald. in l. j. §. ſumma. ff. de his
qui deiece. vel effud. Barto. in l. ne quid. ff. de incend.
rui. naufra. & quòd no. Cano. in c. j. de reſtit. ſpol. & ibi
Anto. de But. facit l. j. §. familiæ. & ibi Bar. ff. de publi.
4 & hoc, quia intereſt † reibublicæ, vt ciuitates, villæ &
caſtra purgentur malis hominibus. l. iij. & l. congruit.
de officio præſidis. Ad ꝙ iudex debet eſſe valde pro-
nus: nec conſiderare ſolennitates ſeu ſubtilitates. l. li-
citatio. §. quòd illicitè. ff. de publica. & practica huiuſ-
modi conſtitutionis Regni ceſſante, de facili pateret
aditus ad offenſas, & incendia, ob ruſticorum præſer
tim audaciã, in quibus facilitas veniæ eſt incentiuum
delinquendi pro quo facit no. Bar. in l. j. §. occiſorum.
ff. ad ſille. & Bald. in l. ſi ideò. ff. de his, quibus vt indi-
gnis. Adparet inſuper de negligẽtia, ac deſidia vniuer
ſitatis prædictæ in perquirendo, & inueſtigando incen
diariũ: ſuper quo omnis fuit omiſſa diligẽtia, & nulla
vſa eſt vniuerſitas ipſa, nec particulares etiam vocati
cùm ſcirent, vel ſcire debuiſſent damnũ ad eos perti-
nere: arg. l. j. C. de peric. tutorũ. l. quidã decedens. §. fi.
cum l. ſequenti. ff. de adminiſt. tuto. & propterea cõ-
ſuluit pulchrè Bar. in ſuo conſi. incip. Chariſsimè do-
5 mine, iſti Nucerini. quòd vniuerſitas ad hoc † vt non
teneatur ex delicto, quod neſcitur à quo cõmiſſum ſit,
neceſſe eſt, quòd probet ſummã diligentiã adhibuiſſe:
& ſic ꝙ nedum fuit negligentia commiſſa in non per-
quirendo illico, ſed etiam quia accenſo igne, nullum
præſtitũ fuit adiutorium: & culpa non caret, qui ſcit,
& non prohibet. l. culpa caret. cum vulgari. de regu.
iur. maximè, quia non præſtãdo auxiliũ, ſeu non por-
tando aquam ad extinguendũ, vel aliter ſe non intro-
mittendo circa ignis accenſi extinctionem, igitur dã-
6 num emendare tenetur: † quia qui minus bene facit,
quàm facere potuit, vel debuit, ſi ex eo ſequatur dam-
num alicui, illud reſarcire tenetur. l. ſi ſeruum. §. ſi ex
plauſtro. ff. ad legem aquil. & ſic ex huiuſmodi negli-
gẽtia arguitur, vt quaſi ſecundum voluntatẽ ipſorum
vniuerſitatis, & hominum incẽdium fuiſſe immiſſum.
Pro hoc. tex in l. ſed ſi ex dolo. ff. de dolo. & quod not.
Bal. in l. j. C. loca. vbi enim adeſt vtilitas, præſumitur
dolus in illis. Satis enim dicitur quis lucrari, quando
voluntatẽ ſuã adimplet. l. fi. C. de vſu & habi. l. penult.
& ibi gl. ff. de cõdictio. ob cauſam. & in §. præterea. in-
7 ſtitu. de actio. † Concurrente odio ac inimicitia præ-
ſumpta aduerſus ipſos Hiſpanos ibidẽ hibernãtes per
illos de vniuerſitate præfata, ob homicidiũ cõmiſſum
in perſonam cuiuſdam ciuis Præſenzani occiſi à qui-
buſdam Hiſpanis militibus, dum ibi hoſpitarẽtur, vt
probatum eſt, ac etiam concurrentibus modernis mi
nis, ſeu nouiſsimis factis aduerſus milites conſocios
prædicti Rodorici hoſpitãtes in burgo terræ præfatæ
per homines de eadẽ terra, de quib⁹ minis plenè per
infinitos teſtes probat̃, ex quorũ depoſitionibus cla
riſsimè

riſsimè liquet de odio ac inimicitia prçfata, ideò cùm
ignoretur quis incendium præfatum immiſerit, pręſu
mendũ erit omnino contra ipſos de vniuerſitate, per
no. in l. j. §. ſi quis in villa. ff. ad ſille. & ideò dixit Spec.
in ti. de præſum. §. j. ver. Sed pone, ꝙ reperit, quòd ſi
reperitur aliquis occiſus in villa, qui ibi habebat ini-
micum, præſumendum erit ab ipſo inimico occiſus,
adeò quòd torqueri poteſt, etiam quòd ſimilia facere
non conſueuerit, attentis præſertim minis præfatis,
quæ multum conſiderandæ ſunt, cum nemo præſu-
matur dixiſſe, quòd prius mente non agitauerit. l. La-
beo. in fi. ff. de ſuppel. leg. l. ſi donationis. C. quod me.
cauſ. ibi capitales. l. milites. C. quæſtioni & ſic cùm de
incendio iam adpareat, & in burgo vniuerſitatis præ-
fatæ, & neſcitur à quo, concurrentibus ſuprà dictis,
præſumendum eſt fuiſſe factum per homines vniuer-
ſitatis prçfatæ, & maximè concurrente inobſeruantia
& non paritione Regiæ commiſsionis, qua fuerat cau
tũ milites in locis & domibus habitatis & commodis
hoſpitari, cuius contrarium probatum eſt, ſequitur ꝙ
vniuerſitas ipſa & particulares illi condemnari debẽt
ſaltem ad damni emendationem, cùm ex iſtis pluri-
bus præſumptionibus reſultat plena probatio, & iu-
dicari poteſt. c. illo vos. de pigno. c. ad noſtram. & ibi
Imo. extrà de emp. & ven. gl. Bart. & doct in l. admo
nendi. ff. de iureiur. gl. Albe. & Bart. in l. inſtrumenta.
C. de proba. Bal. in c. cùm cauſam. extrà de probat. &
ita in ſimili caſu reperio conſuluiſſe in propriis termi
nis clariſ. docto. domi. Iacob. de Put. papien. in quodã
ſuo conſilio incip. vẽtura &c. & idem pariter reperio
conſuluiſſe eximiũ docto. domi. Catho. ſaccum, Co
mitem & militem, in conſilio ſuo incipien. & placet
ſuprà ſcripta concluſio. vbi firmat, & ſequitur præce-
dens conſilium præfati domin. Iacob. & ambo cõſilia
præmiſſa ſunt inter conſi. Calca. num. 63. Et licet vni-
uerſitas ipſa & particulares nullatenus ſe releuare poſ
ſint in aliquo ob inobedientiam, & non paritionem
Regiarum commiſsionum, quibus cautum erat, &
mandatum, vt debuiſſent ſtipendiarij Hiſpani hoſpi-
tari in manſionibus habitatis & commodis cum aliis
prouiſionibus oportunis, vt patet ex ſchedula domi-
ni ſecretarij, & deponunt etiam teſtes in numero op-
portuno, quibus commiſsionibus & mãdatis minimè
paritum fuit, ex quo vniuerſitas ipſa minimè permiſit
milites ipſos hoſpitari intus terram præfatã: ſed dun-
taxat in burgo ipſius, in quo dederunt manſiones eiſ-
dẽ ſtipendiariis incõmodas, & inhabitatas, & abſque
vtenſilibus neceſſariis: & qui non valentes aliter fa-
cere, in eiſdem hoſpitati ſunt: & ideò ſuccedit depoſi-
tio quàm plurimorum teſtium. & veriſimilis ac iuri
conſona, dum dicunt: *chè quando dicti ſtipendiarij foſſe-
no ſtati allogiati inſtantie habitate intra la terra*, iuxta te-
norem commiſsionis *non ſaria ſucceſſo dicto incendio.*
quorum omnium dictorum teſtium depoſitiones in
nihilum apparent eliſæ per probationes factas ex ad-
uerſo: tum quia remanent teſtes præfati omnes va-
lidi, & abſque repulſa: tum quia licet quicquid ex
aduerſo probatur, nihil ſtringit, & quicquid pro-
batur, probatur per teſtes vniuerſitatis: quibus non
eſt credendum per iura vulgaria, cùm tractetur de
eorum proprio intereſſe vniuſcuiuſque particula-
riter, & in ſpecie attenta emendatione damni, ad
quod tenentur. Et tamen in illis caſibus, in quibus te-
ſtes de vniuerſitate admittuntur in cauſa vniuerſita-

8 tis, † tamen eis non plenè creditur, nec erunt integri
teſtes: ita voluit Alber. in l. in tantũ. §. vniuerſitatis. de
rerum diui. Anto. de Butr. in c. cum nuntius. extrà de
teſti. Alex. conſi. xliij. in iiij. volu. Iaſ. in l. in ius vocan.
§. patronum. ff. de in ius vocan. lo ij. vbi ſubdit ita eſſe
tenẽdum: & idem tenet & ſequitur do. Anto. de Alex.
in addi. ad Bart. in l. ſed ſi hac. §. qui manumititur. ff.
eod. tit. & maximè procedunt præfata in caſu de quo
agitur, vbi ipſi de vniuerſitate ſupportant onera litis
cõmuniter, & pariter ſoluere habent de cõmuni qua
9 tenus cõdemnaretur. † quo caſu licet non agatur de
magno præiudicio, tamen plurimum de fide ipſorũ
diminuitur. gl. eſt in §. cogitandum. in auth. de mona.
Bald. in l. ij. ff. quod cuiuſque vni. & ibi Arber. Franci.
Curt. in ſuo conſi. xxiiij. iij. col. & ibi ſubdit, quod tali-
bus teſtibus tanquam domeſticis multum de fide di-
minuitur. Itẽ accedit, quòd in caſibus præfatis in qui
bus teſtes vniuerſitatis admittuntur, debet intelligi,
vbi ex natura regulari illius facti eo tempore veriſi-
militer alij teſtes actu & habitu intereſſe non potue-
10 rũt, † voluit Anto. de Butr. in c. tertio loco. de proba.
per gl. ibi, quã conſulendo ſequitur Alex. Imo. in cõſi.
cliij. viſo proceſſu. in v. volu. & conſ. cxlviij. eo. vol. &
in eo, ꝙ plurimum ſperat vniuerſitas ipſa circa pro-
bationem illorum trium vel quatuor, qui viderũt lu-
men intus domus, vt depoſuerunt. nam cõcludunt de
neceſsitate, ꝙ illud lumen fuiſſet candela, nam potuit
eſſe lumen lunæ ita reuerberans, potuit etiã eſſe prin-
cipium ignis impoſiti. Item, quando vere dicerent de
candela, adparet ꝙ teſtes ipſi ſunt de eadem vniuerſi-
tate, quibus non eſt credendũ per præmiſſa, maximè
cum totũ cõtrarium adpareat pro parte ipſius magn.
Rodorici probatum, videlicet, ꝙ illi famuli prædicti
Rodorici, ex quo non potuerunt habere candelam. *ſe
colcarono de di*, prout quamplures teſtes teſtãtur, & ſic
ſuccedit, quòd in caſibus in quibus teſtes vniuerſitatis
producti adparent, ſi probarent, ſi tamen alij teſtes ex
11 aduerſo producti contrariũ deponerent, † præferũtur
illis de vniuerſitate ob veriſimilem affectionem, quã
ibi habent erga vniuerſitatem. Ita not. do. Abb. in c.
inſuper ſtatuimus. extrà de teſti. quam ibidẽ refert &
ſequitur Fely. in ij. fal. Nec militat obiicere, quòd in-
cendium præſumitur culpa inhabitantiũ, cùm iſta ſit
ſuſpitio duntaxat, vt dicit Ang. in ſuo conſi. cxcv. in-
cipien. incendium. per l. Imperator. de offic. præfect.
vigi. tamen in contrarium adparent præallagata, nec
poterat incẽdium ipſum præſumi ex igne accenſo de
die intus cortinam, cùm ſit probatum, quòd diſtabat
per viginti paſſus à domo, & nõ potuiſſet euagari. tum
etiam, quia erat circundata muris, & ignis erat in qua
dam cornice, adeo, *che lo vento non lo hauerta poſſuto me
nare intra la ſtantia*, maximè *che fu extinto per lacqua
quale piouio de continuo*, vſque ad noctem, & ſic cõcur-
retibus ſuprà relatis, iſta eſt maior præſumptio, quòd
fuerit ignis ſtudioſe immiſſus, quàm ſit dicta legis ſu-
ſpicio, quæ iam tollitur & eneruatur per ſuprà dicta,
per l. ſi quis adulteriũ. C. de adul. per tex. in c. per tuas
literas. extrà qui filij ſint legitimi. & per id quod dicit
Bal. in l. ſiue poſsidetis. C. de ꝓba. Bar. in l. diuus. ff. de
in integrum reſti. ex quo vna præſumptio tollit aliam
per d. l. diuus. & veriſimile tollitur per aliud magis ve
riſimile. d. l. ſi qui adulteriũ. ergo &c. Nec omittã, quæ
plenè probata ſunt de prudẽtia, diligẽtia, & ſollicitudi
ne illius Iacobi lõbardi inhabitãtis cũ equo, & bonis
ea no



ea nocte, vt quãplures teſtes ſuper approbatione eiuſ
dem producti teſtificantur: & ſic remanet omnis præ-
ſumpta culpa extincta, ſeu ſuſpicio ipſius Iacobi Lom
bardi inhabitantis: cum diligentia extinguat prçſum-
12 ptionem culpæ: † & in caſu iſto incendij. ita Bald. in
conſilio incipiente, quidam Riſcorus. quem refert &
ſequitur Alex. in ſuo conſi. 50. in j. volum. in fi. verbis,
publicato in conſil. ccxvj. in ij. volu. & ſequitur idem
Alex. in l. ſi domos. ff. de lega. j. & pulchre Iaſ. in l. ſed
& ſi quis. §. quæſitum x. col. ff. ſi quis cau. Et ſic ex præ-
miſsis inficiari minimè poteſt, quin vniuerſitas ipſa
teneatur ad emendam damni equi præfati combuſti.
iam pretio ipſius liquidato, extante etiam diſpoſitio-
ne præfatæ conſtitutionis regni, & iuris communis,
vt ſuprà, circa princi. ex negligentia, quia res tua agi-
tur, paries cùm proximus ardet: & neglecta ſolent in-
cendia ſumere vires. Et præmiſsis accedat quòd nulla
fuit probata negligentia, ac deſidia ipſorum famulo-
rum præfati Rodorici prope ignem, quæ requiritur
in ſpecie probari tempore incendij, ad hoc vt præſu-
13 mi † poſsit contra inhabitantem. Ita Ang. & Auguſt. in
tracta. malefi. in ver. incendiario. Nec obſtat dictum
Alber in ij. parte ſtatu. in quæſt. lxxx. quam etiam re-
fert Augu. in addi. ad Ang. dum dicit Alber. quòd re-
quiritur probari immiſſum fuiſſe ignẽ ad hoc, vt vni-
uerſitas de damno teneatur, ſtante ſtatuto, quòd vni-
uerſitas teneatur de damno: quia reſpondetur quòd
dictum doctoris intelligi debet ſecundum iura, quæ
ipſe allegat, vt dicit Bar. in l. non ſolùm. §. ſi liberatio-
14 nis † verba. de lib lega. ff. Bald. in auth. ſed iã neceſſe.
C. de donat. ante nu. Saly. in l. ſi ex cautione. C. de non
nu. pec. ſed ſic eſt, quòd Albericus non facit aliud fun-
damentum, niſi de textu in l. j. §. occiſorum. ff. ad ſill.
vbi dum text. dicit, ſeruos non teneri de morte domi
ni, ſi ei opem ferre non potuerunt, vt ſi clam veneno
interiit, &c. & ſic adparet quòd loquitur textus in ho
micidio, quod Albericus ęquiparare intendit cùm in-
cendio clam impoſito, in quo cùm detur diuerſa ra-
tio vt infrà, non recta ſit illatio cum reueren. conſtat
autem, quòd ſumus in diuerſis caſibus, cum ratione
maioritatis debiti, quia incendiarius imponẽdo ignẽ,
inſidiatur vitæ multorum: tum ratione maioritatis
pœnæ: quia flammis exuri debet incendiarius. & pro-
batur in l. eum, qui ædes. ff. de incen. rui. naufra. Item
in homicidio, ſi reperitur malefactor, non tenetur vni
uerſitas, vt adparet in quæſtionib. & capitulis regni,
ſuper damnis clãdeſtinis, & homicidiis puniendis. ſed
in incendario licet reperiatur, tamen ſi non eſt ſol-
uendo damnum, tenetur vniuerſitas ipſa, vt adparet
per c. regni, quod incipit, Carolus. ſub rubri. de non
imponendo ignem in reſtuchiis. ergo adparet quòd
tam virtute conſtitutionis regni, & capitulorũ, quàm
iuris communis, & delictum & pœna incendij ſit gra-
uior, quàm in homicidio, non recte igitur ſuccedit il-
latio Albe. maximè cùm ſimus in incendio clandeſti-
no, & occulto, & ratione clãdeſtinitatis pœna altera-
tur, de qua clandeſtinitate non loquitur Alber. & in
15 clandeſtinis & occultis † coniecturæ habentur loco
plenæ probationis, maximè in iis quæ de nocte fiunt.
ita plenè Bart. & Moder. in l. ſi quis ex argentariis. de
eden. & in l. ſi quando. C. vnde vi. Et quòd ob noctur-
num tempus dicatur clandeſtinũ, dixit Bald. in l. cùm
fratrẽ. C. de iis, quibus vt indig. Alex. in conſi. j. in iij.
volu. & maximè, cum clandeſtinum & occultum di-
16 catur id, † quod probari non poteſt. dicit Card. in cl.
j. in ver. nota. extra de hære. Fely. in c. ſcripturã. extra
de fide inſtrumen. vnde ſufficit præſumptiuè demon-
ſtrari de dicti incendij immiſsione eo modo, quo me
lius de iure poteſt, quod ſatis videtur probari ex præ-
cedẽtibus minis probatis, necnõ ex præcedẽti inimi-
citia ob homicidium in perſonam illius de vniuerſi-
tate commiſſum, ex quo ſatis adparere videtur ignem
fuiſſe dolo impoſitum. l. capitalium. §. qui ob inimici-
tias. ff. de pœn. & ita etiam dixit Ange. in tract. malefi.
& ibi etiam Augu. Arimi. in addit. in ver. incendiario.
& ita de iuris cenſura ſentio ego, & tandem ſucceſsit
concordia inter partes antè, quàm lis dirimeretur.

Thomas Grammaticus I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas actuum præſumenda eſt ad euitandum fal-
ſitatem ſeu excludendum.*
2 *In falſi crimine probatio debet de neceſsitate cõcludere.*
3 *Teſtis poteſt vno tempore recordari, & alio tempore non
recordari, & econtra.*
4 *Falſitas ad hoc vt excludatur, debet in dubio præſumi
potius ignorantia quàm dolus.*
5 *Qualitas hominis multum operatur ad remouendum
præſumptionem falſitatis.*
6 *Ruſticus ſibi contrarius excuſatur à falſo.*
7 *Periurium non committitur abſque dolo.*
8 *Teſtis deponens falſum non in ſubſtantia negotij princi-
palis non ex hoc irritabitur eius dictum. & nu. 9.*
10 *Teſtes ſufficit eſſe concordes in facto principali in quo con
ſiſtit ſubſtãtia negotij, dato quòd in alijs diſcordent.*

CONSILIVM XXIII.

REdemptoris gẽtium ſuffragio poſtulato,
Amen. In cauſa notarij Berardini caſtal-
di, cum nobili Alphonſo copula de Nea-
po. ſuper querela falſi porrecta per ipſum
Alphonſum contra Petrum Marchenſem, ruſticum
in teſtem productum per præfatũ Berar. ex quo præ-
tenditur prædictum Petrum primo loco depoſuiſſe,
quòd Alphonſus Copula pluries venit ad locum no-
minatum *le penete*, & in ſecunda eius depoſitione dixit:
non vidiſſe præfatum Alphonſum, niſi ſemel ſecundũ
eius recordium, item in ſecunda eius depoſitione vi-
detur depoſuiſſe, quòd non agnouit do. Carolum Co
pulam, nec fuit ſibi nominatus, ſed dicebatur ibidem:
hic eſt pater Alphonſi Copulæ, Dico quò ad primum
quòd ex huiuſmodi depoſitione nulla poteſt impin-
gi, aut figurari falſitas, imò nec contrarietas, ex quo
licet depoſuerit primo loco, quòd Alphonſus pluries
venerat ad locum Penetæ, non tamẽ concludit, quòd
ſemper quando Alphonſus venit teſtis ipſe eundem
Alphonſum viderit. nam ſtat poſsibile, quòd pluries
venerat, & tamen quòd ipſum ſemel tantum viderit.
prout de vnica viſura tantum deponit in ſecunda eius
depoſitione, & ſic licet in primo dicto dixerit, quòd
etiam loquutus fuerit pluries cum ipſo teſte, non ta-
men dicit in diuerſis vicibus, & ſic potuit eſſe eodem
1 die, quo ipſum vidit, maximè † cùm pluralitas actuum
præſumenda ſit, vt teſtes euitent falſum, vt inquit ple-
nè Felyn. in cap. cum tut. prima columna. extra de
teſti. & hoc vt probatio ſit concludens: per textum in
cap. in præſentia. extrà de proba. & præſertim in cri-
mine falſi, in quo probatio debet de neceſsitate con-
2 cludere falſitatem, vt dixit † ſingulariter Bald. in l.
iuriſgen

iuriſgentiũ.in §.quòd ferè.ff. de pact. vbi etiam dixit,
quòd ſemper interpretatio fieri debet, vt falſum ex-
cludatur. & idem dicit Bal.in l. Imperator.ff.de ſtatu
homi.col.iij.verſic. & not. & conſuluit Alexan. conſi.
lxx.ij.colum.j. volum. & in conſi.lxxiiij. incipien.viſo
teſtamento.colum.pe. eod.volu.& conſi.xciij. colum.
pe.v.volu.& quod not.Imol.in conſi. ciiij.incip. viſis.
3 Barb.in conſi. lxxvij. in iij. volu. † Præterea, poteſt
teſtis vno tempore recordari, & alio non recordari,
vel econtrà vno tempore non recordari, & alio re-
cordari.dixit glo.vlti.in c. cum cauſam. de teſti. & gl.
in c.cum cauſam.eo.ti. & ideò dixit Iaco. de Are. Bar.
& Angel. in l.qui bona. §.ſi quis ſtipulatus. ff. de dam.
infect.quòd ſi teſtis interrogatus de loco, dicat ſe non
recordari, & iterum alio tẽpore interrogatus dixerit
id fuiſſe certò: non ex hoc dici poteſt incurrere fal-
ſum: quia poteſt eſſe, quòd tempore ſecundi dicti de
hoc habuit memoriam & non tempore primi: & ſic
nõ mutat, ſed potius addit. Idem probatur in c.j.quid
ſit inueſtit.& ibi Bald. & Felyn.in c.præterea.extrà de
teſti. vlti. col. vbi dixit, quòd ſi teſtis heri dixit, non
credo. poteſt hodie dicere: credo.facit gloſ.in l.de tu-
tela.C.de in inte.reſtit. mino.& quod ibi not. Bald. &
Saly.præſertim, cum à prima depoſitione ad ſecundã
defluxerit tempus duorum annorum cum dimidio, &
plus: & minimè poteſt argui falſitas, aut contrarietas
ex alia eius depoſitione dum dixit, quòd non cogno-
uit do. Carolum: *ne li fu nominato a nome, ma quelli di-
xero queſſo e lo patre de Alphonſo copula* nam hoc non
contradicit primæ depoſitioni, in qua depoſuit vidiſ-
ſe do. Carolum copulam patrem prædicti Alphonſi.
nam potuit vidiſſe illum hominẽ ſibi exhibitum ſeu
oſtenſum pro patre Alphonſi, & ab aliis per prius ſci-
uiſſe, quòd ipſe pater Alphonſi nominaretur Carolus
copula, vel audiuiſſe aliàs illum ita nominari. & ſic
non concludit iſta probatio de neceſsitate, quòd ab
aliis quàm ab illis ibi exiſtentibus non potuiſſet ſcire
ipſum nomen patris præfati Alphonſi, quòd nomi-
nabatur Carolus, & ſic cum omnino non concludat
falſitatem, de neceſsitate debet ita intelligi, vt ſuprà
4 diffinitum ac declaratum fuit. † Quod maximè pro-
cedit, cùm in dubio ſemper præſumi debeat potius
ignorantia, quàm dolus, ad hoc vt falſitas excludatur,
voluit Bar.in l.quoties.§.j.ff.de here.inſti. quem ſequi
tur Fran.de Are.in conſi.xlvij.viſis.v.col. & idem no.
Bal.in l.j.col.fi. ver. quorum no.ff.de leg dicens quòd
in dubio potius præſumitur error, quàm malitia, con
currente præſertim qualitate perſonæ ruſticæ, prout
5 iſte eſt: cùm † qualitas perſonæ multum operetur ad re
mouendum præſumtionem falſitatis. no. Bal. in l.ij.
C.de falſ.& in l.quoties.§.ſed ſi non in corpore. ff.de
hære.inſti. & maximè, cùm ruſticus excuſetur à dolo.
tex.eſt in l.ſi quis id quod.ff.de iur.om iudi.& in l.ij.ff.
ſi quis in ius voc.non ier.& ideò dixit Ang. in auth.de
6 teſti.§.& licet. † quod ruſticus ſibi contrarius excuſa-
tur à falſo & ſubdit, quòd ideò iudex multum aduer-
7 tere debet, ex † quo periuriũ non committitur abſq;
dolo, vt dicit Pau. de Caſt.in l.ſi ff. qui ſatiſ. cog. Paul.
de Caſtr.& Alex.in l.qui iuraſſe. ff. de iureiur. Alex. in
conſ.xcij.in j.vol. & ideò concludendũ eſt, quòd cùm
excuſetur à dolo, excuſatur etiam à periurio: cùm per
iurium abſque dolo committi nõ poſsit. Item aduer-
tendum eſt, ſubſtantia negotij principalis cauſæ inter
præfatos Alphonſum & notarium Berard. non conſi-
ſtit, quòd do. Carolus fuerit cognitus, & viſus ab ipſo
teſte, vel non cognitus, ſeu viſus, nec quòd Alphonſus
ipſe pluries venerit: *a la peneta*. vel quod ſemel tantum
venerit: & ſic dato, quòd abſque veri præiudicio figu-
rari poſſet aliqua falſitas, prout minimè excogitari
poteſt in præfatis, attamen huiuſmodi prætenſa falſi-
tas non eſſet in ſubſtantia negotij principalis: & ideò
8 non irritabitur † dictum ipſius teſtis, vt dixit ſatis no.
Anto.de Butri.in c.cùm cauſam.in fin. de teſti. vbi re-
fert id contigiſſe in perſonam Ioan. And. & ante eum
idem tenuit Specu.in titu.de teſt.§.j.verſic item, quòd
addit aliquid de ſuo. & rectè intuenti idem tenet Bar.
in l.eos.ij.col.de fal.Bald.& Imol.in l.his verbis.ff. de
hære. inſtit.& ideò dixit pulchrè Bald. quem ſequitur
9 Salyce.in l.pe.circa fin.C.de tranſ.† quòd falſitas non
tangens negotium principale, in quo eſt ſubſtantia
negotij, non facit, quod dicta teſtium reprobentur.
idem voluit Innocen.& Io. de Ana. in c.fraternitatis.
de teſti.refert, & ſequitur conſulendo Alex.in conſ.v.
in j.volu.& præclarus doctor Philip. Deci. in conſil.c.
10 in iiij col.ſufficit etiam † quòd teſtes cõcordent in fa-
cto principali, in quo cõſiſtit ſubſtantia negotij, dato
quòd in aliis diſcordent.& eſt text. in c. dudum. & ibi
gloſſ.in verſic.ſubſtantia.extrà de conuerſ. coniuga. &
in c. cum eccleſia. & ibi gloſſ.in ver. vacillaſſe. de cau.
poſ. & proprie. & in l. qui ſentẽtiam. & ibi ad hoc no.
Bar & Ang C.de pœn. & conſuluit Alex. in conſil. cv.
vlti. col. in iij. volu. Vltimò audio, quòd teſtis ipſe
tam in ſecunda quã in tertia eius depoſitione, ſemper
ſe retulit primæ ſuæ depoſitioni, vt non erraret, prout
ipſe in ſpecie dicit. & ideò cùm vſus fuit conſueta iu-
ris cautela, ſemper eius primæ depoſitioni ſtandum
erit, per iura vulgaria. Nec poterit ex hac cautela dici
teſtis ſibi contrarius, aut falſus: & ideò ſileat, amabo,
querelator. & ita firmiter teneo iudicandum.
Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Notario adſerenti ſe aliquid ex errore ſcripſiſſe, ſtari non debet. etiam quòd fuerit ſeu ſit bonæ famæ.*
2 *Notarius dato quòd de errore adpareret, non poſſet ex ſeipſo non præcedẽte partis citatione, & iudicis authoritate ac cauſæ cognitione corrigere ſeu emẽdare, maximè quando ſcripturam ipſam compleuit, & publicauit & num 3.*
4 *Notarius variando notam contractus ſine iudicis authoritate, tenetur de falſo.*
5 *Falſitas præſumitur ex diuerſitate ſeu varietate ſcripturarum, & contrarietate.*
6 *Inſtrumenta duo repugnantia faciunt vt neutrum ex ipſis inſtrumentis probet.*
7 *Contractu completo & publicato non poteſt error corrigi per notariũ, etiã quòd ipſius copiã nõ dediſſet & nu.8.*
9 *Notarius dum adſignauit inſtrumentum parti, eſt adeò functus officio quod nec pũctũ nec ſyllabã mutare poſſet.*
10 *Inſtrumẽtum vbi diceretur falſum, vel falſo fabricatum & ſic vbi non eſſet quæſtio erroris ſed fidei, prout in caſu tunc etiã de mandato iudicis non poſſet corrigi.*

## CONSILIVM XXIIII.

SAluatoris mundi nomine petito. In cauſa
mag. Bernar. de S. Blaſio de Licio. V.I.D.
cum magni. Io. Petro theotino de eadem
ciuitate Licij ſimiliter. V. I. D. quatenus
dubitari cõtingit ſuper falſitate contractus initi inter
eoſdem



eoſdem ſuper alienatione feudi, ex infrà ſcriptis aper
tiſsimè liquebit. Nam aut volumus præſupponere ad-
ditiones in illis locis dico ſubſtantialibus, in quibus fa
ctæ fuerũt, ex dolo proceſsiſſe, & erimus in claro, aut
ꝙ notarius prætendẽs erraſſe, ſe ipſum correxerit, aut
emendauerit: ita & in idem recidit, vt oſtendam. nam
volens notarius venire ad correctionem ſeu mutatio-
nem contractus, & neceſſe eſſet præſupponere ipſum
erraſſe, & de errore ipſo principaliter adparere debet
cùm minimè credi debeat notario adſerẽti ſe aliquid
1 ex errore † ſcripſiſſe, licet bonæ famæ ſit. dixit Bald.in
l.cùm proponebatur.ff.de lega.ij. & in l.Imperator.ff.
de ſtatu homi.ſubdens inſuper non ſufficere vnum te-
ſtem cum notario, imò nec etiam iuramentum ſup-
pletorium. Idem tenet Specu.in §.poſtremò. in tit.de
inſtrum.edi.in verſi.ſed nunquid confecto. & ſequitur
Vital.in Clauſula xxij.inci.reſtat videre.attamẽ † qua-
2 tenus de errore adparere non poſſet, notarius ex ſe-
ipſo non præcedente partis citatione, & iudicis autho
ritate ac cauſæ cognitione, corrigere ſeu emendare,
præſertim ea quæ ſpectant ad partes, & ſunt de circun
ſtantiis facti, maximè poſtquam notarius ipſe ſcriptu-
ram compleuit & publicauit: quia talis diuerſitas fa-
cit ipſum ſuſpectũ, ſicut in ſimili dicimus in teſte, per
tex.in l.qui falſo.ff.de teſti.ita dixit Bal. in l. generali-
ter.verſi.vltimò not.ꝙ nõ poteſt.C.de non num.pec.
Bart.in l.ſi librarius.de reg.iur.Bal.in d.l.cùm propo
nebatur.& in d.l.imperator.de ſtatu homi.Alex.in l.ſi
vnus.C.de teſta.Imo.in c.ex literis.de fide inſtru. Vi-
ta.in clauſula lxj.inci.reſtat videre annota.& ideò di-
xit Io.And in data.vj.lib.ꝙ † poſtquam notarius fecit
3 contractũ, cauere debet à correctione erroris, cum ſe
mel ſit functus officio ſuo: quia aliàs poſſet ei impingi
falſitas.& ita ſeruatur de facto.ſequitur Imo in c.ex li
teris.& in c.inter dilectos.v.col. extrà de fide inſtr. &
ideò voluit Io.And.in addi.Spec in tit.de inſtru. edit.
§.poſtremò.verſi.nunquid cõfecto.ꝙ in tantũ cõtra-
ctus eſt falſus, ꝙ † notarius ita variando notam con-
4 tractus ſine iudicis authoritate tenetur de falſo. idem
tenet Bal.in ſæpius allegata l.cùm proponebatur.& in
l.fi.C.de eden.verſi.quartò quæritur.& conſuluit Ale.
conſi.lxxxix.incip.viſo themate.col.j in iij.vol. & in-
ter cæteras opiniones ponderãda eſt iſta, quia magni.
Bernar.ipſe expreſsè ſibi cauit nolle de euictione te-
neri, vt adparet ex tenore contractus, quẽ ipſe produ-
xit in actis.& tamen in alio contractu additionato ex
5 aduerſo producto, aliter cõtinetur. † vnde ſtante dicta
diuerſitate, imò contrarietate ſcripturarum, præſumi
tur falſitas in eis, per not.per Bal.in d.l. cum propone
batur.de leg.j.& in l.ſcripturæ. C. de fide inſtru. & in
c.imputari.extrà eod.tit.& quod pulchrè dixit Franc.
de Are.in conſi.vij.inci.in Chriſti nomine, Amen. Pro
cedendum eſt breuiter. & ſic ſtante dicta diuerſitate,
imò contrarietate per vnam ſcripturam, derogatum
eſt fidei alterius. Ita Specul.in tit.de inſtrument. edit.
§.poſtremò.verſi.ſed pone.Bar.Bal.& Saly.in d.l.ſcri
pturæ.Abb.& Fely.in c.imputari.in j.limi. adeò quòd
reſpectu repugnantiæ prædictæ neutrum ex dictis in-
6 ſtrumentis † probat, nec valet. Ita dicit Bal.in d. l.im-
perator.& conſuluit Alex. in conſil. lxxj. j.volumine.
incip.viſo proceſſu.item conſtito de errore abſque ve
ri præiudicio, in caſu de quo in præſentiarum agitur,
cùm ſemel fuerit data copia parti, videlicet eidem do-
mino Bernar. non poterat notarius ipſe mutare, ſeu
corrigere contractum: nam completo contractu &
7 publicato, non poteſt error corrigi, etiam † quòd co-
pia data non ſit, vt rectè intuenti tenet Bal. in d.l.cum
proponebatur, & licet aliqui dixerint, quòd ſi non eſt
data copia, poteſt notarius mutare ſiue emendare, ta-
men id eſt intelligendum, vbi talis emendatio ſeu mu-
tatio fieret incontinenti: ſecus ſi ex interuallo: vt ſen-
tit Specul.in d. §.poſtremò. verſi. ſed nunquid. dum
vult, quòd illa diſtinctio, an ex interuallo vel inconti
nenti, procedat ante datam copiam parti. Et ſic ſentit
quòd poſt datam copiam, non poteſt dicta correctio
8 fieri, etiam incontinenti, & † quòd ſimiliter ex inter-
uallo fieri non poteſt, etiam ſi parti copia data non
eſſet. Vtrunque dictum firmat Alexand. in conſi. lxxj.
j. volum. incip. viſo proceſſu. Bal. in l. ambiguitatem.
in fin.de teſta. dum vult, quòd notarius bonæ famæ
exiſtens, poteſt ſe corrigere incontinenti: ſed non ex
interuallo. & ideò voluit ſatis not. Bal.in c.ex literis.
9 extrà de fide inſtrum. † quòd tradito inſtrumento
parti, notarius illud tradens eſt adeò functus officio
ſuo, quòd nec punctum, nec ſyllabam mutare poteſt.
refert & ſequitur Felyn.in d.c.ex literis. iiij.col. extra
de fi. inſtr. ſed quid opus eſt elaborare in correctione
ſeu emendatione erroris, vt ſuprà, cùm non adpareat
copiam contractus repugnantem alteri copiæ, fuiſſe
factam cauſa corrigendi errorem? quinimo nec ipſe
notarius hoc atteſtatur: & ſic ſumus in puris termi-
nis falſitatis, quo caſu non habet locum aliqua emen-
datio ſeu correctio. Hinc dixit ſingulariter Cal.in ru-
bric.de fide inſtru. in verſi. vnum ſcias quòd vbi eſt
quæſtio non erroris, ſed fidei, vt quia diceretur inſtru
10 mentum falſum, vel falsò fabricatum, tunc etiam † de
mandato iudicis non poſsit corrigi: cùm propter deli-
ctum talis notarius ſit priuandus authoritate ſcriben-
di: & ſic ſuper eodem inſtrumento eſt ſibi impoſitum
ſilentium corrigendi, per tex. in l. ſi aliquid. C. de ſu-
ſcep. præpoſi.& archa. lib. x. refert & ſequitur Lanfr.
de oria.in repe.c. quoniam contra.in ver. inſtrumen-
torum. col.vj.ver.quæro de vtili quæſtione quotidia-
na, nunquid notarius, &c. ad quod vltimum vltra cæ-
tera ſatis ſupponitur aduertendum eſſe, per S. Conſi-
lium cùm ita mihi viſum ſit de iure concludendum.
Thomas Grammaticus, Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Banna non comprehendunt nec ligant forenſes ſeu exteros, vbi exterus præſumitur ignorare bannum in regno. num. 2.*
3 *Bannum non ligat abſentes, nec ignorantes.*
4 *Princeps vnius loci non poteſt imponere ſeu facere legem ſibi non ſubditis.*
5 *Pœna hodie etiam per ſtatuta Italiæ locum non habet in eo qui voluit delinquere, nec ſufficit affectus, niſi ſequatur effectus, & ſic non ſufficit voluntas, nec propoſitũ.*
6 *Lupus qui exit ſyluam, non tamen dicitur exiuiſſe ſicut & qui vult aſcendere arborem, non tamen dicitur aſcendiſſe. nec qui vult eligere, non ex hoc dicitur elegiſſe. & numero 7.*
8 *Teſtis deponens per verbum, credo, licet non probet: tamen aſſignando rationem probabit.*
9 *Portans rem contra deuetum extra regnum, tamen captus ante, quàm exiuiſſet regnum, non eſt in pœna.*
10 *Coniectura vbi capi poteſt, quòd non ſit dolus vel fraus, illa capi debet.*

11 *Actus vbi poteſt ſe habere ad delictum & non delictum, in dubio fit interpretatio vt delictum non contineat.*

## CONSILIVM XXV.

REdemptoris Gentium ſuffragio iterato,
Amen. In cauſa honorab. mercatoris Mi-
chaelis de braui Mantuani, cum regio fi-
ſco ſuper interceptione pecuniarum dela
tarum contra deuetum extra regnum, minimè adpa-
ret intentio regij fiſci fundata, quod bannũ præfatum
modo aliquo fuerit publicatum per tubicines, ſeu in
propatulum affixum, aut aliter relatum, vt conſueuit:
nec aliter adparet de eius publicatione per aliquem
teſtẽ, qui illud audiuiſſe atteſtetur. Secundò dato abſ-
que veri præiudicio, ꝙ fuiſſet publicatum, dicitur ꝙ
verba banni, ſeu deueti extenduntur duntaxat ad com
morantes & habitantes in regno: & qui veriſimiliter
tẽpore probationis banni in præſenti regno ſeu Nea-
po degebant, non autẽ ad exteros tũc abſentes, prout
1 iſte Michael, qui pridie Neapol. aduentauit. † & ideò
bannum de iure non comprehendit forenſes ſeu exte-
ros, cùm verba banni ita exprimant: ex quo forenſis
ſeu exterus ex iuris diſpoſitione prçſumitur illud igno
rare, quod probatur eo ipſo, quòd de contrario no ad
paret, vt in l. verius. de proba. & concordat iuris regu
la, videlicet, quòd præſumitur ignorantia, vbi ſcien-
tia non probatur, & inde, quòd ignorans delinquere
non videtur: vt in l. ex maleficio. cum vulg. ff de actio.
& obliga. & alibi decreta ignorantes non ligant. l. fin.
ff. de decre. ab ordi. faciẽ. vnde ſi hic, vt forenſis & ex-
terus non deliquit, res ſuas amittere non debet: quia
res & pecuniæ non deliquerunt: vt in §. oportet. in au-
then. de man. princip. l. ſi quis poſt hanc. C. de adi. pri-
ua. & ſic cũ ignorauerit, in aliquo non punitur. tex eſt
in l. iubemus. C. de teſta. & in d. l. fi. ff. de decre. ab ord.
facien Bene facit l. ſi fideicōmiſſor. §. ſi cum debitor. ff. mã
dat. & in l. fi. §. fi ff. de leg. iij ſed hic Ioan. Michael erat,
prout eſt Mantuanus, & ſic exterus, & de loco remoto
& non trahebat nec trahit domicilium in regno, pro-
babiliter præſumitur ignoraſſe: & ſic non debet amit-
2 tere pecunias† prædictas, per d. l. iubemus. C. de teſta.
& d. l. fina. de decret. ab ordi. ita dicit Bart. & clarius
Iaſon in l. cunctos populos. in repetitio. C. de ſumma
trini. & fide catho. in xvj. colum. quia tunc præſumi-
tur forenſis ſeu exterus ſcire, quando diu fuiſſet con-
uerſatus in loco illo: per tex. in l ij. in verſi. degit. cum
gloſ. in tertio intellectu. C. vbi de crimi. agi oportet.
ita Bart. in d. l. cunctos populos. & Iaſon poſt ipſum.
ſed cùm in ſpecie probatum fuerit per multos teſtes,
præfatum Michaelem eſſe exterum, & Mantuanum,
& à duobus annis & minus ſolitum conuerſari in re-
gno, id eſt, in aliquibus nundinis regni, cum cæteris
exteris mercatoribus, cùm ſuis mercibus, & in eis tan
tum moræ permittebat, quãdiu nundinæ permitteban
tur, & recolligebat pecuniam mercium diſtractarum:
& bannum fuiſſe emanatum, id eſt compilatum, ſunt
iam quatuor anni elapſi, nec aliter adpareat de eius
publicatione, ſequitur omnino præſumendum, imò
concludendum Michaelem ipſum fuiſſe, & eſſe in iu-
ſtiſsima ignorantia, maximè cùm bannum ipſum non
3 liget abſentes, & ſic ignorantes. † ita dixit Andr. de
Iſer. in conſti. regni, cùm per partes Apuliæ. per d. l fi.
de decret. ab ordi. facien. & præſertim cùm ſit conſti-
tutio noua, vt adparet ex eius data, per tex. in c. ij. ex-
trà de conſti. Item adparet, prout etiam ſuprà dictum
eſt, quòd deuetum ſeu bannum prædictum extendi-
tur duntaxat aduerſus habitantes in regno, & in eodẽ
moram trahẽtes: vt adparet ex eius tenore, & ſic non
poteſt extẽdi contra exteros, cùm in illos non ſonet.
4 & maximè, cùm princeps † non poſsit facere legem
non ſubditis. l. cunctos populos. C. de ſum. trini. & fide
catho. l. fi. C. de inceſt. nup. l. iij. ff. de offi. pr. æſi. & c. cũ
à nobis. extrà de ſenten. excom. Item ex clariſsima iu-
ris diſpoſitione pœna hodie locum non habet ex affe-
ctu, niſi ſequatur effectus. Nec ſufficiet propoſitum ſeu
voluntas, vt ſancitum eſt etiam per huius regni con-
5 ſtitutiones: † & hoc vltra conſuetudinem generalem
totius Italiæ: vt dixit Spec. in tit. de accuſat. §. j. verſic.
quid ſi primò. & Cy. in l. is, qui cũ telo. C. ad leg. Cor.
de ſicca. gl. in §. iniuria. de pace iur. fir. in vſib. feudor.
Et ſic licet prædictus Michael ex dicta pecunia omni-
no merces emiſſet in regno, quatenus ipſas reperiſſet
prout ſemper conſueuerat, vt omnes teſtes teſtantur:
attamen quando abſque veri præiudicio, fuiſſet ipſe
propoſito & intentionis exportandi pecunias præfa-
tas extra regnum, tamen adhuc non appropinquaue-
rat confines regni, ſed erat ſatis à longe ab eis etiã per
vnam dietam legalem, & plus: prout ex atteſtatione
omnium ferè teſtium roboratur vltra depoſitionem
nobilis Marchet regij capi. producti in teſtem per re-
gium fiſcum, & qui ipſum Michaelem cœpit, & duxit
ad carceres, & deponit eundem cœpiſſe in taberna ro-
cie montis draconis, qui diſtat à confinibus regni vl-
tra vnam dietam, vt notorium eſt, & ſic non poteſt di
ci extraxiſſe pecuniam extra regnum, cũ regnum non
6 exiuerit, † nec appropinquauerit ad confines, vt dicit
gl. in l. arboribus. §. idẽ. ff. de vſufr. de lupo, qui exit ſyl-
uam, quia tamen non dicitur exiuiſſe, de qua gl. memi
nit Iaſ. in repet. l. admonendi. xxj. char. ff. de iureiur.
ſicut dicimus in ſimili, in eo, qui vult aſcendere arbo-
rem: nam non ex hoc dicitur aſcendiſſe. ij. gloſſ. in l. in
7 emendis. C de contrahen. emp. † nec qui vult eligere,
ex hoc dicitur elegiſſe, iuxta glo. in l. ſerui electione. in
princ. ff. de lega. j. faciũt relata per Iaſ. in l more. xiiij.
col ff. de iuriſd. om. iudi. & maximè, quia interim po-
tuiſſet merces reperire in itinere, & illas emere, vel
etiam ſe pœnitere exire regnum, ſi fortè deliberaſſet
exire, & ſic excuſaretur, argum. l. qui falſam. ff. ad leg.
Corn. de fal. & in l. ꝙ ita. in fi. ff. de ædil. edic. Et licet
teſtes deponentes, ꝙ ſi Præfatus Ioan. Michael reperiſ
ſet merces in itinere, illas emiſſet, videantur deponere
per verbum, credo, videlicet, dum dicunt, ꝙ ita cre-
dunt ipſum feciſſe, tamen adſignant rationem conclu
8 dentem, dum dicunt, † ꝙ ita ſemper prædictus Io. Mi-
chael conſueuerat facere, & teſtis deponens per ver-
bum, credo, licet nõ probet, tamen adſignando ratio
nem probabit. dicit Cyn in l. teſtium. v. quæſt. C. de te-
ſtib. Io. And. in additio. Spec. in tit. de teſte. §. j. ſuper
verſ. item. An. de But. in c. quoties. de teſti. Alex. in cõ
ſil. cix. in j. vol. in vj. col. Præterea bannum, ſeu deuetũ
per quod prohibetur exportari pecuniẹ extra regnũ
loquitur per verba præteriti perfecti, ſeu plus quàm
perfecti, quo caſu requirunt actum conſummatum. l.
9 j. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque iur. † & ſic cùm
præfatus Io. Michael fuerit repertus in via, non dici-
tur exportaſſe, per id quod paulò antè dixi de lupo. &
ita reſpondet Gand. in tract. malefi. ſub rubr. de rebus
non porta. contra deuetum. Bald. in l. ſi quis non di-
cam rapere. C. de epiſco. & cleric. & in l. ſi fugitiui.
C. de



C. de ſeruis fugit. Bal. in l. iiij. C. de nauti. fœno. & in l.
non dubium. C. de legi. Fely. in c. ſignificauit. in fi. de
iudi. & idem Iaſ. in l. ſi quis id quod. vj. colum. ff. de iu-
riſd. omn. iud. & plenè domi. Io. Franc. de ſancto Na-
za. in ſuo tract. de peſte, poſt medium. char. liiij. verſ.
ſeptimò quæro, an repertus in via. vbi plenè exordi-
tur quæſtionem. Nec militat illud, in quo fiſcus mul-
tum ſe fundare videtur, videlicet quòd prçfatus Ioan.
Michael fraudandi animo ſe gerens exportabat pecu
niam intercælatam & abſconſam intus arcionum ſel-
læ ronzeni, ob quod videtur eius intentio & animus
fraudandi detegi: nam huic reſpondetur, nõ ignotum
de diſtantia itineris à ciuitate Neapo. vſque ad fauces
regni: & pariter notorium eſt, quantum vigeat hodie
in regno latronum & deprædantium incurſus: qui in-
tantum quotidie vbique graſſantur, vt ianua ciuita-
tum & locorum, in quibus degimus, exire non audea-
mus: quorum habita ratione non ab re prædictus Ioã.
Michael prudentiſs. ſe gerens circa delationem cau-
tam, & ſecretam dictarum pecuniarum tam intra re-
gnum, quàm extra, ſi alibi eam deferre voluiſſet: &
ideò videtur omnino ceſſare animus fraudãdi, & ſic
10 dolus. † quia vbi poteſt capi alia coniectura, quàm
fraudis ſeu doli, illa capi debet. Ita conſuluit Alex. in
conſi. xviij. in iij. vol. & conſi. cxiii in iiij. vol. Hinc Lu
do. in conſi. lxviij. incip. in Chriſti nomine, Amen Vi-
ſis mihi propoſitis. conſuluit, quòd vbi duæ concur-
runt præſumptiones, quarum vna eſt excluſiua delicti
& alia incluſiua, ſemper attenditur excluſiua, ob nota
bilem præſumptionem, quæ eſt, vt nemo delinquere
11 præſumatur. l. meritò. cum vulg. ff. pro ſocio. † Et fa-
cit, quia in dubio vbi actus poteſt ſe habere delictum,
& non delictum, fit interpretatio vt delictum non cõ-
tineat. ita Bart. in l non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de
noui oper. nũtia. Abb. in c. in præſentia. de probat. &
Alex. in conſi. xv. in iij. vol. & conſi. cxj. eod. vol. Non
omitto, quòd plenè per infinitos teſtes probatum eſt
inter mercatores exteros ſemper conſueuiſſe, & pra-
cticatum fuiſſe, pecunias prouenientes ex mercibus
per eos delatis ſemper fuiſſe exportatas per eoſdem
extra regnum abſque aliqua cõtradictione, ſeu obſta
culo: & hoc à tanto tempore, cuius initij in contrariũ
memoria hominum non exiſtit. In cæteris ſuppleat
excellent. dominorum regentium cancel. religio, ac
cap. æquitas, cum capi. principis ac iuſtiſsimi vice
fungantur. Et ita prout ſuprà per me concluſum eſt,
iuris eſſe arbitror ego: & ita pronuntiatum fuit per re
giam cameram ſummariè cum interuentu domini
Lud. montalti regentis cancel. in fauorem Michaelis
præfati. Thomas Gramm. V.I.D.

### SVMMARIVM.

1 *Matrimonium licet poſſit inferri per copulam carnalem fuiſſe contractum, quòd per prius per verba de futuro fuerat, tamen id procedit, quando probatur, quòd poſt promiſſionem per verba de futuro fuiſſet copula carnalis ſubſecuta & nu. 2.*

3 *In ſponſalibus probari requiritur mutuus conſenſus contrahentium.*

5 *Copula, conuerſatio & habitatio inferunt concubinatum & non matrimonium. 24.*

6 *Matrimonium præſumitur ex conſuetudine inſimul cohabitandi in eodem lecto & menſa. & nu. 7.*

8 *Matrimonij tractatus videlicet quòd ſe tractauerint vt coniuges in eodem lecto & menſa, concurrente etiã fama viciniæ, non ſufficiunt ad plenam probationem matrimonij*

9 *Matrimonium cùm ſit maximi præiudicij, non debet iudicari ex leui præſumptione. 17.*

10 *Tractare quis non dicitur mulierem vt coniugem, ſi non tenet ipſam in lecto & ad menſam in domo.*

11 *Fama non probatur niſi dicant teſtes ita audiuiſſe per famam à maiori parte populi illius loci item vnde fama originem traxit. Item à quibus audierunt, videlicet quando non deponunt audiuiſſe à maiori parte populi: vbi multa & plenè de fama, quando dicatur eſſe probata & nu. 12.*

13 *Melius eſt eſſe popularem nobilis ciuitatis, quàm nobilem mediocris ciuitatis.*

14 *Anuli delatio per mulierem non ſufficit ad præſumptionem matrimonij niſi probetur, quòd vidente & patiente viro illum mulier detulerit.*

15 *In matrimonio in poſſeſſorio recuperandæ dato quòd probaretur verè & præſumptiuè de matrimonio, nunquam obtinebit agens poſſeſſorio, niſi excludatur clandeſtinitas, vt quia in faciem eccleſiæ ſint contracta ſponſalia, emiſſis bannis & ſeruatis contentis in cap. inhibitio extrà de cland. deſpon.*

16 *Agens ex vna cauſa & probans de alia, non poteſt in illo iudicio obtinere.*

17 *Matrimonialis cauſa eſt grauis & ardua 47.*

18 *Mulier quando petit aliquem in virum ſi non probat plenè de matrimonio vir debet abſolui.*

19 *Probationes in cauſa matrimoniali ſunt neceſſariæ, quæ in cauſis criminalibus requiruntur, cum eis æquiparentur.*

20 *Teſtis allegans aliquem in conteſtem in actu, in quo conteſtis negat ſe interfuiſſe, non probat.*

21 *Teſtis vnus ſi contradicat alteri, neutri credi debet.*

22 *Teſtis ſingularis eſt, vbi non eſt numerus teſtium. vnde tantum probant mille quantum vnus.*

23 *Teſtis malæ famæ & pauper repellitur à teſtimonio.*

25 *Teſtis crimìnoſus repellitur à teſtificando.*

26 *Teſti inhoneſtæ ac reprehenſibilis vitæ, non creditur.*

27 *Teſtis ob inhoneſtatem eſt infamis.*

28 *Teſtis non poteſt eſſe ſeruus, etiam reputatus liber.*

29 *Teſtis ſeruus non admittitur pro domino abſque tortura.*

30 *Teſtes non poſſunt eſſe viles perſonæ in cauſa graui.*

31 *Teſtis domeſticus dicitur, nedum qui ſubeſt ratione patriæ vel dominicæ poteſtatis ſed etiam, qui cohabitat: vel aliquo modo eſt inferior vel ſubiectus capiti familiæ vt mercenarius libertus, & ſimiles.*

32 *Domeſtici teſtes etiam dicuntur, qui ad vnum panem & vnum vinum viuunt.*

33 *Teſtes familiares & domeſtici nedùm non probant, verùm etiã nec indicium faciunt, nec præſumptionem.*

34 *Teſtes domeſtici in cauſa matrimonij, regulariter non probant.*

35 *Teſtes viles non probant.*

36 *Teſtes vbi ſunt ſuſpecti, & in circunſtantijs non concordant non probant.*

37 *Teſtes de collegio vel de eccleſia, vel de vniuerſitate, quãdo admittuntur eſt verum in ſubſidium, videlicet quando ex natura actus alij teſtes nõ reperirentur & quomodo hoc intelligatur.*

38 *Teſtes in ſubſidium quomodo, & quando ſunt admittendi licet inhabiles & in quibus caſibus.*

39 *Teſtes domeſtici licet non probent niſi in ſubſidium, tamen vbi agitur de dirimendo, vel probãdo matrimo-*

 *nium*

*niam,non probabunt.*

40 *Teſtis mater non repellitur in cauſa matrimoniali filiæ, vbi vir non ſuperat filiam in diuitijs, potentia, vel honore:& etiam ſi eſſent pares in conditione, teſtimonium matris eſt ſuſpectum.& nu.41.& 42.*

43 *Teſtes conſanguinei non admittuntur in cauſa criminali pro conſanguineo tanto minus, quando inſimul habitarent.*

44 *Teſtis non poteſt eſſe filius pro matre.& 45.*

46 *Iuris canonici diſpoſitio attendi debet in cauſa matrimoniali.*

47 *Cauſa matrimonij eſt grauis & ardua: & æquiparatur criminali cauſæ.*

48 *Teſtes in cauſa matrimoniali requiruntur eſſe omni exceptione maiores,& non ſufficeret, quòd aliàs eſſent idonei.*

49 *Teſtes in cauſa matrimonij requiruntur eſſe probatæ vitæ optimæ opinionis,& fidelis cõuerſationis,ita quòd nõ ſit veriſimile ipſos deierare ex cauſa aliqua.*

50 *Item debent eſſe præclaræ famæ & conuerſationis.*

51 *Teſtes plures infames etiam de facto non probant, in cauſa matrimonij.*

52 *Teſtium numerus ſupplet defectum in cauſa graui, licet ciuili.*

## CONSILIVM. XXVI.

INcomprehenſibilis ac maximi Dei ſuffra
gio poſtulato, Amen. In cauſa matrimo-
niali vertente inter nobilem Hyppolitam
mazeã de Nola,ex vna, & magnifi. Fran-
ciſcum ſeripandum de Neap.conuentum,& ſe defen-
dentem ex altera,innititur præfata Hyppolita in eius
depoſitione promiſsioni ſibi factæ per prædictũ ma-
gni.Franciſcum deducẽdo ipſam in vxorẽ:cuius pro-
miſsionis virtute matrimoniũ legitimè poſtmodum
per verba de præſenti ſubſequutum eſſe prætendit: &
quòd deinceps poſtmodum quoque fuerit copula car
nalis ſubſequuta:eodem Franciſco ex aduerſo negan-
te:Videtur prima fronte de promiſsione matrimonij
præfata in ipſa ſcriptura contenta per verba de futu-
ro,necnon & de copula prædicta, & coniugali tracta-
tu,ac fama publica matrimonij contracti ex diſpoſi-
tione nonnullorum teſtium productorum per eandẽ,
prout ĩ.adparet,de quibus omnibus ſeriatim pertra
ctando ad dilucidationem quæſtionis deueniri pote-
rit. Adparet ergo in primis ſcriptura recognita per
prædictum magni. Franciſcũ. in iudicio producta per
prædictam dominam Hyppolitam, quæ vt ex eius ca
lendario adparet,fuit ſcripta die.xvj.Febr.x.indi. vir
tute cuius prætenditur per prædictam do.Hyppolitã
matrimoniũ ipſum contractum, de quo quidem nihil
ſcriptura præfata loqui adparet de matrimonio de
præſenti,ſed de contrahendo duntaxat.Nec ſuffraga-
bitur prætenſa copula,per quam dici poteſt matrimo
niũ ipſum confirmatum, ſeu omnino contractũ: quia
licet per copulam carnalem inferri poſsit matrimo-
1 nium eſſe contractum,† quod per prius per verba de
futuro fuerat per tex.in c.veniens.el.ij.& in c.is, qui.
de ſponſa.tamen illud habet locum,quando probare-
tur,ꝙ copula ipſa fuerit ſubſequuta poſt ipſam pro-
miſsionem factam per verba de futuro:vt not.docto.
maximè Ant.But.& Abb.in d.c.veniens.el.ij.& cõſu-
luit Alex in conſ.clij.iij.col.in v.vol.in verſi.& ſi con-
tra ea: cùm aliàs in dubio copula non probaret ma-
trimonium.tex.eſt iuncta glo.in c.illud.extrà de præ-
ſumptio.Præpo.in c.ex parte.iiij. col. extrà de ſponſ.
vnde cùm ipſa domina Hyppolita non probet in ſpe
cie,ꝙ poſt tempus prætenſæ promiſsionis matrimo-
nij per verba de futuro coiuerit cùm præfato Franci-
ſco,ſequitur ꝙ ex copula ipſa nihil infertur ad matri-
monium præfatum, nec ex ea poſſet dici contractum.
Accedat pro corroboratione copulæ præfatæ, & ſuc-
ceſsiuè matrimonij,quòd Hyppolita ipſa ex prædicto
Franciſco filium procreauit de menſe Auguſti ſequen
tis,& propriè in die ſancti Laurentij, qui eſt in x. Au-
guſti eiuſdem anni, quo prætenditur facta promiſsio
ipſa,quæ adparet ex ſui data die xvj.Februa.à qua die
vſque ad xj.menſis Auguſti eiuſdem anni, in quo pro
batur filium peperiſſe, non adparet cucurriſſe legiti-
mum tempus,ſeu ſpacium in partu. & tamen præſup-
ponitur filium illum ſuperuixiſſe per multos ac quàm
plures dies,& menſes,& ſic clariſsimè infertur, quòd
ex copula ſubſequuta nõ poſſet dici hic filius genitus
ſed ex præcedenti,qui coitus non adparet præceſsiſſe
& tamen non ſufficeret quatenus dici poſſet,ꝙ præceſ
ſerit,ſed requiritur,quòd ſubſecutus fuerit, vt dicunt
iura præfata, quibus etiam accedit veriſimilitudo, ꝙ
poſt dictam ſcripturam per mẽſes tres deuenerunt ad
capitula matrimonij conditionata, & conditione de-
fecta ex culpa & cauſa præfatæ dominæ Hyppolitæ
non adimplentis ex parte ſua, matrimonium non po-
tuit ſortiri effectũ: vt ex facie dictorum capitulorum
ſubſcriptorũ per ambas partes liquidò claret,ex qui-
bus etiam probatur de promiſsione matrimonij con
trahendi per verba de futuro, quod non fuit nec per
prius,nec per poſterius contractum & tamen cũ fun-
damentum prædictæ dominæ Hyppolitæ conſiſtat in
tempore,ſcilicet,quòd poſt matrimoniũ contractum
per verba de futuro,copula fuerit ſubſequuta, debuit
2 illud probare, † per tex.in l. matrem. C.de probat. &
in l.cum actum.ff.de neg.geſt.& in l.ij.cum ibi not.C.
de peti.hær.per Bar.in l.non ſolùm. §.ſed vt probari.
ff.de no.oper.nunt.ita conſuluit Alex.in conſi. cl.viij.
col.v.vol. Prætereà licet magni. Franciſcus fecerit di-
ctam ſcripturam,dico ꝙ minimè ex ea adparent con-
tracta ſponſalia per verba de futuro, cùm in eiſdem
3 ſponſalibus † requiratur ex iuris diſpoſitione mutuus
conſenſus contrahentiũ.per tex.in c.tuæ.extrà de ſpõ
ſa.cum vulg.vnde cùm non adpareat Hyppolitã ipſam
tunc temporis dictam promiſsionem acceptaſſe, & in
ea conſenſiſſe,vel quòd alius pro ipſa dictam promiſ-
ſionem receperit:iuxta l.generali. ff.de ritu nup.c.fin.
de procu.in vj.quæ habẽt locum nedum de matrimo-
nio de præſenti,ſed etiã in ſpõſalibus de futuro,vt ibi
not.doct.cũ ergo nec ipſa,nec aliquis pro ipſa probe-
tur promiſsionem ipſam recepiſſe, ſequitur ꝙ nullum
ius adparet,nec ſit in effectu quæſitum eidem Hyppo
litæ,per no.in l.illud.C.de ſacroſanct.eccle.& in l. ab-
ſenti.& ibi Bar.ff.de donat.& conſuluit Ale.conſi.clvj.
circa fi.in v.vol.Nec obſtat,quòd Franc.ipſe fuerit vi-
ſus conuerſari cum prædicta Hyppolita in domo eiuſ-
dem Hyppolitæ,& etiam in lecto cũ ea repertus: quia
ex iis non infertur fuiſſe contractum matrimonium:
tum quia non probatur id fuiſſe poſt promiſsionem
præfatam factã per ſcripturã ipſius Franciſci, tũ quia
4 dato, † quòd ille actus in lecto, tendere videatur ad
inducendam præſumptionem copulæ carnalis. c. ter-
tio loco.& c.literis.extrà de præſumpt. & not. in cap.
5 prætereà.de teſti.quia † copula & etiã conuerſatio, &
habit



habitatio, inferunt concubinatum, & non matrimo-
nium.c. illud. & ibi ponderant doct.maximè Ant. de
But. extrà de præſumpt.& in c.j.iij.q.v.& ibi not.& li-
cet teſtes producti ex aduerſo,videantur deponere,ꝙ
Franciſcus ipſe accedebat ad domũ Hyppolitæ Nea-
6 pol.tamen non deponunt, † quòd Franc. ipſe cõmu-
niter erat conſuetus eſſe in menſa, & in lecto commu-
niter facere cum ipſa Hyppolita, & per longum tem-
pus, prout probari requiritur ad præſumendũ matri-
moniũ,ſecundum doct.in d.c.illud.de prȩſump.& ple-
nè Alex. in conſi. cl.iiij. col.in v. vol. Nec ſimiliter
in aliquo officere poteſt,ꝙ aliquis ex teſtibus depoſue
rit dominum Franciſcum nominaſſe eandem Hyppo-
litam in vxorem,quia licet adpareat, ꝙ aliquis ȩnun-
tiatiuè nominet mulierem in coniugem, etiam in in-
ſtrumento, quam ipſe carnaliter cognouiſſet, & cum
qua etiam cohabitaſſet, non induceretur † ſufficiens
7 præſumptio matrimonij contracti inter eos. text. eſt
cum gl.& ibi doct.in præfato c. illud. & in l.neque ſi-
ne nuptiis. C.de nupt.quia vt dicit Innoc.in c. ex par-
te.extrà de reſtitu.ſpolia.vlti.col.quòd adulteri vt co
operiant peccatum, quandoque ſe vocant coniuges:
& ſic non ſufficit copula, ſeu concubitus: & plus dixit
Hoſt.& Io.And. in præfato c.illud.quẽ omnes ſequun
8 tur, † quòd etiam tractatus matrimonij, videlicet ꝙ
ſe tractauerint vt coniuges, iacentes in eodem lecto,
& in eadem menſa, concurrente etiam fama viciniæ,
non ſufficiet ad plenam probationem matrimonij.
Idem ſequitur Io.de Imol.in d.c.illud.& ſubdit, quòd
Ant. de But. ibi malè refert Hoſt. aliter dicere,& hoc
idem tenet Abb. ibi per illum tex. & clarè Bal. in l. ij.
ix. col.C.de ſer. & aqua. in verſi. nunc de quinto pun-
cto. & in l.j.ff.de proba. in le.antiqua. vbi dicit, quòd
quaſi poſſeſsio matrimonij non inducit præſumptio-
nem veritatis: hæc quaſi poſſeſsio non poteſt haberi
abſque vero titulo matrimonij, qui aliàs eſt concubi-
natus. Alegat not.per Inn.in d. c. ex parte. & pro hoc
eſt bonus tex.in c.ex tranſmiſſa.extra de reſtitu.ſpol.
& idem in propriis terminis reperio per ſuprà dicta
conſuluiſſe Alex. in præfato conſil. cl. in v. vol. & ibi
9 ſubdit, † quòd cùm matrimonium ſit ſacramentum
maximum & maximi præiudicij, non debet iudicari
ex leui præſumptione. c. literas. de præſum. & c. licet
ex quadam de teſti.Nec adparet modo aliquo proba-
tum, quòd prædictus Frãciſcus & Hyppollita inſimul
habitauerint:imò adparet totum contrarium, videli-
cet quòd Franciſcus ipſe ſemper habitauit Neapo. &
prædicta Hyppolita,in ciuitate Nolæ,vt notorium eſt,
ob quod excluditur prætenſus tractatus, vt maritus
10 † & vxor:quia non dicitur quis tractare mulierem vt
coniugem,ſi non tenet ipſam ſecũ in lecto, & ad men-
ſam in domo ſua:vt not.doct.maximè Ant. & Abb. in
prædicto cap.illud.vbi ſubdit Hoſt.Io.de Imo.& An.
de But.quòd ſi vir habet locum à muliere ſeparatum,
& ſimiliter ſi mulier habet locum ſeparatum à viro,
& vir quando ſibi placet, declinat ad locum mulieris,
& non ipſa ad locum viri, vt in caſu præmiſſo ex ad-
uerſo probatur, tunc non cenſentur vir & vxor, ſed
cenſetur inter eos committi ſtuprum. allegat id quod
habetur in c.aliter.xxx.q.v.concurrente inſuper diſpa
ritate probata,cùm adpareat prædictum Franciſcum
nobilem Baronem Neapol. & de ſedili Capuanæ &
Baronem Caſepuzanæ: & econtra adparet præfatam
Hyppollitam Nolanam, & ſi de terra Baronis viduam
& vxorem aliàs quõdam Franciſci de Nola, ac etiam
declinantem ad ſenectutem, cùm liqueat ætatis ferè
quinquaginta annorũ, & cum modica dote, & multo
præcedente amore,ſeu actis amatoriis per prius inter
eos:& ſic præſumitur omnino ſtuprum. quatenus de
11 copula dici poſſet adparere: prout concludit † Alex.
in conſi.clj.iij.col.in v. vol. & conſi.cliij.in fin.verbis.
eo.v.vol.& conſ.clv.ij.col.eo.v.vol. & ſatis conſiderã
dum arbitror,quod dixi, quòd vir ſit Neapolit. nobi-
lis de ſedili Capuanæ,& demanialis,& vaſallus regius:
& mulier ſit Nolana,& ſubdita baroni: nã voluit pul-
chrè Philip.Deci.in c. clerici. col. vj. extrà de iudi. ꝙ
ciuis alicuius ſupremæ ciuitatis prȩferri debet prima-
rio mediocris ciuitatis.quanto magis dicendum eſt in
tanta diſparitate,cùm ſit Franciſcus ipſe nobilis, & de
12 principalibus ſuæ ciuitatis. † Et facit bene quòd dixit
Bal in l.j.C.de Alexan.primat.lib.xj. quod melius eſt
eſſe popularem nobilis ciuitatis, quàm nobilem eſſe
mediocris ciuitatis. & ibi etiam Iac. Rebuff. & Io. de
Plate.& facit tex.in auth.de hære.& falci. in prin. col-
lat.j.& ſequitur Lud.Rom.in l.ſi verò.§.de viro.xj.fal
len.ff.ſolut.matrim. Nec poſſet militare pro præfata
domina Hyppollita prætenſa probatio famæ publicæ
dicti matrimonij contracti,vt prætẽditur: cùm nemo
concludenter ex teſtibus ſuper ea deponit,cũ non de
poſuerint illam exortam fuiſſe à maiori parte populi
13 vt not.gl.in l.iij.§.eiuſdem, ff. de teſtib. † & ibi docto.
Bart.in l.de minore.in §.ſi plurium.ff.de quæſt.& in l.
cùm quidam.§ quod dicitur.ff.de acqui.hæred. Inno.
& alij in c.veniens.de verb. ſignific. imò non ſuffice-
ret teſtes deponere famam ita eſſe, niſi exprimerent
& declararent cauſam, vnde fama ipſa originem tra-
xerit,& à quib. audierint:vt ſic inſpici poſsit, an fue-
rit vana vox populi,cui non eſt credendum,vel an ſit
fama probabilis. ita concludit magiſtraliter Bart. in
d.l.de minore.vlt.col.Bal.in l.ꝓprietatis.C.de prob.
& in l.diffamari.in princ.C.de inge.man. Ang. in l.ea
quidem,v. col.C.de accu.Abb.in c.cauſam quæ inter
archieſpiſcopum.j.col.de teſti.&ſic vt comprehenda
tur,ne ſint vanæ voces populi,debent teſtes in ſpecie
dicere, à quibus audiuerunt,ſaltim quando nõ depo-
nunt ſe audiuiſſe à maiori parte populi.Ita Ant.de Bu
tri.in c.cùm oporteat.de accuſ. Angel.in præfata l.ea
quidẽ,de accuſ.iij.col.Lud.in l.j.in princip.ff de noui
oper.nunt.& ibi tenent quòd teſtes deponẽtes de fa-
ma,debent exprimere perſonas,à quibus audiuerũt,
etiam ſi nõ ſint interrogati.per not. Inn.in c.qualiter
& quando.el.ij. de accuſ.Ita conſuluit Pet.de Anch.in
conſi.cliiij.incip.in quæſtione presbyteri,Ang.in l.ſo
lam.C.de teſti.Ale.in conſ.lxxxiij. in iij.vol. & in cõ-
ſil.xxv.in iiij.vol.& conſil.cliiij.in fi.col.v.vol.ij.con-
ſil.clv.ij.col.eod.v.vol.ſed ſic eſt, quòd teſtes ipſi om-
nes ſeu per famã prætenſi matrimonij deponẽtes,aut
dicunt publicè audiuiſſe dici Nolȩ,quòd etiam ab vno
ſolo potuerunt audiuiſſe hoc publicè dici: tamen non
erit probata fama:vt dicit Bar.in l.iij.§.eiuſdem.de re
ſti.Bal.in addi.Spec.in tit.de ſentent.xxiiij.col. circa
fi.Io.de Imo.in d.c.cùm oporteat.Aut deponũt à plu-
ribus audiuiſſe de fama, quod verificari poteſt in duo
bus vel tribus,vt in l.j.§. hoc reſcriptum. & ibi not.ff.
ad ſill.& not.in §.fi.inſtit.de iure perſo.Aut deponunt
quòd audiuerunt per publicam vocem & famam, non
declarando aliter apertè, nec per famam ſigillatim
cauſas,vnde fama ipſa originem traxerit: prout requi

 ritur

ritur : ergo nullatenus probat ita etiã conſuluit Alex.
conſi.clj.in v.vol. & ita communiter tenetur, vt dicit
Imo.in l.hæredes palam.in prin.ff. de teſtam. & tradit
etiam Alex.in conſi. ij.incip.in cauſa appellationis. in
vj. col. in iiij. vol. Nec elidere in aliquo poſſet de-
fenſiones prȩfati mag.Franc.id,quod probari videtur
per teſtes productos ex aduerſo,penit⁹ repulſatos: vt
ĩ.patebit, videlicet, quòd Franciſcus ipſe tranſmiſe-
rit anulum eidem Hyppolitæ : & licet non deponant,
*che foſſo annello o fede:ma che era con vna corniola:* & mi-
nimè deponunt hoc fuiſſe poſt dictam promiſsionem
matrimonij contentam in ſcriptura, attamen non ad-
paret Hyppolitam ipſam nec illum, nec alium anu-
lum detuliſſe, aut deferre viſam fuiſſe, ꝙ etiam nõ ſuf
ficeret, niſi probaretur Hyppolitam eundem portaſ-
ſe anullum ſciente, vidente & patiente ipſo Frãciſco
viro : aliàs nõ infertur ad præſumptionem matrimo-
nij.ita concludunt Anton. de But.& Abb.in ſæpius al-
legato c.illud.extrà de præſump.cum multis concor.
14 † Præterea, licet magni. Franciſcus ipſe fecerit dictã
ſcripturã de promiſsione matrimonij cõtrahendi: at-
tamen non ex ea adparent contracta ſponſalia aliqua
per verba de præſenti, cùm requiratur mutuus cõſen-
ſus contrahentium : & non adparet ꝙ Hyppolita ipſa
tunc temporis aſſenſerit dictæ ſcripturæ, vt ſ. dictum
eſt.& in præſentiarum nõ adparet de matrimonio cõ
tracto:& ſic non poteſt iudicari aut pronuntiari ma-
trimonium fuiſſe contractum, prout petitum eſt per
ipſam Hyppollitam in eius petitione. & ſic in petito-
rio, quod eſt deductum, conſtat præfatum magn. Frã-
ciſcum eſſe abſoluendum.tamen dato abſq; veri præ-
iudicio, ꝙ eſſet deductũ poſſeſſorium, & ꝙ petiiſſet ſe
reſtitui ad poſſeſsionem matrimonij, ſeu quaſi, quod
deductum nõ eſt, tamen fuiſſet neceſſe probari de ma
trimonio contracto per conſenſum : vt in c. ex tranſ-
15 miſſa. & ibi glo. extrà de reſtit. ſpol. † Quinimò &
plus, in poſſeſſorio recuperandæ dato, quòd probare-
tur verè & præſumptiuè de matrimonio, nunquã ob-
tinebit agens poſſeſſorio, niſi excludatur clandeſtini-
tas, vt quia in facie eccleſiæ ſint contracta ſponſalia
emiſsis banniis, ſeruatis iis quæ habentur in c.inhibi-
tio, extrà de clandeſt. de ſpon. aliàs non ſolùm eccle-
ſia non faceret reſtitutionem fieri, ſed etiam ſi ſimul
habitarent. ſepararet ad tempus : ſicut faceret ſi cõtra
interdictum eccleſiæ contraxiſſent. d. c. cum inhibi-
tio ita no. concludit Hoſtiẽ.in c. ex parte. de reſtitut.
ſpol. quem ibi omnes ſequuntur.& eſt glo. ab ipſis non
allegata in dicto c.ex tranſmiſſa.in gloſ.prima, quam
ad hoc ponderat pro not.Io. de Imo.in d. c. ex tranſ-
miſſa.ſed hæc non ſeruata ſunt, nec deducta : ergo ex
nullo capite obtinere poteſt prædicta. Hyppolita. ita
in ſpecie dixit Alex.in d.conſi.cl penul.col. v. volum.
16 † Item agens ex vna cauſa & probans de alia, non po-
teſt in illo iudicio obtinere.l. habebat. in princ. ff. de
inſti.l. Bebius.ff.de pact.dotali.c.Abbate ſanè.de re iu
dic.in vj Bart. in l.j.in princ.ff.de eden. Innoc.in c.ex
parte.de priuileg. ſed præfata Hyppollita egit contra
prædictum Franciſcum deducẽdo cauſam in petitio-
ne, ſcilicet quòd contraxerat cum ea legitimè matri-
monium verum per verba de præſenti, & ſic dato, ꝙ
probaret de alia cauſa, videlicet, ꝙ contraxerat per
verba de futuro, quod per copulam carnalem tranſie-
rat in matrimonium præſumptum, iſtud eſt probare
aliam cauſam, quã deductam in petitione : ideò obti-
nere non poteſt.ita in ſpecie conſuluit Alex.in prædi-
cto conſi.cl.in propriis terminis in v. vol. in pen. col.
17 † Suffragatur inſuper, quia cauſa matrimonij, de qua
agitur, eſt cauſa grauis & ardua, vt dicit gl. & ibi doct.
in c.mulieri.extrà de iureiur.& facit tex.in c.non de-
bet.extrà de cõſang. & affin. ita etiam dicit Abb. poſt
Ant.de Butr.in c.ſi pro debilitate.extrà de offic. dele-
gat.Alex.in conſi.clij.iiij.col.in vj.vol.& ideò de ſty-
lo curiæ plerunque epiſcopus committitur, vt dicunt
doct.in d.c.ſi pro debilitate. & not. Spec. in tit. de re-
ſcript.præſen.§.ratione formæ.ver.nunc ad inſtructio
nem.& refert Abb.in c.cauſam matrimonij. extrà de
offic.delega.Et ideò dicit præfata gl.no.in d. c. mulie-
18 ri.de iureiur. † quòd quando mulier petit aliquem in
virum, ſi non probat plenè matrimonium, vir debet
abſolui, ex quo agitur quaſi de ſtatu hominis, cùm ex
hoc ſeruitus in ipſo conſtituatur, Ita formaliter dicit
ibi glo. quam doct. ibi communiter ſequuntur. Anto.
de Butr.in c.fi.eod.tit.& Imo.in d.c.mulieri. Bal. in l.
in bonæ fidei.C.de rebus cre.Paul.de Caſtr.& Alex.in
l.iij.in princ.ff.de iureiur. Alex. in conſil. cxliij. in ſe-
19 cundo vol. vbi propter hoc infert, † quòd in tali cau-
ſa ſunt neceſſariæ probationes, quæ in cauſis crimina-
libus requiruntur, cùm cauſæ ipſæ matrimoniales eis
æquiparentur.not.Bal.in c.ad noſtram.j.col.extrà de
probatio.Ex quibus omnibus concluditur de matri-
monio ipſo minus ſufficienter adparere, & ſucceſsiuè
præfatum magn.Franciſcũ abſoluendũ ab impetitio-
ne prȩdictæ dominæ Hyppolitæ, eo ꝙ eius teſtes pro-
ducti eſſent in eorum perſonis, & dictis reprobati. Ve
rum vt iudicare debentis religioni, nulla dubitatio in
abſoluendo prædictum Franciſc. oriri contingat, ſed
aperto tramite ad id procedi poſsit, vt iuris eſt, ideo
de qualitate teſtium ex aduerſo productorum, ac eo-
rum depoſitionibus ſuccinctè, quoad potero, verba
faciam, ſingulorum dicta diſcurrendo, & põderando,
& qua repulſa attincti eliſiq; reperiantur in medium
adducendo : quibus enarratis occurrentis quæſtionis
deciſio de facili & veritas clariſsima ac ſerena lique-
bit. Et incipiendo primò à teſte quadã nomine Cla-
rella, quæ depoſuit ſe interfuiſſe tẽpore contracti ma-
trimonij inter prædictos mag.Franciſcum & Hyppo-
litam per verba de præſenti, ſubdens duo ponderan-
da, ſcilicet, quòd id fuit præſente presbytero Baptiſta
filio donne Agnetis, & quòd de dicto matrimonio cõ
tracto præfata Hyppolita voluit ſcripturã manu pro-
pria ipſius Franciſci, ad hoc vt matrimonium ipſum
eſſet validum, & vlterius deleri non potuiſſet: quæ ſcri
ptura fuit ilico facta, & aſsignata prædictæ Hyppolitæ.
conſtat nanq;, quòd prædictus presbyter Baptiſta exa
minatus ad inſtantiam prædictæ dominæ Hyppolytæ,
& interrogatus ſuper c.interrogato.producto per eũ
dem Franciſcũ, reſpondet ſe neſcire de dicto matrimo
nio contracto: vnde ſuccedit depoſitionem prædictæ
Clarellæ eſſe ſuſpectiſsimam, & inualidam, cùm alle-
20 gauerit conteſtem interfuiſſe in actu, in † quo conte-
ſtis ipſe minimè interueniſſe, ſeu ſcire depoſuit. ita di
xit pulchrè Bald.in c.cum cauſam quæ inter archiepi-
ſcopũ.v.col.de teſtib.per text. in l.j.in fin. ff.quemad.
teſta.aper.& conſuluit Alex. in conſ.xc.vlt. col.in iiij.
vol.& ideo propter cõtrarietatẽ, quia adparet ex præ
dictis, quòd vnus alteri cõtradicit, nemini ex ipſis cre
dendũ eſt, ex quo quãdo vnus teſtis contradicit alteri,
21 neutri credi debet, † vt not.Io.And. & magis cõmuni-
ter



ter doct.in c.in noſtra.de teſt.Fed.de Sen.in cõſ.cxlij.
incip.domine Griſſole.& cõſuluit in propriis termi-
nis Alex.in conſi.xxxiiij.vlt.col.in iij.vol.& idẽ Alex.
in conſi. xliij. iiij.vol.Item deponit teſtis ipſe aliud,
videlicet ꝙ prædicta Hyppolita voluit ſcripturã ma-
nu ipſius Franciſci de præfato matrimonio contracto
pro eius cautela.adparet enim dictam ſcripturã pro-
ductam ex aduerſo, continere nudam promiſsionem
contrahendi matrimoniũ per verba de futuro, quam
Hyppolita ipſa ignorare nõ poterat, cùm peroptimè
ſciat legere & ſcribere, vt adparet ex ſubſcriptione
per eam facta, & recognita in capitulis matrimoniali
bus, & ſic cùm ſcriptura ipſa contrarietur depoſitioni
ipſius teſtis, & quam teſtis ipſe allegat, tanto magis cõ
cludendum erit præfatæ teſti nullatenus eſſe creden-
dum, & maximè ob eius ſingularitatem, cùm vnica te
ſtis ſit, & ſingularis in eius depoſitione, dum deponit
de dicti matrimonij contractu, & de fine. & oſculorũ,
quæ cũ cõteſtem nõ habeat, non probat.c. bone.el j.
extrà de electio.c.licet cauſam.extrà de probat. Cùm
enim teſtis ſingularis eſt ibi, non eſt numerus teſtium.
22 vnde tantum † probant mille, quantum vnus: vt dicit
Bal.in l.iuriſiurandi. col.iij.C. de reb.cred. & dicit ibi
Bal. ꝙ ſingularitas operatur, quod minus ꝓbetur per
plures, quã per vnũ: ſed cũ ex iuris diſpoſitione omnis
probatio ſiue indiciũ & præſumptio requiratur pro-
bari per duos teſtes ſaltem, vt not.gl.& doct.in l fi.C.
fami.erciſ.& declarat Bal. in l.cũ circa.C.de iure dot.
Ang. in l.fi.ff. quod met.cau. ergo &c. Accedit etiam
quod probatũ eſt ad repulſam ipſius Clarellæ, videli-
cet: ꝙ eſt pauperrima, ac malæ famæ, & ob eius pau-
23 pertatem ſtat, ſeu morat ad ſeruitia aliena, & † teſtis
malæ famæ & pauper tanquam inhabilis repellitur à
teſtimonio.c.licet cauſam.de proba. l.iij.in prin.ff.de
teſti.not.Hoſt.& Abb.in c.ſuper eo.lo ij.de teſti.& ita
in cauſa matrimoniali in ſpecie ex prænarratis quali-
tatibus teſtis redarguit, conſulendo Alex.in ſuo ſæpius
repetito cõſi.cl.iiij.col.in v.vol.verſ. nũc diſcutiẽdum.
& idem Alex.in conſi.clij. incip.viſo proceſſu.eo. vol.
in iiij.col.Quò verò ad primã teſtẽ in ordine produ-
ctam per prædictã Hyppolitam nomine Cubellam ro-
ſam, deponentem ꝙ dum moraretur ad ſeruitia præ-
fatæ Hyppolitæ in ciuitate Nolæ, quadam die de mane
vidit præfatũ Franciſcum in lecto iacentem cũ prædi-
cta Hyppolita, & quod deinceps vidit ambos ſolos in
quodam retrecto ſpacio vnius horæ clauſos, & reſera-
tos, & ꝙ audiuit à quã pluribus tam in ciuitate Nolæ,
quàm Neapo. de cõtractu matrimonij inter eos. Ad-
uertendum tamẽ eſt, ꝙ in prædictis Cubella ipſa non
allegat aliquẽ conteſtẽ : & in eo quod dicit illos ſtetiſ-
ſe in retrecto ſolos, eſt vnica & ſingularis, & nihilomi
nus, ꝙ Franciſcus ipſe abſq; veri præiudicio fuerit vi-
ſus in lecto cum Hyppolita: ex hoc enim non infertur
fuiſſe inter eos contractũ matrimonium, dato ꝙ ille
actus tẽdere videatur ad inducendã præſumptionem
copulæ carnalis.c.tertio loco.& c.literas.extra de præ
24 ſumptio.& not.in c.prætereà.de teſti.quia copula † &
etiã habitatio inferũt cõcubinatũ. & nõ matrimoniũ,
d.c.illud.& ibi ponderãt doct. maximè Ant. de Butr.
extrà de præſum.& in c.j.iiij. q.v. & ibi not. & tamen
aduerſus prædictã Cubellã probatum eſt, ꝙ cõuocata
ante præfatã eius depoſitionẽ ꝑ prædictũ magn. Frãc.
corã fide dignis teſtibus, & interrogata, an ipſum Frã-
ciſcũ cognoſceret, & ſi aliquid ſciebat de ipſo Frãciſc.
Hyppolita, reſpondit præfatũ Frãciſcũ minimè cogno
uiſſe, nec cognoſcere.& pariter nihil ſcire de ipſo, nec
de Hyppolita prædicta.Probatur inſuper prȩdictã Cu
bellã fuiſſe, & eſſe mendacẽ, vilẽ, ac malæ famæ, adeò
ꝙ aliàs aufugit cũ quodã famulo ipſius Hyppolitæ de
nocte ab eius domo: & ab eodẽ ſe carnaliter cognoſci
fecit dum ſtaret ad eiuſdẽ Hyppolitæ ſeruitia, & furto
ſibi ſubtraxit quandã clamidẽ, & quædam linteamina
quæ ſecum exportauit, vt plenè doctũ eſt.& ſic tanquã
25 criminoſa † de iure repellitur, & præſertim canoni-
co, à teſtificando, cui iuri canonico in cauſa matrimo
niali ſtandũ eſt.c.fi.de ſecũ.nup. Nec requiritur. ꝙ fue
rit dãnata per ſententiã, vt in c.ſuper eo.el j. & in c.te
ſtimoniũ.extrà de teſti. Itẽ probatur inſuper eandem
Cubellã eſſe pauperimã, & vilẽ, adeo ꝙ oſtiatim mẽ-
dicando incedit. & vltra prææallegata aduerſus Chia-
rellã, quæ etiã aduerſus prædictã Cubellã militare ad-
paret, occurrit ꝙ teſti inhoneſtæ ac reprehẽſibilis vi-
tæ nõ creditur.c.teſtimoniũ.de teſti.l.iij.in prin.ff.eo
27 tit.† Alex in cõſi. prædicto cl.in iij.col.in v.vol.& ma
ximè, cõcurrente etiã paupertate, quæ facit, vt teſti nõ
credatur : ſi alias nõ ſit minus honeſtæ vitæ, vt in c.ſi
qui.& ibi not.de teſtib.& not.iiij.q.iiij.in c.ſi teſtes.in
verſ.item teſtes & Spec.in tit.de teſte.§.j.verſi.item ꝙ
eſt pauper. vnde ratione vilitatis & paupertatis non
creditur: vt d.l.iij. in prin.de teſti. & in c.in literis. ex-
trà de teſti. & præſertim in cauſa matrimoniali, prout
iſta not. Hoſti.in c.ſuper eo.el ij. de teſti. & ibi etiam
Abb.conſuluit in propriis terminis Alex. in ſȩpius al-
lega.cõſi.cl.in ver.nunc diſcutiendũ.Et pariter eodem
morbo, quo præfatæ duæ teſtes, adparet laborare Sa-
bella Sauina, tertia teſtis, quæ deponit vidiſſe præfatũ
Franciſcũ cũ dicta Hyppolita in lecto, & ꝙ die ſequen
ti volẽs recedere donauit eidẽ Hyppolitæ anulum au-
reum, promittendo ad eandem redire, & tamen nihil
de matrimonio deponit: aduerſus quã Sabellam obie
ctum fuit, & probatũ de extrema paupertate : & inſu-
per, ꝙ eſt leuis & inhoneſta perſona: & ſic omnino ex
præmiſsis deciſionibus repellitur. & cùm ſit pauper,
& inhoneſta, inhoneſtas eſt infamia ipſo iure, per l.
athletas.in §.ait prætor.ff.de his qui no.infa.& ibi no.
27 † & cõſequenter nõ eſt idonȩa teſtis.l.iij.§.lege Iulia.
ff. de teſti.l.Caſsius. & ibi not. ff.de ſenato.& plenè in
præfato c. teſtimoniũ. extrà de teſti. & præſertim in
hac cauſa matrimoniali non probabit, vt dicit Hoſti.
in d.c.ſuper eod.el ij. de teſti. & ibi Abb. & Alexan.in
præfato conſi.cl.in v. vol. Item conuincitur Yſabella
ipſa de mẽdacio per ſuos conteſtes: nam in eius depo-
ſitione dicit. ꝙ præfatus Franciſcus in eius receſſu de-
dit anulum aureum præfatȩ Hyppolitæ promittendo
redire: & Helias alter teſtis eiuſdem Hyppolitȩ depo-
nit quod Franciſ. in eius receſſu dedit anulum aureum
ſibi, vt ipſum cõſignaret præfatæ Hyppolitæ, & He-
lias ipſe habito anulo eundem cõſignauit Margaretæ
ſuæ vxori, vt illum conſignaret eidem Hyppolitæ.ob
quorum diſcordantiam neutri credendũ. per iura ſu-
prà allega. aduerſus præfatam teſtem in ordine. Quo
verò ad præfatum Heliam quartum teſtem produ-
ctum ex aduerſo, qui in eius depoſitione atteſtatur ſe
vidiſſe præfatum Franciſcum pluries cum præfata
Hyppolita coire, & eoſdem adinuicem dormire, co-
medere, & bibere : & quòd ex eis genitus eſt filius,
& multa alia : & præſertim, quòd Franciſcus ipſe
tranſmiſit anulum eidem Hyppol. per mediam per-

ſonam ipſius teſtis, quem teſtis ipſe dedit Margaretę
ſuæ vxori, vt eundē anulum præfatæ Hyppolitæ con
ſignaret. hic Helias teſtis, quantum ſinodalis exiſtet,
ex multis, ac quāpluribus repulſis infraſcriptis quibus
accinctus eſt, dignoſci poterit: & in primis adparet, ꝙ
eſt maurus & ſeruus: vt in prin. ſuę depoſitionis adpa
ret, ac etiam ſuper ſecundo interrogatorio producto
per eundem Magnific. Franciſ. in quo præfatus He-
lias profitetur ſe pauperem: licet ſubdat ſe in pręſen-
tiarum eſſe liberum, & libertati traditū per pręfatam
Hyppolitam, & Iuliū eius filiū, de quo nihil adparet
& tamen clarum eſt, ꝙ ſeruus etiā reputatus liber, te-
28 ſtis eſſe nō poteſt: † vt dicit Spe in tit. de teſte. §. j. ver.
quid ſi tantum. Suffragatur inſuper, quia cū in rei ve-
ritate ſit ſeruus, nec adpareat de contrario, nō admit
29 titur pro domina abſque † tortura, vt dixit Bald in l.
milites. C. de quæſtio. & melius in auth. ſi dicatur. vlt.
col. ver. tertio caſu. C. de teſti. Itē adparet ex teſtium
depoſitione, ꝙ ſit vilis perſona tā ipſe quā eius vxor,
nomine Margareta, ſimiliter teſtis producta ex aduer
ſo, & viles perſonæ non poſſunt teſtificari in cauſa gra
30 ui in qua nos eſſe adparet, niſi cum tortura, † vt dixit
pulchrè Bal. in dicta auth. ſi dicatur. vlt. col. de teſtib.
ver. tertio caſu. & in d. l. milites. C. de quæſt. Prætereà
adparet tam præfatus Helias, quàm Margareta eius
vxor eſſe ſeruitores pręfatæ Hyppolitæ in præſentia-
rum, ſicut per prius erant, commorantes in eius pro-
pria domo, ad eius ſeruitia, & ſic domeſtici domus. &
dicitur domeſticus inter alios, nedum qui ſubeſt ra-
tione patriæ & dominicæ poteſtatis, ſed etiā, qui co-
habitat, ſeu aliomodo eſt inferior, vel ſubiectus capiti
31 familiæ, † vt libertus, mercenarius & ſimiles, vt habe
tur per Bal. in l. ij. C. de teſti. Spe. in tit. de teſte. §. j. ſe
cūda col. ver. itē quòd eſt domeſticus. eod. tit. Ioan.
And. in c. fin. v. col. de verb. ſign. in vj. & dicūtur etiam
domeſtici, qui viuunt ad vnum panem, & vnū vinum.
32 dicit Bal. in c. in literis. extrà de teſti. † & pariter fa-
miliaris, dicitur domeſticus: quia quicunque eſt fami-
liaris, dicit domeſticus, patet in l. ij. ff. de in ius voc.
iuncta l. ſed ſi quis. §. prætereà. quia familiaris & do-
meſticus dicūtur ſynonima, vt ſentit d. And. in d. c. in
literis. de teſti. & ibi expreſsius Frāc. de Are & Fely.
& ſic cum ſint ipſe Helias, & Margareta eius vxor fa-
miliares, & domeſtici præfatæ Hyppolitæ. & eius ſer
uitores, qui veniunt adpellatione domeſticorum: vt
not. per glo. in §. in teſtibus autē. in ver. ea re. in fin. in
ſtit. de teſtam. omnino reprobantur, & fidem non fa-
ciunt. voluit Bal. in l. etiam. v. col. C. de teſti. & in l. qui
teſtamento. §. quæcunque. ff. de teſtam. Bald. in l. ſer-
uos. C. de quæſtion. & ideo admitti non debent, cùm
non probent: vt in ſpecie firmat Cy. & Cald. in l. ij. C.
de teſti. & in c. in literis. extrà de teſti. Spe. in tit. de te
ſte. §. j. verſic. itē quòd eſt domeſticus. Angel. conſil.
ccxxviiij. incipien. in facto proponitur. Innoc. in cap.
inſinuante. extrà de officio delega. & conſuluit Alex.
in dicto conſi. cl. colum. vj. ver. non probat etiam. in
33 v. vol. imo, † nedum non probat, verum etiam nec in-
dicium aliquod nec præſumptionem facit. Ita Bal. in
l. in teſtimoniū. in apoſtillis. ff. de. teſti. alleg. Spec. in
dicto ver. quid ſi teſtis domeſticus. & probat in §. te
ſtes. iiij. q. iij. ibi, interrogari nō potuit, & voluit etiā
Abb. in c. in literis. extrà de teſti. Bald. in l. ſeruos. in
princ. per illū text. C. de teſtib. vbi dicit, quòd teſtis
qui non facit indicium non debet interrogari, prout
dicit tex. in dict. §. teſtes. iiij. q. iij. & quòd teſtes dome
ſtici in cauſa matrimoniali regulariter repellantur,
34 † tenet in ſpecie Car. Alexā. alias Præpo. in c. regulæ.
xxix. diſt. & inſuper accedit, quia vltra famulatū ſunt
35 viles perſonæ, quibus nullatenus † credēdum eſt: per
glo. in §. in teſtibus. inſtit. de teſta. in ver. ea re. & not.
per Cyn. & Bal. in d. l. ij. C. de teſti. per Bar. in l. ſeruos
C. de quæſt. Bald. poſt Cyn. in l. qui teſtamēto. §. quę-
cunque. ff. de teſta. & c. in iure pleniſsimè demonſtra-
tum eſt, & allegatum aduerſus alios teſtes. Nō omit-
to notoria mendacia ipſius Margaretæ, dum deponit
præfatam Hyppolitam eſſe ætatis xxv. annorū, quod
eſt contra depoſitionem ſeptem teſtiū deponentium
ipſam excedere ætatem xl. anno. & plus, prout etiam
ipſamet Hyppolita in eius depoſitione nō negare vi
detur. maximè dum dicit, quòd tempore quo reman-
ſit vidua, erat ætatis xxiij. an. & fluxerunt iam xiij. an-
ni à tempore mortis quondā Franciſci de Nola eius
viri, vt ipſamet deponit: & ſic fatetur ingenuè eſſe ęta
tis xxxvj. ann. & teſtis adparet depoſuiſſe cōtra depo
ſitionem ipſiuſmet principalis: & ſic quantum eidem
ſtari deceat, conſideretur: & pariter deprehēditur in
mendacio alio, & conuincitur, dum deponit, ꝙ ſunt
iiij. anni elapſi, quibus amplius Helias ipſe non ſtetit,
nec ſtat in ſeruitiis præfatæ Hyppolitæ: & tamen ſex
teſtes ſpectatæ fidei deponunt contrarium: videlicet,
quod Margareta ipſa ſemper & vſque in pręſentiarum
ſtetit, & ſtat ad ſeruitia ipſius Hyppolitæ. itē conuin-
citur, quia deponit, quòd illi nobiles, qui venerūt cū
pręfato Magnif. Franciſco Nola. acceſſerunt ad dor-
miendum extra domum illo ſero: & quòd Franciſcus
ipſe ſolus remanſit in domo cū eius nepote: & tamen
conuincitur per depoſitionem eorundem nobilium,
deponentium ꝙ ibidem dormierunt illa nocte: & à
domo præfata nullatenus exiuerūt. Suffragatur inſu-
per, ꝙ inter præfatum Heliam, & eius vxorem Marga
retam pręfatam circa anulum datur cōtrarietas: quia
Helias deponit anulum ipſum dediſſe eidem Marga-
retæ eius vxori, vt cōſignaret præfatæ Hyppolitę, &
Margareta ipſa aliter deponit, videlicet quòd Fran-
ciſcus præfatus cōſignauit anulum ipſemet præfatæ
Hyppolitæ, cum quadam Corniola tempore quo re-
ceſsit à ciuitate Nolæ, eidem dicendo, *tenitiue queſto
da mia parte*: & ſic neutri credendum erit per iu-
ra ſuperius alleg. aduerſus primum teſtem in ordine
allegationum. Nec militaret, quatenus allegare con-
tigerit, quod præfata contrarietas non videtur adpa-
rere in principali ſubſtantia facti, de quo agitur, ſed
in circunſtantiis: & ſic quòd dictum teſtis vitiari non
debeat, ſecundum Innocen: & Panor. in cap. fraterni-
tatis. extrà de hære. & Old. in ſuo conſilio cccvij. nàm
reſpondetur, quòd vbi ſubeſt aliquà ſuſpitio in teſti-
bus, prout in caſu præmiſſo, attētis ſupra relatis. etiā
36 ſi in circunſtantiis ſint contrarij, eorum † dicto non
ſtabitur. dixit Azo in ſumma de teſtib. gloſſ. in cap.
cauſam, quæ. in verſicul. tempore. extrà eodem titul.
Specul. in tit. de teſte. §. quid iam de interrogatoriis.
& plenè Alexand. in conſilio xc. in. iiij. volumine. Nec
obſtaret, quòd dici poſſet, quòd ſaltem in ſubſidium
deberent teſtes ſuprà relati, ita viles & domeſtici ad-
mitti, maximè in cauſa matrimoniali. per id quod
habetur in capitulo ſuper eo. el. ſecundo. de teſtibus.
& in capit. videtur. extrà qui matrimo. accuſ. poſſ. &
in l. conſenſu. C. de repud. & in l. ſerui. de teſtibus.
vbi



vbi etiam in ſubſidium admittitur pro teſte ille, qui
aliàs non admitteretur. † Nam reſpondetur per id,
37 quod no. gl. in c. tertio loco. de proba. in gloſ. ſecunda
quam ibi multum no. Ant. de But. quòd illud quod di
citur pro eccleſia admitti ad teſtificādum illos de ec-
cleſia, vel pro vniuerſitate illos de vniuerſitate, hoc eſt
verum in ſubſidium, vt quando alij teſtes non reperi-
rentur veriſimiliter ex natura illius actus: & id quod
dicitur credendum eſſe teſti aliàs non ſufficienti, quā
do alia deficit probatio debet intelligi verum eſſe,
quando ex natura regulari illius facti alij teſtes veriſi
militer accurrere non potuerunt: Secus ſi potuerunt
alij haberi, licet caſualiter non interfuerint: Vnde ad
probandum geſta in capitulo eccleſiæ, admittuntur
illi de eccleſia ſeu capitulo: quia ex natura regulari eo-
rum quæ geruntur in capitulo, eſt, ꝙ nō ſolent intereſ
ſe extranei. d. c. veniēs. el. ii. in fi. de teſt. & ideo tales de
capitulo admittuntur, vt ibi: & ita illa gl. multum ad
hoc no. Ant. de But. in cōſi. ſuo incip. quæſtio hæc du-
bia habet vulgaria. vbi dixit, ꝙ iura præfata intelligū-
tur in actibus, in quibus actu & habitu attento cōmu-
ni curſu de eo non potuerunt alij teſtes haberi, licet
fortè non habeantur actu: quia tunc non reperiuntur
teſtes non integri: aliàs ſemper teſtes nō integri ſuffi-
cerēt: quia pars alleg. illud eſſe factū in domo, ſed ma
trimonia communiter conſueuerunt palam ac publi-
cè fieri: ergo huiuſmodi teſtes non integri nullatenus
probare habent. Ita in propriis terminis & ſpecie con
ſuluit Alex. conſi. cl. ij. col. in v. vol. Io. de Imo. in d. c.
tertio loco. & ad hoc etiam tendunt, quæ no. d. Abb.
in c. fi. ij. not. extrà de teſti. cogen. & idē cōſuluit Ale.
conſil. cxlviij. iij. col. in v. vol. & cōſi clj. eo. vol. ij. col.
ſed ex natura regulari ipſius matrimonij nō eſt, ꝙ ad-
hibeantur teſtes illius conditionis & notæ, cuius iſti
teſtes eſſe probātur: ſed potuerūt adhiberi teſtes opti
mæ conditionis & famæ, ac omni exceptione maio-
res. Bene facit, quod habetur in c. j. de conſang. & affi-
nit. & in c. j. xxx. q. v. ergo nō poteſt dici, ꝙ in ſubſidiū
debeant admitti. Ita etiam conſulendo tenet Alex. in
conſi. clij. in v. vol. ſubdens, ꝙ poſito ꝙ extra dictū ca-
ſum poſſet procedere id, quod dicitur in ſubſidiū ad-
mitti teſtes, qui aliàs non admiterentur: poſſet eſſe ve
rum, quando tibi non poſſet imputari culpa, ſi nō ad-
hibuiſti teſtes idoneos: vt quia fuiſti vulneratus corā
teſtibus, qui non eſſent omni exceptione maiores, &
38 tunc poteris in ſubſidium probare. ad hoc quod † legi
tur & not. xiiij. q. ij. in c. quanquā. & in d. c. j. de teſti. co
gen. & ꝙ not. Io. And. in addi. Spe. in tit. de teſte, §. j.
ver. item excipitur, ꝙ eſt impubes. ſuper ver. item, ꝙ
eſt mulier. cum ſi. ſed quādo fuit in culpa, quia potuit
adhibere teſtes idoneos ad actum, ad quem delibera-
tè, ſeu ex propoſito procedit, & tunc eſt ſibi imputan
dum, ſi ſe nimiū arctauit. l. ij. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis
cau. leg. ſi fideiuſſor. §. j. ff. qui ſatiſda. cog. Debuit ergo
dicta domina Hyppolita, ſi volebat matrimoniū con-
trahere cū præfato Magni. Franc. adhibere teſtes qui-
dē idoneos, aliàs de facili teſtes inhabiles & ſuſpecti
poſſent admitti ad probandū id, quod nunquam fuiſ-
ſet, dummodo allegaretur alios teſtes non interfuiſſe,
& ideò non debet aperiri via malitiis. l. in fundo. cum
ſimil. ff. de rei vendicat. & ſic prouiſio legis repellen-
tis teſtes ſuſpectos, & inhabiles, redderetur inanis &
eluſoria, contra id, quod habetur in l. ij. C. commu-
nia de lega. & in c. commiſſa. de elec. in vj. verba ſunt
hæc formaliter relata per Alex. in dicto conſi. clij. vij.
colum. in v. volum. in quo pro conſimili cauſa matri-
moniali ita conſuluit in iſtis propriis terminis. & ſic
nullatenus allegari poſſet teſtes ipſos fuiſſe receptos
in ſubſidium, maximè cùm Hyppolita ipſa in articu-
lis ſuis, & præſertim in articu. quinto, & xvij. adduxe-
rit & poſuerit, quòd Franciſc. ſæpè & ſæpius confeſſus
fuerit coram teſtibus contraxiſſe ſecum matrimoniū,
ergo non poſſet nunc dicere contrarium. l. cum pre-
cum. C. de libe. cauſa. l. ij. C. de inſti. & ſubſti. l. j. C. de
fur. Quinimò licet domeſtici vel familiares non ſint
idonei teſtes, niſi in ſubſidium in his, quæ domi agun-
tur, præſertim quando agitur inter virum & vxorem
per tex. no. ſecundum Abb. in d. c. in literis. de teſti. Se
cus enim, erit vbi ageretur de dirimendo vel proban-
do matrimonio, quia tunc non probāt. Ita voluit pul-
chrè Abb. & poſt ipſum Fel. in d. c. in literis. vbi dicūt
39 eſſe not. caſum de hoc in d. c. in literis. † Quò verò ad
alium teſtem Iulium mazeum, filium ipſius Hyppoli-
tæ, minimè eius depoſitio eidem Hyppolitæ in aliquo
opitulari poteſt, inquantum deponere videtur ſuper
circūſtantiis matrimonij, & copula, maximè cū ſuper
prætenſa copula habita, vt dicitur Nolæ inter ipſum
Franc. & Hyppolitam ſit teſtis ipſe ſingularis, tamen
etiam quia filius, ſicut dicimus econuerſo in matre,
40 † quòd licet teſtimonium matris non repellatur in
cauſa matrimoniali filiæ, quando deponit pro filia, ta
men non eſt verum, ſi ille cum quo deponit filiā con-
traxiſſe matrimonium, non ſuperabat filiam nobili-
tate, diuitiis, potentia, vel honore, vt not. Io. And. Ho
ſtien. & alij in c. videtur. extrà qui matr. accu. poſ. per
tex. ibi, & per tex. in c. ſuper eo. el. ij. de teſti. imò etiā
ſi eſſent pares in conditione, teſtimonium matris eſt
41 ſuſpectum, † vt dicit Hoſtien. in ſumma in titu. de te-
ſte. §. ſi quis poſsit. ver. vbi autē. quare Spec. in tit. de
teſte. §. j. verſi. item quòd eſt parens. Or multo magis
erit in filio, qui eſt inferior matre, & eiuſdem matris
honori deferre tenetur, & ſi matrimonium ipſum nō
ſortiretur effectum ipſe quoque maxima iniuria affi-
ceretur, cùm iniuria facta vni de agnatione, toti agna
tioni facta videatur, intantum quòd à teſtificando re-
42 pellit agnatos, quantò magis † filium pro matre, dixit
Bart. in l. lex cornelia. per illum tex. ff. de iniur. poſt
glo. idem Bart. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib.
xj. Bal. in l. vnica. C. ſi quacun. prædi. poteſt. Bal. in l. j.
43 C de rap. virg. † Accedit inſuper, quia teſtis conſan-
guineus ſaltim in cauſa criminali non admittitur pro
conſanguineo. vt tenet Bart. in l. qui teſtamento. col.
fi. in §. quæcunque. ver. ſed quæro, quid in criminali-
bus. ff. de teſtamen. & probatur in c. accuſatores. iij. q.
v. & in c. j. & in c. abſens. lo. ij. iij. q. ix. & not. Abb. in
c. literas. col. iij. extra de præſump. Bal. in l. fi. j. col. de
proba. vnde pariter & in cauſa matrimoniali repel-
lendus venit, quæ criminali ęquiparatur, vt ſuprà pro
batum eſt, & infrà dicetur, & eo magis vendicabunt
ſibi locum præmiſſa, quando præfati conſanguinei
inſimul habitarent, quia eo caſu talis cohabitatio au-
44 get ſuſpicionem parētelę, † vt not. Bal. in l. parentes.
ij. colum. C. de teſtib. Anto. de But. & Io. de Ana. in c.
cùm oporteat. de accuſ. Pet. de Anch. in conſi. cclxviij.
incipien. in cauſa agitata. ſecunda colum. Or quantò
magis dicendum erit in hoc Iulio teſte, qui filius eſt
ipſius Hyppolitæ, & ſi matrimonium præfatum non
ſortiretur effectum, prout nullatenus ſortiri poteſt
de

de iure Hyppolita ipſa non modica iniuria affecta re-
maneret, cum articulauerit, & probauerit per ſuos te
ſtes repulſatos ſe fuiſſe carnaliter cognitam à pręfato
Franciſco, & ſic ageretur de proprio intereſſe ipſius
Iulij filij, quo caſu iniuria cómunis eſſe videretur. Ita
in ſpecie conſuluit Philip. Dec. in conſi. cxxxiij. in iij.
col. & ſic eo caſu videtur Iulius ipſe in cauſa propria
45 teſtificari, & † vbi adparet verſari vindicatio iniurię, vt
dicit Ant. de But. in c. cum oporteat. de accuſat. Saly.
in l. parentes. C. de teſtib. & conſuluit Soci. in conſil.
clxxiiij. col. ij. & Fely. in d. c. cũ oporteat. & plenè Iaſ.
in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. pen. colum. ff. de
verb. oblig. Et aduerte, quia Decius in dicto conſilio
cxxxiij. præallega. cõſuluit in particulari in cauſa ma-
trimoniali, & ſic remanet firma concluſio, quòd nul-
latenus præfatus Iulius tanquam filius in aliquo præfa
tæ ſuæ matri teſtificãdo opituletur. Præterea in ſuprà
relatis aliis teſtibus, in quibus difficultas probationis
matrimonij conſiſtere videtur, aduertendũ arbitror,
nos eſſe in cauſa matrimoniali, in qua attendi debet
46 diſpoſitio iuris canonici. † c. fin. de ſecund. nupt. cum
vulgar. Cuius notiſsimi iuris eſt, mulieres in cauſa cri
minali teſtificari non poſſe. c. forus. §. fina. vbi gloſ. in
ver. fœmina. extrà de verbo. ſignifica. c. mulierem. &
ibi glo. ver. nec teſte. xxiij. q. v. & not. Hoſtien. in ſum
ma de teſtib. §. ſi quis teſtis eſſe poſsit. in princ. & not.
glo & doct. in c. quoniam aliqua. de teſtib. & ideò ſuc-
cedit conſequentia, quòd ſi mulieres in cauſa crimina
47 li in teſtes non admittuntur, pariter † nec admitti de
bent in cauſa matrimoniali, quæ grauis eſt & ardua,
& cauſæ criminali æquiparatur: dicit Bal. in c. ad no-
ſtram. j. colum. extrà de probat. conſuluit Alex. conſi.
cxliij. in ij. vol. & ſuprà aliàs dictum eſt, concurrente
maximè ſuſpitione aduerſus mulieres pręfatas ex plu
ribus rationibus atque cauſis, de quibus ſuprà, quo ca
ſu omnino repelluntur à probatione prætenſi matri-
monij, propter ſuſpicionem, vt not per Hoſt. & Abb.
in d. c. ſuper eo. el. ij. de teſtib. & præſertim procedunt
præalleg. cùm in cauſa matrimoniali requirantur te-
48 ſtes omni exceptione maiores, † & non ſufficeret, ꝙ
aliâs eſſent idonei. text. eſt & ibi doct. in c. in literis. in
glo. fin. extrà de teſtibus. & in c. j. & ibi Præpoſi. extrà
de conſangui. & affini. quod vendicat ſibi locum, tam
quando agitur de probando matrimonium, quàm
quando agitur de infringendo, vt dixit And. Barba. in
ſuo conſi. liij. colum. iij. in fi. & in conſi. xlv. col. j. j. vol.
Decius in ſuo conſi. clxiij. vi col. vbi plenè & tenet gl.
in d. c. j. de conſangui. & affini. & ibi Abb Panor. per
illum tex. in ij. not. & conſuluit idem Phili. Decius in
conſi. cccx. & inſuper teſtes in cauſa matrimoniali de-
ponentes, requiruntur eſſe probatæ vitæ & optimæ
opinionis & fidelis conuerſationis, ita quòd non ſit ve
riſimile ipſos deierare ex aliquo reſpectu ſeu cauſa, &
49 ſic quòd in effectu ſint omni exceptione maiores, † vt
in c. licet. & in c. in literis. de teſtibus. & ita conſulen-
do in ſpecie tenet Alex. in conſi. xlvij. in iiij. vol. & con
ſil. xcix. in iij. vol. & conſi. clij. in v. vol. vij. col. & conſi.
clj. vlti. col. circa princ. col. v. vol. & tenet etiam Fely.
in rub. de ſponſa. in collectione priuilegiorum cauſæ
matrimonialis. in iiij. priuilegio. in ver. poſtremo. vj.
50 col. nullam de præalleg. faciens mentionem, † imò
debent teſtes producendi in cauſa matrimoniali eſſe
præclaræ famæ & conuerſationis, vt habetur in c. in-
ſuper. & ibi Prępo. extra qui matri. accu. poſſ. Vltimò,
minime ſe iuuare poſſet præfata do. Hyppolita de illa
generali regula gl in l. iij. §. j. in ver. numerus. ff. de te-
ſti. videlicet ꝙ numerus habeat ſupplere defectũ teſtiũ
cũ hoc nõ habeat locũ in cauſa graui, prout eſt iſta, vt
clare ſentit Bal. in c. ad noſtrã. extrà de proba. vbi de-
terminat, ꝙ etiã ſi eſſent plures teſtes infames etiam
51 de facto, non probant, † & idem, vt infrà tenet Phili.
Decius in propriis terminis cauſæ matrimonialis, in
conſil. cxxxiij. pen. col. & ibi alleg. Bald. in loco præal
leg. vbi Bal. determinat, quòd etiam ſi eſſent plures te
ſtes infames etiam de facto, non probant, & hoc idẽ
de pluribus teſtibus domeſticis not. tradit Pet. de An-
cha conſi. ccxlvij. & ibi dicit, quòd ea ratione, qua
vnus teſtis ſingularis non probat, ſimiliter vnus infa-
mis, vel domeſticus reprobatur, eadem ratione ſi ſunt
plures, omnes repelluntur, quia ratio repellendi, quæ
eſt in vno, eſt in pluribus. vnde concludit, quòd plu-
res teſtes inimici, & plures domeſtici, repelluntur,
52 † & quòd numerus teſtium non ſuppleat defectum in
cauſa graui, licet ciuili, ſicut nec etiam in cauſa crimi-
nali, tenet etiam Marſi. in ſua practi. cau. cri. in §. ex-
pedita. xiiij. colum. verſi. iſtud tamen limita. Et conſu-
luit idem Hyppol. in ſuo conſi. cix. ij. col. vbi alleg. idẽ
tenere Fely. in c. teſtimonium. v. col. in fi. de teſtib. &
Ang. in conſi. cxxviij. & idem tenet ipſe Marſil. in ſin-
gul. ſuo ccccLxxvij. incip. in teſtibus. nu. 3. & ſic maxi-
mè concedenda ſunt præalleg. in præſenti cauſa ar-
dua & graui, concurrentibus tot & tantis defectibus
aduerſus præfatos teſtes, non poteſt dici de prætenſo
matrimonio, modo aliquo probatum legitimè adpa
rere. Ex quib' præfatus Magni. Franc. ſeripanus venit
rationabiliter abſoluendus ab impetitione præfatæ
dominæ Hyppolitæ. In cæteris facundiſsimæ doctri-
na Magnifi. iudicantium ſupplere poterit, & ita vide-
tur mihi Thomaſio Grammatico V. I. D. eſſe de iuris
cenſura. Et ita prout ſuprà per me concluſum eſt, fuit
iudicatum per curiam Reuerend. Vicarij Archiepiſco
pi Neapo. cum voto Magnifi. V. I. D. domini Colucij
coppulæ, & domini Franciſci de afflicto. V. I. D. de
Neapo. & domini Gabrielis de Blaſio, de beneuento
conſultorum electorum per dictam curiam, attenta
importantia cauſæ, & confidatorũ per ambas partes.

SVMMARIVM.

1 *Talis qui vult admitti ad probandum vt talis, debet pri mò probare ſe talem.*

2 *Sequeſtrum fieri non poteſt niſi conſtito prius de debito vbi dicitur etiam, quod debet conſtare per publicum inſtrumentum.*

3 *Fideiuſſoria cautio de ſtando iuri datur aduerſus ſequeſtrum, id eſt, coram iudice competenti. & nu 4.*

5 *Subditus alterius iuriſdictionis quis dici non poteſt, niſi eius ſub qua retinet domicilium in loco.*

*Forus domicilij eſt generalis & ordinarius: & concurrit cum quolibet foro.*

6 *Iudex originarius poteſt citare ſubditum vbique ſiſtentem, Et in hoc differt à iudice loci delicti ſeu contractus.*

*Iudex qui non eſt ratione domicilij vel originis non poteſt petere delinquentem ſibi remitti.*

*Criminoſus puniri poteſt per iudicem loci, in quo criminoſus reperitur ipſe, cùm idẽ ſit in cõtractibus, tamẽ hoc intelligitur, ſi ipſe delinquens reperitur ibi habere domicilium.*

Iudex



7 *Iudex loci delicti quòd habet iuriſdictionem in delinquentem intelligitur, quando delinquens reperitur in loco delicti.*

8 *Accuſatio ſeu querela perit, ſeu extinguitur per lapſum viginti annorum.*

9 *Iudex loci delicti vbi de crimine ciuiliter agitur, non petit ſibi accuſatum remitti.*

10 *Præſes in duabus prouincijs, non poteſt negotia vnius prouinciæ in alia prouincia expedire.*

11 *Fideiuſſoriam cautionem præſtans de ſtando iuri in proprio domicilio non poterit alibi conueniri ſeu puniri.*

12 *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes, & de eodem actu deponere.*

13 *Probatio plena reſultat ex pluribus coniecturis & præſumptionibus.*

14 *Probationes vbi ſunt difficilis probationis, veriſimiliter lex eſt contenta omni probatione, etiam per argumenta & probabiles coniecturas.*

15 *Probatio vbi liquida & clara haberi non poteſt, ſufficit quòd iudex ex vehementi opinione ſe informet.*

16 *Iudex vbi habet præſumptiones vel aliquas coniecturas, per quas inducitur ad opinionẽ vel ſuſpitionem quòd res ita ſit prout dicitur poteſt ex hoc ſolo iuramentum ſuppletorium deferre.*

## CONSILIVM XXVII.

TRemendi Dei præſidio poſtulato, Amen.
In cauſa Magnifi Nicolai Archietæ Hiſpa
ni Regij alumni, cum honeſta & nobili mu
liere Hyppolita Pirocia de Neap. eſt prin
cipaliter fundandum pro ipſo Magni Archieta, quod
præfata Hyppolita egit tanquam hæres Anelli pirocij
ac Simonis Ioan. Fran. & Diomedis fratrum, de quo
quidem nihil adparuit, nec adparet: & ex vulgata iuris
diſpoſitione, qui vult admitti tanquam talis, debet pri
1 mò † docere ſe talem eſſe, prout præſupponit. l. qui-
dam referunt. de iure codic. l. ſi quæramus. ff. de teſta.
ita Bart. & Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſ non poſ.
& ideò qualitas quæ eſt cauſa, vt quis audiatur, vel ad-
mittatur, probari debet. l. ait prætor. § docere. vi bo-
no. rapto. Bart. in l. id quod pauperibus. C. de epiſc. &
cler. & faciunt not. per Bart. & ſcriben. in l. Titius. de
teſtamen. mili. Accedit & aliud, ꝙ non conſtito, quòd
hæres fuerit per magnam curiam vicariæ fuit proceſ-
ſum, licet indebitè, ad coertionem perſonalem ipſius
2 Archietæ pro aſſecuratione iudicij: & ſucceſsiuè † ad
ſequeſtrum, ad quod procedi non poterat, non conſti
to de debito, & ſic de expoſitis ex aduerſo. Ita Bar. in
l. litibus. C. de agri. & cenſi libr. xj. & l. per hanc. C. de
erog. mil. ann. libr. xij. Bald. in cap. olim. ex literis. ex-
trà de reſcrip. & Matth. in tract de carce. vbi plus te-
nent, quòd requiratur de debito conſtare per publi-
3 cum inſtrumentum, † & maximè grauatus adparet
Magni. ipſe Archieta, cum declinatoriam fori allegat
pro Indico patre ſuo, adſerens quòd ſi quid pars ad-
uerſa prætenderit, illum in ius vocari faceret coram
iudice competenti in partibus Biſcaiæ, cùm ex vulga-
ta iuris diſpoſitione, actor forum rei ſequi debeat. ca.
cùm ſit generale, cum vulg. de foro compet. Offeren-
do inſuper cautionem, quòd præfatus eius pater ſiſte-
ret iuri in eius foro: licet ad eam præſtandam minimè
teneretur, & tamen etiam, quando præfatus Magni.
Indicus principalis hic Neapo. eſſet, & pro re mobili
conueniretur, & ſuper ea peteretur ſequeſtrum obla-
ta cautione de ſtando iuri coram iudice competenti,
in foro ſuo, nõ poteſt res ſequeſtrata ſibi detineri, aut
ſequeſtrari, & maximè quando eſſet res, quæ hic non
eſſet perpetuò remanſura, niſi cauſa cuſtodiæ dunta-
xat ad tempus: prout in caſu de quo agitur. ita in pro-
4 priis † terminis tenet Bartolus in l. fina. C. vbi in rem
actio. Angel. & Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi fideiuſſor. §.
ſi ſatiſdatum. ff. qui ſatiſd. cogant. & ibi loquuntur in
tranſeuntibus per hanc ciuitatem cum rebus alienis.
nam domini eas recognoſcẽtes obtinebunt ſequeſtrũ,
& data cautione de ſtãdo iuri in foro trãſeuntis libera
bitur, & erit iudex cõpetens, iudex originis ſeu domici
lij, qui reputatur ordinarius, ſuper cognitione obiecti
criminis: prout dicunt Inn. in c. licet. de for. cõpe. gl. in
cle. j. eod. tit. & hoc ex quo forus iſte domicilij, eſt ge-
neralis & ordinarius, & concurrit cum quolibet foro:
prout dicit pulchrè Feli. in c. licet. ix. col. extrà de fo.
compe. & intantum, ꝙ non poteſt quis dici ſubditus
alterius iuriſdictionis, niſi eius ſub qua retinet domi-
5 cilium † in loco. gl. eſt in cle. j. in ver. ſubditos. extrà,
de fo. compet. quam ſequitur Mar. & Abb. in c. j. extrà
eod tit. Alex. in l. pen. ff. de iuriſd. omn. iudi. & in l. ad-
ſumptio. ff. ad municip. vbi plenè. & ideò dixit Abb. in
cap. nuper. ad fin. extrà de ſent. excom. quòd forenſis
non dicitur ſubditus ratione delicti, nec comprehen-
ditur in ſtatuto loquente de ſubditis. Idem tenet Car.
in cle. j. §. j. de fo. comp. & maximè, quia ſi Magn. Indi
cus pater deliquit, prout ex aduerſo præſupponitur,
poteſt puniri in foro ſuo, licet pręſupponitur, in alieno
territorio deliquiſſe. l. fin. & ibi Bal. C. de commer. &
merca. & voluit Bart. in l. ij. ff. de offi. præſid. & Car. in
cle. ij. § denique. de re iudi. & §. rurſus. j. oppoſ. eo. tit.
& hoc, quia vt dixi, iudex originis ſeu domicilij eſt ge-
neralis & ordinarius, intantum quòd delatus ſeu in-
quiſitus, nõ cogitur comparere in loco delicti, prout
dicunt Inn. & doct. in d. c. licet. de for. compet. & ta-
men iudex originis poteſt citare ſubditum vbique ſi-
6 ſtentem: quia ſemper eſt ſubditus. † & in hoc differt à
iudice loci delicti, vel contractus. ita dicit Car. in cle-
men. paſtoralis. de re iud. in §. illud pen. colum. Fely.
in dicto c. licet. xij. colum. in verſic. ſcias. de foro com
peten. & ideò ſucceſsit iuris diſpoſitio, quòd in deli-
ctis remiſsio peti non poteſt per iudicem, qui non eſt
iudex ratione domicilij, vel originis: per text. in c. j. de
priuileg. in vj. quem dicit ſingu. Franc. de Are. in d. c. li
cet. de fo. compet. & ſequitur ibi idem Felin. in iiij. col.
in verſic. ex dictis doctorum. & licet iure cautum ſit,
quòd criminoſi puniri poſſunt, vbi reperiuntur: quia
ſic eſt in contractibus, per ea quæ habentur in l. ij. C.
de iuriſdict. omniũ iudicum, vt dicit Plac. & gl. in l. j.
C. vbi de cri. agi. oportet. tamen illud verbum, videli-
cet vbi reperiuntur, intelligendum eſt, vbi reperiun-
tur habere domicilium: ita declarat Saly. poſt gloſ. in
dicta l. j. ij. col. C. vbi de cri. agi oportet. ſubdens quòd
hæc opin. communiter approbatur, & id, quod dicitur
quòd iudex loci delicti habet iuriſdictionem in delin
7 quentem, intelligitur, † quando delinquens reperitur
in loco delicti: vt in c. poſtulaſti. & quod ibi dicitur,
extrà de foro competen. ita dicit Abb. in dicto capit.
licet. ij. colum. eod. tit & ſic etiam eſt in iudice ratione
contractus vel quaſi: nam quatenus reperitur in loco
ſuo, ſeu ſibi ſubdito ratione iuriſdictionis, illum con-
uenit: per text. in l. hæres abſens. ff. de iud. cùm ſi alibi
eſſet, remiſsionem petere non poſſet. eſt enim regula
re, quòd in cõtractibus non fiat remiſsio: vt dicũt do-
ctor.

ctor.in d.c.licet. & Saly. in auth.ſi verò criminis com
miſsi.C.ad leg. Iul. de adul.quia ſic inuitus non extra-
hitur quis de domo:vt in l.plerique.ff.de in ius voc. ita
nec de ciuitate propria, vel prouincia: ita Saly. ibi &
Felyn. in d.c. licet. Et inſuper aliud conſiderandum,
quòd prætenſum delictum ex aduerſo in memoriali
porrecto, enarratur fuiſſe commiſſum anno 1486. &
ſic ſunt decurſi anni xxv. vſq; in præſentem diem quo
caſu accuſatio non procedit, cùm ſit extincta per la-
8 pſum xx.ann.cùm accuſatio regulariter † viuat annis
xx.l.querela.cum vul.C.de fal.& hoc, quia delator ſeu
accuſator proſequitur ius fiſci, & iura fiſci ſpatio xx.
ann.præſcribuntur:vt not. in l.j.§.diuus.ff.de iure fiſc.
& not.per Cy.in authen.quas actiones. C de ſacroſan.
eccleſ. & plenè Bal. in d.l querela. & ſic quatenus ex
aduerſo prætenderetur ſibi licere proſequi præten-
ſum intereſſe ciuiliter, ſuccedit quòd vbi de crimine
6 ciuiliter agitur, † etiam in atrocioribus iudex loci de-
licti non petit ſibi delatum, ſeu accuſatum remitti: vt
not.Cald.in c.j.de rapto.Abb.in præfato c. licet.viij.
colum.extrà de foro compet. Nec poſſet ſuffragari in
aliquo parti aduerſæ, quod ſumus ſub eodem princi-
pe:cùm clarum ſit, quòd præſes habens iuriſdictio-
nem in duabus prouinciis, non poteſt negotia vnius
10 prouinciæ, † in alia prouincia expedire.gl.eſt in l.iij.
ff.de offi. præſi. quam ibi ſequitur Bald. per rationem
Titius glo.per tex.in l.penult ff.de iuſti. & iur. & eam
referunt & ſequuntur Mod Sabaudi. videlicet Claud.
de Sciſſel.in l.extrà territorium. ff.de iuriſd. omnium
iudic. & ibi ſubdens iſtam opinionem veriorem de iu-
re: licet aliqui aliter dicant: & ſic data incompetentia
ſuæ iuridictionis cognoſcendi de cauſa aduerſus præ-
fatum Magnificum Indicum patrem huius Nicolai, ſe-
quitur quòd ſi actrix ius aliquod habere prætendit, de
bet illud experiri coram iudice ipſius Magni. Indici,
& in ſuo foro:maximè cùm Magni.Nicolaus ipſe ob-
tulerit cautionem praſtare, vt præfatus Indicus eius
pater ſuo foro ſiſtat iuri, cum præfata actrice: & iu-
11 re cautum eſt, † quòd & vagabundus offerens ſatiſda
re de ſtando iuri in proprio domicilio, non poterit
alibi conueniri; ſeu puniri.glo.eſt in l.hæres abſens.in
princip.glo.magnæ.ff.de iudic. & ita etiam dicit Tho-
mas de forli magnus doctor, vt refert & ſequitur Bal.
in d.l j.C.vbi de cri.agi oportet: & ibidem Cyn. & ni-
hilominus probauit Magni. Nicol. ipſas literas cam-
bij habitas tranſmiſiſſe eo modo, quo veriſimiliter
probari potuit, probauit enim habuiſſe literas præfa-
tas ante citationem ſibi factam, & confeſtim eodem
contextu & hora ſcripſiſſe literas eius patri: & ibidem
cum literis quæ ſcribebantur per ipſum poſuiſſe lite-
ras ipſas mercatorum: & inſuper ipſum propius mo-
dicum ante dixiſſe velle literas ipſas cambij in Hiſpa
nia deſtinare, cùm ibi veniebat facienda ſolutio: vt
mercatores quoque examinati depoſuerunt, & eodē
quoque contextu viſus fuit ponere certas ſcripturas
intus literas ſcriptas per ipſum, & incontinenti tranſ-
miſſas cauallario recedenti, adeò quòd ſcripturæ ipſæ
non fuerunt amplius viſæ penes ipſum, & vnus in ſpe-
cie de teſtibus deponit de viſu, videlicet quòd vidit li-
teras cambij imponi intus literas ſcriptas per ipſum
Archietam, ſequitur quòd per alios teſtes præfatos de
poſitum & teſtificatum eſt, vt declaretur per ipſum
teſtimonium de viſu, prout dicit Bal.in l.de quibus.de
12 legib. Ex quo in dubio teſtes præſumūtur cōteſtes, † &
de eodem actu deponere.dixit Bald.in l.ij. C.de bon.
poſſ. ſecundum tabulas. Abb:in c.cùm Io.extrà de fide
inſtrum. Iaſ.plene in d.l.ij. & ibi ſubdit eſſe notādum.
quia valde quotidianū in practica. quamobrē ex plu-
13 ribus coniecturis & † præſumptionibus reſultat ple-
na probatio.gl.eſt in l ij.§.ætas. ff.de excuſa.tuto. quā
exclamat Bal. in rubr.de proba.tam Codicis, quàm
decreta.glo. in l.inſtrumenta.C.de proba & in l.iij. §.
eiuſdem.de teſtib.Lud.Rom.in conſi.vij.Franciſ.Cur.
conſil.lxxvj.v.colum.quis ergo ex præmiſsis coniectu
ris imo probationibus non arbitrabitur literas tranſ
miſſas fuiſſe, & quæ omnino tranſmittendæ erant, ra-
tione deſtinatæ ſolutionis. Et per vlteriores manife-
ſtas probationes, quòd fuerint tranſmiſſæ, probare
difficile eſt, quia traſmittere literas ipſas, non erat
actus, in quo veriſimiliter de ſui natura requireret
multos teſtes, imò nec teſtes adhiberi, maximè, quia
id pluribus notificando, de facili potuiſſet in his fraus
adhiberi aliqua, contrafaciendo manum ſcripturæ
mercatorum, &c.& ideò in his, quæ veriſimiliter ſunt
difficilis probationis lex contentatur omni probatio-
ne, etiam per argumenta, & veriſimiles coniecturas.
l.non omnis.§.à barbaris. ff. de re militari. & pulchrè
14 Paul. de Caſt. in l. admonendi.ff. de iureiurando. † ta-
lis probatio per coniecturas ſufficiet pro plena proba
tione. Ita Bal.in l.quicunque.C.de ſeru.fugit. Angel.in
l.ſi quis ex argentariis. ff.de edendo. & ibi plenè Mod.
& ideò dixit pulchrè Bart in l.in illa ſtipulatione. in
fine.ff.de verb.oblig.quòd in omnibus, in quibus non
poteſt haberi clara, ſeu liquida probatio, ſufficit quòd
iudex ex vehemēti opinione informationem habeat,
15 † & ſic ex præmiſsis præſumptionibus ſeu conie-
cturis poterunt, imò debent excellentiæ V.D.O.Mag.
domini Regentis Regiam Cancellariam, ex iuris diſ-
poſitione iuramentum ſuppletorium exigere ab eo-
dem Magni. Archieta, ex quo vbi iudex habet præſum
ptiones, vel aliquas coniecturas, per quas inducatur
16 ad opinionem vel ſuſpitionē, quòd res ita † ſit, prout
dicitur, poteſt ex hoc ſolo iuramentum ſuppletorium
deferre. Ita dixit Barto. rectè intuenti in l. admonen-
di.ff.de iureiuran.v.colum. poſt Iacob. de Aren. in l.ſi
fundum.de rei vendi. idem conſuluit Alex. conſil.liij.
in j. vol. incipien. in cauſa vertente inter Michaelem.
& ſequitur Iaſon in repetit. l. admonendi. xj. charta.
ſubdens hoc nunquam eſſe obliuioni tradendum. In
cæteris ſupplere poterunt veſtræ Excellentiæ, quibus
me commendo. Thom.Gramm. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Legans fundum, cuius dimidiam partem habet duntaxat, videtur illam partem quam habet duntaxat legaſſe.*

2 *Scriptura minus ſolennis producta in iudicio non probat etiam contra producentem.*

3 *Id eſt habendum pro expreſſo ſeu ſtatuto, de quo ſi quis fuiſſet interrogatus ita reſpondiſſet. ſeu ſtatuiſſet.*

4 *Adſertioni principis aliquid adſerentis, ſtandum eſt.*

5 *Lis dicitur pendere per ſolam ſupplicationem oblatam principi, aliàs per ſolam citationem.*

6 *Inſtantia non currit, etiam ſi ſtaret per mille annos in his quæ fiunt ante litis conteſtationem.*

7 *Inſtantia perempta ad principem ſpectat eidem ſpiritum vitæ inſufflare.*

8 *Iudices ſi plures eſſe poſſunt contra inquiſitum de crimine, ſi vnus ipſorū aditus eſt, erit inquiſitus ipſe ab alio iudice tutus cùm aliter præueniat. vbi vide pulchram cautelam Ange. quando inquiſitus affectat de ſe cognoſci per aliquem ex ipſis iudicibus.*

9 *Dominus poteſt agere pro intereſſe ſeu iniuria ſuo vaſallo illata.*

10 *Præuentio non poteſt allegari virtute inquiſitionis formatæ, vbi non fuiſſet ſubſequuta citatio.*

11 *Inquiſitio ceſſat, tanquam remedium extraordinarium ſubſequuto remedio ordinario accuſationis.*

12 *In præuentionibus iudex realiter præueniens, præfertur.*



## CONSILIVM XXVIII.

EIuſdem magni Dei ſuffragio petito, Amē.
In cauſa eiuſdē Magnifici Nicolai Archie-
tæ Hiſpani cum præfata Hyppolita præ-
tendente Regias literas nouiſsimè produ
ctas, in nihilum eidem Archietæ ſuffragari, ſuper re-
miſsione cauſæ, quam cap. Rex mandauit remitti, &
de iure attenta litis pendentia in partibus Hiſpaniæ:
& hoc prætextu, ꝙ præfatus Archieta expreſsit nauim
ſeu carraccam venditam, eſſe ſuam, & in hoc nulla
cadit dubitatio: cùm per inſtrumentum in actis pro-
ductū, ex aduerſo adpareat, quòd nomine ſuo, ac no-
mine præfati Indici eius patris, carracam ipſam ven-
diderit: & ſic cùm adpareat pro medietate ſaltim ſua,
minimè ſubreptitiè ac obreptitiè literas ipſas obti-
nuit, cùm reſpectu partis poterat dici ſua, per iura
vulgaria. Nec opitularetur parti aduerſæ adſerta ra-
tificatio præfati Magnifici Indici, vt prætenditur in
actis producta, in qua enarrari dicitur carracā ipſam
fuiſſe ſuam: nam illud adſerit ratione partis ipſum
tangentis, cùm bene poſsit ſuam adſerere reſpectu il-
lius partis: per text. in l. quæ de tota.de rei vendi.vbi
1 legans † fundum, cuius dimidiam partem habet, illam
duntaxat legaſſe videtur. & idem, ſecundum ipſum in
teſte, in terminis conſulendo tenet Ludo. Ro. in con-
ſilio clxxx. incip. ſi admittimus, & nihilominus ſcri-
ptura ipſa ratificationis adparet eſſe minus ſolennis,
& minimè teſtibus ſubſcripta, prout requiritur in
ſcriptura, quæ à longinquis partibus venit,, ex diſpo
ſitione conſtitutionum huius regni, & ſic tanquam
minus ſolenni & non probati nulla fuit fides adhibi-
ta, per excel.d. veſtrarum, vnde ſuccedit clara iuris
2 diſpoſitio, quòd † ſcriptura minus ſolennis producta
in iudicio, non probat, etiam contra producentē. ita
dixit Bald.in l.alia.j. colum. C.de his, quibus vt indi.
per l.ſi veritas.C.de fideicommiſ.& tenet Abb.in cap.
cùm venerabilis.extrà de excep. Bartol.in l.j.§.ſi quis
ita.ff.de verbor.obligat. Bald.in l.ij.C.de erro. aduo.
Angel.in l.j.de præſcrip.xxx.anno.& tamen in eadem
ſcriptura dicitur quòd Magni. Indicus ipſe ratificat,
adprobat, & acceptat venditionem ipſam, cum om-
nibus conditionibus & pactis in eadem adpoſitis. ſed
in contractu venditionis fuit carraca ipſa vendita,
tanquam propria eiuſdem Nicolai, necnon & præ-
fati eius patris: ergo &c. & tamen ratio motiua do-
mini noſtri Regis fuit reſpectu litis pendentiæ in par-
tibus, & ideo ita reſcripſit, vt adparet ibi in literis,
dum dicitur, & quanto, *mas chel dizo ſu padre trato pleto
in noſtro real conſeio:* & pariter infrà in literis præfatis
dicitur ſuæ Maieſta. conſtare, ſeu legitimè conſtitiſſe
hoc, ex qua probatione, & fide de litis pendentia in
partibus Hiſpaniæ ſi fuiſſet ſuæ Maieſt. expreſſum car-
raccam ipſam fuiſſe præfati magnifici Indici integrā,
proculdubio attenta dicta litis pendētia, idem diſpo-
ſuiſſet per regulam vulgarem, quod vbi cœptum eſt
iudicium, ibi finem capere debet. † & clarū eſt in iure, 3
ꝙ id habendum eſt pro expreſſo ac ſtatuto, de quo ſi
ſtatuens eſſet interrogatus, idem ſtatuiſſet ſeu expreſ-
ſiſſet.glo.eſt not.in l.tale pactum.ff.de pact.tex.in l.ſi.
ſecundum Bart.Bald.& Ang.ff.de poſthu.hære.inſtit.
& in l.Barbarius.& ibi Bal.v.colum.ff.de offi. præto.
Nunc dato abſque veri præiudicio, quòd literæ Regiæ
præfatæ nihil probarent, ſaltim inficiari non poteſt,
quin probent litis pendentiam in partibus, cùm Rex
ipſe affirmet in ſuo Regali conſilio ibi ſiſtente præfa-
tum Magnificum Indicum fuiſſe compulſum dare fi-
deiuſſoriam cautionē, prout dedit, quod quādocunq;
comperiretur ipſum Indicum aliqua bona cepiſſe ſe-
reniſ. quandam Regis Ferdinandi, ſeu vaſallorum ſuæ
Maieſt. illa reſtitueret, prout de dicta fideiuſsione at-
teſtatur idem dominus Rex ſibi legitimè cōſtitiſſe, &
4 notiſsimi † iuris eſt, ſtandum eſſe adſertioni principis
in ſuis literis.cap.in memoriam.xix.diſt.clement.j.de
proba. Bal.in l.ex his verbis.C.de teſtam.mil. Bald. in
procœmio. in ix. col. & maximè, cùm circa eiuſmodi
ſtetur literis cuiuſlibet priuati iudicis, vt clariſsimum
5 eſt, † & tamen litis pendentia in principe ſeu coram
eo inducitur per ſolam ſupplicationem oblatam ipſi
principi.l.j.& ij.C.quando libel.princ.da.aliàs per ſo-
lam citationem, vt dicit gl.in c.vt debitus. de appel.&
patet in clem.j.vt lit.pend. Nec poſſet fieri fundamen
tum ex aduerſo, ꝙ ob lapſum ſeu decurſum xxv. ann. à
die cœpti iudicij pręfati, ſit inſtātia perempta, cū trien
nio perimatur.l.properandū.cum vul.C.de iud. Nam
reſpondetur ſatis adparere inſtantiam non fuiſſe per-
emptā, cùm lis minimè conteſtata fuerit in cauſa ipſa,
quod ſatis adparet ex verbis dictarum literarum, dum
Rex enarrat, quòd data fideiuſsione præfata, nihil am
plius petitum fuit ex aduerſo, & ſubdit Rex in dictis
literis, *che ſi eſto agorra ſe pide a da eſſer a ca enel noſtro
Real conſeio.* ex quibus verbis clariſsimè concluditur
inſtātiam non fuiſſe peremptam, cùm lis minimè con-
teſta.fuerit:& princeps non præſumitur habere iuris
ignorātiam, imò habere ſcrinia iuris in ſuo pectore,
exiſtentibus præſertim præambulis prænarratis, ex
quibus clarè patet de litis pendentia: & cùm conſtet
nos eſſe in his, quæ fiunt ante litis conteſtat.in quibus
etiam ſi quis ſtaret per mille annos, nunquam currit
6 inſtantia, † vt dixit Bald.in l.& poſt edictum.§.circun-
ducto. ff.de iudic. ꝙ dicit eſſe not. & quotidianū Gui.
de cur.in l.properandum.C.eod.tit. Alex.& do. Ant.
de Alex. & communiter ſcribentes in dicta l. prope-
randum.& ideo dicit pulchrè Spec.in tit. de appel. §.
breuiter.quòd cùm ipſe eſſet ætatis xxiiij.ann. Romæ
fuit ſibi quædam cauſa commiſſa quæ fuerat inchoa-
ta ante eius natiuitatem: & tamen dato & non con-
ceſſo, ꝙ adparet de litis conteſtatione, prout mini-
mè in æternum de ea adparere poterit, attamen ſatis
adparet principi enarratum, quòd ſunt xxiiij. anni
elapſi, & ſic quòd tempore regis Ferdinandi primi id
fuerit, prout etiā liquet ex tenore dictarū Regiarum
literarū, & ſic princeps ipſe habens rectam iuris noti-
tiam, prout de iure præſumitur, cùm ſibi incumbat
litibus, ſeu inſtantiis litium peremptis vitā inſufflare,
iuxta glo.in l.ab hoſtibus. ff.ex quib.cau.ma.ex certa
7 ſcientia adparet litē ipſam reuixiſſe, † quatenus mor-
tua dici poſſet, cuius contrariū eſt ex præmiſsis, vnde

cùm ibi per iudicem originis fuerit præuentum, & ad querelam eiuſdē partis,id eſt, patris eius, qui in præſentiarum querulatur,nō poteſt Indicus ipſe, nec eius bona hoc in regno moleſtari, præſtita maximè per ipſum fideiuſſoria cautione in partibus, vt ſuprà, ex quo vbi plures ſunt iudices inquiſiti,ſi vnus aditus eſt, erit inquiſitus ipſe ab alio tutus, cùm alter præuenerit.
8 †voluit Inno.in cap.cùm M.Ferrarienſis.extrà de conſti.Bald.in l.j.de offic.conſu. & pulchrè Ang. in l. penul.ff.de petitio.hære.vbi dat optimā cautelam, ꝙ ſi duo diuerſi iudices poſſunt cognoſcere de crimino ſo, ſi ipſe optat conueniri ſeu inquiri potius ab vno iudice, quàm ab alio,ſupponat accuſatorem,qui eum accuſet corā iudice deſiderato:quia eo caſu erat tutus petendo ſe remitti ad priorē iudicem: & hoc per illud dictum Inno.vt ſuprà, idem refert & ſequitur Fely. in d.c.cùm. M. Ferrarienſis. xiij. col. Nec opitulabitur parti aduerſæ,prout ab eadem inferri auditur,in literis ipſis minimè enarrari Anellū pirocium intentaſſe dictā litem, ſed nomine Regis Ferdinādi primi fuiſſe intētatā per mediā perſonā ſui oratoris, ibi exiſtētis, qui cōpelli fecit eundē Indicū ad præſtandū fideiuſſoriam cautionem, vt ſi adparuiſſet ipſum Indicū cœpiſſe bona præfati Regis Neap. ſeu ſuorū vaſallorum, illa reſtitueret. Et ſic clarè adparet, ꝙ ad inſtantiam querulātis,ſiue accuſatoris fuit iudex aditus. Item ex
9 ſuperabundanti adparet iure cautum † dominum ſeu ſuperiorem agere poſſe pro intereſſe ſeu iniuria ſuo vaſallo illata. dixit Bar.in l.ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ. Card.in cle.j.extrà de reliqui.& vene.ſan.& in clem.j.de reſcri.Bal.in marg.in verb. dominus. circa fi.& ſic licet ſufficeret,ꝙ præcederet inquiſitio, iudicem originis,vel quòd fuerit aditus iudex à quolibet querulāte,qui ſit tam Nolæ regis, quàm ſuorū vaſallorum, adparet in ſpecie ꝙ Regius orator querelam expoſuit.Nec obſt.prehenſa capitula Neapol. ex quo non extēduntur ad lites pendētes in illis partibus, & ſic extra regnū:& ſic concludendum eſt,ꝙ cùm ibi lis pendeat, & fideiuſſoria cautio ſit præſtita, non potuit ipſe Archieta filius, prout nec Mag. Indicus eius pater hodie hic moleſtari in eius bonis quæ hic degerēt: & ſic debet iudiciū aſſecuratum per præfatū Archietam hic deleri & caſſari id eſt fideiuſſoria cautio præſtita hoc coactè, & maxime, cùm adhuc nihil adpareat de inquiſitione hac fabricata, vt ex aduerſo fundatur aduerſus præfatū Magni.Indicum, nec de citatione aliqua virtute inquiſitionis, per quā dici poſſet præuenta iuriſdictio hæc, cum per inquiſitionem dici non poſsit iudicē præueniſſe, niſi ſequuta citatione,
10 †vt dicit Bal.in l.j.viij.col.C.de cōceſ.quem refert & ſequitur Alex.in l.ſepulchri.ff. de ſepul. vio. attamen per Regias literas adparet, ꝙ in partibus illis fuit Indicus ipſe accuſatus, & realiter cōpulſus in regali cōſilio Hiſpaniarum dare cautionem de ſtando iuri: vt
11 ſuprà,& †ſic ſubſecuta accuſatione, quod eſt remediū ordinariū,ceſſat inquiſitio, quod eſt extraordinariū. ita voluit Bar.in l.ſiue contra.ij.col. circa fi. ff. de lib. agno.& in l.poſt finitā.ff.de ſuſpec.tutor.Bal.in l.edita.xiiij.col.C.de eden.& maximè ſi ſequeretur accuſatio ipſa coram alio iudice, quo caſu ceſſat inquiſitio coram primo dixit Inno.in c.ſuper literis.de reſcrip. Bar.in l.iij.ff.de adult. Bald.in l.ea quidem. de accuſa. Ang.in l.ſi vacantia. C. de bon. vac. lib.x. & ſic cùm regale conſiliū Hiſpaniæ præuenerit, realiter cōpellendo Indicum præfatum ad cautionem, & ibi fuerit res cœpta geri, vt literæ Regiæ teſtantur, ſequitur, ꝙ hic nullatenus moleſtari poſsit, cum ratione præuen-
12 tionis realis ipſe† iudex realiter præueniens præferatur.ita voluit Ang.in tract.malefic.in verſi.iudex commiſit.Alexand.in dicta l.ſepulchri violati. Barba.in d. cap.cùm M.Ferrarienſis.de conſtit.Bald.in l. ſenatus. in fin.C.qui accuſa.non poſ. & in auth. ſed nouo iure. C.de ſer.fugi.& ideò iudex realiter præueniens, præfertur in cognoſcēdo,&dicitur potentior,quia poteſt ad eius libitum executionē facere aduerſus delinquentem,ſeu delatum, & præſertim cùm hodie de conſuetudine non fiat remiſsio:& ita Bart. & Alex. in dicta l. ſepulchri. & Ang.in dicto tractatu maleficio.in verſic. iudex commiſit. In cæteris ſuppleat prudentia, ac facundiſsima doctrina excellētiſsimorum dominorum Regentium Cancellariam, per quos tandem fuit cauſa remiſſa,vbi cœptum iudicium fuerat,vt ſuprà.

Thomas Grammaticus V.I.D.

Schedula Magni.Hieronymi Moro, regentis Cancellariam,directa mihi Thomaſio Grammatico.

Magni. M. Thomaſio Grammatico, non obſtante *che ſiate iudice de la Vicaria, no reſtarite impero de aduocare en la cauſa de Moſſen* Triſtan *docto. perche al collateral* Conſeglio *piace, & ne contentamo che tal voſtro patrocinio ſi preſte, non obſtante che ſtare* Iudice, *vt ſuprà,* Neapo. *à xxj. de Marzo.* 1529.

*Ali piaceri de* V.S.
*Hieronimo* Morono Regen.

Conſilia geſta per authorem, poſt quinquageſimum tertium annū ſuæ ætatis, vſque ad ſexageſimumſecundum, quo anno deſtitit à conſulendo, quia per Cæſarem Carolum quintum Romanorum Imperatorem, fuit adſumptus in Regium conſiliarium in conſilio.S.Claræ regni Neapo.

SVMMARIVM.

1 *Occidere mihi licet aggreſſorem, nedum inſtante mortis periculo, verum etiam ſi immineret periculum iniuriæ perſonalis.*
2 *Occidens aliquem ad hoc vt excuſetur, ſufficit quòd probabiliter dubitare poterat de offenſione.*
3 *Metus iuſtus dicitur timor violentiæ inferendæ.*
4 *Metuendum eſt quod abſque periculo eſſe non poteſt.*
5 *Aggreſſus ſi veriſimiliter ſe tueri non poteſt abſque periculo iniuriæ perſonalis, licet ſe cum armis tueri & occurrere, non aliter conſiderato moderamine inculpatæ tutelæ.*
6 *Percuſſus cum pugno, poteſt occidere gladio, ſi euadere non poteſt ab iniuria perſonali, vt ab altero pugno: pro quo euitando, & pro qualibet iniuria perſonali, licet occidere.*
7 *Senex poteſt armis ſe defendere contra iuuenem ſe robuſtiorem licet inermem.*
8 *Prouocatus occidens prouocantem, præſumitur illum occidiſſe ad defenſionem.*
9 *Offendens præſumitur habere animum iterum offendendi.*
10 *Occiſus ab aggreſſo & ſe defendente, præſumitur occiſus ab ipſomet magis, quàm ab aggreſſo. & num.* 11.
12 *Si percutio te antè quàm tu percutias me, dum es in actu me offendendi, certè dicor feciſſe ad mei defenſionem.*

*Inſulta*



13 *Inſultatus ſemper præſumitur feciſſe id quod fecit ad ſui defenſionem.*
14 *Inſultatus in dubio potius quicquid fecit, præſumitur feciſſe ad defenſionem potius, quàm ad vltionem.*
15 *Inſultatus habet præſumptionem iuris pro ſe, quòd quicquid fecit, ad ſui defenſionem fecit, quod maximè procedit, quando aggreſſor eſt rixoſus.*
16 *Rixoſus præſumitur per prius aggreſſor, ſeu rixam incœpiſſe, & ſubdit quòd præſumitur pro eo, qui eſt pacificus & quietus. & num.* 17.
18 *Aggreſſor in dubio præſumitur, qui eſt iunior.*
19 *Occidendi animus declaratur ex coniecturis.*
20 *Percutiens in capite, præſumitur habere animum occidendi, quia eſt locus periculoſus, & ex vno ictu in capite quis letaliter lædi poteſt. & num.* 19.
21 *Occidendi animus non præſumitur, vbi percuſſio fit in loco, in quo veriſimiliter percuſſio facta non facit periculum.*
22 *Occidendi vel non occidendi animo, quòd quis percuſſerit poteſt etiam adparere, vbi non conſtat quòd percutiens ſit rixoſus, vel frugi, & optimæ vitæ. & nu.* 23.
24 *Dolore iniuriæ vel metu promotus, non eſt in plenitudine intellectus, & ſic ei tollitur rectum iudicium deliberandi. & num.* 25.
26 *Defendens ſe non poteſt habere ſtateram in manibus, & vulnera non dantur ad menſuram.*
27 *Minatus non debet expectare ſe percuti, ſed melius occurrere in tempore, quàm poſt tempus vindicare.*
28 *Minatus mortem alicui poteſt in illo actu à præfato minato occidi, quia non debet expectare ſe percuti.*
29 *Occidens aliquem ex ſolo terrore armorum, ſeu inſultus excuſatur.*
30 *Iniuria vbi fit alicui, pro qua non ſolet adiri* Prætor *ob conſeruationem honeſtatis, & iniuriatus reputaretur vilis ſeu cornutus, poteſt propria authoritate ſe vindicare, & iniuriam repellere, nec debet puniri, licet multum excedat ad propulſationem iniuriæ.*
31 *Honor debet cunctis rebus præponi.*
32 *Inquiſitus abſens ſi voluntariè comparet, & ſe ponit in fortiam iudicis, ſeu in carcerem, videtur demōſtrare maximum ſignum innocentiæ.*
33 *Moderamen inculpatæ tutelæ quando non fuit exceſſum ex propoſito, nulla incurritur pœna.*
34 *Moderamen inculpatæ tutelæ non eſt in conſideratione, ſi inſultatus indeliberatè, & accenſus furore iracundiæ exceſſit modum in defendendo, quia tunc non imputatur.*
35 *Teſtis deponens ſecundum eius iudicium & videre probat, vbi adſignat rationem:*
36 *Teſtis deponens de ſua credulitate ſeu iudicio ſuper re, quæ non ſubiacet ſenſui immediatè, ſed mediante diſcurſu intellectus, probat.*
37 *Teſtis de credulitate deponens id, actum ad defenſionem, probat.*
38 *Ad defenſionem quòd quid factum fuerit, probatur per coniecturas, quæ iudicis arbitrio committuntur.*
39 *Delictum capitale committens, ſi ſit ſtrenuus & vtilis reipublicæ, abolenda eſt ſibi pœna.*
40 *Delictum committens, ex quo fuit condemnatus ad mortem, ſi eſt homo vtilis reipublicæ, ſeu bene meritus de ea, quilibet poterit executionem talis ſententiæ impedire.*
41 *Iudex debet moueri ex rationabili dicto, ſicut ſi allegaretur ſibi textus iuris.*

## CONSILIVM XXIX.

INcomprehenſibilis Dei ſuffragio petito, Amen. In cauſa Magni. Triſtani doct. olim Regentis magnæ curiæ vicariæ cum Regio fiſco ſuper homicidio, vt prætenditur commiſſo in perſonā Magni. Ioannis de Maiſo, indicis eiuſdem Magnæ curiæ, breuitati inhærendo, ſuperfluis reſecatis, breuibus quoad potero, me expediam. Et quia ex proceſſus meritis inficiari nō poteſt per teſteſmet productos ad inſtātiam Regij fiſci, non adparere ꝙ dum Ioannes ipſe coram præfato Magni. Triſtano tunc Regent. & Magni. iudicibus ac fiſci patrono irreuerenter ac impertinentiſsimè loqueretur: dicendo, *che tuto va como dio vole, e che le ſententie ſi dauano in vicaria per li cantoni per vno. iudice, & per lo regente, & che ipſo regente peccaua in queſto.* & dum Regens reſpondiſſet, dirigendo eius verba verſus fiſci patronum, dicendo, V.S. *vede la temerita di queſto vigliaco.* & iudex ipſe replicaſſet, *tu ne menti per la gola*: & inſuper manu violenta eripuiſſet bachetā, ſeu ſceptrum iuſtitiæ à manibus præfati Regētis, & dum Triſtanus ipſe præuidens Ioannem ipſum iratum, & penè amentem contra ipſum, ne ſibi durius cōtingeret, exiuiſſet foras extra ſticcatum, in quo degebat, ne offenderetur à præfato Ioanne exiſtente ſatis cholerico & animoſo contra ipſum, maximam vim faciendo, vt euaderet à manibus Alexādri iudicis ſui collegæ, eundem Ioannem detinentis ne ſticcatum exiret contra præfatum Triſtanū, in quo ſticcato Ioannes ipſe tutiſsimè permanebat inter iudices, & fiſci patronū, adeò vt offendi minimè potuiſſet. & inde eſt, quòd dum prædictus Triſtanus extraxiſſet enſem, tanquā debilior & ſenex, vt incuteret metum eidem Ioanni ſic irati, ne ipſum offenderet vlterius, cùm Ioannes ipſe exiſteret iunior & robuſtior, ita vt cum impetu & furioſè eundo contra præfatum Triſtanum, & ſic cum impetu euaſus à manibus præfati Magni. Alexandri ſui collegæ irruēs contra præfatū Triſtanum, vt ipſum offenderet prout ex multorum teſtium depoſitione cōprobatur, reperitur Ioannes ipſe vulneratus in ſcia, & ſucceſsiuè ex eodem vulnere infra breuiſsimum ſpacium mortuus, Hæſitatur ergo an teneatur Magni. Triſtanus de homicidio, ſeu de aliqua culpa, vel an tanquā ad neceſſariam defenſionē innocens iudicādus veniat. Et certè nulli dubium ex iuris diſpoſitione ſancitum eſſe, ꝙ nedum inſtāti mortis periculo liceat alium occidere:
1 vulg.clem.j.de homic. & l.ij. C.de ſica. verum † etiam quando immineret aliquod periculum iniuriæ perſonalis.dixit Bald. in l.j.vj.col. C.vnde vi.ver. ſed pone. & ibi etiam optimè Bart. in ij.col. & idem conſuluit Bar.in ſuo conſil.incip.Vanutius.Ant. de Butr.in cap. olim.el primo.de reſt.ſpo.pen.col. & conſuluit Alex. ſuo conſil.lxxvj.in j. volum.& cōſil.cix.eo.j.vol.v.col. Ang.in l.is qui cum telo. C.ad leg.Cor.de ſica. per gl. quam ibi reputat ſing. & meliorē de mūdo. & ſubdit, ꝙ in practica erratur, & ꝙ ſi ſcias practicare, vt decet, lucraberis de pecuniis: & quòd ipſe in ciuitate Venetiarum practicauit & defendit quendam accuſatū de
2 homicidio. †Conſtat autem, ꝙ ad hoc, vt quis excuſetur, ſufficit probari ꝙ probabiliter dubitari poterat de offenſione, ita voluit Inno.in cap.ſi verò.de ſen.ex com.& refert & ſequitur Ang.de Aret. in §. ius autem gentiū.inſtit.de iur.natu.gen. & ciui. Et ꝙ imminebat periculū iniuriæ perſonalis, ſatis liquet ex conditione

 perſon

perſonæ ipſius iudicis Ioannis rixoſi, & ſcandaloſi &
impetuoſi, ac cõſueti alios percutere, & vulnerare: vt
plenè probatũ eſt. Liquet autẽ ex his, quæ paucis die-
bus anteà Ioan. ipſe dixerat, *che deliberaua darnele vna
maniata intra la audientia*, in qua ipſe occubuit, ſub-
dens: *che la era loco aſtreto*, quaſi dicat: *che non li poria
ſcampare*: & inſuper aliàs ſatis cholericè dixerat: *non
ſia io Ioan. de Maſſo ſi auante la fine del officio non ne la
faccio vn altra aualche di*: vt deponit Ioan. Franciſc. co-
pula. xxx. teſtis, & Ant. de alutono. xl. teſtis in xlj. ex-
ceptione, qui plus ſubdit ipſum Ioã. dixiſſe: *che auanti
la fine del officio li volea fare cognoſcere chi era ipſo Ioan.* &
hoc vltra alias atrociſsimas iniurias & minas, de qui-
bus per Magn. Ioã. de paſchalibus, vtriuſque Iuris Do-
ctor. quadrageſimũ vnum teſtem in xlj. exceptione, &
per Franc. Barbã. xxxix. teſtem ibidem: & ſic attenta
ſenili ætate ipſius Triſtani, ac nobilitate conditionis
& proſapiæ ipſius, exiſtenti ipſo Ioanne iuniore, ro-
buſtiore ac fortiore, ac humiliore cõditione, vt plenè
deductum adparet: & intantũ aſſerunt teſtes, ꝙ ſem-
per eundem Triſtanũ ſuperaſſet, non debebat Magn.
Triſtanus ipſe expectare ſe percuti, aut iniuriari: & ſic
3 ſe periculo cõmittere: maximè, † quia timor violẽtiæ
inferendę iuſtus metus dicebatur: prout dicit Alex. de
Imo. in ſuo conſil. xcix. incip. quoniam per excellen-
tiſsimum. in iij. vol. Et quòd non debebat ſe periculo
committere, tenet Inno. & Bal. in c. j. quod me. cauſa.
4 ex quo tenendũ eſt, ꝙ abſque periculo eſſe non † po-
teſt. c. j. de baptiſ. in clc. ſecundùm Bald. in iij. colum.
ibidem. ob quod ita ſenex & ſexagenarius exiſtens ve-
riſimiliter ſe tueri nõ potuiſſet abſque metu ſeu peri-
culo ſuæ iniuriæ perſonalis, quo caſu licebat eidem
Triſtano cum armis ſe tueri, & occurrere, non aliter
5 conſiderato moderamine inculpatæ † tutelæ, ſecun-
dum Bar. in l. furem. ff. de ſica. Ant. de Butr. in c. olim.
de reſti. ſpol. qui ſubdit pro doctrina Barto. in dicta l.
furem. quòd percuſſus cũ pugno, poteſt occidere gla-
dio, ſi euadere non poterat ab iniuria perſonali, vt ab
6 altero pugno, † pro quo euitando, & pro qualibet in-
iuria, licet occidere ſecundùm eos: quod eſt perpetuò
not. ita etiam in ſpecie not. Bar. in præfata l. j. C. vn-
de vi. in repet. vj. col. etiam conſuluit in propriis ter-
minis Alexan. in conſil. lxxvj. incip. viſa inquiſitione
contra fortimeriũ. penul. col. j. vol. quod maximè di-
cit procedere, vbi aggreſſor fuiſſet robuſtior, prout
eſt in caſu præſenti: quia tunc propter inæqualitatem
virium præſumitur, ꝙ aggreſſus non potuerit aliter ſe
tueri, per not. in glo. magna, in dicta l. j. C. vnde vi. &
ſubdit Alex. in dicto conſil. lxxvj. ꝙ licuit fortimerio
aggreſſo facere illud, quod fecit, ne Ioan. Andræ. eius
offenſor perſeueraret in ipſum offendendo: prout in
caſu, de quo agitur: & ſic præſuppoſito præfato Ioãne
iuniore, ac robuſtiore & fortiore, & præfato Triſta-
no ſeniore & debili, prout clariſsimè demonſtratum
7 fuit, licuit eidem Triſtano † armis vti. vt per gloſſ. &
Bar. in l. j. C. vnde vi. & ibi per Bal. in vj. col. & plenè
per Alex. in d. conſil. lxxvj. j. vol. vbi conſuluit in pro-
priis terminis in eo, qui ſe defendit cum armis contra
inſultantẽ ſine armis: quia licuit etiã eundẽ occidere,
prout occidit, cõcurrentibus qualitatibus prænarra-
tis: prout in propriis terminis concurrunt in præſenti
cauſa, etiam cum Ioan. ita nominato, prout in præfa-
to conſil. quinimò & filio Andræe prout in caſu do.
Alex. in quo ille offenſor nominabatur Ioan. Andræ,
& in caſu noſtro hic offenſus nominatur Ioan. filius
8 Andreæ de Maſſo: † & ſatis adparet præfatum Magn.
Triſtanũ fuiſſe prouocatum ab ipſo Ioanne, quo caſu
præſumitur eundẽ occidiſſe ad ſuam defenſionem: ſe-
cundùm Bal. in l. j. §. cum arietes ff. ſi quadr. pau. feciſ.
dica. Gãdi. in tractatu maleficiorũ ſub rubr. de defen.
à reo facien. ij. col. ver. ſed ponamus, tu es. Bar. & Bal.
in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. aqui. Aug. Ari.
in addi. ad Ang. in ver. & dictus Titius ſe defendendo.
ij. char. Et tantò fortius conſiderandũ eſt, quòd dictus
Ioannes iniuriauerat grauiter, vt ſuprà oſtenſum eſt,
eundem Triſtanũ, & diuerſimodè, ex quo præſumen-
dum erat, ꝙ habebat animum perſiſtendi, & ſimiliter
9 offendendi: † ita in particulari dicit Aug. Ari. in addi.
ad Ang. in tract. malefi. in dicto ver. & dictus Titius. in
ij. char. in j. addi. ij. col. poſt princ. dum dicit, quòd qui
primò percuſsit, videtur habere animũ iterum reper-
cutiendi. idem refert & ſequitur Marſi. in ſua pract.
cauſ. cri. in ver. quoniam. xiiij. col. ver. & tantò magis
hoc procedit. & ſic cum occiſus fuerit ab ipſo Magn.
Triſtano aggreſſo iam ab eo, & ſe defendẽte, dũ Ioan.
10 ipſe in ipſum Triſtanũ impetuosè irrueret, † videtur
Ioannes ipſe à ſemetipſo occiſus, magis quàm à præ-
fato Triſtano aggreſſo. ita dicit Abbas in c. clerici. el
primo: poſt principiũ. de vita & ho. cleri. & ſequitur
prædictus Marſi. in præfata ſua practic. in ver. quoniã.
xv. col. & hoc per rationẽ, quia occidens aliquẽ ſe de-
11 fendendo, non dicitur cõmittere maleficiũ: † ſecun-
dum Bal. in l. data opera. iiij. col. C. qui accuſ. non poſ.
& alibi occidens aggreſſorẽ ſe defendendo, non dici-
tur cõmittere maleficium, nec tenetur de occiſo: vt
tenẽt cõmuniter doct. in l. j. C. vnde vi. & in l. vt vim.
ff. de iuſti. & iur. & in l. j. C. quãdo licet ſine iudi. ſe vin-
di. & plenè Alex. in cõſil. cxix. incip. viſo proceſſu. iiij.
col. in vij. vol. vnde exeunte ipſo Ioan. aduerſus præ-
fatum magni. Triſtanum ita cholericè & animosè, vt
eundẽ offenderet, licuit eidem Triſtano percutere &
occidere, cũ ex iuris diſpoſitione ſi percutio te antè,
quàm tu percutias me, dum es in actu me offendendi,
12 † certè dicor feciſſe ad mei defenſionẽ. dixit Bart. in l.
ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad legẽ Aquil. refert & ſe-
quitur Ang. de Aret. in §. iniuria. j. col. in fi. inſti. ad leg.
Aqui. Ang. in l. quemadmodũ. ff. de inoffi. teſtam. Ant.
Cur. in ſuis no. in ver. metus. Ang. in tract. maleficio. in
ver. & dictus Titius ſe defendendo. j. char. in ver. vlti.
circa med. Et ex quo dominus Ioã. ipſe tutiſsimè per-
manebat tutus ſticcatũ cum iudicibus, & fiſci patro-
no, vt ſæpius dictum eſt, nec ibi offendi poterat à præ-
dicto Triſtano vt dictum eſt; non debebat igitur ipſe
Ioan. exire ad inſultandũ prædictum Triſtanũ: & ideò
cùm aliter fecerit, & inſultatus fuerit eundem Triſta-
num, potuit Triſtanus ipſe ad ſui defenſionẽ eundem
Ioannem percutere, & ſic occidere prout occidit. ex
quo ꝙ quis occiderit ad defenſam, probatur ſtatim,
quòd adparet inſultatũ fuiſſe: ex quo inſultatus præ-
13 ſumitur feciſſe, quicquid fecit ad ſui defenſionẽ † lici-
tam. dixit Flor. & Bald. in prædicta l. j. §. cùm arietes.
glo. in c. ſi perfodiens. extrà de homi. Quod maximè
procedit, vbi incontinenti fieret, vt in caſu præſenti:
prout not. Cald. in l. iij. C. de ſica. & conſuluit Alex. in
conſil. cl. incip. viſis & opportunè conſideratis. in j.
vol. & dicit Bald. in l. multis. C. de lib. cauſa. quòd ſuf-
14 ficit probare, ꝙ aduerſarius ruit in ipſum, † Et quòd
inuaſus in dubio potius videatur feciſſe ad defenſio-
nem



nem, quàm ad vltionem, conſuluit Cæpõ. in ſuo con-
ſilio xxix. colum. v. & conſil. xliij. & xliiij. cum ſequen.
Bal. in conſi. lxxxij. incip. quidã enim inſultatus. Ang.
& Augu. in d. ver. & dictus Titius. col. vij. & ſubdit, ꝙ
inſultatus habet præſumptionem pro ſe, quòd quic-
15 quid fecit, ad ſui defenſionem fecit: † quod maximè
procedit, quãdo ille qui aggreditur, eſt rixoſus, prout
dicit Cæpo. in præfato ſuo conſil. xxiij. in ij. col. Item
vltrà, ꝙ adparet ipſum Ioan. incœpiſſe rixam, verba
illa, vt ſic inquam temeraria proferendo contra præ-
dictum regentem, eleuando ſibi bachettam violẽter,
extat etiã iuris præſumptio, ꝙ ipſe incœperit rixam,
16 ex quo iura ſemper contra rixoſum præſumunt, † ꝙ
ipſe prouocauerit ad rixam: vt dicit Albe. de Roſa. in
dicta l. vt vim. Card. in cle. j. de homi. Cæpo. in d. con-
17 ſilio xxviij. in iiij. col. ad hoc facit, nam aliàs † atten-
ditur conſuetudo & qualitas hominis. l. vel vniuerſo-
rum. ff. de pig. act. l. qui ſemiſſus. ff. de vſur. l. non om-
nis. §. à barbaris. ff. de re mili. & in c. illo vos. de pigno
ri. & ſic concludit Cæpo. per prædicta eſſe econtra, ꝙ
præſumendum ſit pro eo, qui eſt pacificus & quietus:
de quibus quidem contrariis in vtroque plenè oſten-
ſum eſt in facto, ꝙ præfatus Ioan. fuerit ſemper rixo-
ſus, & econtrà prædictus Triſtanus pacificus & quie-
18 tus. † Item etiam præſumendũ erit contra ipſum Ioan
nem tanquam iuniorem & robuſtiorẽ, ita dicit Fely.
in c. j. col. xvj. extrà de treuga & pace. Nec obſtaret
dicere, quòd ex præmiſsis non merebatur Ioãnes ipſe
occidi prima facie ita conſideranti. Nã dato pro nũc
abſque veri prȩiudicio, quòd ita ſit, aduertendum eſt,
quòd prædictus magni. Triſtanus non videtur eun-
dem Ioannem percuſsiſſe animo occidendi, conſide-
rato loco percuſsionis: quia in ſcia, & non in capite
19 percuſsit: qui locus ſciæ non eſt locus periculoſus: † &
ſic ex coniecturis declaratur animus occidendi, vel
non. gl. in l. j. C. de ſica. & in l. Fulcinius. §. j. ff. ex quib.
cau. in poſ. eat. & in l. apud Celſum. in princ. ff. de doli
20 except. † vnde ſi voluiſſet occidere, percuſsiſſet in ca
pite, in quo eſt locus periculoſus: & ex modico ictu
ſolet quis letaliter lædi, per text. in c. ſignificaſti. el ij.
de homi. & Ang. in tract. malefic. in ver. ſciẽter & do-
losè. circa fi. An. de Roſ. in cap. conſuluiſti. ij. q. vj. per
cutere enim in capite, eſt magis periculoſum, quàm
in alia parte corporis. dixit Raph. Cuma. in cõſi. cxx-
xiiij. Ant. de But. in dicto c. ſignificaſti. & ibidẽ Ioan.
de Ana. vbi ſubdunt, ꝙ percuſſus in capite, raro libe-
ratur. & ideo in ſpecie conſuluit ipſe Franc. de Are. in
ſuo conſil. lxxx. in ij. col. per no. per Bar. in l. j. §. diuus.
de emen. ſeruo. & text. nota. in l. omne delictum. §. ſi
quis commilitionẽ. ff. de re mil. quòd vbi percuſsio fit
21 in loco, in quo veriſimiliter percuſsio facta nõ † facit
periculum, tunc non præſumitur animus occidendi:
aliàs ſecus. Item, ꝙ non percuſsit animo occidendi
liquet: quia non adparet, quod Triſtanus ipſe ſit rixo-
ſus vel ſcandaloſus, aut malæ vitæ, prout ſatis proba-
tum eſt de præfato Ioãne, imò plenè liquet prædictũ
Triſtanum eſſe frugi, ac optimæ vitæ, ita quòd veriſi-
22 militer talia attentare noluiſſe præſumendum eſt: † vt
dicit Saly. in l. j. C. de ſicar. & conſuluit Cæpo. in con-
ſil. xxxj. col. iij. & iiij. & conſil. xxxiij. col. iij. Nec te-
nebatur magnifi. Triſtanus præuidens impetum præ-
fati Ioannis cõtra ipſum aufugere, ſubſiſtente ſua no-
bilitate, maximè conſiderata infima ac tenui condi-
tione ipſius Ioannis, qui ſatis humilis proſapiæ erat, &
ſic fuiſſet eidem Triſtano magna verecundia, & de-
decus, ſi ex fuga euaſiſſet. vilis & crudelis eſt, qui ne-
gligit famam ſuam. dixit Cyn. in l. ſi ex plagis. §. taber-
narius. ff. ad legẽ Aqui. & in l. ſcientiam. §. qui cum ali
23 ter. † eod. tit. in ſuis addi. refert & ſequitur Bald. in c. j.
vij. col. ver. dicunt quidẽ. de pace tenen. Ioan. de ana.
in c. porro. pen. col. verſic. refert etiam. de cle. pug. in
duello. Ang. in præfato verſi. & dictus Titius ſe defen-
dendo. ij. char. j. col. in fi. & eodem tract. in iij. char.
eiuſdem ver. iij. col. ver. ex iis infert. vbi Bal. & eo ma-
ximè, cùm metus improuiſus inſtantis perculi tollat
rectum iudicium deliberandi. nam qui eſt immenſo
24 dolore illatæ iniuriæ † vel metu permotus, non eſt in
plenitudine intellectus. Bald. in cap. j. §. j. in fi. de pace
iu. firm. ſequitur Aug. Arim. in d. ver. & dictus Titius.
ij. char. & ſic non tenebitur de occiſo ex cauſa iuſti
timoris, cum Ioan. prędictus ita impetuosè in ipſum
irruerit, & ſic non voluntariè feciſſe præſumitur, ſed
25 coactè. ita inquit Ang. in l. quis ſit fugitiuus. † in princ.
per illum text. ff. de ædi. edic. ſequitur Marſi. in l. j. §.
præthereà. col. v. ff. de quæſt. Et multo fortius præmiſſa
procedere adparent, cùm ictus ſeu vulnera non den-
tur ad menſuram: & ſe defendens non poteſt habere
ſtateram in manibus, & mẽſurare ictus ſeu percuſsio
26 nes. † ita dicit pulchrè Bald. in d. l. vt vim. refert & ſe
quitur Cæpo. in ſuo conſil. j. iij. col. Aug. arim. in addi.
ad Ang. in ver. & dictus Titius ſe defendendo. iij. char.
in j. addi. Et nihilominus circunſcriptis, ſuprà relatis,
habebat, prout habuit magnific. Triſtanus ipſe legiti-
mam cauſam eundẽ Ioan. occidendi vltra præmiſſa.
Et primò, ex quo pluries, & coram diuerſis perſonis
minatus eſt contra eundem Triſtanũ. Et ideò aduer-
ſus minas præfatas non debebat expectare ſe percuti,
27 † ſed melius eſt occurrere in tẽpore, quàm poſt tem
pus vindicare. no. Bald. in l. j. C. quando licet ſine iud.
ſe vind. Albe. de Roſ. in l. j. C. vnde vi. motus ratione,
quia difficile eſſet ſcire, an minas inferens velit per-
cutere ita vel ne, & quãdo. Idem voluit Ioan. Fab. in §.
ius autem gentium. inſti. de iure natu. gen. & ciui. vbi
dicit Aret. ſi minans erat potens ad occidendũ illum
minatum, & conſuetus percutere, ita ꝙ veriſimiliter
poterat timeri, tũc poteſt præueniri. ita declarat Pau.
de Caſt in d. l. j. quando lic. abſque iud. Iaſ. in l. vi vim.
iiij. col. de iuſti. & iure. & ideò decidit Bal. pulchrè in
d. l. j. quòd minatus mortẽ alicui, poteſt in illo actu à
28 prædicto minato occidi: quia nõ debet expectare † ſe
percuti. Idem tenet Bal. ſuper ſtatutis, in ver. pax. in-
frà, in j. verſi. Ang. in l. quemadmodũ. ff. de inof. teſta.
quam refert & ſequitur Corſ. in no. ſuis. in ver. metus.
Vnde cùm pluries Ioan. ipſe minatus fuiſſet eundem
Triſtanũ, vt ex depoſitione plurimorũ teſtium robo-
ratur; & demũ irruiſſet in ipſum, vt eundem offende-
ret, & ſic minas ad effectum perduceret, extante eius
conſuetudine plenè verificata de pluribus exceſsibus
per eundem commiſsis, licet eidem impunè occidere
propter dictas minas & aggreſsiones: prout in ſimili
dicimus, ꝙ priuati milites, qui itinera frequentata in-
ſidiis, aggreſsionibúſque obſideant, licet vlciſcendo
interficere vt mortẽ, quam minabãtur, accipiãt: & ad
id quod incurrebãt, occurrãt. dicit tex. in l. j. C. quan-
do lic. abſque iudi. & alibi, ſi occidero ſeruum mihi
inſidiantem, ſecurus ero, nec tenebor, quia aduerſus
periculũ naturalis ratio permittit ſe defendere. l. ita-
que. in prin. ff. ad legem Aquil. facit l. deuotum. C. de

metalla.lib.xij. & cõſuluit Cæpo.conſil.xliij.circa fi.
& ſecundum quoſdam ſufficit ſolus terror armorum,
29 † ſeu inſultus,licet percuſſus nõ fuerit.ita dixit Cæp.
in ſuo conſil.xliij.Præterea,ex alio potuit impunè oc
cidi: videlicet propter atroces iniurias prolatas per
prædictũ Ioannem contra præfatũ magn.Triſtanum,
dum dixerat publicè, ꝙ prædictus Triſtanus erat pu-
blicus latro *ex tortore de la iuſtitia. cornuto e che era an-*
*dato recuperando la muliere per li burdelli.* & iuris diſpo-
ſitione ſancitũ eſt, ꝙ vbi fit iniuria alicui,de qua non
ſolet adiri prætor,fortè propter conſeruationẽ hone
ſtatis, ſeu aliter, cùm prætor illã audiens fortè pone-
ret rem in deriſum, & iniuriatus reputaretur vilis ſeu
cornutus, tunc licet propria authoritate propulſare,
& iniuriã repellere ob verecundiam, quam pati non
poterat, & ſic iuſtã habuit cauſam, vnde nõ debet pu
30 niri de tali† vindicta ad propulſationem iniuriæ:licet
excedat multũ.ita conſuluit Paul.de Caſt. in cõſi. cxc.
incip.in cauſa carceratorũ.per totum illud conſilium.
& ſequitur Aug.Arim.in add.ad Ang. in tract. malefi.
in ver.Andræã auxiliatorẽ.pen.col.in verſi.Andr. Ar
matus.in addit.ij. col. in ver. appenſatæ.in fin.verbis
31 vltimæ additionis.† & hoc maximè ob honorem, qui
quibuſlibet rebus præponẽdus eſt.l.Iulian.vbi no.ff.ſi
quis omiſ.cauſa teſt.quem ad hoc alleg.Iaſ.in l.repre-
hendenda. C. de inſti.& ſubſti.& in l.admonendi. col.
xiiij.ff.de iureiu.Bal.in cap.ex ratione.ij.col.extrà de
app.& ideò text.in §.ſocer.in l.miles. ff. de adul. dicit,
verecundũ eſſe honorẽ ſuum inultũ relinquere.& di-
cit tex.in cap. nolo. xij.q.j. ꝙ is crudelis eſt, qui famã
ſuam ſpernit.& adeò honor & honeſtas habendi ſunt
pretio, vt pari paſſu cũ vita ambulẽt.l. iuſta.ff. de ma-
nu.vindi.Nec puto omittendũ,ꝙ prędictus Triſtanus
noſcẽs quanta cũ modeſtia & patientia ſe geſſerit cir-
ca eius defenſionẽ aduerſus importunas acceſsiones,
imò temerarias cũ reuer.ipſius quondã Ioan.cui om-
nipotens Deus eius peccata dimittat, ſtatim poſt ca-
ſus contingentiã ſe cõtulit ad domũ illuſtriſ. domini
Proregis,quẽ non reperiẽs, quia ad venandũ acceſſe
rat,ſe contulit ad domũ quondã excel. domini Ioan.
de Vrbina, cui caſu propoſito cõparuit in eius liber-
tate perſiſtẽs, vt eius innocentia patefieret,ſponte ſe
præſentauit,& poſuit in carcere in caſtro nouo: quod
quidẽ fuit & eſt maximũ indiciũ ſuæ innocentiæ, cùm
nemo ſit ita fatuus & inſanus, qui noſcens ſe nocentẽ
ac reũ criminis, velit ſe priuare libertate,& ponere ſe
in carcere, putãs cælare veritatem, quæ tandem con-
culcari non poteſt,niſi ſciat ſe innocentem. & loquor
32 vbi tractatur de pœna vitæ. † ita dicit Bart, Cæpo. in
cõſil.xxxj.incip.ſuper homicidio.iiij.col. ver. decima
& vltima. refert etiam & ſequitur Marſi. in ſua prac.
cauſarũ crimi.ver.diligẽter.in antepen. col. ver. aliud
eſt indiciũ non debile. & ſubdit formaliter. ỹ. ſcripta
verba.Et verè ego multotiens in diebus meis præſen
taui multos ad carceres ſua ſponte, & ſemper reperti
ſunt innocẽtes. & fuerunt abſoluti & liberati: & non
credo, ꝙ aliud cadere poteſt in capite ſani & pruden-
tis viri, quam ꝙ talis ſe ſponte cõſtituens ad carceres
ſit innocens. Nec ſuffragaretur fiſco dicere, ꝙ in hoc
caſu videtur exceſſus modus inculpatę tutelę per præ-
fatum Triſtanũ, cũ ſi ita dici poſſet, prout nullatenus
dici poteſt: attamen adparet non fuiſſe ex propoſito:
quo caſu tenendũ eſt in nullã pœnã incurriſſe. Dixit
33 ſingulariter† Flor.in l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff. ad
leg.aquil.vbi ita per illũ tex.dicit tenere glo.xiij.q.in
ſumma ad fi.quod eſt ſing.dictũ,prout refert & ſequi
tur.do.Ant.de Alex.in addi. ad Bart.in l.j.C. vnde vi.
idem cõſulendo tenet Alex.in conſil.cix.j.vol. vbi al-
legat etiã hoc tenere Petr.de anch.in clem.j. de hom.
& idem tenet Alex.in conſil. cxl.ij. vol. & cõſil. lxxvj.
j.col.j.vol.& ſic cùm nõ ex propoſito, ſed iuſto dolo-
re iniuriæ prouocatus, nec non ad euitãdum, ne vlte-
rius offenderetur, cùm euaſus prædictus Ioannes per
vim à manibus domini Alexandri iudicis ipſum deti
nentis, ne in eundem Triſtanũ irrueret, cauſa ipſum
offendendi, vt teſtes omnes teſtãtur,non videtur nec
eſt alicui pœnæ obnoxius. Quod etiam cõproba-
tur, cùm moderamen inculpatę tutelæ non ſit in con-
ſideratione,ſi indeliberatè, & accẽſus calore iracun-
34 diæ inſultatus exceſsit modum in defendendo: † quia
tunc non imputatur exceſſus: quia ibi hoc caſu non
poteſt vti hac moderatione, ex quo primi motus non
ſunt in poteſtate noſtra. & ſic nõ poteſt tunc diſcerni
verũ à falſo.c.ita. xj. quæſt. iij. ita voluit Abb. Panor.
poſt glo.in c.ſignificaſti. de homi. vnde in rixa, prout
iſta fuit,non poteſt conſiderari dictũ moderamen. l.j.
in rub.ff.de excep.l.ij.ff.de dam. infect. licet totũ hoc
ſit in arbitrio iudicis,ſecundum Abb. ſicu. & Ioan. de
Ana. in dicto c.ſignificaſti. & nulli dubium, ꝙ conſi-
derata perſona ipſius magn.Triſtani nobilis,& de ge-
neroſa proſapia, nec non & eius ſenili ætate, ac debi-
litate, & dignitate officij in quo erat, & ſuperioritate
in ipſum Ioannem, qui tunc erat iudex in ipſa magna
curia, & Triſtanus ipſe regens, & econuersò inſpecta
qualitate infimæ conditionis ipſius Ioan. plebei tam
iuuenis,& robuſtioris ac ſcandaloſi, & malè morige-
rati, vt plenè probatum eſt, nemo dubiũ arbitrari de-
beret moderamẽ inculpatæ tutelæ non eſſe in aliqua
conſideratione.Et minimè militaret pro fiſco, quate-
nus obiiceretur, ꝙ teſtes deponẽtes pręfatũ do.Ioan-
nem irruiſſe in ipſum Triſtanũ cauſa eundem offen-
dendi,non videãtur deponere certitudinaliter & præ
cisè,ſed per verbum credulitatis, videlicet ꝙ ita cre-
dunt ſecundũ eorum iudicium & videre, ꝙ Ioannes
ipſe irruebat cauſa illũ offendẽdi: nam cùm adſigna-
uerint rationem eorum dicti, ſatis adparẽt probaſſe,
quòd quondam dom. Ioannes intendebat prædictum
35 Triſtanum offendere, & ſic plenè probant. † licet ita
ſecundum eorum credulitatem, ſeu iudicium & vide-
re, depoſuerint.ita voluit Bal.in l.qui tamen.§. ſi arbi
ter.ff.de arb.Cyn.Bald.& Saly.in l.teſtium.C. de teſt.
Bal.in l.conuenticula.C.de epiſco.& cler. Ioan. And.
in addi.Specul. in titu. de teſte.§.j. ſuper verſic. item,
quòd depoſuit de ſua credulitate. Ant. de But. in cap.
quoties.extrà de teſtib.& aliquid per Alexan.in conſ.
lxxiiij.j.vol.quibus ſuffragatur potiſsime ratio, quòd
eo caſu teſtes deponere adparent de re,quæ non ſubia
cetur ſenſui immediatè, ſed med. ante diſcurſu intel-
lectus.ita dicit in ſpecie Bartol.in ſuo conſi. incipien.
36 Ray.Petri,† quem allegat Alexan.in ſuo conſi. lxxvj.
aliàs lxxvij. incip. viſa inquiſitione. in vltima col. in
fin.j. volum. & in conſil. cix. vbi multa adducit, quæ
maximè procedunt, cùm teſtes ipſi deponant ad de-
37 fenſionem: † quo caſu probant, licet de eorum cre-
dulitate deponant.dixit Bald. in l.ſolam.C. de teſti. &
ibi Saly.in iij.colum. vbi ambo allegant dictum con-
ſilium Bartol. & facit bene text.quem ibi not. Anton.
de Butr.in cap.vnico.extrà de ſcruti.ver.quantum hu
mana



mana fragilitas,& pręallegatum conſi.Alexan.lxxvij.
refert etiam & ſequitur Iacob.de S.Georg.in l. teſtes
eos.j.colum.ff.de teſt.vbi formaliter dicit,& amplius
dico vobis,quòd ſi ſum inculpatus de homicidio, &
ad probandum meam innocẽtiam, & quòd illud feci
ad defenſionem, ſi teſtes examinati deponant ſe cre-
dere,quòd feci ad defenſam, erunt boni teſtes: quia
an fecerim ad defenſionem, non poteſt videri per te-
ſtes, ſed bene poteſt cognoſci animus meus ex actib.
Ita conſuluit Alex.vbi ſuprà, & facit inſuper optimè
dictum Baldi in l.vnica.xj.ſeu vltima col.C.de confeſ.
38 vbi ſingulariter dicit, † quòd feciſſe ad defenſionem
probatur per coniecturas, quæ iudicis arbitrio com-
mittũtur.quod dicit eſſe no.dignum. Vltimò, licet
audacter concludi poſſet prædictum magn. Triſtanũ
exemptum ab omni pœna & culpa ex præmiſsis, at-
tamen tanto magis ad id tenendum eſt, cum ſemper
inſeruierit cap.quondam regi glorioſæ memoriæ, &
ſucceſsiuè Cæſ.Maieſtati,tam de præterito, quàm de
præſenti pro capitaneo in triremibus regiis regni Si-
ciliæ,in quibus diu inſeruiuit,proſequendo Turcas &
Mauros,ſæpè & ſæpius de eis trophæa ac victorias re
portando in pluribus cõflictibus,& bellis naualibus.
tum etiam de præſenti anno in obſidione ciuitatis
Neapol.& in claſſe maritima, vbi ſtrenuè ac fortiter
pugnauit contra Gallos,& inimicam ligam, & tandẽ
interempto Illuſtriſs. don Vgono de moncada ſe pro
Pro rege gerẽte, ipſe quoque Triſtanus cum aliis pro
ceribus regni captus fuit ab hoſtibus in triremibus
peſſundatis, in quibus ſtrenuè belligerando captiuus
effectus eſt:& tandem ſuo proprio ære ſe redemit: &
Neapol.rediens licet ſenex,& imbecillis, prout erat,
& vires ſuppetierunt continuò exiuit extrà vrbem
cum aliis militibus caſtra metando, ac præliãdo cum
hoſtibus vſque ad cõſequutionem fœliciſsimæ victo-
riæ, ob quòd quando verè culpa aliqua ſibi imputari
poſſet, prout minimè poteſt, cùm ſtrenue ſemper ſe
geſſerit pro ſeruitio regio, & beneficio ac vtilitate rei
39 pub. abolenda† eſt:per no.per gl.& doc.in l. & ſi ſeue-
rior.C.ex quibus cau.infam.irro.& in l.quid ergo.§.
pœna grauior.ff.eo.tit.& facit optimè text.in l.ad be-
ſtias.ff.de pœn. vbi not. per Dyn. quòd in huiuſmodi
40 caſu, quando eſſet delictum in † quo veniret pœna ca
pitalis imponenda, quilibet de populo poſſet talis ſen
tentiæ executionem impedire, reſpectu qualitatis ſi-
milis perſonæ, vt refert & ſequitur Ludo.in ſingu.ſuo.
ccccxlviij. & ccccxlj.incip.tu Senenſis.& tenet etiam
Nico.de Neapo.in l.hos accuſare.§.pen.ff.de accu.Et
quòd quis propter eius excellentiam, ſeu eminẽtiam
alicuius exercitij non puniatur ad mortem. vbi alius
puniri deberet ob commiſſum flagitium, vltra text.in
d.l.ad beſtias.plene Iaſ.in l.j.ij.col.ff.de leg.Bar.Chaſ
ſane.in ſuo tract.gloriæ mundi.in x.parte.in xxx.con
ſideratione.pen.col.char.xviij.Et hinc eſt, quòd licet
princeps non poſsit dãnatum ad mortem abſque par
tis iniuria liberare, tamen ſi eius liberandi perſona ſit
ſtrenua & vtilis reipublicæ, id facere poterit. Ita ex
aliquibus ex præmiſsis concludit Par.de Put.in tract.
ſyndi.in ver.pœna.ver.an iudex poteſt ad clamorem.
Quod maximè procedere dicendum eſt in caſu præ-
miſſo, cum Abiatar licet eſſet dignus morte, tamen
veniam obtinuit à Salomone, vt ſcribitur tertio Re-
gum.ij.c.ibi.Abiatar quoque dixit Rex, vade in agrũ
tuum,& quidem vir mortis es,ſed hodie te non inter-
ficiam,quia ſuſtinuiſti laborẽ in omnibus, in quibus
laborauit pater meus.& pro hoc ad duco optimã glo.
in ver.ob meritũ in §.ſed & quod principi.ver.plenè.
inſti.de iure natu.gen.& ciui.ab omnibus approbatã,
quæ dicit,quòd fit remiſsio pœnę,quando quis multũ
ſeruierit principi. & ſic iuſta cauſa remittẽdi pœnam
alicui etiam delinquenti, eſt propter ſeruitia multa,
quæ cõtulit principi vel reipublicæ. ita etiam ibi no.
hoc Ang.in d.§.ſed & quod.verſi.in glo.ob meritum.
refert etiam & ſequitur Bar.Chaſſan.in ſuo tract.glo
riæ mundi.in vj.parte in xix.conſideratione.ij. col. &
in eadem.vj.parte in xxxviij.conſideratione in fin.

Nec omittendũ cenſeo in præſenti cauſa ad inſtan-
tiam ipſius magnific. Triſtani fuiſſe productos omnes
fere teſtes Italos,& ſignanter Neap.qui in eius fauorẽ
veriſsimum teſtimoniũ perhibuerunt, & non abſque
maxima conſideratione & admiratione, attento ca-
pitali odio inter Hiſpanos & Neapolitanos cõcepto
ex malis,imò prauis moribus armigerorum: qui tem
pore obſidionis hoſpitati ſunt intus ciuitatem ipſam
Neapo.qui,& ſi veridicè aliquid deponere potuiſſent
in fauorem partis ipſius quondam Ioan. querelantis,
& contra præfatum magni.Triſtanum, equidem non
dimiſiſſent tanquam in Hiſpanum,& in fauorẽ partis
aduerſæ Italæ,& patriæ Neapo.cùm non poſsit in du-
bium refricari odium ac maliuolentia prędicta con-
cepta inter Hiſpanos & Neapo. præcedentibus tot &
tãtis offenſionibus & iniuriis perſonalibus illatis per
eoſdem ſtipendiarios cõtra Neap.qui, & ſi teſtificari
potuiſſent contra prædictum magnifi. Triſtanũ, pro-
culdubio non dimiſiſſent, prout ita de iure præſumẽ-
41 dum quod quidem rationabile eſt dictũ, † & ſic debet
mouere iudicẽ:ſicut ſi allegaretur text. legis. Ita dixit
pulchrè Andr.de Iſer.in prœm.feu. in vlti. col. & ſe-
quitur Iaſ.in l.j.vij.col.C.de rei ven. & in auth. ſi qua
mulier.vij.col.C.de ſac.ſan.ec.maxime,quia quærere
text.vel legẽ, vbi habemus rationem,non eſt niſi infir
mitas mentis & intellectus,ſecundum Ariſt. quem ad
hoc allegat Ang.in conſil.cccxvij.incip.in q.vertente
inter illos principes.iij.col.& ideò tex.ſolennis,quem
ad hoc ponderat Bal.in l.ſcire oportet.§.ſufficit. ff. de
excuſ.tut.dicit,quòd ſatis eſt allegare rationem natu-
ralem, & naturalẽ iuſtitiam.idem tenet Ang. in conſi.
celxxiij. incip. thema, ſuper quo conſilium petitur.
In reliquis ſuppleat excellen. dominorum S. Colla.
Com.doctrina exactiſsima,integritas,æquitas maxi-
ma,ac ſumma & conſueta religio, quæ ab omni pœ-
na & culpa prædictum magnific. Triſtanum ex præ-
miſsis exemptum declarare dignetur. & ita iuris eſſe
arbitror ſaluo ſemper eorundem dominorum rectius
ſentientium iudicio:cui me ſubmitto.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

Et tandem facta relatione per Magnifi.do.Io. Mar
tialem, Illuſtriſsi. domino Proregi Principi Orangiæ,
ex ordinatione Suæ Illuſtriſsi.domi.fuit Magnifi. Tri
ſtanus ipſe liberatus & tranſmiſſus pro caſtellano ad
caſtrum inexpugnabile inſulæ Brunduſij.

SVMMARIVM.

1 *Captura inquiſiti non debet concedi per iudicem, niſi per prius adpareat per informationem de delicto, de quo fit inquiſitio.*
2 *In falſi crimine ſemper debet fieri interpretatio, vt falſum excludatur.*
3 *Falſi probatio debet de neceſſitate concludere.*

4 *Probationes clariores, quæ in criminalibus requiruntur, in cauſa falſi ſunt neceſſariæ.*

5 *Suſpicio ſola in cauſa falſi habetur pro veritate, intellige, vbi eſt ciuiliter mota: quia quando criminaliter fuit mota, requiruntur probationes, ſicut etiam in cæteris cauſis criminalibus.*

6 *Teſtium dicta debent interpretari, vt ſuſtineantur, & quòd nec falſum depoſuerint.*

7 *Teſtis ſi quid minus aduertenter depoſuerit, præſumendum erit potius ex ignorantia, quàm ex dolo, vt falſitas excludatur.*

8 *Teſtis non dicitur falſum deponere, quando eius dictum poteſt aliqua interpretatione verificari.*

9 *Fama bona inquiſitorum de falſo, multum operatur ad excluſionem falſitatis, vbi qualitas perſonæ multum operatur ad remouendum falſitatem & nu. 10.*

11 *Teſtis adſerens aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum eſt, ſi in ciuili cauſa, creditur magis notario, Si autem in criminali, magis creditur teſti, maximè in cauſa falſi.*

12 *Teſtis dictum ad hoc vt ſaluetur à falſo, ſufficit aliquia eſſe verum, vel non eſſe implicitè.*

13 *Falſum minimè dici poteſt id quod iuuatur primordio veritatis.*

## CONSILIVM XXX.

IN comprehenſibilis Dei auxilio petito,
Amen. In cauſa Io. Thomaſij Piſciuindo-
li, & Bartho. eius ſocij inquiſitorum de
falſo ad inſtantiam regij fiſci, & partis
querulantis cùm prætendantur falſum teſtimonium
protuliſſe aduerſus obligationẽ liquidam in actis ma-
gnæ curię exiſtentem, in qua adparent obligati quon
dam Anto. de philippel. & eius vxor, quæ prætendens
per vim & metum præfati quondam eius viri ſe obli-
gaſſe, produxit teſtes præfatos, deponẽtes pręd ictam
eius vxorem requiſitam ab eius viro, recuſaſſe ſe obli
gare: & quòd lugendo receſſerat à præſentia eius viri
prædicti, redeundo ad eius cameram, intantum quòd
magiſter actorum, qui acceſſerat ad capiendum obli-
gationem, receſsit, dicẽdo quòd ſi ipſe cepiſſet huiuſ-
modi obligationem, non teneret: ob quod Antonius
ipſe eius vir gladio euaginato acceſsit iterum ad eam:
vnde reuocatus iterum magiſter actorum, qui receſ-
ſerat, rediit, & dictam obligationem ſtipulatus eſt, ad
ſerendo ſponte vxorem ipſam pro præfato eius viro
ſe obligaſſe. Et ad fundamentum prætenſæ falſitatis
ſubditur, quòd cùm prædictus Anto. ſtipulatus fuerit
in eadem obligatione tam pro ſe, quàm pro parte
eius filij abſentis, & vnus ex prædictis teſtibus depo-
nit eademmet die ibidem vidiſſe prædictum eius fi-
lium in prædicta domo prædicti Anto. eius patris, in
qua obligatio prędicta ſtipulata fuit, & ſic ex præmiſ-
ſis duobus prætenditur ipſos teſtes falſo modo depo
ſuiſſe, & ob id captos & carceratos. Conſtat nam-
que ad capturam, & ſucceſsiuè carcerationem prædi-
ctam minimè de iure deueniri potuiſſe, nec poſſe non
præcedente prius informatione de pretenſa falſitate,
& ſic quòd adpareat prætẽſum delictum commiſſum
fuiſſe, vt inquit Salyce. in l. nullus. v. no. C. de exhibẽd.
1 reis. ſecundum † quem cõſuluit Dec. in conſi. clxxxix.
in fi. verbis incipien. lætatus ſum. vbi loquitur in pro-
priis terminis in materia falſi. & licet non poteſt ne-
dum præſumi, verum imò nec ſuſpicari aliquid falſi-
tatis ex prædictis, attamẽ quatenus teſtis vnus depo-
ſuerit vidiſſe tunc temporis filium prædicti Anto. id
eſt eodem die in domo prędicta, pro quo tãquam pro
abſente promiſerat Antonius ipſe pater in prædicta
obligatione de rato, nam ſi rectè aduertatur, hoc non
habet implicare aliquid falſitatis, cùm vtrunque ſtet
pro poſsibili, videlicet ꝙ filius ipſe ſtaret hic Neapo.
& quòd fuerit viſus per eundem teſtem in domo die
prædicto, & pariter quòd prædictus Antonius pater
promiſerit pro præfato eius filio tunc à domo abſen
te, vel fortè, quòd illum adhuc non induxerit ad eius
voluntatem, vt ſe cum eo obligaret: & hoc præſuppo-
nendum eſt de neceſsitate, ex quo compatibile eſt, &
ſemper debet fieri interpretatio, vt falſum exclu da-
2 tur, † & non ſit falſitas, vt inquit Bal. in l. iuriſgentium.
§. quod fere. ff. de pact. Bal. in l. Imperator. ff. de ſtatu
homi. Alex. in conſil. lxx. in ij. volu. & conſil. lxxiiij. in
iiij. volu. Imo. in conſi. ciij. viſis & c. ex quo probatio
falſi debet de neceſsitate concludere, vt dicit pulchrè
3 Bald. in d. §. quòd ferè, imo † in cauſa falſi requiritur
magis ſtricta & concludens probatio, quàm in aliis
cauſis. c. in præſentia. & ibi Bal. extrà de proba. & in d.
l. Imperator. Saly. in l. de tutela. C. de in integ. reſtitu.
minor. & ideò conſuluit Philip. Deci. in prædicto ſuo
conſil. clxxix. ꝙ clariores probationes quæ in crimi-
4 nalibus requiruntur, † in cauſa falſitatis ſunt neceſſa-
riæ & idem conſuluit Pet de Anchar. in conſil. xxiij.
aliàs xxiiij. Fulgo. in conſi. clxxiij. & ideò non eſt ſim-
5 pliciter verum dicere indiſtinctè, † quòd in cauſa fal-
ſitatis ſuſpitio ſola habeatur pro veritate, per ea quæ
habentur per glo. & doct. in c. in memoriam. xix. diſt.
nam illud procedit in cauſa falſi ciuiliter mota, non
autem quando criminaliter intentatur, quia eo caſu
requiruntur probationes, ſicut & in cæteris cauſis cri-
minalibus. imò & liquidiſsimè. ita conſuluit Fulg. in
conſi. clxxiiij. incip. ſuper eo, quod quæritur. & latius
refert & ſequitur Philip. Deci. in conſil. clxxv. incip.
6 in cauſa falſitatis. & in prædicto conſi. clxxix. † Quod
maximè cõcludendum eſt, cùm dicta teſtium debeãt
interpretari, vt ſuſtineantur, vt dicit Barto. in l. ij. per
illum text. C. de iis, qui ex publi. rationi. libr. x. Bart.
in l. Iu. ff. de hære. inſti. gl. in c. periculoſè. de pœniten.
7 diſtinct. j. imò ſi quid † minus aduertenter per teſtem
deponeretur, pręſumendum eſt potius ex ignorantia
quã ex dolo, vt falſitas excludatur. Ita conſuluit Fran.
de Are. in conſil. xlvij. incip. viſis. ij. colum. Bald. in l. j.
ff. de leg. in fin. colum. & ideò dixit pulchrè Innoc. in
8 c. cauſam quæ. de reſcrip. quòd † teſtis non dicitur fal-
ſum deponere, quando eius dictum poteſt aliqua in-
terpretatione verificari, per c. cùm tu. extrà de teſti.
& conſuluit Bald. in conſilio cccxxiij. in iiij. volum.
incip. præmittendum eſt ad euidentiam. imò impro-
priari debent verba teſtium, vt concordentur. l. ij. &
ibi Bart. C. de iis, qui ex publi. ratioci. libr. x. & Alex.
in l. j. de operis no. nunt. Suffragatur inſuper in fauo-
rem iſtorum inquiſitorum bona fama, quæ multum
operatur in falſitatibus præſumendis, vt dicit Bald. in
l. ea quidem. C. de accuſationibus. & conſuluit Cæpo.
9 in conſilio xl. incipien. Lucius. † & licet in ſpecie non
probentur, cùm adhuc non ſint datæ defenſiones at-
tamen ſatis eſt quòd fiſcus non potuit aliquid proba-
re de mala fama contra ipſos, ergo de neceſsitate præ
ſumitur bona, cùm quilibet in dubio præſumatur
bonus. l. merito. ff. pro ſocio. cap. primo. de ſcruti. &
voluit Innocentius in cap. dudum. de præſumpt. fin.
ibi dum



ibi dum dicitur, cum prima facie præſumitur, quæ eſt,
10 vt nemo delinquere præſumatur. & ſic ſuccedit † quòd
qualitas perſonæ multum attenditur ad remouendum
falſitatis præſumptionem. dixit Bal. in l. ij. C. de falſ. &
l. quoties. §. ſi non in corpore. de hæred. inſti. Item, in-
quantum reperitur ſcriptum prædictum Bartho. tan-
quam teſtem examinatum depoſuiſſe, quòd prædictus
quondam Anton. acceſsit cum gladio euaginato con-
tra prædictam eius vxorem eandem minando, vt ſe
obligaret, quod eſt contra tenorem obligationis, ibi,
dum dicit, quòd ſpontè & voluntariè reſpondit, quod
ibi in cauſa ciuili fuit idem Barthol. examinatus per
actuarium ſolùm abſque interuentu iudicis, & in præ-
ſentiarum in iudicio criminali examinatus depoſuit
non ita dixiſſe de cultello euaginato per Philippellum
contra vxorem, nec de vi aliqua, ſeu minis illatis per
ipſum contra eandem: ſed ſolùm quòd illa recuſauit
ſe obligare, & receſsit, accedẽdo ad eius cameram, re-
linquendo eundem Bartho. teſtem ac virum, & actua-
rium, qui acceſſerat cauſa capiẽdi obligationem: vnde
11 reſultat † quòd licet aliàs quando teſtis adſerit ſe ali-
ter depoſuiſſe, quàm ſcriptum reperitur, credendum
videatur magis notario actorum, quàm teſti: tamen
hoc non vendicabit ſibi locum in criminalibus. Ita in
ſpecie dixit Barto. in l. ſi quis legatum. pen. q. ff. de falſ.
Specu. in tit. de teſte. §. j. verſic. quid ſi teſtis. Fely. in c.
ad audientiam. de præſcrip. Abb. in c. cùm cauſam. de
teſti. & in cap. cùm tut. eod. tit. maximè quando prædi
cta prima depoſitio, quæ nõ negatur per ipſum teſtẽ,
non fuiſſet facta iudice præſente, prout dicunt prædi-
cti doct. & idem tenet Specul. in prædicto tit. de teſte.
§. j. verſic. ſed pone, ecce iudex. & in tit. de inſtru. edit.
§. reſtat. ver. ſed quid ſi vnus. & ibi dixit, quòd omnes
doctores Bonon. in ſua priuata examinatione ita con
cordarunt, quòd non credatur tabellioni contra te-
ſtem, quando teſtis fuit accuſatus de falſo, quia in cri-
minalibus debent eſſe probationes luce meridiana
clariores, per l. ſciant cuncti. C. de probat. quod etiam
ſequitur Ludouic. Rom. dicens eſſe verum dictum, &
ſingulare in l. j. §. fin. ff. de verbo. oblig. & ſequitur Pa-
norm. in c. ad audientiam. extrà de præſcript. j. colum.
verſic. & facit iſte text. ad q. & in ca. cauſam, quæ inter
archiepiſcopum. in fin. de teſti. vbi dicit iſtud dictum
Specu. eſſe multum nota. Idem tenuit Angel. & Imol.
in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemadmod. teſta. ape. Imo. in
clemen. prima, de hære. & ibi Cardi. in §. fin. Saly. poſt
Cyn. in l. ſi quis decurio. verſic. pone quòd teſtis. C. de
fal. Alex. de Imol. in conſil. lxx. incip. viſo proceſſu in-
quiſitionis. in j. col. verſic. ij. reſpondeo. in j. volum. &
in conſil. xlix. incip. viſis proceſsibus in cauſa inquiſi-
tionis formatæ. quaſi per totum. ij. volum. Idem refert
& ſequitur Thom. Ferra. de Brixia, in caute. ſuis, caut.
xxvj. ſub rubr. cautela ad euadendum teſtem falſarium
à pœna falſi. Nec omittendum eſt, quòd prædictus
actorum notarius non negauit, imò annuit, & dixit
prædictam vxorem à principio recuſaſſe ſe obligare:
& quòd receſsit ad cameram, & ipſe notarius pariter
receſsit, & poſtmodum iterum vocatus fuit, & ſic re-
ceſsit, & poſtmodum iterum vocatus fuit, & ſic receſ-
ſus eſt, & cœpit obligationem præfatam, ex quo vxor
acquieuerat voluntati viri, & ſe obligauit: & ſic de-
poſitio ipſius actorum notarij conformatur, & non
in modico, depoſitioni ipſorum teſtium: & ad hoc
12 vt dictum teſtis † ſaluetur, ſufficit aliquid eſſe verum,
vel non eſſe implicitè. gl. eſt no. in c. ſi quando. in ver.
rationabili. & ibi But. in apoſtil. j. in recollectis. de
reſcrip. & firmat Bertach. in repe. ſuo, in verſic. impu-
gnatio. ij. col. in v. ver. Præterea adparet ex prædicta
depoſitione notarij actorum, ꝙ depoſitio dictorum
teſtium iuuatur primordio veritatis, quo caſu falſum
dici minimè poteſt id, quod primordio veritatis iu-
uatur: dixit Bar. & Pau. de Caſt. in l. cùm filius. §. hæres
meus. ff. de leg. ij. vbi Pau. ſubdit, quòd id, quod habet
aliquid veritatis admiſtum, non poteſt dici falſum. &
idem conſuluit idem Pau. de Caſt. in conſil. cl. & And.
de Iſer. in conſtitutione, ſi damna. in iij. col. Fran. Cur.
in conſil. lvj. v. col. incip. ſuper proceſſu inquiſitionis.
ex quibus debent inquiſiti prædicti nullatenus deti-
neri, ſed liberari, & ita executum fuit per magnam
curiam vicariæ viſo præſenti Conſilio.

Thomas Grammaticus, I.V. Doctor.

### SVMMARIVM.

1 *Hoſtis dicitur veniens contra proprium Regem, dum ſibi præſtiterat iuramentum fidelitatis.*

2 *Recognoſcens alium in dominum, petendo ab eo confirmationem feudorum, venit feudo priuandus.*

3 *Animus & voluntas datur factis intelligi.*

4 *Filius præſumitur geſta parentis imitari. & ibi multa infinita de hoc.*

5 *Filius præſumitur eiuſdem affectionis ſicut & pater fuit, & etiam ſi pater fuit partialis contra Regem ſeu fidelis, ita præſumitur & filius. & num. 6.*

7 *Nullum maius mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum.*

8 *Teſtis deponens quòd in aliquo negotio Titius fuit ſecum in tali loco, & Titius examinatus negat cum eo interfuiſſe ibi, teſtis talis non probat.*

9 *Præſumptionibus & coniecturis verificatur quòd quis aliquid ſimulauerit, vel fictè ſcripſerit, & ſic ſimulatio probatur per coniecturas.*

10 *Præſumptio vna tollitur per aliam.*

11 *Præſumptio ſpecialis tollit generalem.*

12 *Præſumptiones duæ vbi concurrunt, quarũ vna eſt excluſiua delicti, & alia incluſiua, ſemper attẽditur excluſiua.*

13 *Rex Francorum, ſi faceret confiteri vnam ciuitatem eſſe ſuam, faciendo ſibi iurari fidelitatem, talis confeſſio & etiam iuramentum præſtitum non tenet.*

14 *Notarius ſi fecit inſtrumentum falſum, & omiſit in ea apponere diem vel locum, ob quod inſtrumentum non tenet, non tenetur pœna falſi.*

*Teſtis ſi depoſuit falſum vltra capitula, ob quod eius dictum non valet, non punietur pœna contenta in ſtatuto, ex quo factum per eum non valuit de iure.*

15 *Deliberatio colligitur ex præparatoriis & geſtis.*

16 *Credens verbis boni viri, ſeu magni, aut fide digni, excuſatur de ſucceſſu.*

17 *Seruiens de pecunia principi velut ſoluendo, ad hoc non tenebitur perſonaliter ſeruire.*

18 *Vaſallus debet de neceſſitate interpellari à domino, & requiri de ſeruitio, nec tenetur vltrò ſe offerre.*

19 *Vaſallus infirmus non poteſt arctari, vt perſonaliter ſeruiat domino.*

20 *Bannum pœnale præbet iuſtam excuſationem. & nu. 21.*

22 *Metus perditionis bonorum ſeu amiſſionis vitæ & honoris præbet iuſtum metum,*

23 *Bannum pœnale ſeu mandatum, licet effectum ſuum contra aliquem ſortitum non fuerit, nihilominus metus illius*

*illius pœna excuſat.*
24 *Metus ſufficit & dicitur iuſtus, vbi quis ſcit de facili ſe poſſe compelli.*
25 *Metus amiſſionis bonorum & mortis, æquiparatur, & dicitur iuſtus metus. & num. 26.*
27 *Metus mortis dicitur iuſtus metus.*
28 *Rebellis dici non poteſt exiſtens cum hoſtibus, & qui originarius eſt terræ occupatæ per hoſtes.*
29 *Accedens ad hoſtes, non vt eis auxilium impēdat, ſed vt ſibimet proſit, & ne offendatur, dicitur dolo carere, & non eſt in pœna.*
30 *Homagium præſtans hoſti præcedente proteſtatione, quòd metu præſtabat, excuſatur.*
31 *Metus iuſtus dicitur timor violentiæ inferendæ.*
32 *Metus iuſtus dicitur timere violentiam inuaſoris.*
33 *Metus iuſtus dicitur, nedum cum inſtans eſt periculum, verum etiam cum res ad id veriſimiliter tendit.*
34 *Metu paria ſunt quòd aliquid fiat, vel per probabilem ſuſpicionem metus.*
35 *Timere ſufficit ſaltim probabiliter, etiam ſi non iuſtè ad excuſandum quòd propter metum quid factum ſit.*
36 *Vaſallus committens cauſam priuationis feudi, licet veniat feudo priuandus, tamen ſi id per metum fecerit, excuſabitur.*
37 *Vaſallus timens vim hoſtium, ſi tamen vt euitaret periculum, dimiſit dominum in prælio periclitantem, excuſatur.*
38 *Vaſallus tenetur iuuare dominum ſalua ſua perſona & vita. quam præponere debet ſaluti domini.*
39 *Crimen læſæ maieſtatis non poteſt imputari carenti dolo.*
40 *Vaſallus accedens ad hoſtes de loco infideli ad infidelem, non poteſt dici transfuga. ſeu hoſtis.*
41 *In crimine læſæ maieſtatis non fit extenſio de vno caſu ad alium: ſed fit ſtricta interpretatio.*
42 *Metus iuſtus excuſat à iuramento fidelitatis præſtito alteri inuaſori. ſeu tyranno.*
43 *Metus iuſtus eſt, nedum compulſio, ſed timor coactionis.*
44 *Metus iuſtus facit vt vaſallus non perdat feudum. ſi ex metu ductus contrahat amicitiam cum hoſtibus. Secus ſi in damnum ſui domini amicitiam præfatam contraxit.*
45 *Metus iuſtus ſiue iniuſtus excuſat à culpa.*

## CONSILIVM XXXI.

TRemendi Dei præſidio petito, Amen. In
cauſa magni. Io. Bapt. de Abenabulo, cum
regio fiſco, audio tam ſubtiliter & copio-
ſè fuiſſe allegatum per magnifi. Ioan. An-
gelum piſanellum. V. I. D. & collegam in cauſa, & qui
eandem vſque ad publicationem incluſiuè inſtruxit,
vt nihil melius, nihilque aptius pro explorata cliētis
victoria adduci potuiſſet, Attamen vt eidem clienti
morem geram, eius concluſionem velut veridicam &
iuri conſonam adprobo, & ne illotis manibus ad rem
ipſam acceſsiſſe videar, infrà ſcripta ad eiuſdem con-
cluſionis corroborationem ſubiiciam. Et in primis,
licet ipſe magni. Io. Bapt. iuramentum fidelitatis præ-
ſtitiſſe adpareat Duci Gallorum, & inimicæ ligæ do-
mino de Lotrech: & literas ſuis vaſallis deſtinaſſe, in
quibus confirmationē, ſeu conſeruatoriū poſſeſsionis
ſuorum caſtrorum ab eodem belli duce obtinuiſſe ad-
ſerere videatur: quæ omnia prima facie in crimen re-
1 bellionis ſonare videntur,† & etiam hoſtilitatis: cùm
pro hoſte habeatur præſtans iuramentum fidelitatis
contra Regem proprium: per text. in c. j. de noua for.
fideli. nam dicitur incurriſſe eo caſu in crimen læſæ
Maieſtatis, per l. quiſquis. C. ad leg. Iul. Maie. prout di-
cit And. de Iſer. in tit. quæ ſit prima cauſa. in §. rurſus.
ij. col. & in l. hac edictali. de pac. iur. fir. §. cōuenticulas.
2 & in l. iiij. in prin. ff. ad leg. Iul. maieſtatis. † quia reco-
gnoſcēs alium in dominum, petendo ab eo confirma-
tionem feudorum, & ipſam obtinēs, venit feudo pri-
uandus. ita dicit Abb. in c. cùm olim. de re iudi. & ſe-
quitur Iac. in tract. feudo. & intantum dicit præmiſſa
gerens, crimen læſæ maieſtatis incurriſſe, per tex. in l.
ij. ff. ad leg. Iul. Maieſta. ꝙ propter tale iuramētum fi-
delitatis hoſti præſtitū, veniet pœna capitali plecten-
dus: vt dixit Luc. de Pen. in l. deuotum. C. de meta. lib.
xij. attamē Magni. Io. Bapt. re ipſa, & facto contrariū
demonſtrauit, dum notoriè ſemper eius caſtra, & va-
ſallos ſub Cæſareis vexilis, licet ab eis abſens, morari
iuſsit, vt quam plurimorū teſtimonio roboratur: ma-
ximē cùm ita eos morari mandauerit, prout etiā vſq;
in hodiernū diem permanere adparent. & ſic videtur
3 contrariæ voluntatis † & animi fuiſſe, quàm fiſcus præ-
tendat: cùm factis detur voluntas intelligi & animus.
l. reprehendenda. cum vulg. C. de inſtit. & ſubſt. quia
talis præſumitur animus, qualia ſunt facta: ſecundum
Lud. in conſ. xcvj. incip. in Chriſti nomine Amē. ſuper
eo, ꝙ quæritur. & alibi magis eſt actu voluntatē decla-
rare, quàm verbis. dixit Ludo. in conſi. cclxxj. ij. col. &
fortiora ſunt facta ad demonſtrandum animū, quàm
verba: quæ ſæpe proferuntur contra intentionem pro
ferentis. c. dilecti. de appel. c. æſtimant. x. q. iij. ita dixit
Abb. in conſi. ccxxiiij. incip. illud de iure quæritur. &
ibi ſubdit, ꝙ plerunque proferuntur contra intentionē
proferētis, prout fuerunt prolata ſeu ſcripta in dictis
literis tranſmiſsis. Quod etiam corroboratur de cæ-
teris probationibus exiſtentibus in proceſſu. conſtat
namque ipſum Io. Bapt. ſemper fuiſſe cordialiſsimum
Aragonēſem, & ſucceſsiuè Cæſareum, & ꝙ eius pater,
& eius patruus pariter, vt deuotiſ. Aragonenſes inſer-
uierūt ſemper perſonaliter Sereniſ. retro principibus
de domo Aragonum, & ſignanter quondam cap. regi
4 glorioſæ memoriæ, † & ſic ipſe vt filius geſta parentum
& prædeceſſorū imitatus extitit, prout ita de iure etiā
præſumendum eſt parentum geſta imitaſſe: vt inquit
Spec. in prooemi. Spec. ver. cæterùm. & ideò dicit Bal.
in l. liberti. ij. col. C. de oper. liber. quòd filius præſu-
mitur eiuſdem affectionis & voluntatis fuiſſe, ſicut &
5 pater fuit. Hinc eſt † quòd ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe
patri, ita in virtutibus, ſicut in vitiis. l. quiſquis. C. ad
leg. Iul. maie. l. quòd ſi nolit. §. qui mācipia. ff. de ædil.
edict. Idem dicit Neap. ſeba. in coſuetu. Neap. incip.
& ſi teſtator. in ver. diſpo. ſub rub. de ſucce. mor. ſine
fil. & ideò conſuluit Barba. in ſuo conſil. xxxiiij. in ij.
volum. xxiij. column. incipien. præclarus optimus. ver.
6 modo ſacratiſsimus Imperator. † quòd natus ex patre
partiali contra Regem, eodem modo præſumitur eius
filius. idem refert & ſequitur Alber. Bru. in ſuo conſil.
xiij. x. col. & ſic cùm non ex infecto ſanguine, ſed fide
li digreſſus fuerit ſuccedere debet præſumptio. l. non
omnis. §. à barbaris. ff. de re milita. quòd non debet ad
dolū imputari, ſi quid ſucceſſerit contra id, quod fieri
debebat, iuxta nunc dicta per And. in c. j. §. porrò. quæ
fuit prima cauſa benefi. amitt. Item liquet ex proceſ-
ſus meritis, quòd tēpore obſidionis Neap. ipſe Magni.
Ioan. Bap. demonſtrabat ſe ſatis triſtem, ac mœſtiſsi-
mum,



mum, emittendo tacitos clamores inter ſeipſum ac
ſuſpiria: exhibendo ſuam anxiam voluntatem, ac de-
ſiderium victoriæ Cęſareæ aduerſus Gallos, erogando
diuerſa potagia, referentibus proſperos ſucceſſus Cæ
ſarei exercitus: & tandem ſubſequuta victoria, ſatis ſu-
pérque gauiſus extitit. Hinc eſt, quòd ſtatim eius ma-
gnifica vxor nudis pedibus comperta fuit accedere
ad propinquiorem eccleſiam, Deo gratias referendo:
prout ex infinito numero teſtium cōprobatur. Hinc
ſuccedit, quod pulchrè dixit Bal. in rubr. de teſti. & in
c. ſuper literis. v. col. de reſcrip. quòd nullū eſt maius
mentis noſtræ teſtimonium, † quàm qualitas inſpecta
7 verborum. & dixit Bal. in l. voluntatis. ad fin. C. de fi-
deicommiſ. quòd non credimus hominem velle, niſi
illud, quod dicit, ex quo vox eſt mentis noſtræ euiden
tiſsimum argumentum. dixit Bald. in l. ea, quæ. circa
princip. C. quomodo & quando iud. Hinc dixit Bald.
in conſil. ſchiſmatis. xj. col. quòd lingua, eſt organum
intellectus, tuba, & eius præco: & quòd verbum voce
prolatum, eſt nuntius intellectus. idem dixit Bal. in c.
ex tranſmiſſa. extrà de reſti. ſpoli. quòd vox eſt inſtru
mentum datum homini ad ſignificandū per labia cor
& voluntatem: & ideò ſecundum philoſophum, voces
ſunt notæ earum, quæ ſunt in animo paſsionū. & idem
dixit Bal. in c. mandatum. j. col. extrà de reſcri. & in l.
vnica. §. vbi autem. C. de cadu. tollen. & eſt bonus tex.
in l. Labeo. §. idem Tubero. de ſupelle. lega. & vltra, ꝙ
quam plures teſtes depoſuerunt ita ſimulatè & fictè
ſcriptum fuiſſe in dictis literis repertis, quòd iam ob-
tinuerat conſeruatorium ſeu confirmationem: atta-
men contrarium ſuadere debent in animū cuiuſlibet
ritè ſentiētis infrà ſcriptæ vrgētes pręſumptiones, &c.
Prima, quia ſtante inimicitia & odio contracto cum
Leonardo Runbo cognato Ferdinandi Malda, acerri-
mo aduerſario ipſius Io. Bapti. & qui obtinuerat pro-
uiſiones à prædicto Duce gallorum, fultus fauore pręſ-
fati eius cognati de capiēdo poſſeſsionem caſtrorum
præfati Ioan. Bapti. & hoc opera prædicti Leonardi,
qui erat ſatis potens, & de ſupremis officialibus in
conſilio Gallorum: & ſic nullatenus potuiſſet Io. Bapt.
ipſe nec confirmationem nec conſeruatorium obti-
nere. Secunda, quia tentus & reputatus prædictus Io.
Bapt. Cæſareus fuit deſtitutus à prædictis Gallis poſ-
ſeſsione ſui caſtri Salucij, vltra dictam prouiſionem
expeditam in fauorem prædicti Ferdinandi Malda de
aliis caſtris in prouincia Calabriæ eius Ioan. Bapt.
Tertia, quia ſi cōfirmatio aliqua fuiſſet expedita, iam
reperta fuiſſet vna cum dictis literis, in quibus fiebat
mentio confirmationis prædictæ repertis iam penes
nobilem Ioan. Pepe & in quibus adſerebatur, quòd
per eundem Io. Pepe tranſmittebatur. & tamen idem
Ioan. Pepe examinatus deponit nedum confirmatio-
nem prædictam non detuliſſe, imò nec vidiſſe, nec
ſcire fuiſſe expeditam. Vnde ſuccedit, quòd ſatis ad
propoſitum dixit Bald. in c. cauſam, quæ inter archie-
piſcopum. v colum. de teſtib. quòd ſi teſtis deponit,
quòd in aliquo negotio Titius erat ſecum in tali lo-
co, & Titius examinatus negat ibi interfuiſſe, quòd eo
caſu inualidum erit teſtimonium illius adſerentis,
8 † quòd Titius ſecum fuerat: per text. in l. j. ff. quemad-
mo. teſta. aperi. Bene faciunt not. per Bald. & Salyc. in
l. teſtium. C. de teſtib. Idem etiam conſuluit Alexand.
in conſil. xc. vltima col. iiij. volum. & conſil. xxxiiij.
in iij. volum. & ibi ſubdit, quòd huiuſmodi contrarie-
tas inter ipſos duos facit, vt nemini credatur ex ipſis:
vt habetur not. per Ioan. Andr. & docto. communiter
in cap. in noſtra. de teſti. Et ſic ex præmiſsis adparet,
quòd fictæ & ſimulatæ literæ procedebant, dum con-
tineretur in eiſdem confirmationem prædictam trāſ-
miſiſſe per medium ipſius Ioan. Pepe ex quo, quòd
9 quis aliquid ſimulauerit, vel † quòd fictè ſcripſerit, aut
fecerit, probatur per coniecturas & præſumptiones.
dixit pulchrè Innocen. in cap. cùm dilectus. quod me.
cauſa. & ſic eſt leuis præſumptio, videlicet, quòd ita
ſcripſerit, tollitur per pręallegatas pręſumptiones ma
10 gis vrgentes: maximè cùm † vna præſumptio tollat
aliam: vt dixit Bartol. in l. diuus. de in integrum reſtit.
Cyn. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſo. matri.
Bald. in l. fin. de hæredi. inſtitu. & in l. quamuis. C. de
impub & ali. ſubſtit. & conſuluit Alexan. conſi. lxxvij.
& præſertim, cùm præmiſſæ præſumptiones ſint ſpe-
11 ciales, † quæ tollunt illas generales. dixit Bartol. in l.
cùm de indebito. ff. de probat. Bald. in l. ſiue poſſide-
tis. j. colum. C. eod. tit. in vltima oppo. Alexand. conſi.
lxij. incip. in cauſa inquiſitionis. in iij. volum. & præ-
ſertim attendi debent præmiſſæ præſumptiones, cùm
12 ſint delicti excluſiuæ, † & vbi duæ concurrunt præ-
ſumptiones, quarum vna eſt excluſiua delicti, & alia
incluſiua, ſemper attenditur excluſiua. ita Lud. in cōſi.
lxviij. incipien. in Chriſti nomine Amen. Viſis mihi
propoſitis. & hoc ex quo ſemper eſt capienda via vt
excludamus delictum: vt dixit Barto. in l. non ſolùm.
§. ſed vt probari. ff. de no. oper. nunt. Abb. in cap. in
præſentia. de probatio. Innocen. in cap. dudum. el. j. de
ele. & in cap. j. de ſcruti. & hoc ob notabilem præſum-
ptionem, quæ eſt, vt nemo delinquere præſumatur:
vulg. l. meritò. ff. pro ſoc. & in c. dudum. de præſump.
& voluit Inno. in c. dudum. vt eccle. benefi. & hoc quo
ad literas ſcriptas per prædictum Io. Bapt. de quibus
videtur fieri caſus per fiſcum. Quo verò ad iuramen-
tum fidelitatis per eundem præſtitum Duci Gallorū,
dicitur in primis iuramentum ipſum fuiſſe, & eſſe nul
lum & inualidum, per id quod dixit Bald. in l. nec ſi
volens. C. de libera. cauſa. vbi dixit, quòd ſi Rex Fran-
13 corum faceret confiteri † vnam ciuitatem eſſe ſuam,
faciendo ſibi iurare fidelitatem, talis confeſsio & iu-
ramentum non tenet. & facit dictum Bald. in l. ij. vlt.
col. in. ver. vlterius quæro, quid ſi per metum iuraui.
C. quod me. cauſa. Idē refert & ſequitur Iaſ. in prælud.
feud. col. xvj. ver. no. etiam & ſæpe veni in facto. & ſe-
quitur Cotta in memorial. ſuis, in ver. Imperator vel
papa. & idem refert & ſequitur Marſi. in l. quæſtionis
habendæ. quæ eſt lex pen. xiij. col. ff. de quæſtio. in ver.
pro qua opinione facit. & ideò pulchrè infert d. Ant.
de Alex. in addi. ad Bar. in l. vnica. C. de confeſ. dicēdo
not. contra Regem Francorum Carolum octauum,
qui vt tyrannus venit in hoc Regnum, & potentia
illud occupauit, & fecit ſibi præſtari iuramentum fi-
delitatis ab hac ciuitate Neapol. & à toto regno: &
hoc per dictum Bald. in dicta l. nec ſi volen. & ſic data
nullitate & inualiditate iuramenti prædicti, præſtiti,
non indicitur in pœnam, per id quod in ſimili dici-
tur de notario, qui fecit inſtrumentum falſum, & in
eo omiſit apponere diem, vel locum, vel aliud ob
quod inſtrumentum non valet, vel aliquis depoſuit
14 falſum vltra capitula, † & ſic in hoc eius dictum non
valet: nam huic imponetur pœna contenta in ſta-
tuto, ex quo factum per eum non valuit de iure:
quia

quia nihil nocuit conatus, cùm iniuria non habue-
rit effectum.l.j.in fi.ff. quod quiſque iur.l. ea quidem.
C.ſi mancip.ita fue.alie.vt manumit.l. impuberem.§.
ſed & ſi ei ſeruò.ff.de falſi. quæ eſt aurea deciſ. ad hoc,
& quia inſtrumentum dicimus id, quod eſt validum
& rite perfectum, ſic etiam condẽnatum eſſe dicimus
ritè condemnatũ. l.iiij.§. condemnatum. ff.de re iudi.
Nec ſuffragaretur fiſco,dicere, quòd debebat Io.Bap.
ipſe ſe conferre tanquàm fidelis, ſi ita erat, in ciuitate
Neap. ſeu Caiet. & ibi perſonaliter ſeruire Cæſa.Ma-
ieſtati tãquam Baro.ſeu feudatarius, ex quo vt oſten-
ſum eſt in facto, per ipſum non ſtetit,& ex legitimo
impedimento fracturæ ſtratarum ceſſauit, quo minus
id faceret.nam trãſmiſerat omnia eius mobilia Caie-
tam & Neap. & maximi pretij & valoris, vt ad eaſdẽ
terras fideles,ſeu ad aliam ex eis ſe conferret: & ſic ex
eius præcedentibus geſtis & præparatoriis cõſideran
15 dum, † imò iudicandum eſt id, quod exequi delibera
uerat.l. & ſi amici. in fi. iuncta l.quod ait.in prin & ibi
glo.ff.de adult.Bal.in c.tuæ. de procu. Decius in rubr.
de iudi.ij.col.nec debebat aut tenebatur venire Neap.
à qua omnes habitãtes,celeri curſu aufugere niteban-
tur: maximè ob verba Illuſtr.quondam don Hugonis
Proregis adſerentis, quod ſi milites Cæſarei venirent
ad hoſpitandum intus ciuitatem Neap. eiſdem ingre-
dientibus per vnam Ianuam, ipſe Prorex exiuiſſet per
aliam,& receſsiſſet. & hoc ob prauos mores ipſorum
ſtipendiariorum, maximè Heluetiorum, prout demũ
magis veridicè in facto verificatum fuit: vt & noſtri
Parthenopęi paſsi varias calamitates & languores,fide
dignum teſtimoniũ perhibere poterunt.text.eſt in l.fi.
ff.de hæred. inſti.Ex quibus rumore & fama ſatis præ-
dictus Io.Bapt.excuſandus venit.l. Titio fundus. ff. de
condic.& demon.l.ſi à bonæ fidei.ff. de rei vendic. &
conſuluit Alex.in conſil.j. vj.col.in iiij.vol. Lud.Ro. in
conſil. ccccij. & lix. vnde ſi credendum fuit prædicto
domino proregi, minimè ſibi imputari poſſe adparet
16 eius receſſus à priſtina deliberatione † veniẽdi Neap.
cùm crediderit fide digno:per glo d.l.Titio fundus. &
ſequitur Alex.in l.j.col.j.ff. de eo, per quem fa.erit. &
maximè, exiſtente ipſo tunc officiali & Prorege. ita
Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. j.q.in fi.ff.de
noui oper. nunt.Bald.in l.indicia. circa fin.ver.quartò
quæro. C.de rei vendi. dum dicit adſertionem proui-
di viri præbere iuſtiſsimum terrorem: & nihilominus
circũſcriptis prædictis vltrà, quod ſoluit adhoam re-
quiſitum per regiam curiam, non tenebatur ſeruire
17 de perſona, reſpectu † electionis factæ per regiam cu-
riam de adoha,& ſic de ſeruitio reali, vt dicit Andr.in
d.c.§.firmiter. de prohib.feud.alie. per Fed.Iacob. in
tracta.feud.in clauſula, & promiſerunt.col.x.verſi.vi-
ceſimò quærò. & tamen dato abſque veri præiudicio,
quòd adoham non ſoluiſſet, prout ſoluiſſe docuit, di-
cendum eſt,quòd non tenebatur perſonaliler ſeruire,
niſi requiſitus fuiſſet per regiã curiã, vt perſonaliter
ſeruire debuiſſet, prout requiri omnino tenebatur:
aliàs non erat obligatus illud præſtare, id eſt, ſeruire
perſonaliter: vt firmat And.de Iſer.in c.j.§.ſed nec eſt
alia iuſtior. quæ fuit prima cauſa benefi. amitt. vbi di-
cit in ſpecie, de neceſsitate requiri,quòd feudatarius
18 requiratur, † ſeu interpellatur: nec tenetur vaſallus
vltrò ſe offerre, niſi fuerit à domino interpellatus, ꝙ
ſeruitium præſtet.idem voluit Iac.de belui.in c.j.§.ad
hoc. per illum text. in tit. hîc finit Lex Corr. refert &
ſequitur Iaſ.in prælud. feu. in 6.char.Et inſuper erat,
prout eſt, Ioan. Bapt. ipſe inhabilis ad ſeruitium per-
ſonale.cùm adpareat, imo ſit debilis ac infirmus, ma-
ximè in oculis, & longa infirmitate: & ſic minimè
19 aptus armari, vt plenè doctum fuit. † quo caſu arctari
non poterat perſonaliter inſeruire: per text.cum glo.
in c.ij.de feud.ſine culp.non amitten.ver.potuerit.gl.
in c.j.in prin.quibus mod.feu.amitta. Nunc tamen re-
deundo ad iuramẽtum fidelitatis, inficiari non poteſt
ipſum Magnific. Io.Bapt. nõ fuiſſe in iuſtiſsimo metu,
tum ex cauſa bona notorij, & pœnalis ſub pœna re-
bellionis & confiſcationis bonorum, ſtante ipſo ac
commorante in ciuitate Trani, cuius oriundus & ha-
bitator erat:& ſub dominio Gallorũ, in quo degebat,
cum eius vxore, filiis & filiabus ex cauſa banni prædi-
cti formidabilis excuſandus venit:vt dixit Bar.in tra-
20 cta.de tyran. in v.col. † in medio,& non modo præco-
nium, ſed iuſtus quilibet metus excuſat ab omni cul-
pa,& dolo in prohibitis.dixit Bal.in c.j.in ver.vel fur-
tum.de pace iur.firm Cy.in l.j. C.vnde vi.Afflic.in ſua
21 deci.ccl. † Nam banno ſeu præconio eidem indu-
ctus eſt iuſtus metus.dixit Ang.in l.liber homo.in fin.
de hære.inſti.Alex. conſi.lx.j.col.j.vol. & ſic ab huiuſ-
modi comminatione pœnarum à ſolitis minas exe-
cutioni mandare, prout de more Gallorum, dicitur
fuiſſe in iuſtiſsimo metu.firmat Cy.in l.j. C.ſi quis Im-
pera.maled. Bald.in conſi.ſchiſmatis.& in l.interpoſi-
tas.C.de tranſac.& in l.metum. quod met.cau. Verba
enim prolata in banno ſub pœna rebellionis, & per-
ditionis bonorum, includebant iuſtum metum vitæ
22 & honoris: † & ſic iuſtum metum iuducebant. ita di-
cunt docto.in l.ad inuidiam.C.quod met.cau.Alex.in
conſi. xvj.in iij.vol. Et licet dici poſsit bannum ipſum
minimè adparere, quòd contra aliquem executioni
23 mandatum fuiſſet,non † ex hoc inferri poſsit Io.Bapt.
ipſum caruiſſe iuſto metu, vt dicit gloſſ. in l.habitato-
res.§.fi.ff.quod met.cauſa.& Alex.conſi.xcix.& ſeq.in
iij.vol. ſtante maximè illa conſuetudine primi motus
hoſtium, vt concludunt doctores in d.l.metum. quod
met.cauſa.& Bar in tracta.de tyran.in iiij.col.& Soc.
24 in conſi. xxvij .in j.vol. & ſufficiebat metus ille, † vbi
quis ſcit ſe de facili poſſe compelli, Bart.in d.tract. in
v. col.ver.mihi autem videtur. & ſequitur Ana. in cap.
25 ſicut.de ſimon. & in c.ij.xiij.col. de delic. puer. † Ha-
buit etiam Magnifi. Ioan. Bapt. iuſtum metum amiſ-
ſionis bonorum, qui metus æquiparatur timori mor-
tis.l.propter litem.ff.de excuſa.tuto.per quem tex. ita
dixit Bar.in l.ſi ob turpem.ff.de condict. ob turp.cau.
26 & conſuluit Albe. in conſ.lxxxij. † Habuit etiam iuſtũ
metum amiſsionis honoris, reſpectu ſuæ vxoris iuue-
nis,nobiliſsimę & pulchræ, ac filiarum: & timor amiſ-
ſionis honoris, dicitur iuſtus metus.l. iſti quidem. ff.
quod met. cauſ. & conſuluit Ludo. Roma. in ſuo conſ.
xxx.in ix.col.& eſt bona gloſſ.in c.cùm dilectus.quod
met.cau.& Bald.in l.vt vim.ff.de iuſti. & iure. Habuit
etiam iuſtum metum mortis, tanquam notorius Cæ-
ſareus,& ita reputatur à Gallis, vt probatum eſt. & ſic
ſub eorum dominio ſubditus exiſtens, non præſtando
fidelitatem, reputatus fuit rebellis à regni inuaſore,
per quem ſpoliatus fuerat poſſeſsione ſui caſtri Gallu-
cei, & quòd inſuper occideretur: & ſic cũ metus mor-
tis etiam conſtantiſsimos terreat: quis enim tam for-
27 tis animi reperiri contigerit, † cui propoſito mortis
terrore non exanimetur: cùm etiam conſtantiſsimos
terreat?



terreat, vt dicit Bal.in prædicto conſ.ſchiſmatis. Vn-
de exiſtente ipſo in ciuitate Trani eius originaria pa-
tria, quæ demum ad manus Gallorũ, & inimicitiæ ligæ
deuenerat, retrocedẽte Cæſareo exercitu ad ſe reclu-
dendum Neap. non ex hoc dici poteſt prædictum Io.
Bapt.ad hoſtes acceſsiſſe qui cum hoſtibus erat, citra
28 tamen armorum vſum & opẽ, & ſic † non poteſt dici
in crimen rebellionis aut læſæ maieſt.incurriſſe.Ita in
ſpecie conſulendo tenet Oldrad.in conſil. xliij.ij.col.
29 verſic. circa ſextam. † Et licet acceſſerit ad hoſtes
exiſtentes in caſtris contra Neapo. vbi hoſtes armati
aderant,dico ꝙ non in iacturam ſeu damnum Cæſa-
reum acceſſerat, ſed vt ſe releuaret, ne ex præmiſsis
offenderetur ab impetu Gallico, & ſic adparet dolo
caruiſſe, per text.in l.fluminum. §.item videamus. &
quod ibi not.ff.de dam.infec.& in cap. cùm eccleſ.de
deci.& in l.ſi mihi & tibi.& ibi Bart.ff.de lega.j.Alex.
in conſil.cxiiij.ij. col. in iij. vol. & maximè cùm præ-
cedente proteſtatione coram honeſtis perſonis, quòd
metuens banna pœnalia accedebat ad præſtandũ ho-
magium, ne pœnarum laqueis innodaretur,& ſic ex-
cuſatus venit ex præmiſſa proteſtatione, vt inquit in
cap.olim.ij.col.ver.in authen.de reſti.ſpo. cùm adpa-
reat per ea homagium ipſum potius metu præſtitum,
30 quàm † aliter, cùm ex proteſtatione præmiſſa adpa-
reat declarata voluntas,& ius conſeruatũ in futurum,
vt declarat Luc.de Pen.in l.curiales. penult. col. C.de
prædi.Cur.lib.x.Bart.in tract.de tyran.j.& ij. q.quod
potiſsimè procedit eo tempore,quo viribus, armis ac
campeſtri exercitu carebamus, adeò vt aduerſus ho-
ſtes minimè videatur reſiſti poſſe, tum etiã ex inopi-
nato ſucceſſu necis Illuſtr.proregis in bello nauali, &
ideò non debebit aliter morari, aut expectare, & ſe
31 periculo committere,† quoniam timor violentiæ infe
rendę, dicitur iuſtus metus, vt dicit Alex.in conſ xcix.
incip.quoniam per excellentiſ.in iij.vol. Et ꝙ non de
bet quis ſe periculo committere, tenet Innoc. & poſt
ipſum Bald.in cap.j.quod met.cau.cùm timendum ſit,
quod abſque periculo eſſe non poteſt.c.j.de baptiſ.in
cle.ſecundum Bald.ibidem in iij.col. Et ꝙ talis metus
duret donec durat iuriſdictio illius domini, tenet Cy.
in l.ij.C.quod met.cau.& Bald.in cap.j.& ea, quæ per
iuſtum metum fiunt,excuſationẽ merentur, vt in c.fi.
32 de app.iuſtus enim metus† fuit perhorreſcere poten-
tiam inuaſoris, vt in ſimili tenet Card.Flor.in cle.pa-
ſtoralis.§.notorium.de re iud.& ideo dixit Bal.in c.j.
in verſ.pactiones.de pace Conſtan. ꝙ id, quod fit per
metum principis nõ valet, & inficiari nõ poteſt, quin
fuerit ipſe Ioan.Bapt.in metu iuſtiſsimo, cùm iuſtus
33 metus† dicatur, nedũ cùm inſtans eſt periculum, ve-
rùm etiam cùm res ad id veriſimiliter tendat. ita Cy.
& Bartol.in l.metum. præalleg. & ideo ſufficit ſubeſſe
iuſtam cauſam metus.dixit pulchrè Bald.in l.fin.C.de
iur.deli.j.col.& conſuluit Alex. conſil.cxliiij.ij. volu.
vbi dicunt, ꝙ iuſtus metus eſt, vbi iuſta ſuſpicio ineſt,&
idem ante eum Innoc. in c.cùm olim. de elect. & non
ab re dicit Angel.in d. l. metum. ꝙ paria ſunt, aliquid
34 fieri per metũ,† vel per probabilẽ ſuſpicionẽ metus.
& dixit gl.ſatis not.in c.bonæ.el j.de elec. quòd iuſtus
metus ſufficit,licet eius effectus non ſequatur: & idem
dixit gl.in c.ad audientiã.extrà quod met.cau. & ideò
ſatis ad propoſitum dixit Luc. de Pen. in l.ſi coloni.x.
col.C.de agric.& cenſi.lib.xj. ꝙ ſufficit timere ſaltim
probabiliter, etiam ſi non iuſtè.l.rectè.cum ibi no. C.
35 quod met.cau.& ſic concludendũ eſt,† ꝙ nõ debebat
modo aliquo ſe periculo committere. Vnde licebat ex
cauſa metus amiſsionis vitæ & bonorum, cùm nullus
fuiſſet eo tempore ſalutis locus, niſi ſe hoſti obſequio
ſum liberaliter ac promptè exhiberet, vt dicit Bar. in
tract.de tyran.col.v.& Ang.in l.liber homo. ff.de hæ-
red.inſti. Accedat inſuper, ꝙ licet vaſallus commit-
tendo aliquam cauſam priuationis feudi, veniat feudo
36 priuandus,† tamen ſi id per metũ fecerit, excuſabitur:
ita firmat gl.quam ibi doct.ſequuntur, maximè Alua.
& Præpo.in c.j.§.item ſi delator.quæ fuit prima cauſa
benefi.amit.glo.in §.ſimiliter.de conſue. recti feu. &
dicit Alua.in c.j.§.item qui.quæ ſit pri. cau.bene.ami.
quòd ſi vaſallus deſeruit dominum non turpi de cauſa,
ſed fortè timendo vim hoſtiũ, ſeu crudelitatem tyran-
ni,excuſatur ab amiſsione feudi.Idem tenet Bart.in l.
ſi ob turpem.verſi.idem dico.ff.de cond.ob turp.cau.
ſequitur Bald.in l.j.in fi. C.eod.tit.ſubdens, ꝙ non eſt
imputandũ metum paſſo, ſi non fugit ad aliam ciuita-
tem, vbi haberet arbitrij libertatẽ, idem firmat Ful.&
Saly.in d.l.ſi ob turpẽ. Hinc eſt, ꝙ ſi vaſallus timendo
vim hoſtiũ, vt euitaret periculũ reliquit dominum in
37 prælio periclitantem, excuſatur.† voluit Bald. in c.j.
quib.mod.feud.amit.& Iaco.de Ardizo.quem ſequi-
tur Præpo.in præfato c.j.§. eſt & alia. quæ fuit prima
cau.benefic.amit.& Ioan.Blanchi in ſua ſumma. in ij.
parte.in char.xj.in rubr.quib.mod.feud. amit.col.iij.
ad quod bonus text.in l.Fulcinius.quib.ex cau.in poſ.
eat.& inde excuſati fuerunt ſubditi Federici Impera-
toris, qui ob ipſius Federici tyranni timorem, non
paruerunt mandatis Papæ, qui erat eorum ſuperior,
etiam in temporalibus.tex. eſt in c.ad apoſtolicæ.vbi
etiam Pet.de Anch.de re iudic.in vj.& hoc ex quo va-
ſallus tenetur iuuare dominum, ſalua ſua perſona, &
38 vita,† quam præponere debet ſaluti domini, ex quo
iurat debitum, & poſsibile domino impendere. dixit
An.de Iſer.in c.j.ij.col. quibus mod.feud.amit.& in c.
ſi à morte. de alie.feud.paterni.& plus dicitur etiã ex
alio fuiſſe in iuſto metu, conſiderata hoſtiũ potentia,
& praua conſuetudine, vt inquit Bart.in l.j.§.pen.ff.
quod vi aut clam,& in dicta l.de pupillo. §. ſi quis ipſi
prætori.ff. de noui ope.nun. & ſic cõcurrentibus præ-
alleg. inficiari non poteſt eundẽ Ioan. Baptiſtã dolo
caruiſſe: & carenti dolo nõ poteſt crimen læſæ maie-
39 ſtatis† imputari.l.j.ff.ad leg.Iul.maieſt.ita Andr.in c.j.
§.item, ſi fidelis. quibus mod. feud. amit. & conſuluit
Soci.in conſi.xx.& xix. inter conſil. Cur. & quatenus
obiici poſſet, ꝙ acceſsit ad hoſtes vltra ea, quæ ſuprà
dicta ſunt ad huius motiui confutationem, eſt aduer-
tendum, ꝙ non acceſsit de loco fideli ad infidelem ad
hoſtes, adeò ꝙ potuiſſet dici transfuga; vt in l. ſi quis
aliquid.§.trãsfugę.ff.de pœ.l.poſtliminij.§.trãsfugę.
ff.de capti.& etiã in §.filius.l.proditores.ff.de re mili.
40 & de hoc† acceſſu And.in §.rurſus.loquitur per iura,
quæ alleg.in l.ij.C.de ſeruis fugit. ita declarat Bartol.
Cæpo.in conſil.xvij. vnde dici non poteſt per talem
acceſſum crimen læſæ maieſtatis incurriſſe: vt dicit
Old.in ſuo conſil. xliij.ij. col. verſic.circa ſextam. &
tenet Bar.in extrauaganti, verſic. quoniã nuper. verſi.
tenore.ibi dum dicit, ſi aliquis rebellat mutando lo-
cũ, hoc eſt recedendo de terris ſubiectis, & eundo ad
hoſtes: & in crimine læſæ maieſtatis non fit extenſio
41 de vno caſu ad alium: † ſed fit ſtricta interpretatio:
vt voluit conſulendo Decius in conſil. viij. in iij. col.

Andr.de Iſer.& Præpoſ.in c.j. §.item ſi fidelis. verſic.
turpiter luſerit.quib.mod.feud.amit.idem And. in c.
j.§.committentium crimen læſæ maieſtatis. col.xiij.
quæ ſint reg. Saly.in l. quiſquis. ad leg.Iuliam maieſt.
Vltimò non omitto, ꝙ ex præſtatione præfati iura-
menti fidelitatis ſeu homagij præſtiti per præfatum
Magnifi.Ioan.Baptiſtã prædicto Duci Gallorũ domi-
no delotrech,in nullam pœnam incurſum fuiſſe, cùm
ex metu ex præmiſsis ad id proceſſum fuiſſe præſu-
mendũ eſt:ita in propriis terminis conſulendo voluit
Panor.in ſuo conſ.iij.in ij.vol.incip. nitar in præſenti
cauſa.in ver.facit, quod in ſimili not. de emphyteuta.
42 vbi concludit Squinatũ & Conſtantiã excuſatos †ob
iuramentum præſtitũ Duci Aquitaniæ Regis Angliæ:
quia id fecerunt ob iuſtiſsimũ metum, timentes illius
potentiã,quia inuaſerat cum exercitu magno.Idem in
propriis terminis reperio conſuluiſſe Socin. in conſi-
lio xxxix.penul.col.incip.in quæſt. quæ vertitur. in j.
vol.impreſſo Bononiæ. Idem & Imol. in ſuo conſilio
xxxiij.incip.viſis & ponderatis. Calca.in ſuo conſilio
lxxx.incip.in cauſa quæ quæritur ſeu vertitur.col.iiij.
& mouetur Abb.in præfato conſi.iij. præſertim, quia
per illud iuramentum fidelitatis metu præſtitũ, nulla
iuriſdictio fuit in illum Regem, ſeu ducem tranſlata:
quia iuriſdictione cõferenda metus vitiat ipſo facto.
l.ij.de iudi.& not.Bart.quaſi in iſtis propriis terminis
in tract.de tyran verſic.vj.& ſeq. & ideo dicit Petr. de
43 Anch.in d.c.ad apoſtolicæ de re iud. ꝙ†iſti de regno
Siciliæ cõpulſi per Imperatorem debellare eccleſiam,
non perdunt feuda, quia per metũ id feciſſe adparet,
& nedum actualis cõpulſio,ſed ſolùm metus coactio-
nis ſufficit,per tex.in l.nouiſsimè.quod fal.tuto.auth.
& ideò Mar.de Lau.in d.c.j.§.item, ſi fidelis. ver.not.
glo.quibus mod.feu.amit.dicit, ꝙ vaſallus non perdit
feudũ, ſi iuſto metu ductus contrahit amicitiam cum
inimicis domini: & ſequitur Iaco.in quæſt. feud. poſt
44 lectu.ij. partis.ff. vete.in xv. q. Et † ſic ex metu futuri
mali & metu honoris, & metu amiſsionis bonorũ ac
vitæ acceſsit ad hoſtes, & non, vt læderet in aliquo
Maieſtatẽ Cæſareã, quod principaliter attendendum
eſt.Ita dicit Bal.in l.j.in fi. C. de priua. carc. quia tunc
crimen tale læſæ maieſtatis cõmittitur, quando prin-
cipaliter læditur publica Maieſtas. Sequitur Brut. in
ſuo conſil. lxix. ver.tertiò quæro. Nec ſilentio præte-
ribo id, quod in ſpecie dixit noſter Afflict. in conſti-
tutione regni, iuriſperitorum, &c. ſub titu.de contu.
vniuer. in pen. & vlti. vbi nullam de præalleg. deci-
ſionibus, nec cõſiliis faciens mentionẽ, ponit forma-
liter q. dicendo, pone, ꝙ venit magnus exercitus ali-
cuius domini potentis, de facto in territorio alicuius
ciuitatis: & ſi ipſa vellet reſiſtere, proculdubio de-
ſtrueretur, quod vt euitaret, venit contra iuramẽtum
præſtitum per prius regi: & dedit ſe illi domino pe-
tenti: vtrum poſsit Ciuitas illa rebellis reputari apud
Regem,& dici,veniſſe contra iuramentum fidelitatis?
Et tenet ꝙ non. alleg.Bart.in extrauaganti, quoniam
nuper.in verſic.rebellando.& inibi multa alleg. iura&
45 rationes ad hoc. † & ſic ex præmiſsis concludo præfa-
tum Magni. Ioan. Bapt. ab omni culpa & pœna excu-
ſari ex cauſa metus iuſtiſsimi, cùm ex iuris diſpoſi-
tione metus iuſtus ſiue iniuſtus excuſet à culpa.glo.eſt
in l.ſed & ſi quemcunque. ff. ad l. Aquil. & in l.iij.§.ar-
mis.ff.de vi & vi arm.& in §.recuperandæ. inſti.de in-
terdi. Prodeat ergo de vultu Dei iudicium, & oculi
iudicantium reſpiciant veritatem, & ipſum Magnific.
Ioan. Bapt.notoriè Cæſareum nedum abſoluant, ſed
priſtino honori ac famæ reſtitutus, noſtri benigniſsi-
mi ac inuictiſsimi Cæſaris munificentiam conſequa-
tur. Et ita de iuris cenſura reſpondendum cenſeo, ego

Thomas Grammaticus V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *In rixa ſi Titius rixabatur cum Seio, & ſuperuenit frater Seij, & occidit Titium, quòd tamen Seius ipſe non tenebitur de homicidio.*

2 *Occidens aliquem me præſente & non præſtante auxilium, cùm poſſem, non teneor in aliquo, niſi alias probaretur me eſſe participem.*

3 *Homicidium ſi eſt commiſſum præſente Titio, & armato ad hoc, vt poſſet procedi de homicidio contra Titium requiritur probari, quòd ibi erat præſens ex propoſito. & animo ſe immiſcendi in maleficio, ſecus ſi caſualiter ex accidẽti. & in dubio præſumitur quòd caſualiter ibi ſe reperit. & num. 4.*

5 *Adſocians aliquem poſt delictum commiſſum, facit, vt magna præſumptio oriatur contra eum occulti auxilij, imò & conſilij per quam præſumptionem coguntur inquiſiti probare contrarium.*

6 *Fuga ſubſecuta citatione & contumacia, facit indicium ſufficiens ad torturam.*

7 *Fama publica cum adminiculis aliquibus, facit indicium ſufficiens ad torturam.*

8 *Bannum ſeu contumacia, facit indicium ſufficiens ad torturam.*

9 *Confeſſio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem in criminalibus.*

10 *Indicia multa licet probarentur per teſtes ſingulares, tamen ex talibus indicijs probatis reſultant plures præſumptiones, quæ faciunt indicium ad torturam.*

11 *Teſtes conſanguinei, ſi teſtificantur in cauſa criminali pro conſanguineo inquiſito. quòd ſi reportarent ſententiam contra fieret iniuria conſanguinitati, eo caſu non probabunt.*

12 *Teſtes conſanguinei, etiam fratres admittuntur in criminalibus ad defenſam, maximè vbi ex officio procederetur in cauſa. Secus ſi ad querelam. & num. 13.*

14 *Teſtes in cauſa criminali ſi ſunt plures, & reperiuntur repulſati, licet non ſufficiant ad condemnationem. ſufficient tamen ad torturam.*

15 *Teſtes ſi in cauſa criminali depoſuerunt de viſu delicti, & aliqui alij teſtes depoſuerũt de fama, ſi illi deponentes de viſu repulſantur remanent alij de fama publica illæſi, certè teſtes præfati de fama ſufficiẽt ad torturã.*

16 *Teſtes conſanguinei ad hoc vt repelli poſſint in cauſa cõſanguinei in criminalibus, requiritur quòd ſint conſanguinei de linea deſcendenti, vel aſcendenti. Secus ſi de linea tranſuerſali.*

CONSILIVM XXXII.

REdemptoris gentiũ auxilio petito, Amen. In cauſa mota ad querelam Antonij cioffi de ciuitate Cauæ, contra & aduerſus Alphonſum & Antonium de criſentis, & Petrum colam de Anfora de eadẽ ciuitate, ſuper homicidio commiſſo per Baptiſtã de criſentio eorum fratrem abſentem, mediante adſiſtentia, auxilio, & conſilio ac fauore eorundem inquiſitorum ibidem adſiſtentiũ tempore homicidij præfati, & tenentium eundem occiſum per capillos nomine Syluestrũ de cioffi,



filium ipſius Anto. querelantis: videtur prima conſi-
deratione dicendum, eoſdem inquiſitos minimè de
dicto homicidio in aliquo teneri, cùm ibidem armati
non adſtiterint, ſed ex caſu ipſis rixantibus cũ præfato
quondã Syluestro, ac eundem Syluestrum tenentibus
per capillos, & percutientibus cum pugnis, ſuperuene
rit Baptiſta eorum frater cũ enſe euaginato, & eundẽ
Syluestrum vulnerauerit & occiderit, vnde ſuccedit,
quod in propriis terminis dixit ſatis no. Bal.in l.data
1 opera.penul.col.C.qui accuſ.non poſ.vbi dixit, † ꝙ ſi
Titius rixabatur cum Seio, & ſuperuenit frater Seij,
& occidit Titium, ꝙ tamen Seius ipſe nõ tenebitur de
homicidio præfato, ex quo frater non tenetur ex de-
licto fratris.l.ſancimus.C.de pœn. Nec principalis ex
delicto auxiliatoris, niſi mandauerit, vel ratum habue
rit.cap.cùm ad ſedem. extrà de reſt.ſpo.& iſta eſt ve-
ritas.& no.xxiij.q.j.c.ſi.in gl. nam homicida. & maxi-
mè, quia ille Seius non adſtabat cum præfato eius fra
tre: nec in eius auxilio eundẽ inuocauit pro ſe: vt in l.
ſi familia.ff.de iuriſ.om.iud. & ideò cõſuluit Bal.quòd
fiat capitulũ per quod adpareat ordo facti, aliàs præ-
ſumeretur cõtra adſtãtem, vt det auxilium: arg.l.cùm
dominus.ff.ad ſille. & aliqui formant capitulũ verbis
negatiuis, & alij affirmatiuis, quòd res fuit abſque eo.
Ita dicit formaliter Bald.in d.l.data opera.in pen.col.
ibidem refert & ſequitur Alex. in addit. in l. ſi in rixa.
ff.ad l.Cor.de ſica.& ibi plenè Marſi.& maximè, cùm
regulariter occidens aliquẽ me præſente, & non præ-
ſtante auxiliũ, cùm poſſem, non teneor in aliquo, niſi
2 aliàs probaretur me eſſe participem, † aut ſocium cri-
minis.text.eſt, quem ibi ponderat Bart.ad hoc, quem
ſequitur Lud.in l.j.§.ſed in eod. ff. ad ſille. imò & plus
conſuluit ſatis pulchrè Petr. de Anch. in conſil. ccxvj.
incipien.nos Bart.de Saly. quòd etiã ſi præſens malefi
cio ſtaret armatus, ad hoc, vt puniatur, debet proba-
3 ri, ꝙ ibi erat præſens.† ex propoſito, & animo ſe im-
miſcendi maleficio: Secus, ſi caſualiter, & ex accidẽti.
Imò plũs dico, ꝙ in dubio præſumẽdũ erit, quòd quis
4 caſualiter interfuerit maleficio. Ita † ſingulariter Bal.
in l.j.in lectur.antiqua.ff.de ſer.corrup.& ſequitur Fe-
ly.in c.ſicut dignum.iij.col.extrà de homic.& plus di-
cebat Pet.de Anch.in præfato conſil.quòd in re dubia
debet inſpici id, quod naturæ negotij cõuenit, & quod
careat ſuſpicione inimicitiæ, & ex his quæ rei aptiora,
& vero proximiora putaueris eſſe. Sed præfatis non
obſtantibus, contrariam ſententiam arbitror de iure
veriorẽ, & in primis dico, non obſtare præallegatum
dictum Bald. ex pluribus infrà ſcriptis, & in primis
liquet ex proceſſus meritis, quòd parum ante homi-
cidium perpetratum præfatus Baptiſta homicida in-
greſſus fuerat apothecam præfatorum inquiſitorũ, &
cum eiſdẽ alloquutus fuerat, & demum ab eadem apo
theca exeundo reperit præfatũ Petrum colam de An-
fora vnum ex inquiſitis, cum quo pariter alloquutus
ſpoliando ſe ſaiono, quod deferebat, vt habilius ho-
micidium committere poſſet, illud adſignauit eidem
Petro Colæ, qui vnà cum aliis inquiſitis eundem Syl-
ueſtrum tranſeuntẽ cum cucurbitis in manu aggreſsi
ſunt, capiendo eundem per capillos, & pugillis ver-
berando, quouſque ſuperuenit præfatus Baptiſta, qui
eundem Syluestrũ verberauit, & occidit enſe euagi-
nato, & ſtatim receſsit vnà cũ præfatis inquiſitis car-
ceratis: vnde manifeſtè adparet, quòd nedũ præſtite-
runt opẽ in homicidio præfato, detinẽdo eundẽ Sylue
ſtrum per capillos, quouſque ad eos applicuit præ-
fatus Baptiſta armatus, & vulnerauit, ſed etiam eun-
dem adſociauerunt, & cum ipſo aufugerunt. vnde ſuc
cedit, quòd cõtra adſociantes poſt delictũ cõmiſſum
5 oritur magna præſumptio occulti auxilij, † imò & con
ſilij, per quam præſumptionem coguntur inquiſiti
probare contrarium. Ita voluit ſingulariter Fely.in c.
ſicut dignum.extrà de homi. dicẽdo ſe ita intelligere
quod no.Bal.in l.non ideo minus.pen.col.C.de accu.
& idem ſequitur Marſil.in repet. l.vltimæ. C. de rapt.
virgi.vj.char.num.85.in verſi.& ratio non poteſt eſſe,
quia tunc.& etiam in char.x.in ver.no. etiã ſecundum
Bald.vbi latius.& idem Marſil.in ſua pract.cauſ.cri.in
verſic.conſtante.in viij.char.in verſic. quintò limitat.
Secundò accedit fuga præfatorũ inquiſitorum, in qua
perſeuerauerunt per annum cum dimidio, quæ fuga
ſubſequuta citatione & contumacia, facit indicium
ſufficiens ad torturã. voluit Bar.in l. cùm probatio. ff.
de probatio.& in l.admonendi.ff de iureiur. Bart.in l.
6 lex Cornelia.† & ibi doct.ff.ad Sille. Salyc. in l.vnica.
C.de rap.virg.Andr.de Iſern.in conſtitutione regni, ſi
dãna clandeſtina. Tertiò corroboratur intentio ipſius
querulantis ex fama publica, orta à maiori parte ho-
minum villæ Caſullariæ cythariæ, vbi delictum ipſum
9 commiſſum fuit, † quæ fama cum aliquibus admini-
culis pariter facit indicium ad torturam, dixit Cy. in
l.fi.de quæſt.Bald.in cap.j.de pace iur firm.Bar.in ſuo
conſi.xcix.inci.domino Paci de Burgo. Quartò ſuffra
gatur, quòd dum perſiſterent in fuga, fuerunt citati
inquiſiti ipſi, & ex quo minimè comparuerunt, fuerũt
banno ſuppoſiti, & cõtumaces reputati, quod quidem
bannum & contumacia duntaxat circunſcriptis aliis
8 indiciis eſſet ſufficiens indicium† ad torturam. voluit
Nico.de Math.& poſt ipſum Bald. in l.j. C. de hæred.
inſtit.Ang.in l.iniuriarum in §.ſi quis quòd decreto.
ff.de iniur.Amod.Iuſti.in ſuo tract.ſyndic.in vlt.char.
Franc.Bru.in ſuo tract.de indic.& tortur.in viij.char.
concurrente maximè conſuetudine ipſorum inquiſi-
torũ in ſimilibus, vt liquet ex proceſſu. Quintò, opi-
tulatur confeſsio ipſorummet inquiſitorum extraiu-
dicialis, dum ſtarent Calabriæ, iam verificata per quã-
plures teſtes, nam adſerebãt eos perſiſtere in fuga, ex
quo interuenerant in homicidio præfato, dicendo,
*dio lo per doue à Baptiſta che li poſſea dare ſolum due coltellate, & non biſognaua occiderlo*: ex qua quidem confeſ-
9 ſione extraiudiciali reſultat ſemiplena probatio † in
criminalibus, vt in cap.fin.de ſucceſſ.ab inteſt. & not.
glo.in l.capite quinto.ff.de adult. quam ad hoc allegat
Bart.in l.admonendi. ff. de iureiur. in ix. & iij. col. &
conſuluit Alex.in conſil.cxiiij.in iiij.vol.in iij. colum.
Sextò fortificantur præmiſſa ex verbis prolatis per
Alphonſum vnum ex inquiſitis, aduerſus præfatũ Syl-
ueſtrum diebus præcedentibus dum eidem dixit: *non baſtaua che hieri ſera fuſtiuo ſine ad otto contra Baptiſta, & hoggie le hauite fate peggio, megliore ſaria ſtato, che lo haueſſiuo amazato.* Et pariter altera die dixit eidẽ Syl-
ueſtro: *de queſtione de Baptiſta con Ludouico non è nullo che me voglia cacare piu carne ſalata de te di queſta cauſa che te ce vai impatiando, &c.* Itẽ adparet, quòd die præ-
cedenti in rixa habita per Baptiſtam cum Allegrante,
inquiſiti ipſi cucurrerunt in fauorem ipſius Baptiſtæ
contra Allegrantẽ, & ſic erant ſoliti impendere auxi-
lium eidem Baptiſtæ. Item, quòd tempore quo Petrus
Cola ibat cum ſaiono Baptiſtæ in collo, ſibi obuiauit

quidam qui ſibi dixit, ſi volebat emere quoddam ſac-
cum bombacis, & diuidere inter eos: reſpondet ipſe
Petrus cola qui properanter accedebat *laſſame fare*
*queſto*. Ex quibus omnibus reſultare adparet tria alia
indicia ſeu quatuor, & ſi non probatur vnumquodq;
ipſorum per duos teſtes, prout requiritur, iuxta glo.
in l.ſi.C. fami.erciſ. attamen quando eſſent multa in-
10 dicia, prout in caſu, de quo agitur, † & probarentur
per teſtes ſingulares, ſuccedit ꝙ ex talibus indiciis ſic
probatis reſultant plures præſumptiones, quæ faciunt
indicium ad torturam, poſuit Raph.Fulg. in dicta l.ſi.
C.fami. erciſ. quem refert, & ſequitur Soci. in conſil.
liiij.in iij. vol.& ſequitur Franc. Brut.in ſuo tracta. de
indiciis & tor. ij. col. Nec obſtaret obiicere, quòd
maior pars teſtium noſtrorũ deponentium ſuper cri-
mine & indiciis præfatis adpareāt repulſati per teſtes
quamplures inductos ad defenſam inquiſitorum, cùm
ſuper huiuſmodi repulſa fuerint producti pater, ſo-
cer, patrui, & fratres conſobrini præfatorum inquiſi-
torum, necnon & alij adſtricta conſanguinitate ad-
iuncti eiſdem inquiſitis, & ſic ſi inquiſiti ipſi venirent
iuſtificandi, cederet in iniuriam totius agnationis, &
ſic eſſet iniuria cõmunis: quo caſu videntur in cauſa
11 propria teſtificari † intantum, ꝙ non probant: vt fir-
mat Bar.in l.lex Cornelia.ff.de iniur.Bald. in l.j.C.de
raptu virg. vt ex quo agitur de proprio intereſſe, in-
iuria communis toti conſanguinitati eſſe videtur. Ita
conſuluit præclarus doct. Philip. Deci. in ſuo conſil.
cxxxiij.iij.col.Bar.in l.cùm ſcimus.C.de agri. & cenſi.
lib.xj.Bal.in l.vnica. C.ſi quacunque prædi. poteſt. &
plenè Iaſon in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. pen.
col.ff. de verbo. oblig. Prætereà, licet poſsit ex ad-
uersò fundari, quòd teſtes conſanguinei etiam fratres
12 admittantur † in criminalibus ad defenſam, per text.
in l.parentes. cum vulg.de teſti.& in c.literas. extrà de
præſump. attamen id vendicat ſibi locum, vbi ad me-
ram defenſam ac probationẽ innocentiæ induceren-
tur: ſecus vbi ad reprobationẽ teſtiũ eſſent producti.
prout in caſu, in quo ſumus, prout in terminis volue-
runt Bald. & Saly. in l.parentes. C.de teſti.& ſequitur
conſulendo Alex. de imo.in conſil. v. in iij.col. j. vol.
per not. in l.lex Cornelia.ff.de iniur. & per not. Bart.
in l.qui teſtamento. ff.de teſtamen. Prætereà regula l.
parentes. videlicet, ꝙ conſanguinei poſsint produci
in teſtes in cauſis criminalibus conſanguineorum ad
defenſam ipſorũ, & ad probationẽ innocentiæ, vendi
cat ſibi locum fortè, vbi ex officio curiæ procedere-
13 tur † in illa cauſa ad inſtantiam fiſci, quia nec per hoc
diceretur nocere fiſco, qui tractat de pœnali & odio-
ſo lucro cum alterius iactura. arg. eius quod not. in l.
ſi quis vxori.§.fin.ff. de fur. vbi dicitur, ꝙ in intereſſe
non habetur ratio lucri, ꝙ perciperetur cum alterius
iniuria: vt ibi eſt glo. quæ non eſt alibi ſecundum Bal.
in l.parentes. C. de teſti. cum quo Saly. ibidem concur
rit, & eſt aureum dictum ſecundũ Fely. in cap.literas.
extrà de præſump. in verſ. quintus caſus. vbi ſingula-
riter ſubdit hoc fortè nõ procedere, vbi in cauſa cri-
minali eſſet accuſator, quia tunc nedum ageretur de
præiudicio fiſci, ſed etiam partis, & eſt præiudicium
maximum. Nunc autem dato, abſque veri præiudi-
cio, quòd poſsit dici valida repulſa, & quòd proximè
alleg. non obſtarent, adhuc dico, quòd licet teſtes non
integri, ſeu repulſati non ſufficiant ad condemnatio-
nem, dum deponunt de crimine contra aliquem, atta-
14 men ſufficient † ad torturam, dixit Bald. in l.cunctos
populos.C.de ſum.tri. & fide cath.& in l.j.ff.de quæſt.
Alb.de mane. in ſuo tract. de teſti. xxix.col. Ludouic.
Roma. in conſil. ccccl. incip. quædam mulier. Franc.
Bru.in ſuo tract. de indi. & tort.iij. col. quod maximè
dicendum eſt procedere in caſu, de quo quæritur, in
quo vltra teſtes deponentes in ſpecie de delicto, de-
ponunt tam ipſi, quàm plures alij teſtes, etiã de fama
publica, quo etiam caſu licet teſtes ipſi repulſati ad-
pareant, dico deponẽtes de viſu delicti, tamen rema-
15 nent alij deponentes de fama publica † non eliſi: quo
caſu procedi poterit ad torturam contra inquiſitum:
Ita in particulari voluit pulchrè Iac. But. vt refert &
ſequitur Alb.in l.iij.§. eiuſdem. ff. de teſt. & conſulen-
do ſequitur Calca.in ſuo conſil. cix. in cap.quia cauſa
iſta pro victoria, &c. Nec obſtaret, quòd nonnulli ex
noſtris teſtibus aſſerantur conſanguinei noſtri, cùm
non adpareat ꝙ ex linea deſcendenti vel aſcendenti
adiungantur in cõſanguinitate ad hoc, vt repelli poſ-
ſent, ſed ex linea trãſuerſali, quo caſu in teſtimonium
producti in cauſa conſanguinei bene probant, nec re-
16 pelluntur: † Secus ſi eſſent ex linea aſcendenti vel de-
ſcendenti, prout noſtri non ſunt, prout latè nos docet
Inno. & Ioan. And. in cap. nonnulli.extrà de reſcrip.
& conſuluit Angel.in conſil. cxciiij. Iaſon in l. admo-
n ndi.in repet.xix.char.ff.de iureiuran. Marſi. in ſuo
ſingu.cxxxiij. & in ſing. incip.affinitas. Ex quibus cõ-
cludo debere intrepidè per eandem magnam curiam
vicariæ procedi ad torturam contra ipſos inquiſitos
ad ſciendum deliberationem præcedentem ipſorum
inquiſitorum tempore delicti commiſsi, & propoſi-
tum cum præfato Baptiſta homicida in necem pau-
peris interfecti. & ita de iure cenſeo.

Thomas Grammaticus V.I.D.

Nec valuit tantum bene cantare, vt ad torturam
conuenire iudices inter ſe diſsidentes valuiſſent. Et
tamen aliter fieri non poterat ex præmiſsis.

### Svmmarivm.

1 *Teſtes ſi depoſuerunt maleficium fuiſſe commiſſum præ-*
*ſente* Titio *& Seio & demum iterum interrogati qui*
*fuerint præſentes, reſponderunt quòd nullus: certè de-*
*bet intelligi, niſi exceptis prænominatis.*
2 *Teſtis ſi interrogatus ſuper aliquo facto, depoſuit quic-*
*quid ſciebat, ſi demum iterum interrogatus ſuper eo,*
*reſpondet quòd neſcit certè debet intelligi illud neſci-*
*re id eſt, aliter quàm ſuprà dixerat.*
3 *Teſtis poteſt variare à primo dicto, dummodo inconti-*
*nenti id faciat, non autem ex interuallo.*
4 *Teſtis ſi dicat aliquid factum tempore vindemiæ, dicitur*
*bene probare etiam ſi id factum probaretur parum*
*ante vindemiam ſicut rectè dicitur factum tempore*
*guerræ quod fuit parum ante guerram, & in ipſius*
*guerræ trepidatione & num 5.*
6 *Teſtis ſi dixerit aliquid fuiſſe factum ſimul, alius verò*
*depoſuit fuiſſe factum per prius, & ſic non ſimul, id*
*eſt eſt eodem tempore, & ſic intelligitur ſimul, id eſt,*
*eodem die.*
7 *Teſtium dicta debent impropriari, vt ſuſtineantur.*
8 *Teſtes duo ſi videntur adinuicem contrariari debent re-*
*duci ad concordiam:* Secus, *ſi eſſet vnus & idem ſibi*
*contrarius.*
9 *In cauſa falſi ſemper debet fieri interpretatio, vt falſum*
*excludatur.*

Et



10 Et *potius in teſte præſumenda eſt ignorantia, quàm*
*dolus ad excluſionem falſi.*
11 *Falſitas teſtium non exiſtens in negotio principali, in*
*quo conſiſtit ſubſtãtia negotij principalis, ſed in acceſ*
*ſorijs, non facit, vt dicta teſtium reprobentur.*
12 *Contrarietas in teſtibus, etiam in facto principali ſi mo-*
*dica eſt, non vitiat dicta teſtium.*
13 *Falſum dici non poteſt id, quod iuuatur primordio ve-*
*ritatis.*
14 *Falſarius non poteſt dici teſtis, quando eius dictum po-*
*teſt aliqua interpretatione verificari.*
15 *Falſitatis probatio debet de neceſſitate concludere, &*
*requiritur magis ſtricta & cõcludens probatio in falſi*
*tatibus, quàm in alijs.*
16 *In falſitatibus præſumendis attenditur multum quali-*
*tas perſonarum teſtium.*

## CONSILIVM XXXIII.

REdemptoris gentium præſidio inuocato.
In cauſa querelæ falſi porrectæ per Magn.
Galeotam carrafam de Neapo.nunc Co-
mitem ſanctæ Seuerinæ, in magna curia
vicariæ, aduerſus nobilẽ Curellum de ſiminello, nec-
non & Ioan.Baptiſtam fidelem de Auerſa, teſtes pro
ductos per Magni. Iac.de tufo Comeſtabilẽ ciuitatis
Auerſæ in cauſa ciuili vertente in S. Regio conſil. in-
ter præfatos Magni.Galeotam & Iacobum, ad verifi-
candum iuriſdictionalia præfati officij Comeſtabilis
& capitaniæ, etiã in caſali Paſcarolæ, quod eſt ipſius
Galeo. & præſertim ad probandum plures executio-
nes fieri feciſſe præfatũ Iaco. authoritate præfati eius
officij, aduerſus Macellatores carnium in caſali præ-
fato Paſcarolæ, nobilis Gurellus ipſe teſtis productus
depoſuit, quòd tanquam Graſſerius ciuita. Auerſę plu
res executiones fecit, diuerſis tẽporibus aduerſus ma
cellatores carnium in caſalibus eiuſdem ciuitatis, &
ſignanter Paſcharolę, in quo vnicam executionem fe-
cit contra quendam macellatorem non vendentem
carnem ſecundum aſsiſiam impoſitam per Graſſeros:
quos ius cõmune ædiles curules vocat. demum verò
in eodem contextu depoſitionis ſuper ſequẽtibus ar-
ticulis examinatus, depoſuit plures executiones feciſ
ſe in caſalibus Auerſæ: ſed in caſali Paſcarolæ nõ eue-
nit caſus, ſeu non ſucceſsit caſus.& ſic videtur contra
riari ei, quòd paulo antè dixerat.nam rectè intuenti
nulla adperebit contrarietas ſeu varietas, quia ſecun-
dum eius dictum de iure intelligẽdum eſt, ꝙ in caſali
Paſcarolæ nõ euenerat aliter caſus, id eſt, niſi vt ſuprà
depoſuerat. Et ꝙ ita intelligi debeat, adducitur quòd
voluit ſatis no.Alb.in l.non erit.§.dato.ff.de iureiur.
vbi per glo. not. dicit ibi, quòd ſi teſtes depoſuerunt
maleficium fuiſſe commiſſum præſente Titio & Seio.
1 † demum interrogati, qui fuerunt præſentes reſpon-
derunt quòd nullus: certè debet intelligi, niſi exceptis
præfatis. Et refert, quod ita dicebat Pau. de Leaza. per
illam glo.& idem refert & ſequitur conſulendo Alex.
de Imol.in conſil. clxxx. in v.vol. Bart.Soci.in conſil.
lvj.vlti. col. in iiij. vol. referens ita tenere Franciſ.de
Are.eius præceptorem in cap.cùm tut. extrà de teſti.
& ideo ſatis ad propoſitum inquit Bart.in l. de ætate.
ff.de mino. quod ſi teſtis depoſuit ſuper aliquo facto,
2 & ſucceſsiuè iterum † ſub eodem facto interrogatus
reſpondit, ꝙ neſcit, certè intelligi debet illud neſcire,
aliter quàm vt ſuprà dixerat: & idem ſatis plenè ſe-
quitur & conſuluit excellens doct. Philip. Decius in
ſuo conſil.c.in j.vol. incip. in cauſa inquiſitionis for-
matæ in iij.col. Prætereà, dato quod poſsit modo ali-
quo dici, prout minimè conceditur, hunc nobilem
Gurellum teſtem variaſſe à primo dicto, ita deponen-
do vt ſuprà, dico ꝙ licuiſſet, cum de iure poteſt teſtis
variare à primo dicto, dummodo incontinenti id fa-
3 ciat: non † autem ex interuallo. Ita docet nos Bar.in l.
quicquid adſtringendæ. ff. de verb. oblig. glo.in cap.
prætereà.de teſti.cogen.& dicitur incõtinenti, quan-
do nondum dimiſſus eſt à iudice ab examinatione,
prout fuit in caſu præſenti. dixit Bald. in l. lecta. ff. ſi
cer.pet. Secundò, quo ad alium teſtem, videlicet Ioan
nem. Andr. fidelem, inquantum prætendatur falſum
depoſuiſſe, dũ dixit, quòd dum feciſſet executionem
aduerſus macellatorẽ in dicto caſali, fuit vocatus pro
parte vxoris præfati Galeotæ: ad quam acceſsit, & ro
gatus ab eadem ſe concordauit cum illo macellatore,
à quo pro concordia conſequutus fuit duas ſpatulas
porci, vltra quod macellator præfatus de ſpatulis
porci præfati conſignatis eidem teſti plenè fateatur:
ſicq; prætenditur ex aduerſo teſtis ipſe falſarius, præ-
textu quòd tunc temporis Galeota præfatus non ha-
bebat vxorem: ſed longè poſtmodum eam duxit: nam
rectè intuenti teſtis iſte non depoſuit affirmatiuè Ga-
leotam habere vxorem, ſed ſe vocatũ nomine & pro
parte vxoris, nec affirmat cognouiſſe illã, quæ ſecum
loquuta eſt, fuiſſe vxorem præfati Magni.Galeotę. Et
minimè obſtat eidem teſti Ioan. Ant. inquantum de-
poſuerit, quòd facta executione præfata fuit vocatus
ad inſtantiam vxoris præfati Magn.Galeo. alius verò
teſtis depoſuerit, quòd dum voluiſſent facere execu-
tionem, fuerunt vocati pro parte vxoris præfatæ, &
ſic videtur prima facie inferri varietas, ſeu contrarie-
tas adinuicem, quia vnus dicit facta executione, alius
verò videtur præſupponere id factum ante executio-
nem, quod nihil officit, prout ſatis pulchrè determi-
nat Bal.in l.diuortio. in princ. ff.ſol. mat. vbi eſt text.
in ver. neque enim. iuncta glo. dicente ex larga ſigni-
4 ficatione id fieri tempore vindemiæ, † quod factum
fuerit parum ante vindemiã, & dicitur rectè id factum
tempore guerræ, quod factum fuit parum ante guer-
ram, & in ipſius guerræ trepidatione, & ſic teſtem ita
dicentem, non incidere in falſum, quoniam ex larga
& impropria ſignificatione quod factum fuit parum
ante guerram, & in ipſius guerræ trepidatione, tem-
5 pore guerræ † factum fuiſſe dici poteſt. Pro quo etiam
eſt text. valde nota. in l. Pædius. in prin. ff. de incen.
rui. naufrag. dum dicitur poſſe etiã dici ex naufragio
rapere ei, qui nondum naufragium fecit, ſi naufragij
trepidatione rapiat. ita etiam per præfata in propriis
terminis conſulendo ad euadẽdum teſtes à falſo, con-
ſuluit Lud.Rom.in conſi. cccx. incipien.in propoſita
conſultatione. ij. col. in j. parte ſuorum conſiliorum.
pro quo etiam bene facit, quod voluit Bald.in titu.de
pace Conſtan. verſi. die lunæ. ꝙ ſi dicitur inſtrumen-
tum fuiſſe factum xj.die Ianuarij, & teſtes examinati
dicant, quòd illa die partes fuerunt abſentes, debent
reduci ad concordiam dicta teſtium & inſtrumento-
6 rum, vt intelligatur xj.die Ianuarij, id eſt, exeunte † &
non intrante. Et faciunt bene dicta eiuſdem Bal. in l.
optimam. C.de contrahen. & commit. ſtipulat. Et ad
idem facit, quod voluit Bar.in l.in operis.ff.loca. dum
dicit, quòd ſi teſtis depoſuit aliquid fuiſſe factũ ſimul,

alius verò depoſuit fuiſſe factum per prius, & ſic non
ſimul, id eſt, eodem tempore, quòd intelligetur ſimul,
id eſt eadem die. & ſubdit Bar. hoc eſſe vtile ad defen-
dendum teſtes, ne incidãt in falſum. Et pro hoc bene
7 facit, quia dicta teſtium debent† impropriari, vt ſuſti-
neantur. ita Bart. in l. ij. per illum text. C. de his, qui ex
publi. ratioci. lib. x. Bart. in l. Iulianus. ff. de hære. inſt.
gl. in cap. periculoſè. de pœniten. diſtin. j. & iſtud fun-
damentum eſt veriſsimum, quando eſſent duo teſtes,
prout in caſu noſtro, qui videntur adinuicem cõtra-
riari: nam debent reduci ad concordiam: ſecus ſi eſſet
8 vnus & idem ſibi contrarius. † Ita in ſpecie tenet Iaſ.
nullam de præalleg. faciens mentionem deciſionibus
in l. j. iiij. colum. ff. de noui ope. nun. Vnde ex præfatis
nõ poteſt aliqua falſitas dictis teſtibus impingi, cùm
ex iuris diſpoſitione ſemper interpretatio fieri de-
beat, vt falſum excludatur. dixit Bald. in l. iuris gen-
9 tium. §. quòd ferè. ff. de pact. & † in l. Imperator. ff. de
ſtatu homi. col. iij. & conſuluit Alex. in conſil. lxx. &
lxxiiij. in j. vol. & conſil. xciij. in v. vol. & in dubio po-
10 tius præſupponenda eſt in teſte ignorantia, † quàm
dolus, vt falſitas excludatur. voluit conſulendo Fran.
de Aret. in conſil. xlvij. viſis &c. ij. col. Bald. in l. j. ff. de
leg. col. fi. & quando, dato abſque veri præiudicio, poſ
ſet falſitas baptizari, prout nullatenus poteſt, illa non
eſſet in negotio principali, in quo conſiſtit ſubſtan-
tia negotij: quo caſu non facit, vt dicta teſtium repro-
11 bentur, † nec ꝙ falſitas reputari poſsit. ita dixit Bald.
& Saly. in l. pen. circa fi. verſic. item hoc verum. C. de
tranſac. vbi Saly. ſubdit, quòd ita in practica clamant
quotidie aduocati. idem not. Innoc. in c. fraternitatis.
vbi Ioan. de Ana. refert & adprobat, extrà de teſtib. &
conſuluit Alex. in conſil. v. in j. vol. & ibi ſubdit plu-
res teſtes hoc modo à cõtrarietate defendiſſe. & ſub-
dit eſſe ſingulare, & valde not. ꝙ etiam modica con-
12 trarietas in teſtibus etiã in facto principali, † vbi con-
ſiſtit ſubſtantia negotij, ſi eſt modica, nõ vitiat. & al-
leg. ſing. dictum Anto. de But. in cap. ij. de reg. & con-
ſuluit etiam Philip. Dec. in ſuo conſil. c. in iij. colum.
Item Macellator præfati caſalis. p. de quo ſuprà. exa-
minatus fatetur dediſſe ſpatulas porci præfatis Graſ-
ſeriis, & ſic conformatur depoſitioni dictorũ inqui-
ſitorũ, quæ ſatis videtur ex præmiſsis iuuari primor-
13 dio veritatis: † & id, quod primordio veritatis iuua-
tur, non poteſt dici falſum. ita Bart. & Paul. de Caſt.
in l. cùm filius. §. hæres meus. ff. de leg. ij. vbi Paul. ſub-
dit, quòd id quod habet aliquid veritatis admiſtum,
non poteſt dici falſum. Idem conſuluit Paul. de Caſt.
in conſil. cl. & Andr. de Iſer. in conſtitutione regni, ſi
damna. iij. col. & Franc. Cur. in conſil. lv. in v. colum.
Præmiſsis etiam adminiculatur, quòd ex iuris diſpo-
14 ſitione teſtis non dicitur falſum deponere, † quando
eius dictum poteſt aliqua interpretatione verificari:
vt in c. cùm ru. extrà de teſt. not. Inno. in cap. cauſam,
quæ. extrà de reſcrip. & cõſuluit Bal. in cõſi. cccxxiij.
in iiij. vol. incip. præmittendum eſt ad euidentiam.
Suffragatur potiſsimè, quia probatio falſitatis debet
de neceſsitate concludere, & requiritur magis ſtricta
15 & concludens probatio in cauſa falſitatis, † quàm in
cæteris cauſis criminalibus. c. in præſentia. & ibi Bal.
extrà de prob. & in l. Imperator. vbi Bald. ff. de ſtatu
homi. Saly. in l. de tutella. C. de in integ. reſtit. Et hinc
eſt, quòd clariores probationes, quæ in criminalibus
requiruntur, in cauſa falſitatis, ſunt neceſſariæ: vt in-
quit Phil. Deci. in conſil. clxxxix. incip. lectus ſum: &
conſuluit etiam Petr. de Anch. conſil. xxiij. & Fulgo.
conſil. clxxiij. Vltimò non eſt omittendum, ꝙ in falſita
tibus præſumendis ſuffragabitur multum conſidera-
tio qualitatis perſonarum teſtium, qui cum ſint nobi-
16 les, & optimæ famæ, ſi prout etiã de iure prẹſumũtur,
per l. meritò. cum vulg. ff. pro ſoc. non adparente de
cõtrario, multũ operabitur bona fama ad remouen-
dum præſumptionem falſitatis: ita dixit Bal. in l. ij. C.
de fal. & in l. quoties. §. ſed ſi non in corpore. ff. de hæ-
red. inſtit. & conſuluit Decius in præalleg. conſil. &
quia ita magnum ſicut paruum iudicabis, prout etiam
diuinitus inſtitutum eſt, ex quo omnis ſpiritus laudat
dominum: Ideò intrepidè concludo præfatos inqui-
ſitos, licet indebitè, à dicta querela falſi abſoluendos.
& ita de iure ſentio ego.

Thomas Grammaticus V.I.D.

Et quia magna curia ipſos detinuerat in palatio,
ſicq; habito recurſu ad S. Conſilium per viam graua-
minis audita, & relatione cauſæ ab aduocatis, tandem
ex præmiſsis fuit per S. Conſilium decretum ex præ-
miſsis non eſſe moleſtandos, ſed lberandos.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non poteſt remittere pœnam corporalem delinquẽti in præiudicium partis: nec etiam id, quod intereſt parti pecuniariter abſque vrgẽti cauſa, & abſque partis volũtate: aliàs peccat mortaliter, cùm id faceret de abſoluta poteſtate.*

2 *Princeps, quòd poteſt remittere, dum remittit pœnam, intelligitur de ea quæ veniet applicanda ſuo fiſco, non autem partis.*

3 *Principis mens præſumitur eſſe talis, qualis, de iure eſſe debet.*

4 *Princeps concedens aliquid, nec dicat motu proprio, præſumendum eſt ad partis poſtulationem conceſſiſſe, niſi dixerit ob eius benemerita conceſſiſſe.*

5 *Conſuetus delinquere quis dicitur, per binum actum.*

6 *Infamis ob delictum ſeu infamatus de delicto ſatis dicitur, vbi extat confeſſio ſua.*

7 *Princeps indulgendo delictum, non remittit infamiam ex eo incurſam.*

8 *Princeps concedens inferiori aliquid de ſibi reſeruatis, in dubio videtur concedere, vt ea exerceat cum debita cauſæ cognitione, & non cũ illa plenitudine poteſtatis quam habet ipſe concedens.*

*Reſtitutio ad famam fieri non poteſt, etiam per generalem vicarium imperatoris.*

9 *Principi ſunt exprimendæ omnes cauſæ, ex quibus moueri poſſet ad non concedendum, vel difficilius concedendum: nec ſufficit in genere fieri expreſſionem ſed requiritur notabilis expreſſio. num. 10.*

11 *Subreptio ſeu obreptio modica, vitiat reſcriptum.*

12 *Iudex poteſt ſe informare de fama alicuius abſque iuris & iudicij ordine, & etiam à teſtibus inhabilibus.*

13 *Tortura poteſt dari homini malæ conditionis & famæ ex proceſſu informatiuo.*

14 *Contumax bannitus ex ſola contumacia & banno alijs non exiſtentibus indicijs, poteſt torturæ ſubijci.*

15 *Princeps non conſueuit remittere pœnam delinquenti, niſi parte concordata, & de qua concordia conſtet per inſtrumentum.*

16 *Habendum eſt pro expreſſo, id, de quo ſi ſtatuens fuiſſet interrogatus, idem reſpondiſſet.*





17 *Tortura de facili adhibenda eſt in delictis nocturn.*

CONSILIVM XXXIIII.

REdemptoris gentiũ ſuffragio petito. Quod
Panarello de Nola non ſuffragetur indul-
tus, ſeu abolitio criminum ſibi conceſſa
per Illuſtriſ. ac Reueren. Cardinalem Co-
lumnam, locumtenentem generalem Cæſareæ Maie-
ſtatis, adparet ex eiuſmet lectura, dum in eo dicitur.
*per non ce eſſere intereſſe de parte.* quo caſu manifeſtè da-
tur intelligi, quòd non aliter fuiſſet intentionis prin-
cipis concedere, niſi parte concordata: cùm princeps
non poſsit remittere pœnam corporalem delinquẽ-
ti: nec etiam, quod intereſt parti pecuniariter abſque
1 vrgenti cauſa, & ſine partis aduerſæ voluntate: † aliàs
peccat mortaliter, cũ id faciat de abſoluta poteſtate,
voluit And. de Iſer. in titu. quæ ſint rega. in verſi. com-
mittendum. & idem And. in cap. ſimiliter. de capi. qui
curi. vendi. & ſequi. Par. de Puteo, in tracta. ſyndica.
in iij. char. in ver. compoſitio. in c. quia pluries. in iiij.
colum. & licet gloſſ. in l. reſcripta. C. de preci. impera.
offe. videatur aliter dixiſſe, & in l. defenſionis. C. de
2 defenſo. ciui. ſimiliter tamen † gloſſ. præfatæ intelli-
guntur de pœna applicãda fiſco ſuo. id eſt, ipſius prin
cipis, & non parti: per l. venia. C. de in ius vocand. ſe-
cundùm Bald. in l. fin. C. de precib. Imperato. offe. &
in l. quicunque. C. de ſer. fugitiu. Sed hic non fuit ali-
qua partis remiſsio, aut cõcordia: ergo indultus ipſe,
ſeu remiſsio non tenet: & ideò dicit pulchrè gloſſ. no.
& ibi Bald. in dicta l. venia. C. de in ius vocand. & ibi
Bald. quod reſcriptum, in quo princeps ius partis læ-
ſæ remittit, eſt nullum. & ita conſulendo refert & ſe-
quitur Bartol. Caſſan. in ſuo conſilio xxvij. in ſecunda
columna. maximè cùm princeps nunquam præſu-
matur concedere non concedenda, vt dicit Bald. in
3 præla. feu. in xj. colum. ex quo mens † principis præ-
ſumitur eſſe talis, qualis de iure eſſe debet. dixit Bald.
in l. ex facto. in iiij. not. & ibi Alexand. de Imol. ff. de
vulga. & pupil. & facit l. quoniam. C. de nat. lib. & ni-
hilominus viuit artifex, à quo poteſt de facili veritas
eius intentionis haberi, maximè cùm antiqui moris
fuerit Regis Cap. ac etiam noſtri Cæſaris, nunquam
remittere delinquẽtibus niſi partibus per prius con-
cordatis. quod multò magis ſeruandum eſt per eius
vicarium. Item & tantò fortius, cùm huiuſmodi in-
dultus nuncupatus adpareat eſſe quædam ſimplex
chartula non emanatã à Regia Cancel. nec cum ſub-
ſcriptione dominorum Collate. conſil. nec alicuius
ex eis, nec ſub nomine Regio expeditus, nec cum Re-
gio ſigillo. Prætereà, ex productione ipſius indulti
ſatis liquet Panarellum ipſum criminoſum, ac malæ
famæ, imò peſsimæ, dum in eo adparet, quòd ad eius
ſupplicationem eidem crimina expreſſa indulgentur:
nec dicitur aliter quòd proprio motu, ſed ad ipſius
poſtulationem, & tamen præſumitur etiam de iure,
quòd ad eius poſtulationem, dum non exprimitur,
4 quòd proprio metu, † vel propter eius benemerita id
fecerit. Ita dicit Gul. de Cu. in l. iij. §. ſi procurator. ff.
quod quiſque iur. & ibidem Alexand. de Imol. quod
reputat menti tenendum, & Albe. in l. j. in princip. v.
colum. ff. quod quiſque iur. & exiſtente eius reitera-
tione tot & tantorum delictorum, infertur dicen-
dum, quòd ſit ſolitus, & conſuetus delinquere, cùm
per binum actum dicatur conſuetus. gloſſ. in cap. ita
nos xxv. quæſt. ij. & tenet Bal. in l. iij. C. de epiſc. audi.
5 & † ſic per tres vices eo caſu dicitur ſæpius deliquiſſe,
vt patet in l. ſeruos. C. ad legem Iuliam. de vi publi. &
firmat Luc. de Pen. in l. j. C. de ſuperexact. & ibi ſubdit
ſibi videri, quòd duæ vices ſufficiant, nam cùm dici-
tur ſæpiſsime, id ter agi ſatis eſt. cap. omnes decimæ.
xvj. quæſt. vlti. & not in c. ergo. ij. quæſt. vij. gloſſ. verò
in authen. de teſti. dicit quòd ſæpe duas aut tres vices
requirit. idem not. Archi. in cap. ſæpe. de elect. in vj.
Vnde reſultat, quòd cùm ex productione ipſius indul
ti adparet quòd confeſſus fuerit delicta, de quibus in
6 indulto, ſatis dicitur infamis, † & ſic infamatus de de-
lictis. Ita conſuluit Pet. de Anch. in conſilio clxxxix.
incip. tribus de cauſis. vbi dicit in ſpecie, quòd ad hoc,
vt quis remaneat infamis, requiritur confeſsio ipſius
in iudicio, vel ſententia iudicis, &c. alleg. idem voluiſ-
ſe Ioan. And. in cap. ſi qui de præſcrip. in vj. refert &
ſequitur Marſi. in ſua practica cau. cri. in verſi. aggre-
dior. xxj. colum. in lxj. char. & facit bene, quia licet in
dulgentia criminum conceſſa remittat pœnam deli-
ctorum, non tamen remittit infamiam. l. fi. C. de gene.
aboli. ita dixit Par. de Pute. in tracta. ſyndica. in verſi.
tortura grauior eſt pœna. & ibi ſubdit, quòd licet in-
dulgentia principis interueniat, tamen aggrauat no-
ua delicta ad inueſtigationem veritatis per tormenta,
ex quo illa cauſa criminalis remiſſa incaleſcit crimi-
nalitati, quo ad aggrauandum ad torturam, concur-
rente maximè, quia ex indulgentia principis non re-
7 mittitur infamia. † Ita pulchrè Alb. in l. quid ergo. §.
pœna grauior. ff. de infa. & ad quam infamiam pro
ſuis præcedentibus ac reiteratis delictis iam diffama-
tus, pro quibus indultum obtinuit, nec adparet reſti-
tutus per huiuſmodi ſimplicem indulgẽtiam, abſque
aliqua alia reſtitutione ad famam, vt eius verba ſo-
nant, cùm ſolus princeps hoc facere poſsit, quando
factum fuiſſet, prout non eſt, imò generalis vicarius
8 Imperatoris ad famam † reſtituere non poſſet, prout
conſuluit Pet. de Ancha. in conſi. cccxxvij. incip. viſis
diligenter actis & actitatis. iij. colum. vbi loquitur in
ſpecie in domino Veronæ tunc generali Vicario Im-
peratoris. & alleg. cap. fin. de offic. vica. in vj. & in l. j.
de offic. eius, cui man. eſt iuriſ. Idem refert & ſequitur
Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum. xij. colum. verſic. ſed
hanc declarationem. extrà de conſti. Pro quibus facit
9 rationabilis & pulchra ratio, quòd † ita ſit, ex quo
princeps concedendo inferiori aliquid de ſibi reſer-
uatis, intelligitur ſemper conceſsiſſe, vt ea exerceat
cum debita cauſæ cognitione, & non cum illa pleni-
tudine poteſtatis, quam ipſe habet concedens, ſecun-
dum Innocen. in cap. ad monaſterium. in gloſſ. niſi ex
cauſa. in fin. extrà de ſtatu monac. & in cap. dudum.
vltima columna verſi. item & ſi papa. extrà de elec. &
in cap. veniens, in glo. extrà de fil. presby. Abb. in cap.
at ſi clerici. §. de adulteriis extrà de iudi. Imol. in cap.
de multa. extrà de præben. Et ſi dici poſſet, quod ne-
gatur, quòd princeps poſsit indulgere delictum cri-
minoſo cum reſeruatione iuris partis offenſæ, intelli-
gendum erit de ipſo proprio principe, & non de infe-
riore ab eo, & nihilominus adparet quòd indulſit, ſi
ita indulſiſſe dici poteſt ad ſuggeſtionem ipſius Pana-
relli adſerẽtis nullum verti intereſſe partis; & ſic ſub-
reptitiè obtinens carere debet impetratis, maximè
dum non expreſsit de infinitis delictis & criminibus
reiteratis, de quibus ſi fuiſſet aliqua mentio facta, ve-
riſimiliter princeps non conceſsiſſet, vel difficilius

conceſsiſſet:ex quo omnes qualitates ſunt exprimen
dæ principi,ex quibus poſſet princeps moueri ad non
concedendum,vel difficilius concedendum. c. poſtu-
laſti.extrà de reſcri. Bal. in c.cùm dilecta.eo.tit.Abb.
in c.in præſentia.& in c.cęterum.eo.tit.Lud.Roma. in
conſi.cccxxvj.& in conſ.xxxvij.vbi ſubdunt,quòd re-
quiritur notabilis expreſsio:nec ſufficit in genere fari
vt impetratio ſaluetur à ſubreptione ſeu obreptione.
10 † Nec ſufficeret generaliter exprimi factum, niſi ex-
primatur modus.gloſſ.in c.dilectus filius.extrà de re-
ſcrip.& tenet Old.conſil.xiiij.maximè, cùm modica
11 † ſubreptio ſeu obreptio vitiet reſcriptum. c. ſi motu
proprio.de præben.in vj.Bald.in l.præſcriptione.C.ſi
contra ius vel vtil.pub.& in c.de cauſis.de re iudi.Be-
nedi.de plumb.in l.j.ff.de natal.reſti.Io.And. in addi.
Spec.ſub rub.qui fil.ſint legi. His ſic pręmiſsis clarum
eſt quòd diſpoſitio capitulorum regni, ſonat contra
illos,quos fama grauat,& cõtra ſæpius, frequentiuſq;
peccantes,vt verba ipſorum cantant,contra quos iu-
bent procedi omiſſo iuris ordine, & ex proceſſu in-
formatiuo:imò plus poterit iudex de huiuſmodi fama
ſe informare, etiam abſque iuris & iudicij ordine:&
12 etiam per teſtes inhabiles.† Ita pulchrè Bal.in l. qui te
ſtamento.§.per contrarium ff.de teſta.Inno.in c.cùm
in tua.extrà de ſponſa.refert & ſequitur Iac. de ſancto
Geor.in l.teſtium.§.eiuſdem quoque.iiij.colum.ff.de
teſtib.& bene faciunt verba literæ arbitralis: ſi cum
ſceleratis, &c. ibi dum dicitur, ſi tibi conſtiterit per
indicia, vocem, vel famam publicam, & circumſcri-
ptis capitulis regni: quando nunquàm fuiſſent dicta
capitula in rerum natura, nonne ex iuris communis
13 diſpoſitione † contra hominem malæ conditionis &
famæ poteſt iudex procedere ad torturam ex proceſ-
ſu informatiuo: & ſic non datis defenſionibus. certè
ſic:ita ſingulariter tenet Guid.de ſuza.in tract.maleſi.
ſub rubrica,qualiter fiat inquiſitio. in prin. Gandi. in
tract.malefic. ſub rub. quomodo cognoſcatur de ma-
leſi.per inquiſitio.ver.ſed quæro, facta & completa.
vbi alle. hoc voluiſſe Spec. de quo ibi per eum. Item
concurrit bannum, & contumacia aduerſus præfa-
tum Panarellum pro delicto vulnerum per ipſum il-
latorum alcuzerio curiæ Nolanæ. Ex quibus claudus
euaſus eſt in tibia,& vix deambulare poteſt:& de quo
crimine nulla extat concordia partis, & ſic ex ſolo
banno & contumacia circunſcriptis aliis probatio-
nibus, & indiciis rationabiliter quæſtionari potuit:
14 † & milies,iuxta doctri.Bal.poſt Nico.de matha.in l.j.
iiij.col.C.de hære.inſti & ſequuntur Mode.Senen. in
tract.de indi.& tortu.viij.char.Amod.iuſti. in ſuo tra-
cta.ſyndica.in vlti.char.Marſi.in l.pen.in vltimis ver-
bis.ff.de quæſtioni. & maximè non extante concor-
dia ſeu remiſsione partis offenſæ,& ex vulneribus de-
formatæ & claudæ:& princeps non conſueuit remit-
tere,ſeu indulgere delictum, niſi parte concordata
15 ſeu ſatisfacta, † de qua conſtet per inſtrumentum: vt
per glo.in l.venia.C.de in ius voc. cum ibi not. & vbi
aliter faceret,non teneret, & pars aduerſa poſſet age-
re:id eſt,offenſus:per no.Lucæ de pen.in l.j.C. de de-
ſerto.lib.xij.in fi.& ſequitur Par. de Put. in tract. ſyn-
di.in ver.compoſitio.ij.colum.Nec ſuffragatur eidem
Panarello indultus ex alio, cùm non expreſſerit infi-
nita crimina, & reiterata per ipſum perpetrata, de
quibus princeps ſi informatus fuiſſet, veriſimiliter
non conceſsiſſet:cum id ſit habendũ pro expreſſo, vel
16 ſtatuto,de quo ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, † ita
reſpondiſſent ſeu ſtatuiſſent: vt dicit glo. in l. tale pa-
ctum.ff.de pactis.tex.in l.fi.ſecundum Bart.& Ang.C.
de poſthu.hære.inſtit.& in l.Barbatius. & ibi Bald. v.
col.ff.de offi.præto.& ſic recidiuando Panarellus ipſe
in pręſentiarum in nouiſsimo furto iumenti in ſtrata
publica, prout inquiritur, necnon in fractura oſtij
domus mulieris honeſtæ, ac maritatæ ſeu coniugatæ,
vt ipſam adulteraret,& de nocte, cùm tortura de fa-
17 cili ſit adhibenda in delictis nocturnis,† vt dicit Bald.
in l.nemo.C.de epiſco.audien.Moder.ſenen.in tract.
de indic.& tortu. in penulti. char. quis dubitabit non
fuiſſe niſi ſanctiſsimè proceſſum ad torturam per Ca-
pitaneum Nolanum, contra præfatum Panarellum?
& qui Capitaneus quando aliter feciſſet, & torturam
non adhibuiſſet,minimè iuris cenſuræ laqueos euaſiſ-
ſet:& ita interpidè iuris dico ego.

Thomas Grammaticus V.I.Doctor.

Et ſic cauſa per remedium grauaminis pro parte
præfati Panarelli introducta in S. Conſilio fuit cauſa
ipſa remiſſa ad eundem Capi.Nolanum: quia non gra
uauerat adhibendo torturam:& quia confeſſus fuit
ad vltimum ſupplicium condemnatus per eundem
Capitaneum: & ſuperueniente permutatione pœnæ
ex gratia præfati Illuſtriſ locum tenen.generalis, fuit
tranſmiſſus ad ſeruitia Regiarum triremum ad remi-
gandum in perpetuum: & dum inde ad paucos dies
machinatus eſſet in occidendo patronum triremum,
fuit in eiſdem triremibus exiſtẽtibus in mole magna
laqueo ſuſpenſus,ordinatione eiuſdem Reuer.& Illu-
ſtriſ.locumtenen.

SVMMARIVM.

1 *Corruptelæ crimen in iudice eſt ſatis deteſtabile: intantũ quòd reputatur inter magnas & capitales cauſas.*
2 *Corruptelæ crimen in pluribus adſimilatur crimini læſæ maieſtatis.*
3 *Corruptelæ crimen committitur per iudicẽ, ſi pecuniam cœpit,vt ferat ſentẽtiam iuſtam ſiue iniuſtam.Item, ſiue vt iudicet ſiue vt non iudicet.Item ſiue pecuniam capiat,& nihil promittat & pariter ſi ſibi dari promittitur, etiam ſi promiſerit aliquid non facere,quod tamen facit & pariter, ſi ſibi promiſſum fuerit aliquod debitum, ad quod tenebatur relaxari. numero 4.5.6.7.& 8.*
9 *Pœna in iudice corrupto quæ ſit.*
10 *Iudex corruptus pecunia, tenetur etiam pœna falſi:& pariter punitur pœna exilij:id eſt, deportationis.& numero 11.*
12 *Pœnæ quando plures imponuntur pro vnomet delicto,per diuerſa iura diuerſis temporibus facta.ſtant cumulatiue:& vna cenſetur addita alteri, & ſic vel omnes imponi poſſunt, vel poteſt iudex ipſe de omnibus pœnis imponere illam,quam maluerit.*
13 *Corrumpens iudicem, tenetur pœna falſi, & etiam lege Iulia repetundarum.*
14 *Corrumpens iudicem,& iudex corruptus, ſunt correlatiua, & diſpoſitum in vno, cenſetur diſpoſitum in alio,etiam reſpectu pœnæ.*
15 *Corrumpens iudicem debet maiori pœna puniri, quàm iudex accipiens.*
16 *Diſpoſitio correi ſeu ſocij criminis cum aliquibus adminiculis, vt eſt conuerſatio & habitatio, facit indicium.*

Proba



17 *Probationes contra iudicem debent eſſe claræ & manifeſtæ,vbi ſubdit hoc procedere quo ad cõdemnationem: Secus.quo ad torturam,in qua ſufficient indicia concludentia in ſubſidium plenæ probationis: & ſubditur quòd pro iudice præſumendum eſt, dum debito ordine procedit,& non aliter.& nu 18.& 19.*
20 *Confeſſio ſocij criminis adminiculata, facit indicium ad torturam.*
21 *Teſtes infames,licet non ſint habiles quo ad condemnationem ſufficiunt tamen quo ad torturam.*
22 *Teſtis ſocius criminis in caſibus, in quibus non potuit interrogari de alijs,niſi de ſe tantum,ſi eo caſu nominauit alios.talis nominatio ſuſpecta habetur à lege ſicut dicimus in ſimili de teſte ſponte ſe offerente.*
23 *Socio criminis non ſtatur,etiam cum tortura & etiam in caſibus exceptuatis,niſi alia concurrant nec ſufficiet ſi perſona per ipſum nominata eſſet malæ conditionis & famæ,& etiam ſi eſſent plures confitentes de nominato & ſi nominatus eſſet bonæ famæ,talis nominatio non operabitur quicquam.& num. 24.25.& 26.*
27 *Socius criminis in caſibus in quibus admittitur, debet intelligi in ſocio criminis.aliàs non infami ſeu crimino ſo.*
28 *Socius criminis non admittitur, vbi aliàs abſque illo crimine in quo fuit particeps pateretur etiam alios defectus.*
29 *Teſtis crimino ſus repellitur à teſtimonio ſi cõdemnatus de illo crimine incurreret infamiam.*
*Crimina obiecta contra teſtes ipſos repellunt,etiam ſi per prius non ſint conuicti vel confeſſi.*
30 *Teſtis conuictus de crimine per modum exceptionis, nõ poteſt puniri pœna ordinaria.quia ſatis eſt ipſum repelli à teſtimonio,maximè in cauſa criminali.*
31 *Teſtis falſus non probat, etiam ſi deponeret contra falſarium.*
32 *Teſtis qui fuit aliàs carceratus, ob carcerationem euadit infamis.*
33 *Teſtis vbi tractat de ſe onerando vel exonerando, non probat.*
*Teſtis luſor propter ludum repellitur à teſtimonio.in fi. conſilij & ſubſcriptionis,maximè in criminalibus.ib.*
34 *Iudex dum impetitur de corruptela, debet legitimis probationibus conuinci.*
35 *Teſtis omni exceptione maior. dicitur ille, qui ſuperat omnem friuolam exceptionem,& 36.*
37 *Probationes multum euidentes requiruntur contra officialem.*
38 *Teſtes vbi in aliquo caſu requiruntur eſſe optimæ opinionis,requiritur vt optima ſit opinio, & quòd tales teſtes articuletur & probetur ita ipſos eſſe,aliàs non poterit quis obtinere.*
*Teſtium optima opinio vbi eſſet ipſa cauſa inductiua plenæ probationis, tunc de plena & optima opinione teſtium eſſet articulandum & probandum.*
*Iudex dum impetitur de corruptione, debet conuinci per teſtes legitimos,& omni exceptione maiores.*
39 *Teſtes contra officialem deponentes de corruptione, requiruntur eſſe omni exceptione maiores,aliàs non debent admitti.*
40 *Probatio vbi à iure legitima requiritur, non ſufficiet probatio priuilegiata vt eſt illa, quæ fit per iuramentum ſeu aliter ſimili modo. Et quæ dicitur priuilegiata probatio.*
41 *Iudex ſi impetitur de iniuſtitia vel damno debet probari euidens iniuſtitia vel manifeſta & non occulta, nec præſumpta.*
42 *Adſerenti cum iuramento dediſſe aliquid officiali, credendum eſt.* Hoc *debet intelligi, quando officialis ipſe dum ſtaret in ſyndicatu aufugiſſet. Secus autem ſi nõ aufugiſſet.quia tunc requiritur probatio teſtium.*
*Iudex vt puniri poſſit de corruptela, requiritur quòd is, qui dicit ſibi aliquid dediſſe, illud probet, aliàs debet puniri.*
43 *Teſtes ſingulares probant de corruptela cõtra officialem, hoc tamen verum conſiderata prius qualitate officialis & eius fama,& conditione & pariter fama illius adſerentis dediſſe officiali.& num.44.& 45.*
46 *Iudex dum impetitur de corruptione facit vt ſtetur dicto tertij, qui in hoc fuiſſet mediator: & hoc ſi ciuiliter agatur contra officialem ſecus ſi criminaliter.Et pariter minimè ciuiliter hoc procedit, vbi officialis eſſet bonæ famæ.*
*Probatio bonæ famæ elidit fidem indiciorum.*
47 *Inquiſitio non procedit contra hominem bonæ famæ & vitæ.*
*Si contra inquiſitum ſit vnum indicium ſufficiens ad torturam ſi tamen ſit bonæ famæ, non procedit inquiſitio.nec poterit torqueri ex illo.& nu.48.*
49 *Socio criminis ad hoc vt credatur,vltra alia adminicula requiritur. quòd vel ex numero teſtium, vel ex qualitate deponentium vel ex perſona eorum, contra quos deponitur veriſimile ſit eos non mentiri.*
50 *Teſtes producti ſuper inquiſitione contra non diffamatum, licet deponant de ipſo crimine de viſu, tamen quia nõ adparet diffamatus,nõ præiudicãt inquiſito.*
51 *Iudex non debet procedere ad examinationem inquiſiti, nec ad eius detentionem,niſi prius de delicto ipſo conſtet ipſi iudici.*
52 *Inquiſitio de crimine non poteſt formari ad dictum ſolius ſocij criminis, etiam & plus ſi eſſent duo ſocij criminis*
53 *Pœna exilij cum publicatione bonorum de iure communi. imponitur pro crimine corruptelæ.*
54 *Pœna vbi imponitur pro delicto vltra relegationem, non habet locum tortura.*
55 *Torqueri vbi quis non poteſt, minimè poteſt detineri.*
56 *Pœna ſtatutaria tollit pœnam iuris communis.*
57 *Lex noua vbi expreſsè non tollit legem communem veterem,tamen tacitè videtur illam tollere: & ita Ianuæ obtentum per conſilium peritorum. vbi plenè ad ſaturitatem.*
58 *Teſtes infames producti contra aliquem, non audiuntur, nec probant ſine tortura.*

## CONSILIVM XXXV.

INcomprehenſibilis Dei ſuffragio petito,
Amẽ. In cauſa Magni. Ant.Barnar.V.I.D.
Siculi, ac vnius ex iudicibus delegatis in
regno Siciliæ vltra farũ cum regio fiſco,
ſuper obiectis corruptelis, ac ſubornatione contra
ipſum tranſmiſſo proceſſu cauſæ præfati excellenti
domino Sigiſmundo de loffredo de Neap. regenti
Regiam Cancellariam per Illuſtriſ. Proregem præ-
fati regni Siciliæ vltra farum, & requiſitus ab eodem
excel. domino Regente in maioribus occupato, vt
quid de ipſius caſus deciſione de iuris cenſura ſenti-
rem, eidem Illuſtriſ. Proregi, ac duci montis Leonis
reſcribere & conſulere debuiſſem: idcirco viſis his,
quæ non minus ſubtiliter, quàm copioſè in iure de-
ducta

duċta ſunt, per Magni. & eximium Montaltum Regij
fiſci patronum in regno præfato aduerſus præfatum
Magni. Anto. Batna. inquiſitum & cerceratum: con-
ſideratis inſuper ac bene ruminatis iuſtificationibus
Magnifi. Iudicum magnæ ac Regiæ curiæ Regni præ-
fati in exonerationem præfati inquiſiti, videretur pri
ma conſideratione dicendum præfatum Magni. Ant.
debuiſſe torturæ ſubiici ex infrà ſcriptis: Et primò li-
quet hoc nefandum crimen corruptelæ, eſſe deteſta-
1 bile † in iudice. Hinc eſt, quòd reputatur inter magnas
& capitales cauſas: ſecundum Bald. ſatis no. in l. ob-
ſeruare. §. proficiſci. ix. q. ff. de offi. procon. licet etiam
in minimo committatur, iuxta no. per Bal. in l. furti.
§. paċtus. ff. de his qui not. infa. & tenet Par. de Put. in
2 traċta. ſyndi. in ver. barataria. in verſi. in crimine † ba-
rataria. & in ver. fideiuſſor. ij. col. & in pluribus vide-
tur adſimilari crimini læſæ maieſtatis ſecundum eun-
dem Par. in ver. corruptio. in prin. & in verſi. teſtes. c.
fui ſemel interrogatus. j. col. ver. in contrarium forti-
ter facit: & habet locum pœna criminis præfati, etiã
3 ſi iudex cepit pecuniam, vt ferat iniuſtam † ſentẽtiam
ſiue iuſtam. l. ij. in fin. cum ſeq. ff. de condi. ob tur. cau.
cum ibi not. per glo. & doċt. & Pari. in ver. corruptio.
iij. col. Et pariter habebit locum pœna criminis præ-
fati, ſi iudex capiat, vt iudicet, ſiue vt non iudicet, vel
4 aliquid ad eius officium pertinens maius † vel minus
faciat. l. iij. cum l. ſeq. & l. lex Iulia. in fin. princip. ff ad
5 leg. Iul. repetun. & in l. j. ff. de calumn. ſiue etiam † prin
cipaliter capiat, nihil promittendo. l. j. ff. ad leg. Iul.
repetun. ita Par. in d. ver. corruptio. ij. col. in fi. in ver.
ſi quid datur iudici, & non dicatur. Et pariter in-
curritur in hoc crimen, ſi datur pecunia iudici, ſicut
ſi dari promittitur. l. lex Iulia. §. hodie. ibi, vel licet
6 † non acceperint. ff. ad leg. Iul. repetun. l. iubemus. C.
eo. titu. ibi, vel vitio cupiditatis ingeſtam. cum verſic.
ſeq. & expreſsius in authen. ſed nouo iure. C. de pœn.
iudi. qui male iudica. & in conſtitu. regni corruptelæ.
& conſtit. litigator. eo. tit. & l. generaliter. §. ſi igitur.
7 in fi. ff. de calum. † Et hoc vendicat ſibi locum, etiam
ſi iudex corruptus promiſerit aliquid non facere, &
tamen fecerit, vt ibi eſt text. no. & quòd ſola promiſ-
ſio pecuniæ faċta iudici, ſufficiat, tenet expreſſè Par.
in prædiċto verſi. corruptio. ij. col. Saly. in l. qui expli-
candi. j. col. C. de accuſ. & ibi adſignat bonam ratio-
nem. & Philip. Franc. idem tenet in diſcurſu, in c. j. de
8 teſti. in vj. & ideo dicit Par. in d. ver. barataria. † quòd
in hoc ſufficit ſola promiſsio: & æquiparatur crimini
aſſaſsinatus. Item committitur etiam crimen hoc, ſi
iudici fuerit aliquod debitum relaxatum, & aliis plu-
ribus modis, de quibus in l. ij. cum ſeq. ff. de calumn.
quia nõ refert, qua ex cauſa improbitas vel corruptio
iudicis detegatur: quia in deliċtis non attenditur
modus, ſed effeċtus, per l. j. §. occiſores. ff. ad ſill. Et in
terminis iſtis eſt text. not. in d. l. iubemus. C. ad legem
Iuliam repe. per quem ita tenet Iac. de bel. in §. ſi quis
autem. in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. ij. colum.
Item committitur hoc crimen, ſi iudici fuerit aliquid
mutuatũ: & tam ſi fuerit mutuata pecunia, quàm aliæ
res Ita videtur text. in l. quiſquis. vbi expreſſè Bal. C.
ſi cert. pet. vbi dixit, quòd in officiali pecuniam reci-
piente barataria præſumitur, licet admittatur ex ti-
tulo mutui. Et idem Bal. in l. j. per illum text. C. de ca-
lum. dixit, quòd mutuans pecuniam officiali, dicitur
eum corrũpere. ſubdens idem eſſe in aliis rebus. Idem
ſequitur Paris de Pute. in traċta. ſyndi. in ver. corrum-
pens. in c. an ſi tẽpore ſententiæ. ij. col. Sed quæ ſit pœ-
9 na in huiuſmodi deliċto? dico † quòd vno modo eſt
extraordinaria iudicis arbitrio remiſſa vſque ad de-
portationem incluſiue, vt dicit gl. in l. j. C. ad leg. Iul.
maieſt. quam ſequuntur Iac. But. Cy. & Saly. ac cæteri,
per d. l. lex Iulia. §. hodie. & l. j. §. j. vbi gl. no. ff. de calũ.
glo. ordi. in §. in ſumma. inſtit. de iniur. cum qua dicit
eſſe cõmunem Iaſ. in l. qui iuriſdiċtioni. j. col. ff. de iu-
riſdi. om. iudi. & de eius veritate late Fely. in c. ex lite-
ris. de conſtitu. Par. in d. traċt. ſyndi. in ver. pœna. c. an
10 ſi ſtatutum reliquit. Item & plus dicit gl. prędiċta, † ꝙ
iudex corruptus pecunia, tenetur etiam pœna falſi.
per tex. in l. j. §. & qui iudicem. vbi eſt ſimilis glo. cum
ſeq. ff. ad leg. Cor. de fal. & tenet Bald. in l. fi. j. col. C. de
pœn. iud. qui malè iud. & Par. de Pute. in eod. traċta.
in verſ. fideiuſſor. j. col. in prin. quæ pœna eſt deporta-
tionis: vt in d. l. j. § fi. ff de fal. & ſequitur glo. prędiċta
11 Marſ. in d. l. j. §. ſi quis. in fi eo. tit. † De iure verò auth.
imponitur pœna exilij, id eſt deportationis propriè
intelligendo. l. exilium. cùm ibi no. glo. in gloſſ. ff. de
interdiċt. & relega. ac etiam pœna confiſcationis bo-
norum, & pœna corporis affliċtiua: quia dicit text.
no. in §. ſi quis autem. in authen. vt iudi. ſine quoquo
ſuffra. col. ij. confiſcationem & exilium ſuſtinebit, &
in corpus verbera atque ſupplicium quem tex. ita in-
telligit Iac. de Belui. & ſcribentes ibi, maximè Ang. di
cens no. ex tex. iſto, pœnas officialium cõmittentium
baratarias, id eſt, vendentium iuſtitiam auro: vt ipſe-
met Ang. declarat ibi in prin. tit. Nec obſtaret, ꝙ text.
in d. l. j. C. ad leg. Iul. Maieſt. dicat, quòd tenetur pœna
quadrupli, & in d. auth. ſed nouo iure. videntur ſtatutæ
aliæ pœnæ longè minores, per capitula illius regni:
videlicet priuationis officij, inhabilitationis, ac per-
petuæ infamiæ, & publicationis tertię partis bonorum
vt patet in capitulis regis Alphonſi, ſub rubr. de ſalar.
iudi. & ſub rub. de ordinatione viceregis circa exaċtio
nem officialiũ ſeruandã. Quia reſpondetur, quòd pœ-
na prædiċta quadrupli imponitur, quando ciuiliter
agitur de crimine prædiċto, ſecundum omnes in locis
12 præallegatis: † aliæ verò pœnæ ſtant cumulatiuè, cum
pœnis prædiċtis deportationis, & corporis affliċtiuis.
& cenſentur additæ priſcæ ſeueritati. l. iij. C. de ſepulc.
viola. & plenè Bar. in l. ſanċtio legũ. ff. de pœn. & ideò
vel omnes imponi poſſunt, ſecundum Iacob. de Belui.
in d. §. ſi quis autem. in iij. oppo. vel poteſt iudex infli-
gere de omnibus pœnis prædiċtis, quam vult, vt not.
voluit Abb. in c. ij. in fi. de emp. & vendi. per text. in c.
quoniam frequenter. §. fi. vt lite non conteſtat. & bo-
num text. in l. quoties. de aċtio. & obli. Præterea pœnæ
ſtatutæ per conſtitutiones & capitula regni, ſunt mi-
nores, quàm pœnæ iuris communis, ergo non tollunt
iura communia, ſed omnes pœnæ debentur, vt con-
ſuluit Cæp. in conſi. xiiij. in iiij. col. in fi. Et quando de
prædiċtis vna pœna eſſet infligenda, deberetur maior
pœna, & ſic illa, quæ magis timeretur. d. c. quoniã fre-
13 quẽter. §. fi. & c. prodeſt. xxiiij. q. v. † Et ſimili modo di
cendũ eſt in corrumpente iudicem, ꝙ pœna falſi tenea
tur. l. j. §. & qui iudicẽ. ff. de fal. item tenetur lege Iulia
repetundarũ. l. fi. C. ad leg. Iul. repe. quorum criminum
pœna eſt arbitraria, vſque ad deportationem incluſi-
uè. d. l. j. §. fi. de fal. & diċta l. lex Iulia. §. hodie. & l. j. §. j.
cum ibi no. in gloſ. & §. ſed & conſtitutio. ff. de calumn.
Quinimò etiam quo ad alias pœnas contra iudicem
ſtatu



ſtatutas, ſunt etiam parificatæ, diċto §. ſi quis autem.
cum ibi not. per gl. & doc. in auth. vt iudi. ſine quoquo
ſuffrag. & licet Par. in ver. barataria. & in ver. corru-
ptio. ij. col. & non immeritò, quia corrumpens iudi-
14 cem, † & iudex ipſe corruptus, ſunt correlatiua: & di-
ſpoſitum in vno, cẽſetur diſpoſitum in alio, etiam re-
ſpeċtu pœnæ: ita Abb. in c. quia clerici. de iure pat. vbi
refert eſſe communem opinionem. & ſequitur Iaſ. in
l. fi. iiij. col. C. de indi. vidui. tol. Nec militaret dicere,
quòd ex diſpoſitione conſtitutionũ, & ſucceſsiuè ca-
pitulorum illius regni, ſit impoſita pœna amiſsionis
cauſæ, & vnciarũ quinquaginta: quia diċtę pœnæ non
ſtant correċtiuè ad iura cõmunia, ſed cumulatiuè, vt
ſuprà diċtũ eſt contra iudicẽ. nec videtur obſtare tex.
in l. qui duobus. de fal. dum ibi dicit, quòd remiſsius
puniri ſolent: vt ad tempus relegentur. quia tex. dicit,
ſolent, non autem dicit, debent. & ſic importat arbi-
trium, nõ autem neceſsitatẽ, vt de neceſsitate debeat
remiſsius puniri. l. j. C. quomodo & quando iud. vbi
15 ad hoc eſt tex. valde no. Et plus dico, † quòd vbi cor-
rumpẽs & corruptus ſunt ambo ſeculares, debet cor-
rumpens maiori pœna puniri, quàm iudex accipiens:
ſecundum Iacob. de belui. not. in d. §. ſi quis autem. in
authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. Præterea extat de-
poſitio Petri familiaris & domeſtici ipſius domini
Anton. inquiſiti, in qua adſerit habuiſſe ducat. c. vide-
licet quinquaginta ex eis pro ſe, & alios quinquagin-
ta, vt daret prædiċto domino Anto. ſuo patrono: quos
eidem adſignauit: & ſic eſt correus & particeps cri-
minis cum eodem ſuo domino, & depoſitio ſocij cri-
minis cùm aliquibus adminiculis, prout eſt cohabi-
16 tatio, † & conuerſatio ipſius Petri cum ipſo domino
Anto. ſufficere videtur. ita pulchrè conſuluit Bald. in
ſuo conſil. xcv. incip. regula iuris eſt. in j. volum. Nec
ſuffragaretur quòd contra officialem debẽt eſſe pro-
bationes claræ & manifeſtæ, vt dicit Bald. in l. obſer-
uare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſulis. & in pluribus
17 Paris in d. ſuo traċt. ſyndi. quia hoc poteſt † eſſe verum
quo ad condemnationem, quod eſt cõmune in omni-
bus criminibus, vt requirantur claræ probationes
quo ad eorum punitionem: ſed quo ad torturam, ſuf-
ficient indicia concludentia in ſubſidium plenæ pro-
bationis, vt toto tit. de quæſtio. in caſu, de quo agitur
tenent hoc doċt. maximè Philip. Fran. in d. c. j. de teſti.
in vj. vt ſuprà diċtum eſt, maximè cùm pro iudice præ
18 ſumendum † ſit, per text. in l. ij. C. de offic. ciuili. iud. l.
Hærennius. §. Caia Seia. cum ibi no. ff. de euiċt. Quare
reſpondetur hoc eſſe verum, vbi iudex cum debito
19 ordine proceſsiſſet, & non ita præcipitater. † quia eo
caſu tolitur ab eo omnis bona præſumptio ſecundum
Bald. poſt Cy. in l. ſancimus. in fi. C. de iud. quos ſequi-
tur Par. in ver. appellatio. in c. ſubiicio vnam pulchrã
quæſtio. Nec ſuffragaretur dicere, quòd prędiċtus Pe-
trus famulus tanquam ſocius criminis non poteſt te-
ſtificari, maximè dum criminaliter agitur, prout in
caſu præſenti, per tex. in c. j. de teſti. in vj. & no. Bald. in
l. quoniam liberi teſtes. C. de teſti. quia reſpondeo, ꝙ
prædiċtus Petrus famulus non producitur vt teſtis ha
bilis ad condemnationem, ſed vt correus, & cum tor-
tura, & ideo eius confeſsio adminiculata facit iudiciũ
20 ad torturam, † ſecundũ doċt. in d. c. j. maximè Philip.
Fran. in prin. iiij. col. etiam quòd ſit vilis perſona, iuxta
not. plenè per doċt. in l. ex libero homine. ff. de quæſt.
& ideò dixit Bal. in l. j. C. de ſum. tri. quòd licet teſtes
infames ſint inhabiles quo ad condemnationem,
21 † ſufficiunt tamen ad torturam. idem tenet Par. in tra-
ċta. de ſyndi. in ver. teſti. in c. fui ſemel rogatus. in pe.
col. & maximè in deliċtis, quæ ſecreto fieri conſue-
uerunt. & iſtud ſecundum Bart. in l. qui ea mente. ff. de
fur. nam in iis proceditur ex conieċturis & præſum-
ptionibus. Bal. in l. fi. C. de prob. & in l. ſi qui adulterij.
C. de adul. Ex quibus omnibus pro parte regij fiſci il-
lius regni videbatur concludendum poſſe aduerſus
prædiċtum Magnifi. Ant. Barnam carceratum ad tor-
turam procedi. Quibus quidem non obſtantibus, con
trariam ſententiam arbitror de iure veriorem. Et
in primis, quòd confeſsio ſeu depoſitio prædiċti Petri
famuli non ſufficiat ad torturam inferendam prædi-
ċto magni. Anto. conſidero, quòd imò talis confeſsio
& nominatio nullius fuerit roboris & momenti: nam
non ſumus in caſibus, in quibus potuiſſet Petrus ipſe
de aliis interrogari, niſi de ſe tãtum: quamuis non fue
rit iam interrogatus per curiam de aliis niſi de ſe tan-
tum: & ſic nominauit alios, quo caſu talis eius con-
22 feſsio ſuſpeċta habetur à lege. Ita dixit † pulchrè Mod.
ſen. in traċt. de indic. & tor. in iij. char. xij. colum. verſi.
qualis autem ſit modus interrogandi. ſicut alias dixi-
mus in teſte ſponte ſe offerente, quod eſt ſuſpeċtus, vt
not. glo. & Bart. in l. poſt legatum. §. iis verò. ff. de iis,
quibus vt indignis. & ſic quatenus abſque interroga-
tione aliqua eundem d. Anto. nominauerit, non ſta-
bitur eius diċto non præcedentibus aliis indiciis con-
tra ipſum ita nominatum. & hæc procedunt etiam in
caſibus in quibus quis interrogari poteſt. Ita tenet
Gui. de ſuza. in traċta. de tormen. viij. col. ver. ſed quid
de q. occurrẽti. ſed nunc dico, & plus, quòd ſocio cri-
minis etiam in caſibus exceptuatis nõ ſtaretur etiam
23 mediante tortura ad faciendum † indicium, niſi qua-
lemqualem præſumptionem: vt probat glo. in l. fi. C.
de accuſa. vbi idẽ in ſpecie formąt Saly. & tenet Gui.
de ſuza. vbi ſuprà, & idem Gui. in traċta. male. in rub.
qualiter reus ſubiiciatur. in fi. j. col. vbi plus ſubdit, ꝙ
24 etiam ſi perſona nominata eſſet malæ conditionis † &
famæ, propter talem nominationem nõ poterat tor-
queri. Idẽ firmat Augu. ari. in additio. ad Ang. in traċt.
malefi. in ver. fama publica præcedente. ij. col. Alex.
conſilio cxxvij. in fin. in iiij. vol. & plenè ac magiſtra-
liter And. de Iſer. in conſtitutione regni, ſi dãna clan-
deſtina. vbi dicit non facere, niſi qualemqualem præ-
ſumptionem: quia confeſſus eſt contra ſe: vnde for-
25 maliter dat doċtrinam, † vt iudex inquirat de fama
& conditione ſocij nominati, & non moueatur ex
ſola confeſsione, etiam in caſibus exceptuatis per di-
ċtam gloſſ. in l. fi. C. de accuſ. & ſi inuenerit ipſum bo-
næ famæ, talis depoſitio non operabitur quicquam,
ex quo debent eſſe præſumptiones, ſuſpitiones, &
argumenta: & diċta conſtitutio requirit, quòd tor-
quendus ſit leuis vitæ. Ita ad literam dicit Andr. qui
plus ibidem ſubdit in quinta columna, quòd talis
depoſitio ſocij torti erit qualiſqualis præſumptio,
ſeu probatio, & quòd etiam ſi eſſent plures confiten-
tes de nominato, non valebit tantum, quantum di-
ċtum vnius teſtis, qui facit torqueri, vt in l. maritus.
de quæſtionibus. ſed ſolum ex confeſsione plurium
videtur probatum, vt de indiciis detur copia nomi-
nato, vt iuuet ſe probando talia per quæ eneruatur
efficacia confeſsionis. & vendicant ſibi locum præ-
miſſa, etiam ſi confeſſus crimen nominando ſocium,
eſſet

eſſe presbyter .vt dicit Abb. in c.j.de confeſ. quæ ma-
ior qualitas eſt,& conſiderabilis,quàm quòd ſit famu
lus, vt in caſu præmiſſo: & tamen de presbytero præ-
ſumendum eſſet, quòd mandatū non dixerit, per tex.
in c.abſit.xj.q.iij.ibi,abſit. vt quidquã ſiniſtrum de iis
arbitremus. & ſic non obſtabit cōſilium Bal.xcv.in j.
vol. dum adminiculū,ſi erat domeſticus, vel habebat
conuerſationẽ cum nominato: nam ibi Bal. loquitur
in crimine hæreſis, quod eſt exceptuatū.& ideò, quia
conuerſabantur adinuicem, præſumebatur non men-
tiri. concurrente ergo deteſtabilitate illius criminis,
non mirandum, ſi Bal.ita conſuluerit. At in caſu præ-
miſſo ſecus dicendum, cùm nominatio talis non fuit
de ſe ſola ſufficiens,ex quo eſt particeps criminis:& in
hoc differunt dicta teſtium, & dicta quæſtionatorum:
quia depoſitiones teſtium contra inculpatū probant:
depoſitionibus verò tormentatorum abſque aliis in-
diciis non ſtatur, ſeu ſaltim abſque aliis adminiculis.
l.j.iiij.reſponſo.ff.de queſtio.refert Alb.in d.l.fi.de ac-
cuſ.in prin. fi. col.qui cōcludit poſt multa, quòd in iis
caſibus,in quibus nominatio ſeu confeſsio confitenti
noceret, nunquam faceret indicium ad torturam, niſi
cōcurrerent alia adminicula & præſumptiones contra
nominatum.ita concludunt Saly. & omnes in d.l. fi.vt
refert & ſequitur Marſi.in l.j.§.diuus Anto.ff.de queſt.
& in ſua practica criminali, in §. diligenter. maxime
concurrente,quia non ſumus in caſu, in quo potuiſſet
de aliis interrogari, cùm ſint caſus limitati, in quibus
depoſitio correi nocet nominato. de quibus per gl.in
l.fi.de accuſa. vt eſt in crimine hæreſis, falſæ monetæ,
ac læſæ Maieſtatis, quorum nullus eſt hoc in caſu præ-
ſenti & doct. in d.l fin.ſicut ſunt Bal. & Saly. & Alb.ac
etiam Par.de Put in ſuo tracta. ſynd.in ver. tortura. in
c.confeſsio.intelligendo dictã gl.volunt, quòd quãdo
delictum non poteſt fieri ſeu cōmitti, niſi cum com-
26 plicibus,ſemper eſt licita interrogatio,†arg.l.prouin
ciarum.C.de fer. vt latrociniis,aſſaſsiniis,& falſæ mo-
netę, vbi non ſufficit vnus ad perpetrationem delicti:
& quando furtum cum ſcalis reperiretur factum: quia
tūc accedit veriſimilitudo, quòd ſocij interuenerint.
at in caſu de quo agitur ſubornationis, quæ fit per cor
rumpentem, ex ſui natura non requiruntur plures. &
ideò confeſsio correi non faciet præſumptionem,nec
indicium aliquod, quia eſt nulla. vt cōcludunt omnes
in d.l.fi.& iſtam regulam ponūt doct. ibi. & quia ſunt
aliqui alij caſus vltra contentos in d.l.fi. vt eſt crimen
ſacrilegij, coniurationis & lenocinij, de quibus per
Salyc.in l.quoniam liberi. C. de teſti. & ideò Alber.in
d.l.fi.ponit illam generalem limitationem, quæ eſt ad
inſtar regulæ, videlicet, ꝙ quãdo delictum non poteſt
fieri niſi cum complicibus. & ponūt etiam cano. ma-
ximè Imo.in c.j.de confeſ. & ſic cùm caſus iſte non ſit
talis,qui cōplectatur in prędictis, ergo &c. Item in ca
ſibus exceptis,in quibus non ſumus, attamẽ in iis iura
diſponentia quòd particeps criminis in aliquo caſu
27 admittatur contra participem, intelligitur † in ſocio
criminis, aliàs non criminoſo, ſeu non infami ex alio
delicto:per doctrinam no. Ange. in l.qui iudicio.ff.de
accu. vbi dixit, quòd ſi ex forma ſtatuti debet credi
accuſatori damni dati, vel alterius criminis, quòd ſi
ipſe accuſator eſſet infamis infamia facti,ſibi non erit
credendum.& ſubdit Ang. quòd cum hæc quæſtio oc-
curriſſet de facto tempore ſuo, quòd ita fuit iudicatū.
& ita per pręfatam doctrinã Ang. in particulari in ſo-
cio criminis cōſuluit Marſi. in ſuo conſi. lxxiiij.in iiij.
col.in j.vol.& de dicta doctrina Ang.meminiſſe repe-
rio.d.Ant.corſe.ſiculum in ſingu.ſuis in verſi.integer,
Et pro corroboratione & ſuffragio præfatę opinionis
Marſi.ego nouiſsimè adduco,nam ſtante ſtatuto, ꝙ li-
bris mercatorū plena fides adhibeatur pro ſcribente,
id intelligi debet niſi mercator aliàs eſſet infamis, vel
ſuſpectæ vitæ:ita dicit Bal. in repe.l. cunctos populos.
C.de ſum.tri. & fid.cath.in xv.col.ver.v.exẽplum. Bal.
in l.Caſsius.vlt.col.ff.de ſenato.ver. vltimò quæritur
ſi libro mecatoris. refert & ſequitur Iaſ. in repe. l.ad-
monendi.ff.de iureiu.ſed hic Petrus adparet aliis cri-
minibus,ſeu exceptionibus attinctus vt infrà & ſic in-
famis,ergo &c.Et præſuppono primò, ꝙ dum Petrus
ipſe depoſuerit conſignaſſe prædicto do. Antonio iu-
dici delegato pro cauſa coram eo vertente, eo caſu ex
huiuſmodi depoſitione incidit in crimẽ falſi, per tex.
in l.j.ff.ad leg.cor.de ſica. & tenet Bar. in l.ſi quis vxo-
ri.§.fugitiuū.ff.de fur.bene verum eſt,quòd Iuriſcon-
28 ſultus in l.qui duobus.ff.eo.ti.de fal.dicit,† ꝙ in exiliū
29 damnari ſolet, & ſic remiſsius puniri. † Quicquid ta-
men ſit, adſerendo pecuniã ſeu aliud dediſſe officiali,
reddit ſe criminoſum, & ſic à teſtimonio repellitur,
ex quo ex illo crimine quis à teſtificando repellitur,
ex quo ſi condẽnaretur,ex eo incurreret infamiã.dixit
Inno.in c.teſtimonium. extrà de teſti. & probat bene
text.in c.ſuper eo.extrà eo.tit. vbi pōtifex reſpodẽdo
quæſtioni propoſitæ dicit,quod crimina obiecta teſti-
bus, ipſos repellunt, etiam ſi anteà non ſint conuicti
vel confeſsi. idẽ ſequitur Abb.in d.c. teſtimoniū. vbi
concludendo poſt multa, probat teſtes repelli à teſti-
ficando, quãdo criminaliter poteſt accuſari,& puniri,
30 & dicit facere tex.in c.j.in fi.vbi dicit, † quòd ſi teſtis
conuincitur de crimine per modum exceptionis,non
poteſt puniri pœna ordinaria: quia ſatis eſt ipſum re-
pelli à teſtimonio.& idẽ tenet Alber. in tract. de teſti.
in iiij.char.ſub rub.quando teſtes repellantur ratione
criminis vel infamiæ. circa princip. vbi in ſpecie dicit
quod teſtis de crimine conuictus ſeu confeſſus, repel-
litur,per text.in d.c.teſtimonium. quod potiſsimè ha-
bet locum in cauſa criminali, ex quo per illud crimẽ
efficitur vilis. l.j. C. vbi ſenat. vel. clari. ita Bal.in au-
then.ſi dicatur. circa fi. C. de teſtib. & idem Bald.in l.
cunctos populos,viij.col.C.de ſum.tri.& fide cath. &
ibi item Iaſ. in fi. & tanto magis, cùm incurrerit cri-
men falſi, vt ſuprà, quo caſu minimè probatio aliqua
ex eius depoſitione induci poteſt, etiam ſi deponeret
31 contra falſarium, †quod plus eſt: vt not. voluit Inno.
in c.j.extrà de confeſ.refert & ſequitur pręcla.docto.
Steph.Aufre.in trac.de reproba.teſtium,in verſi.falſi-
tatis.& ſequitur Pe.de monca. in ſupplemento tract.
de teſti.d.Io.Croti.ver.circa iſtã quartam partem, in
v.ſeq. char. ver.ſecūdò fallit niſi amicitia ſit maxima.
in addit.magna in ver.maxima.in litera. b circa fi. Itẽ
32 & plus aduertendum eſt † ꝙ pro cauſa prædicta Petrus
pręfatus ſtetit cerceratus per multos dies & mẽſes,ex
qua carceratione dicitur infamis: & ideò etiã ex hoc
repellitur à teſtimonio. cap.ſi teſtes.§. item lege Iulia.
iiij.quæſtio.iij.iuncta glo.ſuper ver.in vinculis. & tex.
in l.iij.§.item lege Iulia.ff.de teſti.vbi glo.dicit, quòd
iſti vinculati repelluntur. & idem tenet Specu.in tit.
de teſte.§.j.verſic. idem quòd accuſatus, contra quem
inducitur. refert & ſequitur Stepha. Aufre. in dicto
tracta.de reproba. teſtium.ver.canonicus.j.colum.&
tantò



tantò plus, cùm habilitatus ſub fideiuſſoria cautione
aufugerit, & contumax bannitus fuit. Item & ex alio
non eſt in aliquo ſtandum eius depoſitioni: quia adſe
rendo ſe dediſſe id,quod ſibi adſignatum pretenditur
tractat de ſe exonerando, & ſic de ſe liberando de eo,
quod recepit:quia ſi non diceret conſignaſſe, tenere-
tur reſtituere.& ſicvbi teſtis tractat de ſe exonerando
33 † vel liberando, non probat. voluit Imo. in c.ex lite-
ris,extrà de tranſ.Gemi.in c.fi.de iureiur. in vj & in c.
fi.de teſti.in vj.Alber.in l.nullus.de teſti. Ant. de But.
in c.cum à nobis.extrà eo.titu.Alex.in conſi.xliiij.iij.
colum.in fi.ij.vol.& tenet in terminis Bart.in l.defer-
re.§.item decreuerunt.ff.de iure fiſ.ſequitur Alber.in
ſuo tract.de teſti.ſub rubr. quando teſtes repellantur
ratione affectionis.iij.colum.& rectè intuenti videtur
Bart.loqui in propriis terminis,dum dicit,quòd ſi pe
to à te centum ex cauſa mutui, quæ tibi per Titium
meum procuratorem conſignaui, non potero ipſum
Titium producere in teſtem, quoniam verſatur com-
modum ipſius Titij, quia ſi non adparet Titium con-
ſignaſſe ſeu numeraſſe pecuniã, remaneret mihi obli
gatus ipſe Titius,& ſic non poterit ipſemet teſtificari.
34 & idem comprobant omnes præalleg.doct.† Nec ſuf
fragaretur dicere,quòd adparet nos eſſe in ſecretis &
occultis, in quibus videtur quòd veriſimiliter veritas
aliter haberi non poſsit, quo caſu viderentur ſufficere
teſtes inhabiles,per ea quæ plenè not. Ant. de Butr.in
conſi.ſuo incip. quæſtio hæc dubia habet vulgaria.nã
hoc nullatenus procederet, vbi teſtes illi paterentur
plures defectus, prout in caſu præſenti, in quo teſtis
iſte adparet cōreus aliàs cerceratus in carceribus,tra
ctans etiam de ſe exonerando, & ſic ſtantibus pluri-
bus defectibus,etiam in ſubſidium non poſſet,nec de-
bet admitti.ita conſuluit Sozi.in conſi.cxviij.incip.vi-
ſis.in antepe.col.Barba.in conſi. lxv.ſapienter,&c. in
iiij.vol.iiij.col.Mar.in conſi.cij.incip. pauc. ſunt.pen.
col.nume.11.& 12.vnde ex præmiſsis,minimè dici poſ
ſet ipſum Petrum eſſe teſtem omni exceptione maio-
rem,prout omni exceptione maior eſſe requiritur ad
effectum, vt probationem inducat cōtra officialem,
35 vt lege plenius continetur: † cùm is dicatur omni ex-
ceptione maior, qui ſuperat omnem friuolam exce-
ptionem: vt dixit Alber. & Bald.in l.optimam. C. de
contrahen.& commi.ſtip.glo.in c. j. extrà de conſan.
& affi. Alexan.in conſi.xviij. in j.vol. tum etiam, quia
cùm affirmemus ipſum eſſe participem criminis, non
poteſt dici omni exceptione maior: vt dicit Alex. in
conſi. lxxxix. in iij. volum. Quod maximè procedit,
quando agitur criminaliter: vt not. glo. in l.ſi filium.
C.de liber.cauſa.& probatur in c.j.de teſti. in vj. & in
l.quoniam.& ibi not.de teſti.ita dicit Alexan. in præ-
36 fato conſi.lxxxix. † Item non eſt credendum ex alio
& quinto taliter adſerenti,ex quo contra officiales re
quiruntur probationes multum euidentes,ſecundum
Bald.in repe.illius §.proficiſci.in x.q.ff.de offi. procō
ſul.cùm pro eis ſatis iura præſumãt:vt in l.ſi quis.aliàs
la.ij.C.de offic.ciuil. iudi.ita quòd ad officiali ſemper
præſumitur abeſſe omnis dolus & fraus.l.j.C. de præ-
di.curia. lib.x. & in l.ſi quos. C. de decurio. Bald.in l.
pacta nouiſsima. C. de pact. Ita dicit Par. de pute. in
tracta ſyndi.in tit.de offi.ſyndi.ij.col. & plenius in eo
tract.in ver.probatio,in cap.contra officiales.& facit
l.Hærennius.§.Caia.ff.de euict. Et plus ſubdit in dict.
verſi.probatio. quòd ideò conſtitutio regni corruptè-
læ,ſub rubr.de pœna iudi.qui malè iudic.in verſi.con
ſtiterit.requirit legitimas probationes in probatione
corruptelæ contra officialem,cùm eo caſu debeat of-
ficialis legitimis probationibus conuinci. l.iudices.
37 C.de digni.lib.xij.l.fin.& in authen.† ibi poſita.C.de
pœna.iudi.qui malè iudi.vbi expreſsè cauetur, quòd
deferens iudicem de corruptela debet eam probare
per teſtes legitimè examinatos.c.primates.ij.queſt.j.
& per duos aut tres.cap. quoniam. xlviij. diſtinct. Ita
dicit Par. in dicto cap.contra officiales. vlt. columna.
& ante eum eſt tex.in cap.regni,vulgaris famæ prælo
quium, quo cauetur crimen ipſum eſſe probandum
per duos aut tres teſtes conditionis electæ & ſic legiti
mæ. Vnde infero, quòd vbi ad probationem alicuius
caſus requirũtur teſtes optimæ opinionis,prout in di
cto cap diſponitur, quòd teſtes eſſe debeant conditio
38 nis electæ, eo caſu requiritur, † quòd articuletur &
probetur tales teſtes ita eſſe, aliàs nō poterit quis ob
tinere.Ita dicit Angel. & idem dixit idem Angel. in l.
vel negare.ff.quemadmod.teſtamen.aper.& ibi dicit,
quòd vbicunque optima fama teſtium, ſeu opinio eſt
cauſa inductiua plenæ probationis, quæ aliàs plena
non eſſet, tunc de plena & optima opinione teſtium
prædictorum eſt articulandū,& probandum, & ideò
cùm ſtatutum Bonon. diſponat, vt ad probationem
mortis alicuius,qui extra territorium deceſſerit, ſuffi
ciat probatio per tres teſtes optimæ opinionis & fa-
mæ, quòd hoc caſu ſiquis vellet probare mortem ali-
cuius, qui deceſſerit extrà territorium, & illã probet
per tres teſtes,quòd tamen non erit mors probata,ni
ſi probetur illos teſtes deponẽtes eſſe optimæ opinio
nis & famæ.& ſequitur Alexan.conſil. lxxxij. in cauſa
vertente.in j.vol.iij.colum.& conſuluit Marſi.in con-
ſil.xcvj.ij.volum.numero 3.& Cæpo.in conſi.lviij.in-
cipien.Franciſ.in l.prima.§.ſi quis neget.ff.quemad-
mod.teſtamen. aperian.& conſuluit Alexan. in conſi.
xliij.in iiij. volum. & idem vt ſuprà tenet & ſequitur
Afflict. in dicta conſtit. regni corruptelæ. vbi ſubdit
eſſe not.quòd non omnes teſtes admittuntur ad pro-
bandum corruptionem officialis:ſed debent eſſe te-
ſtes legitimi,& omni exceptione maiores.& quòd ita
tenet glo.in c. at ſi clerici. de iudic. in verſic. legitima
probatione. & tunc quando eſt probatum per teſtes
omni exceptione maiores, dicitur conuictus: vt di-
cunt Moder.in dicto c.at ſi clerici.in princip.quod di-
cit.menti tenendum pro officiali, cui opponitur de
corruptione, vt non admittantur contra ipſum niſi te
39 ſtes omni exceptione maiores. † Quod corroboran-
do, dico,quòd conſtitutio regni corruptelæ, requirit
expreſsè legitimam probationem: & illa dicitur legi-
tima probatio,quę fit per teſtes omni exceptione ma
iores: per d.gloſ.in dicto c.at ſi clerici.iuncto tex.Pro
qua faciunt optimè dicta per Abb. ibi dum dicit,
40 † quòd vbi lex vel ſtatutum requirit legitimam pro-
bationem, intelligitur de probatione omni exceptio-
ne maiore. & ideò dicit Ioann. Andr. in nouel. per
gloſſ. ſuam, ibi in verſic. apertiſsimis documentis.in
cap.pia. de excep. in vj. quòd vbi requiritur legitima
probatio, non ſufficiet probatio priuilegiata, vt eſt
illa, quæ fit per iuramentum,iſtud etiam voluit in ter-
minis gloſſ.iuncto text.in l.cùm de indebito.in princ.
ff.de probatio.& ibi Flor. quam gloſſ. pro ſingul.alle-
gat Alexand.in conſilio cxix. incipien. teſtes quæſtio-
nis. iiij. colum. & tenent in ſpecie domini de Rota in

decіſ.cclvij.aliàs deciſ.vij.tit.de probatio.incipien. ſi
quis dicat beneficium aliquod ſe canonicè & legiti-
mè poſſediſſe, in nouis. vbi concludunt id dici legiti-
mè probatum, quod probatum fuit per teſtes omni
exceptione maiores, aut per inſtrumenta publica.
quod etiam tenent Hoſt.Inn.& Io.And.in c.fraterni-
tatis.de teſti.& ideò dixit Iaco.de belui in auth.vt iu-
di.ſine quoquo ſuffra.§.ſi quis autem.in verſic.iniuſti
tia.& in verſi.damnis.ꝙ ſi iudex imputatur de iniuſti-
tia,vel damno,debet probari euidens iniuſtitia,& ma
nifeſta,& non occulta,nec præſumpta:vt in §.illud.&
dicitur etiã probatio priuilegiata illa, quæ fieret per
41 vnum teſtem: non † autem dici poſſet probatio legi-
tima.Ita Bal.in c.j.§.j.aliàs in princ.de contro.inueſt.
Bal.in c.j.§.ſacramentum.col.j.de conſue.recti feu.&
in c.j.§.ſi vaſallus.ſi de feu.fue.controue.& in c.j.§.ſi
vaſallus.ſi de inueſti.feud.lis oria.inter domi.& vaſa.
Alber.& Flor.in d.l.cũ de indebito.ff.de probat. Flo.
in l.patronus.ff.de probatio.Barba.ad hoc multa in-
ducens,in c.ſicut conſuetudo.col.xij.ver.no.ibi,cùm
aliæ legitimæ probationes.de probatio.Iaſ.in repe.l.
admonendi.xxxviij.char.ff.de iureiur.col.iiij. verſic.
octauo.principaliter non defertur iſtud iuramentum
vbi lex requirit legitimas probationes.& idem,ſi re-
quiratur legitima probatio, & conſuluit Stepha. Ber.
in conſi.cclxxxij.vlt.col.in ij.vol.& licet gl.in d. auth.
vt iudi.ſine quoquo ſuffra.in §.oportet.aliàs in §.ne-
ceſsitatem.in ver.oſtenditur.ij.col.dixerit credẽdum
eſſe adſerenti cũ iuramento ſe aliquid dediſſe officia-
42 li, id tamen intelligi debet, quando officialis † dum
ſtaret in ſyndicatu,aufugiſſet:ſecus autem ſi non aufu-
giſſet:quia tunc requiritur probatio teſtium: vt ſ. Ita
dixit pulchrè Ange.in §.oportet.lo.ij.ſuper dicta gl.
in d.auth.vt iud.idem voluit Io.de plat.in l.ſi aliquid.
C.de ſuſceptor.lib.x.& ideò voluit Bal.in auth. nouo
iure.C.de pœna iudi.qui male iudi. quòd ad hoc vt iu
43 dex puniri poſsit de corruptela,requiritur † quòd is,
qui dicit ſibi aliquid dediſſe,illud probet, aliàs puniri
debet.vt ibi in tex.& ideò ſi non probauerit, admitti-
tur iudex ad purgationem per ſolum eius iuramentũ;
quod etiam diſponit cap. regni incipiens: item quòd
in omni caſu quo cauetur.& concordat tex.in auth.vt
litigan.iur.§.ſi quis ex litigantibus.& aliud cap. inci-
piens:item ꝙ officialis inuentus.dicit, ꝙ contra offi-
cialem probatur per teſtes ſingulares, vt ſi ſunt multi
aſſerentes,ꝙ recipit ab eis.ſed cap.regni prædictum,
vulgaris famæ, dicit aduertendũ eſſe qualitatem offi-
cialis,& eius famã,necnõ conditionẽ, & famam eius
44 qui †dicitur dediſſe officiali & indicia quæ eſſent cõ
tra officialẽ,qui dicitur accepiſſe:ita magiſtraliter de-
clarat Par.de pute.in d.ver.probatio.in d.c.cõtra offi
ciales.& ideò ſubdit ꝙ officialis qui impetitur de cõ-
miſsis in officio,debet conuinci legitimis & diſertiſsi
mis probationibus.c.epiphanium.v.q.vj.in fi. & d. c.
at ſi clerici.de iudi.ita in particulari tenet Luc.de pen.
in l.iudices.C.de dignit.lib.xij. Et licet quando agi-
tur contra officialem de corruptione, ſtaretur dicto
tertij,qui in hoc fuiſſet mediator in corruptela, vt cõ
ſueuit allegari ita dixiſſe Ioan.mon.in c.j.de teſtib.in
vj.attamen dicit Par.quòd Io.mon.ibi loquitur, vbi
45 ciuiliter agetur; ſecus ſi criminaliter. † & nihilomi-
nus ſubdit Par.minime hoc verum eſſe, quando offi-
cialis eſſet bonæ famæ, & ſolitus mundas habere ma-
nus,quia pro bono officiali lex ſemper præſumit, ar-
gu.l.non omnis.ff.de re milita.ibi, quòd non præſu-
mitur contra inuentum in itinere,quòd vadat contra
deuetum,ſi aliàs eſſet bonæ famę,& non aſſuetus in ſi-
milibus.Facit bonus tex.in l.iij.ff.de libe.exhiben.ſi-
46 cut dicimus in ſimili,†quòd probatio bonæ famæ eli
dit fidem indiciorum contra hominem bonæ famæ:
& econtrà,vt dicit Ang.in l.milites.de quæſt. & Bart.
in l.deſertorem.§.ex improuiſò.ff.de re mil.ita in par
ticulari per prædicta & alia magiſtraliter ad literam
concludit Par.de pute.in prædicto tract.ſyndi.in ver.
teſtis.in c.fuit ſemel interroga. iij. col. & allegat di-
ctum cap.regni,vulgaris famæ,concordare in hoc.&
idem tenet ipſemet Par.in eod.tract.in verſic.proba-
tio.Quod corroboro in tantum eſſe verum id, quod
ſuprà dictum eſt de bona fama, quòd contra homi-
nem bonæ famæ & vitæ non procedit inquiſitio, ſed
corruit.Ita pulchrè conſuluit Rap. cu. in ſuo conſilio
cxxxv.incip.ad primum.ij.col.& allegat Bald.in l. ea
quidem. de accuſ. in antepen. col. verſic. item quæro
an infamatus.& in tantum hoc eſt verum, quòd licet
contra inquiſitum ſit vnum indicium ſufficiens ad
torturam,ſi tamen inquiſitus ſit bonæ famæ, non po-
47 terit torqueri:†dixit Bald.in l.fin.in ſi.vlti.col. in fin.
de proba.refert & ſequitur Alexand.in l.finali.iiij. &
penult.apoſtil.ff.de quæſtio.& idem Alexan. in conſi.
xc.viſo themate ante ſcripto.penult.col.in iij.volum.
Catald.in tract.ſyndi.in verſi.cxlij. incip. Adde quia
ſæpè.Corne.in conſi lviij.incip.viſa inquiſitione. iiij.
col.ij.volum.Cępo.in conſi.xl.incip.Titius.ix.colum.
Deci.in conſi.clxxxix.incip.lætatus ſum.pen. colum.
vbi allegat Bald.in l.j.in fin. C. loca. dicentem, quòd
præſumptio delicti tollitur ex præſumptione bonæ
famæ.& plene Marſi.in ſua practi.cauſarum crimi. §.
diligenter. numero 196. imò huiuſmodi indicium
quando eſſet ad torturam ſufficiens:ſi adparet eſſe cõ-
tra hominem bonæ conditionis & famæ, extinguitur
48 in totum ob bonam famam. † ita Bald. & Ioannes de
Imo.in l.ſi ff de hæred.inſtitu.Saly.in l.fin. vltima co-
lum.de quæſt.Augu.in addit.ad Angel.in verſic.fama
publica.in addit.magna,incipien.tu autem in hac ma
teria, & plene Marſi. in conſil. lxxiiij. in iiij. colum. j.
volum.Præterea,addendo præmiſsis, dico quòd in ſi
mili crimine prout eſt ſimonia, quæ multum adſimi-
latur corruptelæ,quãdo in eo,ſeu ſuper eo agitur cri-
minaliter; ſocius criminis ſeu correus non facit indi-
cium, & ſic eius confeſsio non præiudicat aliquo mo-
do nominato per ipſum:ſecus quando ageretur ciuili-
ter.ita dicit Salyc.in dicta l. quoniam liberi. verſic. in
crimine ſimoniæ.C.de teſtib.per text.in c.j.de teſtib.
in vj.Nec omitto, quod magiſtraliter dicit Franc. de
Are.in c.cùm p.manconella.vij.col.de accuſa.vbi au-
rea verba loquitur,dum dicit quòd ad hoc, vt creda-
tur ſocio criminis, vltra alia adminicula & coniectu-
49 ras, requiritur vel † quòd ex numero teſtium, vel ex
qualitate deponentium, vel ex perſona eorum con-
tra quos deponitur,veriſimile ſit eos non mentiri. ad
quod allegat caſum in c.fidei. §. fina. de hæred. in vj.
& ſequitur Marſi.in ſua practi.cauſarum crimi.§.dili-
genter.& in §.diuus. Sed cùm in caſu præmiſſo nulla
concurrat præſumptio, aut adminiculum contra
iſtum nominatum, niſi ſola confeſsio ipſius partici-
pis criminis, & contra doctorem & officialem, pro
quo ſatis & multùm iura præſumunt,vt tenent docto-
res in cap. inter monaſterium. de re iudic. & Par. de
puteo,



puteo,in ſuo tract.ſyndi.in ver.iudex.& in ver. ſenten
tia.Vnde ſatis ex prædictis coniecturari poteſt & præ-
ſumi,quòd prædictus Petrus ita adſerens, & eo modo
deponendo mentiatur.& ſic dictum Fran.de Aret. vbi
ſuprà optimè deſeruit caſui noſtro.Item vltra præmiſ
ſa de bona fama ob quam inquiſitio non procedat,aut
in totum extinguatur, corruit inquiſitio ipſa ex alio,
ex quo non adparet,quòd contra prædictum do.Ant.
Barnæ inquiſitum præceſſerit mala fama, ſeu infamia
delicti præfati,vt habetur in c. qualiter & quando. el.
ij.extrà de accu.& in c.j.& ij.eod. tit.in vj. & in c. licet
Heli.de ſimo.ita dicit Specul.in titul.de inquiſi.§. j. in
prin.Saly.in l.quod promulgatis.C.de offi.præfe.vrb.
Raph.Cu.in conſi. cxxxv. incip. ad primum. in princ.
& in tantum eſt verum, quòd inquiſitio non procedit
contra non diffamatum: quòd licet teſtes producti ſu-
per huiuſmodi inquiſitione probent crimen, de quo
50 tamen†inquiſitus non erat diffamatus, tamen tales te-
ſtes illi inquiſito non præiudicant. Ita Spec.in tit. de
inquiſitione.§.nunc videndum.iij.col.in princ. refert
& ſequitur Bal.ibi in addit. in vlti. verbo. pro quo eſt
tex.expreſſus in c.inquiſitionis.§.tertiæ dubitationis.
de accuſa.idem Spec.magis expreſsè in tit.de inquiſi.
§.nunc tractemus.xj.col.ver.nam ſi aliqua.& ideò di-
cit Bal.in c.j.de offic.ordi.quòd ſi ſtatutũ dictat,quòd
poteſtas in criminalibus liberè poteſt inquirere, ꝙ
tamen propter hoc non poterit inquirere non præce-
dente infamia.refert & ſequitur Iaſ.in l. milites. C. de
teſta.mili.vbi ſubdit, quòd licet Papa mandet inquiri
contra aliquos in genere:tamen hoc mandatum Papæ
debet intelligi,& limitari infamia præcedente, & non
aliter.& idem,quod Bal.in d.cap.j.de offic.ordi. tenet
Ioan.And.in c.cùm oporteat.in prin. extrà de accuſa.
Quinimò non tenet ſtatutum ſuperioris mandans,
quòd poſsit inquiri contra non diffamatum. ita Car.
in clemen.j.vj.col.ver.nonò quæro.de offi. ord. & vl-
tra diffamationem, quæ de neceſsitate debet præcede
re,non debet iudex procedere ad examinationem in-
quiſiti,nec ad eius detentionem, niſi prius de delicto
51 ipſo†conſtet ipſi iudici.ita pulchrè Franc. Bru. in ſuo
tract.de indic.& tortu.xiij.char.ij.col.& ante eũ Tãcr.
de cor.in ſua compendi.xvij.q.Bartol.in l. fina. j. col.
de quæſtio.Angel.in tract.malefic. in verſic. fama pu-
blica.xviij.char.verſi.xij.ver.an iudex.& idem in ſpe-
cie conſuluit Mar.in ſuo conſi.xij.numero 34.j.vol. &
conſi.xiiij.nu.13.& conſil.xviij.num.4. & in pleriſque
52 aliis.†Item,& ex alio dicta inquiſitio corruit, & non
procedit, cùm fuerit formata ad dictum ipſius Petri
ita adſerentis correi, & ad dictum ſolius ſocij crimi-
nis de iure non poteſt formari inquiſitio. dixit Raph.
Fulg.in conſi.cxxxvj.incip.in cauſa criminationis.vl-
ti.colum.verſi.nouiſsimè verò.& conſi.cvij.incip. ſu-
per eo.iiij. col. quem refert & ſequitur Philip. Deci.
in conſi. clxxxix. incip. lætatus ſum.in v. colum. poſt
principium. Et idem in terminis conſuluit Marſil. in
conſil.lxxviij.incip.ſalus omnium.iiij.colum.in verſi.
53 quinimò dico vnum.vbi tenet, † quòd etiam ad dictũ
duorum ſociorum criminis non poteſt inquiſitio for-
mari.& eſt in ij. volum. & quòd adſertio ſocij crimi-
nis non faciat etiam indicium ad inquiſitionem for-
mandam,tenet Fulgo.in dicto conſi.cvij.colum.iij.&
ſequitur Deci. conſil.clxxxix. Ex quibus omnibus &
vnoquoque ipſorum concluditur, non eſſe ſtandum
adſerenti donaſſe officiali prædicto & ſucceſsiuè in-
quiſitionem formatã corruere, nec eius virtute pro-
cedi poſſe in cauſa præfata,vt iuris eſt:imò nec potuiſ-
ſe ad ipſius detentionem procedi, præſupponendo
vnum in iure veriſimile quod pro huiuſmodi crimi-
ne imponitur de iure communi pœna exilij, cum pu-
blicatione bonorum,per text.in authent. vt iudi. ſine
quoquo ſuffra. per quem dicit Bald. in authent. nouo
iure. C. de pœn. iudi. qui malè iudi. quod in hoc ſolo
habet ſimilitudinem cum crimine læſæ maieſtatis, in
quo bona publicantur, ſicut in ipſo crimine. text. ve-
rò in l.lege Iulia.§.hodie.ff.ad leg. Iul. repetund. pœ-
nam exilij duntaxat imponit, niſi talis iudex ob cor-
ruptelam condemnaſſet innocentem, ſeu abſoluiſſet
54 nocentem, †quia tunc imponeretur ſibi pœna depor-
tationis.per tex.in dicta l.lege Iulia.ſed per text.in cõ
ſtitut.regni,corruptelæ.imponitur officiali corrupto
pœna,vt tantundem ſoluere debeat deferenti ipſum,
quantum accepiſſe probetur, aut quantum ſibi pro-
miſſum fuiſſet,demum ſuperueniente capitulo regni,
vulgaris famæ præloquium, quòd fuit ad beneplaci-
tum,prout in eo continetur in fine. fuit per ipſum im-
poſita pœna,vt iudex talis triplum fiſco ſoluat. Vnde
ſuccedat quæuis pœna ex præmiſsis, nulla ex eis erit
vltra relegationem in caſu, de quo agitur, & vbi pro
delicto non venit imponenda pœna vltra relegatio-
nem,non habet locum tortura, per capit. regni tor-
menta.& per cap.de tormentis.& in tantum, quòd ſi
in criminibus non inſligentibus pœnam vltra relega-
tionem iudex ad torturam proceſſerit, punietur pœ-
na carceris biennalis, cùm publicatione tertiæ partis
bonorum:vt in c.ſi iuſtè.ſub rubr.quòd recipiatur ad
55 plicatio à tormentis. Nunc verò ſuccedit, † quòd is
qui non poteſt torqueri pro aliquo delicto, minimè
poterit pro eodem detineri:& hoc ex diſpoſitione ri-
tus magnæ curiæ,vicariæ, qui incip. item ſi accuſatur
aliquis.ſub rubr. detinetur inquiſitus ſi incip. conſta-
re. vbi formaliter dicit.item ſi accuſatur aliquis, vel
ex officio, contra ipſum proceditur de aliquo crimi-
ne,ſtatim quòd conſtat per vnum teſtem contra eum
de viſu & perſona aliàs de fama publica, detinetur in
talibus tamen,in quibus ipſa curia conſueuit ponere
reum ad torturam. & ritus iſte eſt in vj. char. rituum.
Et quòd vbi quis non poteſt torqueri,non poſsit deti
neri,tenet in ſpecie Augu.ari.in tract.maleſi. ad Ang.
in additionibus ſuis,in addi.in verſi. fama publica. in
56 vj.char.in verſicu. adde & intellige prædicta. † Quin-
imò & plus teneo, quòd nec pœna iuris communis
prænarrata,id eſt,exilij hodie locum habeat aduerſus
iudicem corruptum, ſed pœna ſuprà narrata in con-
ſtit.feu.cap.regni, cùm tanquam lex ſtatutaria in re-
gno adpareat tollere pœnam iuris communis; prout
tenet Bald.in l.data opera.vj.colum. verſic. item not.
C.qui accu.non poſ.& in l.j.in fine. C. de reb. cred. &
in l.qui ſepulchra.in fine.C.de ſepul.viola. & ibi plenè
Saly.in v.colum.Angel. in authen. de ſanctiſ. epiſcop.
§.finali.Angel.de Aret.in §.quadrupli.colum.viij.ver
ſic.an autem. Inſtit. de actio. & ita aliàs diſputatum
fuit, & concluſum Ianuæ. & totus mundus ita obſer-
uat,dicit Albe.in j.parte ſtatuto.in viij.q.Paul. de Ca-
ſtro in l.j.§.dixerit aliquis.ff.de publ.vbi ſubdit,quòd
ita ſeruatur in practi. idem ſequitur Petr. Philip. Cor.
in ſuo conſilio cxiiij. incip. licet primo aſpectu. j. vol.
& videtur idem tenere Cu. in conſilio cliiij. & idem
refert & ſequitur Philip.Decius in c.de cauſis.viij.col.

extrà de offic. de leg. qui ſubdit hoc minimè habere lo
cum in Poteſtate, qui iurauit ſtatuta ſeruare, prout ho
die iurant hic Regens & iudices, & ita credo iuratum
in eadem magna curia regni Siciliæ. nam iurant ſer-
uare iura communia, conſtitutiones, & capitula re-
gni, vt ſic ab illis recedere non debeant: vt not. Bald.
in l. non eſt nouum. ff. de legib. & in l. quid ergo. §. pœ
na grauior. col. iij. verſic. iuxta hæc quæro. ff. de is qui
not. infa. & in l. j. C. ſi aduer. delic. & in authen. hodie.
C. de iud. idem ſequitur Affli&#1;. in conſtitut. regni, ſi
quis aliquem. ij. col. quæ conſtitutio eſt vltima in libro
per ipſum commentata. vbi alleg. Ioan. And. in addit.
Spec. in tit. de pœna teme. liti. dixiſſe in fine. quòd per
conſilium peritorum diuerſarum ciuitatum fuit Ia-
57 nuæ obtentum, † quòd ſi lex noua expreſsè non tollit
legem communem veterem, tamen tacitè videtur illã
tollere. poſteà refert Guid. de ſuza. in dicta l. qui ſepul
chra. dixiſſe, quòd ambabus pœnis puniri non debet
& tamen refert Deci. vbi ſuprà bene commendan-
dum de bonis ſcientiæ. & in idem concurrit Alex. in
l. qui rem. ff. vi bo. rap. poſt Bart. ibi, vbi formaliter di-
cit Bar. ſe putare tunc pœnam iuris cõmunis eſſe ſub-
latam per legem nouam, quando per dictam legẽ no-
uam expreſſa pœna imponitur: prout in caſu conſtitu
tionis prędictæ. & cap. regni. & ſic ſuccedat quæuis
pœna, nulla ipſarum excedit relegationem, ſecundum
ius commune in præſenti caſu, circunſcriptis præal-
leg. & ſic nullatenus poteſt habere locum detentio. de
bet tamen ſe purgare per iuramentum tam ipſe offi-
cialis, quàm ille, per cuius manus dicitur recepiſſe: iu
xta tex. in §. ſi quis ex litigantibus. in auth. vt litig. iur.
ita dictat etiam cap. regni, incipiens: item quòd iuſti-
tiarij in omni caſu. & cap. regni, vulgaris famæ prælo-
quium. & plenè Par. in d. tract. ſyndi. in ver. probatio.
in c. contra officiales. ij. col. vbi allegat plura capitu-
le regni. Nec militaret quod ſuprà dictum eſt pro par
te fiſci, quòd licet nõ ſufficerent probationes teſtium
repulſatorũ ad condemnationem, ſufficerent tamen
ad tortutã: quia hoc nõ habebit locum in officiali, ad-
uerſus quem non exiſtentibus legitimis probationi-
bus iura induxerunt iuramentum purgatoriũ, & tam
iura communia, quàm cap. regni, quod non eſt in aliis
delictis, nec in aliis perſonis, in quibus vendicant ſibi
locum præmiſſa. Item & ex alio, quia à iuris diſpoſitio
ne ſpecialiter inductum eſt, vt ſuprà plenè oſtenſum
fuit, vt contra officialem, & ad ipſum conuincendum
requirantur legitimæ probationes. & ideo ceſſant hęc
remedia ſubſidiaria, prout eſt tortura, & pariter ceſ-
ſ.nt probationes priuilegiatæ: vt ſuprà, tum maximè
quia teſtes infames producti contra aliquem, nõ pro-
bant abſque tortura. text. eſt in c. illi qui. v. q. & in c.
58 in primis. † ij. q. j. in fi. & voluit glo. in c. cum p. de ac-
cuſa. & in c. per tuas. de ſimo. Ita etiam conſuluit Ale-
xand. in ſuo conſilio xj. ij. col. in j. vol. incip. circa prin
cip. & latè Marſi. in ſua practi. cauſarum crimi. char.
xlvij. & conſuluit Marſi. in ſuo conſi. lxxvij. incip. ſa-
lus omnium. iiij. col. Et licet dici poſſet, quòd in tor-
tura prædictus Petrus id affirmauerit: nam dico, quòd
ipſe Petrus primo loco examinatus, & interrogatus
de ſe, & de prædicto domino Antonio, nihil dixit de
prædicto domino Anton. & licet contrarium depo-
ſuerit ſecundo loco in tortura, attamen ſtabitur pri-
mæ eius depoſitioni, licet contrarium depoſuerit ſe-
cundo loco in tormentis. Ita dixit Bart. in l. j. §. quæ-
ſtioni. per illum tex. ff. de quæſtio. Fran. de aret. in c. cũ
in tua. col. v. extrà de teſti. & idem Are. in conſi. lxj. in-
cip. in cauſa iſtorum. & conſuluit Philip. Dec. in con-
ſi. clxxv. Ex quibus omnibus & eorum ſingulis conſu-
lo partes illuſtriſ. domini Ducis montis leonis Prore-
gis regni Siciliæ, eſſe in liberando prædictum magni-
fic. Ant. Barna à carceribus, præſtita fideiuſſoria cau-
tione de ſtando iuri, & ſe præſentan do in forma. & ita
de iuris cenſura concludendum cenſeo.

Thomas Grammaticus V. I. Doct.

Demum tranſmiſſo Conſi. per quod fuit prædictus
Magnificus Anto. Barna liberatus, vt ſuprà peruenit
ad mei auditum prædictum Petrum eſſe luſorem ad
ludos prohibitos, quo caſu à teſtimonio repellitur,
maximè in criminalibus: vt inquit Lanfran. de oria.
in cap. quoniam contra. in verſic. teſtim. xlvj. col. in
fi. extrà de probat. Alex. in conſi. clij. iiij. col. in v. vol.
Deci. in conſi. clxiij. ix. col. cùm ludus ſit crimen. vt di-
cit Bart. in procem. Digeſtorum: & ludus fortunę pro-
ducit multa, & perditionem proprij patrimonij: & fa-
cit homines venire in deſperationem, & eos prouo-
cat ad blaſphemiam Dei, & ſanctorum, & ad periu-
ria: vt dicit text. in authent. alearum vſus. C. de relig.
ob quæ Deus prouocatur ad iram contra nos: vt in au
then. cui relictum. C. de indi. vidui. tol. & ibi Bald. &
licet text. videatur loqui de ludo alearum, attamen
omnis ludus fortunæ dicitur ludus aleæ: vt dicit Azo
in ſumma. C. de religio. & Odofr. in l. j. C. de aleato. lu
ſor enim ludendo dicitur agere turpem vitam: ſecun-
dum Hoſtien. in ſumma, in titul. de exceſ. præla. Hinc
eſt ꝙ aleatores ſunt exoſi legibus, vt inquit Alb. in l.
j. ff. de aleato. §. item no. quę maxime procedũt in hoc
regno per cõſtitut. mores diſſoluti. ſub rub. de aleato.
vbi cauetur, quòd omnes ludentes, & qui de ludo vi-
uunt & nulli alij officio vacant, ſunt infames, ita quòd
non poſſunt eſſe teſtes, nec facere teſtamentum, nec
admitti ac aliquod officium publicum.

SVMMARIVM.

1 *Affectus ita punitur in veneno non ſequuto effectu, ſicut in homicidio.*
2 *Veneni crimen, eſt grauius homicidio, & deteſtabile.*
3 *Venenum vendens & emens puniuntur, & veneni crimen habet admiſtam proditionem in ſe.*
4 *Mandatum licet in delictis non excuſet, tamen facit, vt delicti pœna leniatur.*
5 *Confeſſio inquiſiti de veneno alicui tradito, quòd ex hoc ſit mortuus non præiudicat inquiſito, vt ipſe ex tali confeſſione poſſit condemnari: & ideò capitulari debet quòd dedit malum venenum, & nu. 6*
7 *Conſuetudo Italiæ & totius mundi eſt, vt affectus non puniatur niſi ſequuto effectu.*
8 *Mandans non poteſt puniri, vbi mandatarius omiſit exequi mandatum.*
9 *Mandans non dicitur, quòd extraordinariè puniri debet. intelligitur procedere in mandante committi adulterium, vel ſtuprum, quæ delicta frequentius committuntur.*
10 *Furtum dicitur delictum atrox.*
11 *Obligatio quæ oritur contra mandantem, non oritur ex mandato ſed ex delicto ſubſequuto.*
12 *Delinquens in delicto, in quo peruenit ad actum facti remotum, vel actum verbi, non punitur eadem pœna, ſed extraordinariè.*

Venen



13 *Venenare volens aliquem, ſi non fecit niſi præparatoria, nec peruenit ad actum facti proximum, non debet niſi pœna extraordinaria puniri.*
14 *Mandans delictum committi, non tenetur ex mandato, ſi mandatarius id non agat. & nu. 15.*
16 *Delinquens non debet puniri pœna delicti conſummati, etiam vbi eſſet deuentum delictum delicto proximum ſed minori pœna, & debet eſſe minor pœna mortis & numero 17.*
18 *Mandatum quantumcunque ſit res atrociſſima, tamen attenditur eius executio: & non ſuſceptio ſola mãdati & tali caſu extraordinariè arbitrariè puniendum, & numero 19.*
20 *Etiam in atrocioribus delinquens licet venerit ad actum proximum effectui, non tamen punietur eadẽ pœna, licet puniri poſſit eadem lege, qua punitur, qui cõſummauit delictum.*
21 *Pœna quæ ex iudicis procedit arbitrio, non debet eſſe capitalis.*
22 *Attentatus in caſibus, in quibus punitur non ſequuto effectu punietur pœna extraordinaria delicti, arbitrio iudicis in quo iudex debet eligere, & ſe inclinare in mitiorem pœnam, & non excedere relegationem.*
23 *Pœna mortis quando veniret imponenda pro aliquo delicti, & ex aliqua cauſa venit pœna minoranda, tũc talis pœna minorata nõ debet eſſe corporalis, ſed pecuniaria, vel alia, quæ non ſit corporis afflictiua.*

## CONSILIVM XXXVI.

SVmmi opificis adiutorio petito, Amen. In
cauſa Camilli blondi de curcaro cum re-
gio fiſco, dum Camillus ipſe depoſuiſſet
de mandato Reue. protonotarij eius pa-
troni detuliſſe flaſcum plenum vino venenato, vt prę
dictus eius patronus ſibi dixerat. vt illud adſignaret
cuidam Ioanni Petro, cum Ioan. Petrus ipſe pro-
miſerat venenare nobilem Iſabellam bocortiatis, de
gentem in monaſterio S. Claræ Neap. præuidens Ca-
millus ipſe alguzerios magnæ curiæ vicariæ verſus
ipſum venientes: vas, ſeu flaſcum ipſum in terrã pro-
iecit, ac fregit: & captus ab eis, tandem præmiſſa de
plano faſſus eſt, hæſitatur igitur in præſentiarum, qua
pœna plectendus veniat, maximè cùm magna curia
ipſa eundem Camillum ad ſeruitia regiarum trire-
mum ad ibi per luſtrum continuum remigandum cõ-
demnauerit: & interpoſita per eundem appellatione
à decreto condemnationis præfatæ videtur prima
conſideratione dicendum prædictum Camillum pœ-
næ mortis obnoxium: cùm ita puniatur affectus, licet
1 non ſit ſequutus effectus in veneno, ſicut † & in homi-
cidio. nam qui detulit venenum, vt ipſum alicui tra-
deret, punitur pœna legis corneliæ de ſicariis: vt in l.
eiuſdem. ff. ad legem Corn. de ſicar. & eo modo, ac ſi
dediſſet. ita probat tex. in d. l. eiuſdem. & probat etiã
tex. & ibi Bart. in l. j. in fi. ff. de parri. & in l. j. C. de ma-
lefic. & mathe. & tenet Angel. de Aret. in tract. maleſi.
in verſi. ex interuallo dictus Titius. & idem tenet Au-
gu. in ſuis addit. ibi, vbi dicit Io. Fabr. in §. alia. inſtit.
de public. iudi. tenere hanc opinionem. & idem vide-
tur tenere Saly. in d. l. j. de maleſi. & mathe. & in l. j. §.
j. ff. ad leg. cor. de ſica. & in l. eiuſdem. ff. eo. tit. & in cõ-
ſtitutione regni, quæ incip. mala & noxia. & in alia,
2 quæ incipit, quicunque toxicum. † & ideò dixit gloſſ.
inſtit. de publi. iud. §. eadem lege. quòd plus eſt homi-
nem veneno occidere, quàm gladio extinguere, per
tex. in d. l. j. de malefic. & mathe. Et ratio eſt, quia occi-
dens veneno proditoriè, id agit, vt ille ſe defendere
non poſsit, quod ſecus eſt in eo qui gladio occiditur,
cùm ſe tueri poſsit. & ideò Bal. in l. nemo clericus. C.
de ſumma trinit. & fide catho, dixit, quòd venenãs ali-
quem, dicitur ipſum proditoriè occidere. & idem in
c. j. vij. col. verſi. quid de rebus. quibus mod. feu. amit.
3 & in tantum execratus hoc delictũ, † quòd ſuprà dictæ
conſtitutiones regni, ſuprà allega. capitaliter puniunt
etiam vendentem & ementem maximè cùm habeat
in ſe admiſtum delictum proditionis: vt dicit Bald. in
l. cùm fratrem. C. de iis, quibus vt indig. & in l. nemo.
C. de ſumma trini. & fide catho. cũ vulg. Quibus om-
nibus non obſtantibus rectius conſiderans in caſu de
quo agitur, contrariam ſententiam arbitratus ſum de
4 iure veriorem. † Et principaliter conſiderãdo, quod
hic Camillus mandato præfati eius patroni, & non ex
ſeipſo delictum ipſum perpetrauit: quod mandatum
licet in delictis non excuſet, tamen facit, vt eiuſmodi
delicti pœna leniatur reſpectu ipſius mandati. ita Bal.
& Saly. in l. ſeruus. C. ad leg. Iul. de vi publi. Alexan. in
l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniur. vbi in ſpecie di-
cit, quòd etiam in grauioribus minoratur pœna reſpe
ctu mandati. & idem tenet Bal. in c. j. §. iniuria. de pa-
ce iur. fir. Socin. in fallen. ccij. & ibi ſubdit no. vt ſcias
adiuuare illos, qui interficiunt homines mandato do-
minorum. Idem tenet Deci. in regula, velle non credi
tur. & in regulà, quòd iuſſu. de reg. iur. Item eſt conſi-
derandum, quod non adparet aliter de veneno impo-
ſito in vaſe, ſeu quòd vbi venenum fuerit adpoſitum,
niſi per cõfeſsionem præfati Camilli, videlicet, quòd
protonotarius ita ſibi dixerat. quo caſu non eſt ſtandũ
ex quo non adparet probatum, quòd ibi venenũ fue-
rit: per id quod in ſimili, imò fortioribus terminis vo
luit Alex. in conſilio ſuo cxvj. incip. in cauſa inquiſitio
nis formatæ. in iij. vol. vbi dixit, ꝙ licet dicatur, ꝙ nul-
5 la ſit maior probatio, quàm partis confeſsio: † & in
confeſſos nullæ ſunt partes iudicis, niſi in cõdemnan-
do: vt in l. proinde. ff. ad leg. aqui. & l. ſi confeſſus. ff. de
cuſto. reo. Et ſatis eſt ad aliquem condemnandum, ꝙ
ſit confeſſus vel cõuictus: vt habetur in c. nos in quẽ-
quam. & in c. multi. ij. q. j. & in c. Lotharius. xxxj. q. ij. &
in l. qui ſententiam. C. de pœn. attamen in caſu vene-
6 ni confeſsio rei inquiſiti de † veneno alicui tradito,
non præiudicat inquiſito, vt ipſe ex tali ſua confeſsio-
ne poſsit condemnari. Idem refert & ſequitur Marſil.
in l. j. §. j. pen. col. ff. ad leg. corne. de ſicar. Præterea, de
ponendo Camillus ipſe, prout depoſuit, ꝙ prædictus
protonotarius eius patronus dixerat in prædicto vaſe
eſſe vinum venenatum, non ex hoc dixit toxicum, ſed
venenum: & tamen reperitur venenum bonum, & ve
nenum malum, vt per cõſtit. regni, mala noxia. & pro
batur in l. ſæpe. §. veneni. ff. de contrahen. emp. & in l.
7 qui venenum. ff. de verbor. ſignifi. † & ideò conſuluit
Alexã. de Imo. in conſi. ccij. incip. ſuper themate. j. vo
lum. ꝙ debet capitulari & allegari, ꝙ dedit malum ve
nenum, & non ſimpliciter dicere, ꝙ dedit venenum,
quia in dubio intelligitur de bono veneno, vt exclu-
datur delictum. Idem ſequitur Matth. de Affli. in con-
ſti. præfata, mala & noxia. Præterea, liquet ex præmiſ-
ſo themate prædictum Camillum non eſſe in pœna,
cùm res non fuerit effectum ſortita, & hoc ſecundum
formam ſtatutorum Italię, & generalem totius mun-
di conſuetudinem, quæ eſt, vt affectus non puniatur,

niſi effectus ſequatur,& ſic adparet derogatũ.l. is qui
cum telo.ad leg.cor. de ſica. & etiam iuribus loquen-
tibus de veneno.Ita dicit Augu.arim. in add.ad Ang.
in tract. maleſi. in verſi. ex interuallo dictus Titius ex
dictis vulneribus mortuus fuit.in ver.aduertas,ne er
res.& allegat Spe.in tit.de accuſa.j.parte.§.j.verſi.ſed
pone primò,aliàs,quid ſi primò.quod dictum Spe.ſe-
quitur Ang.in l.j.§.hæc verba.ff.quod quiſq; iur. Bal.
in l.iij.C.de ſer.fug. Ludo. in l.damni. §. Sabini. ff.de
dam. infect. refert & ſequitur Marſi. in l. eiuſdem. iij.
col.ff.ad leg.cor.de ſicar.& Affli.in d.conſtitutione re
gni.mala noxia.ij.col. Adducitur inſuper pro corro-
8 boratione præfatorum.nam † vbi mandatum eſt omiſ
ſum exequi,ibi mandãs puniri nõ debet: vt probatur
in l.is,qui rem.§.ſi tu Titiũ. & in l.ſi quis perferendũ.
ff.de fur.& in l.itẽ apud Labeonẽ. §.ſi curauerit. ff. de
iniur.& in l.ſæpè.in fi.ff.de verb.ſig. ſed hic Camillus,
qui debebat deferre,& adſignare vas cũ vino præfato
illi Io.Petro aliàs non adſignauerat, nec delictum per
fecerat,ergo &c.Et ſic vbi non eſt ſubſtantia, ibi deli-
ctum eſſe non poteſt:ibi qualitas,id eſt,mandatum cõ
mittendi delictum,vel qualitas non poteſt eſſe,vbi nõ
eſt aliqua ſubſtantia , ſuper qua cadat ipſa qualitas: vt
in l.eius,qui in prouincia.ff.ſi cert.peta.& no.in l.ij.C
de bono.poſ.ſecundum tabulas. Nec obſtaret l.j.ff.
9 de extraor.cri.vbi videtur decidi, † ꝙ mandãs extra-
ordinariè puniri debet: quoniam ibi loquitur in man-
dante adulterium , vel ſtuprum, quæ delicta frequen-
tius committũtur: vt not.doct.in rub. de adul. nec di-
cãt Bartoliſtæ, ꝙ iſtud operet̃ attrocitas delicti: quia
hoc non eſt verũ. nam furtũ,eſt atrox delictũ, ex quo
10 pro eo imponitur † pœna furcarum: vt in l.capitaliũ.
ff.de pœn.in §.famoſos.argu.ſumpto ab effectu,quod
validum eſt,vt not.in l.iij.C.de ſum.tri. & fide catho.
& in regula iuris:cuius effectus.ff.de reg.iur. & tamen
in furto non punitur mandans niſi furtum commiſ-
ſum fuerit:vt in d.l.ſi is qui rem.§.ſi tu Titium. & d.l.
ſæpè.Prætereà,obligatio quæ oritur contra mandan-
tem , non oritur ex mandato , ſed ex delicto ſequuto:
vt probatur in l.prætor.§. hoc autem edicto.ff. vi bo-
11 no.rapt.& probatur † inſti.de obli.quæ ex delic.naſc.
§.ope.& l j.§.perſuadere.ff.de ſer.corrup.& per Bar.
in l.non ſolũ.§.ſi mandato.ff. de iniur.in verſic.quęro
vnde oritur obligatio.ſed hic nullũ delictum fuit ſe-
quutum : ergo nulla pœna ſequi debet. ita reperio in
particulari conſuluiſſe dominum Aitordinum de Al-
uaro de Padua , in fauorem cuiuſdam Cichi fante , in
ſuo conſi.incip. in Chriſti nomine, Amen.Super in-
quiſitione contra Cichum fante.quod conſilium ego
habeo ad pennam in libro meo diuerſorum conſilio-
rum,per me manu propria exemplatũ à libraria quõ-
dam domini Antonij de Alexandria , tunc exiſtente
in monaſterio S.Mariæ montis Oliueti , & volens ſe-
qui opinionem doctorum volentium prædictum Ca-
millum eſſe in pœna , dicendum eſt nullatenus puniri
poſſe , ac ſi dictum maleficium perfeciſſet : ſed extra-
ordinariè arbitrio iudicis,per text.in l.j.ff.de extraor
dinariis crimi. in prin.§.quia puero.& l.ſi fugitiui.C.
de ſeruis fugitiuis.nam quando quis peruenit ad actũ
12 facti remotum, † vel actum verbi , nõ punitur eadem
pœna,ſed extraordinariè,ſecundum opinionem vltra
montanorum , vt refert Cy. in dicta l.ſi quis non dicã
rapere. C.de epiſc. & cler. quam opin. videtur tenere
Bart.in dicta l.j.in princ. & ſi dicatur , quòd peruenit
ad actum facti , quia recepit venenum , certè dicitur
perueniſſe ad actum remotum, & non tenetur eadem
pœna ſecundum talem opinionem. tunc enim perue-
niſſet ad actum proximum,quando venenum dediſſet
ſibi bibere,vel comedere, licet mors nõ fuiſſet ſequu
ta. Præterea ſecundum aliam opinionem , quæ magis
mihi placet , quomodocunque quis peruenit ad actũ
facti præparatorium, non punitur eadem pœna, ſicut
ſi fuiſſet ſequutus effectus, vt d.l.ij.in princip.& voluit
hoc ſentire glo.ibi dum dicit , ꝙ fuit peruentum ad
colloquia & baſia , quæ ſunt præparatoria præceden-
tia veneris,ſecus ſi aliquis perueniſſet ad actum proxi
mum ipſius negotij principalis, quia tunc puniretur
eadem pœna , vt quia volo aliquem interficere, & fa-
cio arrotare gladium, & præparo me omnibus neceſ-
13 ſariis, † certè non debeo puniri de homicidio.vt d.l.j.
in princ.Secus ſi cum gladio admenauiſſem,licet non
interfeciſſem, quia tunc perueni ad actum proximum
ipſius facti principalis, vt C.ad leg.cor.de ſica.l.is qui
cum telo , & ſic cum ipſe Camillus circa perſonã præ-
dictæ Iſabellæ quæ venenari ordinabatur , nihil fece-
rit niſi præparatoria, non debet pœna veneficij puni-
ri,ſed alia extraordinaria.Ita ex præmiſsis & quãplu-
ribus aliis iuribus & rationibus reperio in propriis
terminis conſuluiſſe dominum Roſel.de Roſe.de Are.
Illuſtr. doct. in ſuo conſilio incip. in nomine domini,
Amen.hic eſt effectus inquiſitionis , pro cuius corro-
boratione adducitur,nam qui mandat delictum fieri,
non tenetur de mandato, vel propter eum , ſi manda-
14 tarius id non agat † quod mandatum eſt.l.is,qui rem.
§.ſi tu Titiũ.ff. de fur.in fi.ſuprà alle. facit l.ſi pauonẽ.
& l.ſi quis vxori.§.neq; verbo.eo.tit.Nec obſtaret ad
hoc l.ſi quis id quod. verſ.ſed ſi alius. ff.de iuriſd. om.
iud.ex quo ibi mandans non tenetur, quia quod man
datum fuit , per mandatarium fuit executioni manda-
tum,ſed album prætoris corruptum, ꝙ eſt meri facti
nec facientis animum requirit , vt album corruptum
ſit,Secus autem eſt in furto, quod quidem nõ eſt in fa
cto,nec eſſe poteſt ſine animo agẽtis.& iſtam ſolutio
nem ſentit ibi gloſ.in vlt.gl. Nec obſtat l. ſi quis vxo-
ri.in princ.de furt.quia ibi per vxorem fuit factũ fur-
tum , licet ipſa furti non teneatur , hic, quia mandans
15 non tenetur, nec probatur ratione , certũ eſt † quòd
mandans delictum fieri , non tenetur ex mandato , vt
not.inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſc.§.ope. in
gl.ſuper ver.nõ tenetur.no.doct.in l.ſi vt proponitur.
ff.de fideiuſſor.& ibi per Bar.ex quibus , & aliis ita te-
net in propriis terminis præſentis q. dominus Petrus
domini Albicis de Piſis , ꝙ in caſu præmiſſo ille Ci-
chus non eſſet puniendus , prout in omnibus in ſimili
eſſet iſte Camil. & ſubdit , quòd præſuppoſito abſque
veri præiudicio, quòd mereretur aliquam pœnam
quod quidem excluduntiura præmiſſa, non eſſet pu-
niẽdus pœna corporali,ſed ſi verum eſſet , quòd debe
ret puniri, pœna erit extraordinaria & arbitraria ex
forma iuris communis , ex quo in pœnis extraordina
riis inter alia duo principaliter iudex debet attende-
re. Vnum eſt euentus delicti.l.aut facta.§.euentus, de
pœn.qui ſi conſideretur in iſto caſu , inueniet nullum
delicti effectum ſequutum, nec ad aliquem actum de-
licto quod intendebatur proximum , deuentum fore,
ex quo ſequitur , quòd Camillus iſte non poteſt dici
delicti pœna puniri , quia etiam vbi foret deuentum
ad actum delicto proximum, non debet pœna delicti





16 conſummati imponi, ſed minor. † & iſta eſt regula &
doctrina doct.etiam in atrocioribus.not.Cyn. in l. ſi
quis non dicam rapere.de epiſc.& cler.& ibi doctor.
communiter.& idem tenet Ray.in l. qui ea mente. ff.
de fur.Bart.in lectu.ſua remittit ſe ad Cyn.& hoc pro
batur optimè in l.finali.ff. de extraodi.crimi. vbi lo-
quitur in crimine adulterij, quod eſt atrociſsimum vt
not.gloſſ.in l.auxilium.ff. de minorib. & fuit deuen-
tum ad actum proximum effectui , ſecundum quod
gloſſ.ibi intelligit,& tamen non pœna adulterij , quæ
eſt mors,vt in l. quoniam. C.de adulter. ſed extraor-
dinaria pœna debet eſſe minor , quàm pœna mortis,
17 vt eſt gloſſ. † extra de pœniten.diſtinct.j.cap. ſolicita-
tores. in gloſſ. ſuper verſic. extra ordinem. vbi dicta
lex eſt canonizata.hoc idem probatur eadem lege,&
in atrociſsimo delicto loquitur,vt patet ex l. cum vir.
C.de adul.& fuit deuentũ ad actũ & nõ perfectũ, non
pœna mortis vel ſanguinis , ſed aliter debet puniri,
ſi ergo talis pœna imponitur , vbi ad actum proxi-
mum etiam in atrociſsimis deuentum eſt, ergo in ca-
ſu præmiſſo, vbi non fuit deuentum ad aliquem
actum proximum , nec per dictum Camillum vltra
non tenebatur quàm adſignare Ioan. Petro illud vas
ſeu flaſcum cum vino venenato, iuxta formam man-
dati , quod erat demum porrigendum per præfatum
Ioan.Petrum: ſequitur quòd dato , quòd Camillus in
aliquo puniendus eſſet , deberet longè mitiori pœna
puniri,& pecuniaria , in qua conſideranda eſſet eius
perſona,quia pauper:per ea,quę no.in l.pędius.ff. de
incen.rui.naufrag.Ita formaliter per prædicta conſu-
luit dominus Petrus domini Albicis de Piſis , qua-
dam ſua allegatione incipien. infrà ſcriptæ ſunt alle-
gationes domini Petri,domini Albicis de Piſis , quas
habeo in libro meo diuerſorum conſiliorum ad pen-
nam vnà cum ſuprà mentionatis , & aliis antiquiſsi-
morum doctorum , & authoritatis non modicæ. &
ſubdit plus prædictus dominus Petrus conſideran-
dum eſſe , quòd maleficium non fuit commiſſum , id
eſt non habuit effectum, qui effectus conſideratur per
conſuetudines, vt nota.Cyn.in l.is qui cum telo.C.de
ſicar.Specul. in titu. de accuſ.§. primo. verſic. quid ſi
actum.quem Cyn.ibi allegat. & communiter practi-
catur per Italiam. & ſic concludit ex præmiſsis , &
aliis , ſimilem caſum non punibilem, & præſuppoſito
quòd foret puniendus , tamen de iure ſibi non vide-
tur per præfata, quòd eſſet pœna pecuniaria , & con-
uenienti reſpectu perſonæ, quæ pauper erat, & idem
reperio etiam tenuiſſe domi.Franciſ.de Albe.de Are.
in ſuo conſilio incipien. in Dei nomine amen. Quòd
Cichus fante, quod ſimiliter extat in libro meo diuer
ſorum conſiliorum , & dictum conſilium allegatur
per Fely.in cap.inquiſitionis.ſexta colum. de accuſa.
dum loquitur de gl.in §.in ſumma.& mouetur , quòd
quantuncunque mandatum ſit rei atrociſsimæ,tamen
quia attenditur executio , & non ſuſceptio ſola man-
18 dati:vt ff.de furt.l.quæ ſeruo. §.plus Pomponius. † &
l.item apud Labeonem.§.ſi curauerit.ff. de iniur. & l.
prima in princi.ff.de extraord.crimi.nam ſicut man-
dans non explicat delictum ex mandato abſque exe-
cutione mandati , vt dictis iuribus , eadem ratione
nec mandatarius, cùm non minus delinquat mãdans,
quàm mandatarius,ſed magis principalius delinquit,
qui primordialiter mandat,vt ff.de ſeruo corrupt.l.in
hoc.& l.ſi ego tibi.ff.quod vi aut clam. & ſic cùm non
fuerit executus effectus mandati præfati, videlicet ve
neficij, & necis præfatæ Iſabellæ, neque deuentum ad
actum proximum effectui , ſed remotum ab effectu,
cùm non fuerit deuentum ad actum propinquum, igi
19 tur de delicto conſummato non eſt puniendus , † ſed
extra ordinem arbitrariè:vt ff.de extraordi.crimi.l.j.
in fine.& §.fin.& l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.Nec.obſt.l.
is, qui cum telo. C. de ſicar. & l. ſi quis non dicam ra-
pere.C.de epiſ.& cler.& l. j. diuus. ff. de ſicariis. quia
illa intelliguntur de eo , qui deuenit ad actum pro-
ximum,ex quo percuſsit & non occidit, vel actum ra
pturæ inchoauit per actus propinquos , ſed effectum
non conſummauerit, & hæc eſt communis gloſſ. &
doct. ſententia maximè Pet.& Iacob. Butr. in l.ſi quis
non dicam rapere. & l.ſi fugitiui. C.de ſer.fugi.multò
minus venit Camillus ipſe puniendus ſecundum in-
tellectum & opinio. Moder. quam tenet Cyn. & Gul.
de Cun in dicta l. ſi quis non dicam rapere. videlicet
20 † quod etiã in atrocioribus,is qui deuenit ad actũ etiã
proximum effectui,non puniatur eadem pœna , licet
puniatur eadem lege qua punitur , qui conſummauit
delictum,per l.j.de extraor.cri.& l.aut facta.§.euen-
tus.de pœ.& iura in contrarium allegata nolũt quòd
puniatur eadem pœna,ſed eadem lege, & idem repe-
rio conſuluiſſe Cæpol.in ſuo conſilio vlt.penult.colũ.
vbi hæc formalia refert ſic in manifeſto furto depre-
henſus , cùm neſciuiſſet ſomniare aut diuinare verba
formalia huius conſilij.& idem etiam voluit Andr.de
Iſer.in c.j.§.ſi verò.ſecunda colum.de capi. qui curiã
ven.& tamen in caſu præmentionati conſi.præfati, d.
Franc.fuerat iam adſignatum venenum illi , qui pro-
miſerat venenare , & fuerat etiam ſibi promiſſa pecu-
niã,& exhibita , & tamen non vult ipſum capitaliter
puniri,ſed arbitrariè extra ordinem , & nihilominus
ſubdit, quòd conceſsio ipſius arbitrij,intelligitur im-
portare rem non valde grauem, vel multum præiudi-
21 cialẽ. † Et ideo id, qđ ex iudicis depẽdet arbitrio, non
debet eſſe capitale.l.aliud eſt pœna.§.j.ff.de verb. ſig.
& not.Io.An.in c.ſępè.extrà de verb.ſig.& ideò cõſu
luit Alex.de Imo.in cõſi.cxj.in j. vol. qđ in caſibus in
quibus punitur attentatus,non ſequuto effectu punie
tur pœna extraordinaria delicti , arbitrio iudicis , in
qua iudex debet eligere , & ſe inclinare in mitiorem
22 partem : † & inclinando non excedet relegationem,
& conſuluit idem Alex.conſi.lxv.vlt.col.iij. volu. pro
quo eſt bonus tex.quem alle.Old.laud.in l.j.ff.de fur.
& Bald.Et pro præfatis bene facit , quòd quando pro
delicto veniret imponenda pœna mortis,& ex aliqua
cauſa minorari deberet pœna, tunc talis pœna mino-
rata non deberet eſſe corporalis ſed pecuniaria , vel
23 alia, quæ non ſit corporis afflictiua. † Ita dicit Marſil.
in l.j.§.diuus Adrianus.numero 29.ff.ad leg.cor. de ſi
car.char.lxxx.idem Marſi.in l.diuus Adrianus.de par
ri.char. xxiiij. ita probatur in l. ſi adulterium cum in-
ceſtu.§.imperatores.ff.ad leg.Iul.de adul.& ibi doct.
& probatur in l.ſi quis in graui.§. ſi tamen maritus.ff.
ad ſill.& in l.lex Iul.§.fi.ad leg.Iul.repetun.quam pro
no.alleg.Bald.in l.addictos.C.de epiſ.audi.& in l.j. v.
colum.C.ne de ſta.defun.Ange.in tract.maleſi.in ver.
præſente Caio , & appellante. ver. quid autem ſi non
obſtãte el.j.idem Marſil.in d.l.diuus Adrianus v. col.
ad leg.cor.de ſic.& in l.diuus Adrianus.ij.colum.ff.ad
leg. pomp. de parric. Ex quibus omnibus ſiue tenea-
mus partem tenentium, quòd ſit in aliqua pœna , ſiue

non,vt ſ.cenſeo non bene fuiſſe per magnam curiam
vicariæ pronũtiatũ,vt ſuprà. ſed bene fuiſſe appellatũ
ad S.Regium conſilium, per ꝙ nihil dubitandum de
retractatione decreti præfati, & huius ſentẽtiæ vt pa
tet ex præmiſsis. Et ſic demum viſis præſentibus meis
allegationibus per Magni. iudices eiuſdem magnæ cu
riæ,veriti fortè dicti decreti retractationem,eundem
Camillum ad compoſitionem pecuniariam admiſe-
rũt ducatorum xxv. vt præfatus Camillus demum mi-
hi retulit. Thomas Grammaticus V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnus de viſu facit indicium ſufficiens ad tortu-
ram.*
2 *Contumax dicitur ille qui ritè & rectè contumax effe-
ctus eſt vt quia ritè citatus, & contumax condemna
tus & bannitus. & nu.3.*
4 *Contumacia ſi fuit accuſata non ſeruato iuris ordine, eſt
ipſo iure nulla.*
5 *Torqueri quis non poteſt ex ſola contumacia, niſi alia
concurrant.*
6 *Tortus abſque legitimis indicijs & cõfeſſus facit vt eius
confeſſio ſit ipſo iure nulla, nec præiudicet confitenti:
etiam ſi eſſet millies ratificata, & etiam quòd demum
ſuperueniſſent indicia. & ſubditur quòd nec præiudi-
caret eidem confitenti nec alteri. & nu.7.*
8 *Tortus licet confiteatur & in eadem confeſſione perſeue-
ret ratificando ſi tamen fuit tortura adhibita abſque
legitimis indicijs non nocebit confitenti.*
9 *Metus in carcerato durare videtur quouſque durat eius
detentio.*
10 *Tortura data abſque indicijs facit inſurgere præſumptio
nem violentiæ contra iudicem.*
11 *Confeſſio ſocij criminis contra aliquem, ſi reperitur illum
nominatum eſſe bonæ famæ, talis nominatio non ope-
rabitur quicquam.*
12 *Famæ bonæ ſi quis fuit in præteritum ita quoque & hodie
præſumendus eſt.*
13 *Vita præcedens inquiſiti, & indicia magnam partem con
ferunt ad præſumendum.*
14 *Socij criminis dictum non probat contra ſocium, niſi quo
ad inquirendum duntaxat.*
*Socius criminis non probat contra ſocium in furto, latro-
nis & furis differentia.*
15 *Pœna relegationis ſimilis eſt pœnæ fuſtigationis, per qua
corpus affligitur.*
16 *Tortura an habeat locum in furto minimo.*
17 *Torturæ ſpecies eſt carceratio, & ideò carceratus confeſ-
ſus poteſt talis confeſſio dici violẽta, & nõ ſpontanea.*
18 *Confeſſio vt dici poſſit emanata metu carceris, ſufficit
probare ipſam confeſſionem factam fuiſſe per deten-
tum in carcere. & nu.19.*
20 *Confeſſioni ſoli inquiſiti non eſt ſtandum de furto, ſed de
bet iudex mittere exploratores ad verificãdum furta
confeſſata fuiſſe commiſſa, & de rebus furto ſubtractis,
quòd ibi erant nu.21.*
22 *Confeſſus habuiſſe tales res penes ſe, ſi tamen non adpa-
ret habuiſſe ſcientiam ipſas res fuiſſe furto ſubtractas,
non tenetur.*
23 *Receptans furtum ad hoc vt teneatur furti ratione rece-
ptationis, requiritur quòd vltra receptationẽ furti
ſcienter etiam de furto præfato participauerit, ex quo
requitur ad commiſſionem furti, vt interuenerit ani
mus lucrandi.*
24 *Tortura non poteſt dari homini bonæ famæ etiam ſi ex-
taret vnum indicium ſufficiens ad torturã contra ip-
ſum. quia propter bonam famam tale indicium extin
guitur in totum.*

CONSILIVM. XXXVII.

CHriſti, ac eius almæ genitricis glorioſæ
Mariæ auxilio implorato, Amen. Viſo pro
ceſſu mihi tranſmiſſo per excellen. Comi-
tiſſam Policaſtri, baliam excel. Comitis
Policaſtri eius nepotis, in quo reperio quandam mu-
lierem nomine Pentam de ariente, inquiſitam de par
ticipatione furti ducatorũ xl. commiſsi, vt prætendi-
tur in bonis & pecuniis Catharinæ querulantis, & vi-
duæ, detentam ſiquidem Pentam ipſam & carcera-
tam ad depoſitionem Franciſci aliàs Capellani famu-
li Io. Petri de cantẽda, ad cuius ſeruitia pariter & præ-
fata Penta degebat, & qui Capellanus aliàs inquiſitus
de furto quorundam grenearum grani ab area Seba-
ſtiani, qui dum conqueſtus fuiſſet de furto præfato,
fuit pariter de nocte aggreſſus, & acriter verberatus:
& tandem citatus, & contumax effectus, & adſtans de
nocte extra ciuitatem captus, & carceratus fuit, & exa
minatus per curiam Capitanei Policaſtri, confeſſus
fuit verbera Sebaſtiano præfato per eum illata fuiſſe,
ac etiam quòd de nocte pluries ingreſſus fuit per mœ
nia vrbis contra formam banni, prohibentis ne quis
bannitus, aut rebellis curiæ, ita ingrederetur de no-
cte, ſub pœna torturæ, qui tandem ratione banni &
contumaciæ, ac furti prætenſi in quoddam fauũ mel-
lis, quod ſe cum deferebat, tortus fuit, & in tortura in
terrogatus de furto præfato ducatorum xl. & bono-
rum Catharinæ præfatæ, furtum ipſum confeſſus eſt:
& ex eo dediſſe ducatos, iij. cum quadam corrige ar-
gentea, & anulo aureo præfatæ Pentæ, & ſecundo lo-
co examinatus, dixit dediſſe præfatos aureos xl. Ioan.
Petro eius domino, cuius mãdato adſerit furtũ ipſum
commiſiſſe, & reliqua remanſiſſe penes eandem Pen-
tam, & ita pluries in tortura, & extra torturam, ratifi-
cauit, verũ aſſeruit eandem Pentã nihil ſcire de furto:
videlicet ꝙ bona ipſa fuerint furto ſubtracta, quæ tã-
dem carcerata in caſtro, & ibidẽ examinata per Ma-
gni. Vicecomitẽ, cõfeſſa eſt habuiſſe res præfatas à præ
fato Capellano, & ipſas poſuiſſe in quodam foramine
domus, quo perquiſito ilico, nihil compertũ fuit, &
tandem lato decreto per curiam præfatam eandem
Pentam debere tormentis, & quæſtionibus ſubiici: &
interpoſita appellatione per eandem Pentam ad co-
mitalem audientiam, hæſitatur in præſentiarum, an
ob præfatam depoſitionem præfati Capellani ſocij
criminis, poſsit Penta ipſa quæſtionibus & tormentis
ſubiici; & ſic an bene vel malè fuerit per Vicecomi-
tem ciuitatis præfatæ ſuper tortura ipſa interlocutũ?
Certè prima facie videretur dicendum, ꝙ bene iudi-
1 catum ſit: † cùm ex vnius teſtis depoſitione reſultare
videatur indicium ſufficiens ad torturã, vt dicit Bald.
in l. fin. C. famil. erciſc. Barto. in l. maritus. ff. de quæ-
ſtioni. cùm vulg. quòd maximè procedere videtur in
ſocio criminis deponente de furto: vt dicit gloſſ. Bar-
to. & Salyc. & Angel. ac communiter ſcribentes in
l. finali. C. de accuſ. & Cano. in capit. primo. extrà de
confe. Sed præmiſsis non obſtantibus, ex pluri-
bus infrà dicendis contrariam ſententiam arbitror
de iure veriorem, præmittendo principaliter ꝙ præ-
fatus Frãciſcus aliàs Capellanus, non fuit contumax:
&



& ſic non potuit contumax reputari, cùm die iij. Iulij
fuerit citatus: & die iiij. eiuſdem accuſata contumacia
die vij. eiuſdem fuit effectus, ſeu habitus cõtumax: quia
die perdurante non poterat contumax reputari: ſed
vſque in diem ſequentem expectari, iuxta formam
ritus magnæ curiæ, ſub rubr. de contu. accu. incipien.
item ſeruat ipſa curia. & in alio ritu incipiente, item
ſeruat ipſa curia in primis citationibus, vbi dicit, ꝙ
debet labi triduum: & ideò dum contumax dicatur
effectus iuris ordine non ſeruato, non debet, nec po-
teſt contumax reputari: ex quo contumax dicitur ille
2 qui ritè & rectè fuit contumax effectus: † ſicut illum
bannitum dicimus, qui ritè & rectè bannitus extitit.
Ita Bart. & Alex. in l. iiij. in §. condemnatum. ff. de re
iudi. & in l. nõ putauit. §. non quæuis. ff. de contratab.
& ſic ad hoc, vt quis dicatur contumax, & condemna
tus, ſeu bannitus, debet intelligi de eo, qui fuit ritè ci-
3 tatus, & cõtumax condemnatus, & bannitus: † Secus
ſi non rectè. Ita dicit Franc. Cur. in ſuo conſilio lx. in-
cip. pro aperienda veritate. viij. col. & alleg. Bar. in l. fi.
ff. de adul. & ſic dum non ſeruato iuris ordine fuerit
contumacia accuſata. certè eſt ipſo iure nulla: vt in c.
dilecta. de reſcri. ibi, contra noſtri reſcripti formam:
4 † & in c. examinata. de confir. vtili vel inutili. & te-
net Decius in c. prudentiam. de offic. deleg. & in c. de
appellationibus. extrà de appel. & ſic dum forma non
ſeruatur, actus redditur nullus. Ita Pet. de Anc. in con-
ſi. xxxvj. incip. viſa quadam petitione. j. col. Decius in
conſi. ccxxix. incip. ſtante conſtitutione. & latè Fely.
in c. cùm dilecta. verſi. geſta contra formam. Præ-
tereà, ex ſola contumacia quando verè incurſa fuiſſet,
non poterat torqueri, niſi concurrentibus aliis, vt vo-
luit Bal. poſt Nico. de Matha. in l. j. ff. de hære. inſtitu.
maximè, cùm vltra contumaciam requirebatur etiam
poni in banno, iuxta formam conſtitutionis grandis
5 vtilitas. † Ita Bal. in præfata l. j. v. col. verſic. ſequitur
videre. quem ſequuntur Mod. ſenen. in tract. de indi.
& tortur. col. iiij. refert & ſequitur Marſi. in l. j. num. 3.
ff. de quæſtioni. & in ſuo ſingulari. cxvij. incip. ad tor-
turam. quod maximè procedit in caſu de quo agitur,
cùm tortura ipſa nõ fuerit illata ad eruendam verita-
tem ex ore inquiſiti, concurrentibus indiciis ad eam;
ſed fuit tortura ipſa irrogata in pœnam banni, vt ſu-
prà: ex quo mœnia vrbis de nocte tranſcenderat,
contra formam banni, pœnam torturæ imponentis,
qua illata erat iam banno ſatisfactum: nec debeat ali
ter vlterius interrogari: arg. tex. inſtitu. quibus mod.
tolli. obli. in prin. iuncta glo. ibi vbi dicit idem pro-
cedere in pœnis & obligationibus ex maleficio, vel
quaſi. quam refert & ſequitur Decius in regula, bona
fides. de regu. iur. vnde quatenus fuerit proceſſum ad
torturam contra præfatum Capellanum, id fuit abſ-
que indiciis ſaltem legitimis, & ſic ad torturam præfa-
tam procedi non poterat ad effectum ipſum interro-
gandi. l. maritus. ff. de quæſtion. cum vulga. & vltra ius
commune idem diſponit capitulum regni, quod inci-
pit, tormenta. vbi non aliter, quàm præcedentibus in-
diciis iubet tormenta adhiberi: & ſic quatenus abſque
legitimis indiciis fuerit Capellanus ipſe tortus, & per
6 torturam confeſſus, confeſsio inde emanata fuit, † &
eſt ipſo iure nulla: nec præiudicat confitenti. l. penul.
& ibi gloſſ. & Bart. ff. de quæſtion. Nec etiam præiudi-
cat præfatæ Pentæ, contra quam vt teſtis depoſuit. Ita
Bart. ibidem. Bal. in l. fin. C. de accuſ. Iac. de belui. in
ſua practica cauſarum criminalium. ſub rubr. de quæ-
ſtio. & quali. tor. col. xj. Alexand. conſi. v. colum. j. pri-
mo volum. & conſilio lxxiiij. in iiij. col. in ij. volum. &
ideò voluit conſulendo Decius in ſuo conſil. clxxxix.
colum. penul. quòd depoſitiones teſtium abſque indi-
ciis tormentorum, nihil valent, nec faciunt indicium
contra illũ contra quem deponunt. Ita Bar. in l. j. §. idẽ
Cornelio. aliàs, ſeruus bona fide. ff. de quæſt. ſequitur
Marſi. in ſua practica. in §. diligenter. col. xxiij. in fi. in-
tantum, quòd confeſsio in ipſa tortura ſeu ex eius cau
ſa, etiam millies ratificata, etiam ſi demum ſuperuene
7 rint indicia, eſt † nulla: nec præiudicat confitenti nec
alteri. Ita Bart. in d. l. maritus. & Bal. in dicta l. ea qui-
dem. & in l finali. C. de accuſa. Ange. in l. vnica. C. de
confeſ. Angel. de Are. in tractatu malefi. in verſic. fa-
ma publica. iiij. char. in ver. aduertat. & ibi Ang. Ro-
ma. in conſi. clxvij. incip. Antonius accuſatus. Par. de
put. in tractatu ſyndicatus in antep. char. libri. in ver-
ſic. ſequitur. iij. colum. hic dixit Matheſil. in nota. l v.
incipien. not. quòd quotieſcunque. quòd ſi iudex ali-
quem non præcedentibus indiciis torſit, omnis con-
feſsio extorta erit nulla: quia præſumitur illicitè extor
ta, etiam ſi ex interuallo poſt dictam torturam confi-
teretur, quia præſumitur illicitè extorta, & metu tor-
mentorum præteritorum vel futurorum, arg. l. ſi cui.
§. eiſdem. ff. de accu. & idem firmat Ludouic. Roma. in
conſilio præfato. clxv. ij. colum. Petr. de Anch. in cle-
men. j. de homi. Ange. Imo. & Pau. de Caſtr. in l. qui in
aliena. §. Celſus. ff. de acqui. hæred. Bar. in ſuo tractatu
de queſtion. col. xij. verſ. quid ſi aliquis eſt tortus legi-
timis indiciis non præcedentibus. Saly. in l. ij. C. de cu-
ſto. reo. vltima colum. Petr. de Anch. in conſilio xxij.
incip. prouiſione facta in Philippum. Flor. in rubr. &
in l. emptorem. ff. de proba. exclamans illum tex. iun-
cta glo. ſubdens ſe per illum text. defendiſſe vnum à
morte. idem tenet Fely. in c. qualiter & quando. §. li-
cet autem. col. fi. verſi. xj. limita. de accu. idem Fely. in
c. ad noſtram. col. j. de probat. Andr. in Iſer. in conſti-
tutione regni, damna. Alex. conſil. clxxx. col. penul.
in princip. ij. volum. & plenè Marſi. in dicta l. pen. co-
lum. iij. verſi. modo redeundo. ff. de quæſtion. & in ſua
practica, in verſi. ſecunda quæſtio. & plenè Alexan. in
conſi. clxxx. incip. in cauſa Angelorum. ij. volum. &
plenius in conſi. j. ij. colum. & iij. in vij. volu. Et quòd
ſi tortus non præcedentibus legitimis indiciis confi-
8 teatur, & in dicta cõfeſsione perſeuerauerit, † & eam
milies ratificauerit, quòd huiuſmodi confeſsio ſit nul
la, nec præiudicaret ipſi confitenti, eſt bonus text. iũ-
cta gloſſ. vt ſuprà dixi in dicta l. pen. & in l. qui in alie-
na. §. Celſus. ſuprà alleg. & Augu. poſt Ange. in verſic.
fama publica. dicit ſe ita aliàs in facto obtinuiſſe. Mo-
der. ſenen. in tractatu de indic. & tortu. colum. xxxix.
verſicul. ſed ponamus. Iacob. de Belu. in tractatu de
quæſtionib. in titul. de quæſtion. columna xiij. Par. in
tractatu ſyndi. in verſic. tortura. c. an ex ſola confeſ-
ſione. Alexand. conſi. v. primo volum. incip. in cauſa
inquiſitionis. j. colum. & conſilio xliiij. ij. volum. inci.
poſt redditum. ij. colum. & in conſilio clxxx. aliàs
clxxxiij. in cauſa Angelorum. ſuprà alle. pen. col. & in
conſi. j. viſo proceſſu. iij. vol. ij. col. & conſi. lij. viſo the-
mate. fi. col. Ro. in conſi. clxvij. ſuprà pluries alleg. &
Marſi. in d. l. pe. de quæſtion. quia quouſque perſonali
9 ter detinetur, idem metus ineſſe videtur, † & refert ex
hoc plures euaſiſſe à pœna mortis. & idẽ Marſi. in ſua
pract

pract.§.expedita. nume.16.cum ſequen.& firmat An-
dræ.de Iſer. & Moder.ſcribentes in dicta conſtitutio-
ne, ſi damna.xiij.colum. Decius in c.at ſi clerici.nume
ro.8.de iudi.& in eo caſu,dum iudex tor ſit non præce-
dentibus indiciis, erit contra ipſum præſumptio vio-
10 lentiæ. † Ita Par.in dicto ver. tortura. c. datur regula.
char.lxxxviij.iij.col.Alex.in additio. ad Bar.in allega-
ta.l.penul. & Marſi. ibi, qui refert & ſequitur omnia,
nume.26. Nec ſuffragaretur, quòd ſumus in furto, in
quo ſocius criminis probat contra ſocium: quia non
ſufficit ſolius ſocij dictum: ſed debent alia concurrere
maximè contra hominem bonæ famæ, contra quem
11 talis confeſsio ſocij criminis non operabitur † quic-
quam, vt dicit pulchrè Andr. de Iſer. in conſtitutione,
ſi damna. ſed ſic eſt, quòd probatum plenè fuit præfa-
tam Pentam inquiſitam fuiſſe ſemper in præteritum
bonæ, & optimæ famæ, ſequitur, quòd etiam in præ-
12 ſenti ita quoque eſſe præſumatur, vt olim, bona, † ita
quoque & hodie bona ſit, vt dicit pulchrè Bal. in con-
ſilio.liij.in v.volſi.gloſſ. in l.j.§. probatio.& §.ſi magi
ſtratus, vbi Bal ff.de magiſt.conuenien.text.& gloſſ.in
l.non eſt neceſſe.ff. de probatio.text. & gloſſ.in c.cùm
per bellicam. xxxiiij. quæſtio.ij. nam ex præteritis iu-
dicatur de futuris. dixit Bonifacius de vital.in tracta-
tu maleficiorum, in titulo de indic. colum. fina. præ-
13 cedens enim vita, & indicia magnam partem † confe-
runt ad præſumendum. Bald.in l.j.v.colum.C.de con-
feſs.Gandi.in allegato titu.de præſump.& indic. dubi-
ta.j. col. Afflictus in conſtitutione, in quæſtionibus.
fin.colum.Par.in tractatu ſyndi.in char.lxxxviij.ij. co-
lumna. & plenè Marſilius in l. de minore.§. plurium.
nume.24.ff. de quæſtio.vnde exiſtẽte bona fama non
eſt tractandum de tortura: quo circunſcripto, quando
nunquam eſſet probata bona fama, regulariter ſocij
14 criminis dictum non probat contra ſocium, † niſi
quo ad inquirendum duntaxat: vt conſuluit Raph. in
conſil. xxxj.incip.in cauſa inquiſitionis.Saly.& Ange.
in l.fi.de accuſa.Alex.in l.repeti.ff.de quæſtio.Fely. in
c.cùm dilecti.de accuſa.Alex.in cõſi. cxxxvij. incip.vi
ſa facti narratione.j.volu.Decius in conſi. clxxv. inci.
in cauſa falſitatis. colum.ij.& conſi. clxxxix. incip. læ-
tatus ſum. Præterea, nec eſt verum, quòd in furto ſo-
cius criminis admittatur contra ſocium, vt patet ex
ſuprà relatis per ſcribentes in materia. nam glo. in di-
cta l. finali, numerans omnes caſus, in quibus ſocius
criminis probat contra ſocium, non ponit furtum,
nec Spec. qui pariter omnes enumerat, in titul. de ac-
cuſa. minimè ponit furtum. pariter nec Gandi. in rub.
de quæſtioni. vbi tenet, quòd in crimine furti ſocius
interrogatur: quia Bar.nõ bene loquitur, ideò ipſum
non ſequitur Salyc.in l. finali. de accuſ. & probatur be
ne: quia dictum doctoris debet intelligi ſecundum iu-
ra quæ ipſe alleg. vt dicit idem Bart.in l.non ſolùm. in
§.ſi liberationis verba.ff.de libe.lega. Sed text. quem
alleg.Bart.in dicta l.repeti. eſt in l.diuus Adrianus. ff.
de cuſto. reo. qui loquitur in latronibus, & non in fu-
ribus. vt patet ibi in text. in verſi. latrones. nam la-
trones dicuntur, qui ſtratas publicas aggrediuntur. &
violenter homines deprædantur: ſed fures dicuntur,
qui clam bona auferunt. vt in l. capitalium. §. famo
ſos.ff. de pœ. & voluit Salyc.in l. fina. ſecunda colum.
de accuſ. vbi etiam dicit non mirandum, ſi interroga-
tur de ſociis. quia non poſſunt abſque ſociis commit-
ti latrocinia, ſecus in furtis, quæ clam committuntur:
& idem in particulari reperio conſuluiſſe Marſil. in
conſil.xxij.iiij.colum.j. volum. Nec militaret dicere,
quod fuit Capellanus ipſe repertus cum furto faui
mellis, quod ſecum deferebat tempore, quo captus
fuit per curiam, & ſic legitimè tortus fuit. Nam huic
reſpondetur, quòd fauum illud non poterat excedere
valorem trium carleno.& ſic reſpectu modicæ quan-
titatis non poterat eidem Capellano imponi pœna
vltra relegationem: & vbi non venit imponenda pœ-
na vltra relegationem pro aliquo delicto, non ha-
15 bet locum tortura: † vt in cap. regni. tormenta. & in
cap. ſi iuſtè. nam pœna relegationis ſimilis eſt pœnæ
fuſtigationis, per quam corpus affligitur: cùm omnes
ſint de mero imperio paruo. vt tenet Bart. & doct. in
l.imperium.ff.de iur. omni.iud. Bal.in l.imperatores.
ff.de of.præfect. vigil. & tamen non dicitur eſſe maior
ſeu ſupra relegationem, & ſic per eam non poſſet de-
ueniri ad torturã per præfata regni per capitula, & li-
cet Par.in d. ver. tortura. in c.an in cauſa pecuniaria.
16 dixerit, quòd † in furtis minimis, in quibus imponi-
tur pœna ſanguinis, poteſt deueniri ad torturam: ta-
men loquitur ſine lege.& expreſsè contra tenorem di
ctorum capitulorum. Vnde ſtante dicta tortura mi-
nus legitima confeſsio eius virtute emanata, & om-
nia acta demum ſubſequuta ruunt, vt plenè Par. in d.
verſi.tortura.in c.an cõfeſsio torti ſine indiciis.char.
lxxxvj.col.fi.& plenè Marſil. in d.l.pen.nu.28.verſ.vl-
terius amplia.ff.de quæſtionib. & in ſua practica.§.ſe-
cunda quæſtio.nume.7.& §.quoniam. nume.43.quod
procedit etiam contra ſocium nominatum. vt ſuprà
plenè deductum eſt: quia principali annullato, annul
latur & acceſſorium, & omnia inde ſequuta: prout ple
nè narrat Marſil.in d.l.penult.nume.67.cum ſeq.Nec
opitulabitur eius confeſsio, dum fuiſſet ad caſtrum
foccæ adportata, & carcerata cum maximo impetu:
& ſic tanquam muliercula ob ſexus fragilitatem me-
ticuloſa, confeſſa fuit omnia, de quibus interrogata
17 extitit: quo caſu videtur ex metu carceris, † & offi-
cialis ita confeſſa: cum carceratio ſit ſpecies torturæ:
vt dixit Bald.in l.ij.ij.col.ver.quæritur.C.de epiſ.aud.
& ideò ſi carceratus confitetur aliquid ſine tortura,
talis confeſsio non dicitur ſpontanea, ſed violenta.
ita per doctri. Bald. præalleg.tenet Marſi. in ſua pra-
ctica.in §. expedita. & ſequitur Peru. in c.ſuper eo. el.
ij.de appellat. intantum, quòd ſufficit probare quem
fuiſſe detentum ad hoc, vt eius confeſsio dici poſsit fa
18 cta metu carceris, vel torturæ. † Ita Bald. in l. falſus.
prope fin.C.de furt.Moder.ſenen. in tract. de indi. &
tor.colum.xxxviij.in fine. in verſic. quibus adde. Ca-
tel.in tracta. ſuo ſyndi. verſic. ccxij. in verſi. adde. an
poteſt probari tortura, & allegat Cyn. in l. ſecunda.
C.quod met.cau. Bald.in dicta l.falſus. & plenè Marſi.
in ſua practica.in §. expedita. numero 13. verſic. item
19 ſcias.& in §.atttinguam.numer.28.cum ſeq. & † quod
quando non præcedentibus legitimis indiciis quis
eſt confeſſus delictum, pro quo carceratus ſeu ca-
ptus fuit, & demum adſerit ſe metu confeſſum,
quòd ex ſola carceratione ſeu captura ita præſumen-
dum ſit, conſuluit Alexan. in conſilio lij. incipien. vi-
ſo themate. in tertio volumine. ſicut in ſimili dici-
mus de eo, qui adſerit ſe confeſſum deliquiſſe per tor-
turam id quod nunquam fecit: nam ſi non præceſſe-
runt indicia, nec ipſe probet de tortura: ſi tamen li-
quet ipſum eſſe detentum tempore ſuæ confeſsio-
nis,



nis, huiuſmodi confeſsio non ſufficiet ad condemnan
dum, quaſi non veriſimilis contra ſeipſum, per text.in
l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quæſti. ita Pet.de Anch.in cõ
ſil.xxiiij.incip. viſa inquiſitione.j. col. quia veriſimile
eſt, quòd non fuiſſet confeſſus contra ſeipſum, niſi ob
terrorem iudicis habentis ipſum in fortiam: per not.
Cy.& Bal.in l.nouiſsimè.ff.quod fal.tut.aut. & ibi ſub
dit Bald. quòd præſumitur inferri metus ab officiali
eius ſubdito, & præfatum dictum Pet. de Ancha. fuit
originaliter Bald. in conſi. ccccİxxix.in v. vol. incip.
tres ſunt caſus.Par.in ver. tortura.c. quidam fuit tor-
tus.& Marſi. in præfata l. pen. Suffragatur inſuper huic
inualidæ & nullæ confeſsioni veriſimilitudo, quod
meticuloſa fuit, & non vera: nam deſtinatis nuntiis cu
riæ, & exploratoribus ad capiendum bona per eandẽ
confeſſata ab illo foramine, in quo confeſſa fuit, re-
condidiſſe, minimè aliquid repererũt: & ſic adparuit
de veritate ipſius mendoſæ, imò menticuloſæ confeſ-
ſionis. Inde datur pro cautela iudici, vt minimè ſtare
debeat ſoli confeſsioni inquiſiti, ſed debeat mittere
exploratorem ad verificandum furta, quæ confitetur
20 inquiſitus per ipſum fuiſſe commiſſa: † & debet etiam
conſtare de rebus furto ſubtractis ſecundum Ang. in
tract. malefic. in verſi. & veſtem cæleſtem abſtulit.vj.
char.ver.quid ſi quis confiteatur.& ibi ſubdit, quòd in
hoc iudex debet eſſe benè cautus, ne damnet animam
& corpus ſuum: ſed debet deſtinare nuntium ad capiẽ
dum informationem de veritate, & ſic reperire furta
confeſſata, ita quòd apparere poteſt, quæ diſtraxerit,
& quæ pignorauerit: & quæ penes ſe remãſerint: aliàs
ſi hoc non faceret, ſæpe innocentes cõdẽnaret. Idem
voluit Par. de put. in tract. ſyndicatus, in verſi.confeſ
ſio. vbi dixit in facti contingentia tota nocte vagaſſe
in perquirẽdo loca, in quibus reus fatebatur furta re-
condita fuiſſe, & demum innocens repertus fuit ille,
qui inquiſitus fuerat, & ex metu confeſſus fuerat id,
quòd minimè fecerat. Idem tenet Augu.in addit. ad
Ang.in dicto verſi.fama publica. Decius in c. dilecti.
in prin.de iudi. ſequitur Marſil. in l.j.iiij.col. ſeu char.
ff. de quæſt. & in ſua practica cauſarum criminalium,
in char. iiij. & in conſil. ſuo viij. in j.volum.ij. colum.
incip.in cauſa Magiſtri Ioan. Ferrarienſis.concurren
te maximè veriſimilitudine, quòd non fuiſſet Penta
ipſa ſponte confeſſa contra ſeipſam, niſi per terrorem
iudicis detinentis eandem in eius fortiam.per no.Cy.
& Bald. in l. nouiſsimè. ff. quod falſo tuto. aut. & ibi
Bald. ſubdit, quòd præſumitur inferri metus ab offi-
ciali eius iuriſdictioni ſubdito. Item eſt & aliud non
parui momenti, quia nullum probatur furtum ſal-
tem in genere fuiſſe commiſſum: nec adparet de ali-
qua fractura, aut conqueſtione, aut quòd furtum paſ-
ſa, & quæ fuerat paucis ante annis pediſſequa eiuſdem
Petri patroni præfati Pentæ, veriſimiliter in bonis
ſuis habere potuiſſet ducatos xl. in pecunia, & argen-
to: & in eadem caſſa ſeu ſcrinio, à quo dicuntur fuiſſe
furto ſubtracta, prout de his omnibus requiritur ad
21 probationem furti: † iuxta dicta per Ang. in d. verſi.
& veſtem cæleſtem abſtulit. vbi ſuprà. & Marſil. in d.
l.j.de quæſtion.Alex.plenè in conſi.liij.ij.vol.vbi plu-
ra præmittunt ad probationem furti, quæ hic penitus
deficiunt. Sed quid opus eſt ire per mendicata ſuffra-
gia, vbi nullum poteſt imputari delictum furti præfa-
tæ Pentæ, dum expreſsè adparet dictum Capellanum
depoſuiſſe eandem Pentam minimè notitiã aliquam
habuiſſe, nec habere, quòd bona præfata fuerint furto
ſubtracta? quod quidẽ etiam iuris diſpoſitione fulci-
tur per vulgatam iuris regulam, præſumitur ignoran-
tia, &c. qua cauetur ignorantiam præſumi, vbi de ſciẽ
tia non probatur: & licet res ipſas confeſſa fuerit rece
piſſe, non tamen ſcienter eaſdem recepiſſe adparet:
quo caſu etiam ſi adpareret de veritate præfatæ ſuæ
confeſsionis, ſtante eius ignorantia, quòd fuerint bo-
na ipſa furto ſubtracta, in nihilum tenetur: prout di-
cit in ſpecie Bal.in l.ſi furti.C.ex quibus cauſis infa.ir
rog.Ioan.de Ana.in c.qui cũ fure.j.col.extrà de furt.
& plenè Afflictus in conſtitutione pararenorum. in
22 verbo, ſequitur.verſi. quintò quæro. maximè, † quia
in dubio præſumitur ignorantia, dicit Roma in con-
ſil.ccccİxxiij. incip.circa propoſitam. Augu.in addit.
ad Ang.in d.ver.& veſtem cæleſtem.v.col.in ver.quid
ſi furtum. Quinimò & plus, ad hoc vt receptans furtũ,
teneatur furti, ratione participationis, requritur
23 quòd † vltra receptionem furti, ſcienter etiam de fur
to præfato participauerit, ex quo requiritur ad com-
miſsionem furti, vt interuenerit animus lucrandi.l.j.
ff.de furt.& plenè Marſil.in l.fi.ff.de ſicar. Non omit-
to optimam famam fuiſſe pleniſsimè probatam de
præfata Penta, & pariter vitã tam præteritam, quàm
præſentem: & iure cautum eſt, quòd licet contra ali-
quem vrgeat vnum indicium, quod ſufficeret ad tor-
turam: tamen exiſtente inquiſito bonæ famæ non po-
24 terit torturæ ſubiici: † imò per ipſam bonam famam
huiuſmodi indicium euaneſcit, & in totum extingui-
tur. dixerunt Bal.& Io.de Imo.in l.fi.ff.de hæred.inſt.
Saly.in l.fi.vlt.col.de quæſtio.Augu.in addit.ad Ang.
in ver.fama publica. in addit. magna. incip. tu autem
in hac materia. Alexand. conſil. v. incipien. in cauſa
inquiſitionis. primo volum. & conſuluit plenè Marſi.
in ſuo conſilio lxxiiij. in quarta colum. primo volu-
mine.& quia ſcriptum eſt, ita magnum, ſicut paruum
iudicabis: quia omnis ſpiritus laudat dominum: ideò
ſum voti, malè fuiſſe pronuntiatum per Vicecomi-
tem ciuitatis Policaſtri, circa inferendam torturam
eidem Pentæ: ſed partes comitalis audientiæ eſſe, in
declarando Pentam præfatam pro nunc eſſe à car-
ceribus liberandam, & ita conſulo iuris eſſe ego,

Thomas Grammaticus V.I.Doct.

### SVMMARIVM.

1 *Socius criminis in caſibus, in quibus poteſt interrogari de ſocijs, eo caſu eius depoſitio cõtra ſociũ, facit indicium ſufficiens ad torturam, id intelligendũ eſt ſi concurrãt alia adminicula. & nu.2.*

3 *Socij criminis depoſitio ſola, non ſufficit ad torturam contra ſocium, etiam ſi ſocius nominatus eſſet malæ conditionis & famæ.*

4 *Socius criminis tunc probat contra ſocium, vbi delictum non fuit principaliter commiſſum in odiũ alterius ſed propter commodum committentis: vt eſt furtũ, falſa moneta & his ſimilia tunc ſocius deponẽs cõtra ſociũ ex quo non interrogatur de ſocijs facit indicium.*

5 *Teſtis perſiſtens in peccato mortali, repellitur à teſtimonio: & hoc quia propter peccatum excluditur à* Deo, *& ſic cum ſit* Deo *infidelis, præſumitur quòd nec hominibus ſit fidelis. & nu.6.*

7 *Teſtis de crimine conuictus ſeu confeſſus, repellitur à teſtimonio.*

8 *Teſtis repellitur à teſtimonio, dum eſt malæ vitæ & famæ*

*famæ.*

9 *Sccius criminis licet in aliquibus probet contra ſocium, id tamen intelligitur in ſocio criminis aliàs non infami ob aliud delictum.*

10 *Teſtis infamis regulariter repellitur à teſtimonio, nedum in cauſa criminali, verùm etiam in ciuili ardua.*

11 *Teſtis ex illo crimine à teſtificando repellitur, ex quo ſi condemnaretur, incurreret infamiam.*

12 *Teſtis dicitur inimicus capitalis propter minas: & ſic propter verba minatoria prolata.*

13 *Socius criminis ſi probatur inimicus, non probat contra ſocium.*

14 *Teſtis, qui non poterat examinari, examinatus non facit indicium.*

15 *Socij criminis confeſſio contra hominem bonæ famæ, non operatur quicquam. & nu.16.*

17 *Delicti præſumptio tollitur ex præſumptione bonæ famæ.*

18 *Ad ſocij criminis ſolius dictum non poteſt formari inquiſitio.*

19 *Diffamatio vbi non præcedit inquiſitionem, corruit inquiſitio & teſtes deponentes ſuper delicto, de quo fit inquiſitio, non præcedente diffamatione non probant. & numer.20.22.23.24.*

21 *Socij criminis ſola aſſertio non facit indicium, etiam ad inquiſitionem.*

25 *Statutum ſuperioris mandantis, quòd poteſt inquiri contrà non diffamatum, non tenet. & nu.26.*

27 *Inquiſitus quando habet aliqua indicia ſeu præſumptiones pro ſe, debilitatur & eneruantur alia indicia, quæ contrà ipſum exiſterent, intantum, quòd illà quæ contra ipſum eſſent ad hoc, vt attendi debeant, deberent eſſe magis vrgentia.*

28 *Teſtis allegans alium fuiſſe conteſtem, qui negat ſe interfuiſſe facit vt neutri credatur, & ſic illius depoſitio erit ſuſpectiſſima.*

## CONSILIVM XXXVIII.

IN Dei nomine Amen. Formata inquiſi-
tione contra Matthæum racamatorem de
Neapoli. de venenatione Nardæ ſuæ vxo-
ris, & morte inde ſequuta præcedentibus
indiciis contra ipſum, tortus & confeſſus fuit eandem
venenaſſe: ex qua venenatione ſequuta fuit mors; &
quòd id fecerat ex perſuaſione & conſilio magi. Leo-
nardi azimatoris de caua eius compatris, qui ſibi ve-
nenum ipſum porrexit & tradidit: & propriè *de la caſa
de lo pane à la logia*: præſente eius concubina, nomine
Violante: qui magiſter Leonardus ad defenſiones ad
miſſus, verificauit ſe optimum Chriſtianum, pium ac
miſericordem: & quòd non auderet ex ſua pietate &
charitate occidere etiam vnam muſcam, eundémque
Matthæum miſerrimum, ac concubinarium, & publi-
cè in concubinatu exiſtentem cum præfata Violante,
in tantum quòd occidit vxorem vt eandem Violan-
tem in vxorem duceret: & ꝙ poſt eiuſdem Matthæi ra
tificationem ductus ad carceres ciuiles eodē Leonar-
do inſpecto, flexis genibus ab ipſo veniam quęſiuit, aſ
ſerendo dolore torturę eundem Leonardum inculpaſ
ſe, licet indebitè: & quòd præfata Narda erat mulier
honeſtiſsima & affinis Hieronymi eius filij intantum
quòd Leonardus ipſe eandem ſummopere diligebat,
ac viſitabat, vt affinem chariſsimam. Hæſitatur igitur
quid iuris: & certè nulla exiſtente ratione dubitandi,
cùm ſimus in claris, dico præfatum Leonardum ne-
dum excarcerādum ſub fideiuſſoria cautione, ſed pe-
nitus liberandum, ac abſoluendum, ex infrà dicendis:
1 & licet prima fronte † videatur dici poſſe, ꝙ in cri-
minibus, in quibus ſocius criminis poteſt interrogari
de ſociis, eo caſu ipſius depoſitio contra ſocium facit
indicium ſufficiens ad torturam: ſecundum Cyn. poſt
Petr. in l.fi.C.de accuſ. Pau. de Leaza. in cap. grauis. de
depoſi. vbi ad hoc alleg. l.j.§. diuus Adrianus. & quod
ibi not. ff. de quæſt. Ant. de Butr. in c.j. de confeſ. & ita
poteſt intelligi gl. ibi dum dicit, talem aſſertionem
facere præſumptionem contra ſocios, vt dicit gloſ. in
d.l.fi. Specu. in tit. de accuſ. §.j. ver. item repellitur, qui
fuit ſocius. & conſuluit Alex. conſi. lxxxix. incip. viſo
themate. in iij. vol. & hoc intelligendum eſt cum aliis
adminiculis, aliàs de per ſe ſola etiam in caſibus exce-
2 ptuatis, in quibus † poterat interrogari, non faceret
indicium ad torturam, vt dicit Saly. in dicta l.fi. C. de
accu. Ioan. de Imo. in c.j. extrà de confeſ. & firmat con
ſulendo Alex. in conſi. cxxvij. incip. quoniam abundè.
in iiij. vol. in fi. verſi. ſed ſolùm facient qualemqualem
præſumptionem, vt probat gloſſ. in d.l.fi. vbi in ſpecie
idē tenet Saly. & ante ipſum Guido de Suza. in tract.
de tormen. viij. col. ver. ſed quid. in fi. ver. idem Guido
in tract. malefi. ſub rub. qualiter reus ſubiici. in fi. j. co.
vbi plus ſubdit, quòd etiamſi perſona nominata à ta-
3 li ſocio, eſſet malæ conditionis & famæ, † ob talem ſo-
lam nominationem non poterit torqueri. Idem fir-
mat Auguſt. in addit. ad Angel. in verſic. fama publica
præcedente. viij. col. attamen in caſu, de quo agitur di
ctum ipſius Matthæi contra magiſtrum Leonardum
nihil probat, per doctrinam Batt. in l. repeti. §. fi. ff. de
quæſtio. vbi magiſtraliter dicit, quòd vbi delictum de
4 quo † quis inquiritur, non fit principaliter in odium
alterius, ſed propter cōmodum committentis, vt eſt
furtum, falſa moneta, & his ſimilia, tunc ſocius crimi-
nis deponens contra ſocium, ex quo non interroga-
tur de ſociis, facit indicium, licet ſit ſocius criminis.
Idem tenet Inn. in c.j. de confeſ. & conſuluit Alex. in
conſi. cxxvj. inci. viſa inquiſitione formata. vlti. colu.
in iiij. volum. Saly. & alij in dicta l. fin. ſed ſic eſt, quòd
in caſu præmiſſo delictum tendit principaliter ad of-
fenſam alterius, id eſt, ipſius ſocij criminis ergo nihil
probat contra ſocium prætenſum. Secundò, vt in the-
mathe enarratum eſt, liquet ex meritis defenſionum
præfatum Matthæum eſſe miſerrimum, ac publicum
concubinarium, perſiſtentem in concubinatu, & ſic
5 in peccato continuo mortali, † in quo quis perſiſtens
repellitur à teſtimonio: vt dicit Franciſ. Zaba. in c. te-
ſtimonium. de teſtib. ſubdens. c. præfatum procedere
in quolibet peccato mortali, cùm generaliter loqua-
tur. & ſubeſt ratio, quòd per peccatū mortale quis à
Deo excluditur; & ſic cùm ſit Deo infidelis, præſumi-
6 tur † quòd nec hominibus ſit fidelis. Ita ibidem dicit
Abb. Panor. quinimò dicit Alberic. de Malet. in tract.
de teſtib. in char. iiij. ſub rubric. quando teſtes repel-
lantur ratione criminis, vel infamiæ. circa princip.
7 quòd teſtis de crimine conuictus † ſeu confeſſus, repel
litur à teſtimonio, per tex. in dicto cap. teſtimonium.
& maximè in cauſa criminali; ex quo per illud cri-
men efficitur vilis. l. prima. C. vbi ſenat. vel clariſ. ita
Bald. in authen. ſi dicatur, circa finem. C. de teſtib. &
idem in l. cunctos populos. column. viij. C. de ſumma
trinitate, & fide catholica. & ibi etiam Iaſon in fine.
Accedit optimè probatio plena de mala vita, &
8 fama eiuſdem Matthæi, quæ pariter ipſum † etiam
ſocium



ſocium criminis non exiſtentem repellit. cap. licet. de
foro compet. c. ſuper eo. & cap. teſtimoniū. extra de
teſtib. Spe. in tit. de teſte. §.j. col. xxxv. ver. item quòd
eſt probatæ vitæ. & ſequitur do. Stepha. Aufr. in tract.
de probat. teſtium. in verſic. malæ vitæ. Alex. in con-
ſilio cl.iij. col. v. vol. & ſic ſi malæ vitę exiſtens ſeu in-
famis, à teſtimonio repellitur, multo magis repelli
debet, vbi eſt ſocius criminis. Tertiò nihil probat
eius dictum ex alio: nam iura diſponētia in certis ca-
ſibus eſſe ſtandum ſocio criminis, maximè in caſibus
exceptis, debent intelligi in ſocio criminis, aliàs non
9 infami ex alio delicto. † & hoc per no. doctrinā Ang.
in l. qui iudicio. ff. de accuſ. vbi dixit, quòd ſi ex forma
ſtatuti debet credi accuſatori damni dati, vel alterius
criminis, quòd ſi ipſe accuſator eſſet infamis infamia
facti, nō erit ei credendum. & ſubdit Ang. quòd cùm
hæc quæſtio occurriſſet de facto tēpore ſuo, quòd ita
fuit iudicatum. & idem ſequitur Ant. Corſe. Sicul. in
ſingu. ſuo. in verſic. integer. idem in propriis terminis
reperio conſuluiſſe Marſil. in ſuo conſil. lxxiiij. iiij.
col. j. vol. & plenius conſulendo dixit in conſilio meo
xxxv. ſuprà. Vnde cùm præfatus Matthæus confeſſus
fuerit venenaſſe vxorem præfatam, & vltra, ꝙ ipſam
veneno necauerat, id fecerat vt potuiſſet ducere præ-
fatam Violantem ſuam cōcubinam in vxorem, cum
qua in concubinatu exiſtebat, imò rectius in adulte-
rio: ſequitur quòd erat, & eſt infamis. qui regulariter
repellitur à teſtimonio, nedum in cauſa criminali,
10 † verùm etiam & ciuili ardua: vt dicit Bald. in cap. ad
noſtram. extra de probationibus. in princip. Barbat.
in cap. teſtimonium. v. col. de teſti. Alex. in conſil. xl.
incipiente, circa primum dubium. j. vol. & in conſil.
clxxx. incip. in cauſa Angelorum. & in conſil. iiij. in-
cipiente animaduerſi. ij. vol. Deci. in conſi. clxiij. in-
cipien. in cauſa. viij. col. Item quòd tanquam infamis
à teſtimonio repellatur. adparet: nam ex illo crimine
quis à teſtificando repellitur, ex quo ſi condemnare-
tur, incurreret infamiam. dicit Innoc. in cap. teſtimo-
11 nium. extrà de teſtibus. & † probat bene tex. in c. ſuper
eod. extra eod. titu. vbi pontifex reſpondendo quæ-
ſtioni propoſitæ dicit, quòd crimina obiecta teſtibus,
ipſos repellunt, ſi anteà non ſint conuicti vel cōfeſsi.
& idem ſequitur Abb. in dicto c. teſtimonium. Quar-
tò, nullius eſt momenti depoſitio eiuſdē Matthęi con-
tra præfatum Leonardum, ex quo annis proximè de-
curſis, dum rapuiſſet Matthæus ipſe quandam mulie-
rem in ciuitate Neapolit. eandémque adſportaſſet ad
ciuitatem Cauæ, & propriè ad domū ipſius Leonardi,
eodem Leonardo tunc abſente, & qui rediens domū,
& comperta muliere præfata, & habita dicti raptus
notitia, quàm primum reuelauit magni. Capitaneo
Cauenſi, qui ilico eundem Matthęum carceri manci-
pauit: nec aliter, & poſt multos dies ipſum excarce-
rare voluit, niſi prius habita cōpoſitione ducatorum
ſex ab eodem: & tandem ex præmiſsis ſentiens præ-
fatus Matthæus ſe grauiter offenſum, magnoperè cō-
queſtus eſt de ipſo magiſtro Leonardo, nō abſque plu
ribus verbis minatoriis, ex quibus deprehenſus fuit
eius inimicus capitalis, quo caſu nō potuit Matthæus
12 ipſe teſtificari, † aut deponere contra præfatum Leo-
nardum. l. teſtium in principio, ibi, vel inimicus. ff. de
teſtibus. & tenet Bartol. in l.j.§. cum quis. ff. de quæſt.
ita in particulari conſuluit Alexan. in ſocio criminis
13 inimico, quòd † non probet, in conſi. cxxvj. in iiij. vol.
quod conſilium exiſtens inter conſi. Alexand. eſt do-
mini Vincentij de palleotis. Illuſtr. docto. Bononien.
non modicæ authoritatis, & ibi ſubdit non poſſe in-
quiri contra quendam Ioan. vt ſocium criminis no-
minatum à quodam Thoma, cùm præfatus Thomas
eſſet inimicus capitalis præfati Ioan. ex quo præfatus
Ioan. eundem Thomā accuſauerat de furto ſibi facto
de certa quantitate ſæpi, & aliis rebus & ſic ſubdit
ſuccedere regulam, quòd teſtis qui non poterat exa-
14 minari, examinatus † non facit indicium. vt dicit Bar.
in l.j.§. diuus. & §. Antonius, ff. de quæſtionibus. Bar.
in l. maritus. in principio eodem titulo, Bald. in l. Im-
perator. la ſecunda. ff. de ſtatu hominum. Angel. in l.
inter ſtipulantem. vt in §. Stichum. in principio de
verbor. obligationibus. Luc. in conſil. ccclix. vij. col.
Quintò adduco nullatenus debere, nec poſſe in ali-
quo ſtari depoſitioni ipſius Matthæi, cōtra præfatum
Leonardum optimæ famæ, conditionis & vitę vt ple-
niſsimè probatum eſt, ex quo confeſsio ſocij criminis
contra hominem bonæ famæ non operabitur quic-
15 quam: † prout inquit in ſpecie Andr. de Iſer. in con-
ſtitutione regni: ſi damna. in quæſtione ipſa, quā pro-
lixius examinat, videlicet, an, & quando ſit ſtandū de
poſitioni ſocij criminis contra nominatū per ipſum?
& idem tenet Alexand. in l. repeti. §. is, qui. ff. de quæ-
ſtionibus. & aliquid per Fely. in capit. dilecti. extrà de
accuſationibus. Raph. in conſilio lxxj. incip. in cauſa
inquiſitionis. Decius in conſil. lxxv. incip. in cauſa
falſitatis. ij. colum. & conſil. clxxxix. incipien. lætatus
ſum. Sextò, dato abſque veri præiudicio, quòd depo
ſitio præfati Matthæi, & ſic ſocij criminis, faceret in-
dicium ad torturam contra præfatū Leornadum no-
minatum per ipſum, dico quòd vnum tamen eſſet in-
dicium, dum aliud non adpareat per informationem
captam contra ipſum Leornardū, vt audio, niſi dictum
ipſius prætenſi ſocij criminis, & vbi cōtra inquiſitum
extat vnum indicium ſufficiēs ad torturam. ſi tamen
probatur ipſum inquiſitum eſſe bonę famę, indicium
16 ipſum tollitur, † & eneruatur ob famam bonam, in-
tantum quòd torqueri non licet. dixit Bald. in l. finà.
in fin. vltim. colum. de probation. refert & ſequitur
Alexand. in l. fina. in apoſtil. ff. de quæſtion. Alexand.
in conſilio xc. viſo themate antè ſcripto. penult. col.
in iij. volumine. Catal. in ſuo tract. ſyndi. in verſiculo
cxlij. incipien. adde quia ſæpè. Cæpo. in ſuo conſil. xl.
incip. Lucius. Angel. in l. milites. C. de quæſtionib. De
cius in conſil. clxxxix. lætatus ſum. penult. colum. vbi
alleg. Bald. in l.j. in fin. C. loca. concludentem, quòd
17 † præſumptio delicti tollitur ex præſumptione bonæ
famæ. & plenè Marſi. in ſua pract. §. diligenter. nume-
ro 169. imò huiuſmodi vnicum indicium ad torturam
18 contra hominem bonæ famæ, extinguitur, † imò in
totum eliditur ob bonam famam probatā. ita etiam
conſuluit Marſi. in ſuo conſilio lxxiiij. iiij. col. j. vol.
vbi alleg. Bald. idem tenentem. & ibi Imol. in l. fin. ff.
de hæred. inſtit. Saly. in l. fin. vltima col. de quæſtion.
Auguſt. in addit. ad Angel. in ver. fama publica. in ad-
ditione magna incip. tu autem in hac materia adde.
Alexan. in conſil. v. in cauſa inquiſitionis. j. vol. Hinc
eſt quòd contra hominē bonæ famæ & vitæ non pro-
19 cedit inquiſitio, ſed † corruit, ſecūdum Raph. Cuma.
in conſilio cxxxv. incip. ad primum, ij. colum. alleg.
Bald. in dicta l. ea quidem. in antepen. col. C. de accu.
verſic. item quæro an infamatus. Septimò & vltimò

cùm ad dictum ſolius ſocij criminis adpareat inquiſi-
tio ipſa formata cōtra præfatum magiſtrum Leonar-
dum, inquiſitio ipſa non procedit, & ſic eius virtute
minime procedi poteſt, cùm ex iuris diſpoſitione ad
dictum ſolius participis criminis non poſſet inquiſi-
20 tio † formari, vt conſuluit Fulgo.in conſil.cxxxvj.in-
cipien.in cauſa criminationis.vlti. col. verſic. nouiſ-
ſime verò.& conſil.cvij.incip.ſuper eo.iiij.col.quem
refert & ſequitur Deci.in conſil. clxxxix. incip. læta-
tus ſum.v.colum.& idem in particulari ſequitur con-
ſulendo Marſi.in ſuo conſi.lxxviij.incipien.ſalus om-
nium.iiij.colum. quòd aſſertio ſocij criminis non fa-
21 ciat indicium ad inquiſitionem, † tenet etiam Fulg.
in conſilio cvij.ſuper eod.col. iij. quem ſequitur De-
cius in præfato conſil.clxxxix. Octauò & vltimò cor-
ruit inquiſitio præfata, cùm contra præfatum Leo-
nardum minimè præceſſerit aliqua diffamatio ſeu in-
famia prætenſi delicti, exiſtente maximè ipſo noto-
22 rio † optimę ac integrę famæ, vt oſtenſum eſt. vt habe-
tur in cap. qualiter & quando. el ſecundo. de accuſ. &
in capitu. j. & ij. eodem tit.in vj.ita Spe.in titu. de in-
quiſit.§.j.in principio.Bartol. in l. congruit. de offic.
Salyc.in l.quod promulgatis.C.de offic.præfect. vrb.
Raph.Cur.in conſil.cxxxv.incipien. quo ad primum.
in princip. quod intantum eſt verum, vt contra non
23 diffamatum non procedat inquiſitio: quòd † licet te-
ſtes producti ſuper huiuſmodi inquiſitione probaſ-
ſent crimen de quo inquiſitus ipſe nō fuerat diffama-
tus, tamen tales teſtes illi inquiſito non præiudicarēt,
nec ex eorum dictis condemnari poſſet inquiſitus. Ita
Specul.in titulo, de inquiſit.§.nunc videndum.iij.col.
in princip. quem ibi Bartol. ſequitur in addit. in vlti-
mo verſic.idem expreſsius ipſemet Specul.in eodem
titu.in §.nunc tractemus.xj.colum.§.nam ſi aliqua.&
ideò dixit Bald.in cap.j.de offic.ordi.quòd ſtante ſta-
tuto, quod poteſtas in criminalibus liberè poſsit in-
quirere, tamē ob hoc non poterit inquirere, non præ
24 cedente infamia. † Idem tenet Hoſtien. in capit. cum
oporteat.de accuſ. refert & ſequitur Iaſ. in l. milites.
C.de teſtam.mili.& ideo dixit Cardin.in clemen.pri-
ma.vj.colum.verſic.ix.quæro.de offic.ordi.quòd ſta-
tutum ſuperioris mandans quòd poſsit inquiri cōtra
25 non diffamatum, non tenet nec valet. † & ſubdit Iaſ.
in dicta l.milites. quòd licet Papa mādet inquiri con-
tra aliquos in genere, tamen hoc mandatum intelligi
debet fama præcedēte. & non aliter. Prætereà, ad ma-
gis elidendum confeſsionem Matthæi præfati contra
præfatum Leonardum nullatenus veram, nec veriſi-
milem, adducuntur infraſcripta. & primò eius boni-
tas, pietas, & religio, de qua plenè doctum eſt. Item
affinitas inter præfatum Leonardū & præfatam Nar-
dam venenatam, Item eius honeſtas & pudicitia, in-
tantum quod præfatus Leonardus eandem, vt affi-
nem ſummopere diligebat. Item nulla ſubſiſtit ratio-
nabilis nec colorata cauſa, ob quam Leonardus ipſe
eandem venenari conſuluiſſet, aut perſuadere voluiſ-
ſet: & ideo ſuccedit quòd pulchrè, & aureis literis ſcri-
bendum dixit Franc.de Aret. in cap. cum. p. manco-
26 nella.in vij.col.extrà de accuſ.quod † ad hoc vt creda-
tur ſocio criminis, vltra alia adminicula, & coniectu-
ras quæ concurrere debent, requiritur, quòd vel ex
numero teſtium, vel ex qualitate deponentium, vel
ex perſona eorum contra quos deponit, veriſimile ſit
ipſum non mentiri. ad quod alleg.tex.cap.fidei,§.fin.
de hæret.in vj.ſed in caſu præſenti, nec ex numero te-
ſtium, nec ex qualitate ipſius deponentis, nec ex per-
ſona præfati Magn.Leonardi eſt veriſimile præfatum
Matthęum non mentiri: nam ſolus eſt, & ſic non extat
numerus teſtium. Item eius conditio & qualitas miſe
ra, & infamiæ plena, probata per eiuſmet confeſsio-
nem, dum aſſerit decedente eius vxore Narda præra-
ta ducere in vxorem præfatam Violantem eius con-
cubinam, & ideo eius confeſsioni contra præfatum
Leonardum nullatenus credendum eſt, maximè dum
vltimo loco faſſus fuerit indebitè eundē Leonardum
inculpaſſe, & præ dolore torturæ ita contra ipſum
depoſuiſſe, quærēdo veniam à præfato Leonardo. Vn
de infertur ex præmiſsis quòd quādo inquiſitus habet
præſumptiones, ſeu indicia aliqua pro ſe, debilitantur
& eneruantur alia indicia, quæ cōtra eundem exiſte-
rent, intantum quòd illa quæ contra ipſum eſſent, ad
hoc vt præualere poſsint, & magis attendi deberent,
eſſe multò magis grauia & vrgentia, itaquod præpon
derent, dixit Barto.in l.j.§.ad quæſtionē. verſic.ſecun
do not. in verſic. nec facile. ff. de quæſtion. ſequitur
27 Mod.ſenen. † in tract.de indi.& tort.viij.char. col. xx.
Angel.in tract.malefic. in verſic. fama publica. v. col.
verſic.quid ſi teſtes.Roma.in conſi.clxvij.incip.Ant.
accuſatus j.col. Item pro complemento liquet ipſum
Matthæū deprehendi in mendacio non modico, dum
deponit Leonardum præfatum ſibi aſsignaſſe vene-
num Violante præſente, quæ Violans examinata ne-
gauit id fuiſſe in eius præſentia: verùm depoſuit id
fuiſſe ſibi relatum à præfato Matthæo: & ſic ſuccedit,
quòd talis depoſitio ipſius Matthęi remanet ſuſpectiſ-
ſima & inualida, cùm allegauerit cōteſtem interfuiſſe
in actu aſsignationis veneni, in quo conteſtis ipſe mi-
28 nimè interfuiſſe depoſuit. † Ita dixit pulchre Bald. in
cap.cùm cauſam quę inter archiepiſcopum.v. colum.
extrà de teſtib.per tex.in l.j.in fin.ff.quemadmo. teſt.
ape.& conſuluit Alexan.in conſil.xc.vltim. colum. in
iiij.volum. & ſic eo caſu nemini ex ipſis credendum
eſt, cùm quando vnus teſtis contradicit alteri, neutri
credi debet, vt not. Ioan. And. & magis communiter
doct.in cap.in noſtra.de teſtib.Fede. in conſilio cxlij.
incip.dominæ Griſſolæ. & idem conſuluit in propriis
terminis Alexand. in conſil. xxxiiij. vltima col. in iij.
volum.& in conſil.xliij. in iiij. volum. Ex quibus om-
nibus, & eorum ſingulis, concludo præfatum Magn.
Leonardum eſſe penitus tanquam obiecti criminis
innocentiſsimum, abſoluendum. Et ita iuris eſſe con-
ſulo ego.

Thomas Grammaticus V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Pœna delicti alleuiatur, & diminuitur ex diuturnitate temporis*
2 *Prouocatus occidens prouocantem, non poteſt condemnari vera pœna homicidij.*
3 *Prouocatus non punitur de toto facto, ſed exceſſu tantum.*
4 *Pœna mortis ſi venit imponenda pro aliquo delicto, ſeu corporis afflictiua: & ex aliqua cauſa ab ea receditur tunc non imponetur minor pœna corporalis: ſed conuertetur in pœnam pecuniariam, vel aliam, dummodo corpus non affligatur.*
5 *Prouocatus excuſatur de eo quod facit contra prouocantem.*
*Pœna vbi eſt arbitraria, eo caſu non grauior, ſed mitiori pœna eſt imponenda.*
7 *Iudex vbi habet arbitrium in pœnis imponendis, an & quando poteſt ſe extendere vſque ad pœnā mortis, & ibi vide pulchram diſtinctionem.*
8 *Pœna arbitraria ſeu extraordinaria non eſt pœna capitis: & vbi pœna venit imponēda arbitrio iudicis, nō debet imponi pœna ordinaria, ſed mitior.*
9 *Pœna vbi remittitur arbitrio iudicis, non ſe extendit ad mortem: ſed ad illam pœnā, quæ pro ſimilibus culpis imponi conſueuit.*
10 *Et vbi non adparet de conſuetudine, quid faciendum.*
11 *Pœna vbi eſt commiſſa arbitrio iudicis, debet iudex ipſe ſeruare æquitatem.*
12 *Pœna mortis vbi veniret imponenda pro homicidio, & ex aliqua cauſa minorari deberet, tūc talis pœna minorata non debet eſſe corporalis, ſed pecuniaria, vel alia quæ non ſit corporis afflictiua.*



## CONSILIVM XXXIX.

SVmmi rerum opificis ſuffragio petito, A-
men. In cauſa Andreæ Beſſe cum Regio
fiſco ſuper homicidio commiſſo per Pam-
philum eius ſocium in perſona quondam
Pauli Calabri, cum adſiſtentia ipſius Andreæ armati.
Conſtat enim Andræam ipſum, & Paulum ſocium
prouocatos fuiſſe ab eodem Calabro occiſo: dicendo
eis, dum adinuicē rixarentur verbis, vengate vengate
cha ve voglio ambidoi adoſſo, tāto ve eſtimo. & arrep
to enſe receſsit, qui Andræas & ſocij pariter receſſerūt
ſequendo iter ac veſtigia præfati Pauli Calabri prope
ipſum, & dum per prius applicuiſſet ſocius eiuſdem
Andræ ad Paulum Calabrum præfatum, cœperunt
armis euaginatis adinuicem digladiari, præfato An-
dræa ibidem armato exiſtente: nec aliter contra eun-
dem Paulum Calabrum admenante, ſeu percutiente,
prout vltra teſtes ipſemet Calaber in eius depoſitio-
ne antè quàm decederet vulneratus à præfato Paulo
ſocio Andręæ atteſtatus eſt: ob quod Andræas ipſe ca
ptus per magnam curiam vicariæ tandem condem-
natus extitit ad remigandum per ſeptennium in tri-
remibus Regiis, & introducta cauſa per remediū ap-
pellationis in S. Regio conſilio, dicebam malè fuiſſe
iudicatum per magnam curiam vicariæ ex infrà ſcri-
ptis. Et in primis præſuppono homicidiū ipſum cum
adſiſtentia præfati Andræ inquiſiti fuiſſe perpetra-
tum, ſunt anni elapſi octo, vt ex Calendario atteſta
tionum liquet. Ex quo tempore curſu, & diuturnita-
te ſuccedit pœnæ ipſius homicidij alleuiatio, etiam in
vero occiſore dixit Iuriſconſultus in l. ſi diuturno,
1 aliàs diutino. ff. de pœn. & loquitur † proprie in homi
cidio, vt dicit ibi glo. in verbo, reatu, id eſt homici-
dio. & quòd lapſus ſeu curſus tēporis inducat alleuia-
tionem pœnæ delicti, voluit in ſpecie in homicidio
dominus Abb.in cap.cùm haberet. de eo qui duxit in
matrimonium, quam poll.per adulterium. Secundò,
præſuppono præfatum Andræam fuiſſe prouocatum
à præfato Paulo occiſo: quo caſu dato abſq; veri præ-
iudic. quòd Andræas ipſe occidiſſet, reſpectu prouo-
2 cationis præfatæ non † poſſet condemnari vera pœna
homicidij, quoniam ignoſcendū eſt ei, qui prouoca-
tus deliquit. l. qui cum maior.§.ſi libertus.verſi.igno-
ſcendum eſt ei, qui prouocatus. ff. de bon. liber. & in
clemen.j.de homi, Ita per præfata voluit Specu.in tit.
de crimi.per modum excep.oppo.§.in primis. verſic.
ſed quare. Paul. de Caſtro in conſilio cxcij. incip. in
cauſa carceratorum. colum.vlt.vbi no. ſequitur Gan-
din.in tract.malefic.ſub rubr.de pœn.reor.xxiiij. col.
Old.in conſi.liiij.incipien.conſueuit.vlti.colum. & in
alio conſil.lxxj.incip.nunquid.& ideò voluit Abb. in
cap.dilecti filij.extrà de excep. & ibi Fely. in viij. col.
3 verſic.ſecunda declaratio.quod † prouocatus non pu-
nitur de toto facto, ſed pro exceſſu tantùm. Idem te-
nuit conſulendo Marſil. in ſuo conſil. cv.penul. col.&
Marſil.in ſua practica cau.crimi. in §. quoniam. xvij.
colum. verſic.item ſcias. nu. 95. & ſic ſi non in totum,
tamen minorabitur pœna. Idem voluit Abb.in cap.j.
de iniur.& in cap. cùm te. xj. col. de re iudi. & conſu-
luit Marſil.in conſil.xxv. numero 22. j. vol.v.col. qui
ſubdit in eadem col.nume. 18. quòd prouocatis ſem-
per iura fauent, per dicta Ioan. Andr.in c.ſignificaſti.
el ij.de homic.vlt. col. & per Gandi.in tract. malefic.
in rubr.de pœn.reo.iij. colū. Modò ego habeo quòd
quando pro delicto aliquo venit pœna mortis infe-
4 renda, ſeu corporis afflictiua, † & ex aliqua cauſa re-
ceditur à principali pœna capitali ipſius delicti, tunc
non imponetur minor pœna corporalis, ſed conuer-
tetur in pœnam pecuniariam, vel aliam, dummodo
corpus non affligatur. text. eſt in l. qui ædes. & in l.ſi
fortuito. ff. de incen. rui. naufr. vbi hoc bene proba-
tur.& voluit Bald. in l.data opera.ij. col. in fin C. qui
accu.non poſ. Et probat bene text. in l.ſi adulterium
cum inceſtu.§. imperatores ff. de adult. & in l.ſi quis
in graui.§.ſi tamen maritus.ff. ad ſille. refert & ſequi-
tur Marſil.in ſuprà alleg. practica, vbi ſuprà. & rectè
intuenti probat bene tex.in l.lex Iulia. §. fin.ff. ad leg.
Iul.repetun.quem pro not.alleg. Bal.in l.addictos.C.
de epiſco.audien. & in l.j.v. col.C. ne de ſtatu defun.
Angel.in tract.malefi.in verſic. præſente Caio, & ap-
pellante, ver.quid autem, ſi non obſtante.el j. Sed cùm
5 in caſu, de quo † agitur, tum ex diuturnitate & anti-
quitate delicti, tum ex prouocatione, cùm prouoca-
tus excuſetur de eo quod facit contra prouocantem:
vt per d.l.qui cùm maior.§.ſi libertus. ſuprà alleg.cō-
ſuluit Marſil. in conſil. lxvij. viij. colum.incipien. do-
minus Deus cæli Rex, veris exiſtentibus &c. primo
vol.& conſil. lxviij. num. 6. & conſil.lxxiij. vj. colum.
numero 56. tum etiam, quia Andręas ipſe non percuſ
ſit, nec vulnerauit, nec adminauit, nec adparet acceſ-
ſiſſe ex propoſito, ſeu animo occidendi, nullatenus
poſſet habere locum pœna mortis: nec naturalis nec
ciuilis, vt ſuprà & infrà: ſequitur ergo quòd ſuccedere
debet pœna arbitraria: cùm huiuſmodi pœna cōcur-
rentibus qualitatibus præfatis non reperiatur aliter
à iure determinata: & ideò ſuccedit quod dicit Bald.
in l.quicunque.vlti.col. C.de ſer.fugi.verſic.& ſciat, ꝙ
in arbitrariis. ꝙ vbi pœna eſt arbitraria, non grauior,
6 † ſed mitior pœna eſt imponenda per iudicem, cuius
arbitrio commiſſum eſt, alleg.no.per glo.in c.de cau-
ſis.in verſi.certe.de offic.deleg. Ita etiam not. Bald. in
l.j.in fi.ff.de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.& licet glo.re-
putata ſing.in §.in ſumma. inſt.de iniur. dixerit, quòd
vbi iudex habet arbitriū in pœnis imponendis, poſſet
7 ſe extendere vſque ad pœnā mortis: † nam illud pro-
cedit, vbi tales erant circunſtantię delicti, quòd pro eo
veniebat de iure communi, vel ex conſuetudine im-
ponēda pœna mortis: aliàs ſecus, per prętata: arg. eius
quod habetur in c.ſicut dignū.de homic. Ita dixit pul-
chrè Ioan.de Imo.in c.inquiſitionis.ſuper gl. in verſi.

alioquin.extrà de accuſ.dando intellectum ad glo.re-
putatam ſingul. in dicto §. in ſumma. & eſt de mente
Bal.in l.fin.in fin.ff.de rerum diui.& in l.j.in fin. C. de
his,qui latro.& in l.incredibile.C.de pœn.Ang.in l.ſi
à milite.§.edictum.ff.de teſt.mili.Et cõſuluit in ſpecie
Alex.in conſil.cxj.j.vol. vbi ſubdit, ꝙ ſecundum hoc
ſaluatur alia glo.in l.ſacrilegij.la.ij.in princ.in verſic.
conſiderandum.ff.ad leg.Iul.pecu.quæ ſentit,ꝙ pœna
extraordinaria ſeu arbitraria non ſit pœna capitis. &
8 voluit etiam Oldr.in l.j.per illum tex.ff.de fur.† & di-
cit glo.in dicto c.inquiſitionis.in præfato verſic. alio-
quin. quòd vbi pœna venit imponẽda arbitrio iudi-
cis non debet imponi pœna ordinaria, ſed mitior. &
tamen communis ſententia eſt, ꝙ debeat attẽdi qua-
litas delicti,& circunſtantiæ, ex quibus de iure com-
muni,vel de cõſuetudine certa pœna imponi poteſt,
vel debet.Ita refert Alex.in præfato conſil.cxj.vbi ſu
prà.& ſubdit idẽ tenere Lud.Rom.in rubr. ff. de arbi.
circa medium.fateor tamen ꝙ in caſu præſenti And.
ipſe non fuit abſque culpa, adſtãdo armatus in ſocie-
tate illius homicidæ, licet ad illius occiſi prouocatio-
nem: & ideò pro modo culpæ puniendus venit arbi-
trio iudicis extra ordinẽ,& non pœna capitali: prout
condemnatus fuit per magnam curiã per ſeptennium
ad remigandum:vt in l.hodie. ff. de pœn. & in l. cùm
autem.ff.de ædi.edi. & debet eo caſu iudex imponere
9 pœnam, quæ† pro ſimilibus culpis imponi conſueuit.
l.hodie.cum glo.fi.& ibi Bartol.ff.de pœn.& not. in l.
quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.& no.
Bar.in l.fin.de priua. delic. & vbi de cõſuetudine non
adparet, ſuo arbitrio hoc poſſet pro modo qualitatis
perſonarum,& culpæ.iuxta.l.nemo.C.de ſum.trinita.
& fide catho.& l.reſpiciendum.in princ.ff.de pœn. &
videmus interdum ꝙ pro homicidio culpa commiſſo,
10 cuius pœna eſt arbitraria, lex imponit † pœnam rele-
gationis in quinquẽnium:vt in l.lege Cornelia. §.j. ff.
de ſicar.bene poteſt iudex de ſimilibus ad ſimilia pro
cedere.l.non poſſunt.ff.de legi.ſed ſemper in mitiorẽ
partem declinandũ eſt; vt in l.ſi præſes. & in l. ſi de in-
terpretatione.ff.de pœn.cap.pen.de reg.iur. in vj. ita
formaliter ad literam conſuluit Alex.in conſil.lxv. ij.
vol.& ideò dixit Ioan.And.in c. j. de conſtit. ꝙ in his
quæ ſunt commiſſa arbitrio iudicis, debet iudex ipſe
11 ſeruare æquitatem.† Ita voluit Ioan.Andr.in d. cap. j.
de conſtit.refert & ſequitur Felyn.in cap. quoniã fre-
quenter. vt lite non conteſtata.in §.porro. ij. colum.
12 & † quãdo pro delicto veniret imponẽda pœna mor-
tis,veluti pro homicidio, & ex aliqua cauſa minorari
deberet pœna, quòd tunc talis pœna minorata non
debet eſſe corporalis,ſed pecuniaria,vel alia,quę non
ſit corporis afflictiua, tenet in particulari Marſil. per
multa iura in l.prima.§.diuus Adrianus. numero 29.
ff.ad legem Corne. de ſica.in v.columna.char. viij. &
idem Marſil.in leg.diuus Adrianus.ff. ad legem pom-
pe.de parri.ſecunda colum. Ex quibus concludo ma-
lè fuiſſe pronuntiatum per magnam curiam in con-
demnatione præfati Andrææ cõdemnati per ſepten-
nium ad remigandum:& tandem attenta eius perſo-
na, quia humilis conditionis, & alicuius famæ non in-
tegræ, fuit ex præmiſsis per ſacrum Regium conſi-
lium reformata ſententia præfata magnæ curiæ vica-
riæ, & abbreuiatum tempus ſeptennij, ad triennium
duntaxat.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellanus perdens caſtrum captũ ab hoſtibus nedum tenetur de dolo & lata culpa verum etiam de leuiſſima, maximè de cuſtodia caſtri mercedẽ conſequitur.*

2 *Caſtellanus tempore belli dum ſtat in caſtro gaudet priuilegijs militaribus.*

3 *Iuris ordine non ſeruato procedi poteſt cõtra inquiſitum ratione enormitatis criminis.*

4 *Iura tranſgredi licet propter enormitatem delicti.*

5 *Iudex in caſu arduo torquens inquiſitum ex proceſſu informatiuo eſt excuſatus.*

6 *Iura licet tranſgredi propter caſus terribiles.*

7 *Tortura poteſt inferri in proditionibus & tractatibus quæ fiunt ſecretè, ob probationis difficultatem.*

8 *Teſtes licet recipere parte non citata in cauſa aſſaſſinij, & probabunt.*

9 *Clericus committens atrox delictum, poteſt abſque aliqua degradatione puniri.*

10 *Indultus ſeu abolitio criminum conceſſa delinquentibus non extenditur ad delinquentes grauiorũ criminum.*

11 *Nobiles licet furcis non ſuſpendantur, tamen in proditionibus ſuſpenduntur.*

12 *Nomen turpe ſeu malum reddit hominem ſuſpectum & facit indicium iniquitatis.*

13 *Violentia præſumptio oritur ex confeſſione carcerati extorta ab ipſo, in qua fatetur delictum: quia præſumitur extorta.*

14 *Metus præſumitur durare, vbi durat eadem torquendi poteſtas in officiali.*

15 *Confeſſio emanata per torturam abſque legitimis indicijs, & ratificata, eſt valida, vbi non magna fuit tortura, & tortus non erat infirmus nec debilis.*

16 *Et ibi habes. quòd leuis tortura non eſt tortura.*

17 *Confeſſio per torturam non præcedentibus indicijs, licet ſit nulla, tamen quando fuit expreſſè perſeuerata, & non tacitè. tenet perſeueratio.*

18 *Confeſſio ſine cauſa eſt inefficax, tamen interueniente iuramento erit efficax.*

19 *Confeſſio extraiudicialis non præiudicat confitenti quò ad plenam probationem tamen interueniẽte iuramento erit valida, & præiudicabit confitenti.*

20 *Confeſſio extorta abſque indicijs. licet poſſit dici nulla, at tamen quando tam ante eam, quam poſt extraiudicialiter emanauit eadem confeſſio erit valida.*

21 *Torqueri poteſt teſtis, qui ſcit aliquod factum, & non vult reuelare, & hoc fieri poteſt abſque indicijs.*

22 *Metus omnis ac ſuſpitio ceſſant data præſentia iudicis, maximè ſuperioris. & ibi vide plenè.*

23 *Confeſſio ſecunda perſeuerata & ſpontanea poſt primam, purgat omne vitium extortionis in prima commiſſum per eum. in cuius fauorem fit confeſſio.*

24 *Confeſſus delictum, facit vt ſtetur eius confeſſioni. ſi perſeuerat, vbi præceſſerunt legitima indicia. & videtur perſeuerare eo ipſo quòd non reuocat, & ſi appellat, nõ dicitur perſeuerare. ſed tacitè reuocare & nu. 25.*

26 *Solennitas iuris non curatur, vbi cõſtat de veritate facti, in tantum quòd fit executio.*

27 *Executio facta perperam iudicis authoritate. non reuocatur ſi id quod eſt ſolutum, adparet fore debitum.*

28 *Confiteri nemo præſumitur contra ſe, & ſic ſeipſum odio proſequi. maximè vbi tractatur de pœna vltimi ſupplicij. & non eſt veriſimile. quòd etiam per torturam velit fateri delictum ex quo eſt innocens.*





29 *Confitentes in poſſe iudicis commiſiſſe delictum, non ſolent mentiri. ſcientes maximè tractari de periculo eorum vitæ.*

*Confeſſus ſi reuocat, & ratificauit non obſtante reuocatione prædicta, debet condemnari.*

*Confeſſio facta ſuper proceſſu nullo, eſt tanti vigoris, vt virtute cõfeſſionis ſequi poſſit condẽnatio. vide nu. 28.*

## CONSILIVM XL.

AEterni numinis Præſidio petito, Amen.
In cauſa Magni. Triſtani Doct. Hiſpani
Caſtellani caſtri inſulæ Brunduſij, aſtan-
tis ad fauces Turcarum per. lx. milliaria
duntaxat,cum ſociis eiuſdem caſtri, ſuper inquiſitio-
ne proditionis caſtri præfati & aliis, &c. Dum anno
proximo decurſo increuiſſet rumor bellorum inter
Regem Turcarum & noſtrum Cæſarem, & in eodem
caſtro degeret quidã ex ſociis ipſius,nomine Squarta
Senenſis pauperrimus,intantum ꝙ tempore, quo ve-
nit ad ſeruitia caſtri prædicti ſub mercede ducatorũ
duorum cum dimidio quolibet mẽſe, eius indumen-
ta & enſis non applicabant ad valorem precij carle-
norum ſeptem, vt plurimorum teſtimonio compro-
batur,& moram traxiſſet in caſtro prædicto interpel-
latis vicibus per bienniũ, vt ipſemet faſſus eſt in præ-
ſentiarum non habere penes ſe, niſi vnam ſeptimam.
Probatur ex multorum teſtium depoſitione mutuaſ-
ſe à paucis diebus retrò actis,multis & quampluribus
ex ſociis caſtri prædicti nonnullam pecuniæ quanti-
tatem, ꝙ ipſe expreſsè negauit,niſi duobus ex eis dun
taxat, & duos tantummodo carlenos: & tamen con-
uincitur quam multos & plures carlenos mutuaſſe,
nedum duobus ex ſociis prædictis, verum etiam, &
quinque nominatis per teſtes id aſſeuerantes. Secun-
dò, verificatur ꝙ exiſtens apud ianuam præfati caſtri,
qua magna pars ſociorum caſtri conuenire conſueue
rat, Squarta ipſe largè ac ſponte offerebat cum pecu-
nia in naſitergio, in eius manibus ſiſtente mutuare
pecunias cuicunque ex ſociis volentibus ab ipſo gra-
tis mutuò accipere,vſque quo percipiſſent eorum pa-
gam,pro eorum mercede ſeu ſalario, & hoc ſimiliter
à paucis diebus retrò, & præter eius conſuetudinem,
de quo ipſe interrogatus expreſsè negauit. Tertio, ꝙ
obiurgatus ex parte Magni. caſtellani ne id faceret,
ex quo dominus Caſtellanus vnicuiq; indigenti ſub-
ueniret ante tempus, id ægrè tulit, replicãdo hoc non
eſſe peccatum in ſpiritum ſanctũ: & quòd ex hoc non
deſiſteret mutuare. Quartò, ſimiliter contra eius ſo-
litum & conſuetum conuiuabat pluries ac diuerſis vi-
cibus multos ex ſociis prædictis in eius domo intus
ciuitatem Brunduſij, ac etiam eius vxores, comeden-
do aſsiduè gracillas & columbas, prout magnates &
nobiles cõſueuerũt:& prout ita in ſpecie teſtes quam
plures teſtati ſunt,& ſubdunt nõnulli ex eis, non mo-
dicum admirari de calidis & magnis ſumptibus præ-
dictis ſubſiſtente paupertate ipſius Squartæ, & modi
co ſalario prædicto: detinendo inſuper duas ex vxo-
ribus ſociorum prædictorũ propriis eius ſumptibus,
per plures dies in eius domo prædicta. Quintò, inua-
leſcente fama, quòd habebat pecunias, & viſis in eius
poſſe per vnum teſtem ducatis duodecim, & repertis
quoque in eius poſſe per cuſtodem ianuæ caſtri per-
quirentem quicquid deferunt exeunte à caſtro duca.
xvij. aut xviij. intus naſitergium. Sextò & vltimò, in-
ſurgente ſermone inter ſocios de fortitudine arcis
prædictæ, quam omnes inexpugnabilem aſſeuerabãt
Squarta ipſo in contrarium aſſerente expugnabilem
& facilis deditionis, ſeu capturæ, quibuſdam colora-
tis rationibus, vt ſubductos ſocios magis ad proditio
nem incaleſceret ac attraheret, peruentis præmiſsis
ad notitiam prædicti Magni. Triſtani, ſuper quibus
interrogans eundem Squartam, & omnia negantem,
ſicque mẽdax & conuictus in omnibus exiſtens, Ma-
gnifi. caſtellanus ipſe animaduertens, quòd caſtella-
nus perdens caſtrum, nedum tenetur de dolo & lata
1 culpa, verùm etiam de leuiſsima:per tex. † iuncta glo.
in l.qui mercedem.ff.loca. & maximè, dum de cuſto-
dia ipſius caſtri mercedem conſequitur. Ita per ipſum
text.in particulari tenet Marti. Laur. in ſuo tract. de
caſtella.in penul. verſic. incip. ſi caſtellanus noſcens,
etiam quòd tempore bellorum, dum ſtat in caſtro,
gaudet priuilegiis militaribus, cùm veriſimiliter non
habeat copiam teſtium & doctorum, vt conſulat: per
tex.in l.j.in verſic.vigiles.ff.de bonor.poſſeſ.ex teſta-
2 men.mili. † Et dixit idem Marti. in eod. tract. de ca-
ſtella.verſic.xxvij.& præuidens fortè, quòd propter
enormitatem criminis procedi poteſt contra inqui-
3 ſitum iuris ordine non ſeruato, ſecundum † Pari. de
pute.plenè in tract.ſyndi.char.lj.ij.colum.in fin.quod
etiam refert & ſequitur Hyppo.in ſua pract.cauſarum
crimi.in §.diligenter.in ix.cha.colum.xxxj.ver.item
propter enormitatem delicti. & cõſuluit idem Hyp-
po.in conſil.cxxvij. incip. ſuperioribus annis conſul-
4 tus.in iiij.colum.concurrente inſuper † quòd propter
enormitatem delicti liceat iura trãſgredi, vt dicit In-
noc.& alij in cap.j.de conſtitu.Bald.in l.quid ergo.§.
pœna grauior.ff.de iis,qui not.infam. in iiij. col. & in
cap.j.vj. col. qui feud. dare poſſ. & in pleriſque locis.
tum etiam, quia in caſu arduo officialis torquens in-
5 quiſitum † ex proceſſu informatiuo eſt excuſatus, vt
conſuluit Alexan.in conſil.lxv. in j. vol. & conſil. xlj.
in ij. volu. incip. habita ſuper contentis. & ideò dicit
6 Bald.in l.obſeruare.x.quæſt.ff.de offic.procunſu. † ꝙ
propter caſus terribiles licitum eſt iura tranſgredi,&
excuſabitur iudex in ſyndicatu,concurrente maximè
quia in proditionibus & tractatibus, qui fiunt ſecre-
tò, propter probationis difficultatem, poteſt deueniri
7 ad torturam ſine indiciis. † Ita adparet voluiſſe Bald.
in l.quicunque. C.de ſer.fugi.& ſequitur Franc.Brut.
Moder.ſenen.in tracta.de indi.& tortu.in viij.char. in
verſic.quintò principaliter quæritur.& maximè con-
currẽte,quia nedum tractabatur de proditione caſtri,
verum etiam de occidẽdo eundem Magnific. Caſtel-
lanum,& eius vxorẽ.& hoc mediante pecunia, prout
multi ex teſtibus depoſuerunt,quo caſu perpetratum
adparet crimen aſſaſsinij, in quo licet ad eius proba-
tionem recipere teſtes parte nõ citata, & probabunt.
8 † Ita voluit Archid in cap. vnico. de homicid. in vj. &
ibidem Gemi.in §.fin.refert & ſequitur Felyn.in cap.
quoniam frequenter.in princ. vt lite non cõteſt. pen.
colum.idem tenet Hoſt. Lap. & Philip. Franc. in præ-
dicto cap.vnico. & inſuper bene facit, quia enormia
delicta reperiuntur ab ordine & regulis iuris penitus
excluſa, ſicut dicimus in ſimili in clerico committen-
9 te atrox delictum, † quod poteſt abſque aliqua degra
datione puniri, vt dicit Ioan. Andr. in cap. cùm non
ab homine. extrà de iudi.& in dicto cap. pro humani.
quod eſt primum. de homic. in vj. Petrus de Anch. in

conſil.clvij.incip.ex narratis in facto. v. colu. & alibi
abolitio criminum conceſſa per ſtatutum delinquen-
tibus,non extenditur ad delinquentes grauiorum cri
10 minum,ſecundum Angel.†in diſputatione ſua, exor-
ta guerra.Lud.Rom.in l.ſi quis in graui.§.ij. quoque.
ff.ad Sylle. & alibi dixit pulchrè Bal. in c. cùm quidã.
11 extrà de iureiur.in fin.†quòd licet magnates & nobi-
les furcis non ſuſpendantur,attamen hoc locum non
habet,vbi committerent proditionem, prout in caſu
præſenti,quia cùm ſit enormiſsimũ delictum,ſuſpen-
duntur furcis,concurrente inſuper crimine aſſaſsinij:
in quo non requiritur plena probatio, ſed ſufficiunt
probabilia argumẽta: vt in ſpecie decidit ſummus Põ
tifex in dicto cap.pro humani.& plenè Par.de pute.in
tract.ſyndi.vbi ſuprà.Et ſic ex præmiſsis concurrente
12 etiam malo nomine ipſius Squartæ, †& turpe nomen
reddit hominem ſuſpectum, & facit indicium iniqui-
tatis.Ita refert Ioan.An.hoc dixiſſe ſororem ſuam in
c.cùm ſecundum.extrà de præben.& Maria. ſoci.in c.
cùm dilecta.extrà de exceſ.prælat.& plenè Fely.in c.j.
vij.colum.extrà de conſtit.idem ſequitur Franc.Brut.
Moder.ſenen.in ſuo tract.de indi.& tort.chart.xij. in
iij.colum.ſubdens ita voluiſſe Ioan.And.prout retulit
eius magiſter voce, in c.cùm in contemplatione. de
reg.iur.refert & ſequitur Marſi. in l.j.xvj.colum.ff.de
quæſt.licet pauca de præmiſsis alleget.idcirco Magn.
Caſtellanus ipſe eundem Squartam ligari fecit,& al-
tiari parumper, ob quod ſtatim proditionẽ ipſam pa
tefecit,& pariter ſecundo loco belmonte, & alter ex
ſociis prędictis,cuius vxor per multos & quamplures
dies in domo eiuſdẽ Squartæ paucis retro diebus mo-
rata fuerat,vt ipſemet Belmonte atteſtatur, ac etiam
pluries in domo prædicta comediſſe cum eodem, &
plus faſſus eſt,quòd in caſtro prædicto bis de nocte re
licto loco ſibi deputato pro cuſtodia,quod eſt prohi-
bitum relinquere,prout ipſemet fatetur,acceſsiſſe ad
locum deputatum eidem Squartæ ad faciendum ex-
cubias in caſtro prædicto, & cũ eo ſtetiſſe ad loquen-
dum per horas,ſuffragante inſuper depoſitione Ioan.
vxoris eiuſdem Belmonte, quæ ſola ſufficeret ad in-
ducendum indicium ad torturam contra prædictum
Belmonte. Fuit igitur & ipſe Belmonte ligatus & al-
tiatus parumper, & ſic integram proditionem & aſ-
ſaſsinium prædictum patefecit. & ſimiliter cæteri &
quamplures ex inquiſitis prædictis cõplicibus idem
abſque aliqua tortura atteſtati ſunt. Et licet in pręſen
tiarum, vt audio, eorum confeſsiones tanquàm nul-
las, & per torturam non præcedentibus indiciis ex-
tortas,reuocauerint, per ea quæ habentur plenè per
Bart.& alios in l. penul. de quæſt. cum vulga. per ra-
tionem,maximè, quia ex huiuſmodi confeſsione ita
extorta ab officiali, oritur præſumptio violentiæ in
13 officiali,†ſecundum Alex.de Imol. in apoſti. ad Bart.
ibi:& plenè Pari.de pute.in tracta.ſyndica.iij. colum.
14 char.ciiij. in verſic. datur regula. † Eſt & inſuper alia
ratio vrgentior:quia intelligitur metus durare, vbi-
cunque durat eadem torquendi poteſtas, ſecũdum In
noc.in cap.j.quod metus cauſa.& in c. cauſam matri-
monij.de offic.deleg.& voluit Catal.de vixo in tract.
ſyndi.in verſic.clv.incip.adde quod diximus in ſupe-
rioribus.& ſic cõcludit, quòd etiam perſeuerata non
tenet.nam huic pluribus modis arbitror reſponden-
dum.Et primò non eſſe verum ita ſimpliciter dicere,
quòd abſque indiciis illata fuerit tortura, vt patet ex
præmiſsis. ſed dato abſque veri præiudicio, quòd ita
fuerit,dico,quòd data eorũ ratificatione ſponte facta,
& perſeuerata confeſsione, etiam coram Magnific.
doctore & conſultore adſumpto, & qui propria ma-
nu ibidem in actu ratificationis ſe ſubſcripſit, tenet
eorum prædicta confeſsio. Ita ſecundum vnam opi-
nionem tenet Paul.de Leaza. in commen. cap. grauis.
15 extrà de depoſi.†& idem tenet Bald.in l.vnica.v. col.
C.de confeſ.& hæc opin. minimè reſpuẽda eſt in caſu
præſenti,in quo non magna fuit tortura, ſed modica.
& tortus non erat infirmus,nec debilis, quo caſu data
16 perſeuerantia,tenet & valet confeſsio. † Ita magiſtra
liter per optima iura voluit Par.de pute.in tract.ſynd.
in verſic.tortura.in capit.an ex ſola confeſsione. pro
quo optimè adduci poteſt, quia modicè tortus non
poteſt dici tortus, vt dicit Bald.in l. obſeruare. j. col.
C.quando prouoc. non eſt neceſ. & conſuluit Marſil.
in ſuo conſil.lxxx. in j. volum. incip. qui cuncta regit.
& in conſil.clij. eod. j. volum. incip. in præſenti caſu
inquiſitionis. iij. colum. & licet confeſsio per tortu-
ram non præcedẽtibus indiciis ſit nulla tamen ſi fuit
expreſsè perſeuerata,& non tacitè, tenet perſeuera-
17 tio,†vt dixit Par.in tract.ſyndi.in verſic. tortura. iiij.
char. in cap. & indiciis & inquiſitionibus. circa med.
& ad id, quod dicitur de modica tortura, addo Bart.
in tracta. de quæſtion. dum dixit, quòd leuis territio
nõ eſt tortura.idem refert & ſequitur Par.de pute.in
tract.ſyndi.in verſic.tortura.in cap.de repet. torturæ
ſcias.in iij. colu. verſic. nec tibi iſta tormenta videan-
tur.& idem Paris in verſic.ratificatio.in cap. ſequitur
modò.ij.colum.& allegat Bald.in l.ij.C. quorum ap-
pel.dicentem,quòd leuis tortura non eſt tortura,per
text.in l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edic. vbi text. de fe-
brula quæ non dicitur febris.& ibi Paris plenè, quòd
poteſt quis terreri,licet non poteſt torqueri.Et tantò
magis concedenda ſunt præmiſſa,cùm in perſeueran-
tia & ratificatione prædictorum inquiſitorum inter-
uenerit iuramentum, & licet aliàs confeſsio ſine cau-
ſa ſit inefficax, vt per glo.in l.prima.in fin. ff. de inter-
rogat.actio.per.l. cùm de indebito. ff. de probation.
18 tamen interueniente iuramento in ea, erit efficax † &
probabit.Ita ſingulariter tenet Rom.in cõſi. ccclxiij.
in caſu propoſito. circa mediũ. idem voluit Ioannes
Baptiſta de ſancto Seueri.in repet. l. admonendi. vij.
char. ff. de iureiuran. ſicut & pariter dicimus in con-
feſsione extraiudiciali, quæ non præiudicat confiten-
ti:vt in l. capite quinto. ff. de adult. dico, quo ad ple-
nam probationem, tamen ſi interuenerit iuramen-
19 tum:erit valida, † & præiudicabit confitenti. ita Bar-
tolus & Ang.in l.generaliter.vltima colum. C.de non
nume.pecu.& melius Bartol.in l.cùm quis decedens.
§.codicillis.ff.de legat.iij.in l.Aurelius.§.fina. ff. de li-
ber.lega.Antonius de Butr. & Baldus in capit. fin. de
ſucceſ.ab inteſt.cùm iuramentum validet actum aliàs
inualidum.capit.cùm contingat.extrà de iureiurand.
& in authentica ſacramenta puberum. & ibi commu-
niter doctor. C. ſi aduerſus vendi. cum infinitis ſimi-
libus.Item offerimus in promptu per plures teſtes ve
rificare,quòd tam ante eorum capturam, quàm poſt
inquiſiti ipſi extraiudicialiter,multoties confeſsi fue-
runt deliberatam proditionem inter eos, necnon &
aſſaſsinium prędictũ, quo etiam caſu in nihilum eiuſ-
dem ſuffragatur obiicere confeſsiones eorum fuiſſe
20 extortas abſque indiciis. † Ita colligitur ex glo.valde
not.



nota.in l. capite quinto. ff. de adulter. quam ad hoc
pro not.allegat Alexander in additio. ad Bartol. in l.
cum ſcimus. in vlti. additio. poſt princip. C. de agric.
& cenſi. libro xj. Ioannes de Imol. in cap.at ſi clerici.
de iudic.Fely.in cap.cùm olim. v.colum.de reſcrip.&
ſequitur Marſil.in l.eos.penultima colum.ff.ad legem
Cornel.de fal.& idem Marſil. in l. j. §. diuus Seuerus.
vlt.col.circa fi.ff.de quæſtio.& in l.j.§.quęſtioni.j.col.
& in l.penult.ix.col.verſi. vlterius teneas menti.eod.
titul. Et quatenus contra prædictos inquiſitos fuerit
proceſſum,tanquam contra principales,in ſe ſatis ad-
paret rectè proceſſum ex præmiſsis, tam contra tan-
quàm principales in ſeipſos,quàm vt teſtes in alios ad
ſciendum corrumpentes, & principales proditores,
ac ſubductores, pariter & legitimè proceſſum fuit ad
torturam,cùm eo caſu officialis poſsit teſtem ſcientẽ
21 † aliquod factum,& maximè arduum,& nolentem re-
uelare, poterit abſque indiciis torquere: dummodo
vilis ſit: vt inquit pulchrè & in particulari Bald. in l.
milites.poſt med.C.de quæſtionib. & idem Bald.in l.
22 iij.C.ad l. Iul. de adulte. †Sed nunc dato abſque veri
præiudicio, quòd acta & proceſſus magni. Triſtani
eſſent nulla, ac nullius roboris & momenti, aduerten-
dum eſt, quòd cauſa ipſa,& eius cognitio fuit penitus
abdicata à cognitione & poſſe ipſius magnifici Triſta
ni,vnà cùm perſonis carceratorum,& hoc per literas
Illuſtriſ.ac Reueren. quondam Cardinalis Columnæ
Locumtenentis generalis: tandem amotis inquiſitis
ipſis à caſtro præfato inſulæ Brunduſij, in quo carce-
rati degebant,& ſic à poſſe & fortia ipſius Magni. Tri
ſtani, & ductis ac portatis à longe per miliaria.xl.ad
caſtrũ Carpignani per Magnifi.& Reueren. commen
datorem Vrias principalem Caſtellanum arcis prædi
ctæ, & cui vltra eius ordinariam iuriſdictionem, fuit
cognitio cauſæ præfatæ ſimiliter commiſſa, & ſpecia-
liter per prædictum Illuſtriſ. Locumtenentẽ generalẽ
ex certa ſcientia, & ſub certa forma, videlicet vt cum
conſilio ſeu interuentu auditoris ſtatus Sereniſ. Regi-
næ Appoloniæ procederet in cauſa ipſa. Et ſic repeti
tis iterum ac examinatis inquiſitis præfatis in caſtro
Carpignani per prædictos commiſſarios commenda
torem Vrias,& auditorem reginalem prædictos, ple-
niſsimè vt audio proditionem præmiſſam & aſſaſsi-
nium confeſsi ſunt,ita ſpontè & voluntariè in eorum
confeſsionibus perſeuerando,etiam ij qui torti mini-
23 mè fuerunt per ipſum Triſtanũ. vnde reſultat, † quòd
hæc ſecunda confeſsio perſeuerata, & ſpontanea poſt
primã purgat omne vitium extorſionis in prima com
miſſum per eum,in cuius fauorẽ fit cõfeſsio.ita voluit
Ludo.Roma.in conſ.cccclxxxj.vbi etiam ſubdit idem
eſſe, quando eſſet iurata:prout dicit etiam Par.de Put.
in tract.ſyndi.in verſi.tortura.in cap.ſequitur quęſtio
quotidiana. in princi. ſecundæ col. & propterea dixit
Bal. in l.vnica. C.de confeſ.ꝙ ſi præceſſerunt ligitima
indicia & argumenta,quòd ſtatur confeſsioni, præſer
tim ſi perſeuerat. ſi tamen non præceſſerunt, ſed fue-
runt leuia,non facientia præſumptionem, non ſtetur
confeſsioni,niſi in ipſa perſeueret,per gl. in d.l.vnica.
24 de cõfeſ.& in l.j.§.diuus.† de quæſtioni.quia videtur
perſeuerare eo ipſo, quòd non reuocat, quia iſte non
eſt iuſtus metus, eò quòd hoc operatur authoritas iu
25 dicis propter executionẽ iuſtitiæ:per l.iij. † quod me.
cauſa.dicẽs,ꝙ ſi appellat,non dicitur perſeuerare, ſed
tacitè reuocare:per not. in l.creditor. §.iuſſus. de ap-
pel.ita ad literam dicit Par. de Put. in d.verſi. tortura
grauior eſt.x. char. in c. ſequitur quæſtio quotidiana.
iij.col.vnde fruſtra in pręſentiarum obiicitur de prę-
tenſa violentia, & eundem metum durare ceſſante ac
deficiẽte poteſtate eiuſdem Magni.Triſtani, qui aſſe-
rebatur metum ipſum intuliſſe. cùm ob præſentiã iu-
dicis, imò iudicium ſuperiorum per prędictũ Illuſtriſ.
dominum Locumtenẽtem generalem deputatorum,
omnis metus ac ſuſpicio ceſſare adpareat,ac exhauſta
eſt.dicit Bar.in l.frater à fratre. verſic.iij.quæro quid
de cõtractu emptionis.ff.de condi.inde. Ang.& Imo.
in l.j.§.fuit quæſitum.ff.ad trebel.Iaſ.de may.in l.trãſ-
actionem.la ij.C. de tranſact.j.col. & ideò inquit Bal.
in l.pacta nouiſsima.C.de pact.quòd omnis metus &
dolus præſumitur ceſſare, quando interuenit præſen-
tia iudicis.idem refert & ſequitur Petr.Gerar.de petr.
ſancta,in ſuo ſingu.lvij.incip.qualiter tutores.& bene
facit, quia dicitur contractus bona fide fieri, quando
fit in præſentia iudicis.vt dicit Bart.in d.l.frater à fra
tre.ſequitur Imol. in l.j. §. fuit quæſitum.ff. ad trebel.
iiij.col.& idem voluit Paris de Put.in tracta. ſyndi. in
verſi.iuſtitia.in c.iudex.in iiij. col.in verſic.iudex præ
ſumitur.minimè de præallegatis deciſionibus faciens
mentionem. & ibi ſubdit, ꝙ iudex præſumitur iuſtè
facere, quæ facit c.bonæ memoriæ. de elec. Bald. in l.
generaliter. C.de epiſ.& cler.& not.in c.in præſentia.
de renun. quod dicit eſſe verum in iis quæ fiunt in iu-
diciis:ſecus in iis, quæ extra iudicium: vt not. Bal.in l.
ſancimus. C.de iud.& not.in cap. fin. de eo qui furtim
ordi.ſuſcep.& ideò vbi authoritas iudicis interuenit,
præſumitur omnis metus& dolus abeſſe.l.ſiquis.C.de
prædi.curi.li.xj.& l.fi. C. quod met.cauſa. & ſic ſucce-
dit,quòd ſi perperam torti fuiſſent,quod minimè con
ceditur,extante eorum confeſsione, & imò potius ra
tificatione vltimo loco facta,quatenus in præſentiarũ
reuocaſſent, non obſtante eiuſmodi reuocatione, de-
bent condemnari: cùm in confeſſos nullæ ſint partes
iudicis,niſi in condẽnando.l.proinde.ff.ad leg. Aquil.
l.ſi confeſſus.ff.de cuſt.reo. l.qui ſententiã. C.de pœn.
26 † Et præmiſſa tantò fortius locũ habere debent, cùm
licet ex aduerſo aſſeratur præceſsiſſe torturam illegi-
timam, attamen inficiari non poteſt in veritate ipſos
inquiſitos non eſſe culpabiles, prout ipſimet ceſſante
metu,& fortia præfati Triſtani in actis prædicti reue-
rendiſ. Vrias,& auditoris reginalis regiorum delega-
torum,confeſsi ſunt, & ſic poſtquam verè ſe culpabi-
les faſsi fuerunt proditionem ipſam commiſiſſe, po-
terat contra eos procedi non ſeruatis iuris ſolennita-
tibus.argum.text.no.& quæ ibi habentur in l.fi.§.fi.ff.
quod metus cauſa. vbi adparet quod tenet executio
contra debitorem, etiam ſi in ea non ſint ſeruatæ iu-
27 ris ſolennitates, † quando in veritate ille, contra
quem eſt facta executio,erat vere debitor.nam in cau
ſis criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium. l. ab-
ſentem. ff. de pœn.ſed quando in cauſa ciuili conſtat
de veritate rei, non curantur ſolennitates, nec cura-
tur ordo iuris, ſed fit executio,non obſtante illorum
prætermiſsione, per textum, in dicta l. finali. quod
metus cauſa. ita & eodem modo in caſu præmiſſo,
poſtquam conſtat de veritate delicti prædicti, non
attentis ſolennitatibus iuris, poterunt ipſi confeſsi
capitaliter condemnari, & alij, contra quos indicia
imò probationes vrgent torqueri, vt fateãtur. Quod
etiam confirmatur author. Petri de Ancharano. in

conſi.xxix.incip. videtur prima facie. dum per ipſum
text.in dicta l.fi.dicit, quod executio facta iudicis au-
thoritate perperā interpoſita, non reuocatur, ſi illud
quod eſt ſolutū, adpareat fore debitum. videtur enim
iuſtius, quod factum eſt per iudicem, licet perperam,
firmum cōfirmari, quàm nouo iudicio inſtituto illud
idem conſequi: vt in c.Abbate ſanè.de re iudica.in vj.
Nam & iudex appellationis confirmat ſententiam
nullam, ſi ipſam ex nouis probationibus reperit con-
firmandam: vt not.Barto.in l.ſi expreſsim ff de appel.
Innocen.in cap.dilecto. extrà eod. tit. & tantò magis
procedunt præallegata, cùm ſatis dici poſsit eſſe pro-
batum de proditione prædicta quam inquiſiti ipſi cō
feſsi ſunt commiſiſſe. Et verificatum fuit ex pluribus
ſociis criminis prædicti, & indiciis vrgentibus, & ma
ximè, cùm nemo præſumatur ſeipſum odio habere,
& ſeipſum indebitè inculpare: maximè vbi tractatur
28 de pœna† vltimi ſupplicij: imò vnuſquiſque quantum
poteſt, nititur aufugere pœnam mortis: & quis vellet
potius omnia mala pati, quàm mori, quoniam omniū
terribilium terribiliſsimum eſt mors, pro quo facit
in argumen.illud, vt corpus redimas, ferrum patiaris
& ignes. & experientia rerum magiſtra, hoc docet.
Item nec eſt veriſimile, quòd quis etiam vigore tor-
turæ dicere velit ſe commiſiſſe delictum, de quo ſit
innocens. & ſi contingat aliquando id confiteri, ta-
men in ratificatione poſteà ad bancum iuris, reuocat
illam confeſsionem, melius cognoſcens quòd tracta-
tur de periculo vitæ ſuæ: ideò non perſiſtit in ea, imò
vult potius iterum torqueri, & in tortura aliquantulū
29 pēdere & ſtare, quàm in furcis cōtinuo pendere. † Et
tantò magis quia confitentes in poſſe iudicis ſe com-
miſiſſe delictum, non cōſueuerunt mentiri, ſeu men-
dacium proferre, ſcientes tractari de periculo eorum
vitę, ſed à communiter accidentibus tales confitentes
ſe deliquiſſe, dicunt veritatem, & ſi vnus reperiatur,
qui in tali caſu dicat mendacium, mille alij reperien-
tur dicere veritatem: vt experientia docet, quæ eſt re-
rum magiſtra. vt in c. quàm ſit.& ibi gloſſ. de elect.in
vj.& in cap.cupientes.in princip.eod.titu. Sed locus à
communiter accidentibus facit indicium indubita-
tum, ſecundum Bald.in additio. Spec. in tit.de ſenten.
& his quæ ipſam ſequun.in antepenult.colum.verſic.
incip. ad mortem. ergo ita in caſu noſtro ex tali con-
feſsione reorum, ex quo oritur indicium indubitatū,
poterunt prædicti condemnari. vt tenet Specu. in tit.
de probatio.§.videndum.verſic.xiij.& ibi clarius Io.
Andr.Bartol.in l.ſecunda.ff.de fur.Salyce. in l.fina.C.
de proba.Ange.de Are.in tract.malefi. in verſic.com
parent dicti inquiſiti, & negant totum. tertia colum.
ita plenè ad literam & magiſtraliter prædicta refe-
rendo tenet Marſi. magnus ætate noſtra criminaliſta,
in ſua prac. cauſar. crimin.§.j.ij.quæſtio.in vij.& viij.
colum. Et ideò cùm inquiſiti ipſi iudicialiter confeſsi
ſint, ratificando etiam quòd alias depoſuerunt, & co-
ràm prædictis Magnific.regiis delegatis, licet in præ-
ſentiarum redierint ad negationem, non debent am-
plius torqueri, cùm tortura ipſa ob negationem tunc
demum locum haberet, ſi extraiudicialiter confeſsi
fuiſſent: vt dicit gl.& ibi Bart.in l. capite quinto. ff. de
adulter. quam ſequitur Ange.in tracta.malefi.in verſi.
fama publica. verſic. quæro, an vnum indicium. Paul.
de Caſtr.in conſil.cxcvij.incip. viſà inquiſitione. poſt
principium. Petr.de Ancha in conſi.clxxxvij.incip.ex
prædictis. Alexan.conſi.clxxx.incip.in cauſa Angelo-
rum in fi.j.col.ij.volu. Fely.in c.de hoc.de ſimon. Bal.
& Ang.in l.vnica.C.de cōfeſ. imò & plus etiam, quòd
talis confeſsio iudicialis facta coram prædictis Ma-
gnific.delegatis, ſi fuiſſet facta ſuper proceſſu nullo,
30 eſt tanti vigoris & roboris, † quòd debet ſequi con-
demnatio, per doctrin. ſingul. Innocen. in cap. quali-
ter & quando.el ſecundò, extrà de accuſ.& idem Inn.
in cap. per inquiſitioné. extrà. de elec. Abb antiquus
in cap.Piſanis.extrà de reſtitutio. ſpoliator. Bald.in l.
edita.v colum.C.de eden.verſi.ſed pone, quòd reus.
& in l. j. circa fin. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.
& hoc dictum Innocent. magnificauit Angel.in l. j.ff.
de confeſsio.& ſic ſecunda confeſsio perſeuerata, &
ſpontanea poſt primam purgat omne vitium extor-
tionis, quod forte fuiſſet in prima commiſſum per
eum, in cuius fauorem fit confeſsio: vt conſuluit Lud.
in conſ.ccccclxxxj. ſuprà allega. & Paris in dicto verſi.
tortura. in c. ſequitur quæſtio quotidiana. Ex quibus
concludo prædi. Magnific. Triſtanum eſſe penitus ab-
ſoluendum: & facta relatione Illuſtriſsi. Proregi per
Excellentiſ. dominos Regentes, necnon & per ma-
gnam curiam vicariæ, fuit liberatus.

Thomas Grammaticus V.I.Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Furtum probatur ex coniecturis.*
2 *Furtum ex quibus probationibus adparere poſſit fuiſſe commiſſum. & nu.3.*
4 *Furtum, ex quo fit in occulto, ideò ad ipſius probationē admititur probatio per coniecturas.*
5 *Obliuio cadit in teſte per annos duos*
6 *Teſtes ſi dicunt ſe non bene recordari de tempore, quicquid circa tempus dicunt, adparet quòd dubitatiuè dicunt & non affirmatiuè. & nu.7.*
8 *Obliuiſci de præterito quis de facili poteſt, etiam de ijs, quæ ipſe facit.*
9 *Teſtium dicta ſunt improprianda, ad euitandum falſitatem.*
10 *In falſit. tibus ſemper fieri debet interpretatio, vt falſum excludatur.*
11 *Falſitatis probatio debet de neceſſitate concludere, & in ea requiritur magis ſtricta & cōcludēs probatio, quàm in cæteris criminalibus.*
12 *Teſtes ſufficit eſſe concordes in eo in quo conſiſtit ſubſtantia negotij principalis, de quo litigatur, licet in alijs diſcordes. Nec ex hoc poſſunt cenſeri varij, aut reprobati. & nume 13.*
14 *Teſtes in præmiſſo caſu ita deponēdo faciunt quòd eorum teſtimonium reddatur credibilius. quia non videntur eodem præmeditato ſermone depoſuiſſe.*
15 *In teſtibus contrarietas etiam in ſubſtantia negotij dummodo ſit modica nō facit eos reputari varios ſeu falſos.*
16 *Commiſſio de examinandis teſtibus, fit de neceſſitate, quādo teſtes nō ſunt de iuriſdictione illius iudicis, coram quo cauſa ventilatur. & nume.18.*
17 *Teſtes in cauſa ardua ſunt examinandi per iudicem, qui eo caſu non debet cauſam committere, ſed mandare teſtibus, quibus præcipere poteſt, vt ad ſe veniant, ſi habet ipſos ſuſpectos.*
18 *Teſtes ſi ſunt in alia prouincia, eſt in arbitrio iudicis, ſi viderit iuſtam cauſam ſubeſſe committere audientiā teſtiū in cauſa criminali, nam vbi teſtes illius loci, in quo degunt, conſueuerunt de facili deierare, & iudex ipſorum de ipſis iuſtitiā nō facit, eo caſu bonus iudex non committet: ſed interloquetur teſtes corā eo venire. & nu.19.*



CONSILIVM XLI.

MAgni redēptoris auxilio poſtulato. Amen
In cauſa nobilis Iuſtinæ Brunæ de ciuitate
Caietę, cum Hieronymo Zancagliono de
ciuitate Auerſæ, recedente exercitu Cæſa
reo ab vrbe Romæ verſus Regnum, in vltimo incurſu
& inuaſione Gallorum, & dum ciuitates & loci con-
uicini, per quos exercitus ipſe pertranſire debebat,
pertimuiſſent deprædationes bonorum, ne à tranſ-
euntibus ſtipendiariis deprædarentur, prout paulò
antè Romæ fecerunt, intercelauerunt eorum bona in
locis ſecretis, ac penetralibus domorum, & ſignan-
ter prædicta Iuſtina perſiſtens in terra paleſtrini, eius
bona, ſuppellectilia & mobilia valoris ducatorū duo-
rum mille, recondidit in quadam Grieta ſuæ domus,
in qua hoſpitatus prædictus Hierony. die ſequenti cū
octo mulis oneratis, ab inde receſsit. & reperta ſta-
tim Ianua dictæ Grietæ diruta per eandem Iuſtinam,
& bonis arreptis, conqueri & acclamare cœpit aduer-
ſus eundem Hieronymum, qui tandem nondum in
tempore ius reddendi receſsit, ſicque de furto præfa-
to aduerſus eundem Hierony. ſtatim publica vox &
fama inſurrexit: vnde hæſitatur, an ex præmiſsis furtū
ipſum probatum fuiſſe dici poſsit? & nulli dubium
quòd ſic: cùm furtum ex coniecturis probari iura ſan
1 xerunt, ſecundum † Barto.in l.ſi quis ex argentariis.§.
an verò.ff.de eden.per text.in l.non omnis.§.à Barba
ris.ff. de re milita. & dicit quòd ita not. docto. in l. ſi
creditor.C.de pigno.actio.& ſubdit in d.§.an verò quod
tales præſumptiones dicuntur manifeſtæ, licet ex con
2 iecturis † peruenire adpareant, arg.l.licet.ibi, euidens.
ff.de legatis ſecundo. & l.ſi quis locuples. ibi, manife-
ſta.ff.de manu.teſta. refert idem & ſequitur conſulen-
do Alexand.in conſil.in l.incipien. viſis & opportunè
conſideratis.v.col.j.volu. & in d.l. ſi quis ex argenta-
riis.§.prætor ait, vlti. colum. vbi etiam ad hoc allegat
Barto.in l.ſi quando.C.vnde vi, Specu in tit.de fur. in
fin.& in titu.de pigno.§.j.verſi.& not.Bald. in ſub.C.
depoſit.& in l.j.& in l.certi.C.loca. & conſuluit idem
Alex.in conſil.cxlvj.incip.viſo themate. in vj. volu.&
plenè idem Alexan.in conſil.liiij.in ij.vol. Et quòd ad
paret furtum ipſum fuiſſe commiſſum, deponunt in
ſpecie teſtes ipſi de viſu, id eſt, quòd ibi fuerunt impo
ſita bona, & demum reperer[unt] locum prædictum
euacuatum bonis, & fractum ac diſcaſsiatum, & mu-
los octo oneratos, quorum duos duntaxat attulerat,
quando venerat die præcedenti: & mulierem ipſam
3 acclamantem † ac conquerentem. Ex quibus liquet
furtum eſſe commiſſum.l.j.§. item illud ſciendum. ff.
ad ſille.& quod voluit Bart.in l.ſi.j. colum.ff.de quæſt.
Bald.in authē.ſed nouo iure.ver.ſed pone, quod quis
confitetur.C.de ſeru.fugi. ſed in dicto caſu cōcurrunt
plures coniecturæ quòd furtum prædictum commiſ-
ſum fuerit. nam ſtatim quòd dicta Iuſtina vidit locum
illum Grietæ apertum, & diſcaſiatum, & bona quæ
ibidem impoſuerat, non exiſtere, ſed erepta fuiſſe,
clamoroſis vocibus cōqueſta eſt, prout teſtes omnes
affirmare adparet: ergo reſultat vna efficax coniectu-
ra furti prædicti commiſsi, per quam probatur de
furto prædicto, vt dixit Barto.& alij vbi ſuprà. alia ve-
ro coniectura erit bonitas & legalitas, ac honeſta vita
præteriti temporis, & præſentis præfatæ mag. Iuſtinę
coniugis Magni.V.I.D. Theodori de Gualderonibus
non ſolita mentiri, vt examplificat in coniecturis ad
verificandum furtum fuiſſe commiſſum, do. Alexan.
de Imo.in prædicto.conſi.liij.incipien. viſo themate.
ſecundo volum.& ſequitur Marſil. in ſua pract. cauſa-
rum crimi.in j.chart.eiuſdem.in ver. primum. iij.col.
de qua vita, & honeſtate ac bonitate in promptu ve-
rificare offerimus. & ex quo adhuc non fuit nobis da-
tus examinator ad inſtantiam fiſci, prout pluries pe-
titum fuit, ſed potius quotidie recepti teſtes ad defen-
ſam antequam repeterentur teſtes fiſci, nec quod alij
vltra examinatos in informatione reciperentur ad
offenſam, licet pluries oblatum fuiſſet: ideò plenius
probatum non fuit aliter de furto prædicto. nam fur-
ta communiter clam & occultè committuntur, vt
notorium eſt: ſed vbi tractatur de probando clande-
ſtina & occulta, & illa, quæ ſunt difficilis probatio-
nis, vt eſt furtum, admittitur probatio per coniectu-
ras. † vt habetur in c.veniens ij.de teſti. & voluit Bart.
in l.in illa ſtipulatione, ſi Calendis. ff. de verbo.oblig. 4
& in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori. ff.de no.oper.
nunt.Feder. in conſilio cxix. incip. nulli dubium. Iaſ.
latè in l.cùm ea.ij.colum.C.de tranſ. Alexan.in conſi.
liij. incipien. viſo themate. in ij.volu. Nuper verò
ad diuertendum probationès querulantis, & vt teſtes
metu diſtrahantur à teſtificando veritatem facti, fuit
oblata petitio ex aduerſo, & antequā teſtes prædicti
fuiſſent examinati, in qua continebatur teſtes ipſos
falſarios & ignotos, & ideò compellendos ad præ-
ſtandum fideiuſſoriam cautionem, aut carcerandos.
& hoc, quia cùm ſint exteri à regno, fideiuſſores mi-
nimè in eo veriſimiliter reperire potuiſſent: quo caſu
cùm veriſimiliter fideiuſſores præſtare non valerent,
ſub iuratoria cautione remitti debuiſſent, prout in
ſpecie tenet Hoſtien.in ſua ſumma de teſti. in §.quan-
do ſunt producendi.in fi.verbis.& tamen eos enormi-
ter grauando, fuerunt certo temporis ſpacio in regia
camera perſonaliter detenti, vt fideiuſſoriam cautio-
nem præſtarent, aliàs comminati quod carcerarentur, &
ſic ex mera bonitate Reueren. nuntij apoſtolici qui
non permittentis vaſallos ipſos Romanæ eccleſiæ ve-
xari eandem cautionem præſtari fecit, ex qua nō mo
dicum grauati dici poſſunt. per doct. Hoſtien. de qua
ſuprà, imò quod deterius eſt poſt ipſorū examinatio-
nem fuerunt maxima cum ſolertia repetiti ad examē
& exhibito Hiero. prædicto cum quampluribus aliis
ſigillatim, vnus poſt alium, eoſdem teſtes in præſentia
vniuſcuiuſque exhibiti interrogādo, ſi cognoſcūt eun
dem Hiero. & ſi Hierony. erat vnus, ſeu alter ex illis
exhibitis eiſdem teſtibus, reſponderunt eundem Hie
ronymū non cognoſcere, ſi eſſet alter ex prædictis, &
aliquis ex eis dubitatiuè vnus teſtis ex ipſis aſſerebat
forte eſſe ipſum Hierony. ex quo ſunt quinque anni
elapſi, quòd ipſum non viderat, niſi tunc tempore fur
ti prædicti, & ſemel eo die tantum, quem Hierony.
minimè cognoſcere potuiſſent tum ex prædictis, tum
quia à duobus annis retro habuit vulnus magnum
in facie. Ex quo adparet longa cicatrix ab oculo in-
cipiēdo, vſque ad mētum, adeò quòd reddit ſibi ocu-
lum & faciem deformē: quod quidem tempore furti
prædicti nō habebat, nec multo poſt: & ſic huiuſmodi
ſumpta

ſumpta occaſione regia camera habuit teſtes ipſosde
falſo ſuſpectos, & ab eis fideiuſſoriam cautionem exe
git, quod quidem mihi durum viſum fuit, & à iuris
tramite deuiare, cùm non receptis teſtibus fiſci, quam
multi ac quãplures producendi ſunt, & oblati, vt exa-
minarẽtur, ita fiſco & eius iuribus deferatur, vt teſtes
ad defenſam contra fiſcum producti Sinodales repu-
tentur, & aduerſus teſtes fiſci falſitatis macula impin-
gatur ex præmiſsis, cùm non affirment eundem Hie-
rony. cognoſcere in præſentiarũ poſt annos quinque:
certè non video, nec conſiderare poſſum, cur tanti le-
gum vertices, & in ipſa regia camera præſidentes, in
hanc concurrant ſententiam, niſi me oberrare potius
præſupponẽdum ſit. attamen exemplo diui Hierony.
regiſtrati in c. ego ſolus. ix. diſtinct. non ideò verum
putem, quia ipſi dixerint, ſed quia per probabiles ra-
tiones, quæ à me non abhorreant, id mihi perſuadere
potuerunt. Nam ad clariſsimam excuſationẽ eorundẽ
teſtium dico, quòd licet ipſi non cognouerint in præ-
ſentiarum eundem Hiero. attamen in eorum depoſi-
tione facta antè affrontationem prædictam minimè
certitudinaliter depoſuerunt eundẽ Hiero. cognoſce-
re: ſed interrogati, vt mihi retulerunt, reſponderunt
dubitatiuè, videlicet quòd poſſet eſſe, quòd ipſum co-
gnoſcerent, & ꝙ non, ex quo ſemel eundem viderãt,
& in terra paleſtrini: & ideò nimirum, ſi poſt annos
quinque poſſent eundem recognoſcere, & tamẽ poſt
lapſum duorum annorum potius dicetur res antiqua,
quam recens, infra quod temporis ſpacium, videlicet
duorum annorũ, cadit obliuio in teſte, & etiam quan-
doque in minori tempore, ſeu ſpacio biẽnij: vt rerum
experientia docet, & maximè circa tẽpus deponẽdo,
quod plus eſt quàm recordari cognoſcere hominem
quem ſemel vna vice viderant vna die per tranſitum.
5 †Quoniam labilis eſt memoria hominum, vt in l. ij.
C. de vete. iur. enucle. & in l. peregrè. ff. de acqui. poſ.
Ita conſuluit Marſi. in ſuo conſ. lxxvij. iij. col. ij. vol. &
eſt primum conſi. ſui ſecundi volu. & ideò cùm teſtes
ipſi dixerint neſcire, ſi cognoſcerent ipſum Hiero. re
ſpectu tẽporis quinquennij iam decurſi, quicquid cir-
ca ipſum dixerint, adparet dubitatiuè dixiſſe, nec affir
maſſe, prout in ſimili conſuluit Ang. in ſuo conſi. xxv.
de quo meminit Alex. conſi. lxv. iij. col. in ij. volu. vbi
6 in ſpecie dixit, †quòd ſi teſtes dicunt expreſsè ſe non
recordari de tempore, quicquid circa tempus dicunt,
adparet quòd dubitatiuè dicant, & non affirmatiuè.
non poſſunt teſtes quodammodo ex temporis tractu
fidem variare. text. eſt in l. iij. §. duæ autem ſunt cauſæ.
7 ff. de Carbo. edict. † cum hominũ memoria labilis ſit,
& non de facili diuturna. l. ſi arbiter. ff. de probatio.
ita dicit Albe. de Gandi. in tit. de falſa. in ver. queſtio.
talis eſt quidam nota. in ver. econtrà. vt maximè cùm
8 obliuiſci de præterito † quis facilè poſsit etiam de iis,
quæ ipſemet fecit, vt inquit Specu. in tit. de loca. verſi.
lxv. §. ſextò dicitur. Or quanto magis ita concedendũ
eſt in caſu iſtorum teſtium, qui dum ſemel vna die vi-
derunt prædictum Hierony. ibi adſtantem, veriſimile
eſt poſt annos quinque, imò quaſi impoſsibile quòd
ipſius, ſeu de eo memoriam habere poſsint, maximè
quia nihil habuerunt commune cum ipſo, nec cum
eo aliter conuerſati ſunt, aut alloquuti. Quinimò &
prædictum Hiero. non aliter cognouiſſe depoſuerunt
per prius, niſi quòd tunc ipſum viderunt: & quòd ita
nominabatur. & nihilominus Hiero. ipſe non negat,
imò expreſsè affirmat tũc temporis in dicta terra Pa
leſtrini hoſpitaſſe in domo cuiuſdam mulieris, cuius
nomen ignorat, & die ſequenti receſsiſſe: nec depo-
nunt teſtes ipſi aliter vidiſſe eundem Hierony. furari,
niſi quod dicebatur publica voce & fama, eundem
Hieronymum, ſubripuiſſe bona prædicta. Et ſic ex
præmiſsis omnis ſuſpitio ceſſare adparet cõtra ipſos
teſtes: & eadem ratione minimè poſſe aduerſus eoſ-
dẽ ſuſpicari prætextu quòd duo ex ipſis depoſuerint
vidiſſe eodem die, qua conquerebatur prædicta Iuſti-
na eorum cõteſtem tertium ibi ſtantem in loco, vbi
Iuſtina ipſa conquerebatur de dicto furto, & tamen
ipſe tertius conteſtis examinatus depoſuit eadem die
furti commiſsi, & tempore quo ipſa Iuſtina conque-
rebatur ibi non interfuiſſe, ſed alia die, ſic. & tamen
teſtis ipſe dicit vidiſſe eandem Iuſtinam ſe conque-
rentem de furto prædicto. Nec eſt pręſupponendum,
quòd cõqueſtio ipſius Iuſtinę fuerit vna die, ſeu vnica
vice duntaxat, ſed infinitis ac reiteratis vicibus &
diebus, & maximè in muliere, quæ omnes eius veſtes,
indumenta, & ſuppellectilia domus amiſerat. & te-
9 ſtium dicta ſunt intelligenda, † imò improprianda ad
euitandum falſitatem, vt dicit Bartol. in l. ij. C. de iis,
qui ex publi. ratioci. lib. x. & in l. Iulianus. ff. de hæred.
inſtitu. gloſſ. in cap. periculosè. de pœn. diſtinct. j. cùm
ſemper interpretatio fieri debeat, vt falſum excluda-
tur, dixit Bal. in l. iuriſgentium. §. quod ferè. ff. de pact.
& in l. †Imperator. ff. de ſtatu hominum. Alexand. in
conſilio lxx. & lxxiiij. primo volumi. & conſilio xcv.
in primo volu. & Franc. de Arc. in conſilio xlvij. ma-
ximè cùm probatio falſitatis debeat de neceſsitate
11 concludere, † & in ea requiritur magis ſtricta & con-
cludens probatio, quàm in cæteris criminalibus. cap.
in præſentia. vbi Bald. extrà de probatio. & idem Bal.
in l. Imperator. ff. de ſtatu hominum. Salyc. in l. de tu-
tela. C. de in integr. reſtit. minor. & Deci. in conſilio
clxxxix. incip. lætatus ſum. Petr. de Ancha. in conſilio
xxiij. Item potuerunt teſtes ipſi ex curſu tanti tempo
ris quinquennij prædicti non bene recordari: & obli-
uio enim non eſt lata culpa in teſtibus, quia licet eis
dum non recordantur, dicere ſe non recordari, prout
etiam ſuprà reſponderunt eſſe poſsibile, quòd Hiero-
nymum videndo recognoſcerent, ſeu quòd non reco-
gnoſcerent. ſufficit enim quòd teſtes recordentur de
eo, quod eſt ſubſtantia negotij, de quo litigatur, dato
quòd de aliis aſſerant ſe non recordari: vel dato quòd
in aliis ſint diſcordes. Ita expreſsè voluit Bald. in l. ij.
12 C. de bo. poſ. ſecundum tabu. † & in l. ij. poſt Cyn. C. de
don. ante nupti. vbi ſubdit, quòd facias longam ma-
num ad iſtud dictum Cyn. Et ſic licet teſtes ipſi de-
poſuerint furtum ipſum fuiſſe commiſſum in bonis
ipſius Iuſtinæ, & quòd ſciebant, quòd ſua bona ma-
gni valoris abſconderat in quadam Grieta in eius do-
mo ſiſtente, à qua fuerunt furto ſubtracta: vt publica
fama laborabat, & per Hieronymum Lancaglionum
de Auerſa, non tamen atteſtati ſunt vidiſſe prædictum
Hierony. ſubtrahentem bona illa, nec quòd eundem
Hiero. aliter cognouiſſent. Remanet ergo in iuris di-
ſpoſitione, ſi probatum dici poteſt furtum fuiſſe com
miſſum per eundem Hierony. ita vel ne, & maximè,
cùm omnes concordant in facto principali, ſcilicet,
furtum fuiſſe cõmiſſum: & ſic omnes cõcordant in eo
in quo cõſiſtit ſubſtãtia negotij principalis; dato etiam
13 quòd in aliis † circunſtantiis diſcordarẽt, non ex hoc
poſſ



poſſunt cenſeri varij nec reprobari, text. eſt in c. nihil
obſtat. & ibi cano. de ver. ſigni. & probat bene text.
cum glo. in ver. ſubſtantia. c. dudum. extra de conuer.
coniu. & in cap. cum eccleſia. iuncta gloſſ. in ver. vaci-
laſſe. extrà de cauſa poſ. & proprie. & eſt text. in l. qui
ſententiam. C. de pœnis. quam ad hoc no. Oldr. prout
refert Bal. in l. j. ad fin. C. ſi plures vna ſen. imò eo caſu
tunc melius teſtes deponere videntur, ne videantur
eodem præmeditato ſermone depoſuiſſe. Ita cõſuluit
Ioan. de Ana. in ſuo conſil. lxxxvj. dico lxxvj. incip. vi
ſis & conſideratis atteſtationibus. & quòd teſtes diſ-
cordes in circunſtantiis non ſubſtãtialibus, ſi in ſub-
ſtantia negotij concordent, faciant quòd eorum teſti
14 monium reddatur credibilius: † quia non videntur
eodem præmeditato ſermone depoſuiſſe. Ita inquit
Chriſo. ſupra Matthæ. nam ſi in iſtis non ſubſtantiali-
bus omnes teſtes vnanimiter concordarent, videren-
tur eodẽ pręmeditato ſermone depoſuiſſe. quicquid
tamen ſit, relinquitur arbitrio iudicis per illud iuriſ-
conſulti: tu magis ſcire potes. ita inquit. S. Tho. ij. par
te. q. lxx. arti. ij. circa fi. refert & ſequitur Iac. de ſancto
15 Geor. in l. iij. iiij. col. in fi. ff. de teſtibus. † Nunc autẽ &
fortius dico, quòd dato abſque veri præiudicio, quòd
poteſt aliqua falſitas ſeu contrarietas etiam in aliqua
modica ſubſtantia negotij figurari, cùm ſit modica
cõtrarietas, ſeu varietas inter teſtes, ſi ita dici poteſt,
non ex hoc cenſerentur varij ſeu falſi: nec ex hoc re-
probari poſſunt: vt inquit ſingulariter Ant. de But. in
c. ij. de reg. per illum text. cum glo. & ſequitur Alex. in
cõſi. xxiiij. incip. animaduerſis. in ij. vol. & conſi. xlvij.
incip. abundè. verſi. nunc eſt vidẽdum. & conſil. cxxij.
verſi. non obſt. ſi dicatur in eod. ij. volu. Et tandem ex
prænarratis figuratis ſuſpicionibus falſitatis, prædi-
ctus Hiero. nixus eſt refricare in dubiũ teſtes non de-
bere examinari in partibus contra ipſum, potiſsimè
cùm cauſa ipſa ſit magna, & criminalis, quo caſu non
debet examinatio teſtium committi, ſed debet iudex
ipſe, coram quo cauſa vertitur, ipſos examinare, offe
rendo ſalarium pro acceſſu iudicis deputandi ad exa-
minandum. Et per nos reſponſum fuit nos cõtentari,
vt iudex accedat: & adhuc ſunt elapſi dies xxx. & mi-
nimè acceſsit, nec accedit. Et dum vltimo loco inſte-
terit, ac inſtet, vt teſtes venire debeãt huc Neap. à ter
ra Paleſtrini, vbi degunt extra regnum, ad ſe exami-
nandum, cùm ipſe offerat expẽſas viatici: Diximus &
dicimus partẽ aduerſam minimè in hoc audiri poſſe,
nec debere, cùm in criminalibus licet debeat iudex
ipſe examinare teſtes, nec committere poſsit ipſorũ
examinationẽ, prout tenet Spec. in ti. de teſte. §. qua-
liter. ver. poteſt etiam iudex. Bal. in rub. de cõtrouerſ.
inueſti. & eſt text. formalis in authen. apud eloquen-
tiſsimum. & ibi etiam Cy. & Saly. C. de fi. inſtr. And. de
Iſer. in cõſtitutione regni, inquiſitiones generales. at-
tamen quando teſtes non ſunt de iuriſdictione iudicis
16 coram † quo dicta cauſa vẽtilatur, tũc ex neceſsitate
fiet dicta commiſsio: quia non ſunt alij teſtes, quibus
ſit notum dictum delictum, niſi illi de illo loco, in
quo geſtum eſt, ſeu perpetratum, & non ſunt de iuriſ
dictione ipſius iudicis: vnde non poteſt ipſos cogere,
vt ad ſe veniant. & ſic debet committi ipſorum exa-
minatio. Ita tenet Iac. de Are. & Nico. de Math. Cy. &
Bal. in d. authen. apud eloquentiſsimum. & ibi ſubdit
Bal. quòd ita ſeruat cõſuetudo, & idem tenet And. de
Iſer. in conſtitutione regni, in pecuniariis. & dicit, ꝑ
in magna curia vicariæ ſeruatur, quòd ſibi faciet præ-
ſentari teſtes. & defert eis iuramentum de veritate di-
cenda: & demum committit examinationem alicui
de curia. Et ſi teſtes ſint abſẽtes, & ſic nõ poſsit iurare
committitur etiam illud iuramentum: vt ibi latè per
ipſum And. & per eũdem in c. j. ſi de feud. lis ori. inter
do. & vaſal. & dicit Pau. de Caſt. in l. iudices. C. de fid.
inſtrumen. quòd ſi cauſa eſt multum ardua, iudex non
debet committere examinationẽ teſtium, ſed debet
mandare teſtibus, quibus præcipere poteſt, vt ad ſe
17 † veniant, ſi habet ipſos ſuſpectos. Ita etiam tenet Io.
de Imo. in l. cum ab initio. ff. quẽadmod. teſta. aperiã.
& idem ante eos voluit Azo in ſumma in tit. de teſte.
in §. producendi. & Archi. in c. præſentiũ. §. teſtes. de
teſtib. in vj. & licet Albe. in d. auth. apud eloquentiſsi-
mum. poſt Odofr. ibi, dixerit quòd ſi teſtes ſint in alia
prouincia, eſt in iudicis arbitrio, ſi viderit iuſtam cau
ſam, committere dictam audientiam in cauſa crimi-
18 nali: nam hoc poterit locũ habere, † vbi teſtes illius
terræ, in qua degunt teſtes de facili deierare cõſueue-
runt, & iudices de eis ibi iuſtitiam non faciunt: certè
eo caſu bonus iudex non committet, ſed interloque-
tur teſtes coram ſe venire debere. & in auth. vt de fun-
cti ſeu fun. eorum non iniurientur &c. §. illud etiam
rectè. collat. v. ita formaliter dicit Hoſtien. in ſumma
de teſti. §. quando ſunt producendi. qui etiam ſubdit
diſtantiam locorum & ſcientiam, & famam iudicum
potius cõſiderandam, quàm qualitatem & famam te-
ſtium, quod verius puto. & in eadem col. magis dicit,
quòd ſi iudex videret expedire, poteſt mittere perſo-
nas diſcretas, qui teſtimonium recipiant, puta iis, qui
ſunt in dignitate conſtituti: vel ſi ſunt matronæ, quæ
non debent ſe virorum cœtibus immiſcere: vt in l. ij.
C. de iure calum. in §. ſinautẽ. Et quòd in criminibus
capitalibus eſt committenda examinatio teſtium exi
19 ſtentium ſub aliena iuriſdictione, † & non ſub iudice,
ſub quo cauſa vertitur, tenet Cano. in c. conſtitutus.
de fideiuſ. Panor. in c. cauſam, quæ inter archiepiſco-
pum. pe. col. & vlti. & extrà de teſti. Spe. in tit. de teſte.
§. qualiter. Iaco. de ſancto Geor. in iij. §. item diuus, ff.
de teſt. Affli. plenè in conſtitutione regni: iuſtitiarios.
& in conſtitutione, in pecuniariis. & in conſtit. inquiſi
tiones. Ex quibus datur intrepidè concludendum de-
ſtinandum eſſe commiſſarium, ſeu examinatorem ad
repetẽdum teſtes: necnon ad examinandum reliquos
teſtes in terra Paleſtrini. Quod quidem longè minus
eſt, quàm committere examinationem teſtium ordi-
nariis locorum: & maximè cùm ſint multæ mulieres
iam examinatæ, repetendæ ac etiam examinandæ: vt
liquet ex facie proceſſus informatiui. In cæteris ſup-
pleant Magnifi. delegati ſuperadditi per Illuſtriſ. do-
minum Proregem regiæ cameræ ſummariæ.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſe-
cularis, dum ſibi remittitur clericus captus cum pro-
ceſſu prædicto.*

2 *Clericus confeſſus delictum coram iudice laico, ſi demũ
reuocat talem eius confeſſionem coram iudice eccleſia-
ſtico illa cõfeſſio facta coram ſeculari, nihil operatur,
nec faciet indicium ad torturã coram eo, licet in alijs
perſonis confeſſio extraiudicialis facit indicium.*

3 *Teſtimonium mulierum in cauſa criminali coram iudi-
ce eccleſiaſtico, nihil probat.*

Teſtis

4 *Teſtis qui non debuit examinari in aliqua cauſa, ſi tamen examinatus eſt, non faciet indicium. Vbi vide magiſtralem diſtinctionem & nu. 5.*

6 *Teſtes ſeculares regulariter in cauſis criminalibus contra clericos non admittuntur, niſi in defectũ aliorum.*

7 *Aſſerens ſe occiſum vel vulneratum ab aliquo, non probat nec facit indicium. Et ibi ſatis plenè, an & quando probet aſſertio vulnerati ſeu occiſi.*

8 *Teſtes ſuper fama deponentes vt probent, debent deponere à quibus dictam famam audiuerũt, etiam quòd de eis interrogati non fuerunt.*

9 *Teſtis deponens de fama, tenetur reddere rationem dicti ſui.*

10 *Teſtis deponens de fama, vt probetur fama, requiritur quòd depoſuerit famam inſurrexiſſe ante inquiſitionem inchoatam, alias non probat.*

*Fama ad hoc vt probetur, requiritur quod fama ipſa ortum habuerit à probabili & legitima cauſa, vt quia præceſſiſſet aliqua cauſa rixæ ſeu inſultus, vel inimicitia inter eos.*

11 *Amicitia ſemper præſumitur inter aliquos, & non inimicitia niſi probetur inimicitia.*

12 *Amicitia ſatis probatur ex conuerſatione.*

13 *Fama vt probetur, requiritur quòd teſtes depoſuerint famam ipſam audiuiſſe à maiori parte populi illius loci etiam quòd de hoc non fuerint interrogati.*

14 *Falſitatis imago eſt id, quòd diſtat à veriſimili.*

15 *Fama nullum facit indicium, ſed ſolùm confirmat alias probationes.*

16 *Famæ probatio eſt minus quàm probatio indiciorum, maximè quando non probatur habuiſſe originem à iuſta ſuſpicione. & nu. 17 & 18.*

21 *Fuga inquiſiti licet faciat indicium, attamen ſi inquiſitus ipſe citatus comparuit, purgat omne indicium ipſius fugæ.*

22 *Iudex ante quàm procedat ad inquiſitionem, debet monere offenſum vel alium cuius intereſt, ſi velit accuſare ſtatuendo etiam ſibi terminum ad deliberandum. Et iſta eſt magna cautela ad impediendum executionem per iudicem.*

23 *Iudex ante formatam inquiſitionem debet facere dictam interrogationem offenſo alias non valeret inquiſitio.*

## CONSILIVM XLII.

IN Ieſu Chriſti nomine Amen. Sunt iam anni elapſi ſeptem, quòd dum clericus Hieronymus Grammaticus filius meus acceſsiſſet Auerſam ad videndum lignarios, & fabricatores operãtes in domibus, quas tunc inſtaurabam, & ad ipſum declinaſſet quondam Ioan. Anto. Martinus eius amiciſsimus, & ſecum certo ſpacio moratus apud ianuam domorum prædictarum, euenit, quòd dum hora ſecunda noctis Hier. ipſe tunc puer, & vix decimumquartum annum peragens, cùm in præſentiarum non excedat viceſimum, & incedendo ſolus per quandam ſtratam in confinibus ſuarum domorum, ſeu iuxta, prout iuuenes cõſueuerunt, fuit à parte poſteriori aggreſſus, & letaliter in capite vulneratus: & dum ſibi fuiſſet ex conſilio medici conſultum vt nullo appoſito medicamine capiti debuiſſet ilico reuerti ad gubernium ſuæ domus ad ciuitatem Neap. cùm ibi nullam retineret familiam in eius gubernio, ſeu ſeruitio, & vulnere periculoſo extante, ita executus eſt. vnde per menſes duos inciſo capite in quatuor partes, & cranco prout vulgariter dicitur, *la ſpera*. & ſemper prope mortem, in die verò ſequenti auditum fuit, quòd prædictus Io. Ant. Martina fuerat ſimiliter eadem nocte aggreſſus, & pluribus vulneribus confoſſus: ex quibus dicitur ſucceſsiuè deceſsiſſe. Formata igitur inquiſitione per curiam Capitanei Auerſani, & ſucceſsiuè per magnam curiã vicariæ aduerſus prędictũ Hieronymum demum remiſſum, tanquàm clericum ad iudicem eccleſiaſticum, videlicet ad curiam archiepiſcopalem Neap. prætẽduntur duo vrgere aduerſus ipſum indicia quæ in veritate ſunt remotiſsima, & nullius momenti. Et in primis extat depoſitio duarum mulierum, videlicet Philippelle torricelle, & troſoline Franciſc. &c. deponentium quòd redeunte domum præfato Ioan. Anto. Martina hora tertia vel circa noctis, ſe conquerendo de vulneribus ſibi datis, & interrogatus ab eiſdem, quiſnam eũdem vulneraſſet, reſpondit ſe vulneratum à Hierony. Grãmatico. & pariter Iaco. torricella examinatus depoſuit illum dixiſſe ſe vulneratum à filio domini Thomaſij Grammatici. Secundò prætenduntur quinque teſtes examinatos per actuariũ magnæ curiæ vicariæ depoſuiſſe de fama publica homicidij prædicti, aduerſus eundem Hieronymum, ſicut ſunt Blaſius campitelus, Beatrix barrenſis eius nurus, Sarra eius neptis, Bernardiſiculus medicus, & iudex Hiero. de Maurello. Verùm quia curia ipſa eccleſiaſtica nunquã conſueuit fidem adhibere proceſſui fabricato in curia ſeculari, idcirco dico ex hoc capite nihil obſtare præallegata,
1 & quòd † de iure iudex eccleſiaſticus non teneatur ſtare proceſſui iudicis ſecularis, dum ſibi remittitur clericus cum proceſſu. Prædicta tenet in ſpecie Philip. in c. at ſi clerici. iij. col. extrà de iudic. vbi ſubdit iſtã eſſe communem concluſionẽ omnium doct. quam etiam firmat Affli. in conſtit. regni, ſi damna clandeſtina. in nono no. in ver. iiij. quæro. in iiij. col. ipſius noni not. Ex quorum dictis adparet hoc in tantum eſſe verum, quòd etiam ſi clericus fuiſſet confeſſus delictum, de quo inquiritur coram iudice laico, ſi demum reuocat
2 † talem cõfeſsionem coram eccleſiaſtico, illa cõfeſsio facta in iudicio ſeculari nihil operabitur. ita Ang. in l. vnica. vlti. col. C. de confeſ. Bal. in c. cùm ſuper. extrà eo. tit. vbi ſubdit quòd confeſsio clerici de delicto coram iudice laico, non faciet indicium ad torturam coram iudice eccleſiaſtico: licet aliàs confeſsio extraiudicialis ſufficeret in aliis perſonis. & idem tenet Ant. de But. in c. dilecti. de arbi. j. col. & in cap. fi. de confeſ.

Nunc autem redeundo ad obiecta, ſuper quibus poteſt aliquod fundamẽtum fieri, licet fragile, & nullius momenti, & in primis quo ad depoſitionem prędictarum duarum mulierum, dato abſque veri præiudicio, quòd eſſent repetitæ in curia archiepiſcopali, cùm non ſint, cùm diu ſit quòd deceſſerint, & idem
3 depoſuiſſent, dico teſtimonium mulierum † in cauſa criminali coram iudice eccleſiaſtico nihil probare: cùm mulier in cauſa criminali de iure canonico teſtis eſſe non poſsit. Text. eſt in c. mulierem. xxiij. quæſt. v. & in cap. forus. & ibi etiam gloſ. extrà de verbo. ſigni. Hoſti. in ſumma de teſtibus. §. ſi quis teſtis eſſe poteſt. & not. gl. & doct. in c. quoniam aliqua. de teſtib. Alex. in conſil. xix. in j. volu. & conſi. xj. iiij. colum. & conſil. xcix. iij. col. j. vol. & conſi. xxiiij. j. colum. ij. volum. & clxxv. eod. volum. & ſic quatenus reperiantur examinatæ, non faciunt indicium aliquod, nec probationem: ex quo ſi in aliqua † cauſa non debet talis teſtis
4 examinari, ſi eſt examinatus, non faciet etiam indicium, nec probat, dixit Bar. in l. j. §. diuus. & §. Anton. ff. de quæſt. Bald. in l. Imperator. ff. de ſtatu hom. Ang. in l. inter ſtipulantem. in §. Stichum. ff. de verb. oblig. Lud. in conſil. cccclix. glo. in conſtit. regni, proſequentes. ſub tit. de pug. ſubla. And. de Iſer. in conſtit. regni, ſi damna clandeſtina. in iiij. col. vbi in propriis terminis decidit quæſtionem. & conſuluit Alex. in conſil. cxxvj. in iiij. vol. maximè cùm de iure canonico mulier in cauſa criminali prohibeatur recipi. † & ſic lex
5 reſiſtat mulierem teſtificari in criminalibus contra clericos, ex quo ipſa eſſe non poteſt id, quod clericus eſt. ita dicit Ioan. de Turrecrem. in dicto c. mulierem. xxxiij. quæſt. v. & ſic vbi lex reſiſtit, vt quia dicit, talis non poteſt teſtificari, vel non ſit admittendus, & tunc receptus in teſtem, etiam indicium non faciet. dixit Flor. in l. iij. §. lege Iulian. ff. de teſtib. & rectè intuenti ſentit Bar. in l. fin. de iis quibus vt indig. refert & ſequitur Felyn. in c. cùm dilecti. penul. col. extrà de accuſation. Nec refragatur depoſitio Iacobi Turricelle, qui idem depoſuiſſe videtur: nam ſi rectè inſpiciatur, non eſt conteſtis, cùm non deponit id fuiſſe præſentibus prædictis mulieribus, & deponit etiã de diuerſa hora: & minimè deponit, quòd fuit Hiero. Grãmaticus ille, qui ipſum vulnerauit, ſed ſolummodo dicit, quòd fuit filius domini Thomaſij Grammatici, & tamen ſunt tres filij, vt conſtat per informationem curiæ. Et vltra
6 prædicta adparet, † quòd prædicti teſtes ſunt laici: & ſeculares regulariter contra clericos in cauſis criminalibus non admittuntur, niſi in defectum aliorum. cap. de cætero. & ibi not. extrà de teſtib. Quod etiam habet locum, vt etiam contra clericum primæ tonſurę teſtificari non poſsint: ſecundum doct. in cap. ſicut ſacerdotes. ij. quæſt. vij. Et probatur in dicto c. de cætero. in ver. clericum. iuncto c. clericos. & ibi gl. in ver. pſalmiſta. xxj. diſtinct. & idem ibi in dicto c. de cætero. refert & ſequitur Felyn. Sed circunſcriptis præfatis, dato abſque veri præiudicio, quòd fuiſſent teſtes admittendi, & etiam clerici, qui ita deponerent de confeſsione prædicti quondam Ioan. Anton. Martina defuncti, & quòd hodie ſi ipſemet Io. Ant. viueret, & diceret ſe vulneratum ſeu occiſum ab eodẽ Hierony. certè indubitati iuris eſt, quòd nihil probaret contra ipſum Hierony. à ſemetipſo nominatum. Text. eſt in
7 l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Sylleia. † quia ad hoc, vt aliqua præſumptio ſumatur contra illum, contra quem deponit, etiam ad formandum inquiſitionem, prout dicit Bald. in l. ij. C. de calum. requiritur quòd licet in articulo mortis exiſtens, dixerit quòd aliquis occidit ipſum, tamen talia verba non inducũt inquiſitionem, quæ ſit ſpecies probationis, ſed ſolum quandam vilem præſumptionem, quæ habet hunc effectum tantum, videlicet, quòd excuſabit à calumnia accuſantem ex neceſsitate, non autem ex voluntate. Pro hoc facit l. noſtris in ratione ſui. & l. qui non probaſſe. & l. fin. C. de calumnia. & talis aſſertio non facit indicium. ita Angel. in l. mater. C. de calum. & ſatis pulchrè & magiſtraliter conſuluit Alex. in ſuo conſil. xiij. incipien. ponderatis narratis. in iij. volum. & licet Ang. in dicto §. ſi quis moriens. ff. ad Sylleia. tenuerit aſſertionem vulnerati in mortis articulo probare: attamen ipſemet grauius loquendo ſe correxit in dicta l. mater. & idem tenuit Nicol. de Neapol. in dicto §. ſi quis moriens. vbi Ang. refert ſemel vidiſſe de facto, q ab vno mercatore quidam mercator Peruſinus fuerat diffamatus de furto, & poſtea compertum fuit fuiſſe ab alio commiſſum. & probat bene text. in dicto §. ſi quis moriens. dum dicit non eſſe credendum domino vulnerato, ſi moriens dixerit ſe fuiſſe à ſeruis ſuis vulneratum & idem tenet ibidem Ludouic. & Gandi. in tracta. maleficiorum, in rub. an pax facta de vulnere. in verſic. qui iudex ad probationem. & quòd aſſertio vulnerati non faciat indicium, idem tenet Alexan. in conſil. xliiij. Iaſ. in l. de die. in princip. ff. qui ſatiſdarè cogan. & in l. j. in princip. ff. de eo, per quem factum erit. Par. de Put. in tracta. ſyndic. in verſic. tortura. columna xxxix. & ideo Bald. in l. ſi inſtituta. §. j. ff. de inofficio. teſtamen. tenet, quòd confeſsio vel excuſatio vulnerati, videlicet quòd talis fuit qui vulnerauit, non prodeſt, nec nocet inculpato vel excuſato, etiam ſi fuiſſet facta in mortis articulo: vt dicit Angel. in l. rationes. C. de probat. nam quandoque moriens mentitur, vt dicit Bal. in cap. literas. de præſumptio. & idem vt ſuprà, tenet idem Angel. & Auguſt. in tracta. maleficiorum. in verſic. qui iudex ad probationem ſuæ inquiſitionis. & ideo reperio nouiſsime fuiſſe conſultum per dom. Barth. Chaſſã. Gallicum, in ſuo conſilio lviij. numero 28. in vj. colum. in quo nonnulla, licet modica de præmiſsis alleg. Quo verò ad prætenſam famam aduerſus præfatum Hieronymum de homicidio præfato, dico principaliter, quòd toto tempore vitæ meæ
8 nunquam vidi proceſſum, † in quo potuiſſem reperire probatam fuiſſe famam publicam: & hoc propter multa, quæ requiruntur ad ipſius famæ probationem. Et primò, teſtes enim deponentes de fama, ad hoc vt probent, debent principaliter deponere, & nominare à quibus famam præfatam audiuerunt, eoſdem in ſpecie nominando, etiã quòd de hoc interrogati minimè fuerint. Ita dixit Innoc. in cap. qualiter & quando. extrà de accuſat. & in capit. cùm oporteat. eodem titu. Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtion. Franciſc. de Aret. in cap. cum cauſam. de teſtibus. Potuit enim fama præfata traxiſſe originem à maliuolis & odioſis, ac etiam à ſupradictis mulieribus & teſtibus, qui ita de aſſertione prætenſa præfati vulnerati depoſuerunt: & ideo non haberet obeſſe, vt dicit Bar. vbi ſuprà. Ang. in l. iij. ff. ad Macedonia. Specul. in tit. de inquiſi. §. nunc tractemus. verſi. ſuper probatione. Abb. in cap. veniens. de teſtib. & ideo non ab re dixit Ang. in l. ea quidem. iiij. col. C. de accuſat. quòd teſtes
9 deponentes de fama, tenentur reddere † rationem de ſuis dictis. idem tenet Panormit. in c. cauſam, quæ inter Archiepiſcopum. extrà de teſtib. & in cap. conſuluit. lo j. de appellation. Alex. in conſil. xxv. in iiij. vol. quod bene debet menti teneri. dicit Iacob. de ſancto Geor. in l. iij. §. eiuſdem. de teſti. vbi etiã ſubdit, quòd debet exprimere etiam & declarare cauſam, vnde originem traxerit fama præfata: vt ſciamus, an ſit probata fama, an verò vana vox populi, cui non eſt credendũ. l. decurionũ filij. C. de pœn. ita Bart. in dicta l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſtion. Bald. in l. proprietatis. C. de probationib. Bald. in l. diffamari. C. de inge. manum. & dixit formaliter Inno. in dicto c. cùm oporteat. quòd teſtes deponentes ſuper fama, etiam non interrogati, deponere debent à quibus audiuerunt, aliàs non probant: quia nõ ſtat in arbitrio teſtis indicare, an illæ perſonæ à quibus audiuerunt, ſint

graues.& idem tenet Ioan. Andr. in dicto capit. cùm
oporteat. dicens ita ſeruari, quòd etiam voluit Abb.
in cap. cùm cauſam.de teſtib. & ſequitur Alexan.in l.
de minore.§.plurium.ſuprà alleg. & conſuluit Marſil.
in conſil.ij. colum. viij.numero 43. Nec ſufficit, quòd
nonnulli ex dictis teſtibus dixerint, quòd à multis ita
dici audiuerunt, cùm hoc non ſufficiat: vt conſuluit
Alex.in conſil.clj.v.vol.. Secundo, requiritur ad famæ
probationẽ, quòd fama ipſa inſurrexerit ante inquiſi-
tionem inchoatam: & ita teſtes deponere debent, vi-
10 delicet id audiuiſſe ante ortam inquiſitionem: † aliàs
fama non probaretur: quia non adparent qualitates
neceſſariæ: videlicet, quòd fama præceſſerit inquiſi-
tionem inquiſiti: prout in ſpecie conſuluit Pet. de An-
char.conſilio ccliiij.incip. in quęſtione præsbyteri. &
licet teſtes archiepiſcopalis curiæ, vt probent, debuiſ-
ſent ita deponere, attamen ex eorum lectura adparet
contrarium, videlicet quòd longè poſt dictam inqui-
ſitionẽ huiuſmodi fama inſurrexerit. & maximè, quia
dum examinati fuiſſent die ſequenti poſt vulnera, &
mortem præfatam, Blaſius Campitellus, Beatrix eius
nurus, & Sarra neptis.& interrogati quiſnam diceba-
tur vulneraſſe præfatum Ioan. Antoniũ ac occidiſſe,
reſponderunt ſe neſcire, nec audiuiſſe dici: & demum
poſt octo dies iterum repetiti & examinati, depoſue-
runt ꝙ dicebatur, quòd præfatus Hieronymus illum
occiderat: & ſic ecce qualiter prætenſa fama orta fuit
poſt inquiſitionem: & non ante. Prætereà & tertio,
requiritur ꝙ fama ipſa traxerit ortum à probabili &
legitima cauſa, vt quia præceſsiſſet aliqua cauſa rixæ
ſeu inſultus, vel inimicitia inter eos, quo caſu etiam
probata non noceret: iuxta not.per Bartol.in dicto §.
tormenta.& Saly.in prælleg. l. ea quidem.de accu. &
Bald.in dicta l.diffamari.ſuprà alleg. Abb. poſt Anto.
de But. in cap. veniens. de teſtibus. vnde videtur po-
tius quædã vana vox populi, quæ inducitur de facili,
& ex abrupto inter leues homines: vt not. Bartol. in
dicta l.proprietatis.C.de probat.& ideò exaudiri non
debet, iuxta illud quod voluit glo. reprehendens Pi-
latum, quòd propter vanas voces populi Chriſtum
condemnauit ad mortem: vt in l. decurionum filij. C.
de pœn.& nihilominus nedum nõ adparet etiam in-
fra annos ſeptem, in quibus ſumus aliqua cauſa pro-
babilis ſeu legitima, per quam præſumi poteſt dictum
homicidium fuiſſe commiſſum ab ipſo, verum adpa-
ret expreſsè contrarium, attenta maxima amicitia in
ter eos: prout ex quamplurimorum teſtium curiæ ro
boratur depoſitione, vſque ad diem caſus contingen-
tis: & vltra teſtium præfatorum depoſitiones, & non
adparente aliter de contrario, quãdo nihil adpareret
de amicitia, certè in dubio præſumenda eſt amicitia
11 inter eos, † & non inimicitia: vt in l.ſi quis teſtibus.&
ibi Bald.vlti.col.verſi.not.quòd ille.C. de teſtib. tum
etiam, quia adparet clariſsimè de amicitia: & ꝙ fuerat
eodem ſero cum ipſo Hieronymo ante domum ipſius
Hieronymi, loquendo cum eo, & cõuerſando. ex qua
12 conuerſatione ſatis liquet probata † amicitia. Bald. in
cap.j.de prohi.feud.alienat.per Feder. Alex. in l. non
ſolùm.§.qui alieno.de procura.Item & quartò, requi-
ritur ad famæ probationem quòd teſtes depoſuiſſent
audiuiſſe à maiori parte populi illius ciuitatis ſeu loci:
13 etiam quòd † de hoc nõ fuiſſent interrogati. Ita Bart.
in dicto §.plurimum.v.colum.verſic.qualiter proba-
tur fama? & ibi ſubdit, quòd aliter nõ probatur. Idem
tenet Angel.in l.quid ergo.§.quæſtione.ff. de infami-
bus. Bald.in rubr.C.de probation.& in l. ſolam. C.de
teſtibus.Florian.in l.ob carmen.in principio.ff.de te-
ſtibus.Abbas in cap.cùm cauſam.extrà eod. titu. & in
cap.conſuluit.el primo.de appellation.& Alexand.in
dicto conſil.clj.in v. volu. & licet iudex Bernardinus
vnicus teſtis ſolus depoſuerit id audiuiſſe à maiori &
ſaniori parte populi, nihil probat: quia ſolus & vni-
cus.Item, quia dicit non veriſimile, imò expreſsè fal
ſum: ex quo dum caſus fuiſſet hora ſecunda ſeu tertia
noctis, iuxta eius depoſitionem, & ipſe teſtis fuiſſet
ſtatim ſuperueniẽte die examinatus, & depoſuiſſet de
fama publica à maiori, ſeu ſaniori parte populi: hoc
quidem nõ adparet verum: nec veriſimile, quòd tam
breui potuiſſet teſtis ipſe deambulaſſe per totam ciui-
tatem Auerſæ, magnam & populoſam: & audiuiſſe id
quod depoſuit, niſi fortè de nocte ambulaſſet: quod
non dicit ipſe: nec etiam de nocte potuiſſet audiuiſſe
tantũ, quòd poſſet de fama publica teſtificari. Et ideò
probatio debet eſſe veriſimilis, aliàs ei ſtandum non
eſt: dixit Bald.in l.fin.in fin. C. de eden. Et tenet etiam
Cæpol.in conſilio xxxij.colum.v. & conſilio ſequenti.
colum. penul. & ſic tanquam teſtimonium non veriſi-
mile adparet eſſe ſuſpectum. Ita conſuluit Alexand. in
conſilio lxxxiij. incipiente, circa primum dubium, in
iiij.volumine.& ideò cùm talis depoſitio eo modo vt
14 ſuprà facta ſit inueriſimilis, † id quod diſtat à veriſi-
mili, eſt quædam falſitatis imago.dixit Bald. in l. j. iiij.
col.C.de ſeruis fugit. & in rubrica de probationibus.
& ſequitur Alexand. in conſilio xxvij. in cauſa & lite
vertente.in ij. volum. & in conſilio cxviij. in iiij. volu.
ſequitur Barbatia, in cap.ſignificante.iiij.colum.extrà
de pignoribus. & ideo iura ſanxerunt teſtes non de-
ponentes veriſimile, minimè probare. l. iij. in princ.
& lege ob crimen.§.fin. ff. de teſtibus. & lege non eſt
veriſimile. ff. quod metus cauſa. & idem voluit Bald.
in l.teſtium. vltima colum. C. de teſtibus & conſuluit
Alexand. in conſil. cxx. incipiente, ponderatis. & in
conſil.cliij.incipiente, viſis & narratis, colum. iij. in
v. volum. Sed nunc dato abſque veri præiudicio,
quòd fama eſſet plenè probata: & quòd præmiſſa om-
nia ad probationẽ famæ concluderent, ſeu concurre-
rent, adhuc dico, quòd ex fama nullum reſultat indi-
15 cium: ſed ſolùm fama † confirmat alias probationes:
vt dixit Bartolus, in tractatu de quæſtionib.x.colum.
Baldus in l.milites.C.de quæſtio. Cynus in l. finali. C.
eodem titulo. Abbas in c.j.de purgatio. cano. Ant. de
Butrio, in cap.iij.loco.vj.columna de probationibus.
Ioannes Andr.in additionib.Specul.in titulo, de pro-
bation.§.videndum. gloſſ.Neapol.in cap.regni.quod
incipit, tormentis.Gandinus, in tractatu maleficiorũ.
in rubrica, de quæſt.& tormen. verſiculo, ſed de vno
quæro. & refert ita vidiſſe obſeruari per aſſeſſorem
Abbas, in cap.j. de depoſit.& ideò dixit pulchrè Bal.
in l cunctos populos.v.colum. C.de ſumma trinitate.
quòd probatio famæ eſt minus, quàm probatio indi-
16 ciorum, quod maximè procedit, quando non † proba-
tur famam habuiſſe originẽ à iuſta ſuſpicione, prout
hic eſt. & voluit Angelus in l fin.C. de quæſtionibus,
& Salycetus, in dicta l. ea quidem. in fine. Imol in l.
fin. ff. de hæredibus inſtituendis. Baldus in l. j. verſic.
v. opponitur. C. de ſumma trinitate & fide catholica.
alleg. idem tenere Innocen. in capitulo ſicut. de ſimo.
Sed cùm in cauſa præſenti nulla adpareat probatio
illa



alia, ergo fama ipſa, quando verè probata fuiſſet, nul-
lam habet confirmare probationem, cùm nulla repe-
riatur facta probatio: & ſic magna curia vicariæ nul-
lum reperiens fundamentum in præfatis indiciis, tan-
quàm remotis, nunquam proceſsit ad aliquẽ actum,
etiam citationis contra ipſum Hieronymum: licet ſit
iudex rigoroſus, cogitans ac bene præuidens, quòd de
iure procedere non poterat in cauſa, abſque partis in-
iuria, maximè cùm nulla præceſſerit diffamatio con-
17 tra ipſum inquiſitum de homicidio præfato: quo † ca-
ſu inquiſitio corruit, & eius virtute procedi non po-
teſt. capitulo qualiter & quando. extrà de accuſ. cap.
primo & ſecundo eodem titulo in ſexto. ita Speculat.
in titulo de inquiſi. §. primo in princip. Bartolus, in l.
cõgruit, de officio præſidis. Salycetus, bene in l. quod
promulgatis. C. de offic. præfecti vrbis. Raphael Cu-
manus in conſilio cxxxv. incipiente, ad primum &c.
& intantum hoc eſt verum, quòd contra non diffa-
matum non procedit inquiſitio, quòd licet teſtes pro-
ducti ſuper huiuſmodi inquiſitione probarẽt crimen,
18 de quo inquiſitus ipſe non fuerat diffamatus, tamen
tales teſtes illi inquiſito non præiudicant. Ita Specu-
lator, in titulo, de inquiſi.§.nunc videndum.tertia co-
lumna, in principio. quem ſequitur Baldus ibidem in
addition. in vltimo verſic. & clarius idem Speculat.
in titulo, de inquiſi.§.nunc tractemus, vndecima col.
verſic. nam ſi aliqua. & ita in propriis terminis con-
ſuluit Marſil. in ſuo conſilio xxxv. nume. 6. in primo
volumine, & in conſilio xxxx. numero 8. & conſilio
quinquageſimo. nume. 2. Dicebat tamen mihi pri-
die vnus ex conſultoribus veſtræ curiæ archiepiſco-
palis, quòd cùm Heronymus ipſe diſceſsiſſet à ciui-
tate Auerſæ, ſtatim poſt vulnus ſibi illatum, & veniſ-
ſet Neapolin, videtur fugam arripuiſſe: ex qua fuga re
ſultat indicium, per iura vulgaria: Ego reſpondi, no-
torium eſſe facti permanentis me ſemper deguiſſe, ac
degere cum tota mea familia in ciuitate Neapoli, ab
annis quadraginta continuatis, & plus, & non Auer-
ſæ: & præfatus Hieronymus iuſſu meo acceſſerat ad
ciuitatem Auerſæ ad vidẽdum fabricatores, & ligna-
rios quid operarentur: & ſoluendum eiſdem merce-
dem præfatorum laborũ: & ibi non habebat aliquam
familiam, à qua potuiſſet infirmus gubernari, niſi à
quodam ſeruulo, & tandem ex conſilio medici rediit
Neapoli, antequã vulnus curari cœptum fuiſſet: aliàs
non potuiſſet domum recedere abſque periculo ſuæ
perſonæ. Item remeauit Neapoli ad eius domũ, tan-
quam ad tutum refugium vniuſcuiuſque, vulg. l. ple-
rique.de in ius vocando.item venit Neapoli, vbi viget
caput iuſtitiæ: & in ea palam & publice ſemper per
annos ſeptem continuos à die caſus præfati firmiter
ſtetit, prout ſtat: & demum quàmprimum citatus fuit
per eandem magnam curiam inſciis regente, & iudi-
cibus, ac fiſci patrono, comparuit, & ſe remitti petiit
ac obtinuit ad hanc curiam eccleſiaſticã. Vnde quan-
do verè dici poſſet ipſum aufugiſſe à ciuitate Auerſæ,
prout minimè dici poteſt, per comparitionem poſt
citationem præfatam euaneſcit omnis ſuſpicio præ-
21 tenſæ fugæ. † Ita in propriis terminis conſuluit Cæ-
pola in ſuo conſilio xxxj.columna iiij. Bartolus, in l.
quis ſit fugitiuus. §. primo ff.de ædilitio edicto. Ioan-
nes Baptiſt.de ſancto Seueri. in ſuo tractatu, de debit.
fugit. in prima quæſtione. Paris in tractatu ſyndi. in
verſiculo, fuga. circa princip. Item, pro comple-
mento materiæ concludo, quòd ex alio etiam capite
huiuſmodi inquiſitio ruit, & non tenet, ex quo cùm
nullus vnquam adparuerit accuſator, debebat prius
antequàm procederet curia ad inquiſitionem præfa-
tam, monere illos, quorum intererat ad ſciendum, an
velint accuſare, etiam ſtatuendo ſibi terminum ad
22 deliberandum. † voluit gloſſa in capit. presbyter ſi à
plebe. ſecunda quæſtione quinta. de qua facit feſtum
Baldus in l.Senatuſconſulto.C. qui accuſare non poſ-
ſunt. Et ita eſt magna cautela ad impediendum inqui-
ſitionem per iudicem. Ita etiam tenet Romanus in
ſuo ſingulari incipiente, de doctrina inquiſitionis: &
in particulari idem tenet Cæpola in ſua cautela xxv.
incipiente, tu ſcis. & vltra eum idem voluit Angelus,
in authentica, de tẽpore non ſolutæ pecuniæ. in prin-
cipio.& in repetitione l.ſi vacãtia. C. de bonis vacan-
tibus.libro decimo.Alexander, in l. ſecunda. §. ſi pu-
blico.in ſecunda apoſtilla.ff.de adulteriis, Amode. iu-
ſtin.in ſuo tractatu ſyndicatus.in tertia charta, in iij.
columna, poſt medium: & ideò iudex antequàm for-
23 met inquiſitionẽ contra reum, † debet facere dictam
interrogationem offenſo: aliàs nõ valeret inquiſitio.
Ita in particulari dixit Marſilius, magnus crimina-
liſta in ſua practica cauſarum criminalium, in verſic.
conſtante. vndecima columna, in verſiculo, primò
interroget partem offenſam. numero 39. & conſuluit
idem Marſil.in ſuo conſilio xxxv. columna iij. nume-
to 7.in primo volumine, & ibi cõcludit, quòd ex quo
curia non fecit talem interrogationem offenſo, non
potuit formari inquiſitio, vt formata fuit: & ſic debet
ſequi abſolutio. Ex quibus concludo cõtra præfatum
Hieronymum minimè ex præmiſsis procedi poſſe in
cauſa ipſa, niſi ad meram abſolutionem.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

Et tandem ex præmiſsis per curiam archiepiſco-
palem per diffinitiuam ſententiam abſolutus fuit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna legis Iuliæ de vi publica, eſt deportationis, et quæ ſit pœna deportationis.*

2 Pœ*na violentiæ cum armis, eſt pœna portationis armorum, et vna pœna per aliam tollitur.*

*Violentiam non dicitur committere, ſi vnus ſolus faciat iniuriam alicui ſine armis, niſi id faciat hominibus coadunatis.*

3 *Vim faciens ſolus, ſiue hominibus coactis, vel armatis, eodem edicto tenetur.*

4 *Arma tenens ad alium finem quàm cauſa itinerandi, vel ſe tuendi, pariter erit et in eadem pœna.*

5 *Violentia qualibet quæ fit, punitur lege Iulia de vi publica, ſi cum armis, & lege Iulia de vi priuata, ſi ſine armis.*

6 *Crimen legis Iuliæ de vi publica, incurritur, nedum ſi inſultus committatur cum cœtu, ſed etiam ſi ſine cœtu, etiam per vnum cum armis, & ſic tenetur communiter in curia vicariæ.*

## CONSILIVM XLIII.

REdemptoris gentium ſuffragio petito, A-
men. In cauſa appellationis introductæ
per remedium ipſius in Sacro Regio con-
ſilio pro parte Magnifici Ludouici de A-
benabulo, vtilis domini terræ Tricaſij à prouinciali

audientia Idrontina, ſuper decreto interpoſito per
eandem contra eius Capitaneum præfatæ terræ Tri-
caſij, declarando malè fuiſſe pronuntiatum per eun-
dem Capita. dum proceſsiſſet ad bannum & contu-
maciam magnific. Pomponij de Tricaſio, Vtriuſque
Iuris profeſſoris: ex quo euaginato enſe inſultum fe-
cerat cõtra Antonium ſartorem, eundem proſequen-
do per præfatam terram: & hoc prætextu, quòd fuerit
in pœna portationis armorum duntaxat: quæ pœna
pecuniaria eſt per regni conſtitutiones: & non pote-
rat contumax reputari, dum per procuratorem com-
paruiſſet. Ego autem dicebam in ſacro Conſilio præ-
fato, quòd vltra delationem armorum Pomponius
ipſe extraxerat arma, & inſultum commiſerat, pro-
ſequendo eundem Antonium, qui licet querelam non
expoſuerit, perhorreſcens potentiam eiuſdem Pom-
ponij, qui nimis potens eſt in partibus illis, non ex
hoc euitare poterit pœnam legis Iuliæ. de vi publ. quæ
1 eſt pœna deportationis. †nam damnatos de huiuſmo
di crimine olim aqua & igni interdicebatur, de iure
ffor um, in cuius pœnæ locum hodie pœna deporta-
tionis ſucceſsit, vt in l. tertia. ff. ad leg. Iuliam. pecu. ita
etiam dicit gloſſa in l. qui dolo malo. §. fina. in verſic.
aqua & igni. ff. ad legem Iuliam, de vi pub. & ſic pœna
ipſa ſubſiſtente, nulli dubium quòd poterat Capita-
neus ipſe ex officio procedere contra præfatum Pom
ponium, & quòd Pomponius ipſe cõmiſerat vim po-
blicam alleg. in propriis terminis Andræam de Iſernia
hoc tenentem in conſtitutione regni, intentionis. de
illici. por. armo. in prima columna. vbi dicit, quòd
2 quando quis impetitur †de violentia cum armis, po-
teſt exigi pœna portationis armorum, & pœna legis
Iuliæ de vi publ. & vna per aliam non tollitur. l. nun-
quam plura. ff. de priuat. deli. ita etiam ſequitur & re-
fert Afflictus in conſtitutione regni, ſi quis aliquem.
penultima columna. & idem Andræas in dicta conſti-
tutione regni, intentionis. & licet in contrarium vi-
deatur obſtare. l. ſi criminis. C. ad leg. Iuliam de vi pu-
bli. vbi videtur probari, quòd ſi ſolus faciat iniuriam
cum armis, non incidit in legem Iuliam de vi publi.
Secus, ſi hominibus coadunatus. Nam rectè intuenti
text. in l. ſecunda. §. item ſi proponas. & §. damni præ
tor inquit. ff. vi bono. rapt. vbi exponuntur dicta ver-
ba, videlicet hominibus coadunatis. & hoc fortè vo-
luit dicere dicta l. ſi criminis. quòd ſi vnus ſolus faciat
iniuriam alicui ſine armis, non dicitur committere
violentiam, niſi id faciat hominibus coadunatis. Et
hoc optimè etiam confirmatur per text. in dicta l. ſe-
cunda. §. dicto §. item ſi proponas. ff. vi bon. rapto. ibi,
hoc enim, quod ait hominibus coactis, ſic accipere
debemus, vt ſiue ſolus vim fecerit, ſiue etiam homi-
3 nibus coactis vel armatis, †vel inermibus, hoc edicto
teneatur: ſed circunſcripta pœna legis Iuliæ de vi pu-
blic. dico quòd in caſu de quo agitur, nedum fuerit
pœna portationis ſeu delationis armorum, prout au-
dientia ipſam declarat, verùm etiam & pœna inſul-
tus cum armis. Ita voluit Ludouicus Roma. in ſuo ſin-
gulari cccccl xviij. incipiente inſultus. vbi plus tenet,
quòd inſultus factus cum armis licet non extractis,
punitur ac ſi arma extracta forent. & factus inſultus
dicitur cum armis. l. tertia. §. armis. verſiculo, qui ar-
mati. ff. de vi & vi arma. & dicit Maria. ſoci. in capitu.
qualiter & quando. extrà de accuſation. el ſecundo. in
articulo lx. ſe ita obtinuiſſe in facto. Et idem tenet

Albericus in ſecunda parte ſtatutorum, quæſtio. xxx.
& pro præmiſſa opinione bene facit: nam eo ipſo, quod
aliquis eſt in publico cum armis, etiam quod aliquem
non offendat, tenetur lege Iulia de vi publica. vt in l.
tertia §. eadẽ. ff. ad leg. Iuliam. de vi publi. imò ſi tenet
arma ad alium finem, quam cauſa itinerandi, vel ſe
4 tuendi, pariter erit † & in eadem pœna, vt in l. prima.
ff. eodem titu. multo magis, ſi inſultauit aliquem cum
telo, ſeu inſidiatus fuerit: & teli appellatione venit
omne id quod manu mittitur, vt lapis, lignum, fer-
rum, vt in §. telum. inſtitu. de publi. iudi. & communi
vſu iudiciorum hodie tenetur, quòd committens in-
ſultum cum armis contra aliquem, tenetur lege Iulia
de vi public. Hoc videtur ſentire Mari. de caram. in
apparatu conſtitutionum regni, ſi quis aliquem. &
quod crimen legis Iuliæ de vi public. committatur,
nedum ſi plures cum armis inſultauerint in aliquem,
verùm etiam ſi vnus ſolus: & ita dicitur communiter,
& maximè in curia vicariæ. tenet etiam Nicolaus de
Petra, in conſtitutione, ſi quis aliquem: de pœna per-
cutient. & non occidentis. & quòd talis poteſt accu-
ſari lege Iulia de vi publi. tenet etiam Petrus de mon-
forte in conſtitutione iuſtitiarij. de officio iuſtitiaria
tus. & licet quidam voluerint pœnam legis Iuliæ de
vi public. locum habere, quando violentia infertur
perſonæ, id dixerunt procedere, quando hominibus
coadunatis committitur: vt in præfata l. qui dolo. §.
fin. & l. ſi criminis. eodem titulo. licet aliud ſit quan-
do committitur in rebus, vt in l. nec intereſſe. ff. ad l.
Iuliam de vi priua. tamen reperio quòd domin. Pam-
philus mollus de capua, contemporaneus domi. An-
ton. de Alexand. vt ambo mihi retulerunt in quibuſ-
dam ſuis recollectis ab antiquis doctoribus ſuper cõ-
ſtitutione Regni, dicebat ſuper dicta conſtitutione
Regni, intentionis. hoc ſe non credere eſſe verum in
violentia quæ fit cum armis, quia vt dictum eſt, eo ipſo
quòd aliquis eſt in publico cum armis cauſa nocendi
alicui, tenetur lege Iulia de vi publica, vt dictum eſt,
5 nam† quælibet violentia, quæ fit punitur lege Iulia de
vi publica, ſi cùm armis. & lege Iulia de vi priuata, ſi
ſine armis. vt inſtit. de public. iudic. §. item lex Iulia
de vi. vbi enim requiritur, quod homines ſint coaduna-
ti, requiritur ad hoc, vt violentia præſumatur, vbi non
conſtat: ſed ſi vnius factum interuenit, & conſtat de
violentia, credit quòd tenetur dicta lege, & ſpeciali-
ter quando cum armis, præfata ratione. Ad quod fa-
cit l. ſecunda. § damni. ff. vi bonor. raptor. vbi ex po-
nuntur dicta verba hominibus coadunatis. Nõ enim
ſemper habet locum argumentum à contrario ſenſu,
vt C. de condition. inſer. l. ſecunda & hoc fortè voluit
dicere. l. ſi criminis. quia ſi vnus ſolus faciat iniuriam
alicui ſine armis, non dicitur facere vel committere
violentiam, niſi id faciat hominibus coadunatis: ſicut
& damnum poteſt dari ſine vi, tamen ſi detur homi-
nibus coadunatis, aliàs coactis, dicitur violentia, vt in
dicto §. damni. & §. dolo ea. l. Ita dicit tenere Lucium
de pen. in capit. regni, ſi quis cum roncha in lectu. ca-
pitulorum regni. quam ipſe dominus Pamphi. dicit ſe
ſolum ipſam habere, & ſic exhibitis præfatis recolle-
ctis Pamphi. cum eius opinione præfata in rota. ſacri
Conſilij Regij. & ſatis commendata pari voto Magn.
domini Cichi Viceprotonotarij, & præſidentis. ſacri
Regij Conſilij, ac cæterorum Regiorũ Conſiliorum,
fuit decretum bene fuiſſe appellatum per dictum Ma-
gnificum



gnificum Ludouic. & malè iudicatum per audientiam
Idrontinam, & cauſam eandem eſſe remittendam ad
Capitaneum præfati Magni. Ludoui. &c. Demum per
aliquos dies poſt præfatam remiſsionem, voluendo
plures codices ad alium effectum, reperi quandam
apoſtillam antiquam in quibuſdam meis antiquiſsi-
mis conſtitutionibus ad Pennam, in præfata conſti-
tutione, ſi quis aliquem. quæ ita formaliter dicit: not.
hic illud, de quo ſæpe dubitatur, videlicet, quòd crimẽ
legis Iuliæ de vi public. incurritur, nedum ſi inſultus
6 committitur cum cœtu, †ſed etiam ſi ſine cœtu, etiam
per vnum cum armis, & ſic tenetur communiter, ma-
ximè in curia vicariæ, & hoc per iſtam glo. licet nihil
allegat. attamen poſſet allega. pro ea l. ſecunda. §. hoc
edicto. ff. vi bonor. raptor. volunt tamen quidam di-
cere, quòd iſte percuſſor poſſet teneri lege Iulia de vi
public. iſto caſu, ſcilicet vbi ego ſolus te aggredior ar-
matus: & hoc dicunt, quia inſultus excogitatus con-
numeratur inter magna crimina, vt in conſtitutione,
iuſtitiarij nomen, ſub rubrica, de officio iudic. Item,
quia reputatur vis ſolum habere arma vel portare, vt
ff. ad l. Iuliam de vi public. l. ſecunda. multò magis de-
bet teneri iſte. Sed ad hoc reſpondetur, quia lex illa
eſt correcta per hanc conſtitutionem, quia portans
arma tenetur aliter, & ideò non obſtat. Præterea, ſi
hoc eſſet verum, quòd ſi vnus & ſolus facit inſultum,
teneretur lege Iulia de vi publica, eueniret magnum
abſurdum, quòd ille qui percuſsit cum armis, tenetur
pœna manus, vt in hac cõſtitutione, & ſi iſte, qui non
percuſsit tenetur lege Iulia de vi public. magis puni-
retur qui non percutit, quàm qui percuſsit. ideo co-
gita, & ita formaliter dicitur in dicta apoſtilla.

Thomas Grammaticus V.I.D.

### Svmmarivm.

1 *Confeſſio ſocij criminis non nocet, vbi non concurrunt a-
lia adminicula. & num ſeq.*

7 *Inimicitia ad hoc vt ſit conſiderabilis, requiritur proba-
ri qualitas inimicitiæ in ſpecie.*

*Nec ſufficit in genere, nulla adiecta qualitate: nec cauſa
inimicitiæ, & ſic non eſt probata inimicitia.*

8 *Inimicus teſtis ad hoc vt tanquam inimicus repelli poſſit
requiritur probari euidens inimicitia & manifeſta.*

9 *Inimicitia ex qua poſſit reſultare indicium, requiritur
quòd fuerit capitalis, & ita probetur.*

10 *Teſtis varius & contrarius intra ſemetipſum, nihil
probat.*

11 *Teſti periuro non eſt credendum.*

12 *Indicium ad torturam vbi exiſtit contra aliquem, vnum
quodque quod vrgeat in contrarium illud elidit. &
num. 13.*

14 *Torquere non licet inquiſitum vltra tertiam vicem, quia
eo caſu dicetur iudex immoderatè procedere.*

15 *Confeſſio per torturam extorta, ſi fuit reuocata licet mil-
lies repetita & ratificata, non obeſt: & ideò perſeue-
rantia debet fieri pluries, & diuerſo tempore.*

## CONSILIVM XLIIII.

SAluatoris mundi ſuffragio petito. In cau-
ſa Martini triparij cum Regio fiſco, ſu-
per aſſaſsinio commiſſo, vt prætenditur
per ipſum committi mandato in perſo-
nam quondã Bernardini roncinelli occiſi, confeſsio-
ne eiuſdem Martini, ac ratificatione exiſtente, dico
principaliter eius confeſsionem præfatam, & ſucceſ-
ſiuè ratificationem in nihilum ſibi obeſſe, tanquam
extortam per torturam illatam non præcedentibus
indiciis: ex vulgata iuris diſpoſitione, de qua plenè
per gloſſam, Bartol. & doctor. in l. penultima. ff. de
quæſtionibus. & in primis adparet, quòd Bernardinus
Calandra ſolus ſocius & particeps criminis, vt falſus
eſt, eundem Martinum inculpat, aſſerendo quòd præ-
cedenti die, dum rixatus fuiſſet cum eodem Ronci-
nello, concluſerunt ad inuicem eundem interfectu-
ros, & Martinus ipſe adſumpſit onus comperiendi
aliquos, qui inferre debuiſſent eidem Bernardino duo
vulnera, & debilitarent ipſum in brachio, & quòd
Martinus ipſe ſolueret de pecunia ſocietatis, quic-
quid ſibi videretur ſoluendum, vnde talis inculpatio
1 non habet ſibi nocere, cùm alia † non concurrant ad-
minicula, prout requiritur ad concomitantiam con-
feſsionis ſocij criminis, ad hoc vt probet, vt conclu-
dit Salycetus in l. fin. C. de accuſationibus. Ioannes de
Imola, in capitulo primo extrà de confeſ. Alexander
in conſilio cxxvij. quoniam abundè. in quarto volu-
mine. in fin. ſed ſolùm faciet qualemqualem præſum-
ptionem, vt omnes præfati tenent. Item liquet ex de-
fenſionibus Martini præfatum Bernardinum Calan-
dram iam furcis ſuſpenſum, eſſe hominem malæ famę
& vitę, ac furem, & de furto vnius equi, & vnius man-
tæ conuictum in hocmet proceſſu: & licet aliàs ſocius
criminis in caſibus exceptis faciat indicium ad tor-
2 turam, † tamen hoc debet intelligi de ſocio criminis,
aliàs non infami ob aliud delictũ: per not. doctrinam
Angel. in l. qui iudicio. ff. de accuſationibus. vbi dixit,
quòd ſi ex forma ſtatuti debet credi accuſatori dam-
ni dati, vel alterius criminis, quòd ſi ipſe accuſator
eſſet infamis infamia facti, non creditur ei, & ſubdit
Angelus quòd cùm hæc quæſtio occurriſſet de facto
tempore ſuo: ita fuit iudicatum. & idem in propriis
terminis in ſocio criminis conſuluit Marſilius in
conſilio ſeptuageſimo quarto, quarta columna, in pri
mo volumine. Tertiò adparet inquiſitio præfata for-
mata cõtra eundem Martinum ad dictum ſolius præ-
fati quondam Bernardini furca ſuſpenſi ob delictum
3 præfatum, quo caſu † non procedit inquiſitio præ-
fata, cùm ad depoſitionem ſolius ſocij criminis non
poſsit inquiſitio formari, vt conſuluit Raphael Ful-
go. in ſuo conſilio cxxxvj. incipiente in cauſa crimi-
nationis. vltima columna, verſiculo, nouiſsimè verò.
& in conſilio cvij. incipiente, ſuper eodem: quarta co
lumna. refert & ſequitur idem conſulendo Decius in
ſuo conſilio clxxxix. incipiente, lætatus ſum. quinta
columna. & idem in particulari ſequitur conſulendo
Marſilius in conſilio lxxviij. incipiente, ſalus om-
nium. quarta columna. & ſubdit plus, quòd talis aſſer
tio ſocij criminis, non facit indicium etiam ad inqui-
ſitionem. Idem ante eum conſuluit Raphael Fulgoſ. in
præfato conſilio cvij. in tertia columna. Quartò &
vltimò dico non debuiſſe, nec debere in aliquo ſtari
confeſsioni præfati quondam Calandræ contra præ-
fatum Martinum optimæ famæ, conditionis & vitæ,
bonum Chriſtianum, pium, eleemoſynarium, & miſe-
ricordem, ac pacificum & quietum, & minimè rixo-
ſum, vt plenè atteſtantur decem teſtes ſuper quarta,
quinta, & ſexta exceptionibus ſuis: & confeſsio ſocij
4 criminis † contra hominem bonæ famæ non opera-
bitur quicquam, prout in ſpecie tenet Andr. de Iſer-

nia in conſtitutione regni, ſi damna. in quæſtione illa,
quam prolixius examinat, an & quando ſit ſtandum
depoſitioni ſocij criminis contra nominatum per ip-
ſum? & ibi concludit, quòd etiam ſi plures eſſent con-
fitentes de nominato contra ipſum, non probant: ſed
ſolùm indicium faciunt ad inquirendum. Idem tenet
Alexander in l. repeti. ff. de quæſtionibus. in §. is qui.
& aliquid per Felynum in capitulo dilecti. extrà de
accuſationibus. Raphael in conſilio lxxj. incipiente
in cauſa inquiſitionis. Decius in conſilio clxxv. inci-
piente in cauſa falſitatis. & in præfato conſil. clxxxix.
incipiente lætatus ſum. Et nunc dato abſque veri præ-
iudicio, quòd confeſsio ipſius quondam Calandræ
potuiſſet aliàs facere indicium ad torturam, prout
nullatenus poteſt ex præmiſsis contra præfatum Mar-
tinum per ipſum nominatum, dico quòd vnum ſo-
lum eſſet indicium ad torturam ſufficiens: ſi tamen
probatur inquiſitum ipſum eſſe bonæ famæ, reſultat
quòd indicium ipſum tollitur, & eneruatur ob illam
5 bonam famam: adeò quòd torqueri non poteſt. † Ita
voluit Baldus in l. fin. vltima columna, de probation.
refert & ſequitur Alexander in l. fin. tertia apoſtil. ff.
de quæſtionibus. idem Alexander in conſilio xc. in-
cipiẽte, viſo themate antè ſcripto. penultima colum-
na. tertio volumine. Catal. in tractatu ſyndi. verſiculo
cxlij. incipiente adde, quia ſæpe. & Decius in præfato
conſilio clxxxix. penultima columna. vbi alleg. etiam
Baldum in l. prima. in fi. C. locat. dicentem, quòd præ-
ſumptio delicti tollitur ex præſumptione bonæ famæ:
imò cùm ſit vnicum indicium, ex præſumptione bo-
6 næ famæ extinguitur: † imò eliditur in totum ob bo-
nam famã & vocem. Ita in particulari conſuluit Mar-
ſil. in conſilio lxxiiij. quarta columna. j. volumine. vbi
alleg. Baldum idem tenentem. & ibi Imola in l. fi. ff.
de hære. inſtitu. vbi pulchrè ſatis loquitur in materia.
Idem voluit Saly. in l. fin. vltima columna. de quæſtio.
Augu. in additio. ad Angel. in verſiculo. fama publica.
in additio. magna incipiente tu autem. Idem conſu-
luit Alexander in ſuo conſilio v. incipiente, in cauſa
inquiſitionis. in primo volumine. Nec poſſet eidem
Martino in aliquo obeſſe aſſertum adminiculum, vi-
delicet quòd rixatus fuerit cum eodem Roncinello
ſero præcedenti, & parum antè quàm fuiſſet aggreſ-
ſus, & vulneratus, & ſic quod ex hoc inferri poſſet fuiſſe
effectos inimicos, nam inter eos tempore prætenſæ
rixæ, ſeu verborum habitorum inter ipſos, nullum
fuit verbum iniurioſum prolatum, nec aliqua inimi-
citia ex verbis prolatis inter eos veriſimiliter contra-
cta. & ad hoc, vt dici poſsit contracta inimicitia, requi
ritur probari qualitas ipſius inimicitiæ in ſpecie, nec
ſufficit in genere, nulla adiecta qualitate nec cauſa
7 inimicitiæ, † Quo caſu non apparet probata inimi-
citia aliqua. Ita dixit ſatis not. Imola in capit. Ray-
nutius. de teſta. Baldus in l. ſi quis teſtibus. in fin. C. de
teſtibus. vbi in ſpecie ſubdit, quòd requiritur qualitas
& ſpecies inimicitiæ probari, nec ſufficit ita in gene-
re. & loquuntur de inimicitia teſtium ad hoc vt re-
pelli poſsint. Idem ſequitur Iaſon in l. prima. quinta
columna. C. de teſtament. & in ſimili dicit Baldus in
capitulo Rodulphus. extrà de reſcriptis. quòd ad hoc,
8 vt teſtes tanquàm inimici repelli poſsint, † requiritur
probari euidens inimicitia, & manifeſta. Refert & ſe-
quitur Iaſon in l. ſororem. vltima columna. C. de his,
quibus vt indignis, maximè, quia inimicitia ex qua

reſultare poteſt indicium, requiritur quòd fuerit ca-
9 pitalis: † & ita probatur. Ita dixit Ludouic. Roma. in
l. prima. §. hoc reſcriptum. ff. ad Sillania. & not. Bart.
in l. tertia. ff. de adimen. lega. Et potiſsimè vendicant
ſibi locum præmiſſa omnia, concurrente varietate,
imò contrarietate ipſius quondã Bernardini Calan-
dræ inter ſemetiſpum in eius confeſsionibus contra
præfatum Martinum, & Ioãnem Parazolam: nam in
prima eius depoſitione facta in tortura ſub data die
xix. Nouembris, & in alia ſequẽti eius depoſitione af-
frontatus cum Martino depoſuit, quod Martinus vulne-
rari fecit Roncinellum per Ioannem Ant. vngarum,
& Anellum, & requiſiuit ipſum ſi voluiſſet in hoc in-
teruenire, & ipſe remanſit contentus: & præfatus Mar-
tinus ſoluit pecuniam præfatis interfectoribus, & re-
tinuit ob hoc partem eidem Callandræ tangentem de
pecunia tripariæ. & demum in alia eius depoſitione
facta ſimiliter in tortura, die vigeſimoſecundo No-
uembris 1532. Calandra ipſe confeſſus eſt omnia fe-
ciſſe, & quòd ipſe Calandra acceſsit ad vocandum
Anellum, & Ioannem Antonium, & concertati ſunt
cum ipſo intus eccleſiam ſancti Eligij prope altare, &
eiſdem poſt vulnera illata dedit ducatos decem: &
quòd præfatus Martinus & Ioan. Parazola non fue-
runt allocuti præfatos Ioannem Antonium nec A-
nellum interfectorem: nec ante nec poſt vulnera il-
lata eidem Roncinello: & interrogatus ibidem, qua
de re depoſuerat per prius? *chel prefato Martino hauea
concertato ogni coſa*: reſpondet, *lo hò dito per me aiutare
Signor*. vnde ſuccedit, quòd præfatus Callandra tan-
quam teſtis in Martinum examinatus, varius exiſtens
& contrarius inter ſemetipſum, nihil probat contra
10 dictum Martinum: † vt habetur in l. qui falſa vel va-
ria. ff. de teſtib. & in l. prima in princip. eodem titul.
& in capit. cùm eccleſia. de cau. poſ. & proprie. & in
capitulo ſuper his. de pœn. & quarta quæſtio. tertia.
capit. ſi teſtes. §. qui falſo. & latè Speculator in titul. de
teſte. §. primo verſiculo item, quòd teſtes ſunt varij. &
conſuluit Marſil. conſilio lj. vj. columna incipiente,
licet nondum plenè. & conſilio lxxviij. incipien. ſalus
omnium. tertia colum. & tantò magis ei credendum
11 non eſt, tanquam † periuro. l. tertia. ff. de teſtib. capit.
forus. de verbo. ſignifi. Speculat. in titu. de teſte. §. pri-
mo. verſiculo, item excipitur, quòd eſt infamis. & in
eodem §. verſiculo, item, quòd eſt periurus. Innocen.
in capitulo fraternitatis. de hære. Baldus in l. ſi ex fal-
ſis. C. de tranſactio. Nec militaret, quatenus pro fiſco
diceretur accidere aliud adminiculum cum depoſi-
tione præfati Calandræ, videlicet depoſitio duorum
teſtium, videlicet Petri Anton. & Fonſi pantaleoni
deponentium, quòd dum Calandra veniret ad man-
dram dixit: *malè me ſape che Bernardino ſe more ſecundo
lo medico me dice: io non diſſe a quelli che totalmente lo
amazaſſero: ma che lo ſtropiaſſero de vno bracciora me in-
tendo me ſcappaone me potea ſcappare, to piglia queſti de-
nari andamo & portamoceli ſi non che queli lo poriano
ſcombocliare: & tu & lo ne ſtariamo male & cuſſi andaro.*
non tamen adparet Martinum acceptaſſe delictum.
Et inuitum accipere debemus, nedum qui diſſentit,
verum & qui conſenſiſſe non probatur, vt in l. inui-
tus. C. de procurator. cum vulgaribus. tamen ex præ-
miſsis depoſitionibus clarè adparet Calandram id
12 principaliter facturum. † vnde reſultat, quòd Marti-
nus non poterat torqueri, ex quo vbi extat indicium




ad torturam contra aliquem, vnumquodque quod
vrgeret in contrarium, illud elideret, adeò vt tor-
queri non poſſet. ita Ioannes Andræas in regula, cùm
in contemplatione. de regulis iuris. Baldus in l. fin. de
proba. Alexander in conſilio clxxix. tertia columna.
ij. volum. & ideò dicit Bald. in l. ij. C. quorum appel.
quòd licet vnus bonus teſtis faciat indicium ad tortu-
ram, id intelligitur, dummodo niſi alia coniectura re-
ſiſteret in contrarium. Idem conſuluit Alexander in
conſilio cxxiiij. in ſexto volumine. & ideo quando tor
quendus habet aliqua indicia pro ſe, illa quæ contra
ſe vrgent, debent eſſe magis grauia. dixit Bartol. in l.
j. §. ad quæſtionem. de quæſtionib. & ſequuntur Mod.
Senenſ. in tractatu de iudiciis & tortura. in v. charta.
Item liquet ex meritis proceſſus, quòd præfatus
Calandra maximo odio proſequebatur Bernardinũ
præfatum Roncinellum, ex quo dicebat, quòd præ-
fatus Roncinellus habebat rem cum ſua ſorore: &
quòd ipſe fuerat occaſio, ſeu cauſa, vt occideretur
quidam eius frater conſobrinus, vt plenè deponunt
ij. & iij. teſtes ſuper qua exceptione, & x. teſtis ſuper
ix. x & xj & ſubdunt, quòd præfatus Calandra mina-
tus fuit velle eundem Roncinellum occidere, prout
etiam deponit primus teſtis & tertius ſuper ix. & xj.
exceptione vltra ſuprà dictos alios teſtes, & ſic adpa-
ret præfatum Calandram ex proprio odio occidiſſe,
ſeu occidi feciſſe præfatum Roncinellum, prout in
ſpecie conſuluit Cæpo. in ſuis cautelis, cautela xxxix.
vnde adparet quòd ceſſat præſumptio contra præfa-
tum Martinum ab ipſo Calandra mendaciter incul-
patum. Nec prodeſſet fiſco, quòd Martinus ipſe ita
confeſſus fuerit, & demum eandem ſuam confeſsio-
nem ratificauerit: dum huiuſmodi confeſsio emanata
fuerit in tormentis abſque legitimis indiciis: quo ca-
13 ſu etiam millies ratificata non obeſt. † per glo. Barto.
& docto. in l. penult. ff. de quæſtio. maximè præceden-
te adeò immoderata tortura, nedum primo, ſecundo
& tertio loco ſibi illata, verùm etiam & quarto, & ex
iuris diſpoſitione non licet vltra tertiam vicem tor-
14 quere, vbi † tamen ſufficerent indicia ad torquendum
aliàs, iudex vltra torquendo, dicitur immoderatè pro-
cedere: dixit Paulus de Caſtro in conſil. cxcvij. incip.
viſa inquiſitione. circa finem. arg. l. fideicommiſſa. §. ſi
quis decem. ff. de legatis tertio. & ſequitur Paris de
Puteo in tractatu ſyndicatus, in chart. cviij. in verſicu.
tortura. columna xxxviij. in cap. viſo de repetitione
torti. & ſequitur Marſilius in ſua practica cauſarum
crimin. §. quoniam. iij. colum. & in l. repeti. iij. colum.
ff. de quæſtionib. vbi in ſpecie ſubdit, quòd inquiſitus
non debet vltra tertiam vicem torqueri. Ex quibus
reduco me ad iſtam concluſionem, quòd ſtante re-
uocatione ſuæ confeſsionis, ad quam minus legitimè
ad torturam contra ipſum proceſſum fuit, & quæ eidẽ
15 inferri non poterat, nihil habet obeſſe † eidem inqui-
ſito, etiam ſi millies repetita & ratificata fuerit. Ita
dixit Bartol. poſt glo. ſingu. in l. j. de quæſtionib. Inno.
in cap. cauſam matrimonij. de offic. delega. & ideo ra-
tificatio ſeu perſeuerantia debet fieri pluries, & di-
uerſo tempore. argu. glo. in verſicul. niſi ei. in l. iiij. de
pigno. act. Ita ad literam dicit Paris de Puteo in tract.
ſyndi. in ver. tortura. cap. ſequitur quæſtio quotidiana.
in iij. colum. ſicque debet Martinus ipſe ſaltem ſub fi-
deiuſſoribus liberari.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri dicenti ſe carnaliter cognitam ab aliquo, non debet ſtari.*
2 *Accuſator & teſtis quis eſſe non poteſt.*
3 *Conſanguinei & affines in cauſa iniuriæ illatæ eorum conſanguineo vel affini, non probant: quia dicuntur in cauſa propria teſtificari.*
4 *Iniuria facta vni de agnatione, toti agnationi facta videtur.*
5 *Conſanguineus pro conſanguineo teſtis non admittitur, maximè ad offenſam.*
6 *Cohabitatio in teſte, auget ſuſpicionem parentelæ.*
*Teſtis eſſe non poteſt maritus pro vxore.*
*Maritus & vxor dicuntur vnum corpus, & vna anima, & alter alterius debet eſſe particeps infortuniorum ſuorum.*
7 *Teſtis dicens vidiſſe hominem de nocte, & non dicit accenſa candela ſeu lumine, aut lucente luna, non probat.*
8 *Iudex non veriſimili non debet fidem dare.*
9 *Teſtes inhabiles admitti debent, vbi aliter veritas haberi non poteſt, tamen debet per prius adparere quòd aliter veritas haberi non poteſt. & quando & quomodo hoc intelligẽdum ſit, quòd veritas aliter haberi non poteſt. vbi vide multas limitationes. & nume. 10. 11. 12. & num. 19. 23. 24.*
13 *Teſtes inhabiles, ac etiam crimineſi recipi poſſunt ad informationẽ iudicis ſeu in cauſa inquiſitionis. & n. 14.*
15 *Teſtes affines in criminalibus repelluntur à teſtimonio, intantum, quòd ſi ſunt admiſſi, minimè probabunt.*
16 *Teſtis eſſe non poteſt ſocer pro genero, nec ſocrus pro nuru.*
17 *Teſtis cum quo ſubeſt cauſa inimicitiæ, licet aliter de ea non adpareat, & etiam ſi teſtis aſſerat nullam habere inimicitiam, tamen repellitur.*
18 *In teſtium receptione idem iudicandum eſt de inimico præſumpto quod de vero.*
*Teſtes inhabiles quòd poſſint admitti quando veritas aliter haberi non poteſt, non debet intelligi quòd poſſint admitti in teſtes partes principales aut inimici.*
20 *Teſtis mulier in criminalibus de iure canonico licet non admittatur, tamen quando veritas aliter haberi non poteſt, admittitur.*
21 *Delictum ſi aliter probari non poteſt, niſi per minorem, ſi fuerunt examinati duo minores, erit delictum probatum.*
22 *Teſtes inhabiles, & à iure reprobati, licet admittantur quando veritas aliter haberi non poteſt, id debet intelligi mediante tortura, & non aliter.*
25 *Contumax bannitus ex ſola contumacia & banno poteſt de iure torqueri.*
26 *Contumax verus dici non poteſt, citatus domi, ſed qui perſonaliter citatus eſt & num. 27.*
28 *Contumax dicitur ille, qui eſt condemnatus ex vtraque contumacia.*
29 *Contumax ſi tempore contumaciæ ſtabat grauiter infirmus, non potuit contumax reputari.*
30 *Teſtium defectus quòd numerus ſuppleat, non habet locum in cauſa graui, ſeu criminali.*
31 *Fama mala probata contra aliquem, vt ſortiatur effectum ſuum, requiritur quòd fuerit in eodem genere mali.*
32 *Infamis ex delicto, vel propter delictum, requiritur quòd delictum ipſum cõfeſſus fuerit, vel quòd propter*

*ſententiam condemnatus ſit*, Nec *ſufficeret crimen*
*eſſe probatum*.
33 *Principis mens præſumitur eſſe talis, qualis de iure*
*eſſe debet*.
34 *Princeps nunquam præſumitur concedere non conce-*
*denda*.
35 *Princeps mandare non poteſt, vt quis torqueatur non præ*
*cedentibus legitimis indicijs*.
36 *Confeſſus per torturam non præcedentibus indicijs, etiam*
*ſi millies ratificauerit, non tenet confeſſio. & num 37.*
38 *Iudex debet replicare principi ſibi mandanti, vt quid*
*iniuſtum exequatur. vbi multa de hoc & num 39.*
40 *Teſtimonium virorum præfertur teſtimonio mulie-*
*rum*.
41 *Auxiliator non tenetur eadem pœna qua principalis*.
42 *Delictum in quo interuenerunt principalis & auxi-*
*liantes, & venit pro tali delicto imponenda pœna*
*mortis eo caſu principalis ad ipſum condemnabitur,*
*cæteri verò deportantur*.
43 *Tortus per tres vices, & non confeſſus, debet relaxari*
*ſub cautione*.
44 *Confeſſioni factæ in tormentis legitimè illatis ſtatur, ſi*
*perſeueratum fuerit in ea niſi indicia per quæ fuit tor*
*tura illata fuiſſent leuia quæ nō facerent præſumptio-*
*nem, quia non ſtaretur illi confeſſioni, niſi perſeueret*
*in ea*.
45 *Confiteri delictum feciſſe, quod non fecit virtute torturæ*
*non eſt veriſimile ſi erat confeſſus innocens & nu 46.*
47 *Pœna minor ex pluribus debet eligi per iudicem in con-*
*demnando*.
48 *Iuſtitia vera eſt miſereri delinquentibus*.
*Miſericordiam qui putant eſſe negandam peccantibus, &*
*de iuſtitia ſua præſumunt, à* Domino *percuſſi inter-*
*eunt: quia iudicium ſine miſericordia erit illis, qui no*
*lunt facere miſericordiam delinquentibus*.

## CONSILIVM XLV.

REdemptoris gentium præſidio petito,
Amen. In cauſa Santilli de panecteria,
cum Regio fiſco, ſuper prætenſa violen-
tia commiſſa in perſonam Cubellæ de
iorro, prætenſæ vxoris Saluatoris riſtaldi, necnon &
prætenſis vulneribus & aliis, prout in proceſſu for-
mato contra ipſum latius continetur, principaliter
eſt diſcutiendum, an confeſsio facta per eundem San-
tillum in tortura, & demum ratificata ſibi obſtare
poſsit? Et certè dicendum eſt, quòd non: cùm ad tor-
turam nullis præcedentibus indiciis proceſſum fue-
rit: ex quo aduerſus eundem Santillum non adparet
niſi depoſitio ipſius Cubellæ principalis: necnon &
Saluatoris eius viri prætenſi, & ſucceſsiuè Beatricis
1 matris ipſius Saluatoris. † & incipiendo ab eadem
Cubella principali, dico, quòd dum eius aſſertio con-
tineat turpitudinem ſuam, dum aſſerit ſe fuiſſe car-
naliter cognitam ab ipſo Santillo, eidem ſtari non
debet contra ſeipſum, & nihil probat: vt habetur in
l. ſecunda. C. de condict. ob turp. cau. & in cap. non ſa-
nè. iiij. quæſtio. quinta. & in cap. inter dilectos. extrà
de fide inſtrumen. ita Bertran. in ſuo conſilio cxlvij.
in tertio volum. Bald. in conſilio cccxxxvij. in v. vol.
& Marſil. in conſilio xx. per totum. concurrente ma-
ximè querela ipſius Cubellæ expoſita cōtra præfatum
Santillum, ex qua reſultet, quòd eſſe non poteſt accu-
2 ſator † & teſtis: vt per gloſſ. in l. is, qui in iudicio. ff. de
accuſa. Gand in tracta. maleficiorum, ſub rubri. qui
accuſa. poſ. vij colum. Marſil. in conſi. xxxiij. nume. 3.
& 4. quod maximè procedit in cauſa propria, in qua
nemo teſtis eſſe poteſt: vt habetur in l. omnibus. C. de
teſtib. & in l. nullus. ff. eodem titu. & iiij. quæſtio. iij.
cap. ſi teſtes. §. nullus. & voluit Specu. in tit. de teſte. §.
primo. verſic. item, quòd eſt teſtis in re ſua. ita in ſpe-
cie conſuluit Marſil. in conſilio xij. ſecunda columna,
vt in præſenti caſu, vbi loquitur in furto pecuniarum
commiſſo quibuſdam deponentibus furtum fuiſſe in
eorum pecuniis commiſſum per quendam Zanotam,
quòd nihil probant tanquàm in facto proprio depo-
nentes, per iura præfata. & conſuluit idem Marſilius
in conſilio ciij. incip. in præſenti caſu inquiſitionis.
nume. 46. & nedum prohibetur principalis in cauſa
3 propria teſtificari:† ſed etiam omnes conſanguinei &
affines, vbi prætenderetur illata iniuria conſanguineo
ſeu affini, quia eo caſu videntur in cauſa propria teſti-
ficari: vt inquit Anto. de Butr. in cap. cùm oporteat.
extrà de accu. Salyce. in l. parentes. C. de teſtib. & con-
ſuluit Soci. in conſilio xvij. in iiij. colum. primo volu.
& tenet Felyn. in dicto cap. cùm oporteat. & plenè
Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Gryſogonus. ff. de verb. obli.
& idem in ſpecie tenet Blaſius de morcono in conſti-
tutione Regni, maieſtati noſtræ. ſub rubr. de quæſtio-
ne fœminæ, in ver ſed an cōſortes de vno genere &c.
Ex quibus infero nihil probari ex depoſitionibus Sal-
uatoris prætenſi eius mariti: & ſucceſsiuè nec præfatæ
Beatricis eius matris, contra præfatum Santillum:
cùm adpareat in cauſa propria teſtificari. Et ſi quere-
la expoſita per ipſam Cubellam de violentia contra
ipſum Santillum, non ſortiretur effectum. cùm aſ-
ſeruerit ſe violatam ab ipſo, ageretur de proprio in-
tereſſe ipſius Saluatoris aſſerti mariti, & ſucceſsiuè
4 eius matris. quo † caſu iniuria communis eſſe videtur.
Ita conſuluit Decius in conſilio cxxxiij. iij col. Mar-
ſilius in conſilio xxviij nume. 9. Et facit bene, quia in-
iuria facta vni de agnatione, toti agnationi facta vi-
detur, in tantū, quòd à teſtificando repelluntur agna-
ti. dixit Barto. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. poſt gloſſ.
idem Barto. in l. cùm ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj.
Bald. in l. vnica. C ſi quacunque prædi. pote. & in l. j.
C. de raptu virgi. & inde iura ſanxerunt conſangui-
neum in cauſa criminali pro conſanguineo minimè
5 in teſtimoniū admitti: maximè ad offenſam† alterius.
dixit Bart. in l. qui teſtamento. circa fin. in §. quæcun-
que. ver. ſed quæro quid in criminalibus. ff. de teſta. &
probatur in cap. accuſatores iij. quæſt. v. & in cap. j. &
in cap. abſens. lo ij. iij. quæſt. ix. & not. Abb. in cap. lite-
ras. iij. colum. extrà de præſump. Bald. in l. fi. ij. colum.
de probatio. & tantò fortius in caſu præſenti, in quo
præfatus eius vir & mater degunt inſimul cum præ-
fata Cubella, quo caſu cohabitatio ipſa auget ſuſpi-
6 cionem parentelæ, † & ideò magis repellitur. dixit
Bald. in l. parentes. ij. colum. C. de teſtib. Anto. de Bur.
& Ioan. de Ana in cap. cùm oporteat. de accuſa. Petr.
de Ancha. in conſilio ccxlvij. incip. in cauſa agitata.
ij. colum. & præſertim vendicant ſibi locum hæc in
marito, qui pro vxore teſtificari non poteſt, vt pro-
bet. dicit gl. iij. quæſt. v. in ſumma. & in l ij. C. de teſtib.
Alber. galeo. vt refert Spec. in tit. de teſte. §. j. verſi. ſed
quid de vxore. & ſic nec vir pro vxore, nec vxor pro
viro idonei teſtes eſſe poſſunt. Ita in ſpecie cōſuluit So
cin. in cōſi. xvij. v. col. incip. ſuprà dicta cauſę poſitio. j.
volu.



volum. maximè, cùm maritus & vxor ſint vnum cor-
pus, & vna anima, & ibi ſubdit tex. quòd alter alterius
debet eſſe particeps infortuniorum ſuorum. quinimò
iniuria facta vxori, dicitur facta viro. l. j. in fi. & l. ij. ff.
de iniur. & in §. pariter. inſti. de iniur. & dixit Marſi. in
conſi. j. nu. 18. iij. char. & tanto magis, cum ſi rectè con
ſideretur depoſitio ipſius Cubellæ, non videtur veri-
tatem continere contra præfatum Santillum, cum
dixit ab eodem fuiſſe violatam, ſeu carnaliter cogni-
tam: nā deponit duos ex eis, qui habuerunt rem cum
ea, cognouiſſe, quos nominat in ſpecie, cæteros verò
binos alios ex quatuor, qui ipſam ita violauerāt, non
cognouerat. Verùm aſſerit cognouiſſe eundem San-
tillum tempore, quo exibat ab eius domo cum aliis:
& hoc ad lumen candelæ tunc accenſæ: & tamen per
prius dixerat cognouiſſe illos duos, quos nominat: &
quos extincta candela, prout ipſamet teſtatur, ſtante
noctis obſcuritate, cognoſcere non poterat. Vnde vi-
detur ſemetipſam conuincere de mendacio & falſita-
te, cùm fuerit, vt ipſa dicit, de nocte, & intus domū,
7 & candela prius extinta: quo † caſu non poterat co-
gnouiſſe eos, qui ſecum rem habuerant: iuxta not. per
Bal. & Ang. in l. ſi cum exceptione. ff. quod metus cau.
& Imol. in cap. j. §. porro. quæ fuit prima cauſa benefi.
amit. & in l. Arethuſa. ff. de ſtatu homin. & in l. de qui-
bus. de legi. & in l. non ignorat. C. qui accu. non poſ. in
quibus locis refert Bal. Old. pro hoc euaſiſſe quēdam
inquiſitum de homicidio. Idem voluit Angel. in l. j. §.
interdum. ff. ſi cert. peta. Iaſ. in l. ſi non ſpeciali. C. de
teſtamen. Ang. in conſi. cxciiij. viſis proceſsibus. Vnde
ſuccedit, quòd cùm huiuſmodi depoſitio diſtet à ve-
8 riſimili, iudex † non debet fidem dare. inquit Petr. de
Anch. in conſi. lvij. incip. ex ordine contractuum, vlt.
col. aliàs, clvij. incip. viſa facti narratione. & ideò di-
xit Inno. in c. auditis. de præſcri. quòd teſtibus depo-
nētibus non veriſimilia non eſt credendum. & plenè
Fely. in c. licet cauſam. de proba. Nec obſtaret qua-
tenus pro parte fiſci dici poſſet, quòd delictum fuit
commiſſum de nocte, & intus domum: & ſic vbi veri-
tas aliter haberi non poteſt, niſi per ipſos teſtes, ad-
9 mittuntur teſtes non integri, & alias non idonei: † vt
dicit Saly. in l. ea quidem. l. col. ver. ad quintam quæſt.
C. de accu. cum ſimi. nam id poſſet eſſe & procedere,
vbi per prius cōſtaret, quòd veritas aliter haberi non
potuiſſet: prout in caſu, de quo quæritur, & ſic quòd
aliæ probationes deficiunt, aliàs non debent teſtes in-
10 habiles admitti.† Ita conſuluit Alexan. in conſi. lxiiij.
incip. viſo thémate. j. volum, vlti. col. vbi plura ad hoc
alleg. ſed hic non eſt facta talis probatio, meritò tàles
teſtes non debent admitti. Ita in particulari cōſuluit
etiam Marſil. in ſuo conſil. xxxj. nu. 33. j. volu. & conſi.
xlj. num. 6. & conſi. lxxx. num. 62. Item & ſecundo de
lictum ipſum prætenditur commiſſum in ciuitate
Neapolitana magna, & populoſa: item in domo, &
prope ſtratam publicam, immediatè & prope domos
magnatum, & præſertim dominæ Comitiſſæ Guliſa-
ni, in quibus locis aſsiduè magna turba hominum
confluit: & tam ipſa Cubella principalis, quàm Bea-
trix eius ſocrus depoſuerunt, quòd rumor præfatæ
violentiæ fuit auditus à talibus, & talibus vicinis &
11 ſic id, quòd dicitur, quòd † teſtes inhabiles admittun-
tur, quando veritas aliter haberi non poteſt, intelli-
gitur habere locum, quando ex natura illius facti alij
teſtes veriſimiliter non potuerunt occurrere. Secus, ſi
alij teſtes idonei ex natura illius negotij potuiſſent
adeſſe, & occurrere: licet caſualiter non interfuerint.
Nam tunc tales teſtes inhabiles, ſeu minus idonei non
admittuntur, etiam ſi veritas aliter ſciri non poſſet.
Ita ſingulariter voluit Anto. de Butr. in c. tertio loco.
extra de probat. & in conſil. ſuo xxiiij. incip. quæſtio
hæc dubia habet vulgaria: & plus infert, quòd aliàs ſe
quereretur, vt teſtes non integri, ſed minus idonei ſuffi-
cerent: quia ſemper litigantes allegarent ſe alias pro-
bationes non habere: & ideò tales non admittuntur:
& idem conſuluit Marſil. in ſuo conſi. xx. incipien. vi-
ſis igitur. in iiij. col. Item & tertiò non potuerunt
12 nec debuerunt teſtes ipſi admitti ſeu recipi, † cùm in
præſenti cauſa procedatur ad querelam: & teſtes in-
habiles recipiuntur, dum proceditur per inquiſitio-
nem, & maximè generalem: vt dicit Ang. in tractatu
maleficiorum. in ver. metitor. de mal dadi. j. colum. &
hoc poſt Innocen. quem ipſe refert in c. cum I. & A.
de re iudica. vbi Innocen. dicit, quòd in cauſa inquiſi-
13 tionis etiam criminoſi recipiuntur. † Et idem tenet
Ange. in eodem tractatu. in verſi. qui iudex ſtatuit ter-
minum ad opponendum. & firmat Marſil. in conſi. v.
in antepenult. colum. & ideò dixit gloſſ. in l. de proba
tio. quòd iudex poteſt recipere teſtes inhabiles ad ſui
14 informationem: † & ſic ex officio. idem refert & ſe-
quitur Petrus de Monforte antiquus doctor in con-
ſtitutione regni, proſequentes, ſub titu. ſeu rubrica de
pign. ſubla. Item & quartò, præfata Beatrix mater
Saluatoris viri non potuit in teſtem recipi pro ipſa
Cubella eius nuru: & hoc reſpectu affinitatis præfatę,
cū in criminalibus teſtes affines repellantur à teſtimo
nio. intantùm, quòd ſi ſunt admiſsi, minimè probant,
15 per textum. & † ibi communiter docto. in l. parentes.
& in l. eos. C. de teſtibus. & in l. teſtis idoneus. ff. eod.
titu. & voluit Specul. in titu. de teſte. §. primo. verſic.
item, quòd eſt parens. & ibi Ioan. Andræ. in additio.
Paulus de Caſtro, in l. fi. C. de proba. Barto. in l. aut af-
finitate. ff. de procur. Abb. in cap. coram, ſecunda col.
extrà de offic. delegat. & in cap. nonnulli. extrà de re-
ſcrip. Alexand. conſilio. xlv. in ſecundo volum. & con-
ſilio xiij. primo volum. Marſil. in conſilio xxxj. nu. 14.
& conſilio lxxvj. in antepenult. col. numero 27. Ioan.
de Imol. in l. qui teſtamento. ff. de teſtamen. & magis
in ſpecie cōdeſcendendo, dico quòd ſocer non poteſt
teſtificari pro genero: & ita nec ſocrus pro nuru, quia
parentis locum obtinet. Angel. in l. prima. §. ſi pater.
ff. ad ſille. Bald. in l. prima. C. de epiſcop. & cleri. Flo-
ria. in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. Antonius de Butr. &
16 Imo. in cap. inſinuante. extrà de offic. delega. ſed † ſic
eſt, quòd ipſamet Beatrix ſocrus ad inſtantiam fiſci
examinata, deponit in ſua depoſitione ſe eſſe matrem
præfati Saluatoris viri præfatæ Cubellæ: ergo, &c.
Item & quintò ex alio nihil probant: nec ipſa Cu-
bella, nec præfatus Saluator eius vir, nec Beatrix præ-
17 fata eius ſocrus pro ipſa Cubella, † cùm nedum veriſi-
militer, verùm etiam certitudinaliter adpareat ini-
micitia inter eos, & præfatum Santillum, dum depo-
nunt ipſum Santillum per vim ingreſſum fuiſſe do-
mum eorum. & per vim carnaliter cognouiſſe eandem
Cubellam, & ex iuris diſpoſitione quando ſubeſt cau-
ſe inimicitiæ inter teſtes & partem, contra quam de
ponunt, ſemper repelluntur teſtes ipſi, licet aliter
non adpareat de inimicitia, etiam ſi teſtes ipſi atteſta-
rentur nullam habere inimicitiam. dixit Innocen. in
c. cùm

c.cùm.I.& A.in fi.de re iudi.Bal.in l. prçſcriptione. in
antepen.col.C. ſi contra ius vel vtili. publi.& in auth.
ſi dicatur.C.de teſti.Abb.in c.repellantur.& in c.cùm
oporteat.de accu.Bal.in conſi.cccvj.incip.præſuppo-
ſito.in iiij.volum.Alexan.in conſi. clxxiiij. incip. viſa
inquiſitione.j.volu.& in conſi.xcix.eod.volu.& idem
18 iudicandum eſt inimico præſumptio, quod † de ini-
mico vero,maximè in recipiendis teſtibus: in quibus
idem operatur inimicitia præſumpta, quod operatur
inimicitia vera,ſecundum Inno.in c.cùm I. & A.in fi.
de re iudi.Bart.in l.j.in fi.de his,quibus vt indignis.&
Bald.referens Inno.in d.l.prçſcriptione. & in authen.
ſi verò dicatur.vlti.colum. C. de teſti. & in conſil. ſuo
cccxvj.incip.præſuppoſito ſtatuto.j.col.iiij.volum. &
Abb.in d.c.repellantur.& in c.cùm oporteat.de accu.
Item ſextò,id quòd ſuprà dictum eſt, quòd quando ve
ritas aliter haberi non poteſt, poſsint admitti teſtes
non integri,& ſic inhabiles,non debet intelligi, quòd
debeãt admitti in teſtes partes principales, aut inimi-
ci:& ſic huiuſmodi inhabilitate attincti, qui non poſ-
ſint de iure recipi: ſed intelligi debet de aliis inhabi-
litatibus ratione defectus perſonæ, ſeu infamiæ, ſeu
19 † criminis,aut ætatis, aut ſexus,& ſimilium: prout pa-
tet ex not.doctri.Salyc.in l.ea quidem.l.col.verſic.ad
quintam.C.de accuſa.vbi dicit, quòd quando veritas
aliter haberi non poteſt à teſtibus integris, tunc ad-
mittuntur teſtes minus integri. Et ponit exemplum
in ludente in poſtribulo, & decepto per falſos taxil-
los.nam vt veritas non lateat,poterit hoc probari per
lenones & meretrices, quòd ibi interfuerunt veriſi-
militer.& ſic per infames. Idẽ refert & ſequitur Ang.
in præfato tractatu maleficiorum.in verſi. metitor de
mal dadi:& per Inno.in c.cùm I.& A.de re iud. & hoc
dictum Saly.refert & ſequitur Alexan. in conſi. lxiiij.
incip.viſo themate.j.colum.j.volu.& pariter vbi eſſet
minor xxv.ann.qui aliàs non debet admitti in crimi-
nalibus ad teſtificandum:vt in l.teſtium.ff. de teſti. ta-
men vbi veritas aliter haberi non poteſt, admittitur.
Ita Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de teſte.§.j. verſi.
20 item excipitur,† quòd eſt impubes. & pariter in mu-
liere, quæ licet non admittatur in criminalibus, vt in
c.mulierem.xxxiiij.quæſtio.viij.& in c.forus.de verb.
ſigni.tamen quando veritas aliter haberi non poteſt,
admittitur. Ita voluit ibidem Ioan.And.in verſi.item,
quòd eſt mulier.& ſequitur Alexand.in d.conſi. lxiiij.
in j.volum. & pariter in laico contra clericum quòd
licet non admittatur contra clericum in criminali-
bus c.laicos.& cap.ſeq.ij.quæſt.vij.& in c.veniens.el.
j.de teſti.tamen vbi veritas aliter haberi non poteſt,
poterunt laici teſtificari contra clericum. Ita dixit
Ab.in cap.de cætero.j.col.extrà de teſti. & hinc dixit
ſatis no.Alber.de Roſa.in l.in teſtimonium.ff.de teſti.
quòd ſi delictum aliter probari non poteſt, niſi per
21 minores.† quòd ſi fuerint examinati duo impuberes,
erit delictum probatum. Idem ſequitur Marſil. in l.
infans. x. col. ff. ad legem Cornel. de ſica. quod dicit
eſſe ſing.verbum,& ab aliis non tactum, quòd ipſe vi-
derit.& quòd hoc dictum refert ſimpliciter Berta. in
reper.ſuo in ver.teſtes,qui eſſe poſſunt.in vlti.charta.
in j.col. Item & ſeptimò dico,quòd in caſibus, in qui-
bus teſtes inhabiles,& à iure reprobati, admittuntur,
quando veritas aliter haberi non poteſt,tunc tales te-
22 ſtes non admittentur abſque tortura. dixit gl. † & ibi
Bal.in l.iij.§.lege Iulia.verſi.palam.ff.de teſti.pro quo
eſt tex.in l.ob carmen.§.j.ff.eo.ita conſuluit Marſi.in
conſi.cix.ij.col.num.25. Item & octauo clarum eſt, ꝙ
tam Cubella,quam Beatrix ſocrus patiuntur plures
exceptiones, quia deponunt in facto proprio, & de
violentia eiſdem illata: & ſic adparent principales in-
iuriati.Item ſunt mulieres,& in cauſa capitali, in qua
mulier quæ ſui corporis quæſtum facit, prout in ter-
minis noſtris,non probat in §.itẽ.lege Iulia.de publ.
iudi.prout dictum eſt de ipſa Cubella præſertim, quo
etiam caſu dicitur infamis, & eſt ſuſpecta de falſo. &
ſic vbi teſtes patiũtur plures exceptiones,non admit
23 tũtur,etiam † quãdo veritas aliter haberi non poteſt.
Ita colligitur ex dictis per Socinum in conſil. cxviij.
incip.viſa.in antepe.col.ver.poſtremò.j.vol Barbat.
in conſi.lxv.ſapienter,&c.in iiij.vol. col. j. Marſil.in
conſi.cij.vlt.col.Item & nonò, quòd teſtes inhabiles
admittantur,quãdo veritas aliter haberi non poteſt,
eſt verum, quo ad extraneas & tertias perſonas liti-
gantes:quia tales teſtes inhabiles poterunt teſtificari
de geſtis per eos,ne veritas eorũ quæ fecerunt,pereat,
24 †Sed ſecus eſt, quando ipſi teſtes inhabiles deponunt
ſuper eo, quod ipſi fecerũt cum alio,quia tunc eorum
dicta non valent, & nihil operantur. Ita in ſimili mul
tum ſingulariter voluit Pet.de Anc. in conſil. xxiij.in-
cip. viſa inquiſitione. j.col. & Marſi.in conſi.cij.nu.7.
Item decimò & vltimò, in caſibus in quibus teſtes in-
habiles admitti poſſunt, quando veritas aliter haberi
non poſſet, eſt intelligendum vt admittantur, non vt
25 planè probent, † ſed ſolùm, vt faciant qualemqualem
probationem: vt no.gl.in l.etiam matris.C. de proba.
An o.de.But. in prædicto ſuo conſ.xxiiij. Alex. in ſuo
conſi.lxiiij.in j.vol. & plenè Marſi.in conſi.xxxj.xlj.&
lxxx.in j.volu.in quibus ſolum allegat Alex. in d.cõſi.
lxiiij. Nec militaret pro fiſco obiicere, ꝙ hic San-
tillus fuerit pro alio delicto prætenſi homicidij cita-
tus, & ex quo non comparuit, cõtumax effectus, & ſic
ſtante ſola eius contumacia, poterat de iure torqueri:
vt dicit Bald.poſt Nicol.de Matha. in l.j.C.de hęred in
ſtitu. Iaco. de Belui. in ſua pract. cauſarum crimi. ſub
rub.de cri.remiſſo.Angel.in l.iniuriarum.§.ſi quis de-
creto.ff.de iniur.refert & ſequitur Amod.iuſti. in tra-
cta.ſyndi.in vlti.char.Paul.de Caſt.in l.raptores.C.de
epiſcop.& cle.Marſi. in l.pen. de quæſt.ff. & in conſil.
cxvij.in ij.vol.Nam huic reſpondetur, ꝙ ex relatione
nuntij citantis adparet in calce citationis, Santillum
ipſum nõn fuiſſe perſonaliter citatum, ſed domi vir-
tute cuius citationis ad eius notitiã minimè peruentę.
prætenditur cõtumax reputatus: & ſic non poteſt ille,
26 qui domi citatur,dici verus contumax,† ſed fictus. Ita
Bart.in l.diuus.ij.colum.verſi.no.quòd hoc gloſſ.ff.de
in integ. reſtit. poſt glo.ibi.& plenè Barto.in l. fin.iiij.
colum.in verſic.fictus contumax eſt.eo.tit. Cùm ve-
rus contumax dicatur, qui fuit perſonaliter citatus,
27 † & non comparuit: ſecundum Bart. in l.j. in princip.
C.quorum appellat.non recip. vel verius,qui dum ci-
tatur, reſpondit,nolo venire,ſecundum gloſſ.& docto.
in l.conſentaneum. verſicu.contumacia. C. quomodo
& quando iud.& ibi Bartol. in tertia colum. Bartol. in
l.ex conſenſu.§.fin.ff.de appell.& in l.prima. §.pœna.
iiij.quæſtio.ff.de libe.agnoſ.Bal.in l.falſus. iiij. colum.
C.de furt.Bart. in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infe.
& ideo non ab re videtur Bal.poſt Nico.de Matha. ita
tenuiſſe,quòd poteſt contra cõtumacem ad torturam
procedi, cùm contumax verus dicatur eſſe in dolo,
dum



dum citatus non comparet: & declaratur contumax.
l.non poteſt de reg.iur.dicit Bart.in l.minor.la.j.ff.de
minor.& ſic præſumitur in malitia, donec cõpareat.
Ita Bald.in ſua marga.in verſi.contumax.verſi.iiij.ſed
ſanè illud intelligendum eſt contra verum contuma-
cem procedere,non autem cõtra fictum, per id quod
in propriis terminis dicimus de diſpoſitione, ſeu ſta-
tuto loquente contra contumacem. nam intelligitur
de vero contumace,non autem de ficto. Ita in ſpecie
conſuluit Angel. in ſuo conſil. cxcv. de quo meminit
Alexand.in l.ait prætor.§.hæc verba.ff. de nego. geſt.
in vlt.verbis. Et quòd ſtatutum loquens de contuma-
ce,intelligi debeat de vero contumace, non autem de
ficto,tenet Bertac.in reperto. ſuo in verſic. ſtatuta in-
terpretantur,verſi.clx.incip. ſtatutum de contumace.
& bene facit,quia verba legis debent intelligi ſecun-
dum propriam ſignificationem: vt dicit Bart. in l. ita
vulneratus.§.j.ver.item not.quòd verba legis.ff ad le.
aquil.nam verba ſic indiſtinctè prolata, intelligi de-
bent cum quodam temperamento arbitrio boni viri.
dixit Flori.in l.ſi cui. ff. de ſeru. & in l.ſi ſeruus vetitus.
ff.de legat.j.abſurdum enim eſſet, & ab omni iure alie
num,quòd fictus contumax ex contumacia ipſa ſola
& ficta poſsit torqueri ex præmiſsis, concurrente in-
ſuper quòd vbi diſpoſitio aliqua, vel ſtatutum requi-
rit conſenſum,non verificatur in ficto conſenſu, ſed in
vero, voluit Bald.in l.ij.§.voluntatẽ.ff.ſolu.mat.Alex.
poſt Bart.in l.apud Iulianum.§.fin.ff. ex quibus ca. in
poſſ.ea.& ideò dicit Bart.in l.j. ff. de fant. quòd ſtatu-
tum prohibens portãtem perulas, non intelligitur de
fictis perulis.& dicit not.Bald.in l.tranſigere.iiij.col.
C.de tranſac.quòd ſtante ſtatuto, quòd de omni deli-
cto poſsit fieri concordia,præterquam de homicidio,
quòd ſi quis fuerit cõdemnatus de homicidio ex con-
tumacia,& ſic ex ficta confeſsione, quòd poterit fieri
concordia.& ideò voluit pulchrè Abb.in cap.gratiæ.
de præbend.quòd diſpoſitio pœnalis non extenditur
ad caſum fictum.per text.in dicta l. ait prætor. §. hæc
verba.ff de negotiis geſtis. & ideò dixit Baldus, in l.
28 diuus.ff.de in integrum reſtitutio. † quòd dicitur quis
condemnatus ex contumacia,quando eſſet verè con-
tumax.Nec cenſeo omittendum, quòd pro prætenſo
homicidio, pro quo inquiſitus ipſe prætenditur con-
tumax, fuit in rixa prædicta taliter vulneratus, quòd
ſtetit prope mortem,prout medici teſtati ſunt, aſſe-
rendo quòd miraculosè ſuperuixit,maximè quia gut-
ture inciſo exibat cibus à foramine vulneris exiſten-
tis in pectore, prout plene dictum fuit. vnde non po-
terat ſubſiſtente tam grauiſsima infirmitate, adeò
quòd laborabat in extremis, ita contumax reputari.
29 vt dicit Baldus,in l.fin.vltima colum. verſic. † quæro.
an pater.C.de bonis quæ liber.maximè,cùm nec con-
tumax dici poſsit,qui fuit infirmus.l.ij.§.ſi quis in iu-
dicio.& ibi Docto. & Alexand. ff. ſi quis cautio. & ſic
cùm impeditus non comparuerit, excuſabitur à con-
tumacia præfata,ſaltem ope exceptionis.l.ij.§.j. & ibi
Alexand.ff. ſi quis cautio. Nec poſſet fiſco ſuffragari,
quòd numerus ſuppleat defectum teſtium,cùm ex prę
miſsis & vnoquoque ipſorum tum etiam quia talis
30 regula, videlicet † quòd numerus ſuppleat defectum
teſtium, nõ habet locum in cauſa criminali, imò nec
in cauſa ciuili ardua dixit not. Bal. in ca.ad noſtram,
de probatio.allegat text.in c.licet cauſam. in §. quidã
verò.de probatio.refert & ſequitur Fely.in c. teſtimo
nium.v.col.in fi.de teſti.& conſuluit Deci. in conſilio
cxxiij.incip.viſo proceſſu. in fi. iiij. colum. vbi ad hoc
etiam allegat Petrum de Anchara. in cõſilio ccxlvij.
incip. in cauſa agitata. Angel. in ſuo conſilio cxxviij.
& ſequitur idem conſulendo Marſi. in ſuo conſil. cix.
nume.6.Nec militaret obiicere, fuiſſe legitimè pro-
ceſſum contra prædictum Santillum ad torturam ex
cauſa, quia infamis ex aliis delictis, de quibus inquiſi-
tus extitit, videlicet pro aliis vulneribus illatis, &
etiam pro prætenſo homicidio,ex quo ad hoc, vt ma-
la fama,ex qua quis infamis euadat, locum habeat, &
31 ſuum ſortiatur effectum, requiritur, † quòd præceſſe-
rit in eodem genere mali,non autem in diuerſo gene-
re.ita Barto.in l.Caſsius.de ſenato.Bald. & Imol. in l.
fin.ff.de hære.inſtitu.vltima colum. & ſubdit Ioan. de
Imol.dicta verba Bald. eſſe bene not. pro limitatione
dictæ regulæ,ſemel malus. & idem in ſpecie conſuluit
Alex.in conſil.v.ij.colum.in j. volu. incip. in cauſa in-
quiſitionis. & ſequitur Cocta in memorialibus ſuis in
verſi.ſemel malus. Item nec poteſt modo aliquo dici
diffamatus aut infamis, ex quo dicatur quòd quẽdam
vulnerauerit,& quendam alium occiderit: quia diffa-
matus ſeu infamis ex delicto, ſeu propter delictum,
32 requiritur † quòd delictum ipſum confeſſus fuerit, vel
quod per ſententiam condemnatus,dixit Petr.de An-
chara. in conſilio clxxxix. incipien. tribus de cauſis.
nec ſufficit crimen eſſe probatum. allegat ita tenere
Ioan Andr.in cap.ſi quis. de præſcript. in vj. & ſequi-
tur Marſil. in ſua pract. cauſarum crimi. ſexta charta.
verſic. pro quo etiam facit. & in conſilio lij. numero
xvij.in primo volumine. Nec ſuffragaretur ad iuſtifi-
cationem ipſius torturæ, dicere quòd tortura ipſa fue
rit illata eidem Santillo ex mandato Illuſtriſsimi do-
mini Proregis.nam proculdubio ſua illuſtriſs. domi-
natio non proceſsit, ſi proceſsiſſe adparet ad huiuſ-
modi mandatum, niſi præcedente relatione ſuæ Illu-
ſtriſsi. dominat.facta de meritis informationis captæ
contra ipſum, & ſic de indiciis in ea contentis: & ſi
fuiſſet relatum non exiſtere indicia ſufficientia ad tor
turam, vt ſuprà demonſtratum eſt,huiuſmodi man-
33 datum non emanaſſet: † cùm mens principis præſu-
matur ſemper fuiſſe talis, qualis de iure eſſe debet.
dixit Bald.in l.ex facto.in princip. quarto nota. & ibi
Alexander.ff.de vulga. & pupil. & ideò dixit Bald. in
prælu.feu.quòd princeps nunquam præſumitur con-
cedere non concedenda. quòd maximè conſideran-
34 dum eſt non mandando, † quod procedatur ad tor-
turam,non præcedentibus indiciis, cùm hoc de iure
facere non poſsit, prout in terminis voluit Andræas
de Iſer.magnus fiſcalis, & Euangeliſta in regno, in
35 conſtitu.proſequẽtes.ſub rubr.de pug.ſubla. † & li-
cet poſsit princeps ex cauſa excedere modum, quod
iudex facere nõ poteſt, vt teſtatur idem Andr.in con-
ſtit.regni,in quæſtionibus. in fi. tamẽ non intelligitur
in his, quæ ſunt de iure diuino ſeu naturali, ex quo ipſe
princeps ligatur iure gentium, vel naturali, vt dicunt
omnes in c.j.de probatio.& idem And.in dicta conſt.
proſequentes.in fi. vbi in ſpecie tenet hoc principem
ipſum minimè mandare poſſe de poteſtate ordinaria:
& ſi id faceret de poteſtate abſoluta ſine cauſa, malè
faceret quia ſuam poteſtatem excederet, ex quo eſt
rex à regendo ſecundum iuſtitiam. cap. regum. xxv.
quæſtio.v.& idem dicit Andr.in cap.j. de pace tenen.
& ſequitur Afflic.in dicta conſtitu.proſequentes.& in
alia

alia conſti.regni incip.dira & dura. vbi ſubdit, quod
tempore Sereniſ. Regis Federici de Aragonia dum
ſua maieſtas affectaſſet quendam nobilem torqueri
authoritate regia, abſque legitimis indiciis, & interro
gaſſet ipſum Afflictum an id facere potuiſſet: reſpon-
dit quòd non, abſque legitimis indiciis. & hoc per prę
dictam deci. And. & inſuper ſubdit, quòd boni conſi-
liarij principis ſemper debent dicere principi verita
tem, & non quod ipſi principi placeat. & idem dum
caſus mihi occurriſſet de facto tempore deciminoni
anni officij mei iudicatus magnæ curiæ vicariæ exi-
ſtente d. Cardin. Colūna Locum tenente generali Cæ
ſareæ Maieſt. ſimiliter reueren. ſuæ Illuſtriſsi. d. id mi-
nimè fieri poſſet. & ſic ex præmiſsis cùm fuerit tor-
tura ipſa illata indiciis non præcedentibus præfato
Santillo inquiſito, quæ ſaltim ſi eſſent in proceſſu or-
36 dinario, fuiſſent ſufficientia, reſultat † quòd confeſsio
inde ſequuta, etiā ſi millies ratificata foret, non tenet,
per text. vulg. in l. pen. & ibi gl. & Bar. & communiter
ſcribētes. ff. de quæſ. & in l. vnius. in §. in ea. ff. de quęſt.
vbi expreſsius Bart. & Imo. maximè concurrente tor
tura tot vicibus reiterata, quæ in veritate habita ra-
tione profunditatis lætalis vulneris, quod geſtabat in
pectore, prout medici teſtati ſunt, fuit pluſquam im-
moderata, etiam quando indicia ſufficientia fuiſſent,
non poterat, nec debebat vltra tertiā vicem torqueri,
37 † & ideò quatenus fuit vltra tertiā vicem tortus, imò
vltra quartam, quintam, & ſextam tortus, dicitur ſa-
tis immoderatè tortus. Ita conſuluit Paul. de Caſtr. in
conſi. cxcvij. incip. viſa inquiſitione. circa fi. ar. l. fidei-
commiſſa. §. ſi quis x. ff. de lega. iij. & ſequitur Paris de
Put. in tract. ſyndica. in char. cviij. in ver. tortura. col.
xxxviij. in cap. viſo de repetitione torti. & ſequitur
Marſil. in ſua pract. cauſarum criminal. §. quoniam.
iij. colum. & in l. repeti. iij. col. ff. de quęſt. vbi in ſpecie
ſubdit, quòd reus non debet vltra tertiam vicem tor-
queri. Et nihilominus cùm prædictus Santillus atten-
to profundo vulnere prædicto nouiſsimè ſaldato, non
valuiſſet ſuſtinere aliquam torturam, etiam leuiſsimā.
vt medici teſtati ſunt: ſequitur quòd nedum ita atrox
& immoderata, prout fuit, ſed & quælibet alia ſimpli-
ciſsima ſufficiens fuiſſet, quādo indicia præceſsiſſent.
ex quibus nulla poteſt, aut debet haberi conſideratio
ſuæ confeſsionis & ratificationis, & ſic magna curia
vicariæ pernoſcens huiuſmodi mandatum Illuſtriſsi.
Proregis fortè minus bene informati non procedere,
nec locum habere ex præmiſsis, debebat replicare,
38 iuxta text. in l. reſcripta. C. de preci. † Imperato. offer.
& ita legibus & canonibus expreſſum eſt, vt inquit
Petr. de Anchar. in conſil. cccxiij. incip. niſi legibus. &
dicitur in ſpecie de Theodoſio Imperatore, in c. apud
theſſalonicam. xj. q. iij. qui propterea fecit. l. ſi vindi-
cari. C. de pœn. & dicit Martin. Laud. in titu. de conſ.
princip. ver. vj. vt conſilij. maximè notēt, quòd ſi prin
ceps iracundia motus, abſque cauſæ cognitione, man-
dauerit crudeles vindictas contra ſubditos alicui iu-
dici, nō debet permittere executionem, vſque ad xxx.
dies, vt interim ceſſet ipſius principis iracundia, per
text. mirabilem in dicta l. ſi vindicari. quem tex. dicit,
quòd eſſet auro pingendus. & ſimili dicit de Papa,
39 quando aliquid irrationabile mandati † nam debet ei
reſcribi. c. ſi quando. de reſcrip. & text. cum gloſſ. in §.
deinde. in auth. de manda. princip. collat. iij. vbi gloſſ.
in verb. nuntians. inuehit contra miſeros prælatos,
qui in tantum timent literas Papæ, vt non audeant
illis contra dicere, licet iniuſtis. & eſt ſimilis glo. in §.
fi. in authen. vt determi. ſit numerus cleri. collat. j. ver.
contradicere. & idem ſequitur Par. in tract. ſyndi. in
tit. de exceſ. cōſilia. in v. char. & char. lxxxix. in c. man
dauit ex. & ſic ex præmiſsis ſuccedit prædictum San-
tillum ſatis cōſiderandum, cùm maximam partē pœ-
næ pro ſui exceſſus qualitate aſſequutus fuerit. Re-
manet inſuper conſiderandum quòd contra prædictū
Santillum extat depoſitio prædictarum duarum mu-
lierum, videlicet Cubellæ, nurus, & principalis, &
Beatricis ſocrus, in qua deponunt prædictum Santil-
lum cognouiſſe intus earum domum poſt accenſum
lumen candelæ, ſed econtra in fauorem ipſius Santilli
examinati fuerunt tres teſtes, qui viderūt ipſum cum
aliis ingredientibus domum præfatæ Cubellæ & ipſo
Santillo remanēte extra domum, & ingredi nolente,
40 licet euocatus fuerit, † & ſic tanquam teſtimonium
virorū, præferri debet teſtimonio ipſarum mulierū,
imò & principalium, vt ſuprà dictū eſt. ita dicit Abb.
in cap. forus. de verbo. ſignifi. imò & tantò plus, cùm
tendat in fauorem ipſius inquiſiti, quo caſu etiam ſi
mulieres eſſent prædicti teſtes noſtri, prout ſunt viri,
dum deponunt in fauorem rei, deberent præferri. di-
xit Bellenz in dicto c. forus. & hoc per gl. in c. clerici.
lxxxj. diſtinct. ſequitur Marſi. in l. vnius. §. in ea cauſa.
ff. de quæſt. in ij. col. & ideò dixit pulchrè idem Abb.
in cap. ad noſtram. de probatio. quòd licet teſtes acto
ris ſint aliquantulum digniores teſtibus rei, quod ta-
men iudicandum eſt pro reo. Nec omittendum puto,
quod dum Alguzerius adportaſſet nouum de captura
ipſius Santilli eidem Cubellæ, Cubella ipſa ægrè tulit,
reſpondendo quòd noluiſſet ipſum fuiſſe captum, ex
quo Santillus ipſe ſibi nō diſplicuerat, ſed voluiſſet ca-
ptum fuiſſe principalem authorem delicti, videlicet,
Ioan. Dominicum Ferrarium, qui ille erat eius inimi-
cus, & omnia perpetrauerat. ex quibus adparet iun-
ctis aliis præmiſsis, quòd Io. Dominicus fuerat prin-
cipalis, & Santillus ipſe auxiliator: & ſic tenetur dun-
taxat de auxilio, & non eadem pœna, qua principalis,
41 ſed † mitius puniri debet. Ita dixit ſingulariter Saly. in
l. j. C. de rap. virg. quem ſequitur Cępo. in ſuo conſilio
xxviij. incip. requiſitus. vlt. colum. refert & ſequitur
Marſil. in ſuo conſilio xxiiij. incip. viſo puncto, tertia
colum. & dixit in ſpecie Andr. de Iſer. in conſti. regni,
42 ſub rubr. † de violentia meretri. illat. vbi in propriis
terminis tenet, quòd principalis tenetur ad pœnam
vltimi ſupplicij, cæteri verò deportantur. Vltimò,
pro complemento materiæ adparet, quòd Santillus
ipſe confeſſus dolore tormentorum, dum fuiſſet por-
tatus ad bancum iuris, reuocauit, aſſerendo id præ do
lore tormentorum ſe confeſſum fuiſſe. Secundò iterū
tortus, iterum confeſſus eſt, & delatus ad bancum iu-
ris iterum negauit reuocando id, quod per torturam
ſe cōfeſſum fuiſſe aſſerebat, & non quòd illud feciſſet.
& tādem tertio loco tortus, idem affirmauit, & poſt-
modum reuocauit. & vltimò & quartò tortus, & ſic
immoderatè & per duos tractus, ratificauit: quo caſu
dum non potuiſſet vltra tertiam vicem torqueri, vt
ſuprà oſtenſum eſt, debebat fideiuſſoribus liberari.
43 Ita † in propriis terminis tenet Paris de Put. in tract.
ſyndic. in cviij. char. in iij. colum. & ſubdit ſe hunc ca-
ſum habuiſſe de facto, & finaliter ipſe talem reum li-
berauit ſub fideiuſſoria cautione: & hoc ex multis per
eum



eum allegatis. & præſertim, quia confeſsio erronea
etiā ſæpius repetita, poteſt reuocari. l. j. C. de erro. cal
cu. vbi dicit Bald. quòd etiam ſi fuerit reiterata, poteſt
infringi probato contrario. l. cum falſa. C. de iur. &
fac. ignoran. & adducit Bald. in l. vnica. v. colum. C. de
confeſ. verſi. ſed nunquid intelligitur, quòd confeſsio
ni factæ in tormentis legitimè illatis, ſtatur, ſi perſeue
rat in ea niſi indicia, per quæ fuit tortus fuiſſent leuia,
44 † quæ non facerent præſumptionem, quia non ſtabi-
tur illi confeſsioni, niſi perſeueret in ea, per glo. in l. j.
§. diuus. ff. de quæſtio. Idem refert & ſequitur Mar. in
l. repeti. v. col. char. lix. ff. de quæſt. & idem Marſi. in
ſua pract. cauſarum crimi. in §. quoniam. iij. col. verſi.
ſed ſucceſsiuè quæri poteſt. pone, quòd reus fuit poſi
tus ad torturam, præcedentibus legitimis indiciis. &
ibi per multa idem concludit. & ideò dicit idem Mar-
ſil. in eadem pract. in §. ij. vij. col. quia non eſt veriſimi
45 le, † quòd quis vigore torturæ dicere velit ſe commi
ſiſſe delictum, de quo eſt innocens, & ſi aliquem ita
confiteri contingat, tamen in ratificatione poſteà ad
bancum iuris reuocat, melius cognoſcens quòd tra-
ctatur de periculo vitæ ſuæ, & ideò non perſiſtit in ea:
imò vult potius iterum torqueri, & in torturam ali-
quantulum pendere, quàm in furca continuò ſtare, &
in d. l. repeti. vbi ſuprà dixit ſe caſum iſtum habuiſſe
de facto. Nec arbitror omittendum, quòd prædicta
Cubella pernoſcens habere conſcientiam informa-
tam, quòd prædictus Santillus ipſam non adulterauit
ſed tantummodo interfuit cum aliis ad inferendum
violentiam in ingrediendo eius domum, ideò eidem
Santillo omnem iniuriam & violentiam remiſit: ex
qua remiſsione inhumanum quippe videretur proce
di poſſe cōtra ipſum ad alterius pœnæ impoſitionem,
46 quam legis Iuliæ de vi publica, cuius pœna eſt † hodie
deportatio. tex. eſt in §. item lex Iulia. inſtitu. de publ.
iudi. & in l. j. ff. eodem tit. loco cuius pœnæ ſuccedit
bannimentum hodie. l. amiſsione. ff. de capit. dimi. cū
banniti noſtri temporis æquiparentur deportatis. gl.
in §. relegat. inſtit. quibus mod. ius pat. pote. ſolui. in
glo. j. verſi. ſed bannitus. Barto. in l. illicitas. §. qui vni-
uerſas. ff. de offic. præſid. Bal. in l. j. in j. q. ff. de hære. in-
ſtitu. & iſta quidem eſſet ſibi pœna conformis delicto
& quælibet alia eſſet ſeueriſsima: † & iudex in con-
47 demnando debet minorem pœnam eligere. l. pen. &
fin. ff. de pœn. ita Card. Alexan. in c. rurſus. extrà qui
cleri. vel vouen. v. col. & Cæpo. in l. ſi fugitiui. vj. & vij.
col. C. de ſerui. fugit. & facit vera no. Ioan. de Neuiza.
in ſua ſylua nupt. in vlti. char. j. col. cùm non ſemper
delinquenti ſit imponenda pœna mortis naturalis,
etiam lege permittente. iuxta illud.

*Si quotiens peccant homines ſua fulmina mittat*
*Iuppiter, exiguò tempore nullus erit.*

48 Et ideò dicit tex. in c. vera iuſtitia. xlv. diſt. † quòd ve-
ra iuſtitia eſt, miſereri delinquentibus. quem tex. alle
gat ad hoc Franc. de Are. in conſi. clxv. ſicut Ioan. &c.
vlt. col. & ideò dicit tex. in c. quia plerunque. §. his ita.
ij. q. vij. quòd qui putant miſericordiam negandam eſ-
ſe peccātibus, & de iuſtitia ſua præſumunt, à domino
percuſsi intereunt, quia iudicium ſine miſericordia
erit illis, qui nolunt facere miſericordiam delinquen
tibus. quibus dicitur per Salomo. noli eſſe nimis iu-
ſtus, & alibi dixit gloſſ. in cap. ſerpens. de pœni. diſtin
ctione j. quòd quis nō debet eſſe nimis iuſtus, & ideò
dicit text. in cap. niſi cùm pridem. ante medium, de
renuntia. & ibi gloſ. quòd nimis iuſtus quandoque in
ſua iuſtitia perit. allegat cap. de his. ij. q. vij. & dicto c.
ſerpens. & ita conſulo iuris eſſe. & ita Deum teſtor,
quòd ego facerem ſi iudicarem in præſenti cauſa.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia capitalis nedum inducitur ex tortura illata, verùm etiam ex ſola carceratione.*
2 *Carcerati per iudicem repelluntur à teſtimonio contra ipſum iudicem in cauſa ſyndicatus.*
3 *Teſtis repellitur à teſtimonio contra illum cum quo litigauit. ſeu litigat in cauſa criminali.*
4 *Teſtis inimicus dicitur ille, qui accuſat aliquem de crimine.*
5 *Teſtes inimici capitales non debent recipi in teſtes.*
6 *Teſtis nedum inimicus repellitur, ſed etiam ſuſpectus de inimicitia capitali.*
7 *Teſtis inimicus repellitur à teſtificando, etiam ſi iuſta cauſa fuerit inimicus.*
8 *Teſtis inimicus repellitur à teſtimonio, etiam ſi in vltimis conſtitutus tenens corpus Chriſti ita deponeret.*
9 *Teſtes inimici etiam in crimine læſæ maieſtatis repelluntur, vbi plenè licet infames eo caſu, & aliàs inhabiles admittantur.*
10 *Teſtis deponens protuliſſe falſum teſtimonium pro Titio, non probat contra ipſum Titium.*
11 *Teſtibus dicentibus, precibus & rogatu alterius falſum depoſuiſſe, non creditur.*
12 *Inquiſitio non poteſt formari ad dictum ſolius ſocij criminis.*
13 *Qualitas perſonæ multum confert ad remouendum præſumptionem falſitatis.*

## CONSILIVM XLVI.

IN Chriſti nomine. In cauſa Magni. Triſta
ni Doct. cum regio fiſco, vltra plenè alle-
gata in primis allegationibus meis, de qui
bus ſuprà in conſil. xl. pro iuſtificatione
capturæ & torturæ inquiſitorum de proditione & tra
ctatu aduerſus ipſum Magni. Triſtanum caſtellanum
caſtri inſulæ Brunduſinæ, audio quòd duo ex inquiſi-
tis & carceratis prędictis edocti de canibus quōdam
ingenioſi Petri nauarri, vt eorùm malè geſta non de-
tegerētur, cēſentes ex infrà dicendis euitare tantæ uo
toriæ proditionis ſuppliciū, dum aliàs examinati fuiſ-
ſent in teſtes, in quadam cauſa ciuili mota per prædi-
ctum caſtellanum contra ciuitatem Baroli, ad eius
inſtantiam depoſuerunt, quòd ad inſtigationē ipſius
Magni. Triſtani falſum teſtimonium in cauſa prædi-
cta depoſuerunt contra ciuitatem, ſeu vniuerſitatem
prædictam Baroli: & quòd inſuper viderunt eundem
Triſtanum falſam monetam cudentem, & inciden-
tem bonam. hæſitat ergo quanta fides ſit teſtibus præ
dictis adhibenda, extante inimicitia capitali inter eos
& prædictum Triſtanum; cùm ipſos carcerauerit, &
torturam intulerit: vt pluries ipſimet conqueſti fue-
runt in publica audientia, & coram Illuſtriſ. Prorege,
prout in memorialibus oblatis per eoſdem, & in pro-
ceſſu præſentatis continetur, ac etiam ex meritis pro
batorum, & iuris diſpoſitione cautum eſt, quòd ne-
dum ex tortura illata, verum etiam ex ſola carcera-
tione inimicitia capitalis inducta ſit inter ipſos & prę
1 dictum Triſtanum carcerantem: † & quæ inimicitia
ſemper durare præſumitur, niſi cōtrarium probetur:
ſecundum Bald. in l. non ignorabit in fine. C. ad exhi-

ben.& in l.ſeruus.C.fami.erci.& in authen.ſi dicatur.
C.de teſtib.& Fely.in c.cùm oporteat.vj.colu. extrà
de accuſ.& ideò dixit Bald.in l.in ipſius.C.fami.erciſ.
2 †quòd carcerati per officialem repelluntur à teſtimo
nio in ſyndicatu contra ipſum officialem.& hoc,quia
præſumitur ei odioſus,per illum tex.& conſequenter
non admittitur, ſed repellitur à teſtimonio : vt in au-
thent.de teſtib.§.ſi verò quis dicat odioſum.refert &
ſequitur Amo.Iuſtinus in tract.ſyndi.in verſ.ſuprà di
ctus dominus poteſtas.tertia columna.in verſi. aduer
te inſuper,quia multi.& tanto fortius, cum de præſen
ti & ante & poſt prædictam eorum depoſitionem li-
tigauerint, & litigent de prædicta eorum carceratio-
ne & tortura illata eiſdem per prædictum Magni.Tri-
ſtanum in magna curia vicariæ : in qua eundem puni-
3 ri & caſtigari petierunt:ob†quod tanto fortius capi-
tales inimici cenſendi ſunt. dixit Barto. in l. teſtium.
ff.de teſti.Anto.de Butr.& Abb.in c.j.de iudic.& ple-
nè Alexand.de Imo.in addi. ad Barto.in d. l. teſtium.
in ver.hoc limita,niſi inimicitiæ ſuperuenerint, con-
currente maximè,quia ipſimet teſtes accuſarunt præ
dictum Triſtanum de tortura prædicta,& falſificatio-
4 ne, †ac etiam inciſione monetæ : & ſic de crimine ca-
pitali, quo caſu dicuntur capitales inimici. Ita Barto.
in l.iiij.§.fin.ff.de adimen.leg.gloſſ.in l.iij.ff.de arbit.
Abb.in c.accedens.vt lite non conteſta.glo.inſtit. de
excuſa.tuto.§.item ſi propter.tum etiam,quia dum te
ſtificati ſunt in cauſa criminali, contra ipſum Triſta-
num, dicuntur etiam ex hoc capitales inimici. Abb.
in c.cùm p.in fine.de accuſa. Alexand in l. in teſtibus.
ff.de teſtib.Marſi.in conſi.xxxj.iij.colum. j.volum.&
ideò tanquam capitales inimici non debuerunt reci-
5 pi in teſtes, †nec examinari.dixit Bartol.in authen.ſi
dicatur.C.de teſtib.Specul.in titu.de teſte.§.j.in prin
cip.gloſſ.& Bartol.in l.iij.ff.eod. titul. Innoc.& doct.
in c.cùm oporteat.de accuſa.& in c.cùm p. manconel
6 la.eod.titu. & ibi ſubdit, † quòd nedum inimicum,
ſed & ſuſpectum de inimicitia capitali repelli. & re-
fert Bald.in d.authen.ſi dicatur.ſufficit enim adpare-
re de cauſa inimicitiæ, licet inimicitia ex animo non
probetur.dixit Innoc.in c.cùm I.& A.de re iudi.Bald.
in l. præſcriptione. C.ſi contra ius vel vtili. publi. &
Abb.in d.c.cùm oporteat.& plus dixit Anto.de But.
in c.vt debitus. extrà de appel. inimicum repelli à te-
ſtificando, etiam ſi iuſta cauſa fuerit inimicus, & in
7 tantum teſtis inimicus repellitur, † quòd etiam ſi in-
firmus ad mortem exiſtens, & reciperet corpus Chri
ſti,ſibi non crederetur teſtificando contra inimicum.
voluit Bald.in titul.de pace conſtan. in verſic. vaſalli.
8 & ſic ex præmiſſis infertur, † quòd tanquam inimici
recipi minimè potuerunt,& recepti non probant ini-
mici, etiam in crimine læſæ maieſtatis, in quo licet
admittantur teſtes inhabiles,& infames,ac crimino-
9 ſi.l.famoſi.& l.ij.ff.ad leg.iul.maieſta.†& not.gloſſ. in
l.iij.§.lege iulia.ff.de teſti.& plenè Alexan.in conſilio
xj.j.volumine. attamen teſtes inimici non admittun-
tur.dixit Barto.in l.in quæſtionibus. ff. ad leg. iuliam
maieſt.conſuluit Alexan. in conſilio cxxvj. in fine. in
iiij.volumi.Specul.in titul.de accuſa.§.j.verſic. finali.
Par.de put.in tracta.ſyndi.in verſi.ſuſpicio.in c. ſemel
fui interro. ij.columna. licet de præallegatis deciſio.
nullam faciat mentionem. & idem conſulendo tenet
Philip.Decius in conſilio clxxv.incipien. in cauſa fal-
ſitatis. iij. columna. Et tantò fortius circunſcriptis
prædictis minimè in teſtes admittendi ſunt, cùm ad-
miſſi non probent,nec eis credendum ſit ex pluribus
& primò, quia ſocij criminis ſe faciunt & participes,
cùm dixerint ad inſtantiam prædicti Magnifici Tri-
10 ſtani falſum teſtimoniũ perhibuiſſe. Ita † in propriis
terminis conſuluit Petr.de Ancha.in ſuo conſil. xxiij.
j. columna. & quòd eo caſu in præiudicium prædicti
Triſtani non probant, idem conſuluit Fulg. in conſi-
lio clxxiij.incipien. in cauſa inquiſitionis. prima co-
lumna. vbi pariter concludit non eſſe credendum te-
11 ſtibus aſſerentibus ſe falſum depoſuiſſe precibus, † &
conſilio inquiſiti de huiuſmodi falſitate : & hoc per
regulam,quia ſocius criminis non debet interrogari.
l.finali.C.de accuſ.in l.quoniam liberi.C.de teſti.j. co
lumna.& ibi dicit, quòd non eſt de caſibus exceptis,
in quibus dicta regula non procedit.& idem tenet
Fulg.in conſilio cvij. incipien. ſuper eodem.columna
tertia, vbi ſubdit, quòd talis depoſitio falſorum te-
ſtium non facit indicium etiam ad inquiſitionem for-
mandam.Idem tenet Fulgo.in conſi.cxxxvj.incipien.
in cauſa criminationis.colum.fin.verſic.nouiſ.verò,&
pleniſsimè in propriis terminis præſentis caſus conſu
luit Deci.in conſil.cxxxix.incip.lætatus ſum.in v.col.
vbi quàmplures deciſiones,& conſilia ad idem addu-
cit.& præmiſſa maximè concedenda ſunt, cùm aliter
de prætenſa falſitate nedum non adpareat,verum etiã
nulla inſit ſuſpicio. Et ad dictum ſolius ſocij criminis
12 inquiſitio formari non poteſt, † vt tradit not. Fulg. in
conſil.cxxxvj.columna fin.ver.nouiſsimè verò.& De
cius.in conſi.clxxxix.v.columna.verſic.v. principali-
ter.& idem ſequitur conſulendo Marſi.in conſi.lxxix.
incipien.ſalus omnium. iiij. columna.ij. volumi. con-
currente inſuper optima fama ac nobilitate prædicti
Magni.Triſtani, qui ſemper optimæ famæ tentus, &
communiter reputatus fuit, etiam per cap. Regem
glorioſæ memoriæ.& ſucceſsiuè per Proreges præſen
tis regni : maximè circa adminiſtrationem iuſtitiæ in
principalibus ciuitatibus regni pluries ad earum offi-
cia reiteratus, ob eius bonam famam, & mores, ob
quod qualitas ſuæ perſonæ multum operabitur ad re
mouendum præſumptionem falſitatis, vt not.Bald.in
l.ij.C.de falſ.& in l.quoties.§.ſed nõ in corpore.ff.de
hæred.inſtitu.Franciſc.de Aret.in c.cùm p.manconel
la.de accuſa. & conſuluit Deci. in ſuo conſilio clxxv.
columna quinta.& ita iuris eſſe intrepidè conſulo,
Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes ſe aliter dixiſſe in ſuis depoſitionibus, quàm per notarium ſcriptum fuit, dum de falſo agitur, eſt potius ſtandum eorum dicto, quàm notarij.*

2 *Subſcribens ſe ſcripturæ per alium factæ ſibi præiudicat, ac ſi totam ſcripturam ipſam ſua propria manu ſcripſiſſet.*

3 *Subſcribens ſe ſcripturæ alterius, ad hoc vt ſibi præiudicet, requiruntur tria concurrere, ad hoc vt probent: videlicet primò quòd ita ſcriptum fuerit de eius voluntate. Secundò, quòd ſcripturam ipſam viderit. Tertio, quòd ipſam legerit. & nu.4.*

5 *Teſtium dicta non poſſunt dici falſa, quando poſſunt aliqua interpretatione verificari.*

6 *Teſtis dictum vt ſaluetur ſufficit aliquid eſſe verum vel non eſſe implicitè.*

7 *Poſſeſſio præſumitur ex perceptione fructuum, ſeu penſionis.*

Teſtes



8 *Teſtes ſufficit eſſe concordes in facto principali, in quo conſiſtit ſubſtãtia negotij, licet in alijs ſint diſcordes, quia non ex hoc poterũt reputari falſi ſeu varij, nec reprobantur.*

9 *Teſtes ſicõtradicunt inter ſe in modico, & contrarietas etiam non eſſet cõcordabilis in ſubſtantia negotij facti principalis, nõ vitiantur eorum dicta, nec poſſunt ex hoc falſi reputari.*

10 *Pluralitas actuum in dubio præſumi debet ad euitandum falſitatem.*

11 *Interpretatio ſemper facienda eſt, vt falſum excludatur, & ideò datur cautela vt fiat interrogatio de vnitate actus. & nu.12.*

13 *Contrarietas in teſte eſt excuſabilis ob decurſum temporis, etiam trium annorum, cùm infra tantum tempus de facili inducatur obliuio.*

14 *Obliuio præſumitur in teſte ex tractu temporis, in quo teſtes poſſunt quodammodo variare fidem.*

15 *Obliuiſci quis de facili poteſt de præterito, etiam de eo, quod ipſemet fecit.*

16 *Teſtis credens dicere veritatem iurando ſic eſſe, non poteſt dici periurus, nec falſus licet veritas fuerit in contrarium eius, quod dixerit.*

17 *Credulitas vehemens, habetur pro certitudine.*

18 *Indicium vnum ſufficiens ad torturam, euaneſcit ob bonam famam inquiſiti.*

19 *Perſonarum qualitas multum attenditur in facultatibus conſiderandis.*

20 *Obliuio cadit in teſte ſpacio duorum annorum, & quandoque minori tempore.*

## CONSILIVM XLVII.

SVmmi opificis præſidio petito, Amen. In
cauſa honorabiliũ Io. Ant. Suſſuani. Mar-
ci de iuſtitiario, Martini hiſpani, ac Loiſij
teſtium productorum per Illuſtriſs. Mar-
chioniſſam oyræ aduerſus Magni. Nicolaum de ſum-
ma ſuper promiſsione de reuendendo domum cum
apothecis facta eidem Marchioniſſæ, expoſita quere-
la de falſo,contra teſtes prædictos per præfatum Ni-
co. prætextu, quòd in lite mota contra illos de cam-
pora poſſeſſores dictæ domus & apothecæ tanquam
habentes cauſam à prædicto Nicolao.Io.Anto.ipſe &
Marcus in teſtes producti depoſuerint, quòd domina
Marcella mater Marchioniſſæ poſſederit quouſque
apotheca prædicta peruenit in poſſe illorum de cam-
pora. Prædictus vero Marcus repetitus in magna cu-
ria,& pariter Io.Anto.dixerant,quòd fracto exercitu
Gallorum apotheca prædicta, & domus peruenerunt
in poſſe Ioan.de vrbina impetratoris ipſorum bono-
rum.Et demum Marcus ipſe dixit ſe neſcire, ad quem
peruenerint,ſed credit perueniſſe ad eandem Marcel-
lam, & ſucceſsiuè ad Marchioniſſam, attamen de
omnibus ſe refert ſcripturis,& inſuper ambo prædicti
depoſuerunt actuarium erraſſe, quatenus aliter ſcri-
pſerit,& ipſi ſe ſubſcripſerunt, non lectis eiſdem per
prius eorum depoſitionibus per prædictum actuariũ
præſupponendo quòd dixerint ſe aliter depoſuiſſe,
quàm ſcriptum fuerat, & ſic potius dicto ipſorum,
quàm actuarij aliter ſcribentis ſtandum erit, dum de
1 falſo querulati ſunt. Ita in particulari † voluit Specu.
in tit.de teſte.§.j.verſic.ſed pone.ecce iudex, & in tit.
de inſtru. edi. §. reſtat. verſic. ſed quid ſi vnus. & ibi
ſubdit, quòd omnes doct. Bono.in ſuo priuato exami
ne ita concordarunt, quòd non credatur tabellioni
contra teſtem, quando teſtis accuſatur de falſo. & ſe-
quitur Ludouic. Roma. dicens hoc eſſe verum dictum
& ſingulare in l.prima.§.finali.de verbor.oblig.ſequi
tur Abb. in cap.ad audientiam. & ibi Felyn. extrà de
præſcrip. & cap.cùm cauſam, quæ inter archiepiſco-
pum.extrà de teſtib.vbi ſubdit hoc dictum Specu.eſſe
multum not.idem tenet Angel. & Imo. in l.j.& ſi quis
neget.ff.quemadmo.teſta.aper.Salyc.poſt Cyn. in l.ſi
quis decurio. de fal. & conſuluit Alexand. in conſilio
lxx.viſo proceſſu.j.colum.in primo volumine.& con-
ſilio xlix.incipien.viſis proceſsibus.ij. volum.Nec ſuf
fragaretur fiſco obiicere, quòd ipſi teſtes ſe ſubſcri-
pſerunt, & ſic non poſſent replicare ſe non ita depo-
ſuiſſe,cùm ſubſcribens ſe ſcripturæ per alium factæ, ſi
bi ita præiudicat, ac ſi ſcripturam ipſam totam eius
2 propria manu ſcripſiſſet : † vt dicit Bald. & Angel. in
l.emptor.§. Lucius. per illum text.ff.de pact. & plenè
Iaſon in l.prætor ait.§.cogentur.iij.colum.ff.de eden.
Ex quo ad hoc vt ſubſcribens ſibi præiudicet, requi-
3 runtur plura concurrere. Et primò, † quòd ita ſcri-
ptum fuerit de eius voluntate.Secundò, quòd ſcriptu
ram ipſam viderit.Tertiò,quòd ipſam legerit.tex.eſt
in proœ.inſtit.in §.igitur.ibi,vidimus,legimus,& re-
cognouimus, & pleniſsimum conſtitutionum noſtra-
rum robur accommodauimus, &c.& quod ibi not.
ſcribentes. text. eſt etiam in l.finali. C. plus val.quod
agi. & quod ibi dicit Bald. qui in propriis terminis
4 decidit caſum iſtum, † & inſuper ſubdit, vt examina-
tor completo examine debeat legere depoſitionem
factam ipſi teſti, ad hoc vt errores corrigi poſsint.&
facit ad hoc not.conſilium Pauli de Caſtr. cccxlviij.
incipien.de cauſa.& facit, quod not.Bar.in l.diuus.§.
item ſenatus.ff. de falſi. quod tanto magis tenendum
eſt,cùm articulatum fuerit actuarium ipſum non con
ſueuiſſe in cauſis, in quibus examinat, legere depoſi-
tiones teſtibus examinatis per ipſum, & poſt lectu-
ram ipſarum eoſdem ſubſcribi facere. Nunc autem
dico,quòd ſtante depoſitione teſtium in puris termi-
nis, etiam quòd non depoſuiſſent contra ſcripturam
actuarij, aſſerendo non ita depoſuiſſe : negari tamen
non poteſt,quin omnia bona prædictæ Marchioniſſæ
& Marchionis coniugum non peruenerint in poſſe
Ioannis de Vrbina impetratoris ipſorum.& ideò qua
tenus teſtes ipſi depoſuerint Marcellam ipſam poſſe-
diſſe vſque ad tempus, quo peruenit apotheca prædi-
cta ad illos de Campora, clarum eſt, quòd minimè
Nicolaus ipſe de Summa poſſederat,ſed præfatus Io-
annes de Vrbina impetrator ipſorum bonorum præ-
dictorum coniugum, & quæ bona demum reſtituta
fuerunt eiſdem coniugibus, tanquàm propria, & ſic
5 adparet ceſſare ſuſpicionem falſitatis teſtium, † cùm
de iure dicta teſtium non poſsint dici falſa, quando
poſſunt aliqua interpretatione virificari, per text. in
cap. cùm tu. de teſtibus. & not. Innocen. in cap.cau-
ſam,quæ.extrà de reſcript.ita conſuluit Bald. in conſi
lio cccxxiij. in quarto volumine. incipien. præmit-
tendum eſt ad euidentiam. nam dictum teſtis ad hoc
6 † vt ſaluetur, ſufficit aliquid eſſe verum, vel non eſſe
implicitè.dicit gloſſ.in cap.ſi quando.in verſic. ratio-
nabili. & ibi Butr.in recollectis & non in lectura. ex-
trà de reſcrip.& ſequitur Bertachi.in reper.ſuo in ver
ſicu. teſtium impugnatio. ſecunda colum.in v. verſic.
Nec militaret quatenus ex aduerſo diceretur, quòd


imò

imò poſt Ioan. de Vrbina bona ipſa peruenerunt in
poſſe ipſius Magnifi. Nicolai à quo cauſam habuerūt
illi de cāpora:& ſic adparet teſtes ipſos falſos modò
depoſuiſſe, dum depoſuerunt ſemper poſſediſſe domi
nam Marcellam, & ſucceſsiuè dominam Marchioniſ-
ſam, quouſque bona ipſa peruenerūt ad illos de cam
pora. nam hoc clariſsimè ſoluitur ex depoſitione eiuſ
demmet magni. Nicolai, qui in ſacro conſilio exami-
natus tanquam principalis depoſuit, quòd Marchio
tenebat in affictum domum prædictam & apothecā:
& ſibi reſpōdebat de affictu præfato: ergo neceſſariò
7 infertur, † quòd ipſe Marchio ſeu Marchioniſſa per-
cipiebant penſiones, & ex perceptione penſionis &
fructuum ſeu mercedis, præſumitur poſſeſsio, imò di
citur poſſeſsio penes percipientem, & non penes aliū
per id quod habetur per glo. & Bart. in l. qui vniuer-
ſas. §. qui per colonum. ff. de acquirē. poſſ. per Bar. in
l. litibus. C. de agri. & cenſi. per Bar. & doct. in l. quam
uis. ff. de acqui. poſſ. & in l. Celſus. ff. de vſucapio. & in
l. j. ff. ſol. mat. Bald. in l. ſi quis. C. fin. regun. & in l. poſt
ſententiam. C. de ſenten. & hoc veriſimiliter non po-
terat innoteſcere teſti, ꝙ Marchio ipſe tenuiſſet di
cta bona affictata cùm per prius eundem recognouiſ
ſent tanto tempore. Quo verò ad ſecundum caput aſ-
ſertæ falſitatis, cùm prędictus Ioan. Anto. depoſuerit
quòd dum moraretur Marchioniſſa ipſa in domo il-
lorum de Paparis prope portam Nolanam, & voluiſ-
ſet petere eccleſiā diuæ Mariæ annuntiatæ, teſtis ipſe
cum aliis ſeruitoribus, & ſignanter cum Martino &
Loiſio de Roſa ibidem degentibus, aſſociauerunt ean
dem Illuſtriſs. dominam ad eccleſiam prædictam, in
qua eccleſia prędictus Nicolaus de Summa eidē Mar
chioniſſæ retrouēdere promiſit. Martinus verò depo
nit, quòd dū veniſſet à terra Matigliani, & eſſet apud
eccleſiam prædictam annuntiatæ, & propriè vbi exi-
ſtunt marmorarij obuiauit prædictæ Marchioniſſæ,
tunc accedenti ad eccleſiam prædictam: & ſic ipſam
aſſociauit: vnde dicitur contrariari cum Ioan. Anton.
deponente aſſociaſſe vnà cum Martino à ſuprà di-
cta domo vſque ad eccleſiam prædictam. Item
Martinus deponit, quòd poſt promiſsionem prædi-
ctam de retrouendendo, factam per dictum Nicolaū
reliquit eandem Marchioniſſam intus eccleſiam, &
receſſit. Ioan. Anto. verò deponit eandem aſſociaſſe
vſque ad domum. nam rectè conſideranti non agitur
in præſentiarum, ſi Martinus obuiauerit Marchioniſ-
ſæ, vel aſſociauerit ipſam à domo: ſed agitur, an fuerit
probata promiſsio de retrouēdendo per ipſos teſtes
& ex iuris diſpoſitione ſufficit teſtes eſſe cōcordes in
facto principali, vbi conſiſtit ſubſtantia negotij, de
8 quo litigatur, licet in aliis ſint diſcordes. † nam non
ex hoc reprobātur, nec poſſunt falſi reputari. tex. eſt
in l. qui ſententiam. & ibi Barto. & Angel. C. de pœn.
quem ad hoc originaliter not. Oldr. vt refert Bald. in
l. j. in fine. C. ſi plures vna ſent. Ita conſuluit Ioan. de
Ana. in conſi. lxxvj. viſis & conſideratis atteſtationi-
bus. Idem conſuluit Alexan. in conſil. cv. vlti. colum.
in iiij. volum. & ſubdit Ioan. de Ana. in dicto conſilio
lxxvj. quòd tunc videntur teſtes ipſi melius deponere
nec videntur eundem præmeditatum ſermonem at-
tuliſſe. contra l. iij. & ibi Barto. ff. de teſtib. & ideò di-
xit Bal. in l. teſtium. ſecunda columna. C. de teſtibus.
quod quando teſtes deponunt vnum & eundem ſer-
monem, præſumitur præmeditatus: & quòd adinui-
cem fuerint in ſimul alloquuti, vel quòd ſint ſubor-
nati. & ideò S. Tho in ſecunda ſecūdæ. q. lxx. artic. ij.
circa finem, dicit, quòd in minimis non ſubſtantiali-
bus diſcordia teſtiū facit, quòd eorum teſtimonium
reddatur credibilius: vt inquit Chriſoſto. ſuper Mat-
thæum, quoniam ſi in iſtis non ſubſtantialibus teſtes
vnanimiter concordarentur, viderentur præmedita-
to ſermone deponere. Hinc voluit Spec. in titu. de te
ſte. §. j. verſic. item, quòd addit aliquid de ſuo, quòd ſi
teſtis ſcienter addidit aliquam falſitatem dicto ſuo
dummodo falſitas ipſa non tangat ſubſtantiam neceſ-
ſariam negotij principalis, ſuper quo deponit, quòd
tamen dictum eius valet & tenet. Idem ſequitur An-
ton. de Butr. in cap. cùm cauſam. in fine. de teſtibus. &
maximè concedenda ſunt præmiſſa. cùm contrarie-
tas ipſa ſit modica inter dictos teſtes: & iure con-
trarietas modica etiam non concordabilis, etiam in
iis, in quibus conſiſteret ſubſtantia negotij princi-
palis, non vitiat dicta teſtium: nec poſſent reputari
9 falſa. † Ita in ſpecie tenet Anton. de Butr. in cap. ij. de
regular. & conſuluit Alexand. in conſilio xxiiij. inci-
pien. animaduerſis. in ſecundo volumine. vltima co-
lumna. & in conſilio cv. incipien. viſo ac diligenter
conſiderato. in quarto volumine. idem Alexand. in
conſilio v. in primo volumine. Felyn. in cap. cùm tu.
extrà de teſtibus. quarta column. verſic. ij. not. Iaſ. de
May. in l. bonorum. ix. columna. C. de bono. poſſeſ. ſe
cundum tabul. ſubdens hoc alibi non legiſſe, & maxi-
mè cum de facili eſſe potuiſſet, vt alia vice Martinus
ipſe aſſociaſſet prædictam Marchioniſſam ab eius do
mo ad eccleſiam prædictam, ad quam ſæpius ipſa de-
clinare conſueuerat: & ab eccleſia præfata ad eius
domum, tanquam eius familiaris, ſeu ſeruitor: præſer
tim cùm pluralitas actuum in dubio præſumi debeat
10 ad euitandum falſitatem teſtium. † text. eſt bonus in
cap. cùm tu. extrà de teſtibus. & clarum eſt in iure,
quòd ſemper facienda eſt interpretatio, vt falſum ex-
cludatur. dixit Bald. in l. iuris gentium. in §. quod fe-
11 rè. ff. de pact. & † in l. Imperator. ff. de ſtat. homin. Ale-
xand. in conſilio lxx. & lxxiiij. in primo volumine. &
conſilio xciij. in v. volumine. Philip. Deci. in conſilio
clxxxix. incip. lætatus ſum: & ideò inoleuit not. caute-
la ad euitandum, ne teſtes diſcordantes concorden-
tur per multiplicationem ſeu reiterationem actuum
vt potuiſſet eſſe in caſu præmiſſo. quòd fiat interroga
12 tio de vnitate actus. Ita per tex. in cap. cùm † Ioannes.
de fide inſtrumē: docet nos Specul. in titul. de teſte. §.
iam de interrogatoriis. verſic. quid ſi vnus teſtis. &
ideò dicit Barto. in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemadmod.
teſtamen. aperi. quod quando eſt diſcordia inter in-
ſtrumentum & teſtes in eo non deſcriptos, debet fieri
articulus de vnitate actus. Idem tenent Bart. & Bald.
in l. ſecunda. C. de bono. poſſeſ. ſecūdum tabul. vbi di
xit, quòd ex confeſsione aduerſarij poteſt probari
vnicum fuiſſe teſtamentum, etiam ſi probationes vi-
derentur inducere de diuerſis teſtamentis. Idem de
præmiſsis omnibus plenè refert & ſequitur Felyn. in
cap. cùm Ioan. eremita. iij. colum. extrà de fide inſtr.
Et præmiſſa maximè procedere debent in ipſis te-
ſtibus bonæ ac optimæ famæ, vt plenè probatum eſt,
tam de eis, quàm de producentibus ipſos contra quos
13 quidem indicium contrarietatis eſt † excuſabile re-
ſpectu decurſus temporis trium annorum, cùm infrà
tantum tempus de facili induci poſsit obliuio in te-
ſte



ſte, ex quo teſtes poſſunt quodammodo variare fidem
ex temporis tractu. text. eſt in l. iij. §. duæ autem ſunt
14 cauſæ. ff. de carbo. edict. † cùm hominū memoria la
bilis ſit, & non de facili diuturna. l. ſi arbiter. ff. de pro
ba. ita dicit Gand. in titu. de falſa. in verſi. quæſtio talis
eſt: quidam notarius. & in verſic. econtra videtur. &
15 ideo Spec. in titu. de loca. §. vj. verſi. lxv. dixit, † quod
obliuiſci quis de facili poteſt de præterito, etiam de
eo quod ipſemet fecit. & ſic quatenus Io. Antonius di
xerit in eius depoſitione Martinum veniſſe à domo,
cum domina Marchioniſſa, & pariter cum ea ad do-
mū rediiſſe, & cætera ſuprà dicta: credebat enim ve-
ritatem dicere, & iurando ſic eſſe, non poteſt dici fal-
ſus nec periurus: licet veritas fuerit in contrarium
16 eius † quod dixerit. dixit pulchrè Bald. in l. ij. §. quod
obſeruari. C. de iura. calum. per illum tex. Petr. de An
char. in c. ij. de iura. calum. in vj. refert & ſequitur Fe-
li. in c. j. circa fi. vt lite non conteſt. & conſuluit Mar-
ſi. in ſuo conſil. lxxxvij. in ij. volu. Et licet Bal. videatur
17 ſentire id non procedere in teſte, † qui debet depone
re de veritate, ſed tantum ſentiat hoc locum habere
in iuramento credulitatis, non videtur quòd bene di-
cat, ex quo ſi teſtis iurat aliquid verum eſſe ductus iu
ſta credulitate, licet veritas ſit in contrarium, non de
bet ex hoc argui periurus aut falſarius: quoniam ve-
hemens credulitas habetur pro certitudine: vt dicit
Imol. in c. fi. poſt med. de iura. calum. & in c. ex literis.
de iureiur. Archi. in c. beati. ij. q. vij. Io. de Imo. in l. in
repudianda. ff. de acquiren. hæred. Alex. in l. j. ff. ſi cer.
pet. Pet. de Anc. in conſ. ccxxxv. incip. viſis diligenter.
iij. col. & in conſil. cclix. incip. ſuper primo quæſito.
vbi dicit, quòd vehemens opinio conſona veritati
æquipollet certitudini. allegat glo. in l. ſi extraneus. §.
ſciendum. & ibi Bald. ff. de acquir. hæred. & ibi etiam
per Io. de Imo. & ſic hoc indicium, quòd reſultat con-
tra teſtes de prætenſa varietate in circunſtantiis, ener
uatur ac excluditur ob bonam & optimam famam
18 ipſorum teſtium: † cùm ex bona fama indicium vnū
licet ſufficiens ad torturam, excludatur, & eneruetur
in tantum, quòd torqueri non poteſt homo bonæ fa-
mæ propter vnum indicium. ita voluit Bald. in l. fi. in
fine. vlti. colum. ff. de proba. refert & ſequitur Alex. in
l. fi. iij. col. ff. de quæſtio. & in conſi. xc. incip. viſo the-
mate antè ſcripto. pen. col. iij. vol. Catald. in ſuo tract.
ſyndi. ver. cxlij. incip. adde quia ſæpè. Ange. in l. mili-
tes. C. de quęſt. & conſuluit Deci. in conſil. clxxxix. in
cip. lætatus ſum. pen. col. Quod maximè cōſiderandū
19 eſt hoc de bona fama in falſitatibus, cùm † qualitas
perſonarum multum operetur ad remouendum præ-
ſumptionem faſitatis, vt not. Bald. in l. ij. C. de fal. &
in l. quoties. §. ſed ſi non in corpore. ff. de hæred. inſti.
& facit quod not. Hoſtien. & Io. And. & Ant. de But.
in c. finem litibus. de dolo & contu. vbi dicunt, quòd
propter qualitatem perſonæ excluditur præſumptio
calumniæ, & not. Alex. in l. properandum. §. ſi autem
alterutra. C. de iudi. & quod not. Abb. poſt Anton. de
Butr. in c. poſtremò. de appel. & conſuluit in ſpecie
Philip. Deci. in conſi. clxxv. incip. in cauſa falſitatis. v.
colum. & ideò dum aliqua contrarietas in non ſub-
ſtantialibus conſiderari poſſet inter dictos teſtes, ex
obliuione potius proceſsiſſe adparet ſtante antiquita
te facti, quòd antiquum dici poteſt factum, nedum ex
decurſu trium annorum, prout in caſu de quo agitur,
20 verùm etiam † & duorum annorum duntaxat, vt cla-
rum eſt, in quo temporis ſpacio cadit obliuio, & etiam
quandoque in minori tempore ſeu ſpacio, vt rerum
magiſtra experientia docet, quoniam labilis eſt me
moria hominum. vt habetur in l. ij. C. de veteri iure
enucle. & in l. peregrè. ff. de acquiren. poſſ. & conſu-
luit in ſpecie Marſi. in ſuo conſilio lxxvij. incipien. in
cauſa aſſertæ falſitatis. in primo volum. & ita conſulo
eſſe de iuris cenſura.

Thomas Gramm. Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Oſculari mulierem per vim eſt pœna extraordinaria de iure.*

2 *Pœna extraordinaria imponenda, intelligitur illa quæ eſt cōſueta imponi in ſimilibus, ſeu pro ſimilibus criminibus, & nihilominus iudex conari debet, vt quātum minus poteſt condemnet.*

3 *Diſpoſitio pœnalis pro aliquo crimine in ſpecie contra aliquam ciuitatem, & eius ciues, non extēditur ad villas ſeu caſalia eiuſdem ciuitatis: ſed ſolùm contra ipſam ciuitatem, & ibi exiſtentes.*

4 *Repreſaliæ ſi ſunt conceſſæ contra aliquā ciuitatem, vel eius ciues, non extenduntur ad villas ſeu caſalia, eiuſdem ciuitatis.*

5 *Rapere viro nedum licet ſponſam ſuam, verùm etiam illam, cum quo fuit tractatus matrimonij: licet aliàs pœna raptus ſit capitalis.*

## CONSILIVM XLVIII.

EIuſdē ſaluatoris nomine inuocato, Amē.
In cauſa Chriſtophori cautelam de villa
afragolæ pertinentiarum Neapo. cum re-
gio fiſco, ſuper oſculo per eundem illato
honeſtæ mulieri, ac virgini Diamanti guerræ de ea-
dem villa: eſt videndum primò, qua pœna veniat ple-
ctendus ille, qui per vim mulierem honeſtam deoſcu-
latus fuerit, & ſucceſsiuè, qua pœna affici debeat prę-
1 dictus Chriſtophorus. Quò ad primum, reperio † ꝙ
ex diſpoſitione iuris communis pœna oſculi eo modo
vt dictum eſt, erit pœna extraordinaria, prout inquit
glo. not. in l. j. ff. de extraor. cri. quam ſequitur & refert
Andr. de Iſer. in c. j. quibus mod. feud. amit. vbi narrat
de Valerio maximo referēte, quòd Publicus Mæuius
occidit ſeruum ſuum deoſculantem ſuā filiam. Idem
quòd ſit pœna arbitraria, tenuit Cyn. in l. ſi quis non
dicam rapere. C. de epiſc. & cler. in vij. oppo. in ſua di
ſtinct. & idem rectè intuenti tenet Bald. ibi in ſua di-
ſtinctione, dum dicit. quòd ſi peruenit ad actum re-
motum, vt oſculum, mitius punietur, & refert Bald.
gloſſ. prædictam, & Iac. Butr. ita tenuiſſe. & idē etiam
voluit Saly. in l. is, qui cum telo. C. ad legem corne. de
ſicar. & erit dicta pœna extraordinaria, ſecundum
quod conſueta fuit imponi in illo loco, vbi ius reddi-
tur, pro ſimilibus delictis, vt in l. hodie. in fi. cùm gl. ff.
de pœn. & facit quod not. in l. quid ergo. §. pœna gra-
uior. ff. de iis, qui no. infa. Ita not. dixit excellens doct.
Dominus Petr. do. Albicis de Piſis, in quibuſdam ſuis
allegationibus exiſtentibus ad pennā in libro meo di-
uerſorum conſiliorum antiquorum, quæ incipiunt. j.
ſcriptæ ſunt allegationes, &c. Quo enim caſu iudex
niti debet, vt quantuncunque minus poteſt, condem-
net, & ſic facere debet. gl. eſt no. in l. fi. ff. de prætor. ſti
2 pul. † Ita conſuluit eximius doctor antiquus dominus
Dominicus de Viterbo in ſuo conſil. In nomine domi
ni, eiuſq; matris. in fi. quod eſt ad pennā in prædicto li
bro meo diuerſorū conſiliorū, & facit ratio, nam ſtu-

prum quod eſt plus, conſummatum ſine violentia, nō
punitur capitaliter, ſed alia pœna: vt in §. item lex iu-
lia. inſti. de publi. iudi. ſed per ſolum attentatum ſtu-
pri, vbi ſolum fuit peruentum ad amplexum & oſcu
lum contra virginem inuitam, non maculatur virgi-
nitas mentis nec corporis, ergo mitius arbitrariè pu-
niri debet: nec poterit tale arbitrium extendi ad mor
tem, iuxta gloſſ. in §. in ſumma. inſtitut. de iniur. quæ
voluit pœnam arbitrariam extendi poſſe vſque ad
mortem, quæ gloſ. communiter reprobatur in hoc, &
contra illam tenet Bal. in l. quicunque. C. de ſeruis fu-
gitiuis. Anton. de Butr. in c. de cauſis. de offic. deleg. &
in terminis glo. in c. inquiſitionis. extrà de accuſat. &
plenè Fel. in c. in literis. extrà de conſtitut. & omnes
concludunt, quòd pœna arbitraria erit illa, quæ pro
ſimilibus imponi conſueuit. De iure autem capi. regni
eſt in ſpecie cap. quod incipit Robertus, &c. vniuerſis
præſentis edicti &c. ſub rub. videlicet ſtatutum con-
tra Neapol. rapientes virgines, & parum infrà ſubdit,
3 in hac noſtra ciuitate Neapol. per quod cap. † quod
eſt locale in ciuitate Neapoli. imponitur pœna capi-
tis deoſculanti virginem: ſed certè diſpoſitio dicti ca-
pi. non extenditur ad villas, ſeu caſalia ciuitatis Nea-
pol. ſeu ibi, aut in eis degentes: licet qui de villa eſt, di-
catur eſſe de ciuitate: per textum in l. qui ex vico. ff. ad
municipa. cum vulga. cùm in materia odioſa appella-
tione ciuitatis vel ciuium non veniant, nec contineã-
tur villæ ſeu caſalia: vt voluit Bald. in titu. de pace cō-
ſtan. §. imperialis. verſic. ſed hic dubitatur. & ibi ſub-
dit, quòd damnata ciuitate ad aratrum, non includun
tur caſtra. Idem voluit Baldus, in l. j. §. j. ff. de offic. præ-
fect. vrbis. Angel. in l. ciues. C. de appella. Bald. in au-
thent. ſed omnino. ne vxor pro mari. vbi ſi ſunt repre-
ſaliæ conceſſæ contra ciuitatem vel ciues, non intel-
4 liguntur contra villas, vel caſalia. & † quòd diſpoſi-
tio pœnalis contra ciuitatem vel ciues, non comple-
ctatur villas, vel caſalia, tenet Alexand. de Imol. poſt
alios in rub. ſolut. matrimonio, in ij. char. & ſequitur
idem copioſus doctor Ludouic. Bolog. in repet. extra-
uagan. Theodoſi. in vndecima parte, in verſicu. vel cō
mitatiuos. in iij. colum. & ita aliàs in facto reperitur
fuiſſe iudicatum in Sacro Regio Conſilio annis ela-
pſis in cauſa Santoli de caſoria, contra quam conſta-
bat de oſculo, & fuit liberatus ſub fideiuſſoria cautio-
ne, ex quo non veniebat ſibi imponenda pœna capi-
tis, ex quo erat de villa ſeu caſali, & non de ciuitate
Neapol. vt cōſtat per proceſſum penes honorabilem
Ioann. perrocta ſcribam fiſcalem ipſius magnæ curiæ
& in eius banca. & amplius reperio Afflic. in ſuis de-
ciſi. quas dicit eſſe S. Conſil. dicentem, quòd dum ſere-
niſſ. Rex. Federicus voluiſſet ab ipſo & aliis doctoribus
conſiliariis, & auditoribus ſuæ Maieſta. ſcire quæ pœ-
na de iure imponenda ſit viro deoſculanti virginem
inuitam, & ætate maturam in platea publica extra
Neapolim, fuit ſcriptū ſuæ Maieſtati prædictum de-
oſculantem virginem contra eius voluntatem in ſtra
ta publica, & acclamantem contra ipſum eſſe punien-
dum pœna relegationis à ciuitate Sarni: cuius erat ori
ginarius: & vbi fuerat delictum patratū per triginta
miliaria, & ad pœnam pecuniariam moderandam,
ſecundum eius diuitias & paupertatem: non tamen
imponit in dicta deciſione tempus præfinitum, & cre
do, quod ob ſenectutem oblitus fuit: & eſt aduerten-
dum hoc fuiſſe in ciuitate Sarni, & non in caſalibus
Neapo. tamen idem dicēdum eſſet ex præmiſsis, cùm
capitu. illud odioſum & pœnale contra Neapol. non
comprehendat villas ſeu caſalia Neapol. & ſucceſsiuè
nec degentes in eis. attamen in caſu præmiſſo dico, &
plus clariſsimè ex defenſionibus eiuſdem Chriſtoho
ri liquere in proceſſu, qualiter præfatus Chriſtopho-
rus, & Diamantes præfata pluries fuerunt in tractatu
matrimonij, & remanſerant iam contenti ad inuicem
ſe matrimonio copulare. verùm ob impedimentum
patrui eiuſdem Diamantis, nullatenus volentis in di-
cto matrimonio aſſentire, ſuperceſſum fuerat, ideò
cùm ſubtilis ſit inuentio mulierum, quæ promptio-
res ſunt ad Venerem, vt dicit Cy. in l. quiſquis. in ver-
ſiculo; ad filias. & ibi Sallicet. C. ad legem Iuliam ma-
ieſtat. intelligi fecit eidem Chriſtophoro ac etiam plu
ries ſibi formaliter hæc propria verba dixit, *ſi me voi
pigliare per mugliere baſame in publico; altramente licy
mei mai mete daranno*: & ſic præcedente huiuſmodi
tractatu matrimonij, & voluntate ipſius Diamantis
Chriſtophor. ipſe eandem oſculatus eſt, dicendo, *ſtati
me teſtimonij como io la baſo cha me è mogliere*, & ſic re-
5 ſultat † quod in fortioribus terminis voluit ſingulari-
ter dominus Abbas in cap. cùm cauſa. extrà de rapto.
vbi dixit, quòd licet pœna raptus ſit capitalis, per tex
tum, in l. vnica. C. de rapto. virgi. adeò quòd de iure ci
uili etiam ſponſam propriam rapere non licebat.

Tamen ſecus eſt de iure canonico, quod præualet in
matrimoniis, per d. cap. cum cauſa. ex quo infertur, quod
nedum ſponſam impunè liceat viro rapere, verùm
etiam eam, cum qua fuit tractatus matrimonij. Pari-
ter ergo & in caſu de quo agitur, in quo maior ratio
vrget, cùm ſit longè minor pœna in oſculo, quàm in
raptu, vt ſuprà demonſtratum eſt, & tamen ſi raptus
ob præcedentem tractatum matrimonij impunibilis
eſt, multò magis propter præcedentem tractatum ma
trimonij erit & oſculum impunibile, præcedente præ
ſertim ordinatione, & voluntate puellæ, vt ſuprà di-
ctum eſt. & hoc dictum Abb. in præallegato capitul.
cum cauſa. refert & ſequitur pro not. do. Ant. de Ale-
xan. iuriſconſultorum in hoc Siciliæ & Neap. regno
proculdubio ſuo tempore princeps. in addi. ad Bald.
in prædicta l. vnica. C. de raptu virgi. Ex quibus con-
cludo prædictum Chriſtophorum non eſſe in aliqua
pœna, & meritò liberandum, & ita conſulo iuris eſſe.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

Et ſic fuit prædictus Chriſtophorus abſque aliqua
impoſitione pœnæ liberatus, & matrimonium exe-
quutum.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio delicti vbi adparet, non eſt aliter curandum de forma inquiſitionis. & nu. 2.*
3 *Vulnus in dubio præſumitur letale, & in dubio vulnerans tenetur de occiſo cum euentus mortis ſequutæ id oſtendat, & tamen totum hoc conſiſtit in arbitrio iudicis.*
4 *Vulnus quando eſt in loco periculoſo. & medicus refert eſſe mortale, tunc probatio negatiua, videlicet, quod non deceſſerit ex vulnere, eſt valde difficilis.*
5 *Vulneratus debet ipſe ſe curari facere, & ſi non adhibuit ſibi ſalutifera non excuſatur.*
6 *Si ſuper vulnere medici examinati diuerſimodè deponunt, eo caſu iudicatur contra vulnerantem, & præſumitur ex vulnere deceſſiſſe.*

Pœna



7 *Pœna non mitigatur in ſeruo.*
8 *Seruus eſt, ergo fur: ſeruus eſt, ergo malus, tenet conſequentia.*
9 *Signum, quod quis aliquem animo occidendi percuſſit, adparet, quia cum gladio percuſſit.*
*Animus occidendi comprehenditur, quando quis gladio percuſſit.*
10 *Mortuus præſumitur ex vulnere ſi infra paucos dies poſt vulnus deceſſerit, etiam ſi infra lx. dies deceſſerit. ſecus ſi infra octo menſes.*
11 *Vulnus ſi probatur fuiſſe mortale, non iuuant probationes, quòd ob malam curam vel neglig**ẽ**tiam deceſſerit.*
12 *Interpretis vnius dicto ſtatur, quando alij non interfuerint.*
13 *Vulnerans ſi accuſatus fuit de vulnere, & petitum puniri, dicitur criminaliter actum. & videtur petitum de lege cornelia condemnari.*
14 *Homicida inquiſitus, quòd occiderit Titium, debet condemnari tanquam occiderit: licet Titius fuerit mortuus poſt finitam inquiſitionem, & ea pendente mors ſuperuenerit.*
15 *Iudex dum cognoſcit vel ſuſpicatur aliquid per calumniam petitum, poteſt petentem ex officio repellere, & exceptionem non admittere etiam ſi fuerit iuratum quòd non animo dilatandi factum ſit.*
16 *Iudex vbi nouit aliquid ad procraſtinandum litem fieri, debet ex officio occurrere.*
17 *Confeſſo crimen poteſt defenſio denegari, cùm ob confeſſionem dicatur delictum notorium.*
18 *Confeſſus delictum eſt confeſtim condemnandus.*
19 *Homicida dum inſtat ad defenſam vt res protrahatur debet interfici. & poſteà inquiri.*
20 *Terminus non debet dari querulanti ad probandum contra iudicem in cauſa ſyndicatus: ſed debet grauamen allegans ex eiſdem actis & proceſſu illud iuſtificare, imò ſi ex nouis actis contingerit reuocari quod fecit, iudex non poterit dici malè iudicaſſe, nec quòd teneatur in aliquo.*
21 *Sententia ſi eſt iuſta ex primis actis ex quibus iudex iudicauit, debet iudex ipſe abſolui, licet ex nouis poſſit impugnari.*

## CONSILIVM XLIX.

SVmmi rerum opificis præſidio iterato,
Amen. In cauſa querelæ expoſitæ in ſyndi
catu contra me & cęteros meos collegas,
iudices magnæ curiæ vicariæ, per honora
bilem Saluato. de yſopo de Nea. ſuper emendatione
pretij ſui ſerui, ex noſtra ſententia vltimo ſupplicio
cōdemnati, prætextu, quòd fuerit eidem ſeruo tortu
ra illata contra formam capitulorum Neapolitanis
conceſſorum, ex proceſſu informatiuo. Item quòd nō
fuerit eidem ſeruo ſtatutus condecens terminus ad fa
ciendum ſuas defenſiones. Item, quòd ille vulneratus
per præfatum ſeruum deceſſerit non ex vulnere, ſed
ex mala cura, & quòd fuerit per eandem magnam cu-
riam, & ſic per nos ſanctiſsimè pronuntiatum. Con-
ſtat enim per inquiſitionem formatam contra præfa
tum ſeruum, quòd ex cauſa, quòd ille pauper occiſus
ilico ad ipſius ſerui requiſitionem ſibi nō erogauerat
duas armellinas, ſeu ſectinas ſibi debitas ex delatione
carnium, quas ſeruus ipſe detulerat ad eius macel-
lum, eundem Nicolaum Franciſcum vulnerauit, ex
quo quidem vulnere mors ſequuta fuit infra dies xij.
vt hæc omnia ex meritis probatorum, & ſignanter
per ipſiuſmet ſerui confeſsionem adparet, ac ex eo-
demmet vulnere deceſsiſſe, vt deponunt Magnificus
Ioann. de Monticello medicus, & chirurgicus, vnà
cum duobus aliis expertis deputatis ad curam infir-
morum venerandi hoſpitalis ſanctæ Mariæ annuntia
tæ, in quo infirmus ipſe infelix deceſsit, prout etiam
adparet per partitam libri hoſpitalis præfati, in quo
deſcribuntur omnia nomina infirmorum, & etiam
decedentium in eo, cum die, anno & menſe, quo caſu
non eſt aliter curandum de forma inquiſitionis ſeu
1 accuſationis, † vt not. Innocen. in cap. cùm ſuper. ex-
trà de confeſs. & in capit. per inquiſitionem, de elect.
& pulchrè Bald. in l. & ſi ſeuerior. C. de infa. vnde non
poterat ſeruus ipſe in eius depoſitione fateri præfatū
Nicolaum Franciſcum vulneratum occidiſſe, ex quo
ſtatim non deceſsit, ſed infra dies xij. & quando nun-
quam probaretur per teſtes, prout probatur vulnera
tum ipſum ex vulnere deceſsiſſe, tamen vulnerans in
dubio tenetur de occiſo, quia vulnus præſumitur leta
2 le, ex quo † exitus mortis acta probat. l. rem non no-
uam. §. finali. C. de iudic. & in prima conſtitutione di
geſtorum, & ſic euentus mortis oſtendit vulnus fuiſſe
mortale: argumen. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. ita
Bald. in c. primo. in verſic. ſextò quæritur. quibus mo
dis feud. amitta. in vſibus feud. Qui enim negligen-
tiam aut malam curam allegat, probare debet. l. quo-
ties. §. qui dolo. ff. de proba. Ita inquit Floren. in l. qui
occidit. §. fina. ff. ad legem aquil. Alberi. in l. item mel-
la. §. Celſus. ff. eodem titu. Salycet. in l. j. C. de emenda.
ſeruo. Gandin. in tractatu maleficiorum. in titul. de
homicid. in fine. & conſuluit plenè Socin. in conſilio
clxxviij. in primo volum. & ibi ſubdit quòd iſta eſt ve
3 rior opinio. Et ita putat, quòd † totum hoc conſiſtat
in arbitrio iudicis conſiderare tempus, infra quod ſi
mortuus eſt, præſumatur ex vulnere, vel ex negligen-
tia, ſecundum iudicium medicorum, per l. ſi ſemel.
C. de re militari. libro xij. & ita etiam tenet Bartol. in
l. finali. C. ad legem cornel. de ſicar. Ioann. Andr. &
Moder. in cap. presbyterum. extrà de homicid. Abb.
in cap. ſecundo. de cler. percuſſo. Angel. in tractatu
maleficiorum. in verſicu. ex interuallo dictus Titius.
Alberic. in ſecunda parte ſtatutorum. in quæſtio. cxx.
& ideò dicebat pulchrè Bald. in dicto capit. primo,
quibus modis feud. amitt. quòd quando vulnus eſt in
loco periculoſo, prout in caſu iſto, quod fuit in capite
prope ſpatulam & inde eſt quòd medicus retulit fuiſ-
ſe & eſſe mortale: *& che la ſpalla non tenea quaſi niente.*
nunc probatio negatiuæ, videlicet quòd non fue-
4 rit mortuus ex vulnere, eſt † valde difficilis, & ni-
hilominus in caſu iſto fuit allegata mala cura, & mi-
nimè probata, & ſic de nouo probari non licebat,
nec licet. imò rectè conſideranti liquebit, quòd ipſe
Saluator dominus ſerui præfatum Nicolaum Franci-
5 ſcum vulneratum curari facere tenebatur, & † ſi me-
dicum, vel alia ſalutifera ſibi non adhibuit, non excu-
ſabitur. & ſic ex prætenſa mala cura ipſe fuiſſet cauſa,
vt dixit Paul. de Caſtr. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſo-
lut. matrimo. & plenè Soci. in conſilio clxxviij. inci-
pien. primo aſpectu. primo volum. & plus ſubdit Bal.
in præfato cap. primo. quibus modis feud. amit. ſexta
columna. quòd quando dubitatur, an vulneratus fue-
rit ex vulnere mortuus, & ſunt plures medici exami-
nati, diuerſimodè deponentes, quòd eo caſu iudica-
tur contra percuſſorem, ſcilicet, quòd ex vulnere de-

I 4 ceſſer

6 ceſſerit:& † ſic in duriorem partem iudicatur, & idẽ
ſequitur Fely.in d.cap.presbyterum.prima columna.
in fine.de homicidio.& Catal.in tracta.ſyndicatus.in
verſic.cclxxxvij incipien.adde quòd quando.& ſequi
tur Marſilius in l.j.§.diuus.ff.ad leg.cornel.de ſicar.in
viij.char.pro quo dicto videtur text. in c. ſignificaſti.
el ſecundo,de homicid.§.fin. & præmiſſa præſertim ſi
7 bi locum † vendicare debent in ſeruo, in quem pœna
non mitigatur.l. ſtatuliber. de quæſt. l. prima. & ibi
Barto.ff.de pœn.cùm valeat conſequentia,eſt ſeruus,
8 ergo fur:eſt ſeruus,ergo malus,† vt dixit Bald.in l. pe
nul.in fine.de liber.imò quando non fuiſſet præfatus
Nicolaus Franciſcus mortuus ex vulnere ſolo, tamen
attento & conſiderato, quòd per ſeruum & infidelem
hominem libero & Chriſtiano vulnus illatum fuerat
ex propoſito,& deliberatione,& pro re modica, po-
tuiſſet pœna ipſa alterari ex qualitatibus præfatis,ma
ximè, quia iam conſtabat de animo illum occidendi
vltra effectum mortis ſubſecutum, & quando conſtat
de animo occidendi ex adparentibus indiciis, prout
in caſu præmiſſo,eo caſu alteranda eſt pœna, vt dicit
Salycetus,in l.is,qui cum telo. ff. ad legem corneliam
de ſicariis.penultima colum.in fine.vbi etiam allegat
Bartol.ita tenere. Et ſigna,ex quibus cognoſci datur,
quòd animo occidendi percuſſerit,ſunt: quia cum gla
dio percuſsit,prout inquit Specul. in titu. de accuſa-
tio. verſic. ſed pone. Item conſtat quòd per eiuſmet
9 confeſsionem, † præfatum occiſum ante ianuam pro
priæ domus appoſtaſſe & inſuluiſſe: & prout iam vul-
nerauit,& ſic vulneratus decedens in dubio præſumi-
tur ex vulnere deceſsiſſe, niſi adpareat de negligentia
vel mala cura.ita dixit Odofre.in l.qui occidit.§. pe-
nultimo.ff. ad leg.aquil. imò ſecundum iudicium me-
dicorum:etiam ſi deceſsiſſet infra xl.dies, præſumere-
tur ex vulnere mortuus,ſecundum Auguſt.in additio.
ad Angel.de Aret.in verſi.ex interuallo dictus Titius
Anton.de Butri.in c.prætereà.de cleri.percuſſo. & to
tum hoc erit in arbitrio iudicis, vt dicit Auguſt. ibi.
imò dicit Ioan.Petr.de Ferra.in ſua practica Papien-
ſi, in titu. de forma inquiſitionis. quòd præſumitur
quis ex vulnere mortuus infra paucos dies, ſi infra ſe
xaginta dies deceſsit.& ita allegat tenere medicos:Se
10 cus † enim ſi deceſſerit infra octo menſes, quia tunc
non præſumeretur ex vulnere mortuus, niſi ſemper
malè ſe habuerit, quia tunc etiam dicendum eſſet ex
vulnere deceſsiſſe.Ita dixit ſingulariter Abbas in cap.
prætereà.de clerico percuſſo.& ſi probatur quòd vul-
11 nus fuit mortale,† non iuuant probationes quòd pro
pter malam curam vel negligentiam fuerit mortuus.
Ita dicit Baldus in conſilio incipiente, ſapientiſsimè
allegatum eſt. & Angelus in tractatu maleficiorum.
in verſiculo ex interuallo dictus Titius, & licet aliàs
dici conſueuerit, quod an quis ex vulnere deceſſerit
ſtari debeat iudicio medicorum, attamen in caſu de
quo agitur,in cura huius vulnerati defuncti vnus ſo-
lus fuit medicus, qui ipſum curauit videlicet domi-
nus Ioannes de monticello, qui cum iuramento in-
terrogatus depoſuit illum ex vulnere deceſsiſſe: &
quòd à principio vulnus fuit mortale. & idem depo-
ſuerunt alij teſtes. Et pariter licet conditio, & pau-
pertas extrema præfati vulnerati non requiſiuiſſet
plures medicos in eius cura & inde eſt, quòd ob ex-
tremam inopiam acceſsit ad ſe curandum in hoſpi-
12 tali Annuntiatæ: nihilominus ſtatur dicto † ipſum
interpretis,quando alij non interfuerunt, licet vnus
ſit.l.prima.§.primo. ff. de verborum obligationibus.
ita Baldus in l.directas libertates.ff.de manumiſſ. te-
ſtamento. idem Baldus in procœmio digeſtorum. Et
plenè Marſilius in l. ſi in rixa. ff. ad legem corneliam
de ſicar.Vnde cùm non interfuerit curæ pręfati defun
cti, niſi ſolùm medicus præfatus, & conditioni, ac
paupertati ipſius non requirebatur plures interfuiſſe
medicos,ergo dicto ipſius ſtãdũ erit,licet vnico. Nec
ſuffragaretur, quòd in querela non querelatur ſeruus
præfatus de morte, & pariter nec vulneratus quere-
lam expoſuit de morte,ſed de vulnere: quo caſu non
debuiſſet ad mortem condemnari: & ſic vltra petita.
Reſpondetur, quòd ſi vulnerans ſit accuſatus de vul-
13 nere,† & petitum ipſum puniri, dicitur criminaliter
actum, & videtur petitum de lege cornelia condem-
nari.Ita Specul. in titu. de accuſat. verſicul. ſed pone.
maximè,cùm fuerit querulatum eundem fuiſſe graui-
ter,imò letaliter vulneratum,quo caſu videtur actum
& querulatum de morte. Ita Bart. poſt gloſſ. & com-
muniter docto.in l.damni.in §.Sabini.ff.de damn.in-
fect.concurrente quoque, quòd in criminalibus non
habet iudex conſiderare modum concludendi in li-
bello: ſed qualiter lex concludat ſecundum qualita-
tem delicti,quod eſt not.dixit Bal.in l. & ſi ſeruerior.
in iiij.oppo.C.de infami.Sicut dicimus in ſimili econ
uerſo,quòd inquiſitus de homicidio, quòd occiderit
Titium, debet condemnari tanquam occiderit: licet
14 † Titius fuerit mortuus poſt finitam inquiſitionem,
& qua pendente mors ſuperuenerit.Ita dixit ſingula-
riter Bald.in l.ſi rem. in fine. ff. de pigno. act. & idem
Bald.in dicta l.damni.§.Sabini.ſupra alleg.vbi ſubdit
fuiſſe de facto in domino Odone, qui fuit poteſtas
Florentiæ:& fecit decapitari quendam, qui vulnera-
uerat alium,antè quàm ille moreretur, & in ſyndica-
tu contra ipſum fuerat datus libellus perſonalis: ta-
men pro ipſo bene facit gloſſ. in l. qui Stichum. ff. de
confeſ.item licet non adpareat ſeruus ipſe interroga-
tus de morte,attamen inquiſitus eſt de morte, vt pa-
tet in proceſſu, in quo verificatur mors ſubſequuta
ob vulnus illatum: & ipſe Saluator dominus ſerui
comparens aduerſus inquiſitionem, reſpondet velle
probare,quòd vulneratus deceſſerit ex mala cura, &
non ex vulnere: & nihil probauit, nec ſe grauauit de
inquiſitione formata de morte: ex quo inquiſitio-
nem ipſam de morte non ignorauit: ſed vellet nunc
admitti iterum ad probandum de mala cura: & qua-
tenus allegauit teſtes tunc habere in nundinis lancia-
ni & Salerni,quæ nundinæ non fiunt die viij. Septem-
bris. prout non eſt, niſi notorium conſideratum fuit
per magnam curiam præfatum Saluatorem id ex ma
litia expoſtulaſſe,& cauſa dilatandi ſupplicium ſui ſer-
ui,cùm nihil allegaſſet,nec produxiſſet, quòd ſeruum
ipſum releuare potuiſſet.Vnde ſuccedit, quòd quando
iudex nedum cognoſcit, ſed ſuſpicatur de malitia op-
ponentis ſeu calumnia, poteſt exceptionem præfa-
15 tam & ſimiles ex officio repellere. † Ita dicit Fe-
lynus in capitulo ex parte. ij. extrà de offi. delega. in
principio imò iudex vehementer præſupponit con-
tra opponentem exceptionem quantuncunque iu-
ſtam, poterit, nedum ipſam non admittere, ſed
etiam nec iuramentum, quòd non animo dilatan-
di id faciat exigere:imò procedere ad vlteriora,ſpre
ta etiam appellatione, quatenus interponeretur. Ita
dicit



dicit Abb.in c.nullus. de præſumpt. in fi. & in d. c. ex
parte.& ideò dicit Iaco.But.in l.ij.C.de fal. quòd vbi
iudex nouit aliquid ad procraſtinandum litem,debet
ex officio occurrere.& idem tenet etiã Paul. de Caſt.
16 in l.properandum.ij. colum. de iudi. † quòd maximè
dicendum eſt procedere in iſto ſeruo,tãquam confeſ-
ſo,cui ex cauſa confeſsionis per ipſum factæ poteſt de
fenſio denegari, cùm eo caſu ob confeſsionem deli-
ctum dicatur notoriũ Ita dicit Bal.in l. à procedente.
17 C.de dila.maximè,cùm ſolenniter ratificauerit, † &
confeſſus fuerit in iudicio: per ea quæ habentur per
Bald.in rub.de pac. & alibi, vbi quis confitetur deli-
ctum,eſt confeſtim condemnandus.dixit Bald.in l.ij.
18 C.de cuſto.reo.& † ideo dixit ſatis pulchrè Bald. in l.
ita vulneratus ff. ad leg. aquil. & ſatis ad propoſitum
noſtrum,quòd vbi cõſtat de crimine, iudices debent
eſſe proni ad puniendum:nec debent multum ponde
rare omnes iuris ſolẽnitates: quia fauor publicę diſci
19 plinæ ſuadet, † vt maleficia puniantur, & ideò dixit
ſingulariter Bal.in c.quoniam contra.in antepe. col.
ij.char.extrà de proba.quòd ſi homicida inſtat ad de
fenſam,vt res protrahatur, debet interfici, & poſteà
inquiri.Idẽ refert & ſequitur Fely. in c. paſtoralis. §.
quia verò extrà de offi deleg. Et ex his omnibus con-
cludo fuiſſe bene ac ſanctiſsimè iudicatũ per magnam
curiam vicariæ me referente in ea, & dum fuiſſet ap-
pellatum à Magnifi. electis ſyndicatoribus ciuitatis
Neapo.ad S. Conſilium, ex quo dederant terminum
ad probandum,qui dari non poterat in cauſa ſyndica
tus,ſed debebat grauamen prætenſum illatum per iu
dices,vt aſſerebatur,iuſtificari ex eiſdem actis,& pro
bationibus,& non ex nouis,per cle.appellanti.de ap-
pel.imò ſi ex nouis probationibus factis in cauſa ſyn-
dicatus contra iudicem contingeret ſententiam reuo
cari tunc non eſt dicendum, quòd iudex qui dictam
20 ſententiã protulit, malè iudicauerit:† imò eo caſu nõ
teneretur in aliquo.argu.no.in c.cùm Ioannes eremi
ta.extrà de fide inſtrumen.Ita in ſpecie tenet Paris de
put.in tract.ſynd.in titu.de offic.ſyndi.in c.an ſi pote-
ſtas condemnauit colum.ver.& adde, quòd iudex nõ
facit litem ſuam.& idem etiam tenet Amode.Iuſti in
alio ſuo tract.ſynd.vbi multa alleg.in viij.char.in ver
ſic.item in eo,quod plures innocentes.vj.colum.ver.
ſed idem Bald.vbi formaliter dicit, quòd ſi ex primis
21 actis, ex quibus iudex iudicauit, ſentẽtia eſt iuſta,† de-
bet officialis abſolui:licet ex nouis poſſet impugnari.
& idem tenet Amode. in penultima char. dicti tract.
& ſic reuocato termino per d.S. Conſilium pro hono
re dictorum magnificorum electorum, remiſſa fuit
cauſa eiſdem magnificis electis ſyndicatoribus, dato
eiſdem,ſeu eorum conſultori prius ordine oretenus,
vt ad abſolutionem meorum ſociorum iudicum, &
meam procederent:prout ita ex meritis proceſſus, &
actorum fieri debebat,& ita exequutum fuit cum con
ſilio magnifici domini Scipionis de Summa, eorum
conſultoris, & aduocati vniuerſitatis, non obſtante
nimia importunitate præfati Saluatoris querulantis.
& ita iuris fuiſſe cenſeo ego, Thom Gram. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa breuis & parua dicitur à duobus aureis infrà hodie tamen in regno dicitur à duobus auguſtalibus. & numero 2.*

3 *Cauſa modica & breuis dicitur, quando pro re conſequenda plus expenderetur, quàm ſit valor cauſæ.*

4 *Res debitoris capta per creditorem, poteſt loco pignoris per ipſum creditorem detineri.*

5 *Famulus non tenetur furti ſi dum ſibi ſalarium non ſoluitur ſubtrahit tantum de rebus patroni, quòd ſibi ſatisfiat.*

6 *Creditor quando accipit rẽ debitoris, vt ſibi ſatisfiat, non tenetur vi bonorum raptorum.*

## CONSILIVM L.

AEterni ſaluatoris auxilio petito, Amen.
In cauſa capitanei Caianelli & vaſallo-
rum magni. Benigni de ægidus detento-
rum in magna curia vicariæ, cum Regio
fiſco,& querulãtibus ſuper reſpreſaliis factis in iumẽ
to Petri de ca.ſancti Felicis,quòd dictæ repreſaliæ de
iure ſubſiſtunt.ỹ.oſtendam,præſupponendo vnum in
facto veriſsimum, quòd dum Damianus de caianello
pro ſuo ſalario debuiſſet cõſequi à patruo præfati Pe
tri,& cuius præfatus Petrus eſt hæres,ducatum vnum
pro eius ſalario, & pluries inſtetiſſet apud dominum
ſancti Felicis ſuper recuperatione debiti præfati,tan-
dem facta quadam executione Petro præfato,per prę
fatum dominum nulla ſubſiſtente cauſa, executio-
nem eandem reſtituit,non ſatisfacto præfato Damia-
no, ob quod euidenter eundem Damianum grauan-
do, indigebat Damia. ipſe auxilio ſuperioris, & ſic
oportebat ſuperiorem ipſius Baronis adire pro con-
ſecutione iuſtitiæ: ad cuius aditum conſequendum ſi-
ue debitũ,plus expenſum fuiſſet, quã eſſet valor cau-
1 ſæ.modò certum eſt, quòd † cauſa breuis & parua di-
citur à duobus aureis infrà vt dicit Bartol. in l. ſi
oleum.§.meritò.ff.de dolo.& hodie in regno dicitur
2 cauſa modica ſeu breuis, dum † eſt duorum auguſta-
lium.vt in conſtitutione, dilationes. ſub titu.de dilat.
Item dicitur cauſa modica & breuis, quando pro re
conſequenda plus expenderetur, quàm ſit valor cau-
ſæ.Ita dicit Bartol. in l. mediterraneæ. C. de anno. &
tri. libr. x. ſed vbi habendo recurſum ad ſuperiorem,
3 expenderetur † pluſquam ſit valor cauſæ, tunc non
debet haberi recurſus ad ſuperiorem: & ſic non di-
citur poſſe haberi recurſus:& ſic poſſunt fieri repreſa
liæ.Ita in propriis terminis Barto.in l.mediterraneæ.
in vltima addit. C. de ann. & tribu. libro x. & Petr.
de Anchar. in cap. vnico. extrà de iniuria & damn.
dato. Vnde capto iumento pro repreſaliis, licet
potuiſſet vt res obligata tanquam in bonis debito-
toris exiſtens loco pignoris per capientem detineri,
4 † prout dixit not. Bartol.in authen.ſed omnino.C.ne
vxor pro marit. attamen dictum iumentum cum bo-
nis deſuper exiſtentibus præſentauit iudici,iuxta do-
ctri. Bald.in dicta authen.& omnino. quamobrem ſa-
tis adparet excuſatus à pœna furti:& ſic querela furti
expoſita nullatenus procedit, præſertim cùm ſi famu
lo non ſoluitur ſalarium,ſeu merces ſibi debita,prout
in caſu,de quo agitur, poteſt famulus ipſe ſubtrahere
de pecunia ſeu rebus domini tantum, quod ſibi ſa-
tisfiat: nec tenebitur actione furti,cùm ſolus animus
5 attendatur† in furto:& furtũ abſq; animo furãdi non
cõmittatur:vt in §.j.Inſti.vi bo rap.ibi,nec furti tene
ri,qui nõ eo animo capit.& probatur in l.ſi quis vxo-
ri.§.ſi quis aſinũ.in fi.ff.de fur.ibi,furti ita demũ tene
ri,ſi furandi animo id feciſſet.id ergo,qđ pręfatus Da
mia.fecit,videtur nõ animo furandi feciſſe:ſed animo
ſibi ſatisfaciẽdi.& ideò dixit Roſ.bñuẽ.in libellis ſuis
iuris

iuris ciuilis ſuper conſtitutione diui Marci, quæ eſt in
6 l. extat. ff. quod metus cauſa. circa finem, quòd † quan-
do creditor accipit rem debitoris, vt ſibi de debito ſa
tisfiat, non tenetur vi bonorum raptorum: quia nec
rapinam voluit committere, & credidit ſibi licere:
cùm voluntas & propoſitum diſtinguant maleficia. l.
qui iniuriæ. circa principium cum vulgari. ff. de furtis.
præſertim, cùm etiã fatua credulitas excuſet à pœna
doli, ſecundum Angel. in l. j. ad finem princip. ff. de eo.
per quem fac. erit. Et plenè Iaſon in l. ſi quis id, quod.
viij. colum. de iuriſdictione omnium iudicum. & ſic
quòd actione furti talis famulus non teneatur, ſed in
ſpecie conſulendo Alex. de Imo. in conſilio cxxxv. in
cipiente, circa primum dubium. in primo volumine.
idem refert & ſequitur domi. Anto. de Alexan. in ad-
ditione ad Bartol. in l. extat. ff. quod metus cauſa. vbi
etiam refert hoc dictum Goffre. & maximè hoc cõce-
dendum eſt, cùm quælibet cauſa etiam temeraria, &
iniuſta excuſet quem à dolo. gloſſ. eſt in l. plagij crimi
nis. & ibi not. Angel. C. ad l. flaui. de plagia. gloſſ. in l. j.
in fine. ff. de abige. & ita requiſitus vt conſulerem, vi-
detur mihi iuris eſſe. Thomas Grammaticus V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Officiali iniuſtè exequenti poteſt de iure reſiſti.*
2 *Officialis ſi perperam & iuris ordine non ſeruato mandat aliquem capi, qui ſe defendit & euadit manus officialis, quòd non dicitur eo caſu reſiſtere, ſed ſe defendere.*
3 *Reſiſtens officiali violenter, aut ſine ordine iuris exequenti, poteſt conuocare amicos & coniunctos, qui etiam ex ſe abſque alia conuocatione concurrere poſſunt ad reſiſtendum.*
4 *Teſtes tres inſtrumentarij vel non inſtrumentarij probare poſſunt aliter fuiſſe dictum, & factum in inſtrumento, quàm in eo contineatur, pariter probare poterunt falſitatem inſtrumenti.*
5 *Teſtis vnus licet non reprobet inſtrumentum, tamen facit indicium ad torturam contra notarium.*
*Teſtes duo vna voce deponentes contra inſtrumentum, præualere debent notario, data paritate conditionis inter eos & notarium.*
*Teſtes duo reprobant inſtrumentum, & vnus teſtis facit vacillare inſtrumentum.*
6 *Carceratus iniuſtè poteſt à carceribus aufugere, & etiã vulnerare cuſtodes, aut occidere ſi aliter euadere ſeu aufugere non poſſet. & nu. 7.*
8 *Fideiuſſio præſtita pro aliquo, illo abſente, & abſque eius interuentu nec ſe obligante vt principalis non tenet.*
9 *Cuſtodiri in vinculis, & fideiuſſoribus committi, ſunt diuerſa.*
10 *Carceratus iniuſtè ſi aufugit à carcere, nedum ipſe in aliquo non tenetur verùm etiam nec eius fideiuſſor.*
11 *Compoſitio ad hoc vt teneat contra crimino ſum, requiritur conſtare de crimine.*
12 *Metus ſiue terror ſemper inferri præſumitur per officialem ſuo ſubdito.*
13 *Iudex inferens metum, & qui propter hoc extorquet pecuniam, dicitur committere concuſſionem.*
14 *Iudicis verba nedum facta, inferunt iuſtum metum, & concuſſionem.*
15 *Iudex dicens ſubdito grauabo te: ſeu carcerabo, niſi dederis mihi tantam pecuniam, committit concuſſionem. & nu. 16.*
17 *Metus iuſtus dicitur, metus cruciatus corporis: & pariter terror armorum, vt ſi armatus quis adſtabat, licet ipſa arma extracta non fuerint. & nu. 18.*
19 *Teſtes centum deponentes aliquid fuiſſe ſponte factum, & duo dicentes per metum, vel vim factum, præferuntur illis centum.*
20 *Notarius dicens in inſtrumento quid ſponte factum ſi duo teſtes aſſerant id fuiſſe vi & metu factum, præferuntur illi duo.*
21 *Notarij verba in inſtrumento contenta, quòd quid ſponte & voluntariè geſtum ſit, & ſimilia prolata tempore metus, nedum non purgant metum, ſed potius illum geminant.*

CONSILIVM LI.

SVmmi rerum opificis ſuffragio petito,
Amen. In cauſa honorabilis Tragonectæ
de puteolis, aduerſus magnificum Mon-
toiam Hiſpanum olim Capitaneum eiuſ-
dem ciuitatis, ſuper indebita exactione ducatorum
quinquagintaquatuor, ex diuerſis cauſis, videlicet du
catos xvj. pro prætenſa reſiſtentia, item ducatos xx.
pro pœna prætenſæ contrauentionis obligationis fi-
deiuſſoriæ præſtitæ per Ioan. de compoſta, & ducat.
viij. pro compoſitione delicti aſſerti in perſonam fa-
muli Raphaelis panarij, per Iacobum caualerium
eius fratrem: & ex quo Iacob. ipſe per prius fuerat ad
redimendum vexationem curiæ tantum compoſitus,
non quòd delictum ipſum aliquo modo confeſſus fuiſ
ſet: dicendum eſt namque primò, quòd quatenus de
prætenſa reſiſtentia modo aliquo adpareret, illa qui-
dem fuiſſet iure permittente facta: nam ſi Iacob. caua-
lerius eius frater de prętẽſis delictis inquiſitus, fuerat
per prius cõpoſitus per prædeceſſorem Capitaneum
ciuitatis præfatæ Franciſc. carlinum nomine, vt con-
ſtat ex depoſitione ferè omnium teſtiũ ſuper quarta
exceptione, non poterat per ipſum Capitaneum ſuc-
ceſſorem, ſic de facto capi, ipſo prius non vocato &
audito: maximè cùm ex actis adparebat de compoſi-
1 tione iam ritè facta. vnde † Capitaneo ipſi de facto ac
iniuſtè procedẽti ad capturam ipſius Iacobi, poterat
de iure & impunè reſiſti. l. prohibitum. C. de iure fiſ.
lib. x. & l. defenſionis facultas. eod. tit. voluit Dy. in re
gula. quòd quis. de regu. iur. in vj. per l. quoniam iudi-
ces. C. de appellat. Cyn. in l. j. C. vnde vi. Guliel. in l. vt
vim. ff. de iuſti. & iu. plenè Alexan. de Imo. in l. ſed exi
mendi. §. item ſi quis. ij. colũ. in fi. ff. ne quis eum, qui
in ius. & pulchrè Iaſ. de May. in l. j. §. quod prætor ait.
ff. eod. tit. vbi refert etiam Rapha. ita tenere, in §. præ-
tor ait. in d. l. ſed eximendi. & vltra alleg. pro hoc eſſe
bonum tex. & ibi Bal. in l. j. §. fi. ff. eod. tit. & ſubdit ita
eſſe tenendum. & propterea dixit pulchrè Innoc. in c.
2 ſi quando. de offic. deleg. quòd † ſi iudex perperam iu
ris ordine non ſeruato, mandat aliquem capi, qui ſe
defendit, & euadit manus curiæ, quòd ipſe non di-
citur reſiſtere: ſed ſe defendere. l. prima. §. ſi ideò, ne
vis fiat ei. & l. prima. §. Offidius. ne quis eũ, & poteſt
talis reſiſtentia fieri per quemlibet, cuius intereſt, vt
dicit Barto. in dicta l. prohibitum. & in l. deuotum. C.
de meta. & Cyn. in dicta l. prima. C. vnde vi. & pote-
3 runt in huiuſmodi † reſiſtentia contra officialem
cõuocari amici & coniuncti, qui aliàs poſſent abſque
conuocatione occurrere ad reſiſtendum: per not.
Bartol. in l. ſi quis in ſeruitute. in fine. ff. de furtis. &
quod not. in l. tertia. §. cùm igitur. de vi & vi arma. re-
fert



fert & ſequitur Par. de Put. in tractatu ſyndica. in ver.
reſiſtentia. ij. colum. & ſic poſito abſque veri præiudi
cio, præfatum Tragonectã, ſeu eius fratrem aliquam
reſiſtentiam commiſiſſe, id iure permittente com-
miſſum adparet, cùm nullum adpareat præfatum Ia-
cobum eius fratrem crimen commiſiſſe. Tum etiam,
quia quando adpareret de aliquo crimine, quòd non
eſſet Iacob. ipſe culpabilis: ſed ad redimendum curiæ
vexationem ſe compoſuerat, vt ſuprà dictum eſt, & ſic
non poterat iterũ ita de facto capi præfatus Iac. ipſo
ſaltim per prius non citato. Nec obſtaret, quatenus
pro parte præfati Montoia exciperetur, quòd Iacob.
ipſe caualerius fuit compoſitus pro vulneribus illatis
illi famulo, & non pro morte poſtmodum ſubſequu-
ta ex cauſa dictorum vulnerum, vt adparet ex tenore
compoſitionis: nam huic de facili reſpondetur, quòd
ex depoſitione quatuor teſtium examinatorum ad-
paret præfatum Iacobum ſe compoſuiſſe cum præfa-
to Capitaneo de vulneribus, & morte, ac certis rebus
præfati famuli ablatis: per quos teſtes ſatis eliditur
ſcriptura præfata compoſitionis ſcripta per actuariũ
dictæ curiæ: cùm iuris diſpoſitione, per duos vel
tres teſtes ꝓbari poteſt aliter ſe habuiſſe factũ, quàm
4 in inſtrumento contineatur: † imò etiam falſitas in-
ſtrumẽti probari poteſt per duos aut tres teſtes, etiam
quòd non ſint de adſcriptis in inſtrumento, prout no.
in l. in exercendis. C. de fide inſtrum. & in l. j. §. ſi quis
neget. ff. quemadmo. teſtamen. aperian. Bald. in l. opti
mam. C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. Flo-
ria. in l. cùm de ætate. ff. de probat. Aret. in §. item ver
borum. Inſtitu. de inuti. ſtipulatio. Bald. in l. Impera-
tor. colum. iiij. ff. de ſtatu homi. & in cap. cùm Ioannes
eremita. extra de fide inſtrument. & ſic ſi hic alleg.
vendicant ſibi locum in inſtrumento, in quo interue-
niunt iudex notarius, & teſtes: multò fortius id dicen
dum erit in dicta ſcriptura compoſitionis, ſcripta per
ſolum notarium non ſpectatæ fidei, aut multum co-
gniti, & abſque teſtium interuentu. Hinc voluit not.
Abb. in cap. tertio loco. extrà de probationib. colum.
iiij. quòd data paritate inter contradictionem nota-
rij & teſtium, duo teſtes vna voce deponentes præua
lere debent notario, & plus voluit Bald. in conſi. xxix.
incip. probatus &c. in j. volumi. quòd licet vnus teſtis
5 non reprobet inſtrumentum, quòd tamen † facit in-
dicium ad torturam, & alibi dixit Franciſ. de curt. in
conſi. lv. columna j. quòd duo teſtes reprobant inſtru
mentum: & vnus facit vacillare inſtrumentum. ſed
ſcriptura ipſa compoſitionis reprobatur per quatuor
teſtes. ergo &c. potuit enim ex errore plus fuiſſe dictũ
& minus ſcriptum. quicquid ſit remitto me ſemper ve
ritati, & iudicio rectius ſentientis. Secundò, extante
prænarrata cauſa licita & permiſſa reſiſtenti, minimè
poterat præfatus Tragonecta capi, & carceribus de-
trudi: & quilibet ita indebitè captus pluries requiſiuiſ
ſet Capitaneum ipſum pro ſua liberatione, ipſum ſeu
6 eundem liberare recuſauit: † & ſic exiſtẽs indebitè ac
minus iuſtè carceratus, permittebatur ſibi de iure à
carceribus aufugere: nec ex fuga ipſa in aliquo tene-
tur. vt dixit Barto. in l. vis eius. C. de probationibus.
Alexand. in l. ſed eximendi. §. item ſi quis. præalleg.
ff. ne quis eum, qui in ius. idem Alexand. in conſilio
cxliiij. ſecunda columna. ſecundo volumine. refert &
ſequitur domi. Anton. de Alexand. pater omnium ob-
ſeruandiſsimus, in ſuis addit. ad Bart. in l. in eos. ff. de
cuſtod. reo. & in tantum eſt licita fuga indebitè carce-
rato, ꝙ ſi aliter euadere non poteſt, vt fugiat, permiſ
7 ſum ſibi erit vulnerare cuſtodiens ipſum, † imò
etiam & impunè occidere, vt voluit not. Luc. de pen-
na in dicta l. prohibitum. verſi. ſed pone. C. de iure fi-
ſci. refert & ſequitur Par. de pute. in ſuo tracta. in ver-
ſic. reſiſtentia. in iij. colum. Tertiò, quòd Ioan. de com
poſta fideiuſſerit pro præfato Tragonecta, quòd non
diſceſsiſſet à carceribus, in quibus carceratus exiſtẽ-
bat: & ſic quòd ex cauſa contrauentionis præfatæ ſe
compoſuerit cum ipſo Capitaneo in loco præfati Io.
de compoſta pro duca. xx. ex cauſa fugæ, & ſic contra
uentionis præfatæ fideiuſsionis. Adparet nanque ex
forma fideiuſsionis præfatæ, quòd fideiuſsio ipſa fuit
præſtita abſque interuentu aut ſaputa ipſius Tragone
8 ctæ, † imò eo inſcio & ignorante, ſicque ſe nõ obli-
gauit, nec interuenit, nec iurauit, nec interceſsit ali-
qua ſtipulatio. prout requiritur. l. Blanditus. C. de fide
iuſſor. l. v. §. ſatis acceptio. & l. ſciendum. de verb. obli
gat. & inſtitu. de fideiuſſ. in princip. Accedat inſuper,
quòd nouiſsimum eſt, vt non data habilitate leuioris
ſeu facilioris carceris conſueto voluiſſe cautionem à
fideiuſſore ignoranti, & abſenti carcerato, quòd car-
ceratus ipſe non diſcederet à carceribus, in quibus de
truſus degebat, ſub certa pœna &c. ſunt enim hæc di-
uerſa, in vinculis cuſtodiri, & fideiuſſoribus commit-
9 ti. l. j. ff. de cuſto. reorum. quẽ tex. ad † hoc alleg. Luc.
de penna. in l. ſi quis decur. C. de decur. lib. x. vbi plus
decidendo præſentis dubij diſceptationem, voluit, ꝙ
iniuſtè carceratus aufugiendo à carcere, nedum ipſe
in aliquo non tenetur, verùm etiam nec eius fideiuſ-
10 ſor. & † faciunt not. Barto. & Bald. in l. qui in carce-
rem. ff. quod metus cauſa. Ange. in l. ſi mulier. §. ſi dos.
eodem titulo. qui dixit, quòd factum ab eo, qui in-
iuſtè detinetur carceratus, eſt ipſo iure nullum, aut
ſaltim reſcindendum. Idem voluit Franciſ. de Are.
in conſilio xiiij. columna xiiij. de quo etiam per In-
nocen. in capit. cùm locum. de ſponſalib. per Bald. in
l. ab eo. columna tertia. C. quomodo & quando iu-
dex, qui voluit, quòd non valet conſtitutio procu-
ratoris facta ab indebitè carcerato, ad promitten-
dum aliquid detinenti, & præſertim cùm compoſitio
ipſa fuerit facta de omnibus præfatis per ipſum
Tragonectam iam exiſtentem in fortiam ipſius Ca-
pitanei detentum, vulg. l. qui in carcerem. quod
metus cauſa. & non conſtito de prætenſis crimini-
bus contra Iacob. caualerium, quod plus eſt, nec
per inquiſitionem, nec per accuſationem. quo caſu
fieri non poterat compoſitio, vbi de crimine non con
ſtaret, per cap. regni, quod incipit, habet literarum
tuarum, quia ſemper innocens ſaltim pecuniariter ve
xaretur, de quo etiam eſt obſeruantia magnæ curiæ
vicariæ, qua cauetur, quòd in nullo crimine publico
vel priuato poteſt procedi ad compoſitionem, niſi
11 probato crimine vel confeſſo, & † ſic vt habeat lo-
cum compoſitio, debet cõſtare de crimine contra in-
quiſitum ſeu accuſatum legitimè, iuxta formam con-
ſtitutionis, humanitate. &c. ab illo inchoãdum. & ſic
requiritur, quòd iuſtè quis fuerit carceratus, & cõpo
ſitus, ſeu ſaltim quòd ſemiplenè conſtet cõtra ipſum,
prout concludit Par. de put. in ſuo tract. ſyndi. in verſi.
compoſitio. vj. colum. c. an ſi facta compoſitio delicti.
Quartò & vltimò fuit facta compoſitio ipſa de no-
cte, & per impreſsionẽ, & terrorẽ ipſius Capitanei cũ
proba

probatum ſit clariſsimè ex plurimorum teſtium depo
ſitionibus de terribilitate & impetuoſitate eiuſdem
Capitanei, concomitante inſuper iuris diſpoſitione,
cùm in dubio ſemper præſumatur terror inferri per
12 officialem ſuo ſubdito: † vt dixit Bald. poſt Cyn. in l.
nouiſsimè.ff.quod falſo tuto. auth.& ibi ſubdit, quòd
præſumitur metus inſtare, ne iterum compellatur,
etiam ſi reus ſit relaxatus, vt ibi per eum, poſt Cyn.&
per Cyn.in l.ij. C.quod metus cauſa. Idem voluit Pet.
de Ancha.in conſi.xxiiij.in Chriſti nomine, Amen.vi
ſa inquiſitione.& Alex. in conſi.lij.vlti. colum. iij.vo-
lumi.idem ſequitur Amod.Iuſti.in ſuo tracta.ſyndica.
in verſi.ſuprà dictus dominus.iij.colum.& Par.de put.
in tractatu ſyndica.in tit.de offic.ſynd.char. vij.in ver
ſicu.ſeu capitulo ſyndicantur etiam officiales, ſi con-
cuſsionem fecerint.& alibi dicit tex.in l.ij.C. ne ruſti.
ad vllum offici. quòd officialis dicitur eſſe terribilis,
propter ſuum officium. Accedat, quòd clariſsimè ex
meritis proceſſus conſtare adparet in ſpecie depo-
ſitionem quinque teſtium ſuper xij. articulo depo-
nentium apertiſsimè de violentia & metu, ibi dum di
cunt, quòd hora iij. noctis Capitaneus ipſe cum ſuis
ſatellitibus armatis, & expulſis nonnullis ex his, qui
in palatio curię exiſtebant, & clauſis ianuis ad ſe con-
duci fecit eundē Tragonactam ſibi vulgariter dicen-
do *io lo voglio che te compone: compunete*: aliàs *te do la cor-
da*, & replicante eodem Tragonecta, & dicente, *vole-
teme componere per forza, io non me voglio componere*, &
replicante Capitaneo, *componete*, &c. tenendo manum
ad enſem, & dicendo. *componete, altramente te faccio vno
mancamento che mai lo hebbe neſciuno de toi*, & ſubdit
vnus ex dictis teſtibus, *che vna mano teneua ala ſpata, è
laltra in pecto ad Tragonecta*, qui reſpondebat, *voi me vo-
lite componere per forza, ſcriuelo maſtro de acti che io me lo
proteſto, & pagate.* per quæ quidē verba clariſsimè &
manifeſtè adparet de cōpoſitione ipſa facta per vim
& metum ac concuſsionem: & ideò dixit Bart. in l.j.
C.de naui.lib.xj. quòd officialis inferens metum, vt
13 propter hoc † extorqueat pecuniam, dicitur commit
tere concuſsionem; per tex.in l.j.de concuſsio. & vi-
detur tex.& glo. in l. ſi quis concuſſerit. C. ad leg.Iul.
de vi.& in l.iubemus. eo. tit. quæ cōcuſsio dicitū quaſi
intimoratio, ſecundum Odof.in l.iubemus. C.ad leg.
Iul.repetun. Hinc eſt, quod non ſolum facta, verum
14 etiam verba officialis, inferunt † iuſtum metum & cō
cuſsionem.l.qui in aliena.§.Celſus.de acquirend.hæ-
red. dixit Bald. in §. item ſacramenta. de pace iura-
ment.firman. quòd triplex eſt concuſsio. Vna propter
minas potentum & per carcerem. Alia, per verba in-
carcerationis; & metus violentus ſuſpitionis: per d.l.
nouiſsimè, quòd fal.tu. autho. & propterea dixit Par.
de pute.in tract.ſyndi. præallega. & in c. ſyndicantur.
in princip. paulò ante relato, quòd officialis dicendo
ſubdito ſuæ iuriſdictionis: carcerabo te, vel grauabo
te, niſi dederis mihi tantam pecuniam, committit cō-
15 cuſsionem.l.j.ff.de concuſsio. iſta † quidem appellabi
tur concuſsio, hoc eſt per vim pecuniæ extorſio: ſecun
dum Bart.in l.in eadem.§.eadem lege.ff.ad legem Iu-
liam de vi public. & ſic recipiens tenetur reſtituere
quod recepit: & criminaliter punitur.l. quod euitan-
di.de condict.ob turpem cauſam. & dixit Guliel. in l.
ij. ff. quod metus cauſa. quòd quando officialis per
metum extorſit, tenetur lege Iul. repetun. falſi, & con
cuſsionis: vt ibidem eum refert & ſequitur Bald. &

16 plus dicit ibi Ang. quòd ſi † iudex dixit, niſi ſoluas, te
ſuſpendam: quod iſta erit illicita extorſio, per text. in tit.
de pace tenenda. in fi. & ſic verba hæc & ſuprà alleg.
17 ſatis adaptantur ad caſum noſtrum † ibi dum Capita
neus dicebat, eum velle torquere, per quod ſatis indu
citur iuſtus metus, metus cruciatus corporis.c.cùm di
lectus. extrà quod metus cauſa. l. interpoſitas. C. de
trāſact.& l.metus.ff.ex quibus cauſis maio. quòd ſatis
eſt dicendum in officiali, cuius metus poſito in carce-
re ſemper inſtat, & ad torturam familiam. & alia in-
ſtrumenta ſemper in promptu habet, ita quòd poten
tia torquendi & nocendi in habitu idem operatur,
quod potentia in actu: vt in c. non ſolùm. de appella.
in ſexto, & l.Labeo. de ſtatulibe. ita dixit Petr. de An-
char.in conſi. xxiiij. viſa inquiſitione. vbi ſubdit hoc
habere in ſe æquitatem. & idem operabitur probabi-
lis ſuſpicio tormentorum, quod & ipſorum illatio. di-
cit Dyn in l.nouiſsimè. ff. quod falſo tuto. autho. Bal.
in l.interpoſitas.C. de tranſact. & plenè dicta per Iaſ.
in l. ſi ob turpem. iij. colum. ff. de condi. ob turpem
cauſam. Concurrebat inſuper terror armorū, ex quo
Capitaneus ipſe cum ſuis ſatellitibus armati extabāt,
18 † quorum terror iuſtiſsimum metum inducit. vt in l.
tertia.§.armis deiectū.cum §.ſequen.ff.de vi & vi ar-
mata.& not.gloſſ.in l.j. C.vnde vi.Bal.in conſilio ſchiſ
matis.iij.columna. Barto.in dicta l.iij. §. armis deie-
ctum. vbi ſubdit, quòd non refert, an extraxerit arma
ita vel ne, dummodo ipſa ad latus habuerit, ſic con-
cludendum eſt, quòd ex parte ipſius Tragonectæ dica
tur, quod ſit paſſus metum, cùm metus cadat in patiē-
te tantùm, ex parte verò ipſius Capitanei appellabi-
tur vis, quia metus appellari non poteſt, cùm ipſe Ca-
pitaneus metum non habuerit, ſed intulerit. & ita de-
clarat Bart. in l.j.ff.quod metus cauſa.in verſicul. me-
tus, vel per metum. & probat etiā tex. ibi in fin. Quin-
tò & vltimò poſſet ex aduerſo attentari. quòd totum
oppoſitum eius quod ſuprà dicitur de vi & metu, vi-
detur adparere ex inſpectione & forma ſcripturæ cō-
poſitionis ibi, dum dicitur, quòd ſponte & voluntariè
ſe compoſuit, ergo ceſſare adparet id, quod dicitur de
vi & metu. Nam reſpondetur, poſito quòd eſſent cen-
19 tum teſtes deponentes quid fuiſſe ſponte factum, † &
duo ſolùm dicerent id fuiſſe factum per vim, vel me-
tum, certe ipſi duo præferuntur illis centum, vt inquit
pulchrè Innoc. in cap. ſuper hoc. de renun. in glo. quæ
incipit, & hoc vult, quia illi centū teſtes videntur de-
ponere ſuper intentione, quę ſoli Deo nota eſt, ſed illi
duo de violentia, vel metu deponunt id quod oculus
vidit, argumen.c.j. extrà quod metus cauſa. Idem vo-
luit Abb. præfato c. j. quod metus cauſa. Bal. in con-
ſilio ſchiſmatis. Angel. in l.prima.C. quod metus cau-
ſa.& in l.ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de vi
publi. Ludouic. Roma. in repetitio. rubric. de arbi. in
vij. columna. & conſuluit Alexand. in conſilio clvj. ij.
columna. in v. volumine. & plus ſubdit ibi Innocen.
idem eſſe in inſtrumento notarij, quia licet notarius
dicat factum fuiſſe ſponte in inſtrumento, tamen prę-
feruntur duo teſtes deponentes de vi vel metu. & vo-
20 luit etiam Bartol. in l.de pupillo §.ſi quis ipſi † prę to-
ri.ff.de noui operis nuntiatio. Bald. in l. obſeruare. §.
proficiſci. ff.de offic.proconſul. Par.de pute. in tracta.
ſyndi.in verſicul. tortura. cap. quia ſæpe iudices, & ſe-
quitur Amod.iuſti.in tracta. ſyndi. in verſiculo, ſuprà
dictus dominus, ſecunda columna. in vndecima char.
tract



tracta. imò talia verba, quòd ſponte & voluntariè id
fecit, & ſimilia prolata tempore metus, nedum non
purgant metum, ſed potius illum gemināt, ſecundum
Bald. in dicto conſilio ſchiſmatis. argumen. l. doli. §.
21 diuerſum.ff. de noua. refert † & ſequitur Alexand. in
præfato conſil. clvj. in v. volum. Corroborantur præ-
fata, & actorum omnium progreſſu, qualiter & quo-
modo ſe habuerit per proteſtationē factam per Iaco-
bum caualerium tempore ſolutionis ducatorum xx.
pro aſſerta contrauentione fideiuſsionis, in qua aſſe-
rit, quòd animo repetendi ſoluebat hoc nomine, &
pro parte Tragonectæ ſui fratris, quæ reperitur ſub
data menſis Aprilis: partita vero compoſitionis fuit
ſub data mēſis Maij xvj. die, in qua die ſe Tragonecta
ipſe compoſuit: & inde certos dies ſoluit, & tamen
in eadem ſcriptura notarius actorum ſcripſit, quod
Tragonecta ipſe renuntiabat proteſtationi factæ per
Iacodum caualerium eius fratrem in ſolutione duca-
torum viginti, quæ longè poſteà facta fuit: & quaſi
quòd à Spiritu ſancto illuminatus prophetauerit de
proteſtatione ipſa futura in ſolutione faciēda, & cre-
dens rem bene aptam, poſuit datam Aprilis in prote-
ſtatione qui præcedit menſem Maij. Sed non aduer-
tit, quia eo modo prius præcedit ſolutio compoſitio-
nis, & poſtmodum ſubſequitur compoſitio, quod im-
poſsibile eſt, vnde vltimo loco præuidens penitus er-
raſſe, ignorans nouum ſucceſſorē in actis exemplaſſe
illius copiam originalem, proteſtationem ipſam ab
actis abſtulit, quam poſtmodum fuit neceſſe probare
per teſtes vltra exemplum ſumptum per nouum ma-
giſtrum actorum. In cæteris ſuppleat prudentia ma-
gnifici iudicantis, vt conſueuit, & innocentem rele-
uet oppreſſum.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

## SVMMARIVM.

1 *Annotatio ſeu deſcriptio bonorum inquiſiti fieri non poteſt, niſi prius ipſo citato, & contumace effecto.*

2 *Annotatione bonorum inquiſiti & contumacis facta per curiam, debet fieri reſtitutio, & interim breuiter audire concurrentes ſeu prætendentes ius habere ſuper eis. & num. 3.*

4 *Vxor poteſt repetere dotes, id eſt, aſſecurationem dotiū ſuarum, dum vir ob delictum aufugit, & vadit vagando.*

5 *Vxor habet bona mariti hypothecata pro dotibus ſuis, & nedum pro dotibus, ſed etiā pro alimentis, præſertim quando mulier eſt pauper, & non habet vnde ſe alat: etiam quod nullam dotem dediſſet.*

6 *Vxor debet alimentari à viro, etiam quod nullam ſibi dotem conſtituiſſet ſeu aſſignaſſet.*

7 *Vxor cùm habeat hypothecam in bonis viri pro ſuis dotibus, propter dictam hypothecam cōpetit ſibi electio in dictis bonis.*

8 *Fiſcus in criminalibus non habet hypothecam in bonis delinquentis ob delictum.*

9 *Fructus pendentes vel futuri, cenſentur eſſe pars ſoli.*

10 *Fructus & penſiones quæ nondum ceſſerunt tempore confiſcationis, ſi res immobilis confiſcatur, confiſcabuntur etiam & fructus, tanquam pars illius rei immobilis.*

11 *Fructus ſuos facit, qui non ſunt ſeparati à ſolo, ille qui habet proprietatem in re.*

## CONSILIVM LII.

REdemptoris gētium præſidio poſtulato,
Amen. In cauſa nobilis mulieris Anton.
marzatæ, vxoris magnifi. Marci Antonij
de Alexādro, de Neapoli, delati de homi
cidio, in perſonam Berardi de dura: cuius bona mo-
bilia omiſſa citatione & cōtumacia ipſius delati, fue-
runt per magnam curiam vicariæ annotatā, & inſu-
per ſequeſtrata: ſicq; fuit ſuper eiſdem petita aſſecu-
ratio per eandem magnificam dominam Antoniam
pro certa parte dotium ſuarum ſoluta, contradicente
fiſci patrono, ſuper tertia parte dictorum mobilium,
ad quam fuerat demum ob contumaciam condem-
natus, nulla facta prouiſione ſuper aſſecuratione peti-
ta prætextu, quòd ſibi ſit cautum ſuper bonis immo-
bilibus ipſius Marci Antonij pro dictis dotibus, quæ
immobilia vxor ipſa non elegit. dico in pluribus meo
iudicio coniunctos, & etiam comparentes pro præ-
fata domina Antonia fuiſſe grauatos per eandem ma
gnam curiam dum magna curia ipſa proceſsit, licet
nulliter, cùm reuerentia, ad annotationem bonorum
mobilium, & eorum deſcriptionem, ad quam proce-
dere nullatenus poterat, niſi citato † præfato Marco 1
Antonio, & eo contumace effecto: vt dicit Bartol. in
l.j.ff.de requir.reis. Baldus in l.j.C.de prohibit. ſeque
ſtrat. pecuniæ. Angel. in authentica vt nulli iudic. §. ſi
quis verò. Baldus in l.abſentem. C. de accuſa. gloſſ. in
conſtitutione regni, incip. pœnam eorum &c. Item
grauauit in alio ipſa magna curia: quia bona ipſa poſt
annotationem detinuit penes ſe: & licet pluries fuiſ-
ſet petita reſtitutio ipſorum bonorum per cōiunctos
ipſius Marci Antonij, offerendo inſuper cautionem,
2 minimè eam reſtituere voluit: quod † facere non po-
tuit, cum annotare duntaxat, & deſcribere debebat,
& poſt modum reſtituere: vt inquit Bartolus in dicta
l.j.ff.de requir.reis. per textum ibi: & per glo. in con-
ſtitutione regni præfata, & in conſtitutione præce-
denti: & interim breuiter audire concurrentes ſuper
dictis bonis, & ſuper eis prætēdentes ius habere con
tra fiſcum, prout etiam Felix de Nola prætendit: &
ipſos audire debebat abſque aliqua dilatione ſumma-
riæ cauſæ, & ita fieri debeat inter creditorē & fiſcum
3 † contendentes in ſimilibus cauſis, vt dixit Bart. in l.
res quæ.ff.de iure fiſci. Salycetus in l. ſi quis poſt hac.
C. de bonis proſcript. & hoc quò ad coniunctos, &
ſucceſsiue quò ad præfatam dominā, & vxorem, nulli
dubium, quòd principaliter poteſt petere & repeti-
tionem dotium & aſſecurationem: & quòd poteſt re-
petere, cùm vir ob aſſertum delictum vadat peregri-
4 nando, & exulet à patria, dixit in propriis † terminis
Bart. in l.ſi conſtante.ff.ſoluto matrimonio. Abbas in
cap. ex literis. ij. colum. extra de pignoribus. quia dici
tur vir malè vti ſubſtātia ſua, adparet enim bona ma-
5 riti eſſe pro vxoris dotibus hypothecata, † vulgata l.
aſsiduis. C. qui potiores in pignore habeātur. l.j.§. &
vt plenius. & ibi Baldus. C.de rei vxor. actio. imò ne-
dum pro dote ſunt bona mariti hypothecata, verùm
etiam pro alimentis ipſius vxoris, præſertim quando
mulier eſt pauper, & non habet vnde aliunde ſe alat.
Ita tenet Speculat. in titulo. de dot. poſt diuor. reſti-
tuend. §. formaliter. verſic. ſed nunquid bona mariti.
Bartolus in tractatu alimentorum. Bartol. Alexand.
& doctor. in l.ſi cùm dotem. in §. ſi autem in ſæuiſsi-
mo.ff. ſoluto matrim. Paulus de Caſtro, in ſuo conſi. 8.

& conſuluit excellens doctor dominus Petr. de vbal-
dis, de Peruſio in ſuo conſilio incipiente, viſo præfa-
to, in hoc conſiſtit. quod conſilium eſt in libro meo
diuerſorum conſiliorum ad pennam, & ibi ſubdit, ꝙ
ſi mulier non habet aliunde, etiam quod nullã dotem
dederit, tenebitur maritus ad alimenta. Ita demum
6 reperi conſuluiſſe † Alexand. de Imola, in conſilio lvj.
tertia colum. in iiij. volum. & plus ſubdit Paulus de
Caſtro in præfato cõſil. viij. præfata procedere, vide
licet, ꝙ bona viri ſint obligata, & hypothecata pro
alimentis vxoris, nedum pro dote data conſtante ma
7 trimonio duntaxat, vt in caſu de quo agitur. Et † ſic
ſuccedit, quòd cùm mulier habeat hypothecã, ipſius
eſt electio, cùm electio ſit creditoris habentis hypo
checam. text. eſt in authentica, hoc niſi debitor. & ibi
Bald. C. de ſolu. Baldus in l. vnic. §. & vt plenius. C. de
rei vxor. action. & ibi dicit, quòd habet ius prælatio-
nis. & quæ nota. in l. penultima. quando decre. opus
8 eſt. † Sed fiſcus non habet hypothecam in criminali-
bus in bonis delinquentis ob delictum. Bartol. in l.
aufertur. §. fiſcus. de iure fiſci. Baldus in l. ſi quis poſt
hac. C. de bon. proſcr. Ergo præfertur mulier nedum
tanquam anterior creditrix, ſed etiam reſpectu hypo
thecæ tanquam contra non habentem hypothecam.
textus eſt, ibi Baldus in l. pro debito. C. de bon. au-
thori. iudi. poſ. intantum, quòd vi hypothecæ poteſt
vxor defendere bona mariti confiſcata. Ita dixit Ber
tachi. in repertorio ſuo in verſic. vxor hypothecam.
per text. in dicta l. ſi quis poſt hac. Quinimo & plus
audio, quòd fuit mandatum colonis ſeu partionariis
vt non vindemient abſque licentia curię, pretenden-
do etiam virtute præfatæ contumacię, & condemna-
tionis ad tertiam mobilium contineri ſeu complecti
fructus pendentes, quod eſt contra iuris diſpoſitionẽ
9 † cùm fructus pẽdentes vel futuri cenſeantur eſſe pars
ipſius rei immobilis, ex qua, vel in qua pendent. l. fru
ctus pendentes. de rei vendi. l. fina. §. penult. quæ in
fraud. credi. Ergo fructus ipſi ſunt cenſendi tanquam
pars rei immobilis ex qua proueniunt, quæ res im-
mobiles non poſſũt confiſcari virtute capituli Nea-
politanis conceſsi: pariter & eodẽ modo nec fructus
prouenientes ex ea, cùm eiuſdem naturæ reputentur
vt dictum eſt. & hinc dixit Baldus in capit. primo de
pace tenen. circa finem commenti poſiti. in princip.
10 quòd fructus † & penſiones, quæ nondum ceſſerunt
tempore confiſcationis, ſi res immobilis confiſcatur,
confiſcabuntur etiam & fructus tãquam pars rei im-
mobilis, ex qua proueniunt. Item patet, quòd ille fa-
cit fructus ſuos antè quam ſint ſeparati à ſolo & agro
qui habet proprietatem in re. tex. eſt glo. & Bartolus
in l. ſi is, qui. §. fi. ff. de fur. & conſuluit Franciſ. de Are.
11 in ſuo conſil. x. ij. colum. ſed † fiſcus non habet aliquod
ius virtute capituli præfati Neapolitanis conceſsi: er-
go &c. & ita iuris eſſe ſentio ego,

Thomas Grammaticus V.I. Doct.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium ſi reperitur commiſſum in aliqua domo, præſumitur ab exiſtẽtibus ſub eodem tecto cõmiſſum.*

2 *Et in dubio præſumitur contra dominum domus de homicidio præfato.*

3 *Delictum vbi committitur in aliqua contrata, in dubio præſumitur contra vicinos & domeſticos, & ideo capi poſſunt, & torqueri vicini & domeſtici.*

4 *Indicia dum ſunt ſufficientia ad torturam contra aliquem, & per ipſũ allegãtur talia, quæ ſi eſſent probata, non haberet locum tortura, ex eo erit ſuperſedendum in tortura.*

5 *Indicia ſi ſunt ſufficientia ad torturam contra aliquem, tamen vnumquodque quod vrgeret in cõtrarium illa elideret.*

6 *Teſtis vnus bonus, licet faciat indicium ad torturam, id intelligi debet, niſi aliqua coniectura reſiſteret in contrarium.*

7 *Exculpatio offenſi elidit indicia quæ eſſent ad torturam contra inquiſitum exculpatum.*

8 *Moriens aſſerendo inculpatum de eius morte, non eſſe eius inimicũ, facit, vt etiam exiſtentibus indicijs ad torturam contra ipſum minimè torqueri poſsit.*

## CONSILIVM LIII.

TRemendi Dei ſuffragio petito, Amen. In
cauſa homicidij cõmiſsi in hoſpitio Seſti
Ianuenſis tabernarij intus ciuitatem Nea-
pol. in perſonam Nicolai Hiſpani, dum
fuiſſet per magnam curiam vicariæ proceſſum ad ca-
pturam, & carcerationem ipſius Seſti, ac eius vxoris,
& filiæ ac cæterorum famulorum degentium in ho-
ſpitio, ex quo præſumendum eſt homicidium ipſum
fuiſſe perpetratum ab exiſtentibus ſub eodem tecto:
Reſultare igitur adparet indicium ſufficiens ad tor-
turam contra eos, & principaliter contra dominum
1 domus, † & ſic aduerſus præfatum Seſtum, prout ple-
nè deducitur apud ſenatuſconſultum ſilla. in l. prima.
per totum. ff. ad ſilla. Dico in primis non potuiſſe pro
cedi ad capturam, & ſucceſsiuè nec ad carcerationem
vxoris, nec filiæ præfati Seſti tabernarij, cùm nihil ad
pareat contra ipſas, cùm in dubio præſumatur con-
tra dominum domus, & non contra eius vxorem, niſi
data diuturna abſentia viri: quia tunc præſumptio
2 erit contra dominam domus abſente † viro, vt ſuprà.
Ita dixit Dyn. in l. prima. §. ſi quis in villa. ff. ad ſilla.
Bartol. Brixien. in quæſt. domini. prout refert Ioan-
nes Andręas in cap. ſignificaſti. de homi. el ſecundo. &
ſequitur dominus Catho. ſaccus doctor & miles inter
conſilia Laur. Calca. in ſuo conſilio lxiij. incipiente,
& placet ſupraſcripta concluſio. & idem dom. Catho.
in conſilio lxj. incip. ventura & fratres, & ideo dixit
Baldus poſt Iacobum de Aren. in l. dominus horreo-
rum. ff. loca. quòd quando in aliqua contrata cõmitti
tur maleficium aliquod, debent potius vicini & do-
3 meſtici capi, & poni † ad torturam, & qui habent no-
titiam hominum, quàm qui non habent. Quò verò
ad præfatum Seſtum tabernarium fuit oblata petitio
pro eodem die, quo captus & carceratus fuit, in qua
fuit oblatum, prout de nouo offertur, datis etiam no-
minibus teſtium, verificari in promptu per ſacerdo-
tem, qui tunc confeſſus fuit vulneratũ, demum mor-
tuum, necnon & per ſex alios teſtes, coram quibus
paulò antè præfatus Hiſpanus occiſus ſua peccata cõ
feſſus fuerat, veritus fortè, ne de eius furtura nece Se
ſtus præfatus, aut eius familia innocẽs vexaretur, ſeu
moleſtaretur: adhibito præfato ſacerdote don Mari-
nelo nomine, & ſex teſtibus ibidẽ adhibitis ad hoc,
declarauit ipſos innocentes, & quòd nihil mali con-
tra ipſum commiſerant. Vnde ſuccedit iuris diſpoſi-
4 tio, quòd licet † ſint indicia ſufficientia ad torturam
contra aliquem, ſi tamen allegantur talia, quæ ſi pro-

barentur



barentur, non haberet locum tortura, tunc talia alle-
gans, debet audiri ſuperſeſſa tortura. voluit Gandin.
in tractatu malefic. in rubr. quis ſit effectus quæſtio-
nis in verſic. ſed quid erit de quæſtione de facto. ſub-
dens quòd ita ſuper hoc ſibi conſuluit dominus Lam-
bertus rampolus, Paul. de Leaza. in commen. c. grauis.
extrà de depoſi. in vltima col. Alex. conſil. lxv. volu. j.
& idem ante eum reperio tenuiſſe Bartol. de Capua
logotetam & protonorariũ regni huius, in capitulo,
regni incip. ſi iuſtè quis appellauerit. ſub titulo, quod
recipiatur appellatio à tormẽtis. & ratio ſuperſedẽdi
in tortura erit, quia ſi poſt torturã differretur defen-
ſio, nunquam poſt defenſiones factas poſſet recupera
re detrimẽtum membrorum cauſatum per illam tor-
turam, & ſic ſerò daretur defenſio, ſi prius poneretur
ad torturam. vnde conſtito eidem magnæ curiæ de
declaratione præfata reſultaret quòd licet eſſent in-
dicia ſufficientia ad torturam contra aliquem, tamen
vnumquodque quod eſſet in contrarium, illa elide-
ret, adeò vt torqueri minimè poſsit. Ita voluit Ioan.
5 Andræas in regula, † cùm in contemplatione. de re-
gulis iur. Bald. in l. fin. de probat. Alexand. in conſilio
clxxix. tertia colum. ſecundo vol. & ideò dixit Bald.
in l. ſecunda, prima col. C. quorum appell. quòd licet
vnus bonus teſtis faciat indicium ad torturam, id in-
6 telligendum † eſt, niſi aliqua alia coniectura reſiſteret
in contrarium. Idem ſequitur conſulendo Alexander
in conſilio cxxiiij. incip. quoniam abundè deductum
eſt & alleg. ſecunda colum. in vj. volum. Et ſic data
pro vera probatione & declaratione præfata, de qua
in promptu fides fieri offertur, adparet clariſsimè de
exculpatione tabernarij, & eius familiæ facta per of-
fenſum. Vnde infertur, quòd ſtantibus indiciis ſuffi-
cientibus ad torturam contra aliquem, aduerſante
ex alia parte indicio aliquo innocentiæ, prout eſt ex-
7 culpatio offenſi in caſu præſenti, eliduntur † & eua-
cuãtur indicia præfata, adeò vt torqueri minimè poſ-
ſit. voluit Bald. in l. prima. verſic. pone, quòd teſtator.
& ibi plenè Iaſon. C. communia de lega. & tenet con-
ſulendo Alexan. in conſilio xxiiij. in ſecundo volum.
quinta col. idem Alexand. in conſilio primo. in tertio
volum. & in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad
ſille. & cõſuluit in fortioribus terminis Cæpo. in con-
ſilio ſecundo in fi. vbi dixit, quòd moriens aſſerendo
8 quòd inculpatus non erat eius inimicus, videtur † ex
hoc taliter ipſum exculpaſſe, vt etiam exiſtentibus
indiciis ad torturam contra ipſum, minimè torqueri
poſsit. Or quantò magis, ſi vulneratus declarauerit,
prout hic Hiſpanus vulneratus declarauit præfatum
Seſtum, & eius familiam perpetrati facinoris inno-
centem fuiſſe. Idem ſequitur Paris de Pute. in ſuo tra-
ctat. ſyndi. verſic. tortura. in capit. ſequitur quæſtio
quotidiana, licet de pręallega. deciſionibus non me-
minerit, quia non videatur niſi Bald. vt ſuprà. & idem
ſequitur Petr. Gerar. de Petraſan. in ſingul. ſuo lv. in-
cipien. not. bene quòd ſi vulneratus. ſicq; debet pro-
cedi ad capiendum informationem præfatam, & de
expoſitis in noſtra petitione conſtito, ipſos coniuges
innocentes abſolui, & pro nunc à carceribus libera-
ri, & ita iuris eſſe conſulo ego,

Thomas Grammaticus V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Credulitas nedum iuſta, verùm etiam iniuſta & fatua excuſat à dolo, imò & à culpa.*

*Dictum probi viri inducit iuſtam credulitatem.*

2 *Iudex in ſyndicatu non tenetur in aliquo parti læſæ, vbi fuit in errore ex cauſa probabili.*

3 *Iudex dum non diffamatur de corruptione ſeu barataria non debet pati ſcrupuloſam inquiſitionem, cum creetur ob vtilitatem publicam, non ita promptius contra ipſum ſubuenitur, & in memoriam præteriti officij lex ſibi fauet.*

4 *Inquiſitio contra iudicem quando de mero iure ſcrupuloſa fieri poſſet, debet adparere quòd fuerit requiſitus, & neglexit iuſtitiam facere. Et dicitur inquiſitio ſcrupuloſa, dum fit de negligentia.*

5 *Iudex quòd denegauerit iuſtitiam facere, debet liquidò probari in ſyndicatu.*

6 *Statutum imponens pœnam officiali non terminanti cauſam infra tempus, intelligendum erit ſi à parte pe-ſatur, & non aliter.*

7 *Per iudicem ſtari non præſumitur, niſi fiat ſibi proteſtatio.*

8 *Iudex non conuincitur de negligentia, aut denegata ſeu retardata iuſtitia, niſi fuerit ter requiſitus ſeu interpellatus.*

9 *Iudices plures quando potuerunt pro eadem cauſa adiri. ſi vnus ex eis nõ fecit id, quod facere tenebatur in officio, præſumitur in dolo. Et ſi perit ius partis, facit litem ſuam. Sed ſi illa pars potuit idem conſequi ab alio officiali etiam eius ſucceſſore, tunc iudex ille primò aditus non tenetur.*

10 *Sententia ſeu decretum iudicis licet fuerit iniquiſſima, ob quod iudex faceret litem ſuam. id habet locum quando iudex ipſe exequeretur dictam ſententiam. ſecus ſi ſolùm illam protulit. quia tunc non teneretur parti.*

11 *Officiales hodie in pluribus locis, ac etiam de conſuetudine, & per ſtatuta ciuitatum non ſyndicantur, niſi de furtis, pecunia accepta, & malè ablatis, & de cæteris baratarijs: non autem de iniquis decretis ac ſententijs malè latis. & num. 12.*

13 *Inſtantia ſyndicatus eſt perempta quando infra terminum comminatum in banno culpa partis querulantis cauſa non fuit expedita. & num: 14.*

15 *Cadit quis à iure ſuo propter ſuas procraſtinationes.*

16 *Querulans in ſyndicatu contra officialem. debet iuſtificare grauamen ex eiſdem actis & proceſſu. nec poſſet nouas probationes inducere contra officialem.*

17 *Mandatum ſuperioris irrationabile probari debet per ſcripturam authenticam, niſi ſuperior ipſe eſſet in loco: quia tunc ſtaretur dicto officialis aſſerentis ſibi fuiſſe ita mandatum à ſuperiore.*

18 *Excipiens ineptè, ſi ſuccubuerit in exceptione terminus ſibi currit, & num. 19.*

*Terminus currit & imputatur ſucoumbenti in exceptione vbi plura adducuntur.*

20 *Appellans ſi produxit libellum, quem appellatus dixit ineptum, & ſuper hoc fuĩt diu litigatum, ſi appellatus obtinuit, quia interim fuit pronuntiatum pro ſuo libello, interim non ſunt decurſa fatalia. Secus autem ſi ſuccubuit.*

## CONSILIVM LIIII.

IN Chriſti nomine, Amen. In cauſa ſyndi-
catus contra me & magnif. Marium ſaxum
collegam, tanquam olim iudices magnæ
curiæ vicariæ in ann. 1534. fuit porrecta
querela per Ambroſium palumbum: & fuit propriè

in anno mei iudicatus xx. prætextum, quòd decreto
noſtro fuiſſent excarcerati & compoſiti per eandem
magnam curiam Cæſar de lauro, & Petrus de natale,
inquiſiti, quòd interuenerant in fractura carcerum
capitanei Surrentini ad euadendum quoſdam inqui-
ſitos, qui interfuerunt ſunt anni quinque elapſi, in ho-
micidio quondam filij ipſius Ambroſij, petendo nos
condemnari ad damna, expenſas, & intereſſe ex cauſa
præfata, per eundem paſſas, & paſſa, ex quo virtute de
creti præfati fuerãt compoſiti & excarcerati ipſo ali-
ter non concordato, & ex quo magn. collega Marius
ſaxus relator ipſius cauſæ, in viſitatione magnæ curiæ
facta per magnifi. do. Regentẽ figoream, retulit ipſum
Ambroſium palumbum ſe concordaſſe, & peperciſſe
principalibus delinquentibus nobilibus, & primati-
bus Surrentibus. qui in dicta exemptione prefatorum
carceratorum, & fractura carcerum interuenerant.
Et hic accepta ab eiſdem certa pecuniarum quantita-
te, & pariter indulſiſſe ac peperciſſe ſimiliter & aliis
plebeiis eoſdem excoriando, ac phlebotomãdo vſque
ad ſyncopim, queritans Ambroſius ipſe in præſentia-
rum ſimiliter cum præfatis duobus carceratis merca-
ri, & qui non principales, ſed auxiliatores à præfatis
nobilibus conuocati acceſſerunt cum eis, neſcientes
ad quid acceſsiſſent cum illis, virtute cuius relationis
ex ordinatione ipſius excel. regentis figoreæ fuit præ-
fatum decretum interpoſitũ eoſdem carceratos fore
componendos, & liberandos, & ſic iuxta antiquum
ſtylum eiuſdem magnæ curiæ ſemper obſeruatũ, ipſe
magnifi. Marius tanquàm dictæ cauſæ relator, primo
loco ſe ſubſcrpſit, & ſucceſsiuè ſecundo loco doctor
Quadra, & pariter ego vltimo loco me ſubſcripſi.
præfatus verò Palumbus contra præfatos Collegas,
maximè contra Quadram nihil dixit, & contra mag.
Marium, licet querelam expoſuiſſet, tamen repertum
eſt, quòd non in tempore præfixo ad porrigendũ que-
relas deſtitiſſe oportuit, & potius ex quadam ſpecie
fatuitatis ſeu rectius capitoſitatis greſſus ſuos contra
me ſolum vltimo loco dixerit, dico ex infrà ſcriptis
eundem in vanũ laboraſſe, & operam & oleum con-
ſumpſiſſe. Et in primis dico, quòd dato abſque veri
præiudicio, quòd ſi prædictus magni. Marius defeciſ-
ſet in relatione, faciendo eandem erroneam, licet ve
riſsimam fecerit, iam eſſet eidem relatori proculdu-
bio adſcribendum, & non mihi, cùm dictum probi
1 viri iuſtam credulitatẽ inducat, in tantùm † ꝙ eidem
credens excuſatur. Baldus in l. indicia. C. de rei vend.
verſi. glo. in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demon.
Bald. Ang. & Alexand. in l. j. ff. de eo, per quem factum
erit. & credulitas nedum iuſta, verùm etiam & fatua
& iniuſta excuſat quem à culpa: vt dixit Angel. in l. j.
in fin. ff. de eo, per quem factum erit. in l. prætor. in §.
hæc actio. ff. vi bon. rap. & in l. plagij. vbi bona glo. ad
leg. flaui. de plagia. Et ideò in particulari dixit Ca-
2 tald. de viſſo in tract. ſynd. in verſi. xxix. in fin. † quòd
error ex cauſa probabili, facit vt iudex non teneatur
in aliquo parti læſæ. vnde dum dimiſſo relatore de
cauſa informato, & qui proceſſum viderat, Palumbus
3 ipſe egerit cõtra me, ſatis adparet † quòd calumnioſè
procedat: & dum iudex non diffamatur de corruptio-
ne, aut baratari a, non debet pati ſcrupuloſam inqui-
ſitionem, cùm creetur ob vtilitatem publicam, non
ita promptiuſ contra ipſum ſubuenitur, per l. j. in fin.
ff. de magiſt. conuen. in tantum, quòd non licet finito
officio eidem inferre conuicium, & aliter faciens pu-
niri debet. l. iudici. ff. de iniur. iuncta l. illud. ff. de ap-
pellatio. & ibi Bartol. cùm in memoriam prædicti of-
ficij lex ſibi faueat, & in geſtis in officio habeat præ-
ſumptionem iuris pro ſe, & pro ipſo ſemper præſu-
matur, per tex. ſing. in l. ij. C. de officio ciui. iudi. cùm
à iudice preſumatur abeſſe omnis dolus. l. j. C. de præ-
di. curia libro x. & l. ſi quis decurio. C. de decurionib.
lib. x. Ita Bal. in l. pacta nouiſsima, C. de pactis. Si ergo
permitteretur contra officiales fieri ſcrupuloſa inqui
ſitio, aut ipſos calumniari, maximè à vilibus & ple-
beiis, frangitur neruus iuſtitiæ, authoritas iudicum
deprimetur, & vileſcit, & in officio ſucceſſores lento
gradu, ſeu calle procedent. Ita plenè Par. de Put. qui
per duas columnas in fauorem iudicum exclamat, in
titul. de offic. ſynd. j. & ij. col. & idem tenet ante eum
Catal. de viſſo in ſuo tracta. ſyndi. in j. char. verſic. ix.
4 & ſubdit eſſe aduertendum, † quòd quando de mero
iure poſſet fieri ſcrupuloſa inquiſitio contra officia-
lem, debet adparere, quòd fuerit requiſitus, & negle
xerit iuſtitiam facere: vt not. Archi. in cap. j. de iure-
iur. in princip. Bartol. in l. damni. in §. Sabini. ff. de
damno infect. & dicitur etiam inquiſitio ſcrupuloſa,
dum inquiſitio fit de negligentia: ſecundùm Angel. in
tract. ſyndi. in j. char. & allegat l. ſi ſeruus vetitus. ff. de
leg. primo. & idem tenet Catal. in ſuo tract. ſyndi. in
verſic. cxxxiiij. & ratio quare debeat adparere, quòd
officialis fuerit requiſitus, & neglexerit iuſtitiam fa-
5 cere, poteſt eſſe meo iudicio, quia † quòd iuſtitia fue-
rit per officialem alicui denegata debet liquido pro-
bari, & maximè in ſyndicatu. §. ſi quis autẽ. in authen.
vt iudi. ſine quoquo ſuffr. in verſic. iniuſtitia. & in ver.
damni. §. illud. vbi hoc not. Iacob. de Belui. & niſi fiat
inſtantia coram iudice pro cõſequutione iuſtitiæ, non
habebit locum pœna negligentiæ, vt not. gl. in cap. ſi.
de reſcrip. & ideò dicit Anton. de But. in capi. cùm ſit
6 generale. de foro compe. † quòd ſtatutum imponens
pœnam iudici non terminanti cauſam infra tempus,
intelligendum erit, ſi à parte petatur, & non aliter.
Idem tenet Antonius de Butrio in cap. primo de ſup-
plen. negl. prælato. & ideò dicit Bartol. in prædicta l.
7 damni. §. Sabini. † quòd non præſumitur ſtare per of-
ficialem, niſi fiat ſibi proteſtatio. Idem tenent cano. in
cap. licet. & in cap. ex parte. & in cap. ex tenore. extrà
de foro compet. & domi. Anton. in dicto cap. licet. &
non conuincitur iudex de negligentia, ſeu denegata,
8 † aut retardata iuſtitia, niſi fuerit interpellatus ſeu
requiſitus, & ſuperſedẽdo nõ prouidet. Ita dicit Ioan-
nes Andræas & Abb. in cap. ex parte. lo vltimo. extrà
de apellat. ſecunda colum. vbi inſignis doctor Phi-
lippus Decius dicit, quòd hæc eſt communis opinio.
& ſequitur Præpoſit. in cap. ex ratione. nona col. verſi.
ſed operepretium. de appellat. in vj. ſicq; quando pars
aduerſa iuſtitiam foueret, ego nunquam proceſſum
ipſum vidi, nec requiſitus vt viderem, debebam meri-
tò ſtare relationi prædicti collegæ ex infrà ſcriptis.
præterea, dato abſque veri præiudicio, quòd inquiſiti
illi & carcerati fuiſſent minus debitè liberati, & com
poſiti, prout ex aduerſo prætẽditur, nõne pro eadem
cauſa potuerunt adiri plures iudices, qui erant in ma-
9 gna curia, quorũ ex eis licet vnus non faciat id, † quod
facere tenetur in officio, præſumatur in dolo, ſecun-
dum Bartol. in leg. tutor, qui repertorium. ff. de admi.
tutorũ. vbi dicit, quòd obligatur ad intereſſe. & ideò
ſi perit



ſi perit ius partis facit litem ſuam: ſecundùm Bald. in
l. ſi quando. C. de teſti. Secus ſi non perit ius partis: ſed
ſi ipſa pars potuit illud cõſequi ab alio officiali etiam
eius ſucceſſore, tunc iudex ille primus aditus non te-
netur: ſecundum Bald. in illo vulg. §. proficiſci. Bar-
tol. in l. quarta. §. ſi tam vicinum. ff. de damno infec.
Angel. in ſuo tracta. ſyndi. in prima colum. circa ſi. &
ſequitur Catal. de viſſo in ſuo tract. ſyndi. in verſiculo
lxxxij. vbi formaliter dicit, quòd iudex eo caſu non
tenetur, ſi poterat ab alio iudice idem poſtulari. Et ſe
quitur Amod. Iuſtin. in ſuo tracta. ſyndi. quinta char.
ſub rubrica incipien. optima concluſio. & etiam, in
penult. char. dicti tracta. Præterea, dato quòd decre-
10 tum prædictum fuiſſet iniquiſsimum, ob † quod iudex
faceret litem ſuam: id enim intelligi debet, quando
iudex qui ipſum protulit, illud executioni demãdauit:
quia tunc teneretur parti ad intereſſe: Secus enim, ſi
parti non intereſit. argu. l. lectos. ff. de pericul. & com-
mo. rei vendit. Ita tenet Par. de Pute. in tract. ſyndica.
in verſic. ſententia. & Amod. iuſti. in ſuo tractatu ſyn-
dic. in ix. char. verſicul. inſuper ſi Poteſtas. & ante eos
Bartolus in l. penult. ff. de var. & extraordinar. cogni.
& firmat Baldus in dicto. §. proficiſci. xxj. quæſtione.
& in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. & in lege
11 prima in fine. ff. quod quiſque iuris. † Item hodie de
conſuetudine ac etiam in pluribus locis per ſtatuta
ciuitatum officiales non ſyndicantur, niſi de furtis pe-
cunia accepta, & malè ablatis, & de cæteris barata-
riis: non autem de iniquis decretis, aut ſentẽtiis malè
latis: quia iudicando ſecundum leges, vel non, vix pro
bono regimine officiales ſyndicantur, per text. in au-
thentic. hodie. C. de iuramento calum. ita dicit Fran-
ciſcus accurtius in ſuo tractatu ſyndic. refert & ſequi-
tur Amod. Iuſti. in ſuo tractatu Syndic. charta octaua.
verſic. item non tenetur, ſi ſunt plures innocentes. in
verſiculo, item quòd ſunt plures innocentes. iiij. col.
& ſubdit eſſe nota. & quòd minimè ſyndicantur de
negligentia niſi ſit diſſoluta: vt ſuprà dictum eſt. Præ-
tereà, poſt lapſum termini comminati in banno ad
porrigendum querulas à diè decimo Auguſti, & ſuc-
ceſsiuè ad proſequendum, fuerũt & ſunt decurſi ferè
duo menſes, adeò quod fuit petitum declarari perem
ptam eſſe inſtantiam, & temerè querulantem con-
12 demnari in expenſis. † Dico, quòd regulariter prima
facie inſtantia non poteſt dici perempta, per textum,
in l. prima. C. vt omnes iudic. per quem adſignatur
terminus ſyndicatori quinquaginta dierum ad iudi-
candum, & cognoſcendum: attamen ſi ſyndicator iudi-
cauit poſt terminum prædictum, erit in pœna decem
librarum auri. Hoc autem locum habet, quando per
iudicem ſyndicatorem ſtetit, quo minus infrà quin-
quaginta dies non iudicauit. Secus, quando per par-
tem minimè actricẽ, cuius maior cõtumacia eſſe de-
bet, quàm rei, quia quando culpa partis nõ proſequen
tis infra dictum tempus, non fuit cauſa ipſa expedita,
13 tunc proculdubio † inſtãtia erit perempta. ita in pro-
priis terminis dixit Albericus de Roſate in dicta l. j.
C. vt omnes iudic. & idem voluit Marian. Sozi. in ca-
pitulo. venerabilis. in tract. ſuo quem fecit de inſtan-
tia, & eius perempti. ſeu frequentia. in ſexto articulo.
in ſeptima fallentia, extrà de iudiciis. vbi dicit ſe ita
bis cõſuluiſſe. & aliquid ibidem per Panor. & Card.
Zaba. & idem rectè intuenti adparet tenuiſſe Par. de
Put. in tract. ſyndica. in titulo de officio ſyndic. in cap.
officiales. prima colum. ibi dum dicit, vbi autem iſte
querulans in ſyndicatu nõ probauit, vel cauſam non
compleuit, &c. & idem adparet tenuiſſe in verſic. in-
ſtantia. in cap. dicit conſtitutio regni. verſic. ſed quan
do imponere pœnam iudic. vbi expreſſè dicit, & lo-
quitur, quando culpa iudicis. & tunc non currit in-
ſtantia. Nam text. in dicta l. prima loquitur, quando
culpa iudicis. & probatur ibidem in fin. dum imponit
pœnam iudici non expedienti: ergo eius culpa, ſed
14 quando culpa partis actricis, † vt hîc, tunc currit in-
ſtantia. Ita expreſſè ſentit idem Paris in verſic. inſtan-
tia. in cap. an ſi partes. vbi querit, quid ſi partes queru
lantes fuiſſent impeditæ facto officialis ſyndicandi,
qui per varias dilationes & ſuſpiciones cauſam dila-
tauit, propter quod tempora ſtatuta ad ſyndicandum
ſunt decurſa, an partes audiantur de cætero. & dicit
quòd ſic, ergo vbi ceſſat impedimẽtum officialis ſyn-
dicandi, tempora ſtatuta currunt. & ſic cùm in caſu
præſenti ceſſauerit impedimentum iudicis ſyndican-
di, meritò tempora ad ſyndicandum ſunt decurſa: &
perempta eſt inſtantia. & vltra prædicta facit ratio
vrgentiſsima, videlicet, nam ſi quando culpa iudicis
cauſa non expeditur, non currit inſtantia, ſed ſyndi-
cator ipſe iudex punitur pœna. x. lib. auri. ergo perini-
quum erit, ꝙ ſi culpa partis querulantis pereat inſtan-
tia per tranſitum, ſeu lapſum termini præfici ad ſyn-
15 dicandum, † quòd pars ipſa in aliquo non puniatur.
Quibus ſuffragatur, ꝙ cadit quis à iure ſuo propter
procraſtinationes ſuas. vt in §. ſi verò. in glo. in verſi.
quia lis. in fin. in authent. de litigio. Ita dixit Bald. in
l. prima. in vlti. verbis. C. qui accuſa. non poſſunt. Vn-
de cùm Palumbus ipſe poſt eius querelam oblatam
non proſequutus fuerit, nec proceſſum fabricatum in
cauſa ipſa, prout tenebatur, minimè produxerit ad
iuſtificandum allegata grauamina ex eiſdem actis, &
16 proceſſu, ex quibus decretum fuerit † contra ipſum,
per clemen. appellanti. de appellatio. prout dicit Par.
in titul. de offic. ſyndic. in cap. an ſi poteſtas condem-
nauit. v. colum. verſic. & adde, quòd iudex non facit
litem ſuam. Amod. in alio ſuo tract. ſyndi. in viij. char.
verſic. item in eo, quòd plures innocentes. vj. colum.
verſiculo, ſed idem Bald. ergo adparet euidentiſsimè
peremptam inſtantiam ſui culpa, cum proceſſum non
produxerit, & quem produxiſſe aſſerebat, & inficia-
batur, & tamen adparet ipſum non produxiſſe, niſi
quaſdam eius chartulas diminutas abſque principio,
medio, aut fine. mittendo primo ducere decretum,
de quo conquerebantur: quod quidem ipſum Palum-
bum cum ligone percutiebat in tibiis, dum cantat
cum interuentu, licentia, & ordinatione Excellentiſ.
regentis figaroe fuiſſe geſtum, quicquid executum eſt
vt decretũ ipſum manu ſeu ſubſcriptione trium iudi-
cum cantat. Nec inficiari poteſt id non proceſsiſſe de
ordinatione ſuperioris prædicti, cùm magiſter acto-
rum ita in decreto prædicto atteſtetur: nec eſt de eo
dubitandum, cùm tres iudices ipſi ita atteſtentur in
eo, per eorum ſubſcriptiones. & licet de mandato ſu-
perioris, etiam ſi eſſet irrationabile, requiratur adpa-
17 rere ſcriptura authentica. l. vnica. † vbi Bart. & docto.
C. de manda. princip. & not. Bart. in l. vnica. per illum
text. C. de ſuperindic. libro x. hoc enim limitatur eſſe
verũ, niſi princeps ipſe reperiatur eſſe in illa ciuitate
ſeu loco, in quo officialis faceret irrationabile man-
datum, aſſerendo ſibi ita à principe iniunctũ, quia eo

caſu de facili poteſt haberi recurſus ad ipſum prin-
cipiem, dum eſt in loco, & haberi veritas mandati prę
fati: quia eo caſu erit credendum officiali aſſerenti de
mandato prædicto ſibi ita à principe ſeu ſuperiore in-
iuncto. Ita voluit pulchrè Specul. in titulo, de proba.
§. videndum. in verſic. auditoribus. de quo ſatis læta-
tur Ludouic. Roma. in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig.
allegans pro hoc caſum in §. quia verò. in authent. vt
litig. iur. refert & ſequitur Iaſon May. in l. ex qua-
cunque. ſecunda colum. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.
Vnde ad propoſitum redeundo, dum Palumbus ipſe
aſſerebat in ſuis prolixis & vanis reſponſionibus, ac
capitoſis produxiſſe proceſſum: & econtrà fuiſſet re-
plicatum, quòd non produxerat integrum, ſed peni-
tus & in pluribus diminutum, & maximè circa ſub-
ſtantialia facientia contra ipſum, prout eſt decretum
prædictum, & alia in eo exiſtentia, adparet quòd ter-
minus ſtatutus per Magnific. ſyndicatores ad propo-
nendum, & proſequẽdum diu eſt quòd fuit, & eſt ela-
pſus ac decurſus. & ſic cùm ſua culpa decurſus fuerit,
& ſuccubuerit in eius perfidia, non producendo pro-
ceſſum ac decretum, de quo querebatur, & nouiſsimè
ad rogatum Magnific. electorum, magna curia ipſa
nouiter accommodauerit proceſſum ipſum Magnific.
conſultoribus ipſorum electorum longè poſt decur-
ſum terminum ſyndicatui pręfixum, & quem Palum-
bus ſuprà nucem exiſtentem non producerat, & erant
iam tunc tres menſes elapſi à die banni ſyndicatus
18 emanati. vnde adparet † quòd terminis ei cucurrit,
cùm in ſua perfida exceptione ſuccubuerit, per l. ij. §.
non ſolùm. ff. ad Tertul. per quem text. dicit ibi etiam
Bartolus quòd dato termino xxx. dierum ad compa-
rendum alicui, videlicet decem pro primo, decem
pro ſecũdo, & decem pro tertio & peremptorio ter-
mino: quòd ſi aliquis comparuit in primo per procu-
ratorem, & opponitur contra eius mandatum, & pen-
dente dicta oppoſitione contra mandatum, tranſeunt
illi xxx. dies, ſi tamen pronuntiatur mandatum non
fuiſſe legitimum, illi duo termini cucurrerunt. Idem
ſequitur Bald. in l. contra maiores. C. de inoffic. teſta-
19 mento. † vbi adducit bona ſimilia. Accedit prædictis
quod voluit Baldus in authen. ei qui in princip. C. de
20 tempo. appel. vbi dixit, † quòd ſi appellans produxit
libellum, quem appellatus dixit ineptum, ſuper quo
diu fuit litigatum, ſi appellatus obtinuit, quia inte-
rim fuit pronuntiatum pro ſuo libello, interim non
ſunt decurſa fatalia: Secus autem ſi ſuccubuit. Tunc
enim ex quo impedimẽtum fuit fruſtratorium, bene
currunt fatalia. Accedat inſuper deciſio dominorum
de rota. cij. aliàs deciſ. xv. incip. fatalia. in titu. de ap-
pella. in nouis. vbi dixit, quòd ſi appellatur à diffini-
tiua, & appellans coram iudice à quo aliquid innoua-
uit, & appellatus coram iudice ad quem, petat ante
omnia reuocari attentata, & cõtingat ſuper hoc mul-
to tempore litigari in reuocatione attentatorum, ſi
quidem appellans obtinuit, interim non ſunt ſibi de-
curſa fatalia in cauſa appellationis. Secus ſi ſuccu-
buit. tunc enim ex quo ſua culpa præſtitit impedi-
mentum, non excuſabitur: & currunt fatalia. Idem
meminit Philip. Franciſ. in cap. ex ratione. verſic. circa
tertium de appella. Ex quibus omnibus concludo in-
trepidè declarari debere inſtantiam peremptam fuiſ-
ſe, & prædictum Palumbum volantem abſque pen-
nis condemnandum in expenſis. Ita deciſum fuit per
Magnific. ſyndicatores. & pendet appellatio ab omiſ-
ſa condemnatione expenſarum.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

### Svmmarivm.

1 *Capi non poteſt inquiſitus de delicto, niſi prius aliquid conſtet de ipſo crimine, vel ſaltim ſit ſuſpicio contra ipſum.*

2 *Vis publica commiſſa dicitur, etiam ſi vnus ſolus inſultum commiſerit: & poterit exigi pœna portationis armorum, & pœna legis* Iuliæ *de vi publica, & nu.3.*

4 *Pœna legis* Iuliæ *de vi publica, quæ ſit.*

5 *Pœna arbitraria, vbi venit imponenda, poteſt quis carcerari.*

6 *Carcerari poteſt inquiſitus de delicto, vbi dubitari poteſt, ne interim fugiat. & procedit etiam antè quàm conſtet de crimine.*

7 *Fideiuſſoribus non relaxatur inquiſitus de crimine, pro quo venit imponenda pœna corporalis, aut arbitraria.*

8 *Pœna vbi venit imponenda pecuniaria pro crimine, de quo nõ conſtaret, ſed ſolùm eſſet aliqua ſuſpicio cõtra inquiſitum ſi vilis erit, carcerabitur:* Si *autẽ nobilis, debebit honeſto modo in palatio detineri.*

9 *Inquiſitus ſi fuit vulneratus, & ſic eſt infirmus, & non poteſt carcerari abſque periculo, debet ſaltim iudex ſe de ipſo aſſecurare per fideiuſſoriam cautionẽ, nec poſſet iudex ſe excuſare, ſi ab accuſato ſeu inquiſito non accepit fideiuſſores. & ſic ſi non præſtat, debet ſibi adhiberi cuſtodia ſuis ſumptibus. & nu.*10. *&* 11.

## CONSILIVM LV.

IN Chriſti nomine, Amen. Proponitur du-
bium de caſu inter magnates, vt conſule-
re debuiſſem, quid de iuris cenſura ſenti-
rem, ſi Titius aggreſſor vulneratus repe-
ritur, & ex vulnere infirmatus, an poteſt pendente in-
firmitate ad fideiuſſoriam cautionem compelli de ſe
præſentando quàm primum cõualuerit, & quid agen-
dum foret, ſi ipſam non præſtiterit. Et in primis pro
1 euidentia præmitto, † quòd non debet quis capi pro
crimine antè, quàm aliquid conſtet de delicto, vel ſal-
tim ſit ſuſpicio contra ipſum. dixit Bal. in l. quod eui-
tandi. ff. de condictio. ob turp. cauſam. Ioan. Andr. in
cap. ſi clericus. extrà de ſentent. excommunica. & ſic
aggreſſor fuit vulneratus ab inſultato, adparet vis pu-
2 blica commiſſa: † licet ſolus armatus inſultum com-
miſerit: vt dicit Andræas de Iſernia in conſtitu. regni
3 intentionis. prima colum. vbi tenet † quòd poteſt exi-
gi pœna portationis armorum, & pœna legis Iuliæ
de vi publi. & vna per aliam non tollitur. l. nunquàm
plura. ff. de priua. delic. Idem refert & ſequitur Afflic.
in conſtit. regni, ſi quis aliquem. penul. colum. & licet
videatur in cõtrarium obſtare. l. ſi criminis. C. ad leg.
Iuliam de vi public. nihilominus intelligitur, vt ibi. &
vide omnino quæ ſcripſi circa hoc plenè in conſilio
meo xliij. ſuprà pro domino Ludo. de Abenabulo. ſed
4 ſic eſt, † ꝙ pœna legis Iuliæ præfatæ eſt hodiæ pœna
deportationis. Et licet olim aqua & igni interdicere-
tur inferenti vim publicam de iure digeſtorum, atta-
men in locum ipſius pœnæ legis Iuliæ de vi publica,
ſucceſsit hodie deportatio: vt in l. iij. ff. ad leg. Iul. pe-
cul. gl. in l. qui dolo malo. §. ſi. verſic. aqua & igni. ff. ad
5 leg. Iul. maieſta. & ſic infertur, † quòd pœna corpora-
lis



lis imponi debet pro dicto crimine. & vbi quis pu-
niendus venit pro delicto, nedum pœna corporali,
ſed etiam arbitraria, debet carcerari, nec eſt fideiuſſo
ribus relaxandus. Ita Bart. in l. quoties. in fin. ff. de no-
xalib. la j. & maximè dum dubitari poſſet, ne fugiat
tunc, etiam antè quam ſibi conſtet de crimine, poteſt
6 iudex ipſum capere † & carcerare. ita Ang. in authen.
de defen. ciuita. §. audiant. cùm in criminibus poſsit
iudex incipere à captura: per l. ij. C. de iis, qui latro. &
dixit Bart. in l. ſacrilegij. ff. ad legẽ Iuliam pecul. quòd
pro cauſa criminali indiſtinctè eſt licita captura. Idem
tenet Barto. in l. conſentaneum. C. quomodo & quan-
do iudex. & ſic dum venit pro crimine pœna corpo-
7 ralis, aut arbitraria, non † debet fideiuſſoribus relaxa-
ri. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. Ita Bald. in
l. ij. & ibi Dyn. C. de exhiben. reis. & plenè Lud. in l. ſi.
de in ius vocan. & idem eſſet, ſi pro crimine veniret
pœna pecuniaria imponenda, & non conſtaret, ſed
8 ſolum eſſet aliqua ſuſpicio: † nam ſi vilis eſſet, carcera
bitur. Si autem nobilis deberet honeſto modo in pa-
latio detineri. & ita iudex arbitrari debet. l. j. ff. de cu-
ſtodia reorum. & ſi ſuſpectus eſſet tãtummodo de cri-
mine, ſi illud atrox eſſet, debet carcerari. Sin autem,
ſub cuſtodibus detineri in loco honeſto: vt dicta l. j.
Ita plene Par. de Put. in tracta. ſyndi. in verſic. fideiuſ-
ſor. c. ſi iudex. ij. colum. & vbi timetur ne quis fugiat,
poteſt quis etiam in cauſis ciuilibus carcerari. dixit
Bald. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud.
Bald. in l. fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. ſi
quis curialis. C. de epiſc. & cleri. Et ſi diceretur, quòd
cùm ſit vulneratus & infirmus, non poteſt carcerari
9 abſque periculo reſpectu vulneris. Reſpõdetur, † quòd
debet ſaltim iudex aſſecurari per fideiuſſoriam cau-
tionem, ex quo non poteſt iudex excuſari, qui ab ac-
cuſato vel inquiſito non accepit fideiuſſores. dixit pul-
chrè Bald. in authen. generaliter. in fin. C. de epiſco. &
clericis. vbi ſubdit, quòd in determinatis à iure, in
quibus non requiritur probatio facti, non poteſt iu-
dex excuſari, ſi facit contra ius conſtitutionis. & hoc
eſt not. contra aſſeſſores, qui per fatuitatem non reci-
10 piunt fideiuſſores ab accuſatis vel inquiſitis. † Et ſi al-
legatur non reperiri fideiuſſores ab accuſatis, vel in-
quiſitis, non ex hoc debet differri adhibitio cuſtodiæ
ſuis ſumptibus, donec recõualeſcat, cùm fiat pro eius
ſalute: ne ob carcerationem perire contingat. & ſic
dum traditur cuſtodibus pro eius ſalute, debet ipſe
11 inquiſitus ſoluere cuſtodes † adhibitos: argum. l. iiij.
C. fini. regun. l. j. C. de ſtatuis & imag. ita latè Paris de
Pute. in tractatu ſyndica. in verſicu. carcer. in cap. an
carcerarius tenatur alimentare. & ita iuris eſſe con
cludo.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

### Svmmarivm.

1 *Ad defenſionem, quòd quid factum ſit, ſufficit probari quòd ſe defendens probabiliter dubitare poterat de offenſione.*

2 *Occidere vel vulnerare mihi licet volentem me offendere, nedum inſtante mortis periculo, verùm etiamſi immineret periculum iniuriæ perſonalis.*

3 *Timor violentiæ inferendæ, dicitur iuſtus metus. & numero* 4.

5 *Prouocatus ab armato veniente contra ipſum, licet illum prouocantẽ occidere, & dicetur ad defenſionem feciſſe, & dicetur ille à ſemetipſo occiſus, & non ab aggreſſo.*

6 *Occidens aliquem ſe defendendo, non dicitur committere maleficium. & nu.7.*

8 *Aggreſſus ab aliquo cum armis, ſi eundem aggreſſorem offendit, dicetur ad ſui defenſionem feciſſe.*

9 *Sufficit ad probandum quem eſſe in periculo vitæ, quòd quis armatus veniebat contra ipſum, cum terror armorum ſufficiat.*

10 *Delictum ad hoc vt non puniatur, ſufficit probari tale quid, ex quo adpareat illum delictum potuiſſe licitè fieri licet punctualiter non probatur factum iure licito.*

11 *Offendere mihi licet alium ex ſola præparatione ad offendendum vel aggrediendum.*

12 *Inſultatus non debet expectare, quòd vulneretur, ſed debet ipſe incipere.*

13 *Si percuſſi te venientem contra me euaginato gladio, antequam tu me percutias, dum es in actu me offendendi, dicor ad defenſionem feciſſe.*

14 *Inſultatus quidquid feciſſe adparet contra inſultantem, præſumitur ad licitam defenſam.*

15 *Defendendo quid fuiſſe factum ſufficiet probare quòd aduerſarius offenſus ruebat in ipſum, & aggreſſus in dubio ſemper feciſſe videtur ad defenſam quod fecit.*

16 *Cum moderamine inculpatæ tutelæ quid factum fuiſſe dicitur, quando non potuit aliter quis euadere periculum perſõnæ, famæ ſeu honoris, vel rerum.*

17 *Excedens moderamen inculpatæ tutelæ, non tamen ex propoſito, ſed in rixa, non dicitur incurriſſe aliquam pœnam.*

18 *Moderamen inculpatæ tutelæ non eſt in conſideratione, dum inſultatus indeliberatè & accenſus furore iracundiæ exceſſiſſet modum in ſe defendendo, tunc enim non imputatur exceſſus.*

19 *Teſtes deponentes de c[illegible]lulitate, non probant, niſi aſſignauerint congru[illegible]s rationes eorum dictis.*

20 *Teſtes deponentes ad defenſam, ſi deponant ſecundum eorum credulitatem & videre, bene probabunt.*

21 *Defendendo ſeu ad defenſam quòd quis aliquid fecerit, probatur per coniecturas, quæ iudicis arbitrio relinquuntur.*

22 *Amicus æquiparatur illis, qui ſunt de ſanguine proprio. & alibi amici veri ſunt vna anima in pluribus corporibus. & multa circa amicitiam. ibid.*

23 *Diſpoſitum inter coniunctos, habebit locum inter amicos magna amicitia.*

24 *Amicus poteſt accuſare pro iniuria illata amico.*

25 *Socius poteſt propulſare iniuriam ſocij & nedum ſocij, verum etiam & cuiuſlibet extranei aggreſſi etiam ſi aggreſſus ille eſſet ſibi inimicus capitalis. & nume.* 26. 27. *&* 28.

## CONSILIVM LVI.

REdemptoris gentium ſuffragio petito, A-
men. In cauſa inquiſitionis formatæ ad-
uerſus Magnifi. ac generoſos nobiles Ti-
tium & Sempronium, vt ſic eorum vera
nomina omittantur, ad inſtantiam regij fiſci ſuper
prætenſo inſultu & vulneribus illatis in perſonam
Magnifi. Caij. quam etiam ipſius Titij reperio ex pro-
ceſſus meritis fuiſſe, etiam per teſtes productos ad in
ſtantiam regij fiſci plenè probatum, quòd prolatis
inter eos nonnullis verbis cholericis minimè hono-
rem aut iniuriam alterius ipſorum concernentibus.
& recedente eodem Titio cum Illuſtriſ. quadam per-
ſona,

ſona, prædictus Caius deſcendens ab equo, in quo
equitabat, euaginato enſe, & inuoluto chlamyde in
eius brachio, malo animo acceſsit verſus eundem Ti-
tium, adſiſtentibus cum eo quampluribus eius ſociis,
qui pariter & ipſi arma euaginarunt: quod præuidens
Sempronius, qui retro remanſerat, tanquam ſocius &
amiciſsimus eiuſdem Titij, ne Titius ipſe offendere-
tur à prædicto Caio, à quo proculdubio fuiſſet offen-
ſus, niſi ipſe occurriſſet, ſimiliter enſem euaginando,
vt eiuſdem Caij acceſſum aduerſus Titium impedi-
ret, Quod inſpecto per prædictum Titium reuoluens
equum, quem equitabat eundo obuiam eidem Caio
malo animo venienti contra ipſum, & nonnullis icti-
bus enſium hinc inde admenatis inter prædictos Caiũ
& ſocios numero longè plures ſociis Titij qui duo
duntaxat erant, tandẽ rixa ſedata reperti fuerunt vul-
nerati tam prædictus Caius, quàm prædictus Titius,
nec adparet à quibus. Hæſitatur igitur in præſentiarũ
quid de iuris cenſura iudicãdum ſit. Et certè rectè ru-
minanti teſtium fiſci depoſitio, nec ſigillatim vltra
repetitionem eorundem teſtium ad defenſam ipſorũ
inquiſitorum indubitanter concludendum adparebit
prædictos Magni.dom. Sempronium & Titium peni-
tus, & omnino abſoluendos ab impetitione regij fiſci
ex infrà ſcriptis. Et primò, præſupponẽdo vnum mihi
in iure veriſsimum, quòd ad hoc, vt quis excuſetur ab
eo, quòd diceretur feciſſe ſe defendendo, ſufficit pro-
1 bari, † quòd probabiliter dubitare poterat de offen-
ſione. dixit pulchrè Imo. in c. ſi verò. de ſenten. excom.
refert & ſequitur Ang. de Are. in §. ius autem gẽtium.
2 Inſtitut. de iure natu. gen. & ciui. † Secundò præſuppo-
no, quòd nedum inſtante mortis periculo, licet alium
occidere ſeu vulnerare: vulg. cle. j. de homi. & l. ij. C. de
ſicar. verùm etiam quando immineret aliquod peri-
culum iniuriæ perſonalis. voluit Bald. in l. j. vj. col. C.
vnde vi. verſic. ſed pone. & ibi etiam optimè Barto. in
ij. colum. Idem conſuluit Bart. in ſuo conſi. incip. Va-
nutius. Ant. de Butr. in cap. olim. el j. de reſtitu. ſpolia.
penulti. colum. conſuluit Alexan. de Imol. in conſilio
lxxvj. j. volum. & conſilio cix. j. volu. v. colum. Angel.
in l. is, qui cum telo. C. ad legem Corneliam de ſicar.
per glo. quam ibi reputat ſingu. & meliorem de mun-
do, & ſubdit, quòd in practica erratur, & ſi ſcies pra-
cticare lucraberis de pecuniis, & quòd ipſe in Ciuita-
te Venetiarum practicauit & defendit quendam ac-
cuſatum de homicidio. Et quòd imminebat periculũ
iniuriæ perſonalis. ſatis liquet ex atteſtatione teſtium,
3 dum deponunt, † quòd prædictus Caius deſcendit ab
equo, & ibat retro ipſum Titium, euaginato enſe, &
chlamyde inuoluto, ac malo animo, & ſic non debe-
bat Titius ipſe expectare ſe percuti, aut aliter iniuria-
ri & ſic ſe periculo committere: cùm timor violentiæ
inferendæ iuſtum metum inducat: vt dicit Alexan. in
conſi. xcix. incip. quoniam per excellen. in iij. volum.
Et quòd non tenebatur ſe periculo committere, te-
nent Innocen. & Bald. in c. j. extrà quod metus cauſa.
ex quo timendum eſt, quod abſque periculo eſſe non
poteſt. cap. j. de bapt. in clemen. ſecundum Bald. in iij.
colum. & ſic dum adparet Marcus Anton. ipſe prouo-
catus à præfato Iulio primo loco arma euaginante
contra eundem Marcum Anton. certè licuiſſet ipſi
Marco Anton. nedum eundem Iulium vulnerare, ve-
rum etiam & occidere. quia eo caſu id præſumendum
4 eſt † ad defenſionem feciſſe: ſecundum Baldum, in l. j.
§. cùm arietes. ff. ſi quadru. pauper. feci. dica. Gãdinus
in tractat. malefic. ſub rubric. de defenſi. à reo facta. ij.
colum. verſic. ſed ponamus, tu es. Bartolus & Baldus
in l. ſi ex plagis. in §. tabernarius. ff. ad legem Aquiliã.
Augu. arim. in addit. ad Angel. in verſi. & dictus Ti-
tius ſe defendendo. ij. charta. Et ſi Iulius ipſe vulnera-
tus fuiſſet à prædicto Marco Anton. aggreſſo iam ab
ipſo Iulio ſe defendente, dum in ipſum Titium enſem
euaginaſſet & acceſsiſſet, videtur Iulius ipſe à ſemet-
ipſo vulneratus magis, quam à prædicto Marco Anto.
5 aggreſſo. † ita dicit Abb. in cap. clerici. lo j. poſt princ.
extrà de vita & honeſta. cleri. & ſequitur Marſi. in ſua
pract. cauſarum crimin. in verſi. quoniam. xv. colum.
6 & hoc per rationem, quia occidens aliquem † ſe de-
fendendo, non dicitur committere maleficium: ſe-
cundum Baldum, in l. data opera. quarta colum. C. qui
accuſare non poſſ. & alibi, occidens aggreſſorem † ſe
defendendo, non tenetur de occiſo: vt tenent com-
muniter Doctor. in l. j. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de
iuſtitia & iure. & in l. prima. C. quando lice. ſine iudi.
ſe vindic. & plenè Alexander in conſil. cxix. viſo pro-
ceſſu. iiij. colum. in vij. volum. & ſubdit Bald. in dicta
8 l. vt vim. penultima colum. † quòd ſi aggreſſus ab ali-
quo cum armis, eundem aggreſſorem offenderit, di-
cetur ad ſui defenſionem feciſſe. Idem tenet Bartolus,
in l. ſed & ſi quæcunque. in princip. ff. ad legem Aqui-
liam. Baldus, in l. multis. C. de liberali cauſa. Petrus de
Anchara. in clementi. prima, de homicid. Et ratio eſt,
quia ſufficit ad probandum quem eſſe in periculo vi-
9 tæ, quòd quis armatus veniebat † contra ipſum, cùm
terror armorum ſufficiat, prout per glo. communiter
approbatam in dicta l. j. C. vnde vi. docto. in l. ij. C. ad
legem Corneliam de ſica. gloſ. & Archidia. xxiij. quæ-
ſtione prima. gloſſ. in §. armorum. & ibi docto. inſtit.
de interdi. Bartol. & Bald. in prædicto §. tabernarius.
Archidia. in c. de iis. el j. 50. diſtinct. Bald. in l. iij. §. ar-
mis. ff. de vi & vi armata. & ideò Bart. in l. non ſolùm.
§. ſed vt probari. ff. de noui oper. nuntia. voluit, quòd
10 ad euitãdum accuſationem, ita † quòd de delicto quis
non puniatur, ſufficit talequid probare, ex quo adpa-
reat illud delictum potuiſſe licitè fieri: licet punctua-
liter non probetur, quod factum fuerit iure licito. Et
illam doctrinam ſequitur totus mundus, vt refert ibi
Alex. vbi ſubdit, quòd ſufficit vt accuſatus de homici-
11 dio vel vulnere, probet † quòd vulneratus eum eſt ag-
greſſus cum armis: imò ex ſola præparatione ad offen-
dendum vel aggrediendum, licitum eſt offendere ſeu
occidere. dixit Bald. in l. in lege. per illum tex. in lectu.
antiqua. ff. loca. ſubdens ita fuiſſe de facto iudicatum.
ſequitur Iaſ. in l. vt vim. iij. col. vbi ſubdit ſe putare hoc
eſſe per rationem, quia non debet inſultatus expecta-
12 re, † quòd vulneretur, ſed debet ipſe incipere, vt decla
rat Bart. in dicta l. j. C. vnde vi. & ſubdit etiam, quòd
iſta pars tanquam humanior eſt amplectẽda. Pro qui-
13 bus dictis accedat, † quòd ſi euaginato gladio te ve-
nientem contra me percuſsi, antequam tu me percu-
tias dum es in actu me offendendi, certè dicor feciſſe
ad mei defenſionem, vt inquit Bar. in dicta l. ſi ex pla-
gis, §. tabernarius. refert & ſequitur Ang. de Are. in §.
iniuria. j. colum. in fi. inſtitu. ad legem Aquiliam. & in
l. quemadmodum. ff. de inoffi. teſtamen. Anto. Corſe.
in ſingu. ſuis, in verſic. metus. Ang. in tracta. maleſi. in
verſic. & dictus Titius ſe defendendo. j. charta. verſic.
vltimo. circa med. Ex quo inſultatus, quicquid feciſſe
adpa



adpareat contra inſultantem, præſumitur ad defen-
ſam licitam † feciſſe. dixit Floria. & Bald. in dicta l. j.
14 §. cùm arietes. gloſ. in cap. ſi perfodiens. extrà de ho-
micid. quod maximè procedit, vbi incontinenti fie-
ret, prout in caſu noſtro, vt not. Bal. in l. iij. C. de ſicar.
& conſuluit Alexander in conſilio cl. viſis & oppor-
tunè conſideratis. in primo volum. & dixit Baldus, in
l. multis. C. de liberali cauſa. quòd ſufficit probari,
15 quòd † aduerſarius ruit in ipſum. Et quòd aggreſſus in
dubio potius videatur feciſſe ad defenſam, quàm ad
vltionem, conſuluit Cæpo. in conſilio xxix. colum. v.
& conſilio xlij. & xliiij. cum ſequent. Bald. in conſilio
lxxxij. incipien. quidam enim inſultatus. Ange. & Au-
guſtin. in dicto verſic. & dictus Titius. columna vij. &
ſubdit, quòd inſultatus habet præſumptionem, quòd
quicquid fecit, ad ſui defenſionem fecerit. Nec mili-
taret pro fiſco obiicere, quòd cùm redierit Titius ipſe
bis cum equo verſus prædictum Caium, videtur exceſ
ſiſſe modum inculpatæ tutelæ, cùm licet id non adpa-
reat niſi per depoſitionem vnius duntaxat teſtis, atta-
men quando, abſque veri præiudicio, plures teſtes
idem deponerent, nihil obeſſent eidem Titio, præ-
ſupponendo id dici factum fuiſſe cum moderamine
16 inculpatæ tutelæ, quando non potuit † aliter quis eua
dere periculum perſonæ, famæ, ſeu honoris, vel re-
rum. Ita Bartol. in l. j. C. vnde vi. & eſt de mente cæte-
rorum ibi ſcribentium, maximè Baldus idem tenet,
Anto. de Butr. & Abb. in dicto cap. olim. de reſti. ſpol.
Bald. in cap. j. §. j. de pace tenen. in vſib. feud. Archid.
in cap. primo. xxiij. quæſt. iij. Item præſuppono aliud,
quod ex proceſſus meritis non adparet modo aliquo
prædictum Caium à prædicto Titio nec Sempronio
eius ſocio vulneratum, & dato abſque veri præiudi-
cio, quòd ab ipſo vulneratus fuiſſet, quod negatur, ad-
paret id iure permittente licuiſſe. Nec ex præmiſsis
dici poſſet, quòd fuerit exceſſus modus inculpatæ tu-
telæ per ipſum Titium. & ſi ita dici poſſet, id non ad-
17 paret fuiſſe ex propoſito, ſed in rixa: † quo caſu dicen-
dum eſt in nullam pœnam incurriſſe. Ita ſingulariter
tenet Flor. in l. ſi ex plagis. in §. tabernarius. vbi ita per
illum textum dicit tenere glo. xiiij. quæſt. in ſumma ad
fin. quod eſt ſing. dictum, prout refert & ſequitur do-
minus Anton. de Alexand. in addi. ad Bartol. in l. j. C.
vnde vi. Idem conſulendo reperio tenuiſſe Alexand.
in conſilio lxxvj. j. colum. j. volum. & in conſilio cxl. ij.
volum. & in conſilio cix. primo volum. vbi de Floria-
no nullam mentionem facit. Credo tamen, quòd non
viderit bene. tamen dicit idem tenere Petr. de Ancha.
in clemen. j. de homic. Accedat inſuper, quòd in caſu
præmiſſo moderamen inculpatæ tutelæ non debet
eſſe in conſideratione, dum inſultatus indeliberatè, &
accenſus furore iracundiæ exceſsiſſet modum in de-
fendendo, tunc enim non imputatur exceſſus, quia eo
caſu non poteſt vti hac moderatione, ex quo primi
motus non ſunt in poteſtate noſtra: & ſic non poteſt
tunc diſcerni verum à falſo. c. ita. xj. quæſt. iij. ita dicit
18 Abb. poſt glo. in c. ſignificaſti. de homi. † & ſic in rixa,
prout iſta fuit, non poteſt cõſiderari hoc moderamẽ.
l. j. in rub. ff. de excep. l. ij. ff. de dam. infect. Et minimè
ſuffragaretur fiſco dicere, ꝙ teſtes deponentes, quòd
ad defenſam Titius id fecit, ſecundum quòd ipſi poſ-
ſunt conſiderare, & ſic ſecundum eorum iudicium &
videre, & alij depoſuerunt, quòd ita cogitãt, aſsignan
do tamen rationem eorum dictis: alij dixerunt quòd
ita tenent pro firmo, & ſic non certitudinaliter, depo-
nentes teſtes de credulitate ſeu de eorũ cogitatione,
& iudicio, non videntur audiendi, cum non probent.
19 Attamen cùm † aſsignauerint congruas rationes eo-
rum dictis, plenam probationem inducunt. dixit Bal.
in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbit. Cy. Bal. & Sal.
in l. teſtium. C. de teſti. Bald. in l. conuenticulam. C. de
epiſc. & cle. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teſte. §. j.
ſuper verſic. item ꝙ depoſuit de ſua credulitate. Ant.
de Butr. in c. quoties. extrà de teſti. & facit ratio vrgen
tiſsima, quia eo caſu teſtes deponunt de re, quæ non
ſubiacet ſenſui immediatè, ſed mediante diſcurſu in-
tellectus. ita dicit in ſpecie Bar. in ſuo conſi. incip. Va-
nutius Petri. quem allegat Alex. in d. conſi. lxxvj. viſa
inquiſitione. in vlti. col. in fi. in j. volu. & in conſil. cix.
vbi multa adducit. & præmiſſa maximè procedunt,
cùm teſtes ipſi ſint inducti ad defenſionem, quo caſu
probant, licet ſecundum eorum credulitatem ſeu vi-
20 dere depoſuiſſe adpareat. Ita † dixit Bal. in l. ſolam. C.
de teſti. & ibi Saly. in iij. col. vbi ambo allegant dictum
conſilium Bart. & facit bene tex. quem ibi not. Anto.
de But. in c. vnico. extrà de ſcruti. verſ. quantum huma
na fragilitas. facit bene dictum Bal. in l. vnica. vlt. col.
21 C. de confeſ. vbi ſingulariter dicit, † quòd feciſſe ad
defenſionem probatur per cõiecturas, quæ iudicis ar-
bitrio committuntur. quod dicit eſſe notatu dignum.
Idem ſequitur Iaco. de ſancto Georg. in l. teſtes eos. j.
col. ff. de teſti. vbi ſubdit, quòd ſi inculpatus de homi-
cidio ad probandum eius innocentiam, & quòd fecit
ad defenſionem, ſi teſtes examinati deponunt ſe cre-
dere quòd fecit ad defenſionem, erũt boni teſtes, quia
an fecerim ad defenſionem, non poteſt videri per te-
ſtes, ſed bene poteſt cognoſci animus meus ex actibus.
ita dicit conſuluiſſe Alex. vbi ſuprà. Quo verò ad præ-
dictum Semproniũ, qui volẽs defendere prædictum
Magni. Titium eius ſocium, & amiciſsimũ, ſeu rectius
ipſum adiuuare, ne à prædicto Iulio offenderetur, ne-
gari non poteſt quin ſibi licuerit, cùm ex iuris diſpo-
ſitione liceat amicum maximè ſtricta amicitia coniun
ctum, prout iſti erant adinuicem tueri, quia ſatis ami
ci æquiparantur illis qui ſunt de ſanguine proprio. vt
22 in l. alienam. C. de legat. † nam veri amici ſunt vna
anima in pluribus corporibus, ſecundum Ariſtot. ita
dicit Bald. in præfata l. vt vim. ij. col. verſic. iij. quærit.
& tantum quòd amicitia ipſa cenſetur quædam con-
iunctio, quæ præponderat coniunctioni ſanguinis. l.
cum aliàs. C. de caſt. pecu. libro xij. & facit l. ij. verſicu.
amici. ff. qui petant tuto. ita in ſpecie firmant Cyn. &
Salyce. in l. exigendi. C. de procurato. Gul. de Cun. in
l. ſed & hæ. ff. de procura. Io. And. in c. fi. de poſtu. Cyn.
in l. inuitus. C. de procurato. & ideo id quod diſponi-
tur inter coniunctos ſeu propinquos, habebit locum
23 inter † amicos magna amicitia. no. gl. in c. requiſiuiſti.
iuncta gl. in cap. ij. in glo. pen. in fi. de teſta. & expreſsè
Panormi. in dicto c. requiſiuiſti. Hinc dixit Bald. in l. j.
C. qui accuſ. non poſ. quòd amicus ſingularis venit
appellatione ſuorum. in xvj. colum. verſi. quid de ſin-
gulari. per gloſ. in l. ij. C. in quibus cauſ. colon. cenſi.
libro xj. & dixit Bartol. in l. Titia. ff. de verborum obli
24 gatio. † quòd magna amicitia cenſetur quædam con
iunctio. Textus eſt in l. latæ culpæ. §. amicus. cum glo.
ff. de verborum ſignificationibus. Item cenſetur quæ-
dam fraternitas. l. verùm. in principio. ff. pro ſocio. &
ideo quod diſponitur in coniuncto, dicit Bartolus in
dicta

dicta l. Titia. habebit locum etiam in multum amico,
Idem volunt Bald. Cyn. & Salyce. & Paul. de Caſt. in
dicta l. inuitus. C. de procura. & ibi Bartol. in ſecunda
lectura, & Petr. de Ancha. in clemen. j. de procu. Hinc
eſt, quòd amicus poteſt accuſare de iniuria ſua, quia
ipſius iniuria dicitur: & ideò poteſt etiam ipſam pro-
ſequi ſine mandato. dixit Bald. in l. j. C. qui accuſa. non
poſſunt. Alexand. in l. non ſolùm. §. qui alieno. ff. de
procurator. Item accedit & aliud, quia erant, prout
adhuc ſunt, ſocij chariſsimi adinuicem. & videns Sem
25 pronius ipſe, † quòd niſi occurriſſet, Titius de facili
fuiſſet offenſus à prædicto Iulio. & ſic licebat eidem
defendere ſocium ac adiuuare, quia verecundia fie-
bat ſibi propter ſocietatem: & ideò poterat contume-
liam ſuam propulſare. l. item apud Labeonem. §. tue-
tur. ff. de iniur. ita Bald. in dicta l. vt vim. in iiij. quæſt.
ſecunda columna. Et quòd liceat ſocio propulſare in-
iuriam ſocij, habetur in cap. non inferenda, & in cap.
fortitudo. xxiij. quæſtione iij. & not. Innocen. in cap.
ſi vero. extrà de ſenten. excommu. & Alberi. in l. j. C.
vnde vi. in verſic. ad defendendam, in verſic. ſed nun
quid ſocius. nam dicit ſocietatem obtinere vicem fra-
ternitatis. l. verum. ff. pro ſocio. & idem tenet Hoſtiẽ.
in ſum. de reſt. ſpo. §. primo, verſic. ſciendum autem
eſt. & idem conſulendo reperio tenuiſſe Philippum
Decium in ſuo conſilio cccclxix. in ſecunda parte. &
26 ibi ſubdit, † quòd nedum pro defenſione ſua, vel ſuo-
rum liceat alium iuuare ſeu defendere, verùm etiam
pro defenſione extranei offenſi, ne opprimatur, vt fir-
mat Bartol. in l. ſi quis in ſeruitute. in fin. ff. de fur. vbi
inquit, quòd ſicut quilibet poteſt me iuuare & defen-
dere pro rebus, vt ibi nota. multò magis poteſt me iu-
uare ad defenſionem perſonæ. & idem concludit Bar.
in dicta l. vt vim. penultima columna. verſiculo ego
teneo, quòd etiam in aliis extraneis. ff. de iuſtit. & iu-
re. vbi vtitur eodem argumento, quòd ſi hoc licet
pro defenſione rerum alterius, ergo multò fortius
pro corpore alterius tuendo. & dicit quòd hoc ibi te-
net Guliel. de Cuneo, Petrus & Iacobus. in l. prima. C.
vnde vi. & Alberi. ibi, in verſi. ad defendendam. in fin.
Hoſtien. in ſumma de reſtitu. ſpol. §. j. in fin. verſic. ſed
hodie hoc expreſſum eſt. Innocent. in cap. ſi verò. de
ſenten. excommunicatio. vbi æquiparat defenſionem
ſuorum vel extraneorum: & idem reperio tenere Bal-
dum in cap. ſi. de re iudi. & in l. raptores. C. de epiſco.
& cleric. & in cap. ſi verò. de ſenten. excommunica.
imò procedit hoc, etiam ſi eſſet inimicus capitalis, li-
27 cet illum † offenſum adiuuare ſeu aggreſſum. Ita Bal.
in dicta l. vt vim. in ſexta quæſtione. & ibi plenè Iaſ.
quia eo caſu aggreſſor facit iniuriam reipublicæ, ergo
quilibet de populo poteſt ipſam propulſare, etiam
contradicente offenſo, nedum poſtulante auxilium.
textus eſt in terminis in cap. delicto. extrà de ſenten.
excommunic. in vj. Nec omittam, quòd amicus ne-
dum poteſt amicum defendere contra priuatum, ſed
etiã reſiſtere officiali iniuſtè exequenti contra ipſum.
dixit Bald. in l. prohibitum. in verſic. tertio not. C. de
iure fiſc. lib. x. l. deuotum. & ibi Bart. in fin. C. de meta.
libro xij. vbi etiam ſubdit quòd poteſt reſiſtere cui-
cunque inferenti vim amico. Vltimò adparet bene
probatum in eadem rixa quanplures enſes fuiſſe eua-
ginatas proiectis quampluribus & infinitis ictibus à
multis, & diuerſis perſonis, nec adparet modo aliquo
prædictum Magnificum Titium aut Sempronium
vulneraſſe: ſed imò eundem Marcum Anto. vulnera-
tum fuiſſe: vnde ſequitur incertitudo vulnerantis, &
ſic per iura vulgaria ex præmiſsis de primo ad vltimũ
veniunt prædicti Magnifi. ſocij, & amiciſsimi de pla-
no abſoluendi ab impetitione regij fiſci. & ita de iu-
ris cenſura concludo.

Thomas Grammaticus V.I. Doctor.

### SVMMARIVM.

1 *Aufugiens à carcere, ſi ſponte demum reuerſus eſt, purgat vitium fugæ, niſi diu abſens ſteterit, quia tunc habetur pro confeſſo crimen pro quo detinebatur. & numero 2. 3.*

4 *Aufugiens à palatio officialis ſibi aſſignato pro carcere, dicitur à carcere aufugiſſe.*

5 *Contumacia ſola cum banno circunſcriptis alijs indicijs, facit vt quis torqueri poſſit.*

6 *Inimicitia facit indicium ſufficiens ad torturam contra inimicum & vide de eius veritate.*

7 *Inimicus capitalis dicitur, qui minatus fuit mortem alicui.*

8 *Inimicus capitalis euadit quis ex prolatione iniuriarum etiam ſi de recenti fuiſſent viſi adinuicem alloqui, non ex hoc tollitur effectus inimicitiæ capitalis.*

9 *Inimicitia capitalis quæ ſit, & quæ non, remittitur arbitrio iudicis.*

10 *Pluralitas actuum in dubio præſumenda eſt, ad euitandum contrarietatem, & ideò ad euitandum ne teſtes diſcordantes concordentur per multiplicationem actuum, datur cautela, quòd fiat interrogetio de vnitate actus.*

11 *Teſtes dum diſcordant ab inſtrumento, in quo ſunt deſcripti, debet fieri articulus de vnitate actus.*

12 *Teſtium dicta non poſſunt dici contraria aut falſa, quando poſſunt aliqua interpretatione verificari.*

13 *Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, & pauci reperiuntur qui in mortis articulo mentiantur.*

14 *Aſſertio conſtituti in mortis articulo, quòd fuerit aſſerens ab alio occiſus ſeu vulneratus, an probet, & an tali aſſertioni ſit ſtandum. Et quòd non ſit ſtandum tali aſſertioni, niſi alia concurrerint. & num. 15.*

16 *Fama publica vehemens facit indicium ad torturam.*

17 *Fama ſola iunctis alijs adminiculis vbi vertitur difficultas probationis facit plenam probationem.*

18 *Fama licet formiter cum omnibus circunſtantijs requiſitis non probetur, tamen vbi de ea deponunt decem teſtes plenè probabunt famam, licet formiter de requiſitis ad probationem famæ non depoſuerint. & numero 19.*

20 *Fuga ſocij criminis facit indicium.*

21 *Iudicari poteſt in cauſa criminali ex pluribus indicijs, vel argumentis vehementibus.*

22 *Teſtis vnus de indicio remoto non facit indicium, nec habebit hoc locum vbi eſſemus in pluribus indicijs, quia etiam quòd ſuper eis teſtes ſingulares deponant, attamen ex eorum depoſitionibus reſultant plures præſumptiones, quæ bene faciunt indicium ad torturam.*

23 *In parricidij crimine ob eius immanitatem iura excogitarunt nouum genus pœnæ, de qua infrà.*

24 *Torquendus quando habet aliqua indicia pro ſe, illa quæ vrgẽt contra ipſum, debent eſſe magis grauia ad hoc, vt torqueri poſſit.*

25 *Indiciorum materia eſt arbitraria.*

CONS



## CONSILIVM LVII.

REdemptoris gentium ſuffragio petito, A-
men. In cauſa mihi tranſmiſſã per excel-
lentiſsimum dominum Ciccum de Ioffre-
do, Viceprotonotarium ac præſidentem
ſacri regij Conſilij, vt Curiam Magnifi. Vicecomitis
Sinopolis partium Calabriæ cõſoluere voluiſſem, quid
de iuris cenſura ſentirem ſuper proceſſu inquiſitionis
formatæ aduerſus Ioan. Carbonum, & Anton. eius fi-
lium, inquiſitos de homicidio commiſſo in perſo-
nam, vt prætenditur quondam Iacobelli Carbini ge-
neri ipſius Ioan. ad querelam orbatæ parentis Careri
nellæ de melicozza matris ipſius Iacobelli: & viſis ac
bene ruminatis deductis ac probatis per ipſius Curiæ
comitalis coadiutorem, reperio principaliter ſex vr-
gentia indicia ex ipſius proceſſus meritis reſultare, &
nulla legitima obiectione ac probatione pro parte
dictorum inquiſitorum eliſa, vt infrà. Et primò addu-
citur fuga prædicti Ioan. inquiſiti, nec non & Anton.
eius filij, qui Ioan. ſocer dum captus, & carceratus
fuiſſet in caſtro terræ prædictæ ex cauſa præfata ho-
micidij, à carcere prædicto fugam arripuit: nec adpa-
ret, vt per eius aduocatum in ſuis allegationibus di-
citur, quòd comperto carcere aperto receſſerit. Et
minimè ſuffragatur dum dicitur, quòd animo reuer-
tendi, prout ad carcerem reuerſus fuit, receſſerit, ex
1 qua † ſpontanea reuerſione prætendatur minimè dici
poſſe, quòd aufugerit, prout dixit Bald. alleg. pro par
te dicti inquiſiti. in l. prima. C. de ſer. fugit. & in l. j. C.
de ædil. actio. Cui addo de hoc eſſe tex. in l. deſertoré.
§. primo. & ibi gloſſ. ff. de re mili. & in l. quis ſi fugiti-
uus. & ibi Barto. ff. de ædil. edict. nam dico hoc ſanè in
telligendum, ſi breui reuerſus fuit: Secus ſi diu abſens
ſtetit, prout in caſu præſenti: quia tunc præſumitur,
2 † quòd animo aufugiendi, & non reuertendi ſe abſen
tauerit. dicta l. deſertorem. §. emanſor. & ibi gloſſ. &
Bartol. qui hoc bene notant. & idem tenet Bald. in
dicta l. j. C. de ſeru. fugit. vnde cùm aufugerit à carce-
re: fuga ipſa facit plenam probationem cõtra ipſum,
quia faciet ipſum haberi pro confeſſo crimen ipſum,
pro quo detinebatur: vulg. l. in eos. ff. de cuſto. reo. in
3 tantum, † quòd poteſt pronuntiari ſententia contra
aufugientem abſentem, ac ſi fuiſſet verè confeſſus in
iudicio. Ita ſentit gloſſ. & Bart. in dicta l. in eos. & eſt
text. in terminis in l. ſi apparitor. C. de coarta. lib. xij.
Nec militat, quòd pro parte dicti inquiſiti obiicitur,
quòd Ioan. ipſe ſtabat in caſtro, & non in aliquo car-
cere incluſus, cuius contrarium probatur per teſtes:
4 & dato abſque veri præiudicio, † quòd ita foret, prout
prætenditur, dico quòd etiam ſi quis aufugeret à Pa-
latio officialis, in quo detinebatur, idem dicendum
eſt, ac ſi de carcere aufugiſſet: arg. tex. in dict. l. in eos.
quia dicitur palatium eſſe de carcere, dum quis in eo
detinetur mandato officialis: per text. & ibi ſcriben-
tes, in l. prima. ff. de cuſto. reo. & quæ plenè ſcribit
Ioannes Andræas in addit. Specul. in tit. de præſum-
ptio. §. ſpecies. verſic. violenta. dum dicit, quòd etiam
arreſtatus in ciuitate, aut in palatio pro crimine ha-
betur pro confeſſo, ſi recedit ſeu aufugiat. Secundò
accedit contumacia & bannum, ex qua ſola contu-
5 macia & banno circunſcriptis aliis, † imò nullis aliis
exiſtentibus, poſſet Ioan. ipſe torturæ ſubiici: vt dixit
Baldus in l. j. quarta columna. C. de hæredi. inſtituen.
vbi refert idem tenere Nicolaum de Mattar. referunt
& ſequuntur Mod. ſenen. in tracta. de indic. & tortur.
viij. charta. verſic. quintò principaliter. Idem voluit
Angel. in l. iniuriam. §. ſi quis quòd decreto. ff. de
iniur. Iacob. de Bel. in ſua pract. cauſarum crimi. ſub
rubric. de crim. remiſſo. in princip. vbi loquitur pro-
priè de eo, qui aufugit, & contumax fuit. & idem ſe-
quitur A mod. iuſti. in ſuo tractatu ſyndica. in vltima
chart. refert idem & ſequitur Marſil. ſolùm de Baldo
faciens mentionem, in l. penult. in vltimis verbis. ff.
de quæſtio. ſubdens eſſe not. in practic. & idem tenet
in ſuo ſing. cxvij. incipien. ad torturam. & pariter fir-
mat. in ſuo conſilio cxvij. illumina quæſo domine. vl-
6 tima columna. † Tertiò, concurrit inimicitia inter
prædictum Ioannem Socerum, & quondam Iacobel-
lum generum occiſum, dum litigantes adinuicem in
curia Vicecomitis pluries rixati ſunt, vnus alium ple-
runque accuſando, ac denuntiando, cum diuerſis que-
relis & accuſationibus, & cum prolatione diuerſa-
rum iniuriarũ: vt quamplurimorum teſtimonio robo
ratur, adeò quòd adinuicem non loquebãtur. & mul-
tæ ac diuerſæ pœnæ per eoſdem ex prædictis denun-
7 tiationibus ſolutæ ſunt, † & tamen ex ſola prolatione
iniuriarum adinuicem adparet capitalis inimicitia
inducta: dixit Bald. in cap. veniens. in fine extrà de iu-
reiurando, per illum textum. & conſuluit Marſil. in l.
j. §. prætereà. viij. column. ff. de quæſtionibus. vbi ſub
dit eſſe not. quia iis ſuperioribus diebus euenerat ſibi
in facto in cauſa ſatis vrgenti, & in qua fuit pro hac
parte iudicatum. & idem conſuluit Marſi. in ſuo con-
ſilio tertio. tertia columna, verſic. item etiam oritur.
8 Et † quòd longè capitalis inimicitia inter eos fuerit,
corroboratur ex minis inferendi mortem, prolatis
inter prædictos generum & ſocerum, dico per ipſum
ſocerum aduerſus prædictum generum, vt multorum
teſtium depoſitione demonſtratur, cùm de iure ex ſo
lis minis de occidendo illatis, reſultet capitalis inimi-
citia. dixit gloſſ. in l. licet. de arbitri. Bartolus in l. iij.
§. fin. ff. de adimen. legat. Cardi. in cap. cùm oporteat.
de accuſ. Angel. in conſilio ccxlj. ponderandum, &c.
Alexand. in conſilio xiiij. in tertio volum. vbi ſubdit,
quòd etiam ſi de recenti fuiſſent viſi adinuicem allo-
qui, prout in caſu præſenti prætenditur, non ex hoc
tollitur effectus inimicitiæ, ob talem recentẽ reconci-
liationem. Idem ante eum tenet Innocen. in cap. cùm
oporteat. de accuſa. quem omnes ſequuntur per text.
clarum in cap. accuſatorem. tertia quæſtione quinta.
ibi. nudius tertius ei inimici fuerunt. ſequitur Marſil.
in l. j. §. prætereà. ff. de quæſtionibus. viij. colum. & ibi
ſubdit idem tenere Barto. in l. iiij. §. fin. ff. de adimen.
9 lega. & nihilominus, † quæ dicatur inimicitia capita-
lis, & quæ non, arbitrio iudicis relinqui conſueuit. di-
cit glo. in cap. ij. iiij. quæſti. iij. Domi. de ſancto Gemi.
in c. quanuis. de procu. in ſexto. ſequitur Fely. in dicto
cap. cùm oporteat. & plus ſubdit Domini. in prædicto
c. quanuis. quòd etiam qui non eſt capitalis inimicus,
poteſt tamen dici ſuſpectus. Quartò ſuffragatur aſſer-
tio eiuſdem Iacobelli percuſsi, qui coram excellente
domino Comite, dum ſtaret proiectus in terram, in-
terrogatus à præfato Comite, quis ipſum percuſsiſſet
reſpondet ſe percuſſum à prædicto Ioan. eius ſocero,
necnon & ab eius cognato. & licet aliqui deponant
de Anto. tantùm, non ex hoc implicatur cõtradictio,
cùm coram pluribus aſſeruerit de vtroque, & coram
aliis de vno, fortè inſtãte mortis cogitatione turbatus
cùm

to cùm ibidem eodem momento deceſſerit. †& ex iuris diſpoſitione in dubio pluralitas actuum præſumitur ad euitandum contrarietatem: per optimum text. in c. cùm tu. extrà de teſti. & ideò inoleuit notabilis cautela ad euitandum ne teſtes diſcordantes concordentur per multiplicationem actuum, quòd fiat interrogatio de vnitate actus. Ita per text. in cap. cùm Ioann. extrà de fide inſtrumento. docet nos Specul. in titu. de teſte. §. iam de interrogatoriis. verſic. quid ſi vnus teſtis. & ideò dixit Bart. in l. prima. §. ſi quis neget. ff.
11 quemadmo. teſt. aperi. † quòd quando eſt diſcordia inter inſtrumentum & teſtes in eo non deſcriptos, debet fieri articulus de vnitate actus. Idem tenet Bartolus & Baldus in l. ij. C. de bono. poſſeſsio. ſecundùm tab. idem ſequitur Felyn. in cap. cùm Ioann. eremita. extrà de fide inſtrumēto. maximè, cùm dicta teſtium non poſsint dici contraria aut falſa, quando poſſunt
12 † aliqua interpretatione verificari: per text. in dicto cap. cùm tut. not. Innocentius in c. cauſam quæ. extrà de reſcript. ita Bald. in conſilio cccxxiij. in quarto volumine. nec eſſet inconueniens dicere, quòd Anton. ipſe de mandato Ioannis ſui patris id perpetrauerit, & ſic ex aſſertione prædicta reſultat indicium ad torturam: vt dixit Ange. in l. ſi quis in graui. ff. ad ſillei. in §. ſi quis moriens. Pro quo facit ratio, quia nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ: †& pauci reperiun-
13 tur, vt experientia docet rerum magiſtra, qui in articulo mortis mentiantur, imò communiter omnes morientes laborant ad ſalutem animæ, & multi facinoroſi ac improbi in extremo vitæ exhibent ſigna pœnitentiæ. & videmus multos vſurarios reſtituere vſuras in vltimo vitę ſpiritu. & ſic validum eſt argum. à communiter accidentibus. l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum petatur. ergo non eſt credendum
14 † quod quondam Iacobellus in vltimis conſtitutus, prope mortem exiſtens, voluerit ſocerum & cognatum innocentes criminis inculpare. Ita per præallegata & alia concludentia conſuluit Marſil. dictam aſſertionem factam per conſtitutum in mortis articulo, facere indicium, in ſuo conſilio v. iij. colum. primo volumine. & licet in rei veritate ita indiſtinctè opinio hæc originaliter Ange. non eſſet tuta, & communiter non tenetur, & idem met Angel. aliter tenuerit firmando contrarium in l. mater. in fin. per illam glo. C. de calumnia. & Nicola. in dicto §. ſi quis moriens.
15 †& ſequitur Paris de Put. in tractatu ſyndica. in verſic. tortura. lo. vltimo. in cap. officialis poſuit. iij. colum. attamen ſubdit hoc eſſe verum, niſi concurrant alia, vt quia inquiſitus eſſet inimicus percuſsi. & tamen vltra inimicitiam hanc multa alia ſuprà allegata & infrà concurrunt: aliàs ſi vltra aſſertionem alia non concurrant, non erit ſtandum aſſertioni vulnerati ſeu decedentis: prout dicit Angel. in dicta l. j. ſi quis moriens. dum ſubdit vidiſſe aliàs de facto, quòd à quodã mercatore quidam mercator Peruſinus fuerat diffamatus de furto, & poſteà compertum illud fuiſſe ab alio cōmiſſum. & bene idem probat text. in dicto §. ſi quis moriens. dum dicit non eſſe credendum domino vulnerato, ſi moriens dixerit ſe fuiſſe à ſuis ſeruis vulneratum. & idem in terminis reperio cōſuluiſſe Alex. de Imol. in ſuo conſilio xiiij. incipien. ponderatis. in tertio volumine. vbi concludit, quòd ſi teſti inimico non creditur, & ſi ſtatim quòd dicit ſe vulneratum ab aliquo, adparet quòd eſt ei inimicus, ergo ei credendum non eſt. cùm teſti odioſo non credatur, etiam ſi ſit in mortis articulo, & teneat corpus Chriſti in manu: quia non omnis qui moritur, eſt ſanctus Ioannes euangeliſta, dixit Bald. in titulo de pace conſtant. in verſic. vaſalli noſtri. in fin. & idem ſequitur Ludo. in dicto §. ſi quis moriens. Gand. in tracta. male. in rubr. an pax facta de vulnere. in verſic. qui iudex ad probationem. verſi. ſed pone, quòd quidam vulneratus. Angelus & Auguſtinus ibidem. Alexan. in conſilio xliiij. ſecunda columna. Iaſ. in l. de die. in princip. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. j. in princip. ff. de eo, per quem factum erit. & conſuluit Marſil. in ſuo conſilio xx. in iij. columna, licet de tot authoritatibus non meminerit.
16 † Quintò opitulatur contra ipſum Ioan. fama publica & vehemens, ex qua pariter reſultare adparet indicium ad torturam: vt conſuluit Bart. in conſilio cxcj. incipien. domino paci de burgo. ſacri Sepulchri. & ſequitur Baldus in conſilio cxxxj. incipien. viſis dictis articulis. in ij. volu. & in cap. j. §. iniuria. de pace iura. firm. verſic. ſed nunquid ex tali confeſsione. Alexand. in additio. in l. fin. de quæſtio. Felynus in cap. veniens. de teſtib. & vbi vertitur difficultas probationis, fama ſola iunctis aliquibus adminiculis, inducit plenam
17 probationem, † quæ ſufficit ad cōdemnationem. cap. præterea. & ibi not. de teſti. Ita in terminis Anton. de Butr. in cap. veniens. lo primo, de teſtib. Innocen. in cap. veniens. de verbo. ſignific. Baldus in l. cum ſuper. C. de rei vendi. & in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſi. Alexand. in conſil. xxiiij. in ſecundo volu. Nec videtur ſuffragari poſſe eidem inquiſito, quod allegatur pro eius parte, quòd debuiſſet probari, vnde fama ipſa originem habuerit, & ex probabili cauſa: &
18 pariter † quòd ad famæ probationem requirantur nonnullæ qualitates, quæ hic probatæ non adparent. nam rectè intuenti fama hæc cōtra prædictum inquiſitum ſatis, ſupérque ex probabili & rationabili cauſa emanata ac fundata adparet potius, quàm fama pro ipſo inquiſito probata, concurrentibus tot præallegatis vrgentibus indiciis, & notoriis: ex quibus rationabiliter fama ipſa emanauerit, quæ non concurrunt in fama pro inquiſito probata deueniente ex quadam prætenſa confeſsione extraiudiciali, videlicet quòd ceciderat in flumine Iacobellus ipſe, & tamen non formiter probata: & nihilominus dico abſque veri præiudicio, quòd licet teſtes deponentes contra inquiſitum de fama, non videantur deponere de omnibus circunſtantiis, vel requiſitis neceſſariis ad proba-
19 tionem famę, attamen † quia ſunt in maximo numero & copioſo, plenè probabunt famam, licet informiter deponent de ea: nam eo caſu, quando ſunt decem teſtes duntaxat, licet non deponant de omnibus requiſitis, ſi applicant ad numerum decem vel plurium teſtium, remanet probata fama. Ita in ſpecie conſuluit Franciſ. de crem. in conſilio incipien. in Dei nomine Amen. In quæſtione præfata. cui conſilio ſe ſubſcripſerunt Salyce. Flor. & nonnulli alij docto. refert & ſequitur Alexand. in l. de minore. §. plurium. in addit. incipien. ſed quid ſi dixit. Barto. in l. tertia. §. eiuſdem. de teſtibus. vbi in ſpecie dicit Bartol. quòd ſi producuntur decem teſtes vel plures ſuper fama, quòd fiet probatio legitima, etiam quòd formiter non deponant de omnibus circunſtantiis requiſitis: & minimè ſufficiens cauſa ſcientiæ per eos reddatur: licet aliàs ſi eſſent pauciores numero, exigerentur etiam & rationes



tiones & cauſæ ſufficientes. Ita conſuluit Socin. in conſilio liiij. penultima column. verſic. poſtremò. in tertio volum. Sextò & vltimò, accedunt minæ necnon recuſatio concordiæ, & pacis præfati Ioan. cum dicto Iacobello eius genero, quæ adminiculãtur prædictis indiciis. & vltra ſatis eſt conſiderãda fuga præfati Anto. filij eiuſdem Ioannis ſimiliter inquiſiti, in qua hucuſque in hodiernum diem perſiſtit. & ſic tanquàm ſocius criminis inquiſitus & querulatus, nunquam amplius viſus fuit, licet perſiſtat in banno, & contumacia. & ſic ex ſocij criminis fuga, reſultat ſimi-
20 liter indicium contra ipſum Ioan. carceratum, † tanquam criminis ſocium & participem: vt conſuluit Alexand. in conſilio lxv. in primo volum. & in conſilio xlj. in ſecundo volu. ſubdens, quòd ſi non proſunt ſingula, multa iuuant. l. ſancimus. in fin. C. de teſtamen. l. ſpadonem. in §. qui iura. ff. de excuſat. tutorum. & cap. præterea. cum ſimilibus. extrà de teſtibus. & ideò ad propoſitum dixit Bald. in l. excipiuntur. ff. ad Silleia. quòd ex multis indiciis reſultat plena probatio. Hinc dixit idem Bal. in l. non eſt veriſimile. ff. quod metus
21 cauſa, † quòd ex pluribus indiciis vel argumentis vehementibus poteſt in cauſa criminali iudicari. & ideò dixit Rapha. Fulgoſ. in l. fina. C. famil. erciſcund. quòd licet ſingula indicia debeant probari per duos teſtes, iuxta gloſ. in l. fin. C. fami. erciſcun. & vnus teſtis de indicio remoto non probet indicium, hoc non habet locum, vbi eſſemus in pluribus indiciis: quia etiam,
22 quòd † ſuper eis teſtes ſingulares deponant, attamen ex eorũ prædictis depoſitionibus reſultant plures pręſumptiones, quæ bene faciunt indicium ad torturam, per regulam prædictam, & ſi non proſunt ſingula, multa iuuant. & ſecundum iſtam opinio. conſuluit Socin. in conſilio liiij. in tertio volumine. ſequuntur Moder. Senen. in tract. de indic. & tortu. ſecunda colum. quod maximè concedendum eſt in caſu præmiſſo, data atrocitate criminis parricidij, in quo ſumus, per text. in l. prima. ff. ad leg. Pomp. de parri. & in l. prima. C. eod.
23 titu. in quo quidem delicto propter eius † immanitatem iura nouum genus pœnæ excogitarunt, videlicet quòd condemnatus de huiuſmodi crimine, inſutus culeo cum gallo gallinaceo, vipera & ſimia, & inter tales ferales beſtias comprehenſus proiiciatur in mari, vel in flumine, vt omnium elementorum vſu viuus careat, & ei cælum ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur. & ſic iſtam pœnam ponit Imperator in delicto iſto parricidij. in §. alia. Inſtitut. de public. iudic. & in l. prima. C. ad leg. Pompe. de parricid. Nec in aliquo ex defenſionibus præfati Ioan. inquiſiti adparent in aliquo indicia, de qua ſuprà, nec aliquod ex eis euacuatum per prætenſas probationes, quæ prætenduntur factæ ad defenſionem ipſius inquiſiti, cùm aduerſus ipſum ſint, prout manifeſtè adparent indicia vrgentiora. & ideò dixit Bartolus in l. prima §. ad quæ-
24 ſtionem. verſic. nec facile. ff. de quæſtion. † quòd quando torquendus habet aliqua indicia pro ſe, illa indicia quæ vrgent contra ipſum, debent eſſe magis vrgentia, ita quòd præponderent, adeò vt ad torturam deueniri poſsit. Idem referunt & ſequuntur Moder. Senen. in tracta. de indic. & tortur. in v. chart. in verſic. circa quintam quæſtionem. in ver. illud eſt bene not. Ex quibus omnibus cùm materia indiciorum ſit arbitraria, vt dixit Bartol. in l. fina. ff. de quæſtionib. Bal.
25 in l. vnica. C. de confeſsis. col. vj. † Ioan. Andr. in cap. cùm in contemplatione. de regulis iuris. conſulo partes Curiæ Comitalis terræ Sinopolis eſſe in ſubiiciendo prædictum Ioannẽ ſocerum, quæſtionibus & tormentis, ad eruendam eius cōfeſsionem ſuper delicto prædicto, de quo inquiritur, iuris tamen forma ſeruata. Et huius voti ſum, prout ita iuris eſſe arbitror ego, Thomas Grammat. de Neap. Vtriuſque Iuris Doct. In cuius fidem propria manu ſubſcripſi, & ſigillo quo in ſimilibus vti conſueui, præſens Conſilium ſignatum tranſmitto.

### Svmmarivm.

1 *Teſtis deponens ſe vidiſſe de nocte hominem committere maleficium, niſi adiiciat ad lumen lunæ, vel accenſo igne, non probat.*

2 *Teſtis criminoſus, ſeu in peccato mortali, repellitur à teſtimonio.*

3 *Teſtes criminoſi aut infames non ita paſſim & indiſtinctè admitti debent, niſi cum tortura.*

4 *Teſtes aliàs non integri ſeu inhabiles admittuntur, vbi veritas aliter haberi non poſſet, debet hoc intelligi, dummodo ante omnia ſit articulatum & probatum, quòd veritas aliter haberi non poſſet, niſi ab illis, vbi etiam vide quãplures limitationes ad hoc & nu. 5.*

6 *Iniuria facta vni de agnatione, toti agnationi facta videtur, & agnati ipſi videntur in cauſa propria teſtificari & num. 7.*

8 *Inimicitiæ iuſta cauſa vbi ſubeſt, etiam quòd inimicitia non probetur in teſte. ſemper repellitur. etiam ſi teſtes ipſi atteſtarentur nullam ſubeſſe inimicitiã. & nu. 9.*

10 *Idem dicendum de inimico præſumpto, quod de inimico vero.*

11 *Teſtes viles & pauperes non probant. & num. 12.*

13 *Verba geminata principis demonſtrant latiſſimam & enixam voluntatem ipſius.*

14 *Motu proprio dicitur conceſſum per principem id, quod eſt propter bene merita conceſſum, licet non fuerit expreſſa clauſula motu proprio.*

15 *Principis aſſertioni ſtatur, quòd conceſſerit aliquid propter benemerita: licet de benemeritis probetur.*

16 *Meretrix dicitur mulier, quæ nunc ingreditur vnam domum, nunc aliam: & pariter illa quæ recipit pecuniam pro copula carnali: & pariter vbi teſtes deponunt ſe ſcire quòd eſt meretrix.*

17 *Teſti deponenti de eo quod ipſe fecit, ſtatur, etiam ſi eſſet infamis. & num. 18.*

19 *Reſcriptum ſeu priuilegium continens plura capita, quorum alterum eſt ſubreptitium, & alterum verum, ſuſtentabitur ex capite vero: licet aliud fuerit ſubreptitium.*

20 *Conceſſum ſi fuit alicui quod maius eſt, videtur multò magis conceſſum id, quod minus eſt.*

21 *Princeps dum narrat ſe conceſſiſſe cum deliberatione ſui adſiſtentis conſilij, non poteſt cogitari, quòd error interuenerit.*

22 *Princeps tunc dicitur facere ex certa ſcientia, quando dictam clauſulam ponit in priuilegio.*

23 *Priuilegium principis non eſt abſurdè interpretandum, ſeu obſcurè. ſed ſanè & propriè. & verba adpoſita per ipſum principem in priuilegio, non debent tenaciter interpretari, & ſunt conformanda æquitati, licet verba ipſius non patiantur. & nu. 24.*

25 *Principis beneficia ſunt latiſſimè interpretanda, maximè contra ipſum principem concedentem.*

## CONSILIVM LVIII.

Redemptoris gentium ſuffragio petito, A-
men. In cauſa Io. Dominici Mele de Nea-
poli, inquiſiti de ingreſſu domus cuiuſdam
nobilis de nocte, & attentatu pudicitiæ Y-
ſabellæ filiæ naturalis tantum eiuſdem nobilis, pro-
ducuntur mater ipſius Yſabellæ querulantis, & Ca-
milla ſoror eiuſdem in teſtes, deponentes cognouiſſe
eundem Ioan. de nocte hora vj. noctis ad vocem, & ex
quo lucebat aer. liquet enim ex medicorum ſeu phyſi
corum extante teſtium depoſitione, quòd eo tempo
re contento in inquiſitione, & depoſitionibus teſtium
productorum ad inſtantiam fiſci, luna non lucebat,
nec per multos dies antea, nec poſt, ſed noctes fuerãt
1 obſcuræ: ex quo† ſuccedit non tenere depoſitionem
præfatorum teſtium, per not. per Bald. & Angel. in l.
ſi cùm exceptione. §. in hac. ff. quod met. cau. & in cap.
primo. §. porrò. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. &
in l. Arethuſa. ff. de ſtatu homi. & in l. de quibus. ff. de
legib. & in repet. l. j. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur.
& in l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſſunt. in qui-
bus Bald. refert pro hoc Oldra. euaſiſſe inquiſitum de
homicidio, ex quo teſtes depoſuerunt cognouiſſe ho-
minem illum inquiſitum de nocte. Idem tenuit An-
gelus in l. j. §. interdum. ff. ſi pars hæred. peta. Iaſon in
l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. idem Angelus in conſil.
cxciiij. incipien. viſis proceſsibus. & columna iij. & in
tract. maleficiorum, in verſicul. comparent. Cæpol. in
conſilio xxxij. columna iiij. Ioan. de Ana. in c. primo.
j. col. de ſortil. Præterea præfata mater nomine Mar-
tia, eſt concubina patris ipſius Yſabellæ querulantis,
2 & † ſic criminoſa, & in peccato continuato, & teſtis
criminoſus non admittitur in teſtẽ in criminalibus,
cùm propter crimen euadat vilis. l. prima. C. vbi ſena.
vel clariſſ. ita Bald. in authen. ſi dicatur. circa finem. C.
de teſtibus. per Bal. in l. cunctos populos. j. colum. C.
de ſumma trinitate, & fide catholica. vbi etiam Iaſon
in fine. Abb. in cap. teſtimonium. de teſtibus. Et qua-
tenus diceretur, quòd criminoſus admittitur in ſubſi-
dium, quando veritas aliter haberi non poteſt, maxi-
mè in his, quæ fiunt de nocte, in quibus non conſue-
uerunt plures intereſſe: reſpondetur, quòd in caſu, in
quo teſtes infames ſeu criminoſi admittuntur, non ita
ſimpliciter & indiſtinctè admitti debet, niſi cum tor-
3 tura. † dixit Barto. in l. ob carmen. ff. de teſtibus. quem
ſequitur Franciſ. de Aret. in dicto cap. teſtimonium.
extrà eodem titulo. & quando concurrit vilitas & in-
honeſtas, prout in caſu præſenti: & ſecus eſſet in eo,
qui non eſſet turpis ratione ſui delicti ſeu criminis.
Ita concordat Bartolus, in hoc ſibi contrarius: in l. ex
libero. ff. de quæſtionibus. & ideò dixit pulchrè Alber.
de Male. in ſuo tractatu de teſtibus. colum. xxv. quòd
in quantum dicatur, quòd teſtis infamis admittitur in
criminalibus in ſubſidium, debet intelligi cum gra-
no ſalis, videlicet cum tormentis. & idem voluit Sa-
lycet. in dicta l. cunctos populos. & Alexand. in con-
ſilio xj. j. volum. Item & ſecundò regula ipſa, quòd
vbi veritas aliter haberi non poteſt, in ſubſidium ad-
mittantur teſtes aliàs nõ integri, ſeu inhabiles, debet
intelligi, dummodo ante omnia ſit articulatũ, quòd
4 † veritas aliter haberi non potuiſſet: aliàs non poſſent
teſtes inhabiles admitti. Ita conſuluit Alexand. in ſuo
conſilio lxiiij. incipiente, viſo themate. in primo vol.
vltima columna. vbi pulchra ad hoc adducit. & idem
conſulendo tenet Marſil. in ſuo conſilio xxxj. nu. 33.
primo volumine. & conſilio xlj. numero 6. & conſil.
lxxx. numero 62. ſed hic deficit huiuſmodi poſitio &
probatio, ergo &c. Item & tertiò ex alio non debue-
runt, nec potuerunt teſtes ipſi admitti: quia in cauſa
ipſa fuit proceſſum, & proceditur ad querelam: & vbi
5 proceditur per inquiſitionem, recipiuntur † teſtes in-
habiles: ſecus vbi proceditur ad querelã. vt dixit Ang.
in tracta. malefic. in verſic. *metitor de mal dadi*. prima
colum. poſt Innoc. quem ipſe refert in cap. I. & A. de
re iudi. vbi dicit Innoc. quòd in cauſa inquiſitionis,
etiam criminoſi recipiuntur, & idem tenet Angel. in
tracta. malefic. in verſic. qui iudex ſtatuit terminum
ad opponendum. & conſuluit Marſil. in conſil. v. in
antepenul. colum. & ideò dixit glo. in l. etiam. de pro-
ba. quòd iudex poteſt recipere teſtes inhabiles ad ſui
informationem, & ſic ex officio. Idem refert & ſequi-
tur Pet. de Monforte, doctor antiquiſsimus in conſti-
tutione regni, proſequentes. ſub titu. de pugna. ſubla.
Præterea & quartò, præfati teſtes non poſſunt, nec
debent admitti in criminalibus, in quibus ſumus ra-
6 tione affinitatis ſeu † conſanguinitatis: vt per tex. ibi
communiter doct. in l. parentes. & in l. eos. C. de teſt.
& in l. teſtis idoneus. ff. eodem titu. & voluit Spec. in
titu. de teſte. §. primo. verſic. item, quod eſt parens. &
ibi Ioan. Andræas in addi. Paul. de Caſt. in l. fin. C. de
proba. Bartol. in l. aut affinitate. ff. de procur. Abb. in
cap. coram. ſecunda colum. extrà de offic. deleg. Alex.
conſilio xlv. in ſecundo volum. & conſil. xiij. j. volum.
Marſil. in conſilio xxxj. & conſi. lxxvj. primo volum.
Ioan. de Imo. in l. qui teſtamento. ff. de teſtam. maxi-
7 mè, quia † iniuria facta vni de agnatione, dicitur toti
agnationi facta, & iniuria communis dici poteſt. &
ſic videntur in cauſa propria teſtificari, vt probat be-
ne text. in l. vnica. C. de rap. virgi. vbi Bald. not. in v.
not. & tenet etiam Bartol. in l. lex cornelia. ff. de in-
iur. voluit Salyce. in l. parentes. C. de teſtib. Anton. de
Butr. & poſt eum Felyn. in capit. cùm oporteat. de ac-
cuſ. in tertia colum. & conſuluit Decius in conſilio
cxxxj. primo volum. & licet non videatur iniuriata
tota agnatio, quantum ad hoc, vt cuilibet competat
actio iniuriarum, tamen intelligitur facta toti agna-
tioni, quantum ad hoc, vt nemo de dicta agnatione
poſsit in cauſa ipſa teſtificari pro conſanguineo in-
quiſito de crimine: per dictã l. lex cornelia. & ibi Bar-
tol. poſt glo. idem voluit Bartol. in l. cùm ſcimus. C. de
agri. & cenſi. libro xj. Baldus in l. vnica. C. ſi quacun-
que prædi. poteſt. & plene Iaſon in l. ſi ita ſtipulatus. §.
Chriſogonus. ff. de verbo. obligationi. penul. colum.
Item & ex alio teſtes ipſi mater & ſoror non pro-
8 bant, cùm ſubſiſtat iuſta cauſa inimicitiæ † ex iniuria
prætenſa querulata contra præfatum Ioan. Domini-
cum inculpatũ de aggreſſura præfata in propria do-
mo de nocte, & vbi ſubeſt iuſta cauſa inimicitiæ, etiã
quòd non probetur inimicitia in teſtibus, ſemper re-
pelluntur teſtes, etiam ſi ipſimet atteſtarentur nul-
9 lam habere inimicitiam: † ita dixit Innocen. in cap.
cùm I. & A. de re iudi. in fin. Bald. in l. præſcriptione.
C. ſi contra ius vel vtili. public. penultima columna.
& in authen. ſi dicatur. C. de teſtib. Abb. in cap. repel-
lantur. & in cap. cùm oporteat. de accuſ. Bal. in conſi.
cccxvj. incip. præſuppoſito. in iiij. volum. Alexan. in
conſil. clxxiiij. incipien. viſa inquiſitione. primo vol.
& conſil. xcix. eod. volum. Et idem iudicandum eſt de
inimic



inimico præſumpto, quod de inimico vero: maximè
in recipiendis teſtibus, in quibus idem operatur ini-
10 micitia præſumpta quod operatur & † vera: ſecun-
dum Innocent. in præfato cap. cùm I. & A. Bart. in l. j.
ad fin. C. de his, quibus vt indign. & Bald. referens
Inno. in præfata l. præſcriptione. & in authen. ſi verò
dicatur. C. de teſti. Itẽ & ſextò, quòd teſtes inhabiles
ſeu non integri admittantur, vbi veritas aliter haberi
non poteſt in ſubſidium, debet intelligi, dummodo
non ſint partes principales, aut inimici, & ſic huiuſ-
modi inhabilitate attincti, quòd non poſsint de iure
recipi, Sed intelligi debet de aliis inhabilitatibus ra-
tione defectus perſonæ, ſeu ætatis, infamiæ, aut ſexus,
vt patet ex not. doctrina Salyc. in l. ea quidem. quin-
quageſima col. verſi. ad tertiam. C. de accuſ. vbi dicit,
quòd quando veritas aliter haberi non poteſt à teſti-
bus integris, tunc admittuntur teſtes minus integri.
& ponit exemplũ in ludente in barataria ſeu in pro-
ſtibulo, & in decepto in ludo cum falſis taxilis. Nam
vt veritas adpareat, poterit id probari per lenones,
meretrices, aut baratarios, qui ibi veriſimiliter inter-
fuerunt. Idem tenet Angel. in tractatu maleficiorum,
in verſic. *metitor de mal dadi*. refert & ſequitur Alex.
de Imol. in conſilio lxiiij. incip. viſo themate. prima
colum. j. volum. & pariter vbi induceretur teſtis mi-
nor vigintiquinque annis. qui aliàs non debet recipi
in criminalibus, vt in l. teſtium. ff. de teſtib. tamen in
ſubſidium, & vbi veritas aliter haberi non poteſt, ad-
mittetur. Ita Ioan. Andræas in addition. Specul. in tit.
de teſte. §. primo. verſiculo, item excipitur, quòd eſt
impubes. & pariter in muliere, quæ licet non admit-
tatur in criminalibus, per capitulum mulierẽ. xxxiij.
quæſtione quinta. & per cap. forus. de verborum ſigni
ficatio. dico de iure canonico, tamen in ſubſidium ad-
mittitur. Ita Ioannes Andr. vbi ſuprà, in verſicu. item
quòd eſt mulier. & pariter in laico contra clericum
in cauſa criminali. Nam licet non admittatur, per c.
ſi qui. ſecunda quæſtione, vij. & cap. veniens. el primo
de teſtib. tamen vbi veritas aliter haberi non poteſt,
poterunt laici admitti contra clericũ. Ita voluit Abb.
in cap. de cætero. j. colum. extrà de teſtib. & ita in par-
ticulari exemplificando, conſuluit Alexan. in præfato
conſilio lxiiij. in primo volum. & plenè in conſil. clj.
& cliij. vbi pleniſsimè. in v. volum. & Franc. de Aret.
in conſil. xiij. Vltimò liquet, quòd omnes teſtes præ-
11 fati, & alij examinati pro † querulante, contra præfa-
tum Ioan. Dominicum, ſunt viles & pauperes, vt ple-
nè probatum eſt, quo caſu eis credendum non eſt. l.
tertia, in princip. ff. de teſtib. & in cap. in literis. extrà
eodem titu. Specul. in tit. de teſte. §. j. verſic. itẽ quòd
eſt pauper. Ex quibus quidem clara reſultat cõcluſio,
12 quòd vbi teſtes patiuntur † plures exceptiones, eo ca-
ſu non admittuntur etiam in caſibus, in quibus veri-
ſimiliter veritas aliter haberi nõ poſſet, quàm ab eis.
Ita rectè intuenti adparet conſuluiſſe Soci. in conſil.
cxviij. incipien. viſa. in antepenultima col. verſic. po-
ſtremò. j. volum. Barbat. in conſilio lxv. ſapienter. in
quarto volum. Marſil. in conſil. cij. vltima colum. ſe-
cundo volum. & quòd patiantur plures exceptiones,
liquet, nam probantur viles & pauperes. Item con-
ſanguinei & affines. item deponunt cognouiſſe homi-
nes de nocte luna non lucente, vt phyſici teſtati ſunt.
Item adparent concubinarij, & ſic criminoſi. Item
conuincuntur cum coartata, quòd ea nocte ibi Ioan.
Dominicus eſſe non potuit. Et hæc ſufficiant quo ad
euacuationem inquiſitionis, quòd de nocte aſcẽderit
per ſcalã, & ingreſſus fuerit domum & camerã ipſius
querulantis puellæ. Quò verò ad priuilegium indul-
tus Cæſarei eidem indultũ, pro pluribus delictis, aliàs
commiſsis per præfatum inquiſitum, quòd prætendi-
tur impugnari per Regium procuratorẽ fiſcalem tan
quam ſubreptitiè & obreptitiè obtentum, dum in eo
expoſitum fuerit de vulnere illato illi de Ianarella,
necnon & Ioan. Baptiſtæ lopes fuiſſe vim vi repellen-
do, & tamen dicitur illos fuiſſe aggreſſos per præfatũ
Ioan. Dominicum, quod quidem licet non adpareat
ita fuiſſe, attamen dato abſque veri præiudicio, quòd
ita adpareret, dicitur quòd cùm totum hoc partes re
miſerunt, & indultus etiam fundatur ſuper partium
remiſsione ac ſeruitiis præſtitis per eundem Ioann.
Dominicum in obſidione Neapol. contra Gallos, &
inimicam ligam, & etiã in obſidione Florentiæ, nec-
non & in bello contra Turcas in partibus Alemaniæ,
quo caſu dum Cæſar noſter deliberauerit gratificari
eidem Ioan. Dominico, expreſsit inſuper in indultu
præfato pluries reiterãdo ſe concedere abolitionem
dictorum criminum, & aliorum quorumcunque cri-
13 minum, † debent verba ipſa latiorem effectum indu-
cere, quia oſtendunt ipſius principis diſponentis la-
tiſsimam & enixam voluntatem, per textum valde
ſing. in l. baliſta. ff. ad trebellia. glo. in cap. ex eod. ver.
vt omnia & ſingula. de elect. in vj. gloſſ. in clement. j.
in verſi. quibuſcunque. de iudic. glo. in l. cùm pœna.
in glo. ibi dum dicit, quocũque modo. ff. de arbi. Inde
ſuccedit, quòd cùm adpareat principem intuitu me-
ritorum ſeruitiorũ præſtitorum per ipſum Ioan. Do-
minicum, conceſsiſſe dictum indultũ, videtur eo caſu
etiam motu proprio ipſius principis conceſſum, licet
14 † motus proprius expreſſus non fuerit. Ita dicit Guli.
de Cun. in l. iij. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris.
argum. l. ſi vero non remunerãdi. §. idem Papinianus.
ff. mand. ſequitur Alex. reputando hoc menti tenen-
dum in dicta l. iij. in princip. Alberi. de Roſa. in l. j. ff.
eod. tit. in princip. v. colum. vnde infertur, quòd cùm
videatur conceſsiſſe motu proprio, extenditur gratia
vltra præſumptam intentionem ipſius principis con-
cedentis. text. eſt in clemen. ſi romanus. de præbend.
& in l. qui autem. ff. ſi quis cau. Et eſt aduertendum, ꝙ
quatenus indultus fuerit conceſſus propter ſeruitia,
& ſic benemerita, ſtandum eſt aſſertioni ipſius prin-
15 cipis concedentis. † & vltrà, quòd cùm in proceſſu li-
queat de ſeruitiis præfatis præſtitis, ipſis decurioni-
bus aſſerentibus propter benemerita & ſeruitia ali-
cui aliquid conceſsiſſe, ſtetur eorum aſſertioni. vt di-
cit Barto. in l. ambitioſa. colum. xj. ff. de decret. ab or-
din. facien. ſecundum quem conſuluit Deci. in conſil.
cxc. iiij. colum. j. volum. & in conſilio xxxiiij. incip.
conſultus. iiij. volum. ergo multò fortius ſtari debet
dicto principis, propter ſeruitia aſſerendo ſe conceſ-
ſiſſe, clem. j. de probat. cũ vulga. Nec minimè ex præ-
miſsis poſſet de ſubreptione ſeu obreptione redargui
prætextu violentię cõmiſſæ in Cubell. de nocte, cùm
fuerit dictum violentiam commiſiſſe cuidam ſcorto
nomine Cubella, & tamen adparet, quòd erat coniu-
gata, & virum habebat, & habet, & ſic non videtur, ꝙ
ſit meretrix, Nam præmiſsis datur facilis reſponſio,
videlicet quia ipſa Cubella adportatur ac defertur
per eius honoratum virum cuicunque volenti ipſam

carnaliter cognoſcere, vſque ad proprias domos ean
dem cognoſcere volentium, vt probatum eſt, & ſic
dum mulier nunc vnam domum, nunc aliam ingre-
16 ditur, dicitur meretrix: † ita dicit Ange. in l. ſi qua illu
ſtris. C. ad orfi. cuius lecturam manupropria eiuſdem
Ang. teſtatur vidiſſe Bertha. in reper. ſuo in verſiculo,
meretrix. & maximè dum adparet ipſam Cubellam
recepiſſe pecuniam pro meretricio, vt dicit Bald. in
l. idem. ff. de condiction. ob turpem cauſam. & etiam
adparet per teſtes deponentes ſe ſcire, quòd eſt mere
trix: vt dixit Baldus in l. j. C. de collu. dete. & licet ſit
vnus teſtis nobilis aſſerens, quòd ducta ad eius domũ
per eius virum, poſtquã cum ea coiuit, ſibi pecuniam
erogauit, adparet quòd ſit vnicus teſtis circa eroga-
tionem pecuniæ: attamẽ quia teſtificatur de eo, quod
17 ipſe fecit, ſtandum eſt eius dicto: licet vnico teſti † Ita
voluit Paul. de Caſtro, in l. quicunque. vltima colum.
C. de ſeruis fugitiuis, & in l. ſeruos. C. de teſtib. & con-
ſuluit Paul. de Caſtro, in conſil. cccxxix. incipien. viſa
petitione præfata imò plus, etiam ſi talis teſtis vnicus
deponẽdo de eo, quod ipſe fecit, eſſet infamis de iure
18 adhuc ſibi credendum eſt. Ita ſingulatiter † dixit Paul.
de Caſtro. in l. ij. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. in §. ſi ab-
ſens. & ibidem Alexan. & ſequitur Iaſon in l. cunctos
populos. C. de ſumma trinitate & fide catholica. pe-
nultima colum. Et ſic licet poſſet abſque veri præiudi
cio, dici aliquod caput ſubreptitium ſeu obreptitium
in reſcripto ſeu priuilegio: attamen quando in eo ad-
paret aliud caput verum, ex illo capite vero ſuſtenta-
tur & validatur: nec vitiatur ex capite ſubreptitio vel
19 obreptitio. † text. eſt in cap. ſi eo tempore. de reſcri-
ptis. quem ad hoc extollit Abbas in cap. ſedes. de re-
ſcriptis in vj. & in cap. cæterum. eodem tit. lo ſecundo
& ideò dixit Anton. de But. Imo. & Domi. in cap. con
ſtitutus. de reſcript. quòd dum Papa reſcripſiſſet, vt
quidam admitterẽtur ad ſocietatem tertij ordinis in
hoſpitali de pœnitentia Florentiæ, & prouideretur
ſibi de bonis hoſpitalis, tanquam vni ex aliis, ſi tamen
hoſpitale non habeat bona, tenebit tamẽ reſcriptum,
& recipietur ſeipſum alimentaturus. Item in dicto
priuilegio indultus caſſantur omnes contumaciæ, cri-
mina & foriudicationes fortè ſequutæ, & tamen ma-
ior pœna nõ reperitur foriudicatione, per quam bo-
na publicantur, & infamis foriudicatus euadit. Et in-
ſuper poteſt impunè occidi per conſtitutiones regni:
& ſic cùm in priuilegio ipſo liqueat eſſe conceſſum
id, quod eſt maius, videtur etiam quod minus eſt fuiſ-
ſe conceſſum. regula l. in eo, quod plus ſemper ineſt
20 † quod eſt minus. ff. de regulis iuris. & facit bene, ꝙ
qui poteſt id, quod eſt plus, poterit etiam id, quod eſt
minus. dixit Bartol. in l. ij. ff. de iur. omnium iudic. &
ſic concluditur, quod optime ſuffragatur indultus,
cùm in eo longè maius quàm petitum fuit, cõceſſum
extiterit, & maximè adparente conceſsione ipſius in-
dultus facta ex certa ſcientia, & cum deliberatione
adſiſtentis cõſilij: quo caſu non poteſt cogitari, quòd
21 error interuenerit, † vt Bartol. & omnes in l. ſed & ſi
quis. §. fin. ff. ſi quis cautio. & in l. fin. de condict. inde.
Et dicitur tunc princeps ex certa ſcientia quid feciſſe,
quando ipſam clauſulam ex certa ſcientia poſuit in
priuilegio. glo. eſt in clemen. & ſi principalis. in glo. ſi.
de reſcript. & in cap. ſtatutum eod. tit. in vj. docto. in
cap. paſtoralis. de offic. delegati. & præſertim proce-
dunt præallegata, vbi in principe præſumi poteſt ali-
qua ſubſiſtentia cauſæ, vt dicit Ant. de Butr. & Imo.
in capit. nam concupiſcentiam. extrà de conſtitutio.
22 † & ſic ſatis videtur cauſa ſubſiſtere in caſu de quo
agitur, dum propter merita & ſeruitia adpareat facta
conceſsio. & ideò non ab re dixit Bald. in l. ſecunda
23 quarto nota. C. de legibus. quod † priuilegium princi-
pis non eſt obſcurè ſeu abſurdè interpretandum, ſed
ſanè & propriè. & alibi dixit gloſſ. in cap. allegant. in
verſic. tenax. xxvj. quæſtio. viij. quòd verba poſita per
principem in priuilegio, non debent tenaciter aut
ſtrictè interpretari. hinc dixit glo. in capit. paratus. in
glo. tertia. xxiij. quæſtione j. quòd verba in priuilegio
principis poſita debemus conformare æquitati, licet
etiam verba hoc non patiantur. idem tenet Oldr. in
conſilio cclxviij. incip. quæſtio eſt, vtrum per priui-
25 legium. maximè quia † beneficia principum ſunt latiſ-
ſimè interpretanda, præſertim contra ipſum princi-
pem concedentem. glo. eſt not. & ibi Bald. in l. bene-
ficium. ff. de conſtit. princ. & in l. nec auus. & ibi Bald.
C. de emancip. lib. & in l. cùm filius. de teſtam. milita.
& pulchrè Innoc. in cap. cùm dilectus. de donat. & in
cap. cùm olim. de verborum ſignifi. Ex quibus omni-
bus & eorum ſingulis venit Ioannes Dominicus ipſe,
cùm ſatis grauatus fuerit, rationabiliter abſoluendus
Et ita conſulo iuris eſſe ego,

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes coniurati admittuntur ad probandum coniura-
tionem.*
2 *Socius criminis an probet contra ſocium in furtis, vide
pro & contra. & tandem quòd non. & nu. 3.*
4 *Latrones dicuntur, qui in ſtratis publicis aggrediuntur
homines, & ipſos violenter ſpoliant & furantur.*
5 *Teſtis & principalis in cauſa propria quis eſſe nõ poteſt.*
6 *Socius criminis confeſſus de alio, eius dictum non ſufficit
ad torturam contra illum.*
7 *Teſtis interrogatus de ipſo, & de alio, ſtatur primæ de-
poſitioni, licet contrarium depoſuerit ſecundo loco in
tormentis.*
8 *Iudex debet in genere interrogare delinquentem & ne-
minem ſibi nominare, aut ſuggerere, aliàs nihil pro-
baret quod reus diceret contra illum ſibi nominatum.*
9 *Teſtator non debet interrogari per notarium, an faciat
talem hæredem. ſed debet expectare notarius quòd te
ſtator ex ſeipſo hæredem ſibi nominet.*
10 *Sileant qui ſcripta diſcurrunt, & propter frigiditatem
ſtomachi, ea digerere non poſſunt. & nu. 11.*
12 *Teſtes inhabiles in caſibus in quibus admitti poſſunt, non
eſt intelligendum, vt plenè probent. ſed ſolùm vt fa-
ciant qualemqualem probationem. & quando & quo
modo teſtes inhabiles admitti debeant, quando veri-
tas aliter haberi non poteſt. vide vſque ad nu. 17.*
17 *Socius criminis probat plenè contra ſocium in latrocinio,
non autem in furto.*
*Coniurationis pœna eſt vnius libræ auri. ibidem.*
18 *Separatorum ſeperata debet eſſe ratio.*
19 *Argumentum bonum & bonus modus arguendi in diſpu-
tando allegationibus aduocatorum dum reſpondetur,
quod longè differt caſus noſter ab iſto, quẽ allegatis,
& maximè, vbi inter vnum caſum & alium ratio di
uerſitatis reddi poteſt.*
20 *Coniurati admittuntur teſtes, volente illo, cui actus cri-
minoſus nocet, & non aliter.*
*Pars cui actus criminoſus nocet, poteſt iahnbilitati te-
ſtium renuntiare.*



## CONSILIVM LIX.

REdemptoris gentium præſidio petito, A-
men. Viſo præſenti proceſſu mihi tranſ-
miſſo per Illuſtriſ. Principiſſam Franchæ
villæ ſuper inquiſitione furti, formata
aduerſus Bartholomeum Ingaldum de ciuitate Iſcle,
de ſcutis ccc. venerabilis Capellani Illuſtriſ. do. Mar-
chioniſſæ Piſcarien. in qua capta informatione per
Capita. ciuita. Iſcle contra Anto. fratoppinum vnum
ex furibus & confeſſum, necnon & Ioann. Anton. de
Puteo, ſimiliter furem, fuit per eoſdem fures confeſ-
ſatum tam extra torturam, quàm in tortura, pecunias
præfatas furto ſubtraxiſſe, & partem eiuſdem pecu-
niæ dediſſe, ſeu accommodaſſe eidem Barthol. vide-
licet præfatus Fratoppinus depoſuit cõſignaſſe eidem
Barthol. Ingaldo, ſcutos xxviij. & præfatus Ioan. Ba-
ptiſta depoſuit ſimiliter dediſſe in cuſtodiam eidem
Bartolo. ducat. xxx. verùm nemo ex eis nominauit
alium, in conteſtem, ſed vnuſquiſq; deponit de ſeipſo,
nec adparet, aut nominant aliquem teſtem interue-
niſſe in aliqua ex præmiſsis conſignationibus: verùm
vnuſquiſque ipſorum perſeuerando in faciem præfati
Bartholo. idem affirmarunt, & cùm aliàs reperiatur
tempore præterito Barthol. præfatus de vulnere com
poſitus, ac etiam aliàs, quia de nocte repertus fuiſſet
armatus contra bannum, & ex hoc carceratus carce-
rem fregerat, & aufugerat, & compoſitus de præfatis
fuiſſet Magnific. Capita. Iſcle prætendens ex præmiſ-
ſis præfatum Bartolo. malæ famæ, tum etiam fundan-
do, quòd vbi veritas aliter haberi non poteſt, admit-
1 tantur teſtes inhabiles & criminoſi: † & inde ſubdit
Capita. ipſe, quòd coniurati admittuntur ad proban-
dum coniurationem, per text. in cap. fin. de teſtib. co-
gen. & per Bald. in l. quoniam liberi. C. de teſtib. pro-
ceſsit ad torturam contra ipſum, ſicque requiſitus ac
rogatus à præfata Illuſtriſsima domina Principiſſa, vt
quid ſuper caſu præmiſſo, ac illata tortura ſentirem,
ſuæ Illuſtriſsi. dominationi reſcribere debuiſſem. Et
vltra præmiſſa alleg. per præfatum Capita. & V. I. D.
aprutinæ prouinciæ, allega. inſuper ad dictam tortu-
ram proceſsiſſe ex alio fundamento inſipido, & non
ſubſiſtente, videlicet, quòd ſi tres latrones virtute ca-
pituli Regni, ſufficiunt ad condemnationem nomi-
nati per eos, vt in cap. regni. quod incip. Carolus &c.
frequens & ineffrænata. ſub rubric. de teſtimonio pu-
blicorum diſrobatorum contra participes, &c. ergo
duo ſufficere debent ad illum nominatũ per eos tor-
quendum, ſicq; torſit: quæ quidem in caſu præmiſſo.
perquam dura fuit ſententia, & nullatenus ad caſum,
de quo quæritur, adaptari poteſt ex infrà ſcriptis. Nã
licet aliàs ſocius criminis non probet contra ſocium:
2 hoc enim eſt ſpeciale in furtis, † vt dicit Bartolus in l.
repeti. §. j. ff. de quæſtion. bene tamen verum eſt, quòd
hæc opinio non videtur vera in furto propriè lo-
quendo. ſed bene in latrocinio, vt infrà patebit. Et ꝙ
hoc ſit verum, patet per glo. in l. fin. C. de accuſat. quæ
licet enumeret caſus, in quibus ſocius criminis admit-
titur contra ſocium, inter eos non exemplificat fur-
tum, nec caſum furti, & pariter Specul. in titul. de ac-
cuſatio. §. j. & in titul. de teſte. in quibus locis enume-
rat caſus, vbi ſocius criminis admittitur contra ſociũ,
3 † & tamẽ nõ ponit cauſum furti, nec alius doctor repe
ritur, qui id dicat, niſi Bart. & in trãſcurſu verborum.
Et quòd rectè intuenti ipſum intelligendo, ſecundum
iura quæ ipſe allegat, prout ita intelligi debet, loquũ-
tur iura illa in latronibus, & non in furibus, vt patet
per text. in l. Diuus Adrianus. ff. de cuſt. reo. ibi in ver-
ſiculo, latrones, & multum differunt latrones à furi-
4 bus, † cùm latrones dicantur, qui in ſtratis publicis
aggrediuntur homines, & violenter ſpoliant, & fu-
rantur, aut occidunt: fures autem ſunt, qui occultè &
clam furta committunt, vt habetur in l. capitalium.
§. famoſos. ff. de pœn. & dixit Salyce. in l. fina. ſecunda
colum. C. de accuſat. & habetur in authen. ſed nouo
iure. & ibi per Bartol. C. de ſer. fugit. Abbas in cap. ex
parte. de teſtib. & ita intelligitur. l. prouinciarum. C.
de ſer. quæ vtitur verbo, latronum. Nec eſt mirãdum,
ſi latrones poſſunt de ſociis interrogari, ex quo eorum
delicta non committuntur abſque ſociis, vt dicit Sa-
lycet. in dicta l. finali. Ita in propriis terminis conſu-
lendo tenet Marſil. in ſuo conſilio xxij. in iiij. column.
incipien. gratia domini ne me deſerat, viſis igitur in-
quiſitione, &c. & optimè ſuffragatur præmiſsis capi-
tulum regni, ſuprà relatum, maximè in eius rubrica,
dum dicit, de teſtimonio publicorum diſrobatorum
contra participes &c. quod quidem applicari non po-
teſt ad caſum noſtrum, cùm fuerit ſimplex furtum
clàm & occultè commiſſum: & non fuit latrocinium.
Item & ſecundò & fortius adparet ex tenore capituli
præfati, quòd ad hoc vt latrones tres inducant pro-
bationem contra nominatum per eos, requiruntur
plura concurrere, & maximè principaliter, vt quili-
bet ipſorum latronum de confeſsione ſeu depoſitio-
ne alterius ſit ignarus, & notitiam aliquam particu-
larem minimè habuerit: & iſti, vt audio, nedum ſem-
per inſimul ſteterunt, ac permanſerunt in vno & eo-
dem carcere, verùm etiam in eiſdẽmet compedibus,
vnde poterunt bene adinuicem concertari. Item
& tertiò requiritur ex tenore capituli præfati, vt fue-
rint inſimul bene concordes in eorum dictis, quod
non eſt in caſu præſenti, nam quilibet deponit de ſe-
ipſo, & de pecunia aſsignata per ſeipſum eidem Bar-
tholomæo, & ſic neuter ipſorum deponit de pecunia
aſsignata per alium ex ipſis, & ſic ſuccedit, quòd nemo
5 ex ipſis poteſt eſſe principalis, & teſtis in cauſa † pro-
pria. l. omnibus. C. de teſtib. l. nullus. ff. eodem titu. &
voluit Specul. in titu. de teſte. §. j. verſic. Item quòd eſt
teſtis in re ſua. nam vt ſuprà dictum eſt, vnus ex eis de
poſuit dediſſe eidem Bartholomæo ſcutos xxviij. &
alius depoſuit, quòd ipſe aſsignauit eidem Bartholo-
mæo duc. xxx. Item & quartò requiritur ex tenore
capituli præfati, vt præfati latrones in eorum confeſ-
ſione perſeuerẽt: quod non fuit in caſu præſenti. nam
Ioã. Baptiſta per prius negauit dicendo ſe nihil dediſ-
ſe eidem Bartholomæo, & ſecundo loco examinatus,
depoſuit dediſſe eidem duca. tres: & demum tortus,
depoſuit in tortura dediſſe ducat. xxx. ſed non ſemper
ita perſeuerauit, imò ſemel alciatus vſque ad ſummũ
trabem, depoſuit nolle conſcientiam oneratam, ex
quo in rei veritate nihil dederat eidem Bartholom.
& ſic vltra quod facit ſe ſocium & participem crimi-
nis, tamen ad dictum confitentis crimen proprium
non poſſet nominatus per eum ſubiici torturæ, licet
6 † dicatur fuiſſe ſocius delicti, per text. in arg. in cap. j.
extrà de confeſ. & ibi plenè Abb. in princip. Ita ma-

giſtraliter firmat Andr.de Iſer. in conſtitut. ſi damna.
in iiij.colum.vbi etiam ſubdit,quòd etiam ſi plures eſ
ſent confitentes de nominato, non probant contra
ipſum:attamen præfatus ita varius & contrarius ſibi-
met nihil probat,cùm teſti vario & contrario ex iuris
diſpoſitione credendum non ſit,per text.in l. qui falſa
vel varia.ff.de teſtib.& in l.j.in princ.eod.titu.& in ca.
cùm eccleſia.de cauſa poſ.& proprie.& latè Specu. in
titu.de teſte.§.j.verſ.item quòd teſtes.Præterea, nam
cùm quis interrogatur de ſeipſo & de alio, ſtari debet
7 primæ eius depoſitioni, licet contrarium depoſuerit
ſecundo loco in tormētis,dixit Bar.in l.j.§.quæſtioni.
per illum text.ff.de quæſtio.Franc.de Aret. in c. cùm
in tua.v.colum.extrà de teſtib.& conſuluit idem Are.
in conſil.lxj.incip,in cauſa iſtorum. & ſequitur Deci.
in conſil.lxxv.maximè dum Magnific.Capitaneus in-
terrogauerit in ſpecie ipſos inquiſitos & criminoſos,
ſi dederant pecuniam eidem Bartholomæo,& ſic ſug-
geſsit eiſdem criminoſis nomen Bartholomæi, quod
eſt prohibitum de iure, nam non debet iudex reo ali-
quem ſpecificè nominare, ſed debet in genere inter-
8 rogare,minimè quempiam eidem ſuggerendo: † aliàs
non tenet eius depoſitio quicquid dixerit contra ſibi
nominatum, tanquam per ſuggeſtionem extorta: per
text.in l.i.§.ad quæſtionem.ff.de quæſtion. Cui acce-
dant dicta doctorū in l.iubemus. C.de teſtamen.dum
loquuntur de teſtatore,qui non debet interrogari per
notarium,an faciat talem hęredē,ſed expectare,quòd
9 teſtator ipſe ex ſe hæredem nominet,aliàs †non tenet
teſtamentum. Idem voluit Paulus de Caſtro, in lege,
hac conſultiſsima.C.qui teſtam.fac.poſſ.& plenè Ale.
in dicta l.iubemus.& quod deterius, pendente appel-
latione à tortura comminata, proceſsit Capitaneus
ipſe ad eam:& quòd magis indolet, ex proceſſu infor-
matiuo,ex quibus vereor pręfatum Capitaneum iuris
laqueos minimè euadere poſſe.Nec ſuffragaretur eidē
Capitaneo prætenſa mala fama pręfati Bartholomęi,
vt aſſerit, cauſata ex cōpoſitionibus prænarratorum
delictorum: videlicet vulneris aliàs illati per ipſum,
& fuga à carcere, in quo detinebatur, quia captus de
nocte cum armis: nam prætenſa mala fama non de-
riuat ab eodem genere mali, prout requiritur, vt fa-
ma ſortiatur effectum ſuum, nec ſufficiat emanari à
diuerſo genere mali:vt dicit Bart.in l.Caſsius.de ſena.
Bald.& Imol.in l.fina. ff. de hæredi. inſtitu. vbi ſubdit
Imo. verba formalia Baldi eſſe bene notan. pro limi-
tatione regulæ,ſemel malus. idem conſuluit Alexand.
in conſilio v. ij. colum.in primo volum. & ſequitur
Cocta in memoriali.ſuis, in verſic. ſemel malus. Nec
opitulari poterit opinioni eiuſdem Capitanei, quòd
in huiuſmodi facti veri ſimiliter alij teſtes interfuiſſe,
ſeu adeſſe non potuerunt: & ſic quòd eo caſu admitti
poſsint illi, qui aliàs de iure recipi prohibentur.l.con-
ſenſu.C.de repud.cum vulga.Et inde eſt, quòd coniu-
ratio poteſt probari per coniuratos,vt ſuprà, &c.Ve-
rùm,quia verba non ſunt intelligenda quo ad corti-
cem & ſuperficiem,prout Hebrei intelligunt, ſed me-
dullitius & in ſubſtantia, & ideò Capitaneus ipſe be-
ne ruminet, quæ alleg. & omnia ſibi notiſsima fient,
10 & ſic euitabit, quod pulchrè dixit † Saly.in l.ſi ex cau-
tione.penultima colum.C.de nō nu.pecu.ibi, ſileant,
qui ſcripta diſcurrunt, & propter frigiditatem ſto-
machi ea digerere non poſſunt. idcirco aduertere de-
bet, quia huiuſmodi regula non ita indiſtinctè, prout
ſuprà,per Capitaneum recitatur,intelligenda eſt, ſed
vendicat ſibi locum in caſu, in quo ex natura illius
facti veriſimiliter actu & habitu veriſimiliter alij te-
11 ſtes occurrere non potuerunt, † attento cōmuni cur-
ſu licet caſualiter non interfuerint, ſed vbi actu &
communi curſu ſic ſe habet, quòd potuiſſent alij te-
ſtes intereſſe,ſeu interuenire, licet fortè non interue-
nerint actu,tunc teſtes inhabiles non ſufficerent,aliàs
ſequeretur,quòd ſemper teſtes inhabiles ſufficerent,
quia ſemper allegaretur alios teſtes ſeu probationes
deficere,quod eſt abſurdum.Ita ſingulariter declarat
Anton.de But.in cap.tertio loco.extrà de probation.
& in ſuo ſolenni conſilio xxiiij. incipien. quæſtio hæc
dubia habet vulgaria.& idē in terminis propriis con-
ſulendo tenet Alexand. de Imo. in conſilio lxiiij. in-
cipien.difficultas conſiſtere videtur.in j.volum. idem
Alexand.in conſilio clij. & clj. viſo proceſſu cauſæ. in
quinto volu. in verſic. non obſtat. & in conſil.clxxv.
in ij.volum. & conſuluit Franciſcus de Areti. in con-
ſilio xiij.& vtrobique exemplificat Alexand. hoc mo-
do, puta ad probandum ea quæ fiunt in capit. cano-
nicorum,nam ipſi canonici erunt idonei teſtes, cùm
alij adeſſe non potuerunt. capit.veniens. el ſecundo,
de teſtib.cum vulga. & pariter in his quæ fiunt intus
domum,probari non poſſunt niſi per eos, qui in do-
mo habitant, quia veriſimiliter nō videtur dici poſſe
alios interfuiſſe. l. conſenſu. C. de repudi. ſuprà alleg.
& pariter in muliere, quæ regulariter in cauſa crimi-
nali de iure canonico non teſtificatur,per capitul. fo-
rus.de verborum ſignificat. tamen vbi veritas aliter
haberi non poteſt,admittitur, vt ibi & idem in mino-
re,qui regulariter in criminalibus non admittitur.
tamen vbi veritas aliter haberi non poteſt, recipitur,
vt dicit Ioannes Andræas in addittio. Specul. in titulo
de teſte.§.j.verſic.item excipitur, quòd eſt minor ſeu
impubes.& ſimiliter dicendum eſt de laico cōtra cle-
ricum in cauſa criminali, qui licet nōn admittatur, vt
in cap.de cætero. & ibi docto. extrà de teſtib. & pari
modo ego exemplifico in delicto commiſſo in barata-
ria,ſeu in lupanari, nam veriſimiliter ex natura facti
actu & habitu non poſſet probari,niſi per lenones,ſeu
baratarios, qui ibi conuerſantur, nec poteſt per alios
veritas haberi,& ſic recipiuntur præfati inhabiles.Ita
pulchrè Saly.in leg.ea quidem. C. de accuſa. ſequitur
An.in tract. maleficiorum. in ver. *metitor de mal dadi.*
& ſic non eſt intelligendum de ſociis & participibus
criminum,qui de iure repelluntur, niſi in caſibus ex-
ceptis,per glo.& doct.in dicta l.fin.de accuſ.Præterea
& plus dico, quòd in caſibus, in quibus teſtes inhabi-
les admitti poſſunt, non erit intelligendum, vt plenè
probent, ſed ſolùm vt faciant qualemqualem proba-
12 tionem, † vt not.glo.in l.etiam matris.ff.de probat. ita
dicit Ant.de Butrio in præalleg. conſil. xxiiij.& Alex.
in dicto conſil.lxiiij.j. volum. & conſuluit plenè Mar-
ſil.in ſuo conſil. xxxj. xlj. & lxxx. in primo volum. in
quibus ſolùm Alexander in præfato conſilio lxiiij.al-
legat. Sed vt claudatur os præfato Capitaneo Iſcla-
no,nec amplius loquatur in cauſa, & contra paupe-
rem carceratum, ac contra omnia iura mundi tortum
ilico liberet, & à me quæſo vt hoc diſcat, quia ſi non
ignoraſſet, non poſuiſſet dubium, nec ita executus
fuiſſet,quòd talis regula, videlicet, vt teſtes inhabiles
admitti debeant, vbi veritas aliter haberi non po-
teſt,ad hoc vt locum habeat in caſibus præmiſsis, ſeu
alii



aliis debet intelligi, quando fuiſſet per prius articu-
latum & probatum, quòd aliter veritas haberi non
13 potuit: & ſic quòd aliæ probationes † verſimiliter de-
ficerent: aliàs non poſſent modo aliquo teſtes inhabi-
les admitti. Ita magiſtraliter conſuluit Alexander in
præallegato conſilio lxiiij. vltima columna. vbi mul-
ta allegat. & ſequitur Marſi. in præfato conſilio xxxj.
xlij. & lxxx. ſed licet non ſimus in caſu, attamen dico
quòd eſſemus, cum non ſit facta huiuſmodi probatio:
igitur teſtes præfati non poſſunt, nec debent modo
aliquo admitti. Tertiò in præſenti cauſa reperio fuiſ-
ſe proceſſum ad querelam, & non ad inquiſitionem:
quia Capellanus Illuſtriſ. Marchioniſſæ citra pœnam
14 ſanguinis, querulatus fuit de furto præfato: † & teſtes
inhabiles ac non integri de iure recipiuntur, dum
proceditur per inquiſitionem, ſecus ſi ad querelam:
vt dicit Angel. in dicto tractatu maleficiorum. in ver.
*metitor de mal dadi.* in prima columna poſt Innocen.
quem ipſe refert in cap.cum I.& A.de re iudi. & idem
voluit Angel.in præfato tract.in verſic. qui iudex ſta-
tuit terminum ad opponendum. & firmat Marſil. in
ſuo conſilio v. in antepenultima colum. & propterea
dixit glo.in dicta l.etiam.de proba.quòd iudex poteſt
recipere teſtes inhabiles ad ſui informationem: & ſic
ex officio. & idem etiam tenuit Petrus de monforte
antiquus doctor in cōſtitutione regni:proſequentes.
ſub tit.de pugna.ſubla. Quartò regula præfata, vide-
licet, quòd admittantur teſtes inhabiles, vbi veritas
aliter haberi non poteſt, eſt vera quò ad extraneas,
15 & ſic tertias perſonas: † & ſic in cauſa aliorum liti-
gantium: quia poterunt eo caſu inhabiles teſtificari
de geſtis per eos, ne veritas eius, quod fecerūt, pereat:
Secus enim foret, quando teſtis inhabilis deponeret
de eo, quod ipſe fecit cū alio, prout in caſu præſenti:
quia tunc eius dictum non tenet, & nihil operatur.
16 † Ita in ſimili multum ſingulariter tenuit Petr. de An-
chara. in conſilio xxiij. aliàs xxiiij. incipient. viſa in-
quiſitione. vbi loquitur de inquiſito, qui dicitur in-
duxiſſe eius precibus teſtes ad deponendum falſum:
Nam ſi teſtes inducti ab ipſo, falſum perhibuiſſe te-
ſtimonium dicerent, non probabunt. & idem ſe-
quitur Decius in conſilio clxxxix. incipien. lætatus
ſum, quinta columna. & idem Decius. in conſilio
ccxxxiiij. in effectu &c. idem in particulari in pro-
priis terminis ad limitationem regulæ præfatæ, tenet
& ſequitur conſulendo Marſil. in ſuo conſilio cij.nu-
mero vij.in ſecundo volumine. & circa regulam præ-
fatam vide diffuſius & plenius dicta per me in conſil.
Quò verò ad illud, quod Capita. ipſe dicebat, quòd
17 ad probandum coniurationem, admittuntur † con-
iurati: reſpondetur, quòd longa eſt differentia inter
coniurationem & furtum, nam in furto non reperi-
tur ſpecialiter prouiſum, vt depoſitio ſocij criminis
probet contra ſocium, niſi duntaxat in latrocinio, in
quo non ſumus, vt plenè ſuprà demonſtratum fuit.
Sed in conſpiratione ſeu coniuratione fuit aliter pro-
uiſum,per dictum cap.fin. de teſtibus cog. quæ ex na-
tura facti veriſimiliter actu & habitu non poſſet per
alios probari, cum coniurationes iuratæ non fiant
coram teſtibus, vt exemplificat Panor. in cap.fi.extrà
de teſtib. cogend. & ſequitur Alexander in conſilio
clxxv. viſo themate. vltima columna. Item in furtis
datur pœna mortis, vt in præfato §.famoſos. de pœn.
ſed in coniuratione eſt pœna vnius libræ auri, vt in
conſtitutione Federic. de pace tenen. leg. hac edicta-
li. §. conuenticulas. & ſic ratione minoris pœnæ ſuf-
ficit leuior probatio, vnde præmiſſa diuerſitate &
pœnæ & criminis, nō recta ex dictis diuerſis fit illatio.
vulga. l. Papinianus exuli. ff. de mino.& in l. fina. ff. de
18 calumnia. Et † ſic ſuccedit, quòd ſeparatarum ſepara-
ta debet eſſe ratio. l. ſi maritus. la prima.& ibi Baldus
ad hoc nota. C. de donatio. inter virum & vxorem. &
ſic longè differt caſus furti à coniuratione, & diuerſi-
modè iura ſuper dictis caſibus diſponunt, & nulla con
formitas dari poteſt. & hunc bonum modum arguen-
di allegationibus aduocatorum in cauſis, vbi poteſt
reddi ratio diuerſitatis, cùm dici poſsit, multum dif-
19 fert caſus noſter ab eo, quem allegatis, nos † docet Al-
bericus de Roſate poſt Iacob. Butriga. in l.non vtique.
§.idem Iulianus.ff.de eo, quod certo loco. quos ibidē
refert & ſequitur Iaſ. in ſecunda columna. Item con-
iurati admittuntur teſtes, cum grano ſalis, id eſt, vo-
lente illo, cui actus criminoſus nocebat, & non aliter,
& hoc quia pars, cui dictus actus criminoſus nocet,
poterit inhabilitati teſtium renuntiare, ſecundum
Baldum in l.ſi quis teſtibus. in fine. C. de teſtib. & ideò
nil mirum, ſi volente parte huiuſmodi teſtes admit-
tuntur. Ita magiſtraliter declarat Felynus in dicto
cap. fin. de teſtibus cogendis. Ex quibus concludo V.
Illuſtriſsi. D. pauperem Bartholomæum iniuſtiſsimè
tortum, eſſe omni mora poſtpoſita à carceribus libe-
randum.

Thomas Grammaticus V.I.Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Furtum probatur per coniecturas, vt per fracturam oſtij, vel ſcrinei, vel quòd famulus aufugerit, & his ſimilibus.*
2 *Iudex non debet ſtare confeſſioni inquiſiti, dum confitetur delictum, de quo aliter non conſtat ſed debet mittere exploratores ad verificandum dictā cōfeſſionē de facto emanatam & multa alia.*
3 *Furtum ſi dicitur fuiſſe commiſſum per aliquem vel homicidiū, antè quā iudex inquirat, requiritur conſtare iudici ſaltim in genere illud furtum fuiſſe commiſſum, ſeu homicidium, aut vulnus illatum.*
4 *Carceratio, eſt ſpecies torturæ,*
5 *Confeſſio carcerati emanata abſque tortura, non ex hoc dicitur ſpontanea, ſed violenta.*
6 *Confeſſum ſe fuiſſe metu allegans, vbi aliter non conſtat de delicto, ex ſolà carceratione ſeu captura adparet quòd metu confeſſus eſt ex quo præſumitur ſemper inferri metus ab officiali eius ſubdito. & nu 7.*
8 *Confeſſiones criminum debent continere veriſimilitudinem: & ideò officiales debent cautè agere, & non de facili credere confeſſionibus iudicialibus, niſi ipſis verificatis.*
9 *Confeſſioni inquiſiti ſoli ſtandum non eſt.*
10 *Confeſſioni ſoli ſtari non poteſt, vt ex ea quis damnari poſſit, niſi aliter conſtiterit de delicto.*
11 *Confeſſio minoris de delicto, de quo aliter non conſtat, facit, vt minor ipſe nullo probato errore aduerſus eam reſtituatur*
12 *Confeſſio inueriſimilis nihil obeſt confitenti.*
13 *Minor ad eruendum delictum debet ferula cædi, vel terreri, niſi in crimine læſæ maieſtatis, & nu. 14.*
15 *Torqueri de iure prohibitus, ſi fuerit tortus, & confitetur delictum, confeſſio non tenet.*

## CONSILIVM LX.

REdemptoris gentium præſidio petito, A-
men. In cauſa nuntij de montella, mino-
ris xviij. ann. querulanti de furto ducato.
vj. per Anto. Anto. cuſtodẽ Regiæ doanæ
Neapoli. eius patronum: & qui ab eodem acriter ver-
beratus furtum præfatum commiſiſſe faſſus eſt coram
ſcriba fiſcali, ipſum interrogante in præſentia præfati
Antonij eius patroni: ſed ductus demum ad banchum
iuris, reuocauit aſſerendo id verberibus ac metu cõn-
feſſum fuiſſe: ob quod carceratus in carceribus crimi
nalibus magnæ curiæ vicariæ, in quibus dum ſtetiſſet
per mẽſes duos, frigus ac famem perſentiens, tandem
ſqualore præfatæ longæuæ carcerationis poſtmodum
tortus, confeſsionem primam ratificauit. Hæſitatum
fuit, quid iuris. Et ſuper hoc rogatus à procuratore
pauperum, vt ſibi panderem quid ſuper ipſo facto de
iuris cẽſura ſentirem, ruminato prius ac perlecto pro-
ceſſu. & eius meritis bene conſideratis, reperio mini-
mè ex eis adparere dictum furtum aliter fuiſſe com-
miſſum: nec aliquod indicium extare, ſaltim per veri-
ſimiles coniecturas: vt per fracturam oſtij, ſeu caſsiæ
1 aut tegæ, † vel quòd famulus aufugerit, & his ſimilia:
de quibus per Alexand. de Imo. in ſuo conſil. liij. in ij.
volum. & per Marſi. in ſua practica cauſarum crimi-
nalium. in j. char. in iij. colum. vbi ponit debere adpa-
rere furtum fuiſſe commiſſum, ſaltim per veriſimiles
coniecturas, ſeu præſumptiones, & aliter non eſſet
ſtandum ſoli confeſsioni eiuſdem nuntij: ſed debet
aliter verificari furtum ipſum fuiſſe commiſſum: vt
docet nos Ang. in tractatu maleficiorum, in verſic. &
veſtem cæleſtẽ abſtulit. vj. char. ver. quid ſi quis con-
fiteatur. vbi ſubdit, quòd in hoc iudex debet eſſe bene
cautus: quia datur ſibi cautella, vt non ſtet nudæ con-
2 feſsioni inquiſiti: † ſed mittat exploratores ad verifi-
candum furtum, & ſic confeſsionem illam factam de
facto, quod cõfeſſus eſt quis commiſiſſe, aliàs ſi id non
faceret, ſæpe condemnaret innocentes, & damnaret
animam ſuam, & corpus ſuum. Idem ſequitur Par. de
Put. in ſuo tractatu ſyndicatus, in verſi. confeſsio. ſub-
dens in contingentia facti tota nocte vagaſſe in per-
quirendo loca, in quibus reus fatebatur furta recon-
dita: & deinde fuit ipſe inquiſitus innocens repertus,
& ex metu ita cõfeſſus id, quod minimè fecerat. Idem
tenet Auguſt. in addi. ad Ang. in tractatu maleficio. in
ver. fama publica. Philip. Dec. in c. dilecti. de iudiciis.
in princip. Marſi. in l. j. char. iiij. ff. de quæſtionib. & in
conſi. ſuo. viij. incip. in cauſa magiſtri Ioan. Ferrarien-
ſis. Et hinc eſt, quòd ſi dicitur furtum fuiſſe commiſ-
ſum per aliquem, requiritur quòd antè quàm iudex
3 inquirat, conſtet furtum illud fuiſſe commiſſum, † &
pariter ſi diceretur fuiſſe cõmiſſum homicidium ſeu
vulnus illatum. l. j. §. item illud ſciendum. ff. ad Silleia.
& quod voluit Bar. in l. fi. j. col. ff. de quæſtionib. Bald.
in auth. ſed nouo iure. ij. col. verſi. ſed pone, quòd quis
confitetur cœpiſſe plura furta. C. de ſer. fugi. ita in ſpe
cie cõſuluit Stepha. Bertran. in ſuo conſ. cclvij. iij. col.
viſo proceſſu, &c. j. vol. & conſi. cclvij. in iij. vol. & hoc
potiſsimè concedendũ eſt, cùm fuerit nuntius ipſe mi
nor xviij. annis, carceratus & poſitus in criminalibus
carceribus in quibus diu moram traxerat, & neminem
alloqui permiſſum fuit: vnde nimirum, ſi puer inno-
cens, & ignarus & fame periens in carcere, & vltimo
loco firmetur tortus in chorda, idem quod primò
dixerat, contra ſeipſum ratificauerit: quia eo caſu ad-
4 paret metu carceris & torturæ confeſſus, † maximè
cùm nedum tortura, verum etiam & carceratio ſit
ſpecies torturæ: vt dixit Baldus, in l. ij. columna ſecun-
da. verſic. quæritur. C. de epiſcopis audiendis. & ideò
5 ſi carceratus confitetur, licet † etiam abſque tortura
confiteatur, non ex hoc dicetur ſpontanea confeſsio,
ſed violenta. Ita per præfatam doctrinam Baldi tenet
Marſilius in ſua practica cauſarum criminalium. §.
expedita. intantum, quòd ſufficit probari quem fuiſ-
ſe detentum ad effectum, vt dici poſsit confeſsio facta
metu carceris vel torturæ. Ita Baldus, in l. falſus. C. de
furtis. & ſequuntur Moderni Senenſes. in tractatu de
indic. & tortu. charta xxxviij. & Catal. in ſuo tractatu
ſyndicatu. in verſic. ccxij. incipien. adde an poſsit pro-
bari. & plenè Marſilius in dicto §. expedita. numero
13. verſic. item ſcias. & in §. attingam. numero 28. cum
ſequen. & quòd quando non præcedentibus indiciis
quis confitetur delictum, pro quo carceratus fuit, &
demum aſſerit ſe metu confeſſum, quòd ex ſola carce-
6 ratione ſeu captura † ita præſumendum ſit, conſuluit
Alexander conſilio lij. viſo themate. in tertio volum.
ſicut in ſimili dicimus de eo, qui aſſerit ſe confeſſum
deliquiſſe per torturam id, quod nunquàm fecit: nam
ſi non præcedunt indicia, nec ipſe tortus probet ali-
ter de tortura, quòd fuerit ſibi illata, ſi tamẽ adparet
quòd fuit carceratus tempore ſuæ depoſitionis, ſeu
confeſsionis, talis confeſsio ſua non ſufficit, quaſi non
veriſimilis cõtra ſeipſum: per text. in l. prima. §. diuus
Seruius. ff. de quæſtionibus. ita inquit Petrus de An-
charano in ſuo conſilio xxiiij. viſa inquiſitione. prima
colum. quia verſimile eſt, quòd non fuiſſet confeſſus
contra ſeipſum, niſi ob terrorem iudicis habentis
ipſum in forcia: per not. per Cyn. & Bald. in l. nouiſsi-
mè. ff. quòd fal. tut. author. vbi ſubdit Bald. quòd præ-
7 ſumitur inferri metus ab officiali eius ſubdito. & † prę
dictum dictum Petr. de Anchar. fuit originaliter Bald.
in conſilio ccccLxxix. in v. volum. incip. tres ſunt ca-
ſus. & ſequitur Paris de Put. in tractatu ſyndicatus. in
verſic. tortura. cap. quidam fuit tortus. & ideò ſatis ad
propoſitum dixit Bald. in l. quoniam. ff. de infa. quòd
8 confeſsiones criminum † debent continere veriſimi-
litudinem: & ideò aſſeſſores debent cautè agere, &
non de facili credere confeſsionibus iudicialibus, niſi
ipſis verificatis. & dicit Paris de Pute. in tractatu ſyn-
dicatus, in verbo, confeſsio, circa medium, quòd de-
bet iudex inquantum poteſt, verificare delictum con-
feſſatum eſſe verũ: per not. per Bar. in l. j. §. ſed ſi ſibi.
ff. ad Sylleia. & ſi aliter fieret, ſequeretur ꝙ quis eſſet
dominus membrorum ſuorum, & quòd abſque quòd
delinqueret, tamen confitendo ſe deliquiſſe, poſſet ſe
facere ad pœnam mortis comdemnari: contra text.
in l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam. & l. non tan-
tum. ff. de appellatio. & ideò ſoli confeſsioni ſtandum
9 non eſt: † vt dicit Iuriſconſultus in dicta l. prima. §.
diuus. ff. de quæſtionibus. & in l. inde Neratius. §. fin.
cum l. ſequenti. ff. ad legem Aquiliam. & quòd non
ſit ſtandum ſoli confeſsioni aſſerentis ſe commiſiſſe
delictum. & quòd ex ea ſola quis damnari non poſ-
10 ſit, † niſi aliter conſtiterit de delicto, tenet etiam Fe-
lynus multa referens in cap. auditis. xvj. columna. ex-
trà de præſcriptio. & ſequitur Ioan. Franc. ponzoni-
bus in tractatu de lamiis. in antepenulti. col. ſeu char.
verſi. ſeptimo &c. Prætereà pro claui materiæ po-
nendo



nendo gladium ad radicem, adduco quòd vbi minor
fatetur delictum, de quo aliter non conſtat, niſi per
eius confeſsionem, debet in integrum reſtitui aduer-
ſus ipſam, abſque aliqua probatione erroris: quia ex
ex hoc ſolo, quòd ita confeſſus eſt, adparet ipſum eſſe
11 læſum. † Ita voluit pulchrè Ange. in l. certum, §. in pu
pillo. ff. de confeſsis. vbi ad hoc allegat tex. cum glo. in
c. ij. extrà de in integrũ reſtitu. in vj. & reputat Ange.
hoc valde notabile & quotidianum. quod dictum ex-
clamat & ſequitur conſulendo Alex. in conſil. cxv. iij.
volu. in cauſa inquiſitionis formatæ contra do. Hele-
nam. vbi ſubdit hoc ſolùm ſufficere ad defenſionem
illius minoris, pro quo ipſe conſuluit. ad quod ſubdit
ſe facere maximum fundamentum: & quòd illud ha-
bet pro tutiſsimo remedio. Et idẽ tenet ipſemet Alc.
in lect. in l. ſi is, qui temporali. §. ſi minor. ff. de iureiu.
& ibidem plenè refert & ſequitur Iaſ. ſubdens diligen-
tẽ eſſe aduertendum pro defendendo adoleſcente in
cauſa criminali. Et idem ſequitur conſulendo Ludo.
Bologni. in ſuo conſi. xxxvj. ij. col. circa princip. vnde
cùm nihil ſibi obſtet confeſsio, cum reſtituatur in in-
tegrum aduerſus ipſam abſque aliqua probatione er-
roris, multò fortius dũ adparet de errore, cùm quere-
la de furto præfato fuerit expoſita de duca. xvj. quos
minor ipſe modo, quo ſuprà cõfeſſus eſt furto ſubtra
xiſſe: & tamen querulator ipſe patronus vltimo loco
dicit in rei veritate, non reperiſſe niſi duca. v. ſibi fuiſ-
ſe furto ſubtractos. & ſic ſequitur, quòd confeſsio ipſa
nedum non vera, imò nec veriſimilis fuit. Et ſic tan-
12 quàm inueriſimilis nihilum obſtat confitenti. † Ita
Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcop. & cler. &
Petr. de Ancha. in d. conſi. xxiiij. viſa inquiſitione, &c.
Prætereà, vltimò adparet ex alio non tenere confeſ-
ſionem præfatã tanquàm extortam à minore, qui tor
queri non poterat, vt dicit Ang. de Aret. in tracta. ma
leficiorũ, in verſi. fama publica. xvj. char. verſic. ſextò
quęro. ex quo ſecũdum eum, debet minor ferula cedi
13 per text. in l. excipiuntur. ff. ad Silleianum. licet † ipſe
corruptè allegat l. cum Silleianum. ff. ad Silleianum.
& facit bene tex. in l. j. & quæ ibi habentur. C. ſi aduer.
delict. idem tenet Bart. in l. de minore, ff. de quæſtio.
dum dicit, quòd minor debet terreri vel ferula cedi.
idẽ tenet glo. & Bal. in l. fi. C. de his quibus vt indignis.
idem tenet Io. de Ana. in c. j. penul. col. de deli. puero.
Par. de Put. in tract. ſyndica. char. cj. circa fin. Guid. de
ſuza. in ſuo tractatu de quæſtionibus. & tormen. j. col.
verſic. excipiuntur. Gandi. in tractatu maleficiorum,
ſub rub. de quæſtionib. & tormen. viij. char. j. & ij. col.
vbi concludunt, quòd in crimine lęſæ maieſtatis dun-
14 taxat † poſsit minor torqueri. & ſequit̃ plenè Marſi.
in l. edictum. ff. de quæſtionib. dum enumerat perſo-
nas quę torqueri poſſint. & in l. de minore. iij. colum.
ff. eod. tit. & ſic ex præmiſsis concluditur quòd prohi-
bitus de iure torqueri ſi tortus confitetur, talis con-
feſsio non tenebit. argum. glo. ſingula. in l. penultima.
ff. de quæſtionib. & eſt doctrina Franc. Tigri. in l. fi. ff.
de decurio. & tenet Marſil. in ſuo ſingulari clxxix. in-
cipien. viget communiter ſtatutum. & tenet in ſpecie
Bald. in l. Imperator. la ij. ff. de ſtatu hominum. dum
loquitur de confeſsione mulieris pręgnantis. & plenè
Marſilius, in dicta l. penultima. ff. de quæſt. Ex quibus
omnibus & eorum ſingulis concludendum conſulo
præfatum nuntium eſſe penitus abſoluendum: & mi-
nus canonicè tam in detinendo, quàm in torquendo
fuiſſe proceſſum per aliquem ex Magnific. iudicibus
magnæ curiæ vicariæ contra ipſum.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

### SVMMARIVM.

1 *Socij criminis ſola confeſſio, licet in tormentis, etiam in caſibus exceptis, alijs non concurrentibus nullam probationem inducit.*

2 *Homicida teſtis in cauſa graui, repellitur à teſtimonio.*

3 *Socij criminis dicto in aliquibus licet ſtetur, non habet locum hoc in ſocio criminis aliàs infami.*

4 *Inquiſitus in ſua libertate exiſtens, ſi citatus ſponte comparuit, purgat certo modo inquiſitionem, & videtur per comparitionẽ habere indiciũ innocentiæ pro ſe cũ nemo ſit adeò inſanus, vt noſcẽs ſe reũ criminis, velit ſe præſentare ad carceres.*

5 *Accuſatus ſeu inquiſitus de crimine, dum conſtat contra ipſum per vnum teſtẽ de viſu, vel aliàs de fama publica, detinetur.*

## CONSILIVM LXI.

REdemptoris gentium ſuffragio petito,
Amen. In cauſa egregij notarij Troiani
de ſancto Germano, inquiſiti de falſa mo
neta in magna curia vicariæ, producitur
aduerſus ipſũ pro parte regij fiſci, depoſitio inquiſiti
ſimiliter de falſa moneta, & interrogati de ſociis in
tortura inter multos, & quãplures, nominauit ipſum
notarium Troianum, non quòd cuderit, ſeu fabrica-
uerit notarius Troianus ipſe falſam monetã, ſed ſibi
feciſſe quandam formulam cudendi ſcutos annis ela-
pſis: eandem eidem Troiano adſignaſſe, & pariter
in eademmet tortura multa crimina depoſuit perpe-
traſſe, & ſignanter interueniſſe in quodam homici-
dio, de quo inquiſitus fuerat. Hæſitatur in præſentia-
rum, quid iuris de præfato notario Troiano carcera-
to, cùm aliud non adpareat cõtra ipſum ſponte com-
parentem in carceribus? & certè nulli dubium, quòd
ſola aſſertio dicti ſocij ſeu participis criminis, licet
1 † in tormentis, aliis minimè concurrentibus contra
ipſum, non habeat ſibi in aliquo obſtare, etiam in hoc
caſu exceptuato nullam probationem inducit contra
præfatum notarium Troianum, prout plenè firmat
Salyce. in d. l. fi. C. de accuſa. poſt glo. & ſatis magiſtra
liter And. in conſtitutione regni, ſi damna clandeſti-
na. vbi ſubdit, quòd etiam ſi plures eſſent confitentes
de nominato, nihil probant, niſi ad inquirendum, &
hoc caſu iudex debet ſe informare de conditione &
fama inquiſiti, & non moueri ex dicto ſociorum cri-
minis. Et ſi repererit ipſum bonæ famæ, talis depoſi-
tio ſeu confeſsio ſocij non operabitur quicquam. &
idem bene Abbas in cap. j. extrà de confeſs. Præ-
tereà eſt aduertendum, quòd præfatus prætenſus ſo-
cius, ita confeſſus in tortura acceptauit inſuper, &
confeſſus fuit multa delicta perpetraſſe, & ſignanter
quoddam homicidium, de quo aliàs inquiſitus fuerat
virtute cuius & aliorum criminum confeſſatorum
per eundem fuit vltimo ſupplicio condemnatus, &
diuiſus in quatuor partes, & tamen ex ſolo homicidio
effectus eſt infamis & vilis, adeò vt teſtis talis in cau-
2 ſa graui, prout iſta, à teſtimonio repelli debet. † ita
dicit Baldus in authen. ſi dicatur. C. de teſtib. nam ho
micida teſtis repellitur à teſtimonio de iure ciuili, vt
in cap. authenticum. §. notãdum. ij. quæ. iij. Bar. poſt
gloſſ.

glo.in l.iij.§.lege Iulia.ff.de teſti.Spec.in tit. de teſte.
§.j.colum.xxxiiij.verſic.item quòd eſt homicida.hoc
vero nūc præſuppoſito,dico quòd licet aliàs ſtetur di
cto ſocij criminis in caſibus exceptuatis,vt per glo.in
d l.fin. tamen hoc ſanè intelligendum eſt in ſocio cri-
3 minis aliàs non infami ex†alio delicto.Ita in particu-
lari conſulendo tenet Marſi.in conſi.lxxiiij.in j.volu.
& hoc per notabilem doctrinam Angel.in l. qui iudi-
cio.ff.de accuſa.vbi dixit,quòd ſtante ſtatuto,quòd de
damno dato ſtari debeat iuramento damnum paſsi,
id intelligi debet,niſi paſſus damnum eſſet infamis ex
aliquo delicto:& ſubdit Ange.quòd cùm hæc quæſtio
ſibi contigiſſet de facto,quòd ita fuit iudicatū.Et prę-
fatam doctrinam Ang.reperio comprobatam per in-
ſignem docto Anto. Corſet. Sicul. in ſingulari ſuo. in
verſi.integer.Et pro fundamento ac corroboratione
præfatæ opi.Marſi.inſuper adduco:nam ſtāte ſtatuto,
quòd libris mercatorum plena fides adhibeatur pro
ſcribente, id intelligi debet, niſi mercator ille aliàs
eſſet infamis,vel ſuſpectæ vitæ.Ita dicit Bald in repe.
l.cunctos populos.C.de ſumma trinit.& fide catho.in
xv.col.verſi.quintum exemplum.Bal.in l.Caſsius.vl.
col.ff.de ſenato.verſi.vltimò quæritur,ſi libro merca-
toris.& ſequitur Iaſ.in repe.l.admonendi.char.cxvii.
ff.de iureiur. Vltimò eſt ſatis conſiderādum, quòd
prętatus notarius Troianus in ſua libertate perſiſtēs,
in eius patria ſancti Germani citatus ad inſtātiam re-
gij fiſci,per hanc magnā curiam vicariæ ad informan-
dum,illico ſponte venit,& ſe pręſentauit ad carceres:
prout ſibi comparenti per eandem magnam curiam
iniunctum fuit,vt eius innocētia pateſieret, iuſſus ire
ad carceres,patienter tolerauit, Quod quidem maxi-
mum adparet eſſe indiciū innocentiæ, cùm nemo re-
periatur ita fatuus & inſanus,vt videns ſeu noſcens ſe
reum criminis,velit ſe ſua libertate priuare,& ſponte
carcerari,putans fortè celare veritatē, quę tandē con
4 culcari non poteſt,†& hoc maximè,vbi de pœna mor
tis naturalis tractatur. Ita inquit Barth.Cœpo.in ſuis
conſiliis crimi.conſi.xxxj.incip.ſuper homicidio.iiij.
col.in verſi.decimò & vltimò, quem ſequitur Marſil.
in ſua practica cauſarum criminalium. in verſic. dili-
gēter.antepenultima col.verſi.aliud eſt indicium non
debile:& ſubdit quòd verè in diebus meis ego pręſen
taui multos ad carceres ſua ſponte, & ſemper reperti
fuerunt innocētes,& fuerunt abſoluti, & non credo,
quòd cadere poſsit aliter in capite ſani & prudentis
viri,quàm quòd tales fuerint innocentes.Et ſic ex pręmiſsis
cùm aliter non adpareat contra præfatū Troia
num inquiſitum, niſi depoſitio præfati infamis iuſti-
tiati aſſerentis in tortura dediſſe formulas ſeu ſtigma
ta aut cunea cudendi ſcutos eidem notario Troiano:
nec aliter depoſuerit ſeu dixerit de cuſione falſæ mo-
netæ,ſequitur quòd excarcerari debet, & detineri nō
poteſt, per ritum magnæ curiæ vicariæ, ſub rubrica,
5 quòd detinetur inquiſitus, ſi incipit conſtare, † & in
nigro dicitur,ſi accuſatur aliquo ex officio, & contra
ipſum proceditur,de aliquo crimine,ſtatim quòd con
ſtat contra eum per vnum teſtem de viſu, vel aliàs de
fama publica,detinetur,ſed hic non conſtat de aliquo
delicto perpetrato per notarium Troianum, nec per
teſtem de viſu,nec de fama,ergo ſubſiſtente fideiuſſo-
ria cautione oblata, venit rationabiliter liberandus.
Et ita iuris eſſe conſulo ego,

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

Svmmarivm.

1 *Veriorum ſermonum eſt,vt concordent rebus ſenſatis. Et quòd diſtat à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago. & contra id quod non eſt veriſimile, non debet quis audiri. & nume. 2.*

3 *Contra rixoſum eſt præſumptio, quòd ipſe incœperit rixam, ſeu ad eam prouocauerit, dum non adparet inter duos rixantes quis primò incœperit.*

4 *Conſuetudo & qualitas hominis attenditur.*

5 *Robuſtior præſumitur, quòd alium ad rixam prouocauerit, dum ſumus in dubio.*

6 *Inter rixantes ſi non adparet quis primò incœperit, præſumitur incœpiſſe is, qui magis grauiter percuſſus ſeu vulneratus reperitur, & quòd ipſe aggreſſor fuerit.*

## CONSILIVM LXII.

REdemptoris gentium petito præſidio, A-
men. In cauſa Michaelis Arcellæ, cùm re-
gio fiſco ad querelam Ioan. Anto. citi aro
matarij ſuper vulnere ſibi illato, vt præ-
tenditur in brachio,de quo debilitatus remanſit, pro
ducūtur tres teſtes, ex quorū depoſitionibus liquet,
quòd prædictus Michael Arcella poſt quædam verba
cholericè adinuicē prolata, fuit viſus exire cum enſe
euaginato extra apothecam illius ſpatarij,intus quam
ilico repertus fuit Ioan.Vincentius vulneratus. præ-
fatus verò Arcella per duos teſtes productos ad eius
defenſionem probauit ſe fuiſſe à præfato Ioan. Vin-
centio inſultatum cum enſe, & dum ab eodem forti-
ter detentus cum alio brachio enſem detinente per-
cuteretur ſuprà dorſum, Arcella ipſe vim, quam po-
tuit faciēdo,ab eius manibus euaſit:& eodē contextu
enſem euaginando aduerſus præfatum Ioan.Anto.in
ipſum irruentem vulnerauit,vt ab eodem incolumnis
euadere potuiſſet.Adparet igitur in primis ex depoſi-
tionibus eorundem teſtium productorum ad inſtan-
tiam regij fiſci,ipſos minime de initio rixæ deponere
prout teſtes producti ad defenſam inquiſiti pūctuali-
ter depoſuerunt,& quibus ſatis concomitatur depoſi
tio ipſius Ioan.Vincentij principalis dum dixit, quòd
dum Arcella adſtando in apotheca prædicta, dixiſſet
aduertendum per patronum apothecę,ne quidem ex
terus,qui per apothecam ingerebat,aliquid ſubtrahe
ret prædictus Ioan.Vincentius, cuius nihil intererat,
reſpondit vulgariter dicendo, *queſto lo fanno li pari toi.*
ſimili modo Arcellam iniuriando, nullo motus in-
tereſſe alicuius amicitiæ aut conſanguinitatis cum il-
lo, & dum Arcella ipſe eundem Ioann. Vincentium
mentiretur per gulam,Idem Ioan.Vincentius vt ipſe-
met ſubdit.ſtatim exiuit extra apothecam, vnde fue-
rat ab eodem Arcella vulneratus, & ſic ex eius loque
la manifeſtè perpenditur quòd ipſe fuit author rixæ.
nec eſt veriſimile, quòd meritus voluiſſet exire, & re-
1 cedere abſque rixa, † veriorum enim ſermonum eſt,
vt cōcordent rebus ſenſatis,& veriſimilibus. vnde id
quod diſtat à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago.
dixit pulchre Bald.in l j.iiij.col.C.de ſeruis fugitiuis.
idem Bald.in rubric.C.de probatio.de quo meminit
Alex.in cōſi.xxviij.in cauſa & lite vertente.in ij. vol.
& in conſi.cxviij.in iiij.volum.Andr.Barba.in cap.ſi-
gnificante.ij.colum.de pign. & ideò conſuluit Pet.de
Anchara.in conſi.clvij.incip.viſa facti narratione, &
copia teſtamēti.col. vij. quòd contra id quod non eſt
veriſimile,non debet quis audiri.& dixit Bal.in l.fi.in
fin.C.



fin.C.de eden. quòd probatio debet eſſe veriſimilis,
aliàs ei ſtandum non eſt: & ibi plus ſubdit in præce-
2 denti conſil. † quòd etiam ſi inquiſitus fateatur deli-
ctum,de quo inquiritur,& dicta confeſsio non eſt ve-
riſimilis,non eſt ei ſtandum. & alibi dicit Petr.de An-
chara.in conſi. cclvij. extra ordinem cōtractuum &c.
aliàs incip. ex ordine contractuum. quòd iudex non
veriſimili non debet fidem adhibere. Corroborantur
prædicta ex qualitate perſonarum ipſius Arcellæ ac
prædicti Ioan. Vincentij, cùm ex proceſſus meritis li
queat Arcellam ipſum ſemper fuiſſe, & eſſe iuuenem
pacificum, quietum, ac bene morigeratum: & econ-
trà Ioan.Vincentium prædictum ſemper fuiſſe & eſſe
inquietum, ac rixoſum, & ſcandaloſum: & iuris præ-
3 ſumptio eſt contra magis rixoſum, & † quòd ipſe per
prius rixam incœperit ſeu prouocauerit ad rixam, vt
dixit pulchrè Alber.de Roſat. in l.vt vim.ff. de iuſtitia
& iure.Cardin.in clemen.j.extrà de homici. in xxxiij.
quæſtione.Barthol. Cæpol. in conſilio xxviij. colum.
iiij. & econtrà præſumendum eſt pro eo qui eſt paci-
ficus & quietus: vt dicit Cæpo. idem in ſuo conſilio
xxix.columna iiij. & optimè ſuffragatur, quia aliàs at-
4 tenditur conſuetudo † & qualitas hominis. l.vel vni-
uerſorum.ff.de pigno.actio.l.qui ſemiſſes.ff.de vſur.l.
non omnes.§.à barbaris. ff.de re mili. & in cap. illo
vos. extrà de pign. Accedit inſuper in fauorem ipſius
Arcellæ eius minor ætas adparens, etiam probata,
cùm ſit minor,& puer xvij.an. & econtrà Ioan. Vin-
centius ipſe ætate maior ac grandior natu, & ſi ro-
buſtior: ſicut etiam & animoſior, conſiderata eius
conſuetudine in rixando: vt plenè demonſtratum eſt
5 in facto. † Et ex iuris diſpoſitione præſumitur contra
illum,qui eſt animoſior & robuſtior, quòd ipſe fuerit
aggreſſor. vt dixit pulchrè in cap. capitulum. Io j.col.
xvj.extrà de reſcrip.& idem Felyn.in cap.j.ij.columņ.
extrà de treuga & pace. Et mouetur per dictum Flor.
in ſimili in l.j.§.cum arietes. ff. ſi quadr. pauper. feciſ.
dica. vbi dixit, quòd ſi in caſu illius legis non adparet
quòd ex duobus animalibus illis aliud aggreſſum fue-
rit, ſi vnum adparet robuſtius altero, præſumitur ab
ipſo robuſtiore inchoatum congreſſum. Vltimò
non omittam quòd dum prædictus Ioan. Vincentius
detinuiſſet ipſum Arcellam per pectus, & ipſum plu-
ries percuſsiſſet cum daga ſeu enſe, non tamen potuit
ipſum vulnerare:& ecōtrà Arcella ipſe ſe defendēdo:
eundem Ioan. Vincentium vulnerauerit, & grauiter,
in tantum quòd brachio debilitatus adparet, reſultat
quod vbi præceſsit inſultus, ſeu aggreſſura inter duos,
& alter ipſorum reperitur magis grauiter percuſſus,
licet alius etiam adpareat vulneratus, præſumitur
6 tamen in dubio † quod ille, qui reperitur magis gra-
uiter vulneratus, fuerit aggreſſor. Ita voluit Cardina.
in clementina prima, de homicid. argumento le-
gis ſcientiam.§.cùm ſtramenta.ff.ad legem Aquiliam.
Alberic. de Roſa. de quo Cardina. non meminit in l.
vt vim. in tertia columna.ff.de iuſtitia & iure. & ſe-
quitur Ludouicus Bologn. per iſtud dictum Cardina.
& minimè de Alberi. mentionem faciens, in conſilio
ſuo xxxvij. in quinta columna. incipiente cor mun-
dum &c.licet aliàs in præſenti cauſa. Ex quibus omni-
bus & vnoquoque ipſorum ſentio de iure prædictum
Michaelem Arcellam ab inquiſitione prædicta ab-
ſoluendum.

Thomas Grammaticus V.I.Doctor.

Svmmarivm.

1 *Dominus percuſſus ab alio cum baculo, ſi mandauit ſeruo vt illum percuteret, intelligitur mandaſſe de pari vindicta, & ſic vt illum ſimiliter baculo verberaret, & non armis.*

2 *Defenſio permiſſa fratri in auxilium fratris ſeu alterius, intelligitur permiſſa cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

3 *Vulnerare non poſſum gladio inſultantem me cum baculo ſi poteram aliter me defendere, prout in dubio præſumendum eſt me aliter defendere poſſe.*

4 *Dominus ſi mandauit ſeruo quòd vulneret ſeu percutiat Baptiſtam & ſeruus percuſſit* Saluatorem, *non tenetur mandans de vulnere* Saluatori *illato.*

5 *Diuturnitas carcerationis inducit minorationem pœnæ ordinariæ.*

6 *Pœna duplici quis puniri non debet.*

7 *Delinquens ſi eſt vir fortis & ſtrenuus, aut magnus artifex aut multum vtilis reipublicæ, debet ſibi minorari pœna capitalis, imò quilibet debet de populo eo caſu & poſſet executionem ſententiæ capitalis impedire. & ibi multa alia circa hæc & num.* 8.

9 *Cauſa eſt intuenda in delictis, tam ad aggrauandum, quàm ad minorandum pœnam.*

10 *Offenſus ſi ex interuallo occidit ſeu vulnerat offendentem, non tenetur de dolo, ſed de culpa, & de exceſſu ſolùm moderatæ tutelæ, & non de toto ſed de tanto, & non ordinaria pœna arbitrio iudicis, vt relegationis, & ſimilium.*

11 *Iniuriatus verbis iniurioſis ſi occidit iniuriantem, tenetur vt culpabilis, & non vt doloſus: & ſolùm tenetur de exceſſu pœna extraordinaria relegationis.*

12 *Homicida inimicus occiſi, ſi tamen fuit ab alio ſibi mandatum, vt illum occideret & occidit, præſumitur potius ex propria inimicitia, quàm ex mandato occidiſſe. & numero* 13.

## CONSILIVM LXIII.

SVmmi rerum Opificis ſuffragio poſtula-
to, Amen. In cauſa Ioan. *del comparatore*,
cum regio fiſco ſuper homicidio commiſ-
ſo per eius ſeruum in perſonam Saluato-
ris de roſa, dato abſque veri præiudicio, ꝙ ex meritis
proceſſus adpareret prædictum Ioannellum ipſum
mandaſſe ſeruo, vt Baptiſtā de roſa fratrem Saluatoris
prædicti adſtantē apud hoſpicium, ſeu apothecā ſuam
verberaret, attamē ex quo ſeruus ipſe tenebat baculū
in manu, & per prius fuerat ſimiliter cum baculo ver-
beratus ab ipſo Baptiſta, licet etiam ſeruus ipſe enſem
ad latus deferret, certè intelligendum erit mandatum
ipſum ſibi factum à prædicto Ioanne eius domino de
pari vindicta, id eſt, ꝙ illum baculo verberaret, & non
1 cum enſe, vnde ſi ſeruus illum occidit cum enſe, † Ioan.
præfatus non tenebitur de vulnere per ſeruū illato, ex
quo cauſata fuit mors, nec de homicidio præfato ſe-
quuto. Ita dixit Rapha.Ludo.Roma.& Alex.de Imol.
in l.ſi quis mihi bona.in §.ſed ſi mandauit. iij.col. ff.de
acquiren.hęredi.tantò magis in caſu præſenti non te-
nebitur Ioan. ipſe ex quo ſeruus præfatus non verbe-
rauit baculo nec enſe vulnerauit pręfatum Baptiſtam,
ſed cùm ingreſſus fuiſſet apothecā Baptiſtæ, & aduer-
ſus eundē ſeruum quondā Saluator frater Baptiſtæ ir-
ruiſſet cum lācea, ſeu iannecta, ſeruus ipſe extraxit ſeu
euaginauit enſem cōtra Saluatorē, eundémq; ad neceſ
ſariam

ſariam ſuam defenſionem, vulnerauit, & dato abſque
2 veri præiudicio † quòd licuiſſet eidem Saluatori de-
fendere prædictum Baptiſtam eius fratrem, attamen
id fieri debebat cum moderamine inculpatæ tutelæ,
videlicet cum alio baculo ſeu fuſte, & nō cum armis,
prout dicit Baldus & communiter doctores, in l.j.ff.
de iuſti. & iure. & in l.j. C. vnde vi. & plenè Angel. in
tracta. maleſi. in ver. & dictus Titius ſe defendendo. in
3 x. colum. verſi. ex iis. vbi apertiſsimè tenet, † quòd nō
poſſum gladio offendere me inſultantem cum bacu-
lo, ſi aliter me defendere poterā, prout in dubio præ-
ſumendum eſt, me aliter defendere poſſe. & idem vt
ſuprà tenēt communiter doctor. in c. ſignificaſti. el ij.
extrà de homic. Vnde ſi minus licitè Saluator irruit
cum lancea contra ſeruum prædictum, potuit de iure
ſeruus ipſe cum enſe ſe tueri, & vulnerare Saluatorē,
prout vulnerauit, per nota. Barto. & aliorum in l. prę
ſenti. C. de iis, qui ad eccleſiam confugi. & in dicta l. j.
C. vnde vi. & poſito, quòd non licuiſſet ſeruo prædicto
enſe prędictum Saluatorem percutere & vulnerare,
attamen mādatum factum ſeruo fuiſſet, vt Baptiſtam
percuteret, non autem Saluatorem: & ſic dum per-
cuſſerit Saluatorem, non tenetur in aliquo Ioan. ipſe
4 dominus de vulnere Saluatori illato: † ſecūdum Ang.
in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. & in l. ij. ff.
ad leg. Corn. de ſic. Flor. in l. ſcientiā. §. qui cùm aliter.
ff. ad legem Aquil. & plenè Iaſ. in l. ſi pater. C. de hære.
inſti. Item accedit, quòd prædictus Ioan. cùm fuiſſet
poſt vulnus illatum Saluatori, aſſecuratus ſub fide &
iuramento homagij à prædicto Baptiſta & Nicolao
eius fratre de non offendendo, nec offendi faciendo
ipſum, fuit tandem proditoriè à prædicto Nicolao
vulneratus in capite, pro quo vulnere curando poſt
menſes duos curatus à quatuor medicis cum maximo
periculo, annuente Deo euaſit, licet perpetuò debili-
tatus, adeò vt vix os aperire poſsit, ob quod ſi in ali-
qua poſſet prætendi culpa, fuit nimium punitus, adeò
quòd de vulnere prædicto, & ſucceſsiuè morte ſequuta
dicti Saluatoris, non poſſet pœna ordinaria delicti pu
niri, ſed minoranda ſatis erit pœna ob dictum vulnus
per eundem Ioā. paſſum. Tum etiam, cùm ſteterit per
quadrimeſtre, & plus in carceribus magnæ curiæ in-
firmus, tum de prædicto vulnere ſibi illato, de quo in
carceribus ipſis infirmabatur, pro quo optimè ſucce-
dit glo. in l. ſi diutino. in verſi. in reatu. ff. de pœn. quæ
5 vult, † quòd illi, qui nimio ſeu diutino carcere graua-
tus extitit, debet minorari pœna ordinaria delicti:
per tex. in d. l. ſi diutino. & in l. reſpiciendū. in prin. ff.
de pœn. & in l. eum qui. ff. de iureiur. & in l. omnes. C.
6 de pœnis. & quia non debet † quis duplici pœna puni
ri, vt in l. licet. §. fi. & in l. & ita. §. fi. nau. caupo. ſtabul.
Præterea ſuffragatur eidem Ioan. quòd fuit, erat, &
eſt armiger ingentis roboris ac ſtrenuus, & vtilis rei-
publicæ, pugnauítque ſtrenuè pro regio ſeruitio con-
tra Gallos præclara facinora peragendo, de quibus in
proceſſu, fuítque caput ac præfectus quingentorum
peditum ob quod vniuerſitas Neap. per eius electos
ſupplicauit regiæ Maieſtati, pro eius liberatione, at-
tenta ſua ſtrenuitate & fortitudine. Ex quibus ingen-
ti robore & ſtrenuitate, dato abſque veri præiudicio,
7 † quòd dici poteſt eſſe in pœna capitali, debet tamen
ſecum diſpenſari, per nota. per glo. & doct. in l. & ſi ſe-
uerior. C. de infami. & in l. quid ergo. §. pœna grauior.
ff. eod. ti. & eſt tex. in propriis terminis in l. ad beſtias.
ff. de pœn. vbi iuriſconſultus dicit, quòd ſi condemna-
tus ad mortem ſit magni roboris, vel inſignis artificij,
qui eſſet vtilis reipublicæ, debet iudex principem cō-
ſulere, nec ſententiam ipſam condemnationis execu-
tioni mādare, & per dictam l. ibi dicit Dyn. quòd cùm
quidam inſignis faber percuſsiſſet ſocium, per quam
percuſsionem debuiſſet ſibi manus amputari, fuit ſibi
mitigata pœna per principem ratione ſui artificij. &
ſubdit ibidem Dyn. quòd in tali caſu vnuſquiſque de
populo poſſet impedire executionem ſententiæ capi-
talis latæ contra talem vtilem reipublicæ, vt refert
etiam & tenet Ludo. in ſuis ſingu. ccccxlj. incipien. tu
Senenſis. & voluit etiam Nicol. de Neapo. in l. eos ac-
cuſare. §. penult. ff. de accuſatio. & ideò licet princeps
8 non poſsit damnatum ad mortem abſque † partis in-
iuria liberare, tamen ſi perſona ſit ſtrenua, & ſingula-
ris artificij, ac vtilis reipublicæ poterit ipſum libera-
re. arg. d. l. ad beſtias. Ita dixit Par. de Put. in ſuo tract.
ſyndi. in verſi. pœna. j. col. verſi. an iudex poſsit. Ad-
ducitur inſuper, quòd ad aggrauandum ſeu minoran-
dum delictum, & ſucceſsiuè eius pœnam, eſt intuenda
9 cauſa, ex qua † quis motus eſt ad delinquendum, vt in
l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœn. & cùm pluries prędictus
Baptiſta ante vulnus prædictum illatum Saluatori,
verberauerit baculo ſeruum prædictum, & pariter
à Nicolao fratre prædicti Baptiſtæ, aliàs fuiſſet ſeruus
ipſe vulneratus, non potuit contineri, quin iuſto do-
lore commotus ex dictis prioribus offenſionibus in
ſeruum, per quas dominus intelligebatur etiam offen-
ſus, & iniuriatus, vt inſtit. de iniur. §. ſeruus. cum vulg.
quia dolus excluditur à iuſto dolore, vt nec dominus
10 nec ſeruus de dolo teneri debeat, † aut poſsit, niſi de
culpa & de exceſſu ſolùm moderaminis inculpatæ tu-
telæ, & non de toto, ſed de tanto, non ordinaria pœna
delicti, ſed arbitrio iudicis pœna extraordinaria, vt
puta relegatione: vt in l. ſi adulterium cum inceſtu. §.
Imperatores. ff. de adulte. vbi Ang. decidit iniuriatum
commitendo homicidium ſe vendicando, debere vt
11 culpabilem, † & non vt doloſum puniri, & ſolùm de
exceſſu pœna extraordinaria duntaxat, id eſt relega-
tionis, vt eſt text. in l. Gracchus. C. de adulter. & ibi do
ctor. Anton. de Butr. & Abb. in c. olim. de reſtitu. ſpol.
Ang. in tract. maleſi. in ver. & dictus Titius ſe defendē-
do. verſi. quęritur Titius vulnerauit. in verſi. tu autē in
hac materia. Pau. de Caſt. in conſi. ccxc. in fin. Bald. &
Saly. in l. j. C. vnde vi. Bal. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure.
Flo. in d. §. qui cum aliter. glo. xiij. quæ. j. in gl. ſummæ.
Militat inſuper pro prædicto Ioan. quòd ſeruus ipſe in
eius depoſitione interrogatus, cur vulnerauerat præ-
dictum Saluatorem, reſpondet ex cauſa præcedentis
offenſionis ſibi factæ per ipſum, & ſic ex propria ini-
micitia & odio, quod habebat ſecū, & non ex præam-
bulo mandato, vt prætenditur Ioannis eius domini:
12 † quo caſu ita tenendum & præſumendum eſt, & non
ex mādato, prout pulchrè voluit Cæpo. in ſuis caute.
in caute. xxxix. incip. vidimus quam plures caſus. &
quando adparet de inimicitia præcedente mandato,
præſumitur offenſa facta ſeu homicidium commiſ-
ſum ex cauſa præcedentis inimicitiæ, & non ex man-
dato ſubſequuto, iuxta no. per doct. in cap. ad audien-
tiam. de homici. per Bald. in cap. primo. §. iniuria. de
pace iura. firman. & Bald. in l. prima. C. de ſeruis fugi
tiuis. & gloſſ. in l. fin. C. de fideiuſſo. Vltimò conſide-
randum ſatis eſt, quòd ſeruus vulnerauit Saluatorem,
& Ioan.



& Ioan. licet dicatur mandaſſe ſeruo, vt ingrederetur
apothecam, & daret Baptiſtæ cum baculo quod tene-
bat in manu, & Baptiſta prius verberauerat baculo
eundem ſeruum: ergo mandatum illud, vt verberaret,
intelligendum eſt de æquali vindicta, videlicet cū ba-
culo, quod ſeruus in manu deferebat, & nō de maiori
vindicta, videlicet quòd cū enſe percuteret, maximè
quia maior fuiſſet iniuria verberari Baptiſtam baculo
à ſeruo, quàm fuerat iniuria verberationis ſeruo præ-
dicto factæ per Baptiſtā, & licet duo teſtes depoſue-
rint, ꝙ Ioannes percuſsit Saluatorem cum enſe, licèt
vnus ſolus deponat de percuſsione: alius autē *che alzo
la ſpata.* & non vidit percutere: attamen iſti fuerunt
validiſsimè repulſati, tāquam inimici capitales Ioan.
& inſuper tanquam infames infamia iuris & facti. Ex
quibus omnibus concludendum arbitror prædictum
Ioan. pro exceſſu duntaxat: tanquam dantem operam
rei illicitæ, eſſe aut pœna pecuniaria, aut relegationis
annalis plectendum.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtes examinati parte non citata non probant, nec fa-
ciunt indicium ad torturam, etiam ſi eſſent mille
teſtes.*
2 *Iudex vigore cuiuſcunque ampli arbitrij ſibi conceſſi cir-
ca maleficia non poterit aliquem inquiſitum torquere
non præcedentibus legitimis indicijs.*
3 *Iudex habens plenum & liberum arbitrium, non po-
teſt denegare defenſionem contra indicia ad tortu-
ram.*
4 *Præeminentia magnæ curiæ vicariæ deriuat à capitu-
lis regni, quatuor ſeu quinque, ex quorum diſpoſitio-
ne non indifferenter proceditur ad torturam. ſed con-
tra diffamatos etiam reprobos ac reiteratores cri-
minum.*
5 *Perſonæ induſtria præſumitur electa, vbi ſcribitur; tu
ſolus, ſeu tu per te, & ſic per geminationem talis
pronominis, adeò vt non poſſit actus per alium ex-
plicari.*
6 *Teſtes examinati per quos poteſt procedi ad torturam,
ſi allegantur per inquiſitum inimici. debet ſuperſe-
deri in tortura ſi offertur incontinenti probari de ini-
micitia.*
7 *Teſtes infames & criminoſi licet admittantur in crimi-
ne læſæ maieſtatis, tamen dum allegantur teſtes ini-
mici non admittuntur.*
8 *Allegans velle probare talia, quæ ſi probata eſſent, non ha
beret locum tortura eo caſu eſt ſuperſedendum in tor-
tura, & debet dari defenſio.*
9 *Tortura licet poſſit ex præeminentia aliqua adhiberi ex
proceſſu informatiuo, attamen non poteſt repeti ex
proceſſu informatiuo. & iſta eſt noua inuentio autho-
ris. & numero* 12.
*Tortus etiam ex proceſſu ordinario, non poteſt repeti ad
torturam, niſi ſuperuenerint noua indicia.*
10 *Tortus ſi in tortura fuit conſtans, conſtantia illa eneruat
ac euacuat indicia, licet ſufficientia, & tollitur proba-
tio contra ipſum quaſi non vera fuerit.*
11 *Teſtes de viſu, vbi extant de delicto contra inquiſitum
plures, debent conuinci per ordinarium proceſſum, &
conuictus condemnari, nec aliter torqueri.*
*Et ſi iudex torquet, tenetur in ſyndicatu, & malè facit, &
tenetur, ac ſi eſſet homicida.*

## CONSILIVM LXIIII.

SVpremi opificis pręſidio poſtulato, Amē.
In cauſa honorabilium Ioan. & Pauli de
Petra pagana, inquiſitorum de homicidio
in magna curia vicariæ, cōtra quos audio
fuiſſe proceſſum ad torturā ex proceſſu informatiuo,
& habuerunt tres ictus chordæ pro quolibet, vt noui-
ter adſumptus ad eorum patrocinium percepi, & præ
textu quòd indicia purgata non fuerint, prætendatur
repeti tortura inſtante fiſco, conſultus an potuit eiſdē
tortura inferri, & ſucceſsiuè an poſsit iterum & de no
uo repeti, reſpondi quòd ad torturam præfatam nulla
tenus deueniri potuit, tum ex carentia indiciorū, cùm
quia ſumus in proceſſu informatiuo, in quo ſunt exa-
minati abſque partis citatione, & ſic non nocebāt eo-
rum depoſitiones prædictis inquiſitis, vt dixit Bartol.
in l. ſi quis adulterij. C. de adult. & in l. cuſtodias. ff. de
publ. iud. & in l. fin. ff. de quæſtio. Abb. in ca. prætereà.
de teſtib. cogen. Ange. in tracta. malefic. in verſi. fama
public. columna quarta. Alexand. in conſilio lxxx. in
ſecundo volumine, incipient. in cauſa Angelorum. in-
tantum quòd ex depoſitione teſtium in proceſſu infor
matiuo, & ſic parte non citata, nullū reſultat indicium
ſufficiens ad torturam contra inquiſitum, dixit Bart.
in l. fin. & in l. maritus. ff. de quæſtionib. Angel. in l. ſi
vacantia. tertia chart. C. de bon. vacan. libro decimo.
Baldus in l. congruit. in fin. ff. de offic. præſid. & firmat
Philippus Decius in conſilio liiij. in primo volumine.
1 Hinc eſt, † quòd ſi eſſent mille teſtes recepti parte nō
citata, non facerent indicium ad torturam contra in-
quiſitum. Ita pulchrè conſulendo tenet Fran. de Aret.
in conſilio clxv. incipien. ſicut Ioan. in Apocalypſi. ſe-
cunda columna, per tex. in l. ſi quando. C. de teſti. & in
2 c. ſecundo, eodem titu. cum vulga. † Nec obſtat ſi dice-
retur, quòd magna curia vicariæ habet plenum & li-
berum arbitrium in maleficiis. nam dico, quòd vigo-
re cuiuſcunque ampli arbitrij, quod habeat poteſtas
ſeu commiſſarius in maleficiis, non poterit quem tor-
turæ ſubiicere, niſi legitima concurrant indicia, dixit
Bald. in cap. j. prima columna. de offic. ordinar. & me-
lius Gandin. in tracta. malefic. verſicul. item quæro, v-
trum poteſtas qui habet arbitriū. dum tractat de tor-
mentis. Idem tenet Paulus de Leaza. in c. grauis. penul
tima columna, de depoſi. Alexand. conſilio lxv. inci-
pien. habita ſuper contentis. ſecunda columna. Raph.
conſilio lxix. incipien. ſuper quæſtione formata. Iaſon
in l. j. prima columna. C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi re-
putat iſtud perpetuò not. & in §. bonæ fidei. octaua co
lumna, inſtitut. de actio. & in l. milites. ſecunda colum-
na. C. de teſtamen. milita. vbi ſubdit hoc eſſe cordi te-
3 nendum, quia valde quotidianum. Hinc eſt, † quòd
iudex habens tale arbitrium, non poteſt denegare de-
fenſionem contra indicia ad torturam. gloſſ. in cle-
men. ſæpe. in verſicu. defenſiones. de verbo. ſign. Bar-
tolus in l. filius. de donat. & in l. j. de teſta. mili. Eſſet e-
nim contra bonos mores torquere, defenſiones dene
gando. clemen. paſtoralis. de re iudi. per not. Bald. in l.
pacta. in princip. C. de pact. & in repet. l. ſolam. ad fin.
de teſtibus. & in l. neganda. C. qui acc. nō poſſ. Nec mi
litaret dicere, quòd magna curia habet quandam præ
eminentiam torquēdi ex proceſſu informatiuo, nam
huiuſmodi præeminentia ſeu rectius regia vſurpatio,
nullibi fundatur, niſi ab ea quæ oritur à diſpoſitione
capitulorum regni, vt pulchrè dicit Par. de Pute. in

tractatu ſynd.in verſic. tortura. in c.quia plerunque.
in verſi.ſi quis dixerit. ſecunda colum. in fi. & ibi ſub-
4 dit, † quòd raro vtitur magna curia præeminentia
prędicta,niſi in latrones inſignes, & valde diffamatos,
& in notorios criminoſos, concurrente tamen leui-
tate vitæ,torquendi.& idem ſequitur Affli.noſter Nea
pol.in ſuis deciſio. quas dicit eſſe S.Conſil. in deciſio.
cccxcj. vbi in ſpecie teſtatur fuiſſe per S.Conſil. & per
iudices magnæ curiæ concluſum, quòd præeminentia
magnæ curiæ vicariæ vendicet ſibi locum contra la-
trones inſignes diſrobatores ſtratarum,incendiarios,
violentos raptores, & committentes grauia crimina,
& contra quos laboret infamia, & non aliter,ex quo-
rum capitulorum vnum incipit, in accuſatis autem,
aliud incipit, tormentis inſuper. aliud incipit, idem
prouiſa iuris ſanctio.aliud iuris cenſura.ſub titu.de ar-
bitrio conceſſo officialibus. & vltimum, quæ eſt lite-
ra arbitralis, incipien.ſi cum ſceleratis & reprobis.
quorum omnium capitulorum verba ſi rectè perle-
gantur, & pōderentur ex eis nullatenus inferri poteſt
quòd indifferenter poſsit procedi ad torturam per
eandem magnam curiam, niſi vt ſuprà, & incipiendo
à c.tormentis. ibi dum dicitur, ne quis tormentis ex-
ponatur, niſi in crimine læſæ maieſtatis, aut ſi viarum
diſrobator exiſtat,ita quòd contra tales publica fama
laboret, & ſufficientia præcedant indicia, & vbi eo-
rum leuis perſona fuerit. & in c.idem prouiſa iuris ſan
ctio, dicitur circa medium ibi, latrones & vulgariter
publicè diffamatos, qui in itineribus vel in mari vio-
lentias aut aggreſsiones perpetrant, necnon reos alio
rum maiorum ſcelerum labe ſputatos, vulgari quo-
dammodo populi opinione grauatos, & labefactos
infamia. Et in alio ſequenti capit. iuris cenſura.&c.ibi
enormiter notabiles & famoſi, contra quos commu-
nis laborat infamia, & ipſorum delictorum graſſantia
eos facit quodammodò manifeſtos, & in c. ſi cum ſce-
leratis, quæ litera arbitralis eſt, ibi, quos notabiliter
fama grauat, & crebra commiſsio criminum dat in-
ſignes, & hæc litera eſt, quæ magis apertè loquitur de
præeminentia prædicta. & tamen vt locum habeat,
requiritur, quòd notabilis præcedat infamia contra
torquendum, vel crebra criminum commiſsio, & di-
cta litera directa regenti magnæ curiæ dicit, vt tu ſo-
lus contra quoſlibet notatos &c. & conſtito tibi per
teſtes, quos tantum ad tui infomationem recipere te
voluimus videtur eo caſu electa induſtria perſonæ il-
lius Regentis, quo caſu non poſsit actus ipſe per alium
ſucceſſorem explicari, per l.inter artifices, cum vul-
ga.de ſolutio.& l.vnica.§.ne autem.C.de cadu.tollen.
nam fuit dicta præeminentia conceſſa per dictam lite
ram arbitralem, & capitula illi inſigni militi regenti
Ioanni de haia ſeu achaia, & propter excellen. perſo-
næ ipſius cui fuerunt verba dictorum capitulorum
directa, cenſetur fuiſſe electa induſtria perſonæ, per
text.in l.prima.ff.de offi.præfecti prætor. nec egredie
5 tur † perſonā illius Regentis, cū adpareat litera ipſa
conceſſa ad beneplacitum, vt ex eius tenore liquet. &
maximè cùm ibi expreſſa dicatur, vt tu ſolus contra
quoſlibet notatos, &c. facit, quod in ſimili voluerunt
Bald.& Imol.in cap.fi. de offic. deleg. vbi dixit, quòd
ſi in literis apoſtolicis dicitur, informes per te ipſum.
importāt, quòd delegatus debet ipſe propriè ſe infor-
mare, nec teneret, ſi id per alium loco ſui faceret, & ſe
informaret, per text. in dicto c.fi. & in cap. cùm dile-
cta, & ibi no.extrà de reſcrip. nam important iſta ver-
ba, ac ſi dictum fuiſſet perſonaliter te informes. per
text.in l. fideicommiſſa.§.fina.verſi.per ipſum id fieri.
ff.de leg.tertio. & conſuluit Alexan. in conſil. ccxvij.
in ij.volumine, vltima columna. Or quantò magis eſt
dicere, vt tu ſolus: adparet enim quòd ſolus ipſe & non
alius ſucceſſor id facere poterat. & ſic cùm fuerit ſim-
plex litera arbitralis, vt ſuprà, licet incorporata inter
capitula regni, non poteſt, nec debet reputari capitu-
lum, & iam ſortita fuerit effectum ſuum in perſonam
illius regentis, & cum eius vita expirauit, Cætera verò
ſuprà narrata capitula non obſtant in caſu præſenti,
cùm vt adparet, ſolùm habent locum contra viles
& difamatos de crebra reiteratione delictorum, vt ad
paret ibi, in cap.idem prouiſa iuris ſanctio.dum dici-
tur ibi, frequentiúſque peccantibus.& pariter in cap.
creſcit culpa.ibi, aggreſsiones ingeminant. & vltimò
in litera prædicta, ſi cum ſceleratis. ibi, aggreſsiones
ingeminant. & quos crebra commiſsio criminum dat
inſignes. Quibus non concurrentibus in caſu de quo
in præſentiarum agitur, non potuit ad torturam pro-
cedi contra prædictos, & maximè non adparente de
leuitate vitæ ipſorum, prout requiritur, ad hoc vt tor-
tura locum habere potuiſſet in ipſos, prout dicit Par.
de puteo in loco præallega. ſecundum gloſſ. & Andr.
de Iſer.in conſtitutione regni, ſi damna clandeſtina.
maximè, nulla probata mala fama, prout requireba-
tur ex tenore capitulorum prædictorum, ad hoc vt
6 torqueri potuiſſent.† Prætereà, non potuerunt ex alio
exponi quæſtionibus & tormentis, quia fuit per eos
obiectum de inimicitia capitali teſtium contra ipſos
productorum, offerendo de ea in promptu verificare,
& minimè admiſsi fuerunt, prout admitti & audiri
debebant, per textum peregrinum in §.ſi verò quis di
cat.in authentic.de teſtib.& tenet in ſpecie Feli.Sand.
in cap.ex parte.vltima columna, extrà de teſtib. And.
de Iſern.conſtitu.regni, humanitate.penult. columna.
Quibus optimè ſuffragatur, quòd dum allegaſſent ini-
micitiam capitalem dictorum teſtium, & de ea offe-
rendo in promptu verificare, allegabant tale quid con
tra torturam eis inferendam, quòd ſi fuiſſet per eos
7 probatum, ceſſare debuiſſet tortura, cùm † teſtes ini-
mici non admittantur etiam in crimine læſæ maieſta-
tis, in quo aliàs criminoſi infames & inhabiles reci-
piuntur, ſicut etiam & in crimine hæreſis. inimici ve-
rò minimè admittuntur. dixit Bart. in l. in quæſtioni-
bus.ff.ad leg.iuli.maieſtat.& plenè Alexand. in conſi-
lio xj.in primo volumine. Specul. in tit. de accuſ.§.j.
verſic.fin. Alexan.in conſilio cxxvj. in quarto volum.
in fine.Par.de put.in tract.ſynd.in verſic.ſuſpicio. cap.
fuit ſemel interrogatus.tex.eſt etiam quem communi
ter allegant doct.pro ſingu.in cap.per tuas.extrà de ſi-
mon.idem tenet Ludou. Roma. in l.ſi verò.§.de viro.
xxij.colum.verſi.quadrageſima.ff.ſolut.matrim.Abb.
in c.inquiſitionis.§.tertiæ.extrà de accuſation & con-
ſuluit Marſil:in conſilio xxviij.ij.columna. primo vo-
lumine.& tenet idem Marſil.in l. prima.§.prætereà.in
princip.ff.de quæſtionibus. Sed ſic eſt, quòd allegans
talia, quæ ſi fuiſſent probata, non fuiſſet locus tortu-
8 ræ, eo caſu eſt ſuperſedendum in tortura, † & interim
debet cōcedi defenſio prædicta, vt dixit pulchrè Pau.
de Leaza.in comm.cap.grauis.extrà de depoſi.Gandi.
in tractatu maleficiorum.in rub. quis ſit effectus quæ-
ſtionis. in verſic.ſed quid erit. de quæſtione de facto.
ſubdens



ſubdens, quòd ita ſuper hoc ſibi conſuluit dominus
Lambertinus ramponus. Idem etiam conſulendo te-
net Alexan.de Imo.in conſi.lxv. in j. volum. & domi-
nus Barto.de cap.in c.regni, incip.ſi iuſte quis appel-
lauerit.ſub tit. quòd recipiatur appellatio à tormen-
tis in additio.incip.ſed pone.circa fi. Et ratio ſuperſe
dendi in tortura, erit ſecundum eos, quia ſi poſt tortu
ram differetur defenſio, nūquam per appellationem
poſſet poſteà recuperare detrimentum membrorum.
& ſic tardè id probaret poſt illatam ſibi torturam, cū
iſtud grauamen poſteà non ſit reparabile.l.ij.ff. de ap
pella. recipien. cum vulg. & ideò dixit in loco præal-
leg.prædictus dominus Barto.de capua, quòd ſero ap
pellaretur, ſi prius poneretur ad torturam. Circa ſe-
cundum propoſitum in themate, an poſsit tortura
ipſa repeti ex eodemmet proceſſu informatiuo? ſatis
liquet ex præmiſsis.& cogitare ꝙ ſi aliter fieri poſſet,
eſſet quidem error nouiſsimus & peior priore. imò
9 etiam, † quòd legitimè ex proceſſu ordinario fuiſſet
proceſſum ad torturam, attamen non ſuperuenienti-
bus aliis nouis indiciis, non poſſet iterum repeti. Ita
voluerunt Iacob.Aren.& Cyn.in l.fi. C. de quæſtion.
Ioan.And.poſt Odofr.in regula, contractus.de regu.
iur.Bald.in l.milites.C. de quæſtion. Bald. in repetit.
l.vnicæ.C.de confeſ.Bald.in l.ij. C. quorum appellat.
vbi plus dixit, quòd tormenta non plenè impoſita nō
poſſunt repeti, niſi ex nouis indiciis.& ideò dixit pul-
10 chrè Alber.de Roſa.in l.edictum.ff.de quæſtion. † ꝙ
etiam ſi plenè eſt probatum contra aliquem, qui de-
mum tortus, fuit conſtans, euacuātur probationes &
indicia, & tollitur illa probatio, quaſi vera non fue-
rit. Idem voluit Angel.in tract.maleficio.in ver.com
parent dicti inquiſiti, & negauerunt. refert etiam &
ſequitur Cæpol.in conſi.xxxij.incip.ruſtici Vincenti-
ni.& ſubdit ita vidiſſe obſeruari Veronæ.& hoc, quia
per talem torturam negationem & perſeuerantiam
probationes quæ erant contra ipſum, ſunt debilitatę.
& magis videtur verum illud, quod dicit, & negat cū
perſeuerantia ipſe reus, qui melius ſcit an delinquerit
quàm alius illud, quod depoſuerunt teſtes cōtra eum.
& idem ſequitur & refert Marſil. in ſing. ſuis in ſingu.
cclxij.incip.quod potui, nolui.& in d.l. edictum. ff. de
quæſtionib.& licet quæ ſit plena & moderata tortura
iudicis arbitrio committatur.vt dicit Bald. in l. ij. C.
quorum appe.& And.de Iſer.in conſtitu.ſi damna.ix.
colum.attamen nemo erit, qui poterit horum paupe
rum torturam cum tribus ictibus ſeu tractis validiſ-
ſimis à loco altiſsimo, niſi immoderatam arbitrari, &
pleniſsimam, præſertim cùm vni ex ipſis ſit totaliter
propter tormenta ſeparata cortex à ſpatulis, & bra-
chio, adeò vt maxima & diligenti cura medicorū in-
digeat, prout nunc à duobus medicis curatur. Et mini
mè ſuffragaretur regio fiſco dicere, quòd extantibus
contra ipſos probationibus per teſtes de viſu, de facili
poſſet repeti tortura: prout dicunt Cy.Rayn. & Bart.
in l.vnius.in §.reus.de quæſtioni.& plenè Alexan. in
conſil.v.in j. volumi. vbi dixerunt, quòd vrgentibus
indiciis poteſt tortura reiterari: multò magis inferri
poſſet, vbi eſſent teſtes de viſu. Nā reſpōdetur, quòd
licet ſint eneruatæ probationes prædictæ per tortu-
ram, vt plenè in iure oſtenſum fuit: attamen adparet
etiam, quod conuinci poteſt per proceſſum ordina-
rium, cùm ſint teſtes de viſu cōtra ipſos: quo caſu nō
11 † debet modo aliquo torqueri: ſed conuinci, & conui-
ctus condemnari: non autem torqueri ad effectum
extorquendi confeſsionem per tormenta ad hoc, vt
appellari non poſsit. Ita in ſpecie tenet Bald. in l. qui
ſententiam. C.de pœn. Angel.in l.ſi certus.ff.ad Sillei.
& ibi ſubdit, quòd hoc caſu exiſtentibus probationi-
bus de viſu, ſi iudex torquet, malè facit, & tenetur in
ſyndicatu. Idem voluit Ioan. Andr. in c. cùm in con-
templatione. de regul. iur. in antiquis. Catal. de viſſo
in ſuo tracta.ſyndi.in quæſtio.cxxxij.& quæſt.ccix. &
ccx.& ccxj.Dyn.in tract.de quæſtioni.Moder.Senen.
in tract.de indi. & tortu. in viij. char. & ibi ſubdit hoc
eſſe de iure verius. Andr. de Iſern. in conſtitu. ſi dam-
na.in vij.colum.& ibi dicit, quòd iudices crudeles tor
quentes illum, contra quem extant probationes de vi
ſu, vt confiteatur, ad hoc vt appellationis beneficium
ei denegetur, ipſum condemnando, eo modo tenen-
tur, ac ſi eſſent homicidæ: argumen.l.ſi ideò.§. fina.ff.
de euict.& l.in executione.§.vltimo.de verbo.oblig.
Vltimò non eundo per mendicata ſuffragia, conclu-
do quòd dato abſque veri præiudicio, quòd indicia
vel probationes contra ipſos inquiſitos non fuiſſent
penitus euacuatæ & eneruatæ, prout ſunt, adhuc non
poſſet repeti tortura illata ex præeminentia ipſius ma
12 gnæ curiæ. † & non de iure, cum fuerit illata ex pro-
ceſſu informatiuo, & ſic non datis prius inquiſito de-
fenſionibus. Namtalis præeminetia intelligenda eſt,
& ita interpretanda, vt vnica vice tantùm torqueri
poſsit: & ſic de primo actu tantùm: per text. in l. fidei
commiſſa.§. ſi quis decem. ff. de legat. iij. & in l. cùm
pater.§.pater certam.in fine, de legatis ij.quod maxi-
mè procedit. cùm ex præeminentia prædicta induca-
tur odium, vt quis inauditus torqueatur, nō datis ſibi
prius defenſionibus, quæ ſunt de iure naturali: & ideò
diſpoſitio ipſius præeminentiæ debet in primo actu
reſtringi.c.non poteſt.§.j.de præbend.in vj.& ſuffra-
gantur bene not.per Bald.in l.diuortio.§.quod in an
no.ff.ſoluto matrimonio.& in l.licet.in iiij. quæſt. C.
loca.præſertim cùm agatur de graui pręiudicio, quòd
quis inauditus torqueatur: & ideò ad primam vicem,
ſeu de prima vice verificari debet, per optimè dicta
Anto.de Butr.in conſi.xxx.incipien. dubium ingerit.
colum.iij.& eſt bonus text.in l. boues.in §.hoc ſermo
ne.ff. de verbor. ſignific. & faciunt optimè relata per
Iaſ.plene in l.duobus.§.ſi ei qui.ff.de iureiurand.cùm
hoc ſit priuilegium contra ius, vt quis inauditus tor-
queatur, debet priuilegium ipſum intelligi, vt minus
lædat ius commune, quàm poſsit: & pariter vt minus
lædat ius alterius. Ita Baldus in l. non ſine. de bonis
quæ libe.& in l.ſi quis decurio. C.de falſis.c. quod di-
lectio. & ibi Panor. extrà de conſan. & affini. Panor.
in c.cùm dilectus.de cle.non reſid. Alex.in conſi.v.in
ij.volumi.& Franc. Curt. in conſi. xiij. vltima colum.
prodeat ergo de vultu Dei iudicium, vt oculi iudican-
tium reſpiciant veritatem, ne famelica luporum vo-
racitas inebrietur de ſanguine innocentium.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doct.

SVMMARIVM.

1 *Exculpatio offenſi aſſerentis ſe non offenſum à Titio, eli-
dit indicia ſufficientia ad torturam, quæ exiſterent
contra ipſum.*

2 *Teſtes plerunque extra iudicium deponunt aliquid, vt
complaceant partibus, de quo poſtmodum examina-
ti cum iuramento, aliter deponunt.*

3 *Torqueri non poteſt clericus, niſi cùm fuerit de crimine publicè diffamatus.*

4 *Torqueri vbi poteſt clericus, requiritur quòd fuerit infamis & vilis: & etiam eo caſu debet tortura moderari: quia in foro eccleſiaſtico non dantur tormenta, prout in foro ſeculari ſed virgis tantum ſubijciuntur clerici in locum torturæ.*

5 *Suſpicio probabilis tormentorum idem operabitur ac ipſorum illatio.*

6 *Fama bona elidit plura indicia, ac euacuat.*

7 *Delinquens in foro eccleſiaſtico prima vice, potius expectandus & corripiendus eſt, quàm puniendus.*

9 *Tortus quando quis dici poſſit, vbi pluribus modis poteſt quis dici, quòd tortus fuerit.*

## CONSILIVM LXV.

REdemptoris gentium auxilio inuocato, Amen. In cauſa humilis Religioſi fratris Iacobi Corſi de Neap. accuſati de crimine ſodomiæ in perſonam Petri de Andriella, licet ex nonnullorum teſtium depoſitione videatur adparere prædictum Petrum id publicè dixiſſe coram nonnullis perſonis, demonſtrando ex hoc ſe valde offenſum à prædicto fratre Iacobo: attamen demum Petrus ipſe cum iuramento iudicialiter examinatus, & interrogatus an id verum fuiſſet, expreſsè cum iuramento contrarium depoſuit, aſſerẽdo quòd ſi quid aliter dixerat contra prędictum fratrem Iacobum, id ad ſuggeſtionẽ & perſuaſionem fratris Loyſij accuſatoris fecerat, qui multa eidem pollicitus fuerat, vt ita diceret. & ſic eo modo dixit extraiudicialiter, ſed cum iuramento in præſentiarum dixerit veritatem. vnde ſuccedit, quod voluit ſingulariter Bald. in l. j. C. com-
1 mu. de leg. † quòd licet contra aliquem adſint indicia ſufficientia ad torturam de delicto, attamen ſi paſſus delictum exculpauerit illum, contra quem vrgent indicia, non poterit talis exculpatus eo caſu torqueri: per tex. in l. Paulus. §. j. de ope. liberto. quem refert & ſequitur Iaſ. de May. in l. j. ij. colum. ff. de eo, per quem factum erit. dicens hoc eſſe ſingulariſsimum. Idem ſequitur Iaſ. in dicta l. j. commu. de leg. vbi dicit hoc eſſe ſingulariter menti tenendum perpetuò, & nunquam obliuiſcaris: quia vtile eſt ad euitandum aliquem à tortura ſeu euadendum. & idem conſuluit Alexan. de Imo. in conſi. xxiiij. incipien. animaduerſis. v. colum. in ij. volum. quod maximè procedit, cùm prædictus Petrus id iudicialiter, & cum iuramento depoſuerit:
2 † nam licet talis eius confeſsio extraiudicialis contraria præceſſerit: attamen quia aſſertiones ipſæ extraiudiciales ſæpè fiunt, vt complaceatur partibus quarum intereſt, vt ita dicatur, ideò ſtandum erit ſecundo dicto iudiciali, & maximè iurato. Ita pulchrè firmat Felyn. in c. cùm in tua. iij. colum. circa finem. extrà de teſtibus. dicens quòd iſta pars eſt cõmunior & verior. Nec obſtat eidem fratri Iacobo depoſitio fratris Leonardi, & fratris Franciſci, aſſerentium ſe aliàs tempore eorũ pueritiæ fuiſſe ſtupratos à prædicto fratre Iacobo: quia dum talia deponunt, ſe participes criminis faciunt: & ſic eis tanquàm criminis participibus nulla fides adhibenda eſt. l. fin. cum glo. C. de accuſatio. cap. primo & ibi canõ. extrà de confeſsis. gloſſ. & doct. in c. veniens extrà de teſtibus. per quam infert ibi Bald. quòd ipſe eſt caſus, in quo teſtis infringit ſeipſum confitendo, quòd eſt particeps criminis, nec etiam ipſius participis dictum facit indicium ad torturam: vt dicit Anto. de Butr. in præallegato c. j. gloſ. in l. ſi filium. C. de libera. cauſa. in gloſſ. magna. Cyn. in l. fina. & ibi Salyc. C. de quæſtionibus. Angel. in l. ea quidem. C. de accuſationib. Fulg. in conſil. xxj. incipien. in cauſa inquiſitionis formatæ. & ſic prædicti fratres Leonardus & frater Franciſcus deponendo ſe aliàs fuiſſe ſuppoſitos, ſeu ſtupratos à prædicto fratre Iacobo per ſodomiam, vt aſſerunt, redduntur ex hoc eorũ dicto infames, vt habetur in authen. vt non luxur. contra natu. & in l. cùm vir in fœminam. C. de adulter. & in c. clerici. extrà de exceſsibus prælator. & in c. flagitia. & c. ſequen. xxij. q. vij. ſed infames repelluntur à teſtimonio: vt dicit Specul. in titu. de teſte. §. j. verſi. item quòd eſt infamis. Præterea, audiri non debet qui turpitudinem ſuam allegat: per text. in c. cùm ſuper. de conceſ. præbend. & melius in c. inter dilectos. extrà de donationibus. & in c. cùm ſuper. de confeſsis. gloſſ. in c. ex tenore. de teſtib. & in l. tranſactione finita. C. de tranſactio. & in l. filios. cum gloſſ. C. de reuocan. iis, quæ in fraudem credit. Idem refert & ſequitur in propriis terminis in cauſa inquiſiti de ſodomia conſulendo Marſi. in conſil. xxviij. in iij. col. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ. vbi plus ſubdit, quòd dato quòd delictum ſeu crimẽ ſodomiæ eſſet de illis, de quibus ſocius criminis poteſt interrogari de conſocio: attamen dicta prædictorum contra prædictum fratrem Iacobum examinatorum non facerent probationem aliquam, nec indicium rontra ipſum, per rationem: quia in prædictis caſibus, in quibus ſocius criminis poteſt deponere contra ſocium, tunc talis depoſitio de per ſe ſola, non producit ſufficiens indicium ad torturam: vt conſuluit ſatis pulchrè Alexand. in conſilio ccccLxxv. incipiente, quoniam abundè. in fin. vbi allegat hoc tenere Salyce. in l. fina. C. de accuſ. Io. de Imo. in cap. j. de confeſ. & idem tenuit Gandi. in ſuo tract. maleſi. ſub rubr. de quæſtio. & tormen. iiij. colum. in princip. verſi. ſed quid ſi perſona Sed ſic eſt, quòd aliud non adparet ex meritis proceſſus contra prædictum fratrem Iacobum, niſi depoſitio prædictorum duorum, ergo &c. Sed quid opus eſt verbis, nedum ſi indicia, quæ iam euacuata ex proceſſus meritis colliguntur, verum etiam ſi mille indicia extarent contra prædictum fratrem Iacobum, nõ
3 † ex hoc poſſet modo aliquo poni ad torturam: cum clericus non poſsit torqueri, niſi ſit de crimine illo, de quo inquiritur, publicè diffamatus. Ita dixit pulchrè Pau. de Leazar. in c. j. extrà de depoſito. & ibidẽ Abb. antiqu Io. And. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. & ibi Panor. Ioan. de Ana. in c. j. vlti. col. de cler. percuſ. concurrente maximè, cùm plenè doctum fuerit eundem fratrem Iacobum fuiſſe, & eſſe hominem bonæ famæ, ac optimum religioſum, & confeſſorem
4 probatæ vitæ & conditionis. † Ex quo per bonam famam & vitam excluditur indicium, etiam ſufficiẽs ad torturam exiſtens contra inquiſitum: vt dicit Bald. in l. fi. C. de probat. in fi. ſequitur Alex. de Imo. in l. fi. in apoſtil. ff. de quæſt. Idem Alex. in conſi. xc. viſo themate anteſcripto. in iij. vol. Cæpo. in conſi. xl. incip. Lucius. & plenè Bald. & Ioannes. de Imo. in l. finali. ff. de hæred. inſtituen. & Marſi. in conſi. lxxiiij. & licet aliàs reperti ſint aliqui clerici torti, & ſic torturæ ſuppoſititi, tamẽ illi fuerũt infamia notati, & viles: prout fuit ille Belſiat: de quo in d. c. j. de depoſ. ſuper quo dixit Abb. nunquam reperiri poſſe clericos torqueri, niſi ſint reperti eſſe infames & viles. & nihilominus, eo etiam caſu debet quęſtio moderari, ſecundũ Vgon.
5 † quia in foro eccleſiaſtico non adhibentur tormenta prout in foro ſeculari: ſed virgis tantummodo ſubiiciuntur clerici in locum torturæ. c. ij. in fi. xxiij. quæſtio. v. dummodo enim ſeruentur incolumes. l. ij. ff. de quæſtio. & facit cap. cùm beatus. xlv. diſtinct. & in c. in archiepiſcopatu. & in c. prius. extra de rapto. & tamẽ in cauſa iſta Reuerendus pater Miniſter excedendo iuris tramites, ex præmiſsis indiciolis imò leuioribus præſumptionibus, eundem fratrem Iacobum deferri fecit ad locum torturæ, ibidémque ipſum ligari fecit demonſtrando eundem torqueri velle: ſicque eidem ei minas & metum clamoroſis vocibus incutiendo: quo caſu ſi quid ſiniſtrum contra ipſum per prædicta poſsit inferri fuiſſe probatum, ſatis ex dicto metu torturæ, & eius perſeuerantia in negando purgatum fuiſſe adparet: cùm nihil contra ſe ipſum confeſſus fuerit
6 ex quo probabilis ſuſpitio tormentorum † idem operatur, ac ipſorum illatio dixit pulchre Dyn. in l. nouiſſimè. ff. quòd falſo tuto. author. & Baldus, in l. interpoſitas. in fine. C. de tranſact. & in c. j. de pace iuramento firmand. & in c. ſi. in fine. de appell. Iaſ. in l. ſi ob turpem. iij. colum. ff. de condict. ob turp. cauſ. Et ſic licet non fuiſſet tortus, ſed ductus duntaxat ad locum torturæ, & ligatus & minatus torqueri, certè tortus bene
7 dici poteſt: adeò † quòd ſi confeſſus fuiſſet contra ſe, ſibi non præiudicaret: quia diceretur talis confeſsio extorta per torturam, ſicut ſi realiter tortus fuiſſet quia talis metus & talis ſuſpitio torquendi æquiparatur torturæ. idem ſequitur & firmat Alexand. de Imo. in l. j. §. diuus. ff. de quęſtio. quia eo caſu dicitur confeſſio emanata per torturam: quia paria ſunt confiteri in tormentis, vel metu tormentorum. Ita vltra Bald. in dicta l. nouiſsimè, tenet Barba. in cap. ſi conſtiterit. penult. colum. extrà de accuſ. Catal. in tracta. ſyndi. in verſic. clxv. Angel. in tracta. maleſi. in verſic. fama publica, verſicu. poſtquam aliquis, vbi in particulari tenet, quòd ſi inquiſitus fuit ductus ante torturam, ſeu in conſpectu torturæ, vel ligatus ad eam, vel ſi minæ de ipſum torquendo interuenerint, quælibet confeſsio exinde emanata dicetur facta metu tormentorũ. Ita dicit tenere Iacob. de Butr. Cyn. & Salycet. in l. ij. C. de cuſt. reo. & Bartol. in l. prima. ff. de quæſtion. Gandin. in tractatu maleſi. ſub rubr. de quæſtion. & tormen. in verſicu. dictum eſt ſuprà. Innocent. in cap. relatum. extrà quod metus cauſa. & in cap. cauſam matrimonij. extrà de offic. delega. Angel. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquirend. hæredita. & dato abſque veri præiudicio, ꝙ de huiuſmodi exceſſu modo aliquo poteſt dici adparere contra ipſum, prout nullatenus adparet. dico & maxime in foro eccleſiaſtico procedere, quòd pro crimine ſemel commiſſo non debet quis puniri, cùm etiam in foro Cæſaris crimina ſemel duntaxat cõmiſſa, venia digna ſint. text. eſt in l. iij. in fine. C. de epiſcop. audientia. vbi ſingulariter dicit Imperator remiſsionem veniæ crimina niſi ſemel cõmiſſa non habeant. & alibi, obnoxium eſt virum ſtatim pro vno delicto puniendum: quia magis eſt ex-
8 pectandus † & corripiendus, quàm puniendus. capit. pleriq; lxv. diſtinct. & quilibet iudex terrenus debet cæleſtem iudicem imitari. id eſt, Deum, vt in §. arripiat. in authen. vt omnes obediant iudici. prouinc. & præſertim iudex eccleſiaſticus: quia natura diuinitatis pia eſt. cap. quia diuinitatis. de pœniten. diſtinctio. prima. & plenè Paris de pute. in tractatu ſyndi. in verſicu. compoſitio. j. colum. Ex quibus concludo prædictum venera. fratrem Iacobum à carceribus liberandum ex quolibet prædictorum, ac priſtino honori ac famæ omni debito modò, quo fieri poteſt, reſtituendum, cùm in veritate nimis grauatus extiterit, & innocens & ita de iuris cenſura ſentio.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.



### SVMMARIVM.

1 *Nominatio facta ſponte per inquiſitum de ſocio criminis minimè aliter interrogatum facit vt talis nominatio ſuſpecta habeatur à lege.*

2 *Socij criminis depoſitio contra alium, quem in ſocium criminis nominat etiã in caſibus, in quibus de ſocijs interrogari poteſt, non faciet indicium ad torturã: ſed ſolũ operatur, vt inquiſitio formari poſſit.*

3 *Socij criminis depoſitio etiam in tormentis & in caſibus exceptuatis non faciet indicium ad torturam, ſed ſolùm qualem qualem præſumptionem.*

4 *Socius criminis nominando alium in ſocium eiuſdem criminis, etiã quòd ille nominatus eſſet malæ conditionis & famæ non ex hoc poterit torqueri.*

5 *Socius criminis dum nominat alium in ſocium, facit vt iudex inquirere debeat de fama, & cõditione talis nominati & non moueatur ex ſola confeſſione, etiã in caſibus exceptis. & reperto ipſo bonæ famæ, talis nominatio non operabitur quicquam.*

6 *Socius criminis dum alium nominat in ſocium ſi contra illum nominatum non concurrat aliqua legitima præſumptio, ſeu indicium, non creditur nominãti, niſi ſolùm ad inquirendum.*

*Quando non concurrit aliqua legitima præſumptio contra ſocium nominatum nõ creditur illi nominãti, niſi ſolùm ad inquirendum contra nominatum, & nõ ad torturam.*

## CONSILIVM LXVI.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato, Amen. In caſu de quo agitur Dominicus de procita tortus, & in tortura interrogatus ſuper aſſaſsinio prędicto, vt audio ex ſe ſua ſponte depoſuit, ꝙ de ordinatione ſeu mãdato honeſtæ mulieris Hilariæ filiæ ipſius querulantis, id com-
1 mitti fecerat: & ſic ſuccedit diſpoſitio iuris, † ꝙ quando inquiſitus de ſe confeſſus, alium nominat minimè de eo interrogatus: talis nominatio ſuſpecta habetur à lege. Ita dixit Moder. Senen. in tract. de indiciis & tortu. iij. char. xij. col. verſ. qualis autem ſit modus interrogandi. & ſic non ſtabitur eius dicto, niſi alia præcedant indicia contra nominatum prædictum, etiam in caſibus in quibus interrogari potuiſſet. Ita in ſpecie tenet Gui. de Suza. in tract. de tormen. viij. col. ver. ſed quid de quæſtione occurrenti. & idem tenet Saly. in l.
2 fi. C. de accuſ. Et dato † quòd eſſemus in caſu ſpeciali, in quo quis de ſociis interrogari poſſet, tamẽ eius depoſitio non faciet indicium ſufficiens ad torturam. dixit Ang. in l. ſi certus. ff. ad Sillenia. verſi. & not. diligenter. ſed ſolùm operatur, vt inquiſitio formari poſsit. Idem tenet Saly. in d. l. fin. Alexan. in conſi. xc. in iij. volu. Petr. Philip. Corne. in conſil. lviij. j. volu. Fulgo.
3 conſilio clxxvij. † Et quando eſſemus verè in caſibus exceptis, adhuc dico, quòd depoſitio ſocij crimi-

nis licet in tormentis nõ probet, nec faciat indicium
ad torturam: ſed ſolùm qualemqualem præſumptio-
nem vt probat glo. in d. l. fi. & idem hoc firmat Salyc.
& Io. de Imo. in c. j. de confeſ. Gand. verò in tract. ma-
leficio. ſub rubr. de quæſtio. & tormen. in verſi. bonas
quæſtiones. concludit veram eſſe opinionem Azo. in
d. l. fi. quòd ſocius non facit fidem contra ſocium, niſi
in certis caſibus enumeratis ſeu exceptis, & ſi non præ
cedant indicia, adhuc etiam in illis non creditur ſo-
cio criminis. Ita dixit Guido de Suza. in tract. malefi-
cio. ſub rubr. qualiter reus ſubiiciatur tormentis. in fi.
4 j. col. vbi plus ambo prædicti doct. concludunt, † quòd
etiam ſi perſona nominata eſſet malæ conditionis &
famæ, propter talem nominationem non poterit tor-
mentis ſubiici. Idem de præallegatis omnibus tenet
Auguſt. Arimi. magnus practicus in additio. ad Ang.
in tract. maleficio. in verſi. fama publica præcedente.
vij. col. vbi relatis opinionibus dicit, quòd quicquid
ſit in practica, ipſe non recederet à gl. in d. l. fi. appro-
bata & declarata ab illis ſummis doctoribus, qui fue-
runt magni practici in maleficio, videlicet Gandi. &
Guid. de ſuza. & idem conſuluit Alex. in conſi. cxxvij.
in fi. in iiij. vol. & plenè Andr. de Iſer. in conſtitut. re-
gni, ſi damna. vbi ſubdit dictum ſocij criminis non fa
cere niſi aliqualem præſumptionem, quia confeſſus
5 eſt contra ſe. vnde ſubdit, † quòd iudex inquiret de fa
ma, & conditione huius ſocij nominati, & non mo-
ueatur ex ſola confeſsione, etiam in dictis caſibus ex-
ceptis & enumeratis per d. glo. in d. l. fin. & ſi inuene-
rit ipſum bonæ famæ, talis confeſsio nihil operabitur
ex quo debent eſſe præſumptiones, ſuſpiciones & ar-
gumenta. & dicta conſtitutio, ſi damna requirit leui-
tatem vitæ torquendi, imo ſubdit Andræ. ibidem,
in quinta colum. quòd talis depoſitio ſocij torti erit
qualiſqualis præſumptio, etiam ſi plures ſint confiten
tes de nominato, non valebit dictum eorum, quãtum
dictum vnius teſtis, qui facit torqueri, vt in l. maritus.
de quæſtio. ſed ſolùm ex confeſsione plurium videtur
probatum, vt de indiciis detur eorum copia nomina-
to, vt iuuet ſe probando talia, per quæ eneruetur effi-
cacia confeſsionum. Et quòd quando non concurrit
aliqua legitima præſumptio contra ſocium nomina-
tum ſeu indicium, non credatur illi nominanti, niſi
ſolùm ad inquirendum contra nominatum, & non ad
torturam, tenet dom. de S. Gemi. & Capr. in c. cleri-
cos. de ſent. excom. in vj. Bal. & Ang. in d. l. & ſi certus.
in princi. ff. ad ſille. & ibi, ſubdit Roma. quòd hæc eſt
communis ſententia Saly. in d. l. fin. & Mod. ſenen. in
tract. de indiciis & tortur. in iij. chart. & ita conſulo
iuris eſſe ego Thom. Gram. Vtriuſque Iuris Doct.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſi in cauſa criminali dicat ſe aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum fuit, cui magis creditur ipſi teſti, vel notario, qui ſcripſit.*

2 *Teſtium examinatio in criminalibus non committitur: ſed debet fieri per iudicem.*

3 *Teſtium examinatio non committitur niſi alicui electo de voluntate ambarum partium.*

4 *Teſtium examinatio quando committitur de voluntate partium alicui tabellioni debet conſtare de commiſſione ipſa per ſcripturam alterius notarij ſeu tabellionis.*

5 *Teſtis quando fuit non ritè, ſeu non rectè examinatus, poteſt etiam poſt publicationem iterum examinari.*

6 *Notarius obtinet vicem duorum teſtium pro ſuo inſtrumento.*

7 *Teſti, quando eſt perſona non leuis, ſed grauis, vt ſi eſt clericus, vel alius probatæ vitæ ſi deponat non ſic depoſuiſſe prout tabellio ſcripſit creditur.*

8 *Teſtes non deſcripti in inſtrumento ſi deponant aliquos teſtes interfuiſſe in inſtrumento, qui negauerant interfuiſſe, ſeu fuiſſe præſentes ſtabitur eis.*

9 *Teſtes ſi depoſuerunt non recordari ſe interfuiſſe in inſtrumento, vel non recordari de contentis in eo, non ex hoc inſtrumentum redditur falſum.*

10 *Teſtium ſubſcriptio de iure non requiritur in inſtrumento.*

11 *Teſtes deſcripti in inſtrumento ſi deponũt pro inſtrumento, non vitiantur eorum dicta per alios teſtes ſupernumerarios non deſcriptos contrarium deponentes.*

12 *Teſtes duo ſi ſe affirmant interfuiſſe in inſtrumento cum celebrabatur ſeu ſtipulabatur. alij verò duo teſtes negant interfuiſſe, inſtrumentum probat, quia coadiuuatur ab illis duobus affirmantibus.*

13 *Teſtium numerus quando in aliquo actu non reperitur taxatus, certè ſufficiunt duo teſtes, etiam ſi actus eſſet grauis & magni præiudicij.*

14 *Probatio inquiſiti quando reddit dubiam probationem querulantis ſeu fiſci exiſtentem contra ipſum inquiſitum debet inquiſitus ipſe abſolui, vnde probatio fiſci non ſolum remanet dubia, ſed etiam eliſa.*

## CONSILIVM LXVII.

TRemendi Dei præſidio petito, Amen. In
cauſa notarij Petri inquiſiti, & carcerati de
fabricatione falſi inſtrumenti prætenſæ
renuntiationis, prætextu, quòd duo teſtes
in eodem inſtrumento deſcripti depoſuerint non re-
cordari interfuiſſe primo loco, & demum certo tem-
poris interuallo dimiſſo dixerint ſe interfuiſſe, & ex
hoc referant ſe inſtrumento prædicto: nam clarum eſ-
ſet nos eſſe in cauſa falſi intentari, & ſic in criminali-
bus. & ex iuris diſpoſitione in ciuilibus licet credatur
1 tabellioni contra teſtes aliter dicentes, † attamen ſe-
cus erit in criminalibus, & maximè dum de falſo con-
tenditur, quia tunc neutri credendum eſt, nec notario
nec teſti. voluit Specul. in tit. de teſte. §. j. verſic. ſed po
ne. & in titu. edit. inſtrumen. § reſtat. verſic. ſed quid.
quem refert & ſequitur Anto. de Butr. Panor. & plenè
Fely. in c. ad audientiam. extrà de præſcrip. ij. colum.
verſic. not. quintò. & in c. cùm cauſam. in fi. extrà de
teſtib. lo primo. Angel. & Imol. in l. j. §. ſi quis neget.
ff. quemadmo. teſtament. aperian. Cy. & Salyc. in l. ſi
quis decurio. de fal. Ludo. Roma. in l. j. in fi. ff. de ver.
obligat. & idem ſequitur conſulendo Alexan. in con-
ſilio ſuo lxx. incip. viſo proceſſu inquiſitionis. ij. co-
lum. primo volu. & in conſil. lxxiiij. viſo teſtamento.
penul. col. verſi. fortificantur. eod. j. vol. & plus ſubdit
Spec. in præallegato §. reſtat. de inſtrumen. edit. quod
omnes doct. Bononiæ in ſuo priuato examine ita con
cordarunt, vt non credatur tabellioni contra teſtem,
quando teſtes accuſantur de falſo, & ſequitur Ludo. in
l. prima. in fine. ff. de verbor. obliga. ſuprà allegata, di
cens hoc eſſe verum dictum & ſingulare. & Felyn. in
præallegato cap. cum cauſam. dixit hoc dictum Spe-
cul. eſſe multum nota. & conſuluit etiam Alexand. in
conſilio xlix. incipiente, viſis proceſsibus. in ij. volu.
& plenè Marſil. in conſilio lxxiiij. ij. volum. & Franc.
Curt. ſenior in conſilio lvj. ix. colum. Pro corrobora-
tione



tione prædictorum bene facit, quod voluit Andr. de
Iſer. in conſtitutio. regni, in pecuniariis. & ibi glo. vbi
2 dixit, † quòd examinatio in cauſis criminalibus non
debet committi, ſed debet fieri per iudicem: ſicut
etiam & in cauſa repulſæ, quæ incaleſcit criminalita-
ti, niſi de volũtate inquiſiti fieret, vel niſi eſſent teſtes
ſenes & valitudinarij, qui perſonaliter ſe conferre
non poſſent in curia. ita firmat Andræ. vbi ſuprà, ſed
quòd etiam de iure communi in criminalibus debet
iudex ipſe recipere depoſitionem teſtium, nec id face
re per alium ſubſtitutum loco ſui, ita in particulari
conſuluit Marſilius in ſuo conſilio cxxx. in ſecundo
volumine. v. colum. incipiente, viſo & conſiderato
proceſſu. & ſubdit ita colligi ex clementina prima de
officio delegati. & ibi clarius gloſ. & Bald. in rubrica
de controue. inueſtituræ. Tum etiam per id quod di-
ci ſolet, quòd probationes ſunt faciendæ iudici. l. quin
quaginta. ff. de probatio. & l. eos. & l. ſi quando. C. de
teſtibus. & l. doce ancillam. C. de rei vendicat. & ha-
betur in auth. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtru
ment. & v. quæſt. v. c. illi qui. imò plus dicit Andræ. de
Iſer. in dicta conſtitutione, in pecuniariis. quòd quan
do in cauſa criminali committitur examinatio teſtiũ
alicui de conſenſu partium, requiritur inſuper quòd
illi cui committitur, ſit de curia, aliàs non tenet talis
commiſsio, nec examinatio, prout in caſu, de quo agi
tur, ſumus, in quo per exterum à curia fuerunt teſtes
3 recepti, † non aliter conſentiente, nec requiſito præ-
fato carcerato. Quinimò & plus, etiam tabellioni
committi non poterit, niſi de conſenſu partium rece
ptio teſtium, & de tali commiſsione debet adparere
4 per ſcripturam manu alterius notarij, quàm † illius,
qui examinabit teſtes virtute cõmiſsionis. dixit Bar
tol. in authent. apud eloquentiſsimum. C. de fide in-
ſtrumen. Angel. in l. iudices. eodem tit. Hoſtien. Ioan.
Andr. & Anto. de Butr. in c. quoniam contra. de pro-
batio. Feder. de Senis conſilio cxcix. quæritur an di-
cta Margareta. & conſuluit Alexan. in conſilio ccxiij.
viſo & opportunè diſcuſſo. ſecunda colum. verſicul.
prætereà teſtes iſti. in ij. volu. & plenè Fely. in c. cùm
cauſam. xvj. colum. extrà de teſtibus. & in c. ſi qui te-
ſtium. eodem titulo. Vnde cùm teſtes præfati aliter
fuerint. & à priuata perſona, & non de magna curia,
& non requiſito aut conſenſu inquiſiti, ergo &c. & de
mum cùm fuerint iterum repetiti ad examen ritè &
rectè, prout requiritur, bene probant, vt dicit Bal. in
cap. primo. §. primo. quid ſit inueſtitu. vbi tenet quòd
quãdo teſtis non fuit ritè receptus poteſt etiam poſt
5 publicatum repeti. & idem voluit † Bart. in l. qui per
ſalutem. ff. de iureiur. & in authen. at qui ſemel. de pro
batio. Io. Andr. in cap. cùm cauſam, quæ inter archie-
piſcopum, de teſtib. & Canoni. in cap. per. tuas. de te-
ſtibus. Accedit inſuper ad concomitantiã depoſitio-
nis ipſorum teſtium, qui bene recordati ſunt, depoſi-
tio presbyteri Franciſci manere, qui licet non fuerit
deſcriptus inter teſtes numerarios contentos in in-
ſtrumento, tamen fuit præſens in ſtipulatione contra
ctus, & vocat præfatos duos teſtes interfuiſſe ibidẽ.
Concurrit inſuper authoritas notarij, qui vices duo-
6 rum † obtinet. c. cùm Ioannes, de fide inſtrum. & ſic
reſultat plena probatio, quòd teſtes ipſi interfuerunt
& nihil obſtabit ſcriptura tabellionis, inquantũ can-
tat teſtes ipſos dixiſſe ſe nõ recordari, & dato abſque
veri præiudicio, quòd ita depoſuiſſent ſe non recorda
ri, poſſunt tamen hodie teſtes dicere ſe recordari de
eo quod pridie non recordabantur. Ita Bart. in l. qui
bona. §. ſiquis ſtipulatus. in princip. ff. de damno infe
cto, & quod in ſimili dixit Bald. in l. de tutela. C. de in
integrum reſtitut. minor. Et facit pulcherrimus text.
in l. quidam tabularum. ff. de furtis. ſecundum Angel.
ibi: quòd ſi teſtis vno tempore non eſt recordatus, &
alio tempore recordatur, nõ dicitur, contrarius, nec
periurus, nec varius, concurrente maximè grauitate
perſonæ teſtium, cùm ſint clerici, quibus magis defe
7 rendum eſt ſeu credendum, dum deponant nõ ita † di
xiſſe, prout ſcriptum eſt, vt conſiderat Panor. in præ-
fato cap. ad audientiam. de præſcript. & ſic rectè ſuc-
cedit quod voluit Anton. de Butr. quem ſequitur Fe-
lyn. in præfato capit. cùm Ioannes. extrà de fide in-
ſtrumentorum. in xvij. colum. in verſic. hanc amplia-
tionem limita, quòd quando probari poteſt per alios
teſtes non deſcriptos. in inſtrumento, quòd illi teſtes
qui negant ſe interfuiſſe, fuerint ibi præſentes, certè
8 ſtabitur eorum depoſitioni, quòd † ibi præſentes fue
rint, & ſic inſtrumentum remanebit verum, & abſque
ſuſpicione, prout ita dicendum eſt. in caſu noſtro ex
præmiſsis. Prætereà, vltra depoſitionem præfatorum
teſtiũ, extat confeſsio ipſius renuntiantis, in qua di-
xit præfatam renuntiationem feciſſe in poſſe eiuſdem
notarij Petri inquiſiti, & ſic non poteſt inſtrumentũ
ipſum prætendi falſum, nec ſuſpectum: & licet teſtes
depoſuiſſe aſſeratur, ſe non recordari interfuiſſe in in
9 ſtrumento, ſeu non recordari de contentis in eo, † nõ
ex hoc dici poteſt inſtrumentum falſum. dixit Bald.
& Imola, in l. j. §. ſiquis neget. ff. quemadmodum teſta
menta aperian. Salycet. in l. in exercendis. C. de fide
inſtrumentorum. & Paul. de Caſtr. in conſilio ducen-
teſimoquinto, non multum videtur, &c. Innoc. Anto.
de Butr. & Imol. in ſæpius allegato c. cùm Ioannes &c.

Et ſi dubitari contingeret, ſi inſtrumentum prædi-
ctum fidem faciat, cùm authoritate apoſtolica fa-
ctum adpareat, & non regia, licet hoc non ſit præſen
tis diſcutionis, ſed ſolùm agitur in præſentiarum, ſi no
tarius Petrus confecit dictum inſtrumentum, prout
confeciſſe probatur per duos teſtes inſtrumentarios:
& etiam per vnum alium presbyterum, & etiam per
confeſsionem partis: vnde nunc an inſtrumentum
prædictum probet, ita vel ne, hoc quidem ſpectat ad
iudicem, qui admiſit procurationem, ad renuntian-
10 dum: † ſed de iure non requiritur ſubſcriptio te-
ſtium in inſtrumentis, vt dicit Specul. in titulo de
inſtrumento. editio. §. inſtrumentum ergo. verſiculo,
Item, quòd teſtes, ſed ſolùm ſufficit, quòd nomi-
na teſtium exprimantur in principio inſtrumenti
per ipſum tabellionem, aut in fine, prout dicit
Baldus in titulo de pace Conſtan. in §. die lunæ.
in verbo, in præſentia. vel in fine, ſecundum Bald.
in l. hac conſultiſsima. prima columna. verſiculo, ve-
nio ad alia. C. qui teſtamentum facere poſſ. & plenè
Paul. de Caſtr. in conſilio cvj. incipiente, non mul-
tum. bene tamen fateor, quòd ſi eſſet inſtrumentum
Regali authoritate confectum, requireret teſtium
ſubſcriptionem per conſtitutionem Regni, inſtru-
mentorum robur. & quia in ore duorum vel trium
ſtat omne verbũ, capit. in omni negotio. extrà de te-
ſtibus. Nec reperitur taxatus alius numerus teſtium
in procuratione prædicta, adparet ex præmiſsis ſatis
probatum inſtrumentum prædictum fuiſſe verè con-

 fectum

fectum de voluntate Abbatis Andrææ in perſonam prædicti domini Blaſij, ad renuntiandum: quod quidem ſatis ſufficit ad abſolutionem, & liberationem ipſius notarij Petri inquiſiti, ex quo teſtes deſcripti in inſtrumento deponentes pro eo, non eliduntur per ſu
11 pernumerarios † non deſcriptos aliter dicentes. Ita Bald. in l. ij. C. de quæſtio. & in additio. Specu. in titul. de teſtibus. verſiculo, nihil prodeſt. Et ita concludendo tenet Ioannes de Imo. in dicto c. cùm Ioannes. & in propriis terminis Bal. in l. in exercendis. C. de fide
12 inſtrumen. vbi in ſpecie decidit, † quòd dum duo teſtes deponunt pro inſtrumento ſe interfuiſſe, licet alij duo negent inſtrumentum, recipiet robur ab illis affirmantibus, & dicentibus ſe interfuiſſe: & hoc dicit Baldus in dicta l. in exercendis. in verſiculo, venio ad ſecundum membrum. in vltima colum. & idem Bald. in l. hæredes palàm. verſi. extrà nos videmus. ff. de teſtament. & tantò magis, quia ipſemet dominus Franciſcus deponit omnes quatuor teſtes prædictos fuiſſe præſentes in inſtrumento procurationis prædictæ, quod ſufficit pro inſtrumento, & pro notario: licet illi duo negent. Ita Bald. in l. teſtium. verſicu. modo hic inſurgit dubium. C. de teſtib. Bart. l. prima. §. finali. de authori. tuto. & nihilominus quando in aliquo actu non adparet taxatus numerus teſtium, ſufficiēt duo teſtes
13 etiam † in actu grauis præiudicij. cap. quoties, & ibi Panormi. de teſtib. pro quo facit gloſſ. in c. præſul. ij. q. iiij. quæ tenet, quòd ad omne crimen probandum ſufficient duo teſtes, etiam ſi producerentur contra pontificem ſummum. & idem tenet in c. ſuper eo. de teſti. & in cap. per tuas. extrà de maiori. & obedien. & plenè Felyn. in prædicto capitulo quoties &c. ex quibus omnibus & eorum ſingulis concludendum conſulo prædictum notarium Petrum omnino abſoluendū tum maximè, quia probatio fiſci ex præmiſsis redditur dubia per probationes, ſeu defenſiones inquiſiti
14 † quo caſu vbi probatio fiſci redditur dubia per probationes inquiſiti debet inquiſitus ipſe abſolui: vt firmat Bartol. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de noui operis nuntiatio. circa principium. Baldus in l. prima. C. an ſeruus ex ſuo fact. Salyce. in l. matrem. C. de probatio. Petrus de Ancha. in conſilio cclxxxv. cano. in c. auditis. de præſumptio. vnde cùm probatio fiſci nedum remaneat dubia, ſed etiam penitus eliſa propter probationes factas per ipſum inquiſitum, ſuccedit quod in ſimili decidit Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiur. vbi dixit, quòd licet aliàs agentis ſeu actoris probatio clara ſit, ſi tamen probatio rei ſit ſemiplena, debet eo caſu iudex procedere ad delationem iuramenti ſuppletorij, & non condemnare, ſecundum quòd actor probauit. Ita Bartol. in loco præallegato: ſecundum quem conſulendo tenet Alexan. in conſil. cxxxiiij. in ſecundo volumin. & facit bene textus in l. abſentem. ff. de pœn. vbi ex dubia probatione inquirentis, debet concedi abſolutio.

Thomas Gramm. Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitum & voluntas diſtinguunt maleficia.*
*Amicitia inquiſiti cum vulnerato ab ipſo, facit ceſſare omnem præſumptionem doli. ibid.*
2 *Pœna corporalis ad hoc vt locum habeat in delicto, requiritur quòd doloſè commiſſum fuerit.*
3 *Dolus quid ſit*
4 *Conſanguineo licitum eſt conſanguineum ab alio aggreſſum defendere: imò etiam & quemlibet alium extraneum aggreſſum & nu. 5.*
6 *Conſanguineus ſi defendendo conſanguineum ſuum inſultatum occiderit inuaſorem, non debet puniri.*
7 *Clericus poteſt conſanguineum aggreſſum defendere, & aggreſſorem occidere, quando iniuria proximi non poſſet aliter propulſari.*

## CONSILIVM LXVIII.

REdemptoris gentiū ſuffragio petito, Amē. In cauſa Petri apulienſis cum Franciſco Calabro, dum adinuicem rixarentur fracto enſe prędicti Franciſci, Franciſcus ipſe aufugit, & inſequutus per prædictum Petrum euaginato enſe, obuiauit Ioanni fratri prædicti Franciſci, qui præuidens perſecutionem dicti eius fratris ſimiliter enſem contra ipſum Petrum proſequentem euaginauit, ſicque demum reperitur prædictus Petrus in brachio vulneratus: Conſultus an Ioannes ipſe punitionem aliquam mereatur ex cauſa vulneris prædicti: dixi iudicio meo non eſſe locum alicui pœnæ ex infrà ſcriptis. Et primò liquet ex meritis probatorum Ioannem prædictum à caſu ſuperueniſſe in rixa, obuiando prædicto eius fratri, & ipſi Petro eundem euaginato gladio proſequenti, & ſic caſualiter & non deliberatè, ſeu appenſatè arma extraxit, vt prædictum Franciſcum eius fratrem defenderet, & non vt prædictum Ioannem offenderet: cùm quo magna amicitia, imò neceſsitudine adiunctus erat, ex qua amicitia euacuatur ac tollitur omnis præſumptio doli: per gloſ. ſingu.
1 in l. prima. C. ad leg. corneliam de ſicariis. † ſecundum quam conſuluit Cæpo. in conſilio ſuo ij. penultima columna. nam in animaduerſione delictorum attenditur propoſitum & voluntas, quæ diſtinguunt maleficia: vt in l. qui in iure. cum vulga. ff. de furt. nam vt pro delicto pœna corporalis locum habeat, requiritur,
2 † quòd dolus interuenerit: vt dicit Bartolus in l. prima. §. primo. verſicu. iuxta hæc quæro. ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſus fue. Bald. in l. data opera. verſic. item ſtatutum. C. qui accuſare non poſſunt. ſicque carente ex præmiſsis dolo prædicto Ioanne, cùm dolus
3 diffiniatur, omnis calliditas, fallacia, † & machinatio ad alium circumueniendum, fallendum, & decipiendum: vt in l. prima. §. dolum. ff. de dolo. ergo puniri nō poteſt aliqua pœna corporali: imò nec etiam ratione culpæ haberet locū mitior pœna aduerſus ipſum: per l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. cum Ioannes ipſe iure permittente id fecerit, attamen fraternitate prædicti Franciſci aggreſsi inermis, ita fugientis ne à prædicto Petro occideretur: qui Petrus eundem Franciſcum gladio euaginato inſequebatur:
4 † cùm ex iuris diſpoſitione licitum ſit conſanguineo alium ſibi conſanguineum oppreſſum ſiue inſultatum defendere, vt tenet gloſſ. Barto. & communiter doct. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. Cynus, Baldus & alij in l. j. C. vnde vi. Flor. in l. ſcientiam, §. qui cùm aliter. ff. ad leg. aquiliam. Salycetus in l. prima. C. de rapto. virgi. Innocent. & Canoni. communiter in cap. ſi verò. lo primo, extrà de ſentent. excommunicatio. Gandi. in tractatu maleficiorum, ſub titu. de defenſio. à reo faciend. Ang. de Areti. in eodem tract. maleficiorum, in verſi. & dictus Titius ſe defendendo. & nedum conſanguineū, licet conſanguineo, dum inſultatur de-
5 fendere, verùm etiā † & quēlibet extraneum, vt inquit Bart.



Bartolus in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de fur. Et eſt bonus text. in cap. dilecto. de ſenten. excommun. in ſexto. & in capit. fortitudo, xxiiij. quæſt. iij. & ſequitur idem Bartol. in dicta l. vt vim. penul. colum. verſ. ego teneo, quòd etiam in aliis extraneis. vbi eodem argumento vtitur, quo in ſuprà allegata l. ſi quis in ſeruitute. de furtis, videlicet, quod ſi pro defenſione rerum alicuius, licitum eſt eundem aggreſſum, ſeu oppreſſum defendere, multò fortius erit pro vita, ſeu corpore, aut ſalute alterius tuenda. & ſubdit quòd hoc ibi tenet Gul. de cun. Petr. & Iacob. & in l. prima. C. vnde vi. & Alberic. ibi. in verſicu. ad defendendam. in fine, & Innocen. in præallegato capitulo, ſi verò. æquiparet defenſionem ſuorum vel extraneorum. & idem tenet Baldus in cap. finali. de re iudicata. in l. raptores. C. de epiſcop. & clericis. & intantum adparet hoc eſſe verum, quòd etiam ſi aggreſſus ſeu offenſus eſſet mihi inimicus capitalis, licitum mihi erit eundem adiuuare & defendere. dixit Baldus in d. l. vt vim. in vj. quæſtio. & ibi plenè Iaſ. ff. de iuſtitia & iure. quia eo caſu aggreſſor facit iniuriam reipublicæ, ergo quilibet de populo poteſt ipſam propulſare, etiam contradicēte offenſo, quod plus eſt, nedum poſtulante auxilium. text. eſt in terminis in c. dilecto. extrà de ſent. excommunicatio. in ſexto. imò & fortius, nedum licet aggreſſum defendere: ſed in defendendo offendentem percutere, ita voluit Abbas in c. olim. de reſtitutio. ſpoliatorum. ſeptima columna. verſicu. ſed nunquid. Quinimò dixit Baldus in l. raptores. C. de epiſcopis & clericis. quod ſi quis aggreditur conſanguineū meum volens eundem occidere, & ego volens ipſum adiuua
6 re, occido inuaſorem, † ſeu aggredientem ipſum, non ero in pœna aliqua: ex quo eſt habenda ratio affectionum. & ideò dixit gloſſ. in c. j. in verb. hactenus. xxiij. quæſt. viij. non peccare, qui alium iniuriam patientem defendit, etiam ſi homicidium faciat. Et idem tenet Abbas in præfato capitu. olim. dicens ita ſentire Innocen. in dict. capitulo, ſi verò. lo primo. de ſenten. excommunicatio. Pro quo facit text. ſecundum eum, in dicto capitulo olim. & in dicto capitulo dilecto. & vigeſimatertia quæſtione tertia. capit. nōn inferenda. & cap. qui poteſt. Et iſtud etiam locum habet in cle
7 rico, † quando iniuria proximi aliter propulſari non poſſet, quia tunc eidem clerico liceret aggreſſorem proximi vulnerare & occidere. capitu. Maximianus. vigeſimatertia quæſtione tertia. & capitu. qui poteſt. Ita voluit Abbas in capit. clerici arma portantes. extrà de vita & honeſtate clericorum. ſicque ex præmiſſis intrepidè concludendum de iure ſentio præfatum Ioannem non eſſe in aliqua pœna, cùm ex iuris permiſsione id fecerit, quod fecit, per l. qui occidit. & l. in hac. & l. qui foueas. & l. ſi putator. ff. ad legem Aquiliam. & in capit. Ioannes. & in capi. finali. de homicidio. & in capitu. ſi duo. quinquageſima diſtinctio. & ſucceſsiuè, nec poſſe vlterius ad inſtantiam Regij fiſci, nec partis inquietari, ſed à carcere liberari &c.

Thomas Grammaticus Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus ſponte ſeu in tormentis delictum, non ſolet ſtatim per iudices iudicari ſeu condemnari, ſed dari teſtes ad ſe defendendum, infra quem terminū poteſt reuocare confeſſionem, & probare ipſam erroneam: & numero 2.*
3 *Confeſſus ſimpliciter interfeciſſe hominem in iudicio poteſt ex interuallo interpretari confeſſionem ſuā, & illud feciſſe ad ſui defenſionem.*
4 *Reus poteſt plures exceptiones etiā contrarias, conditionaliter & ſubordinatè proponere & nedū in criminalibus, verum etiam in ciuilibus. & nu 5.*
6 *Minæ operantur, quòd ſi aliquis eſt mihi minatus mortem, & ſit ſolitus executioni mandare, poſſum impunè eundem præuenire & occidere.*
7 *Occidens venientem contra ſe gladio euaginato, vt offenderet, eſt excuſatus.*
8 *Occidere ſeu offendere mihi licet aggreſſorem ex ſola ſua præparatione ad me offendendum, vel aggrediendum*
9 *Teſtes producti ad defenſionem, licet deponant per verbum, credo probant.*
10 *Ad defenſionem quod quid factum fuerit, probatur per coniecturas, quæ iudicis arbitrio relinquuntur.*
11 *Teſtibus duobus affirmantibus, quòd alter gerebat arma ſtatur potius quàm mille negantibus. Et quomodo hoc intelligi debet contra iſtā præſumptionē iuris ex eo, quod daret operam rei illicitæ.*
12 *Defendendi animo quòd quis fecerit, ſtabitur eius iuramento concurrentibus maximè alijs coniecturis.*
13 *Confeſſus homicidium feciſſe ad ſui defenſionem, licet ipſam non probauerit. non tamen poterit pœna ordinaria puniri ſed extraordinaria.*

## CONSILIVM LXIX.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato Amē. In cauſa benedicti de Melficto carcerati ex cauſa vulneris illati Iacobo contadino, licet confeſsi ſe vulnus prædictum intuliſſe, negari non poteſt quin in eius iuribus & defenſionibus audiri non debeat, iuxta doctinam Salyceti in l. ſecunda. C. de cuſtodia reorum. quam magna curia vicariæ, & cætera regni tribunalia ſemper in practica obſeruarunt & obſeruant, vt ſponte ſeu in tormentis confeſſum non ſtatim poſt confeſsionem condemnent; ſed ratificata confeſsione terminum aſsignent ad faciendum ſuas defenſiones, infra quem ſi voluerit confeſſus reuocare ſuam confeſsionem, vt
1 erroneam, † & de errore demonſtrare id facere poſſit, vt ibidem Salycetus teſtatur, aliàs fruſtrà daretur talis terminus, tenetur tamen probare errorem, vt in l. error. C. de iuris & facti ignorantia. & l. non fatetur. ff. de confeſsis. & vtrobique per doctores, ſed cùm Benedictus ipſe præmiſſam eius confeſsionem reuocauerit, & probauerit, quòd ad eius defenſionem vulnus intulit, meritò abſolutio ſuccedere debet. Et quòd potuit etiam ex interuallo dixiſſe, ac etiam probaſſe, prout probauit id feciſſe ad ſuam defenſionem, tenet ſingulariter Baldus in capitulo primo. §. item ſi vaſallus. vltima columna. de controuer. inueſtitu. vbi in ſpecie dixit, quòd ſi quis ſimpliciter fuerit confeſſus in iudicio ſe interfeciſſe hominem, poterit ex interuallo interpretari confeſ-
3 ſionem ſuam, † quòd fecit ad ſui defenſionem, per textum in c. cùm dilecti. extra de accuſat. & idem tenet Bald. in pluribus locis, vt refert & ſequitur Iaſ. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iur. & licet conetur impugnare, quaſi ſentiat Bald. voluiſſe ſtandum eſſe confeſsioni, & quòd diuidi non poſsit, non eſt ratio aliqua habenda de dicta impugnatione, quia dato, quòd ſcinderetur

deretur confeſsio prædicta per dicta Bart. in l. Aure-
lius. §. idem quæſiit. ff. de lib. leg. tamen huiuſmodi di-
uiſio operatur, quòd transfert onus probandi quali-
tatem in confitentem, quæ qualitas in caſu præſenti,
& ſic defenſio eſt probata optimè per teſtes. Et quòd
dicta interpretatio fieri poſsit, tenēt omnes in prædi
cto cap. dilecti. vbi plenè per Felynum: & tamen nulli
4 dubium, quòd reus poteſt plures † exceptiones, etiã
contrarias condictionaliter & ſubordinatè propo-
nere: per tex. & ibi glo. & Bar. in l. ſiquidem. C. de ex-
ceptionibus. Anton. de Butr. Cardin. Imol. & Abbas
in c. cùm venerabilis. de exceptionibus. Bald. & Saly-
cetus in l. prima. C. de furtis. & hoc nedũ procedit in
5 criminalibus, verùm etiam & in ciuilibus. † nam reus
negans ſe teneri ad debitum: & ſe nunquam id quod
à ſe petitur, debuiſſe, licet conuincatur de mendacio,
poterit demum allegare ſolutionem ſeu pactum de
non petendo, vel quamlibet aliam exceptionem con-
trariam primæ negationi, vel exceptioni, oppoſitæ.
textus eſt in l. nemo ex iis. in principio. & ibi hoc te-
net gloſ. ff. de regulis iuris. & ibi Bartolus, bonus eſt
textus in l. nemo. ff. de exceptionibus. & ibi Bartolus,
qui altius materiam exorditur. Idem tenet Bartolus
in authen. contra qui propriam. C. de non numerata
pecunia, quicquid dixerit Dyn. in regula, nullus pluri
bus. de regulis iuris. in vj. & licet Dynus pro ſua opi-
nione inducat text. in dicta authen. contra qui pro-
priam. & in l. cũ de indebito. ff. de probationibus. ta
men Bartolus ibi dicit iura facere contra Dynum, &
pro opinione ipſius Barto. & licet Paulus de Caſtro
ibidem conetur ſaluare Dyni opinionem. tamen dicit
ipſe quòd in iudicando non eſt recedendum ab opi-
nione Bartol. Hoc idem tenet Baldus in dicta authen
tica. contra qui propriam. per iura præfata: & facit be
ne tex. in cap. finali. de ſolutionibus. & ibi Abbas, vbi
expreſsè Baldus ſubdit hoc eſſe tenendum regulari-
ter. licet ibi enumeret aliquos caſus, in quibus dicta
regula locum non habet, in quibus caſibus non com-
plectitur caſum præſentem, & tandem cum opinione
Bartoli contra Dynum, tenet etiam Alexand. in dicta
authentica, contra qui propriam. in additione ad Bar
tolum in fine. cum qua etiam opinione Bartoli con-
tra Dynum tenet etiam Philippus Franchus in dicta
regula, nullus pluribus. & Socinus in dicta l. nemo,
quæ opinio tanto magis procedere debet, quando
ambæ exceptiones fuiſſent oppoſitæ ſimul & copula-
tiuè, quo caſu videntur propoſitæ diſiunctiuè: ſcilicet
vna in defectum alterius: & ſic caſu, quo vna non fue-
rit probata, alia videtur propoſita. vt not. voluit In-
nocentius & communiter Canoniſtæ, in cap. auditis.
de præſumptionibus. ad quod faciunt not. per Barto.
in l. prima. C. de falſa cauſa adiecta lega. & ſuprà dicta
maximè procedere debēt, vbi interpretatio præfata
vel declaratio non eſſet multum extranea: vt not. per
gloſſam & Bartol. in l. ab executore. ff. de appellatio-
nibus. in illo articulo. quando iudex poteſt interpre-
tari ſententiam ſuam. & per Alexand. de Imola in l. ſe-
cunda. ff. de liberis & poſthumis. & ſic cum Benedi-
ctus, ipſe confeſſus fuerit ex cauſa minarum mortis
inferendæ factarum per præfatum Iacobum, dicetur
legitimè factum, & ad ſui defenſionē: iuxta tex. in l. j.
C. quando liceat vnicuique ſine iudi. ſe vindic. & ibi
Bald. vbi tex. dicit melius eſſe in tempore occurrere,
quàm poſt vulneratam cauſam remediũ quærere. &
Bald. ibi dicit licitum eſſe præuenire & occidere
6 † mihi minãtem: & maximè, ſi ſolitus fuerat ſuas mi-
nas executioni mandare. vt ibi dicit Paulus de Caſtr.
Conſulēdo inſuper præcauendum eſſe à minis præfa
tis: de quibus plenè in proceſſu ad defenſam proba-
tum eſt etiam tempore inſultus, quod plus eſt: & ſic
eo ipſo, quòd probatur, quòd aliquis veniebat contra
7 me cum gladio, † vel enſe, & ego occido ipſum, ſatis
adparet probatum illud feciſſe ad mei defenſionem,
& ſum excuſatus. Ita magiſtraliter tenet Bartol. in l.
ſed & quemcunque. per illum text. ff. ad legem Aqui-
8 liam. Quinimò † & plus voluit Bald. in l. in lege. per
illum text. ff. locati. quòd ex ſola præparatione ad of-
fendendum vel aggrediendum, licitum eſt mihi offen
dere, vel occidere: & infinita alia referuntur ad hoc
per Iaſo. in præallegata l. vt vim. & plenius Felyn. in
cap. ſignificaſti. el ſecundo. in v. columna. cum ſequen
tibus. extrà de homicid. & plenè per Alexan. de Imol.
in conſilio cix. ij. colum. in primo volumi. & in conſi-
lio xiiij. vltima colum. in tertio volum. & per Bald. in
conſil. cv. j. vol. & licet teſtes deponentes id factũ fuiſ
ſe ad defenſionem ipſius Benedicti, id videãtur depo
ſuiſſe per verbum, credo, attamen cùm depoſuerint
9 † ad defenſionem plenè probabunt. dixit ſingulariter
Bar. in ſing. ſuo, quod ſingulare incip. Vanutius. ſequi-
tur plene Alex. qui multa refert in conſilio ſuo lxxvj.
in j. vol. & plenè Iaſ. in l. vt vim. ij. col. & ibi ſubdit, ꝙ
etiam probatur defenſio per coniecturas, quæ iudicis
10 arbitrio relinquuntur: vt ibi per eum. † & magis cre-
dendum erit duobus teſtibus affirmantibus, quod Ia-
cobus geſtabat arma, dum inſultatus fuit Benedictum
& cum maximo clamore minando quòd ipſum occi-
deret, quàm mille aliis teſtibus negantibus eundē Ia
11 cobum, tunc arma † non detuliſſe. glo. eſt in l. diem
proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. & eſt glo. elegans in c.
clerici. lxxxj. diſt. quam reputat ſingularem Bald. in l.
data opera. C. qui accuſ. non poſſ. Abb. in c. ad noſtrã.
de probat. & in c. cùm. P. manconela. de accuſat. vbi
pulchrè ad intellectum illius gl. & idem voluit Abb.
in c. quoties. & in c. inter. & in c. de teſtibus. de purga-
tio. cano. & præfata maxime procedunt in caſu præ-
miſſo, cùm teſtes examinãti ad inſtantiam fiſci non
12 † deponant negatiuam coarctatam, videlicet, ꝙ Iac.
non deferebat arma tempore minarũ & inſultus. nec
deferre potuiſſet, quin ipſi non vidiſſent: quia eo caſu,
quo credendũ eſſet potius duobus affirmãtibus, quã
mille negantibus, non haberet locum regula prędicta
quæ ſolùm haberet locũ in negatiua credulitatis, vel
purgationis, ſecundũ Abbatem in c. bonę memoriæ.
el primo. col. viij. de electi on. Bal. in c. ad noſtram. de
probationibus. vbi allegat gloſ. in dicto §. ſi plures. &
plus dicunt doct. quòd contra iſtam iuris præſumptio
nem ex eo, quòd quis dedit operam rei illicitæ, & ſic
dolosè fecerit, quod imò quòd animo ſe defendendi
fecit, ſtabitur ipſius ſe defendentis iuramento, maxi-
mè concurrentibus aliis coniecturis, prout pulchrè
voluit Bal. in c. bonæ. extrà de poſtulat. prælatorum.
el ſecundo. Vnde ſtante huiuſmodi cōfeſsione, quòd
ad defenſionem vulnus præfatum illatum fuerit per
præfatum Benedict. eidem Iacobo, etiam quòd in de
fenſionibus id probatum minime fuiſſet, adpãrente
hoc per ſolam ipſius confeſsionem, & cum qualitate
præmiſſa, ꝙ ad defenſam fecerit, nō poſsit ex hoc Be
13 nedictus ipſe pœna ordinaria vulneris puniri, † ſed
alia



alia extraordinaria, vt magiſtraliter voluit dominus
Abb. in c. auditis. extrà de præſcriptionibus. refert &
ſequitur Iaſon aſſerens hoc dictum ſibi in actu practi-
co feciſſe magnum honorem. in l. vt vim. quinta co-
lumna. ff. de iuſtitia & iure. idem tenet Socin. in l. j. in
principio. ff. de vulgari & pupillari. & in l. j. in tertia
columna. ff. ſi certum petatur. Alexan. in l. non ſolùm.
§. ſciendum. ff. de noui operis nuntiatione. Felynus in
cap. ſignificaſti. el ſecundo. extrà de homicid. & vltimo
loco ſequitur Marſilius in ſingulari ſuo clxxxv. inci-
piente, confeſsio inquiſiti. licet Felyn. dixerit in præ-
fato cap. ſignificaſti. hoc dictum Abbatis eſſe ſtupen-
dum, ſi verum eſt, non curo propter authoritatem
multorum illud ſequentium: & ita ſemper in practica
obſeruatum. Ex quibus reſultat vera iuris concluſio,
præfatum Benedictum eſſe omnino abſoluendum: &
ita de iuris cenſura conſulo ego,

Thomas Grammaticus, Vtriuſque Iuris Doct.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à communiter accidentibus, eſt vali-
dum.*

2 *Confeſſio exiſtentis in articulo mortis, tenet & valet.*

3 *Aſſertioni vulnerati exiſtentis in mortis articulo, &
dicentis ſe vulneratum à* Titio, *an ſtari debeat. & nu
mero* 4.

5 *Exculpatio vulnerati, aſſerentis quòd Titius fuit, qui
ipſum vulnerauit, non prodeſt, nec nocet inculpato
vel exculpato: etiam ſi in mortis articulo talis excul-
patio facta ſit.*

6 *Socius criminis ſi alium nominat in crimine illo, etiam
in caſibus exceptis, ſi aliud non adparet contra illum
nominatum, niſi dictum ipſius ſocij criminis, non fa-
ciet indicium contra ſocium.*

7 *Socius criminis dum deponit contra ſocium, debet iudex
inquirere de conditione & fama inquiſiti nominati.
Et ſi repererit ipſum bonæ famæ, talis nominatio non
operabitur quicquam, etiam ſi plures eſſent confiten-
tes de nominato: nam eo caſu non debet iudex moueri
ſola confeſſione.*

8 *Socius criminis in caſibus exceptuatis licet probet iun-
ctis aliquibus alijs contra ſocium, id intelligendum eſt
procedere in ſocio criminis aliàs non infami, quàm ob
aliud delictum.*

9 *Teſtes etiam recepti in ſubſidium, vbi veritas aliter ha-
beri non poſſet, ſi reperirentur pluribus expulſis at-
tincti, non probarent.*

10 *Teſtes repulſati, licet non ſufficiant ad condemnationem
vt quando eſſent inhabiles quia infames, vel aliàs cri
minoſi ſufficerent tamen ad torturam.*

11 *Teſtes infames ſeu aliter inhabiles, & criminoſi, quòd
ſufficiant ad torturam, licet nō ad condemnationem,
intelligi debet, ſi ipſimet cum tortura id teſtificati
ſint, & melius.*

## CONSILIVM LXX.

AEterni numinis præſidio petito, Amen. In
cauſa Cæſarelli de Placente de Neapoli,
carcerati in magna curia vicariæ per an-
num & menſes, cum Regio fiſco, prætextu
plurium delictorum, de quibus impetitus eſt, & in pri-
mis de homicidio commiſſo in perſonam Leonardi
Staferij, prætextu quòd Leonardus præfatus vulnera-
tus aſſeruerit ſe à præfato Cæſarello vulneratum: nam
licet Angelus in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens.
ff. ad Silleianum. tenuerit huiuſmodi aſſertioni vulne-
rati ſtandum eſſe contra nominatum ab ipſo, prout
etiam ſequitur Marſilius in ſuo conſilio quinto, inci-
piente: in cauſa Ioannis Dominici. in ſecunda colum.
vbi ſubdit eſſe huiuſmodi aſſertioni ſtandum: & hoc
nouiſsimo fundamento, videlicet, quia aſſertio con-
ſtituti in mortis articulo, probat contra offenden-
tem, ſaltem quo ad indicium: vt dicit Angelus vbi ſu-
prà. Et facit ratio: quia quilibet præſumitur memor
ſalutis æternæ, & pauci reperiuntur, vt rerum magi-
ſtra experientia docet, qui in articulo mortis men-
tiantur: ſed communiter omnes morientes laborant
ad ſalutem animæ: & multi improbiſsimi homines in
extremo vitæ oſtendunt ſigna pœnitentiæ. Et vali-
1 dum † eſt argumentum à communiter accidentibus.
l certi condictio. §. ſi numos. ff. ſi certum petatur. cum
ſimilibus. Ergo non eſt credendum, quòd præfatus
Leonardus in vltimo ſpiritu eius vitæ, eundem Cæſa-
rellum odio, vel inimicitia ſeu alio ſiniſtro reſpectu
inculpare voluiſſet, maximè contra veritatem. Item
mouetur etiam ex deciſione Baldi in ſuo conſilio xxv.
in primo volumine. ſecunda columna. dum dicit con-
feſsionem decedentis in articulo mortis, tenere: cùm
2 non ſit præſumendum, quòd † talis confitens tunc
mentiri velit: prout etiam corroboratur authorita-
te gloſſ. ſingularis in lege finali. circa medium. in glo.
finali. C. de falſa cauſa adiecta legato. quam ibi mul-
tum commendat Baldus dum dicit, quod licet exce-
ptio non numeratæ pecuniæ poſsit opponi per eum,
qui eſt confeſſus mutuum infra biennium, tamen vbi
talis confeſsio de recepto fuiſſet facta per cōſtitutum
in articulo mortis. quia tunc nec ipſe, nec eius hæres
poterunt huiuſmodi exceptionem opponere. idem vo
luit Bal. in c. literas. extrà de præſumptionibus. & con
ſuluit Alex. conſi. xlv. habita ſuper his. in quarto vol.
Attamen præmiſsis non obſtantibus contrariam ſen-
tentiam arbitror de iure veriorem: videlicet, quod aſ-
ſertioni vulnerati aſſerentis ſe vulneratum, & ſucceſ-
ſiuè occiſum ab aliquo, nullatenus ſtari debet, nam vl-
tra quod Angelus in loco præallegato abſque lege &
3 ratione loquatur, tamen † idem Ange. clarius & ve-
rius loquendo ſe correxit, & contrarium firmauit in
l. mater. in fi. per illam gloſ. C. de calumniat. vbi multis
iuribus & rationibus hanc opinionem firmauit, & idē
reperio tenuiſſe Nicolaum de Neapo. in præfato §. ſi
quis moriens. vbi rectè intuenti eſt ibi textus formalis
de caſu præfato. & idem in propriis terminis conſulē-
do tenet Alex. de Imo. in conſi. xiiij. incip. ponderatis,
&c. in iij. vol. & ibi conclud.t, quòd ſi teſti inimico
non creditur, & ſi ſtatim quòd dicet ſe vulneratum
ab aliquo, adparet quòd eſt illi inimicus, ergo ei credē
dum non eſt, cùm teſti odioſo non credatur, etiã ſi fue
rit in mortis articulo, & teneat corpus Chriſti in ma-
nu; cùm non omnis qui moritur eſt ſanctus Ioan. euan
geliſta, vt dixit Bal. in tit. de pace Conſtantiæ, in verſ.
vaſalli noſtri, & præfatam opinionem tenet etiã Lud.
Rom. in d. §. ſiquis moriēs. Gand. in tract. maleficiorũ
in rubr. an pax facta de vulnere. in verb. qui iudex ad
probationē. in verſi. ſed pone, quòd quidã vulneratus.
Ang. & Auguſt. in tract. malefic. in verb. qui iudex ad
probationē ſuæ inquiſitionis. Alex. in cōſ. xliiij. ij. col.
Iaſ. in l. de die. in prin. ff. qui ſatiſd. cogan. & in l. j. ff. de
eo, per quē factum erit. & idem cōſulendo reperio no-
uiſsimè tenuiſſe domi. Stephanum Bertr. in conſiliis
ſuis. & Par. de Put. in ſuo tractatu ſyndicatus, in verſic.
tortura

tortura.lo vltimo.in c.officialis. iij.colum. & ibi ſub-
4 dit, † quòd concurrentibus aliis non videtur dubiũ,
quòd in caſu præſenti ceſſat, cùm nihil aliud concur-
rat, niſi nuda aſſertio vulnerati. Et ad præmiſſorũ con
firmationem dixit Bal. in l. ſi inſtituta.§.j.ff.de inoffi.
teſta.quòd confeſsio vel exculpatio vulnerati aſſeren-
tis, quòd talis fuit, qui vulnerauit,non prodeſt,nec no
5 cet inculpato vel exculpato. † quod procedit etiam,ſi
dicta aſſertio fuiſſet facta in mortis articulo, vt dixit
Ang.in l.rationes.C.de probationibus. cùm quando-
que moriens mentiatur: vt dixit Bald. in c. literas. de
præſumptio. & eandem opinionem ſequutus eſt con-
ſulendo idem Marſilius, non recordatus de contraria
eius opinione præmiſſa, vt ſuprà in conſi.xx.in iij.col.
j.vol. Circa aliud homicidium in perſonam Seba-
ſtiani, vt ponitur,perpetratum in Bua Catallanorum,
in quo cum enſe euaginato eundem Cæſarellum ibi-
dem interfuiſſe teſtantur vnà cùm Capitaneo Paciul-
lo,Santillus de Panicteria & Alphonſus, qui ambo ſe
armatos inſequutos fuiſſe cum prædictis eundem Se-
baſtianum depoſuerunt, ſed quòd ipſi illum non vul-
nerauerunt, & ſic ſe ipſoſmet ſocios & participes cri-
minis faciunt, & tamen adparet homicidium ipſum
in rixa commiſſum. & ſic non ſumus in caſibus, in qui-
bus poſsit,aut debeat ſtari dicto ſociorum.prout enu-
merantur per gl. in l. fi. C. de accuſationib. & plenè
per doct. in c.j.de confeſsis. inter quos non enumera-
tur homicidiũ. & ideò quando ſocij criminis ſunt de
per ſe ſoli, & nihil aliud adparet concurrere de crimi-
6 ne ipſo contra † inquiſitum,nõ facient indicium con-
tra ſocium. ita magiſtraliter Saly. in d.l.fi. in fi. de ac-
cuſation. Ioã. de Imo.in d.c.j.de confeſs.Gandi.in ſuo
tract.maleſi.ſub rubric. de quæſtio. & tormentis. iiij.
col.verſi.ſed quid ſi perſona.Guido de ſuza.in ſuo tra-
ctatu de tormentis. verſic. ſed quid de quæſtione oc-
currenti. & ſequitur Marſilius conſi. lxxiiij. ij.col. &
tantò magis cùm nulla adpareat probata aliqua ma-
la fama contra eundem Cæſarellum, & ideò ſatis pul-
chrè magiſtraliter voluit Andræas de Iſern.in conſti-
7 tutione regni, ſi damna clandeſtina. in iiij.col. †quòd
dum ſocius criminis deponit nominando alium in
ſocium, iudex debet inquirere, & ſe informare de
conditione & fama prædicti ſocij nominati, & ſi re-
pererit ipſum eſſe bonæ famæ, talis nominatio non o-
perabitur quicquam, etiam ſi plures eſſent confiten-
tes de nominato.nam eo caſu iudex non debet moueri
ex ſola confeſsione, ſed debent concurrere præſump-
tiones, ſuſpitiones & argumenta. Accedit inſuper,
quòd prædicti teſtes vltrà quòd ſunt ſocij, & parti-
pes eiuſdem criminis, vt ipſimet ſe faciunt,ſunt etiam
criminoſi & infames ex aliis delictis, pro quibus diu
aliàs ſteterũt carcerati,vt plenè probatum eſt, & San-
tillus de Panicteria in ſpecie, vnus ex prædictis teſti-
bus propter eius crimina & ſcelera, fuit annis proxi-
mè decurſis furcis ſuſpenſus, & iudicialiter condem-
natus per magnam curiam vicariæ. vnde ſuccedit
quòd licet ſocius criminis in caſibus exeptuatis pro-
8 bet contra ſocium, † attamen id vendicat ſibi locum
in ſocio criminis,aliàs non infami ex aliis delictis,per
id, quod in ſimili dixit Angel. in l. qui in iudicio. ff.de
accuſationibus.vbi dixit,quòd ſtante ſtatuto,quòd de
damno dato ſtari debeat iuramento damnum paſsi,
quod tamen ſi damnũ paſſus erat infamis, eo caſu eius
iuramento ſtari non debet. & ita dicit Ang. ſe in facti
contingentia pluries cõſuluiſſe, dum ſibi caſus occur-
riſſet.& ſic per hãc doctrinam Ang. reperio in propriis
terminis conſuluiſſe Marſilium in ſuo conſi.lxxiiij.in
iij.col.j.vo.quòd licet aliàs debeat ſtari ſocio criminis
in aliquo caſu ex iuris diſpoſitione, id intelligendum
eſt de ſocio criminis aliàs non infami ex alio delicto,
per prædictam doctrinã Ang.in d.l.qui in iudicio. quã
reperi ſimiliter relatam per Antonium Corſetum in
ſingula.ſuis,in verſic.integer. Ad corroboratione cu-
ius rationabilis opinionis adduco vltra Marſilium,
quòd ſtante ſtatuto, vt libris mercatorum plena fides
adhiberi debeat pro ſcribente,id locum habere intel-
ligendum eſt,dummodo mercator ille, de cuius libro
agitur,non eſſet aliàs infamis vel ſuſpectę vitę ita con-
cludit Bald.in l.cunctos populos.C.de ſumma trin. &
fide catho.in repetitione.in xv.colũ.verſi.v. exẽplum.
idem Bald.in l.Caſsius.vlt.col.ff.de ſenatoribus.verſi.
vltimò quæritur.ſi libro mercatoris.Iaſ.in repet.l.ad-
monendi.charta cxvij.ff.de iureiuran.Vnde cùm præ-
dictus Sãtillus vnus ex teſtibus ob eius demerita in di-
uerſis generibus muſicorum fuiſſet ad morte condem
natus & furcis ſuſpenſus. quis enim eundem pluſquam
infamem & pariter eundem Ioannem Alphõſum eius
conteſtem non habuerit, vt acta & proceſſus notorij
in eadem magna curia vicariæ cantant. Ex quibus in-
fertur,quòd cùm teſtes ipſi pluribus criminibus attin
cti ſint ac conuicti, & plures exceptiones ac defectus
patiantur, vltra quod fateantur ſe participes & ſocios
in eodem crimine, de quo contra prædictum Cæſarel
lum depoſuerunt, dico quòd etiam ſi eſſent recepti in
ſubſidium,vt quia veritas aliter haberi non poſſet, at-
tamen non probarent.Ita conſuluit† Andræas Barba-
tia in ſuo cõſi. lxv. ſapiẽter,&c. in iiij.col.iiij.vol.Idem
tenuit Socinus.incip.viſa &c. nu.cxviij.in antepenult.
col.verſic.poſtremò.& ibi ſubdit,quòd ſicut plura ad-
minicula ampliant probationem,iuxta ea,quę haben-
tur in l.admonẽdi. ff.de iureiur. ita plures defectus an
nihilant & deſtruunt eam: quia contrariorum eadem
eſt diſciplina. Et quod operatur propoſitũ in propoſi-
to,id operatur & oppoſitum in oppoſito.l.ſi vt propo
nis. C.de nup. Et idem conſulendo tenet Marſilius in
conſi.cij.nu.xij.penult.col.Pręterea,& prędicti teſtes,
etiã cæteri examinati ſuper inſultu & vulnere, vt prę-
tenditur,illato in perſonam Nicolai fuſtaioli per eun-
dem Cæſarellum, vltra ꝙ probatum fuit,illud proceſ-
ſiſſe ad neceſſariam defenſionem ipſius Cæſarelli. fue-
runt & inſuper optimè repulſati, tanquam criminoſi
& infames, ac luſores & blaſphematores Dei, & ſan-
ctorum:quibus enim iura non deferunt, vt probatio-
nem inducant: vt dixit cõſulendo Alexan. in cõſi. clij.
col.iiij. incip. viſo proceſſu.in v. vol. & idem reperio
conſuluiſſe Philippum Decium ~~in~~ cõſi. cxliij. incip. in
cauſa matrimoniali.ix.colum. & idem tenuit Lanfran-
cus de oriano,in repetitione capituli:quoniam cõtra,
in verſic. teſtium. xlj.col. extrà de probatio. Et ad id
10 † quod ſuper hoc pro parte regij fiſci dicitur, quòd li-
cet huiuſmodi teſtes non ſufficerent ad condemnatio-
nem ſufficerent tamen ad torturã:vt dixit plenè Bald.
in l.cunctos populos.C.de ſumma trin. & fide cathol.
Bal.in l.j §.quęſtio.ff.de quæſtionib.Alber.de male.in
ſuo tractatu de teſtib.Lud.Rom.in ſuo conſi.cccclj.in-
cip.quędam mulier.& Moderniores Senẽſes, in tracta
tu de indiciis & torturis.iij.col.attamen ego dico præ-
11 miſſa procedere, quãdo† tales teſtes infames,ſeu aliter
repul



ſati depoſuiſſent contra aliquem cum tortura,
quia aliter abſque tortura admittendi non erunt, nec
probant,per textum in cap. ſi teſtes.verſic.ſi autem ea
rei conditio.iiij. quæſtion.iij. & in l.ob carmen.§.ſi ea
rei conditio.ff. de teſtibus. Ita dixit Floren. in l.iij. in
princip.ff.de teſtib.& in dicta l. ob carmen. ff.eod. tit.
idem tenuit glo. & poſt eam Innoc. in cap. cùm p.ex-
trà de accuſ.Rapha.Fulg.in conſil. clxxiij.j. col. incip.
in cauſa inquiſitionis. Alex.de Imol. in cõſi.xj. incip.
circa primum.nu.3.verſic. quinimo.j. volum. & plenè
Marſil. in conſilio cix.j.volum. in antepenul. colum.
nume. 14.& ideò dixit pulchrè Alber. de male.in ſuo
pulchro tracta.de teſtib.colum.xxv.quòd id,quod di-
citur, quòd teſtes infames admittuntur in criminali-
bus in ſubſidium,debet intelligi, cum grano ſalis, vi-
delicet,ſi cum tormentis id depoſuerint.Et idem vo-
luit Salyc. in dicta l. cunctos populos. & idem conſu-
luit Marſil. in ſuo conſil. lxxviij. incip. ſalus omnium.
iij.colum. ij.volum.Ex quibus omnibus & eorum ſin-
gulis concludo prædictum Cæſarellum tandiu, & ne-
ſcio quomodo detentum, à carceribus liberandum.

Et ita exequutum fuit.

Thomas Grammaticus V.I.D.

## Svmmarivm.

1 *Conſanguinei & amici citantur in actibus praiudicialibus, dum iudex vult procedere contra inquiſitum abſentem.*

2 *Citatus eo tunc quòd quis eſt.poteſt comparere, & dicere.ſeu contradicere.ſeu allegare quæ ſibi incumbunt, etiam quòd aliàs eſſet inhabilis ad comparendum.*

3 *Nuntius ſi ſimpliciter refert ſe domi citaſſe, talis citatio non tenet,ſed debet dicere ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis.*

4 *Nuntius dum refert citaſſe quem domi, quoniam ipſum non reperit de perſona, debet dicere in relatione, cui de domo intimauit citatione,aliàs nõ valet intimatio.*

5 *Nuntius debet citare in domo ſolitæ habitationis,vbi quis moratur cum vxore & familia, & debet exigere iuramentum à familiaribus,vt quamprimum poterunt notificent citationem citato abſenti.*

6 *Nuntius debet referre perquiſiuiſſe citandum, & non reperiſſe perſonaliter, & ideò domi citaſſe,aliàs ſi omittitur talis perquiſitio,redditur citatio nulla.*

7 *Qualitas dum requiritur in aliquo actu, neceſſe eſt ante omnia de ea conſtare.*

8 *Citatio ſi redditur nulla, pariter & contumacia ex ea proueniens.*

*Citationis defectus,eſt defectus iuris naturalis ibid.*

9 *Actus iudiciales nulli, nullum producunt effectum.*

10 *Nuntij relatio eſt de forma ſubſtantialis citationis.*

11 *Nuntij relatio debet eſſe certa & clara.*

12 *Nuntij relatio debet fieri iudici vel actuario. & numero 13.*

14 *Nuntij relatio debet eſſe ſcripta per actuarium cauſæ.*

15 *Annus contumaciæ ad hoc vt bona perdantur per inquiſitum,elapſo anno ad hoc vt poſſit procedi ad foriudicationem,intelligitur incipere à die annotationis bonorum, & non à die prolatæ contumaciæ & nu.16.*

17 *Foriudicatio ad hoc vt fieri poſſit, requiritur quòd bannum fuerit publicatum per loca publica ciuitatis, nec ſufficit publicatum fuiſſe voce præconia in curia.*

18 *Stylus contrarius, ſeu conſuetudo contraria conſtitutioni, non poteſt induci ſeu allegari. & nu.19.*

20 *Stylus & obſeruantia ad hoc vt ſeruentur, requiritur confirmatio authoritate principis, mediante ſua conſtitutione.ſeu ordinatione.*

*Iudex quid debeat facere antequam procedat contra contumacem, & ipſum ab omnibus exceptionibus, & iuribus excludat,ibid.*

21 *Defectus in ſyllaba ſolennitatum quæ requiruntur, vitiat in totum.*

22 *Et ficta confeſſione per contumaciam nullam propter inordinatum proceſſum, non poteſt ſequi aliqua ſententia.*

23 *Iudex dum vult condemnare abſentem, debet conſiderare an abſentia proceſſerit ex metu vel ex conſcientia delicti,vel ſi accuſator cauſam fugæ dediſſet.*

24 *Si ex forma ſtatuti nemo in criminalibus debet admitti ad aliquas exceptiones, niſi perſonaliter compareat, tamen ſi eſt citatus clericus, poteſt implorari officium iudicis vt capiatur informatio qualiter inquiſitus eſt clericus,vel quòd occiſus ab eo erat bannitus, & ſic poterat impunè occidi.*

*Si ex forma ſtatuti quis nõn admittitur ad excipiendum, niſi ſatiſdet,poterit tamen implorare officium iudicis,cùm officium & exceptio differant realiter & eſſentialiter.ibid.*

25 *Statuto dictante quòd in cauſa criminali non admittatur procurator ad aliquam exceptionem ſeu declinatoriam opponendam, ſed debeat principalis perſonaliter comparere, poterit tamen procurator comparere implorando officium iudicis. & nu.26.*

27 *Princeps laicus & iudex non poſſunt imponere legem perſonis eccleſiaſticis, quia non ſunt, nec eſſe poſſunt de eorum iuriſdictione.*

28 *Statutum laicorum in fauorem eccleſiæ non valet.*

29 *Iudex laicus etiam de conſenſu epiſcopi non habet iuriſdictionem in clericum,nec etiam de conſenſu Papæ.*

30 *Imperator non poteſt facere quòd clericus committens crimen læſæ maieſtatis, puniatur per iudicem laicum, tamen conuentum fuit inter regem regni & papam, ſeu Romanam eccleſiam in inueſtitura,quòd Rex nullam habeat iuriſdictionem in clericum, niſi ratione feudi & num.31.*

32 *Clerici & eorum bona ſunt exempta à legibus imperialibus,nec earum legem pœnalem recipere tenentur. & num.33.*

34 *Clericus citatus per iudicem ſecularem, ſi non declinat forum debet puniri extraordinariè tanquam trangreſſor.canonis.*

35 *Clericus citatus per iudicem laicum non tenetur comparere,nec contumax reputari poteſt. & nu.36.*

37 *Clerici comparitio coram iudice ſeculari non eſt licita, nec poſſibilis prorogatio.*

38 *Citatus ſi non eſt de iuriſdictione citantis, non tenetur comparere.*

*Proceſſus iudicis ſecularis contra clericum non tenet. ibidem.*

39 *Reus licet non poſſit proponere defenſiones ſuas, niſi perſonaliter compareat, tamen non ex hoc videtur prohibitum quòd pro eius parte opponi poſſit de incompetentia iudicis.*

40 *Exceptio quòd quis ſit exemptus à iuriſdictione citantis poteſt opponi per quamlibet etiam infamem, maximè quando talis exceptio eſt notoria, vt quia ex actis adparet.*

41 *Notorium eſt illud quod ex actis adparet & nu. 42.*
43 *Statutum reijciens exceptionem nullitatis, non reijcit eam quæ ex actis adparet.*
44 *Clericus citatus per laicum non tenetur comparere, etiam ad allegandum priuilegium clericatus.*
45 *Exceptio incompetentiæ iudicis poteſt opponi per procuratorem & num. 46.*
47 *Exceptio nullitatis ex incompetentia iudicis, ſi de ea in promptu adparet, impedit executionem ſententiæ.*
*Nullitas ex incompetentia iudicis, eſt maior quæ poſſit eſſe in mundo ibidem.*
48 *Exceptio nullitatis licet non admittatur contra tres ſententias conformes, tamen admittitur quando eſt ex incompetentia iudicis.*
49 *Defenſio quæ conſtat ex actis, poteſt allegari per quemlibet, etiam inhabilem vt minorem & mulierem.*
50 *Qualitas quæ requiritur in aliquo facto ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, non ſufficit probari factum, niſi probetur etiam qualitas. & nu 51. & 52.*
53 *Qualitas quæ fundat & priuat iuriſdictionem, debet ante omnia conſtare.*
54 *Iudex debet eſſe certus, & non dubitare de ſua iuriſdictione.*
55 *Lex ſiue ſtatutum dictans, bannimus omnes aſſaſſinos ſeu latrones, habet locum in illis qui ſunt culpati per ſententiam vel confeſſionem in iudicio factam, vel euidentiam facti, ſeu legitimis probationibus conuicti.*
56 *Iudex antequam procedatur contra contumacem, debet aduertere, quòd ſi in eo ſit aliqua qualitas delictum aggrauans, quòd de illa qualitate verè conſtet.*
*Inquiſitus vt poſſit foriudicari, requiritur quòd fuerit citatus per iudicem habentem iuriſdictionem in eum, tempore quo ipſum citauit. ibid.*
57 *Lex faciens mentionem de aliquo actu faciendo per aliquem, intelligitur, dummodo ille fuerit habilis eo tempore, & non ex poſt facto. & nu. 58.*
59 *Aſſaſſinus quis dicatur.*
60 *Mandatorem homicidij ſeu aſſaſſinij licet non requiratur pronuntiari incurriſſe pœnas de quibus in capitu pro humani de homicid in vj. tamen requiritur quòd declaretur ipſum mandatorem ita mandaſſe, & illud eſſe probatum. & num. 66.*
61 *Socius criminis, licet in aliquibus caſibus probet contra ſocium malæ famæ, tamen intelligitur in ſocio criminis aliàs non infami ex alijs delictis.*
*Statuto extante, vt libro mercatoris plena fides adhibeatur pro ſcribente, intelligitur dummodo ille mercator ſit bonæ famæ ibid.*
62 *Socius criminis in caſu quo poſſet recipi in ſubſidium, quia aliter veritas haberi non poteſt, tamen quando eſſet criminoſus, non admitteretur.*
63 *Iudex, etiam nemine petente, debet ſe informare de conditione inquiſiti, quando nominatur per ſocium criminis, & ſi reperit ipſum eſſe bonæ famæ, talis nominatio non operatur aliquid contra ipſum.*
64 *Teſtis examinatus parte non citata, nullum facit indicium.*
65 *Talis quis non poteſt dici niſi fuerit per prius pronuntiatus pro tali.*
66 *Banniti bannitionis pœnam patiantur ſi fuerint legitimis probationibus conuicti.*
67 *Argumenta quæ dicantur. & num 68.*
69 *Iudex debebat inquirere de innocentia inquiſiti, etiam abſentis. & num. 70. & 71.*
72 *Procurator & informator de defenſionibus abſentis poteſt interuenire in cauſa criminali.*
73 *Exculpatio licet non proſit exculpanti, prodeſt tamen exculpato.*
74 *Conſtitutus in mortis articulo non præſumitur mentiri. & numero 75.*
76 *Exceptio declinatoria, quæ apparet notoriè ex actis, poteſt opponi per procuratorem, etiam in cauſa criminali.*

## CONSILIVM LXXI.

INcomprehenſibilis Dei ſuffragio petito,
Amen. In cauſa magnifici & venerabilis
clerici Pyrrhi Loyſij citati ad allegandum
cauſam, quare ad ſententiam foriudica-
tionis contra ipſum procedi non debeat, ex cauſa
contumaciæ, ſuper inquiſitione formata per magnam
curiam vicariæ de homicidio & aſſaſsinio, ipſo in
contumaciam perſiſtente per anni circulum. Cita-
tíſque igitur pro Pyrrho Loyſio in domo, ac etiam
1 eius coniunctis † & amicis, prout de iure requiritur
in actis præiudicialibus, dũ proceditur contra abſen-
tem, vt dicit glo. in clemen. prima. de iudic. & in capit.
fin. vbi etiam Innoc. extrà, de eo qui mit. in poſſ. cau.
rei ſeruit. gloſſ. in capitu. cauſam. extrà, de do. & cont.
& ibi Ioan. Andr. Paulus de Leaza. in clement. cauſam.
de elect. & probatur bene in l. ſi finita. §. Iulianus. ff.
de damn. infect. per dictum Hoſt. in dicto capitu. fina.
de eo qui mit. in poſſ. & optimè Innocen. & Panor. in
cap. conſuluit. de offic. deleg. Sicq́ue comparente ma-
gnifico Antonio eius fratre, vno ex citatis, aduerſus
citationem prædictam ſibi & aliis coniunctis intima-
tam vt ſuprà, oppoſuit infraſcriptas nullitates, alle-
gando citationem primo loco factam, & ſucceſsiuè
contumaciam eius virtute ſecutam fuiſſe & eſſe nul-
lam, ex pluribus vt infrà. Præmittendo ante omnia,
quòd cùm Antonius ipſe citatus fuerit ad hoc ad in-
ſtantiam regij fiſci, habet legitimam perſonam com-
parendi & contradicendi aduerſus citationem præ-
dictam, cùm eo ipſo quòd quis fuit citatus ſeu inti-
2 matus, † ſibi cõpetit comparere & contradicere quæ
incumbunt, etiam quòd aliàs eſſet inhabilis. doctrina
eſt pulchra Angel. in l. filiusfamilias. §. ad defenden-
dum. ff. de procur. & clarius & melius in l. ſi ſuſpecta.
verſic. quando vocatur. ff. de inoffic. teſtamen. & Bal.
in l. ſecunda. circa fin. C. de pact. poſt Innoc. in capit.
cùm inter poſſeſſorẽ. extrà, de excep. ſequitur Mari.
Sozi. in cap. quoniam frequenter. §. quòd ſi ſuper. ex-
trà vt lite non conteſta. ſicq́ue allegantur per ipſum
fratrẽ infraſcriptæ nullitates. Et primò in calce ipſius
3 citationis, nuntius citans, † retulit ipſum domi citaſ-
ſe, nec dixit domi ſolitæ habitationis, prout requiri-
tur ex doctrina Bartol. in l. quarta. §. prætor ait. ff. de
damno infect. & eſt conſtitut. regni citationis literæ.
& ibi Andræas de Iſernia. Lucius de Pen. in l. prima. C.
de curio. & ſtatio. libro xij. Et maximè in caſu præ-
ſenti in quo nuntius ipſe minimè expreſsit nomen ali-
cuius de domo, cui citationem ipſam notificauerit,
prout in alia præcedenti citatione obſeruauit, dicen-
do illam intimaſſe domi eius patris. & idem conſueuit
ſemper magna curia ipſa ſeruare, prout etiam obſer-
uauit in alia citatione ſuper eodẽ facto emanata con-
4 tra Federicum, † in qua nuntius refert ipſum citaſſe do
mi ſolitæ habitationis. concurrente igitur iuris diſpo-
ſitione



4 ſitione, † vt in citatione domi facta, teneatur nuntius
referre & nominare cui de domo citationem ipſam
notificauerit, vt dicit Antonius de Butr. in capit. fin.
extrà, de eo qui mittitur in poſſeſ. refert & ſequitur
Maria. Sozi. in tractatu citat. articulo xvij. verſiculo,
circa ſeptimam ſpeciem. ſubdens ita ſeruari de con-
ſuetudine, prout etiam ſeruauit ipſa magna curia in
præcedentibus citationibus: & ideo non ab re ema-
nauit notorium decretum Sacri Conſilij, vt expri-
mi debeat nomen illius de domo, cui intimata ſit ci-
tatio pro abſente, alias citatio ipſa non teneat. Item
& tertia nullitas, nam ex diſpoſitione conſtitutionis
5 citationis literæ, † cautum eſt citationem domi fieri
poſſe, dum haberi non poteſt copia perſonę citandæ:
quia tunc debet fieri citatio in domo vbi moram tra
hit citandus cũ eius familia & vxore, recepto tamen
iuramento à familiaribus, vt quàm primum poterunt
notificabunt citato, prout eſt de mente Baldi in l.
diffamari. C. de inge. manumiſsis. in verſiculo, voci-
taſſe. & ideo dum in citatione continentur verba illa,
citet & referat in forma, recipiunt interpretationem
vt nuntius perquirere debeat citandum, perſonali-
ter inuenire, & eo non reperto citare in domo ſolitæ
habitationis: ita ad literam Bartolus in l. quarta, §.
prætor ait. vbi etiam Alexand. ff. de damno infecto.
vbi Alexander ſubdit, hanc eſſe communem opinio-
nem. Idem voluerunt Antonius de Butrio, & Abbas
6 in cap. cùm cauſam. de dolo & cont. † Et ibi ſubdunt
citationem factam non ſeruata forma circa inquiſi-
tionem citandi non tenere, in tantum quòd tunc ſuf-
ficiet citatio facta domi, ſi nuntius facta debita per-
quiſitione, vt ipſum perſonaliter citare potuiſſet, non
reperit, de qua perquiſitione nuntius ipſe relationẽ
facere debeat in calce relationis, nõ reperiſſe de per-
ſona, & ideo domi citaſſe. Idem ſequitur Decius ma-
giſtraliter locutus in cap. cùm parati. extrà, de appel.
ſubdens, quòd citatio facta domi non tenet, niſi in
ſubſidium. Et ideo pulchrè dixit Paulus de Leaza. in
clemen. cauſam. de elec. quòd omiſsio talis perquiſi-
tionis ad perſonaliter citandum, vitiat & reddit pro-
ceſſum nullum. Idem conſuluit Abbas in ſuo conſilio
lxxxiiij. ſecundo volumine. & plenè Alexand. in con-
ſilio ſecundo, tertio volum. circa primum. referens
ex pręmiſsis annullaſſe quendã proceſſum. vnde cùm
nuntius ſimpliciter retulerit citaſſe Pyrrhum Loy-
ſium domi, nec apparet ſeruaſſe formam præmiſſæ
perquiſitionis, ideo huiuſmodi citatio, relatio & con
tumacia inde ſequutæ ruunt, & ſunt nullæ, ex quo de
præmiſſa qualitate perquiſitionis perſonalis requi-
rebatur ante omnia apparere, ex quo dum in aliquo
7 actu requiritur aliqua † qualitas, neceſſe eſt per prius
de qualitate ipſa conſtare, vt dicit Angel. in l. prima.
§. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſta. ape. ſequitur
Alexan. conſilio lxxxij. ſecunda columna. primo vo-
lumine. & ſic data nullitate citationis, redditur con-
tumacia nulla, vt dicit Baldus, in l. prima. in fine. ff. ſi
quis ius dic. non obtemp. per l. vir bonus. ff. iudi. ſol.
8 & ideo vitiata prima † citatione non tenet proceſſus
in contumacia facta. ita Baldus in authentica, ſi om-
nes. C. vt ſe ab hæred. abſtin. Afflictus in conſtit. cau-
ſas. in quinto not. in fine. defectus enim citationis eſt
defectus iuris naturalis. clemen. paſtoralis. de re iud.
Alexand. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acquirend. poſſeſ. &
9 ideo actus † iudiciales nulli, nullum producunt effe-
ctum, dixit Baldus in l. prima. C. ne ex delict. defunct.
& ideo citatio minus legitimè facta, habetur pro nul
la, dixit Baldus in l. properandum. §. & ſi quidem. C.
de iudi. poſt Innocen. quem ipſe alleg. in cap. præte-
reà. de dilatio. & ad præmiſſorum corroborationem
10 adducitur relationem nuntij eſſe de forma ſubſtan-
tiali citationis, vt dicit Bartolus in l. hæc autem. §.
primo. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. eatur. & melius in
l. multum intereſt. ff. de conditionibus & demonſtra-
tionibus. Philippus Franciſcus in ca. cùm parati. ex-
trà, de appellationibus, verſiculo, circa quartum. &
ibi Præpoſitus, & quòd relatio præfata vt ſuprà facta
11 ſit nulla, apparet, quia † relatio debet eſſe certa & cla-
ra, vt dicit Alexander in dicto conſilio ſecundo, circa
primum. tertio volumine. & Sozi. in tractatu citatio.
articulo decimotertio. circa fin. numero 4. Quod ma
12 ximè procedit & quartò, † cùm nõ appareat cui dicta
relatio facta ſit, ſi iudici vel actuario cauſæ, vt dicit
Bartolus in l. ſi finita. §. Iulianus. verſiculo iuxta præ-
dicta quæro. ff. de damno infect. & ibi Ioan. de Imol.
ſubdit opinio. iſtam Bartoli eſſe veram, & quòd eam
conſuetudo approbauit, & ipſam etiam tenet Salice.
in l. præcipimus. §. in his. C. de appellation. & ibi Bal-
dus in verſiculo, not. text. ibi excipere. Angelus in l.
cùm ſatis. C. de agric. & cenſ. Felin. & Abbas in cap.
13 quoniam † contra. extrà de probation. Et minimè ap
paret relationem ipſam fuiſſe factam iudici, prout re
quiritur. Angelus in dicto §. Iulianus. & conſtit. cita-
tionis literæ. ibi dum dicitur reſcribi. Item ruit, &
quintò, ex alio, cùm nõ appareat relatio ipſa ſcripta
14 per actuariũ cauſæ, nec † apparet per quem ſcripta
fuerit, vt dicunt Salic. & Baldus in l. dies feſtos. C. de
fer. & ſequitur Alexander in l. prima. §. nuntiatio. ff.
de no. oper. nun. & Angelus ante eum in dicto §. Iulia
nus. & Guid. Papæ in ſuo conſilio xxxvj. in fi. verſic.
tertiò quæro. vbi ſubdit, quòd relatio nuntij debet
ſcribi per notariũ in actis cauſæ, cùm ſit de proceſſu
& actis. Idem conſuluit Abbas in conſil. cxij. & ita ſer
uat ipſa magna curia, prout in eadẽ met cauſa ſeruaſſe
apparet in relatione nuntij facta in calce citationis
factæ contra Federicum prætẽſum ſocium criminis,
dum in relatione ipſa dicitur, quòd nuntius retulit
mihi Clementi copulæ actuario cauſæ ſe citaſſe præ-
dictum Federicum in domo. Circa ſextam, fuit inqui
ſitus ipſe condemnatus ad tertiam partem bonorum
ſuorum, & declaratum omnia eius bona tam mobi-
lia, quàm ſtabilia ad opus Regij fiſci vſq; ad anni cir
culum eſſe annotanda & deſcribenda: & tamen nulla
fuit facta annotatio ſeu deſcriptio, ad hoc vt potuiſ-
ſet ad foriudicationẽ procedi: ex quo vt poſsit quis
15 foriudicari, dum per annum in † contumaciã perſeue
rauit, annus ipſe numerari debet, vt incipiat à die an
notationis bonorum ipſius contumacis, vt dicit con-
ſtitutio regni, grandis vtilitas. ſub rubrica, de pœna
contuma. in cauſ. crimin. in verſiculo, annotationis.
vbi plenè Afflictus in ſexto not. declarat, & meminit
dictam conſtitutionem dicere, ꝙ annus ad purgan-
dum contumaciam datus citato contumaci, incipit
currere à die factæ annotationis bonorum, & non à
die quo declaratur contumax, & quòd requiritur,
quòd dicta annotatio peruenerit ad ſui notitiam, ex
quo pręſumitur perueniſſe eo ipſo quòd fuit citatus

perſonaliter, vel in domo, iuxta conſtitu. citationis
literæ, & ita etiam firmat ibi gloſſa, ſuper dicto verſi
culo, annotationis. & plus ſubdit Afflictus, in tantum
16 hoc procedere, quod† ſi bannitus non haberet bona
tamen curia debet ſcribi facere in actis, quòd nō fue
runt reperta bona, & ſic non potuit fieri annotatio:
& ſic ſi veniet in faciem, ſeu fortiam curiæ, punietur
in corpore, vt in l. ſecunda. ff. de pœn. ita concludit
Afflictus in dicta conſtitut. grandis. quinta columna,
verſiculo. ſed quid ſi iſte. Septima, quòd poſt contu-
17 maciam† contractam & bannum & effectum vt quis
poſsit foriudicari, requiritur bannum ipſum publi-
cari per loca publica ciuitatis: vt tenet in ſpecie An-
dræas de Iſernia. in conſtitutio. regni. pœnā eorum.
vbi dicit, quòd ad hunc effectum non ſufficit publica
tio banni in curia voce præconia, ſed debet publicari
per loca publica ciuitatis: & ita apparet pluries fuiſſe
obſeruatum per ipſam magnam curiā annis elapſis,
dum per ſedilia ciuitatis & alia loca publica, contu-
maces publicari faciebat, & forbanniebat, & demum
ob ſupinam ignorantiam, imo craſſam fiſci patroni
id non procurantis, à tanto bono opere dicta magna
curia deſtitit. Nec poſſet fiſc⁹ aut querulator ſe tueri,
quòd interdum in magna curia ipſa non apparēt ali
qua ex præmiſsis fuiſſe ſeruata, cùm attendi non de-
beat quid interdum ſeruatum fuerit in præteritum,
ſed quid ſeruari debeat, vt dicit pulchrè Abbas in ca
pit. cauſam, extrà, de electioni. vbi ſubdit hoc facere
contra fundantes ſe in obſeruantia, ſeu ſuper obſer-
uantia. Et ſi in aliquo caſu id ita fuiſſet vt prætendi-
tur, potuiſſet procedere, quia oppoſitum ſeu contra-
dictum non fuit, & nihilominus allegare inconue-
18 niens non eſt ſoluere: maximè cùm aduerſus † regni
conſti. & Andræam de Iſernia. Euāgeliſtā in regno,
allegari ſeu induci non poteſt abuſus ſeu cōſuetudo,
aut obſeruantia in contrarium ipſis cōſtitutionibus,
per tex. glo. & Andræam in prœm. ipſarum cōſtitu.
§. cùm igitur. in verſiculo, cōſuetudinibus & ibi glo.
idem firmat Andræas in conſtitut. in locis demanij.
& etiam in prælud. feud. in ſexta quæſtione. in fin &
in ambobus locis expreſsè ſubdit, quòd conſuetudo
contraria conſtitutionibus regni, non tenet, nec ſer
19 uari debet maximè cum huiuſmodi ſtylus † eſſet
contra ius: & ſic tanto magis ſeruari non debet, cum
non teneat, vt pulchrè dicit Alex. in conſilio xxxvj.
20 ſecundo volumine. Item ad hoc vt ſtylus† ſiue obſer
uantia aliqua ſit ſeruandus, requiritur quòd ſit confir
matus authoritate ſuperioris, mediāte ſua aliqua cō
ſtitutione ſeu confirmatione, vt inquit Albericus de
Roſa. in dictionario ſuo. in verſiculo. curia: vbi ſub-
dit nō eſſe neceſſe allegare quòd ita ſeruet curia Ro-
mana, & ita ſeruandum ſit, niſi de hoc appareat per
modum declarationis & conſtitutionis procedere.
idem refert & ſequitur Iaſon ſatis magnifaciēdo hoc
dictum, in l. prima. C. de ſum. Trini. & fide catholicā.
Felin. in cap. ſecundo. de reſcriptis. in verſicu. ſtylus.
& in cap. Rodulfus. eodē titulo. & ideo dixit Baldus
in l. fin. C. quæ ſit longa conſuetudo. quòd practica
alicuius curiæ confirmata authoritate epiſcopi, aut
alterius ſuperioris dicitur ſtylus ſeu ritus. allegat idē
tenere Cyn. in dicta l. ſecunda eodē titulo. Et ideo
ſatis pulchrè & prudēter loquutus excellens Doctor
Gulielmus Benedictus in ſua ſolenni repet. cap. Ray-
nutius. de teſtam. in verſic. mortuo itaque teſtatore.
numero 160. in terminis propriis quaſi prophetādo
caſum hunc, inquit formaliter, quod antequā iudex
contra contumacem ad ſententiā procedat, & ipſum
conuictum & cōfeſſum de crimine habeat, & ab om
nibus exceptionibus ipſum excluſum declaret, ſuper
omnia aduertere debeat vt recte & bene fuerit ordo
edictorum, & ſic citationum ſeruatus & debite exe-
quutus, per l. quartā. §. prætor ait. & ibi Barto. ff. de
dam. infec. & in l. ad peremptorium. cum ſequēte, de
iudic. aliàs ſequi non poſſet condemnatio, cùm nihil
21 ſit immutandum ex ſolennibus, & ſi deficiatur† in ſyl-
laba, cenſetur defectum in tota cauſa, cū ea quę ſunt
de forma, mutari aut diminui non poſsint. Ex quo ex
22 ficta† & interpretata confeſsione ex contumacia ſur
gente per inordinatum proceſſum, nulla poteſt ſequi
ſententia, & ſi ferretur eſſet nulla, ſecūdum Baldum,
ſingulariter in addition. Speculator. in titu de accuſ.
§. & not. quòd actio. & not. quòd ibi libellus. & facit
quod ipſe dicit in l. errorum. in fin. C. de iur. & fact.
igno. Ita magiſtraliter monendo iudices in caſu præ
miſſo, & propriè ac ſi eſſet regnicola, dicit Gulielm.
prædictus. & ibi plus ſubdit, quòd ſi reus citatus non
23 comparet, debet iudex† conſiderare ſi illa eius abſen
tia fuerit voluntaria & metu pœnæ delicti ſe abſen-
tauerit, vel ſi ex alia cauſa receſſerit, quia tunc non
debet cenſeri contumax ex abſentia iuſta & excuſa-
bili, vt ſi accuſator cauſam fugæ dediſſet, vt pulchrè
conſuluit Petrus de Anca. in conſilio ccccix. probata
tāta ſæuitia. & ibi loquitur de viro, cuius ſæuitia vxor
aufugit, & demum ipſam de furto & adulterio & aliis
accuſauit. Idque ſequutus querulator puer malè præ
cinctus & peſsimè conſiliatus, querelam principali-
ter aduerſus propriam matrem de adulterio cum in-
ceſtu expoſuit, & ſucceſsiuè de homicidio cum aſſaſ-
ſinio in perſonam eius patris, vt matrem ipſam dote
propria ac iuribus dotalibus priuaret, prout in ſpecie
de priuatione prædicta litem mouit in ſacro regio
Conſilio, & pertinaciter proſequitur coram domino
Ioan. Martiali cauſæ commiſſario: & pariter quere-
lam de prætenſo homicidio expoſuit in eadem ma-
gna curia contra ipſum nobilem Pyrrhum Loyſium,
necnon contra nobilem Marcum eius patruum, ma-
tris eiuſdem fratrem: & ipſos ambos in vna eademq;
citatione citari recepturos copiam capitulorum ſu-
per homicidio præfato obtinuit. Quibus citatis dum
comparuiſſet Marcus ipſe, fuit carceratus: quo audi-
to per ipſum Pyrrhum Loyſium cogitauit minimè ſe
committere periculo, id eſt, diſcretioni iudicum ma
gnæ curiæ, habentium amplum & liberū arbitrium
procedendi ad carcerem & ad torturam, non datis
defenſionibus, ob quod querulator nouiſsimè nouā
querelam cōtra eundem Pyrrhum Loyſium, de adul
terio cum inceſtu inculcauit, ac etiam de aſſaſsinio,
vt eundem timidiorē redderet. vnde ſumus in ſimili
caſu conſilij Petri de Anchara. qui concludit in præ-
alleg. conſilio ccccix. quòd talis ſententia lata in con
tumaciam præfatę vxoris, fuit nulla, cum eius abſen-
tia ſeu fuga per metum proceſſerit: & ſic in propoſito
noſtro ex cauſa carcerationis prædicti Marci detēti
iam per bimeſtre & plus, & demum excarcerati ob
eius innocentiam, & ex eiſdemmet actis quibus car-
ceratus fuerat abſque aliis defenſionibus. Si pyrrhus
Loyſi



Loyſius ipſe expectare debebat, ipſe quoque carcera
ri vel accedere ad Cæſarem, prout eius excuſator in
petitione abſentiæ allegauit, & minimè auditus fuit,
ob quod nulliter proceſſum fuit per dictam magnam
curiam, reiecta petitione abſentiæ, & eundem con
tumacē reputando: ob quod reſultare adparet octaua
nullitas, & validiſsima. Nona: Allegantur acta noto-
ria, fabricata in eadem magna curia & ibidem exi-
ſtentia, & iam deciſa, & quæ ad maioris cautelæ ſuf-
fragium reproducuntur, implorato inſuper officio
iudicis, vt ex documentis & actis in ea deciſis & cum
notorio eius decreto, & recuſatum fuit, acta ipſa re-
producta recipere, ſicq; velit magna curia ipſa ſe
informare de bullis clericatus & beneficij ipſius Pyr-
rhi Loyſij, & de decreto remiſsionis ipſius, aliàs lato
per eandem magnam curiam ad iudicem eccleſiaſti-
cum Neapolitanum, ad quem fuit pro alia cauſa re-
miſſus per omnes quatuor iudices, etiam cum inter-
uentu fiſci patroni, quæ acta originalia, & decretum,
conſeruantur in bancha egregij Maſſentij de Cora
ſcribæ fiſcalis tunc actuarij illius cauſæ. Ex quibus, &
decima nullitate præmiſſa, declarari debet citationes
prædictas & contumacias ſubſecutas ex eis eſſe nul-
las, nulliúſque roboris & momenti, vt infrà plenius
demonſtrabitur. Et licet acta notoria exiſtentia in
curia poſsint per quemlibet etiam inhabilem allega-
ri, vt infrà plenè in iure demonſtrabitur, fuit tandem
officium magnæ curiæ imploratum, prout nos docet
Angelus in l. planè. ff. de petit. hæred. & ideo ſi ex for-
24 ma† ſtatuti in criminalibus nemo debet admitti ad
aliquas exceptiones proponendas, niſi perſonaliter
compareat, quòd tamen ſi ille qui citatur eſt clericus,
poterit implorare officium iudicis, vt iudex ipſe ca-
piat informationem quòd ipſe inquiſitus eſt clericus,
vel quòd occiſus ab eo erat bannitus, & ſic impunè
occidi poterat. Idem reperio tenuiſſe Angelum met.
in l. filiusfamilias. §. veterani. ibi, aliud eſt. ff. de procu-
rator. & Baldus in l. tertia, verſiculo. ſed quæro tunc.
C. de accuſationibus. Ita etiam ſingulariter voluit Ia-
ſon in l. vbi pactum. C. de tranſactionibus. & in l. pri-
ma. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. & plus ſubdit
Angelus in dicta l. planè. quòd ipſe fuit vſus dicta pra-
ctica infinitis vicibus, & allegat alios quāplures idem
tenentes, & maximè, quia ille qui ex forma ſtatuti
non admittitur ad excipiendum, niſi ſatiſdet. quòd
tamen poteſt implorare officium iudicis, cùm offi-
cium & exceptio differant realiter & eſſentialiter. &
ideo voluerunt Speculator & Ioannes Andræas, poſt
cum in titulo, de inſtrumen. edit. §. fina. verſiculo ſed
25 quid ſi debitor, quòd ſtante ſtatuto † vt in cauſa capi-
tali nō admittatur procurator ad aliquam exceptio-
nem, ſeu declinatoriam opponendum, ſed debeat
principalis perſonaliter comparere, quòd tamen ſi
procurator compareat implorando officium iudicis,
proculdubio admitti debet. Idem tenuit Alberic. de
Roſa. poſt Iacob. But. in l. fin. ff. de pet. hæredit. Idem
in omnibus punctualiter reperio tenere Marſil. qui
multa ex prædictis allegat in repetitione. l. vnicæ. de
26 rap. virg. & ſic ex ſuprà relatis liquet, quòd † prohibi-
ta exceptione ſeu appellatione non impeditur im-
plorari officium iudicis, vt ſe informare debeat de
tali exceptione. & ideo aduocatus debet eſſe cautus
in hoc ſecundum Angelum, Fulg. Moder. in l. nam &
poſtea. §. ſi damnetur. in fine. ff. de iureiurando. Idem
tenet Angelus in l. fina. ff. de petitio. hæred. vbi ſubdit
hoc eſſe menti tenendum, & quòd nunquam exeat
de memoria. Nec ſuffragaretur fiſco, aut querulatori
ritus magnæ curiæ vicariæ, quo cauetur, vt clericus
citatus teneatur perſonaliter comparere ad allegan-
dem priuilegium clericatus, & curia ipſa cognoſcit
de clericatu allegato: nam non ex hoc non audet ri-
tus ipſe procedere, & non dicit, quòd ſi clericus non
cōparet, poſsit magna curia procedere contra ipſum
citatum ad vlteriora, & contumacem reputare, cum
id minimè facere potuiſſet, ex quo nec iudex laicus,
27 † nec princeps poteſt imponere legem perſonis ec-
cleſiaſticis. cùm non ſint, nec eſſe poſsint de iuriſdi-
ctione laici, nec poteſt aliquid eis imponi contra li-
bertatem eccleſiæ, vt dicit Panor. in capitulo, graue.
de ſenten. excommunicatio. & in capit. nouit. & in
capit. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. maxime, quia
iuriſdictio non poteſt exerceri in non ſubditum. cap.
per venerabilem. extra qui filij ſint legitimi. & firmat
Fely in dicto capitulo, quæ in eccleſiarum. verſiculo,
tertia declaratio. gloſſa in capitulo, dudum. de rebus
eccleſ. non alie. in ſexto. & ideo non valet ſtatutum
28 † laicorum etiam in fauorem eccleſiæ: quia Cano-
niſtæ non concedunt vt laici imponāt falcem in meſ-
ſem eorum, vt not. in capitulo, eccleſia ſanctæ Mariæ.
de conſtitution. & tradit Archid. in capitulo primo.
decima diſtinc. & ideo text. in capitulo decimę. xcvj.
diſtin. inquit clericum non poſſe ſupponi diffinitio-
nibus laicorum, vt latè ſcribit Hoſtien. in ſumma, de
iudic. §. quæ ſit materia. & ibi concludit, quòd etiam
29 de conſenſu† epiſcopi non poſſet iudex laicus habere
iuriſdictionem in clericum, vt in capitulo, decerni-
mus. & in capitulo quanto. de iudicibus. imo & plus
etiam papa minimè id facere poſſet, vt clerici conue-
niantur in curia ſeculari, & ſi faceret, minimè poſſet
eo caſu iudex ſecularis de clericis cognoſcere. ita di-
cit Cardin. & Abbas in capitulo, perpendimus. in re-
petitio. de ſenten. excommunication. refert & ſequi-
tur Romanus in ſing. ſuo, in verb. papa. in verſiculo,
quæro nunquid. ex quo clerici ſunt exempti à legibus
temporalibus. capitulo, cùm eccleſia. extrà, de conſti.
ſecundum Baldum, in capitu. clericus. de pace tenen.
30 & ideo princeps laicus, imo nec Imperator † nullam
habet iuriſdictionem in perſonas eccleſiaſticas, nec
poteſt condere legem, quòd clericus committens cri-
men læſæ maieſtatis puniri poſsit per iudicem ſecu-
larem: ita Baldus, vbi ſuprà, & hoc quia l. diuina cau-
tum eſt; Nolite tangere Chriſtos meos, id eſt, clericos,
vt nota. in authentica, de non aliena. in princip. idem
firmat Andræas de Iſernia, in conſtitutione regni, in-
cipiente, de perſonis: ſub rubrica: vbi clerici, in ma-
leſ. conuen. deben. & alleg. conſtit. Feder. incipiente,
ſtatuimus. poſitam ſub titulo. C. de epiſcop. & cleri.
31 & licet illa non loquatur quando clericus † commi-
ſit crimen læſæ maieſtatis: tamen conuentum fuit in-
ter Regem regni & Romanam eccleſiam inueſti-
tura, quòd Rex nullam aliquo caſu habeat iuriſdi-
ctionem in clericos. niſi ratione feudi. & tenet etiam
Abbas, in capitulo: cùm non ab homine. circa prin-
cip. extra de iudi. & ita de conuētione prædicta in par-
ticulari dictat capitulum regni, incipiens, Item ſta-
tuimus quòd clerici. ſub rubrica, de non trahen. cleri.
ad

ad iudicia ſecularia, niſi pro bonis feudalibus. & hoc
dicit dictum capitulum Caroli eſſe ex conuentione
habita inter ſanctam Romanam eccleſiam, & domi-
num patrem noſtrum, & eſt capit. Caroli principis
Salerni primogeniti regis. Et facit bene quòd cleri-
cus legem pœnalem regis recipere non tenetur, vt
dicit Innocentius, in capitulo, auditis. in principio.
32 extrà, de† in integ.reſtit. & quòd nedum perſonæ cle-
ricorum, verum etiam & eorum bona ſunt exempta
à legibus Imperialibus. dicit Baldus in authent. licet
nulla communitas. C.de ſacroſanctis eccleſ. & nota.
in cap.quanquam: de cenſibus.in ſexto. Panor.in cap.
33 ij.extrà, de immunit.eccleſ. & ideo clerici † leges do-
mini temporalis etiam in eorum fauorē diſponentes
recipere non tenentur, niſi per eccleſiam Romanam
approbatæ reperiantur, vt tradunt Ioannes Andr. &
Ioan. Calde. in cap. j. de noui operis nunciat. Innoc.
in cap. nouit.& in dicto capitu.eccleſia ſanctæ Mariæ.
Alexander in conſil. centeſimoquinto. in quarto vo-
lum. præſertim quia perſonæ eccleſiaſticæ non iudi-
cantur ſecundum leges ciuiles, ſed ſecundum Cano-
nes, vt nota. in capitulo, quòd clericis. extrà de foro
competen. & in capitulo, clerici. de iudi. & facit di-
ctum Euangelij, ibi; ſecundum legem veſtram iudica
34 te eum. Quinimò & plus, ſi clericus † citatus per iu-
dicem laicum non declinaret eius forum, puniri de-
bet pœna extraordinaria, quaſi ſit tranſgreſſor cano-
nis, ſecundum Baldum, in l.prima.in fine.C. de indic.
vid.tolen. & ſubdit procedere, etiam ſi ſtatutum pro-
hiberet declinare forum ſub pœna. ex quo tale ſtatu-
tum non valet. refert & ſequitur Bertachinus in ſuo
tractatu de epiſcopo, in quinta parte quarti libri, in
verſiculo, quadrageſimononò quęro.in fine dicti ver-
ſiculi, in verbo, iuxta præmiſſa ſciendum eſt. Mani-
feſtiſsima igitur adparet nullitas citationis contuma-
ciæ & proceſſus iudicis laici contra clericum, cum
35 non poſsit nec teneatur clericus citatus † per iudicem
ſecularem coram eo comparere, nec poteſt contu-
max ſi non comparet reputari, ex quo contumacia
ipſa non tenet, vt dicit Ioannes Andræas, Antonius de
Butrio, & Abbas in capitul. ſi diligenti. de foro com-
peten. & contumacia ſit delictum. & ideo non poteſt
36 iudex † ſecularis pœnam contumaciæ in clericum in-
fringere. capitulo primo. extrà, de clericis coniug. in
ſexto. Bald.in l.generaliter. la ſecunda. C. de epiſcop.
& clericis. & in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudic. & con-
ſuluit Bartolus in ſuo conſilio ccxxv. clericus ſub no-
mine laici. & plenè Decius, in ſuo conſilio ccxlj. ij.
volumine. ſcripſi aliàs &c. Iacob. de ſancto Georgio.
in l. non videtur. ff. de iudic. & ideo in propriis ter-
minis voluit dominus Aegidius de Mendalbertis an-
tiquus doctor in ſua diſputatione, quæſtio talis eſt. quę
eſt inter diſputationes Pauli de Leaza. reſpondendo
ad Bartol. in dicta l.non videtur. de iudic. quòd cleri-
37 cis † coram iudice ſeculari non eſt licita comparitio,
nec poſsibilis prorogatio, per dictum cap.ſi diligenti.
& omnia iura deteſtantur quòd laicus modo aliquo
animaduertat in clericum. capit. nullus iudicum. xj.
quęſtio.prima. & ideo cum conſtet citatum non eſſe
38 de iuriſdictione citantis, † non tenebatur compare-
re, vt nota. in capitulo fina. extrà, de appellationib. &
conſuluit Alexander in conſilio lxxvij. in tertio volu-
mine. & faciunt optimè nota. per Andræam de Iſer-
nia, in cap.primo.§.prætereà.quæ ſit prima cauſſa be
ne.amit. & tenet etiam Henricus Boyc. in ſuo ſingu.
xxviij. citatus &c.& idem ſequitur, & tenet Guido pa-
pæ in ſua deciſione parlamen. Grationopolit. cccci.
an multæ declaratę &c. & in particulari tenet Ioan-
nes And. in regul.ſcienti. in mercuria. vbi ſubdit non
tenere proceſſum iudicis ſecularis cōtra clericū cita-
tum per ipſum, & non comparentem ad allegandum
priuilegium clericatus, nec valet in principali cauſa
nec in pœnam contumaciæ: & minimè obſtabit ban-
num, licet ſub nomine laici, cùm non teneat, nec va-
leat, vt dicit Baldus in l. prima.ff.ſi quis in ius vocat.
non ierit. Alexander in conſil.ſexageſimoquinto.ter-
tio volumine. & ideo dixit Baldus in l. ſi quis ex con-
ſenſu.verſiculo, deinde nota.C.de epiſc.aud. quòd ci-
tatus per iudicem incompetentem, ſi non comparet
& ſit contumax, & ob contumaciam iudex illum po-
nat in banno, ex hoc non debet timere: quia ex quo
acta ſunt nulla tanquam facta coram iudice incom-
petente, ex illa vera contumacia non orietur, nec ali-
quis pœnæ effectus. Vndecima nullitas, & vrgentiſsi-
ma liquet: nam dum prætendatur valida contumacia
ipſius inquiſiti ſub colore quòd inquiſitus fuit ſuper
prætenſo aſſaſsinio, vt infra: nam cùm adpareat ex fa
cie citationum nunquam fuiſſe expeditā citationem
aliquam contra ipſum ſuper aſſaſsinio, & ſucceſsiuè
nec ſuper aſſaſsinio citatum fuiſſe, ſequitur de neceſ-
ſitate, quòd citationes ſuper homicidio prætenſo, &
ſucceſsiuè ſuper adulterio, fuerunt nullæ, & pariter
contumaciæ inde ſecutæ: vnde citatis conſanguineis
ad allegandum cauſam, quare ad ſententiam foriudi-
cationis procedi non debuiſſet contra ipſum cleri-
cum Pyrrhum Loyſium, comparuit eius patruus Mar-
cus, vnus ex citatis: & præmiſſas nullitates omnes al-
legauit, & quæ etiam in promptu per authentica do-
cumenta demōſtrat, & vltra quòd notoriè adpareant
ex actis eiuſdē magnę curię, denegari nō poteſt quin
admittatur, cū ex iuris diſpoſitione omnino admitti
debeat, prout ſingulariter dixit Bal.in l.reos.C.de ac
39 cuſ.vbi dixit, † quòd licet reus non poſsit proponere
defenſiones in cauſa capitali virtute ſtatuti, niſi per-
ſonaliter compareat, nō ex hoc adpareat prohibitus
per alium proponere exceptionem incompetentiæ
iudicis. Idem refert & ſequitur Franciſcus de Areti.
in capit. veniens. extrà, de accuſa. & ibidem Maria.
40 Sozin.not.de cauſis.& ibi ſubdit, † quòd admittitur
excuſator ad allegandū cauſas abſentię iuris, vt quia
citatus ſit exemptus à iuriſdictione citantis: in tan-
tum, quòd ſi exemptio illa patet ex actis, admittitur
etiam infamis ad allegandum ipſam, & hoc quia di-
citur notorium id, quod ex actis adparet, & in eo ad-
mittitur excuſator etiam abſque mandato: & quòd
41 illud quod † patet ex actis iudicij, dicatur eſſe noto-
rium, firmat Innocen. in capitulo: ex inſinuatione.
de appellatio.& in capitulo per tuas.de teſtibus. glo.
in cap.euidentia.de accuſatio. text.in cap.cùm olim.
de verb.ſignificatio. Ita in materia nullitatis oppoſi-
42 tæ, quæ ex actis adparet, quòd acta † ipſa inducant no
torium, in propriis terminis tradit Alexander: ita
conſulendo, in conſilio lxxvij.ſecundo volumine.&
in conſilio xxxiiij.primo volumine. Idem tenet gloſſ.
ſing. in cap.ſignificauerunt.& ibi Felynus de teſt. qui
dicit id procedere, quandò eſt concluſum in cauſa:
multò



multò fortius dicendum ergo erit, quando fuit ſen-
tentiatum in cauſa: prout in caſu præſenti, cum ſuper
clericatu & remiſsione prædicta adpareat pronun-
tiatum per decretum ipſius magnæ curiæ in alia cau-
ſa criminali, eundem clericum remittendo, prout
realiter etiam remiſſus fuit, & ab eadem magna curia
eccleſiaſtica ſententiā abſolutoriam, de qua in prom-
ptu, tanquam innocens reportauit. Et ideo voluit
ſatis not. Bald.in l.ſecūda. C. vt nemo priuatus, quod
admittitur quis ad allegandum notorium in cauſa
capitali: & dicitur notorium quod patet ex actis, vt
43 ſuprà. hinc patet quòd ſtatutum † reiiciens exceptio-
nem nullitatis, non intelligitur reiicere illam nul-
litatem de qua euidēter conſtat ex actis, per id quod
notat gloſſ. magna in l.vbi pactum.C.de tranſact.per
not.per Innocentium in cap.primo.de offic. vica. ita
Alexander in dicto conſilio lxxvij. ſecundo volumi.
Hinc eſt quòd ſtante ſtatuto, quòd in aliquo caſu nul-
la poſsit opponi exceptio, poterit tamen opponi ex-
ceptio notoria non obſtante ſtatuto ita conſuluit
Abbas in conſilio xliiij. in præſenti. quæſtione ſecun-
da. dubio. gloſſ. in cap.ex quæſtione. vbi Abbas in vl-
timo notabili. de reſtit.ſpol. gloſſ. in l prima. §.primo.
verſic. imperfectum. de tab exhibe.& quod de noto-
ria nullitate not. Bald. in l prima. ne liceat ter. prouo.
Aretinus in l.naturaliter. §.nihil commune. ſexta col.
ff.de acquirenda poſſeſ. quòd licet præciſè regulari-
ter exceptio vel allegatio alicuius iuris excludatur,
nunquam excludi intelligitur ſi talis allegatio noto-
ria ſit. tenet etiam Caldericus in conſilio viij. in fin.
de re iudicata. Petrus de Ancharano in conſilio ccxij.
de iure communi. in fine. Alexander in conſilio cxiij.
44 viſis. in quinto volum. Et ideo quando iudex † laicus
citat clericum, non tenetur clericus comparere co-
ram ipſo ad allegandum ſuum priuilegium, vt tradit
Archidiaconus in cap.ſecūdo. xv. quæſtione quarta.
ſuper gloſſ. & facit gloſſ. & ibi Dominicus in cap. ſi
epiſcopus. xxxiiij. diſtinctione Specul. in titu. de ci-
tatio. §. contra citantem. in fine. & plenè Felinus in
cap. cum ordinē. vj. columna. de reſcriptis. Ita etiam
concludit Afflict. in conſtitutione priuilegia. in quar-
to notabili. hinc dixit Innocentius in dicto cap. ve-
45 niens. de teſtibus. quòd exceptio † incompetentiæ iu-
dicis in cauſa capitali opponi poteſt per procurato-
rem. & ſequitur pulchrè Baldus & magiſtraliter in l.
ſeruum quoq;. §. publicè. ff. de procuratoribus. quod
ſubdit eſſe menti tenendum. & idem reperio in pro-
priis terminis conſuluiſſe Caſſandrum in conſilio
primo. folio 3. & 4. in verſicu. ſed nec in totum. & in
verſic. nunquid autem prædictus. in verbo, contra-
rium. tamen licet nihil de prædictis alleget, ſed per
optimas rationes ſe fundat. idem ante Baldum te-
nuit Bartol. in l.penultima. §. crimen. de pub. iudi. vbi
formaliter dixit, quòd ſi in cauſa capitali compareat
procurator, & proponat hoc modo, ego dico quòd
libellus iſte non procedit, ſeu quòd tu non es iudex
meus, iſta quidem opponi poſſunt per procurato-
rem, ex quo non ſumus in exceptione, per quam cri-
men examinatur. & ſubdit plus ibidem Bartol. poſt
Iacobum de Arena, quòd ſi notorium eſt, exceptio-
nem illam eſſe veram, procurator admittitur: aliàs
ſecus, argum. l. Fulcinius. §. eum actū. quib. ex cau. in
poſ. ea, & ſubdit idē tenere Cyn. in l. reos. C. de accu.
& Iacobus de Beluiſo in quadam quæſtione, quam
diſputauit. & idem conſuluit Franciſcus Tigri. Cyn.
46 & ipſemet Bartol. in ciuitate † illa etiam, & addidit
rationem aliam, quia quando eſt notorium, quòd
non debet procedi per ipſum iudicem, iudex ipſe ex
ſe etiam nemine petente id facere debet. per l.cum
maior. §. libertus. & quod ibi not. C de bon. quæ lib.
& quod not. in l. vbi pactum. C. de tranſac. Et ſic cum
in cauſa, de qua agitur, nulliter fuerit proceſſum ad
citationem, & ſucceſsiuè ad contumaciam, & præ-
ſertim ob clericatum prædictum, de quo, vt dictum
ſuprà fuit, conſtat per acta notoria, & decretū ipſius
met magnæ curiæ, apertiſsimi iuris eſt, quòd nulliter
47 hucuſque proceſſum eſt, & omnia acta † ſunt nulla: &
de hac nullitatis exceptione ex eiſdem actis ipſius ma
gnę curię liquet, quo caſu etiam ſi eſſet lata ſententia
impediretur eius executio, maximè dum nō requirit
altiorem indaginem, ſed in promptu liquet ex ea, vt
tradit Bart. in l. quarta. §. condemnatum ff. de re iud.
Bald. in authen. quæ ſupplicatio. C de preci. imp. off.
& in l. vnica. C. ne lice. vnic. ſibi ius di. Ange. in l. fal-
ſum C. ſi ex fal. inſtrum. & in tantum, quòd in mun-
do nō poſſet eſſe maior nullitas, quàm incompeten-
tiæ iudicis, vt dicit Gulielmus Benedic. in repetitio.
cap. Raynutius. in verſic. mortuo itaq; teſtatore. nu-
48 mero 212. & ideo licet cōtra tres † ſentētias confor-
mes non habeat locum exceptio nullitatis, per clem.
primam. de re iudicata. tamen illa nullitas quæ inſur-
git & procedit ex incompetentia iudicis, admittitur
in quacunque cauſa etiam ciuili, & recipitur ante-
quam tres ſentētiæ licet conformes exequantur. Imo
impedit illarum executionem, vt tenet gloſſ. ſing. in
cle. prima. in fin. de ſequeſtra. poſſeſ. & fruc. pro qua
eſt bonus text. in l. ſcire oportet. in fin. ff. de excuſatio
tuto. & in l. fin. C ſi à non compet. iud. & tenet Bald.
in l. exceptionem. circa finem. C. de probationibus.
Decius & Moderni, in cap. ex parte. de offic. delega.
Bald in l. ſi quis filio. §. quòd ſi quid. ff. de iniuſto rup.
& irri. teſta. Alexander in l. de pupillo. §. qui opus. ff.
de noui operis nunciatio. Nec reputo omittendum,
49 quòd in † defenſione quæ notoriè reſultat ex actis,
quilibet, etiam inhabilis vt minor & mulier cenſen-
tur eo caſu habiles, vt not. Innocen. in dicto cap. ve-
niens. de accuſ. Ange. in l. filiusfa. ff. qui ſatiſda. cogan.
Ludo. in dicta l. de pupillo. §. ſi procurator. ff. de noui
oper. nunc. Paulus de Caſtro. in l. exigendi. C. de pro-
cur. cum quādo quis venit ad defenſionem eius quod
patet ex actis, talia dicuntur notoria, vt dicit Innoc.
in dicto cap. ex inſinuatione. de appel. Angel. in l. fi-
liusfa. præalleg. & in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. Nec
omitto ſatis ad propoſitum, quòd quando ex forma
legis, vel ſtatuti procedi poteſt contra aliquem reum
contumacem ad condemnationem, tunc admittitur
procurator. Ita Cynus in l. reos. tertia quæſtio. C. de
accuſat. vbi ſubdit, quòd ita conſuluit Dynus ſuper
hoc. & idem voluit Iacob. de Aret. in l. inter accuſa-
torem. ff. de pub. iud. Ioannes Andræas in addi. Spec.
in tit. de procur. §. primo. verſic. Item quòd ex cauſa.
Ioannes de Imo. in §. actionem. de pub. iudi. Alexād.
in conſilio cxvj. animaduerſis. ſecūdo volum. & ple-
nè Marſilius in ſua practi. cauſarum criminalium cir-
ca medium. & in conſilio lx. ſermonem rectum. Item
poterit & aliter reſponderi ad prædictum ritum ma-
P 4 gnæ

gnæ curiæ, dum dictat quòd clericus citatus per eandem
teneatur perſonaliter comparere, & curia ipſa
cognoſcet de ſuo clericatu, ſed cum magna curia ipſa
diu eſt quod in alia cauſa criminali cognouit de clericatu
ſuo, & ipſum remiſit vt ſuprà dixi ad archiepiſcopalem
curiam Neap. tãquàm clericũ & beneficiatum,
vt decretum ſuper hoc cantat, ſicq́ue non eſt
opus noua comparitione nec cognitione clericatus
ſuper eo, quod iam plenè cognitum & ſententiatum
fuit, maximè cum ſtante ſtatuto, vt in aliquo caſu
nulli poſsit opponi exceptio, non intelligitur prohibita
illa exceptio, quæ patet ex ſententia, & ſic ex decreto
remiſsionis ipſius magnæ curiæ. Ita voluit Antonius
de Butrio in cap. cum Bertoldus. verſic. quintus
caſus. de re iudi. Calderinus in conſilio viij. de re
iudi. Baldus in l. ſi non ſortem. §. primo. verſi. ſed quid
ſi inſtrumentum dicit. ff. de condictio. indeb. Angelus
de Aretino, in l. fin. à quibus appel. non licet. Decius
& Moderni, in cap. ex parte. de officio delegati. Nec
poterit in aliquo obeſſe figuratio prætenſi aſſaſsinij
abſque colore, & ſapore, cum de dicta qualitate aſſaſ-
50 ſinij † tribuentis iuriſdictionem eidem magnæ curiæ,
debebat ante omnia conſtare antequam proceſsiſſet
ad citationem, & ſucceſsiuè ad contumaciam: & vbi
51 lex † vel ſtatutum requirit aliquid cum certa qualitate,
non ſufficit probare illud, niſi etiam & qualitas
illa probetur. l. Fulcinius. §. ait prætor. vbi Bartolus
not. ff. ne quid in loco publi. l. Fulcinius. §. cum hoc.
& ibi gloſſ. & Bartol. not. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionẽ
eatur. l. prætor. §. docere. & ibi not. Paul. de Caſtro.
ff. ne quis eum qui in ius voca. Abbas in cap. licet
cauſam. de probatio. & not. Ioannes Andræas in cap.
pro humani. de homicid. in ſexto. in nouell. vbi ſubdit
reſpectu qualitatis non probatæ ſe de facto euaſiſſe
quendam prælatum à pœna impoſita de iure prælato
facienti aſſaſsinari Chriſtianum. & ibidem eſt text.
nam ibi bene fuit probatum, quod prælatus fecerat
aſſaſsinari quendam hominem, tamen non fuit probata
dicta qualitas quòd ille erat Chriſtianus, & ex
hoc euaſit illum prælatum. Idem ſequitur Baldus in l.
ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis & clericis.
Alexand. in conſilio j. viſo proceſſu, in tertio volum.
& in conſilio clxxxij. ſecundo volum. viſis &c. & idem
Alexander in conſilio vltimo. viſo proceſſu. ſecundo
volumine. & in conſilio xlj. viſis. iiij. volumi. Decius
in conſilio xiij. primo volum. & iſtam regulam ampliando,
dico procedere, etiam ſi ageretur de intereſſe
publico: vt dicit Abbas in cap. licet cauſam. de
probat. & hoc ex dicto Cyni in l. ſecunda. de probat.
nam ibi agitur de vtilitate publica, vt delicta puniantur,
tamen abſoluitur reus, ſi de qualitate deducta
non adparet: quod procedit etiam ſi reus confiteretur
delictum ſine qualitate, quia non poterit puniri.
Ita Ioannes Andræas in rubrica de accuſatio. Romanus
in conſilio clxvij. Accuſatus Antonius. Signoro.
52 in conſilio x. Maximè quia qualitate † illa non probata
non diceretur legitima probatio, ſecundum Iacobum
de Aretino, & Cynum in dicta l. ſecunda. C. de
probatio. Ioannes Andræas in additio. Speculat. in
titu. de accuſation. & inquiſitio. in rubric. gloſſ. in
l. actum. ff. de negotiis geſtis. Bartolus in l. denuntiaſſe.
§. quid tamen. ff. de adulter. Baldus in l. prima.
C. qui accuſa. non poſſunt. & in l. edita. in repetitio.
53 C. de edend. Concurrente præſertim qualitate † ipſa,
quæ fundat & priuat iuriſdictionẽ, de qua ante omnia
plenè conſtare debet, vt in l. ſecunda. §. ſi dubitetur. de
iudic. & ibi doctores & maximè Baldus. & in l. ſi quis
ex alienatio. eodem titulo. Bartol. & Baldus in l. præſcriptione.
C. ſi contra ius vel vtil. pub. & in l. ſecunda.
ff. ſi quis in ius voca. non ierit. Abbas & Canon.
54 in cap. ſuper literis. extra de reſcript. nam iudex † debet
eſſe certus, & de ſua iuriſdictione non dubitare.
dicta l. ſecunda. §. ſi dubitetur. & in l. is qui. de acquir.
hæredi. & ibi docto. communiter. & ideo facit quod
magiſtraliter dixit Baldus in l. prima. C. de hæredibus
inſtitu. quòd ſi iudex vel lex dicit: bannimus omnes
55 latrones vel aſſaſsinos, tunc ita demum pœnam † &
effectum banni patiuntur aliqui, ſi ſunt de tali facto
inculpati per ſententiam, vel per confeſsionem in
iudicio factam, vel per euidentiam facti, vel legitimis
probationibus conuicti de latrocinio vel aſſaſſinio,
ſicut de infamia & excommunicatione, & ſic
vt iudex laicus poſsit punire clericum aſſaſsinum,
debet intelligi, vt qualitas aſſaſsinij probata adpareat,
& concludenter ex præmiſsis, & maximè per
Ioannem Andræam in dicto cap. pro humani. & ideo
dixit ſatis ad propoſitum præſentis caſus Gulielmus
Benedictus in dicto capitulo Raynutius. folio 398.
in verſiculo mortuo itaque teſtatore. in verſic. quintò
56 aduertere debet † iudex, vt antequam pronuntiet
contra contumacem, quòd ſi in eo ſit aliqua qualitas
delictum aggrauans, quòd de illa qualitate verè
conſtet, quia licet ſtatutum fingat contumacem pro
confeſſo quo ad actum principalis criminis, puta
homicidij, vel fornicationis, non tamen fingit qualitates
principale delictum aggrauantes, imo opus
eſt eas vere probare. ita concludit prædictus excellens
doctor. Et ſi diceretur ex aduerſo, quòd licet à
principio nihil fuiſſet probatum de prætenſo aſſaſſinio,
attamẽ poſtmodũ inde ad octo menſes quidam
Matthæus de ſumma ſceleſtiſsimus criminoſus, &
per viginti homicidia & alia atrocia delicta ad vltimum
ſupplicium condemnatus, certo modo interrogatus
in tortura, nullis exiſtentibus indiciis
contra ipſum de homicidio prædicto, depoſuerit de
prætenſo aſſaſsinio, licet minimè concludenter, vt
audio, aſſerendo ſibi & ſociis fuiſſe factam promiſſionem
vnius ronzeni ſeu equi pro quolibet: id quidem
nihil pro nunc obeſſe poſſet eidem clerico inquiſito
quo ad annullationem citationum contumaciarum
& banni, quæ nullæ ſunt, antequam de
aliqua qualitate aſſaſsinij prætenſi adpareret, ſeu dici
potuiſſet adparere: quæ qualitas probata tribueret
iuriſdictionem eidem magnæ curiæ in ipſum,
ex quo vt poſſet procedi ad foriudicationem, requirebatur
probari quòd inquiſitus fuerit citatus per
iudicem habentem iuriſdictionem in ipſum citatum,
aliàs non tenet citatio nec proceſſus. l. quarta. §. condemnatum.
ff. de re iudicata. & tamen nulla nedum
qualitas, verùm nec ſcintilla figurati aſſaſsinij tempore
dictæ citationis & contumaciæ inerat, in qua
potuiſſet fundari iuriſdictio iudicis laici in clericum.
& inde eſt quòd nulla citatio fuit expedita
ſuper prætenſo aſſaſsinio: & ſic data nullitate citationis
ſuper homicidio prætenſo, & ſucceſsiuè contumaciæ,
prædictum bannum redditur nullum: ſecundum



cundum Baldum, in l. prima. in fin. ff. ſi quis ius dicen.
non obtemp. Sicut dicimus in ſimili, quòd quando
57 lex † facit mentionem de aliquo actu faciẽdo per aliquem,
intelligitur dummodo ille ſit habilis ad illum
actum eo tempore, & non ex poſt facto, vt plenè per
Dynum, in regula non firmatur. libro ſexto. facit l. ſi
filius. §. in eius. ff. de teſtamentis. & in l. ſi minor. ff. de
ſeruis expor. & ideo dicit Angelus in l. quod dicitur.
ff. de acquirenda hæreditate. quòd ſententia lata per
carentem iuriſdictione, non confirmatur per ſuperuenientiam
iuriſdictionis, ſecundum Innocentium
in cap. prudentiã. de officio delegat. in glo. incipien.
quid ſi iudex. Idem Angelus in l. obſeruare. §. ſi. ff. de
officio proconſulum. Baldus in l. fin. §. fin. C. de appellationibus.
vbi dixit, ꝙ ſi teſtator legauit alicui
veſtes ſuas, intelligitur de veſtibus quæ erant ſuę tempore
teſtamenti, & non de ſuperueniẽtibus, vt de acquiſitis
poſteà. l. ſi ita. ff. de auro & argento legato. &
58 ideo ſubdit, † quòd legatarius tenebitur probare,
quòd tales veſtes erant teſtatoris tempore teſtamenti
quia eſt fundamentum intentionis ſuæ, per dictam
l. ſi ita. iuncta regula. l. eum actum. ff. de nego. geſt. &
ſequitur Ludouicus in l. ſciendum. ff. de verborum
obligationibus. in additio. & in l. illa. eodem titu. Et
ſic iſta nullitas banni, nulli dubium quòd etiam per
procuratorem allegari poteſt, & pariter iniuſtitia
banni in cauſa capitali, cùm ventiletur ſeorſum à delicto,
& ſic cauſa principali: ita pulchrè Angelus in l.
ſicut. §. ſi procurator. C. quib. mod. pig. vel hypo. ſol.
& Franc. Cur. in ſuo tracta. de teſti. in xxviij. concluſ.
Ex circunſcriptis præmiſsis abſque veri præiudicio
vereor, quòd querulans adhuc ignoret quis dicatur
aſſaſsinus, vt ex tenore expoſitionis ſuæ querelæ de-
59 monſtratur: cum is dicatur aſſaſsinus † qui pretio accepto
vel aliqua pecunia ad maleficium committendum
inductus eſt. Cicero. & ibi Bartol. ff. de pœn. &
conſuluit Alexander in conſilio clxvj. ſeptimo volu.
attamen dato abſque veri præiudicio, prædictum
quondam Matthæum de ſumma fuiſſe aſſaſsinum,
prout ſe aſſeruit, & ſic aliqua promiſsione motum
fuiſſe ad ſuſcipiendum mandatum alicuius in dicto
homicidio interuenire: attamẽ antequam probetur
de mandato prędicto à quo factum ſit, & qui dictum
Matthæum promiſsione aliqua induxerit, non habent
locum pœnæ dicti capituli, pro humani. & plus
tenent Archidiaconus, Ioannes Andræas & omnes
ibi communiter, quòd quanuis non requiratur pro-
60 nunciari † ipſum mandatorem incurriſſe pœnas, de
quibus ibi in text. tamen requiritur quòd per iudicem
contra dictum mandatorẽ declaratum ſit ipſum
mandatorem ita mandaſſe, & illud eſſe probatum,
per id quod habetur in cap. inquiſitionis, poſt principium.
& in cap. cùm ſecundum. de hære. in ſexto.
& not. per Baldum in cap. primo. de feudo ſine cul.
non amit. & in authentica, at qui ſemel. C. quomodo
& quãdo iudex. & in l. ſi quis maior. C. de tranſactio.
ita ex præmiſsis formalibus in particulari conſuluit
Alexander in dicto conſilio clxvj. in ſeptimo volum.
quod maximè procedit in ipſo Matthæo tot reiteratis
ac infinitis homicidiis & aliis delictis atrocibus
conuicto & cõfeſſo, ex quibus ſuas miſerabiliter luit
pœnas, & vltimum ſupplicium paſſus eſt. hinc ſucce-
61 dit quòd licet in caſibus † exceptuatis ſocius criminis
probet contra ſocium malæ famæ, tamen id habet
locum in ſocio criminis aliàs non infami ex aliis delictis,
per id quod in ſimili dixit Salycetus, in l. in iudicio.
ff. de accuſa. vbi dixit quòd ſtante ſtatuto quod
de damno dato ſtari dabeat iuramento damnum paſſi,
quòd tamẽ ſi damnum paſſus erit infamis, eo caſu
eius iuramento ſtari non debet. ita dicit Angelus ſe
in facti contingentia conſuluiſſe pluries, dum ſibi caſus
occurriſſet. & ſic per hanc doctrinam Ange. reperio
ita in propriis terminis conſuluiſſe Marſilium
magnum criminaliſtam, in ſuo conſil. lxxiiij. primo
volum. vbi formaliter dicit, quòd licet aliàs in aliquibus
caſibus ſtari debeat dicto ſocij criminis, id intelligendum
eſt de ſocio criminis, aliàs non infami ex
alio delicto, per dictam doctrinam Angeli, in dicta l.
qui in iudicio. quam reperio ſimiliter relatam per inſignem
Antoniũ Corſe. Siculum in ſingu. ſuo, in verbo
integer. ad corroborationem cuius rationabilis
opinionis ego ſum ſolitus adducere, quod ſatis not.
dixit Baldus in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate
& fide catholica. quòd ſtante ſtatuto, vt libro
mercatorũ, plena fides adhibeatur pro ſcribente, id
locum habere intelligendum eſt, dummodo mercator
ille, de cuius libro agitur, non ſit aliàs infamis vel
ſuſpectæ vitæ. Idem tenet ipſe Baldus in l. Caſsius. vltima
columna. ff. de ſenato. verſic. vltimò quæritur ſi
lib. mercatoris. refert & ſequitur Iaſon in repetitio.
l. admonendi. folio 117. ff. de iureiuran. vnde cum prædictus
Matthæus ex tot inculcatis & reiteratis homicidiis
ad mortem condemnatus, & diuiſus in fruſta
miſerabiliter interierit per ſentẽtiam magnæ curiæ,
quis ergo eũdem adeo grauiſsimè criminoſum, pluſquam
infamem viliſsimum & abiectum non reputauerit,
vt proceſſus diuerſi in eadem curia cantant?
vnde infertur, quòd cum ipſe Mattheus & demum
Ioannes Antonius alius prætẽſus ſocius & longè deterior
maleficus, ſimiliter vltimo & eodem ſupplicio
affectus, licet diuerſimode ab ipſo Matthæo &
non concorde teſtatus fuerit interueniſſe in homicidio
prædicto ad requiſitionem eiuſdem Pyrrhi Loyſij,
qui ambo Matthæus & Ioannes Antonius, tanquam
de enormiſsimis & infinitis delictis conuicti
& confeſsi infinitos defectus patiuntur, de quibus
iam adhuc in alio ſeculo rationes redderunt, vltra
quòd ſe participes criminis fateãtur. dico ꝙ etiam
62 ſi eſſemus in caſu in quo aliter veritas † haberi non
potuiſſet, niſi per participes criminis: attamen tales
criminoſi non probarent. ita ſatis egregiè conſuluit
Andræas Barbatius in ſuo conſilio lxv. ſapiẽter &c.
quarto volumine. & idem conſuluit Sozinus, in conſilio
cxviij. viſa. primo volumine. in verbo, poſtremo.
& ſubdit quòd ſicut plura adminicula ampliant
probationem iuxta ea quæ habentur in l. admonendi.
ff. de iureiurando. ita plures defectus annihilant
& deſtruunt eam, quia contrariorum eadem eſt diſciplina:
& quod operatur propoſitum in propoſito,
id operãtur oppoſitum in oppoſito. l. ſi vt propoſuis.
C. de nuptiis. Idem in propriis terminis conſulendo
refert & ſequitur Marſilius in conſilio centeſimoſecundo.
numero 12. quod maximè procedit in
caſu præmiſſo, in quo inculpatur clericus ipſe Pyrrhus
Antonius nobilis, & optimæ famæ & vitæ. Hinc
dixit magiſtraliter Andræas de Iſernia in cõſtitutio-
ne re

ne regni, ſi damna. qui euangeliſta in regno dicitur,
63 quòd dum † particeps criminis nominauerit alium
in ſocium, iudex debet inquirere & ſe informare de
conditione & fama ipſius nominati: & ſi eundem bo
næ famæ comperierit, talis nominatio contra ipſum
non operabitur quicquam, etiã ſi plures eſſent con-
fitentes de nominato, nam eo caſu non debet iudex
moueri ex ſola confeſsione, ſed debent concurrere
præſumptiones, ſuſpiciones & argumenta. Nec ad
aliquod propoſitum audio fuiſſe allegatum per ma-
gnificum magiſtro iudice fiſci patronum, vt eius mo-
ris eſt, ſemper ita impertinenter loqui: dum dixit,
quòd in cauſa aſſaſsinij teſtes examinati etiam parte
nõ citata probant, per allegata per Felynum in cap.
in nomine domini. in quinta limitatione extrà de te-
ſtibus. vereor enim, quòd ſua magnificentia nõ vidit
Felynum ibi, nec rectè ſenſerit cum eo, cum Felin.
totum contrarium ibi dixerit, ſi rectè conſiderẽtur
eius verba, nam in præcedenti columna. in verſicu.
64 collige ſecundò ex iſto textu dixit, quòd † teſtis exa-
minatus parte non citata, nedum nõ probat, ſed nec
etiam indicium facit, ſecundum Bartol. in l. maritus.
ff. de quęſtionibus. pro quo dicit hic Abbas eſſe text.
ibi, in verbo: nullius momenti. & ſubdit, quòd imò
etiam ſi iudex procederet ex officio, neceſſe eſſet vo-
care partem, contra quam procedit. Ita ſingulariter
dicit Ioannes Andræas, in additio. Specul. in titu. de
teſte. §. nam tractandum. in princi. dicens ita voluiſ-
ſe Guid. de Suz. in l. iuriſiurãdi. C. de teſti. & demum
in dicto verſic. quintò limita. dicit hæc intelligi, niſi
eſſet caſus in quo lex vel ſtatutum non exigeret ple-
nam probationem, ſed contentaretur ſolis argumen
tis, quia poſſent tunc teſtes recipi ſine citatione par-
tis. Ita Hoſtien. & Lap. in cap. vnico. de homicid. in
ſexto. vbi etiam Domi. ſubdit per hoc limitari iſtum
textum. Sed aduerte, dicit Felyn. quia tenendo, quod
dixi ſuprà in prima ampliatione. iſta limita, non eſt
vera, ſecundum dominum meum hîc, qui fuit Franc.
de Areti. pro quo facit, quia videtur quòd etiam præ
ſumptio debeat probari per idoneos teſtes, & legiti
mè, vt traditur per Bartol. in l. fina. C. fam. erciſcun.
quia hîc concurrit duplex ſpecialitas circa idem, con
trà l. j. C. de dot. promiſ. Item eſt etiam aduertẽdum
& bene, quòd Hoſtiẽ. qui originaliter hoc dicit, non
firmat pedes, ſed loquitur per dictionem fortè, ſeu
forſan, dum formaliter dicit, quòd forſan propter
periculum valebunt teſtes recepti parte non citata.
idem dicit Dom. in dicto cap. pro humani. vbi ſubdit
poſt Hoſtien. & Bald. ibidem, qui idem dixerunt hæc
verba, & pro tãto non dixit teſtibus: ſed dixit proba
bilibus argumentis, & debet tamen iudex attendere
qualitatem perſonæ infamatæ, & alias circunſtantias.
Et minimè videtur ſuffragari, quòd tex. in dicto cap.
pro humani. dixerit probabilia argumenta ſufficere.
Nam dico, quòd dicitur de dicto delicto cõſtare per
probabilia argumenta, quando de eo conſtaret per
indicia indubitata. Ita dixit Felynus in cap. afferte. in
verſic. tertiò limita. extrà de prę ſumptio. pro quo ad
ducit quod voluit Romanus in l. excipiuntur. ff. ad
Syllan. per l. ſciant cuncti. de probatio. quòd id, quod
dicit ibidem Bald. in verbo, particeps. quòd ex mul-
tis indiciis ſimul iunctis reſultet plena probatio, etiã
ad quem criminaliter condemnandum, debet intel-
ligi, ſi talia indicia eſſent indubitata. Item conſidero
eſſe aduertendum, prædicta verba eſſe intelligenda
circa cognitionem delicti, & dum de ipſo delicto co
gnoſcitur per eius iudicẽ competẽtem ordinarium:
ſed in caſu, de quo agitur, ſumus coram iudice laico,
qui vult cognoſcere de clerico, & qui non poteſt eſſe
aliàs iudex competens, niſi per prius probata fuerit
qualitas aſſaſsinij, de qua ante omnia plenè conſtare
debet, vt ſuprà clarius demonſtratum fuit in iure: &
ſi aliter dicere vellemus, eſſet abſurdiſsimum, quia
cõcurrerẽt duo ſpecialia circa idem, videlicet, quòd
probabilia argumenta ſufficerent ad cognoſcendum
de delicto prædicto, & etiam ad puniendum. Item,
quòd probabilia argumenta ſufficerent ad fundan-
dum iuriſdictiõnem iudicis laici contra clericum,
vt poſsit de eo cognoſcere, quæ duo ſpecialia circa
idem concurrenda non ſunt, quia contra dictam l. j.
65 C. de dot. promiſ. Nam nõ † poteſt dici, quòd quis ſit
talis, niſi per prius fuerit pronunciatus pro tali. vt di
cit Specu. in titu. de inſtru. edit. §. reſtat. verſi. quid ſi
tabellio. verſi. quid ſi confectum. Paulus de Caſtro in
conſilio ccxij. omiſſo ordine. in fin. verbis, in nouiſsi
ma impreſsione. Petrus de Ancharano, in conſilio
ccxlj. per prædicta. circa finem. Sozin. in conſilio lj.
primo volumi. præſtantiſsime Doctor. Sicut etiam
dicimus, quòd non eo ipſo, quòd quis accuſatur, eſt
reus, ſed qui conuincitur. Ita textus in cap. fin. in fin.
xv. quæſtione octaua. & in cap. nõne. octaua quęſtio.
quarta. & in cap. eorum. xj. quęſtione tertia. & in cap.
laudabilem. vt lite non conteſta. ita Specu. in titu. de
aduoc. §. ſequitur. circa principium. Et ideo ſatis ad
propoſitum dixit Baldus, ſuprà allegatus, in dicta l.
prima. ff. de hæredibus inſtituẽdis. quòd ſi lex vel ſta
tutum dixerit, bannimus omnes latrones vel aſſaſsi-
nos. ita demum inculpati de prædictis & banniti, pœ
nam bannitionis patiuntur, ſi fuerint legitimis pro-
bationibus conuicti vel inculpati per ſententiam,
vel confeſsi in iudicio de latrocinio vel aſſaſsinatu &
66 inde ſuccedit, quòd licet † non requiratur per iudi-
cem pronunciari mandatorem incurriſſe pœnas, de
quibus in dicto cap. pro humani. tamen requiritur
quòd contra mandantem per iudicem declaratum
ſit mandatorem ita mandaſſe, & illud eſſe probatum,
per id, quod habetur in cap. inquiſitionis. poſt prin-
cipium. & in cap. cùm ſecũdum. de hære. per not. per
Baldum, in cap. primo. de feud. ſine cul. non amit. &
per eundem Baldum in authen. qui ſemel. C. quomo.
& quando iud. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact. ita
in particulari conſuluit Alexander in conſilio clxvj.
in ſeptimo volum. idem refert & ſequitur præclarus
Doctor dominus Philippus Probus, in addi. ad Ioan.
Mon. in dicto cap. pro humani. quod maximè conce
dendum eſt, cùm in huiuſmodi caſu poteſt mandãs à
quolibet priuato impunè offendi & occidi, per iura
vulgaria. Et inquantum ſuprà dicatur in huiuſmodi
crimine ſufficere probabilia argumenta, nõ videtur
67 omitendum, † quòd argumenta dicuntur perſpicuæ
præſumptiones, vt dicit Innocentius in cap. cùm in
diœceſi. in gloſſ. in verſicu. argum. de vſur. Baldus in
margar. in verbo: argumenta. & alibi argumentum
dicitur ratio rei dubiæ, faciens fidem per quaſdam
circunferentias. Ita dixit Baldus in l. ſecũda. in fin. C.
quorum appel. non recip. & Ioan. Cal. in c. veſtra. de
cohab.



cohab. cleri. & muli. Et alibi diffinitur argumentum,
quòd ſi propoſitio ex aliquibus exiſtentibus, reſul-
tans ad propoſitum oſtendendum ſeu concludendum.
Vnde quando plura indicia, vel plures propoſitio-
nes, vel plures ſuſpiciones, vel plures teſtes, ad vnam
concluſionem ad aliquid probandum copulantur.
iſtud ſic copulare, dicitur argumentari, ſiue argumen-
tum, quod eſt collatio plurium ad vnam concluſio-
nem, vt in l. tertia. §. idem Diuus. ff. de teſtibus. & in l.
Diuus. de cuſto. reorum. Ita magiſtraliter inquit Bal.
in l. ea quidem. C. de accuſa. & ſic ex præmiſsis con-
cludo, quòd vt habeat locum diſpoſitio cap. pro hu-
mani. nedum debet cõſtare per argumenta, ſed etiam
requiritur, quòd argumenta illa ſint probabilia, & ſic
68 ſi rectè conſideretur, adparet † quòd talia argumenta
requiſita videãtur excedere probationes ordinarias,
quæ in aliis delictis à iure requiruntur, & nimirum,
cum ſimus in odioſis, vt iudex laicus cognoſcat de
clerico in criminalibus, & ideo vigentiores & ple-
niores requiruntur probationes contra ipſum. Nunc
autem redeundo ad primum propoſitum, Matthæus
ipſe ſocius prætenſi criminis, demum confeſſus ſua
peccata ſacerdoti, & bene contritus, parum antè,
quàm ad eius patibulum, & ſic vltimum ſupplicium
duceretur, poſt eius condemnationem corã multis &
quàm pluribus ſynodalibus teſtibus declarauit, ex vi-
ginti delictis & pluribus homicidiis per ipſum con-
feſsis perpetraſſe, in omnibus veritatem depoſuiſſe,
præterquàm de tribus homicidiis, in quibus nullo
modo ipſe interuenit, nec aliquam notitiam habuit
ſed penitus ignorauit & ignorat, maximè dum depo-
ſuit interfuiſſe in aſſaſsinio prædicto ſub promiſsione
ſibi facta, cum ita dixerit dolore tormentorum ſibi
illatorum, & non quòd verum fuerit, & quòd tam
præfati Pyrrhus Anton. quàm cæteri nominati per
ipſum fuerunt, & ſunt innocentiſsimi, de qua quidem
declaratione & reuocatione, & tali tempore facta,
dum per magnificos aduocatum & procuratorem
pauperum & carceratorum, fuiſſet inſtanter peti-
tum, eandem in ſcriptis redigi pro cautela inculpa-
torum & exculpatorum abſentium, antequam mor
ti traderetur, quod quidem magna curia ipſa ex pro
prio officio etiam nemine petente facere teneba-
tur, & ſic veritatem indagare cùm ex iuris diſpoſi-
69 tione † de innocentia inquiſiti iudex ſollicitè inqui-
rere debeat, etiam pro contumace abſente, ſecun-
dum Bartolum, in l. abſentem. de pœnis. per textum
in illo §. fin. per ipſum alleg. dum dicitur iudicem de-
bere quærere defenſionem rei ex quadam humani-
tate, & naturali æquitate, & facit bonus textus in l. di-
uus. de in integ. reſti. ibi, & ſi nihil facile immutan-
dum eſt ex ſolennibus, tamen vbi æquitas euidens
expoſcit, ſubueniendum eſt. & conſuluit Bartol. in
conſilio xcviij. dominus Cynus de Piſtorio de Bono-
nia, in deciſione xlj. dubij. & in conſil. cv. viſis omni-
70 bus. Et quòd † iudex etiam parte abſente debeat ſup-
plere de innocentia partis, ſe informando, vbicun-
que poteſt deuenire ad diffinitiuam ſententiam par-
te abſente, tenet idem Bartol. in l. prima. C. vt quæ
deſunt aduo. etiam ſi non interſit reipublicæ. Bartol.
in l. ampliorem. in princip. C. de appel. & in l. quarta.
§. hoc autem. ff. de damn. infect. & in diſpu. ſua, incip.
iudex maleficiorum & in l. & ſi non defendantur. ff.
de pœn. & in l. prima. §. ſi quis vltrò. ff. de quæſtionib.
imò ſubdit Bartol. quòd tenetur ex proprio officio id
facere, in authen. at qui ſemel. C. quomodo & quan-
do iud. ibi: perquiſita veritate. & ideò dixit Iaſon in
l. ſecunda. C. qui teſtamen. fac. poſ. quod ſi iudex ex
mero officio non obſtante, quòd quis ſit habitus pro
confeſſo, nec obſtante, etiam quòd ſit concluſum
in cauſa, non ſolùm poteſt, imo tenetur aſſumere in-
formationem innocentiæ abſentis, per iura prægalleg.
quantò magis debet admittere, quando comparet
tertius excuſator pro tali abſente. Idem refert & con-
ſuluit Barthol. Caſander in conſilio primo. Et quòd
71 † teneatur iudex ex proprio officio ſe informare de
innocentia inquiſiti, licet abſentis, & etiam nemine
petente: ſequitur Paris in ſuo tractatu ſyndicatus, vbi
multa allegat in verſi. tortura. in cap. an ſtetur dicto
torti. in verſic. iudex maleficiorum. numero 29. 30.
vbi pulchrè. & loquitur in regno, in quo ſumus. &
idem dixit Ioannes de Imol. in cap. veniens. refert
& ſequitur conſulendo Marſilius in conſilio lx. ſer-
monem rectum. Et ideo voluit Ioannes de de Imol. in
cap. veniens. extrà de accuſationib. quem ibi refert &
ſequitur Ioannes de Anania. vbi dicunt omnes do-
72 ctores tenere † quòd in cauſa criminali poteſt inter-
uenire procurator & informator, ſeu inſtructor de
defenſionibus abſentis: quia etiam iudex tenetur ex
ſe ipſo informare, per dictam l. & ſi non defendan-
tur. & ideò ſubdit Ioannes de Imo. ſe aliàs feciſſe por-
rigi capitula iudici, & nominari teſtes, qui ſuper eis
poterant informare iudicem, cum proteſtatione,
quòd vellet ſuper eis inquirere veritatem: cùm ad id
teneatur, etiam nemine petente: & ſi hoc non face-
ret, poterit ei imputari in ſyndicatu. & per hoc dicit
Ioannes de Imol. ſe euaſiſſe vnum à ſententia banni.
& idem teſtatur & firmat Ioannes de Anania, prædi-
ctum Ioannem de Imo. euaſiſſe vnum à ſententia ban-
ni in dicto cap. veniens. verſic. nunquid autem. & ſe-
quitur conſulendo Marſilius in conſilio vj. numero
73 24. quod maximè procedit, cùm exculpatio † facta
per prædictos, licet in eorum fauorem nihil opere-
tur, prodeſt tamen exculpatis, licet per prius ab eiſ-
dem inculpatis: vt magiſtraliter firmat Andræas de
Iſernia in conſtitutione regni: ſi damna. pro quo fa-
cit, cùm à communiter accidentibus, quilibet vi-
dens ſe de proximo moriturum, non præſumatur
mentiri, aut Deum offendere, maximè eo tempore,
quo breui ſeparanda eſt anima à corpore. & experien
tia quotidie comperimus facinoroſos tunc temporis
ad maximam contritionem & pœnitentiam reda-
ctos: ob quod pulchrè refert diuus Hieronymus, quòd
facile omnia contemnit, qui cogitat ſe breui mori-
turum, & minimè ſe euadere poſſe exiſtimat: & ſic
74 aſſerens † quem conſtitutum in mortis articulo men-
tiri, diceret contra veriſimile: contra quod quis ve-
niens audiri non debet: ſecundum Petrum de Ancha-
rano, in conſilio clj. viſa facti narratione. Nec poſſet
in aliquo obſtare dictum Bald. in titu. de pace Con-
ſtan. verſic. vaſalli. dum dicit, quòd non omnis, qui
moritur, eſt ſanctus Ioannes euangeliſta: quia ex hoc
non tollitur, quin maior pars morientium non nita-
tur mori abſque onere conſcientiæ, vt à communi-
ter accidentibus comperimus. quod quidem va-
lidum eſt argumentum, & non à rarò contingen-
tibus: vt in leg. certi condictio. §. ſi numos. ff. ſi cer-
tum petatur. l. palàm. ff. de ritu nuptiarum. & leges
adaptan

adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt. l. nam
ad ea.ff.de legi. maximè,cùm conſtitutus in mortis ar
75 ticulo, non † præſumatur mentiri: vt dixit Baldus,
in conſilio xxv. caſus, ſuper quo. primo volumine.
cùm nemo præſumatur immemor ſalutis æternæ. l.
fina.C.ad legem Iuliam repetun.cap.ſancimus.prima
quæſtione vij.& maximè, dum cogitat breui eius ani-
mam à corpore ſeparari. Idem in propriis terminis
reperio conſuluiſſe Marſil. in conſilio cix. numero
30.31. vbi extendit hoc dictum, etiam ſi fuiſſent plures
ſocij criminis, qui inculpaſſent, & demum exculpa-
rent. & Romanus in conſilio cxiij. pro deciſione. &
hoc ob not. præſumptionem, quæ eſt, vt quilibet præ-
ſumatur bonus & fidelis. l.meritò. ff.pro ſocio. l.non
omnis. §.à barbaris. ff. de re milita. Hinc in ciuitate
Mediolani viget decretum ducale, quòd vltimæ con-
feſsioni reorum factæ ſuper furcis, vel quando vo-
lunt decapitari, ſtandum ſit in delictis circa ſocios,
ſeu mandatores, ſeu auxiliatores in delicto, & talis
depoſitio habetur pro plena & pleniſsima probatio-
ne. Ita refert & ſequitur Marſil. in rubric. de fideiuſſo.
ſubdens ita vidiſſe pluries practicari in ciuitate præ-
dicta, dum ibi moram traheret cum illuſtriſsi. Duce
Ioanne Galeatio, tunc duce Mediolani: quod decre-
tum (dicit) habet rationem in ſe: quia conſtitutus in
mortis articulo, cognoſcens ſibi de proximo animam
à corpore ſeparari, non præſumitur aliqua præſum-
ptione velle deierare & mentiri: nam moriens, & ſic
proximus morti, in eo quod agit, magis arguit deſi-
derium ſalutis, quàm fraudem: de qua in extremis
laborantes non videntur cogitare, ſed ſolùm ſalu-
tem. Ita punctualiter inquit Felynus in cap. in præ-
ſentia. de proba. vbi dicit quòd ſolùm imminentia
mortis potius arguit deſiderium ſalutis, quàm frau-
dem: de qua in extremis laborantes non videntur co-
gitare, ſed ſolam ſalutem, quod ſequitur Decius ibi.
verſic. quid autem. circa fin. ſequitur & refert conſu-
lèndo Pariſius nunc Cardin. digniſs. in conſilio xiiij.
primo volum. numero 15. & 16. pro hoc adduco etiam
præſumptionem maximam, cùm quilibet præſuma-
tur innocens à peccato. l. abſentem. ff. de pœn. l. qui
accuſare. C. de eden. ſicut etiam quilibet præſumitur
alienus à dolo & culpa. l.dolum. C. de dolo. l.ſi credi-
tor. C.de pign.actio. l.quoties. §. qui dolo. ff. de proba.
vbi Floria. & plenè Alcia. in tracta. ſuo de præſumpt.
in quarta præſumptione. & pro hoc bene facit, quòd
licet aliàs confeſsio ſine cauſa non valeat. l.ij. §. circa.
ff.de doli exceptio. fallit, niſi ſit facta in mortis arti-
culo: quia tunc valet, nec poterit reuocari. Ita Anton.
de Butrio, in cap. ſi cautio. extrà de fide inſtrumento.
& hoc per gloſſ. in l.prima. in fin. in verſic. apud iudi-
cem. ff.de interroga. actio. quam ad hoc facit ſingula.
Barbat. in repe. rubric. de fide inſtrumen. Item vbi
capi poteſt duplex intellectus, & ex vno inducatur
delictum, & ex alio non, in dubio debet ſumi ille, per
quem non dicatur deliquiſſe. doctrina eſt Bartol. in l.
non ſolùm. §. ſed & probari. ff. de noui operis nuntia-
tio. quam doctrinam refert & ſequitur Abbas in cap.
auditis. de præſcript. & Roma. in dicto conſilio cxiij.
pro deciſione. Et ad vberiorem cautelam, quæ obeſſe
non conſueuit, comparuit pater eiuſdem inquiſiti,
76 allegando † inquiſitum prædictum eius filium eſſe
clericum, ita forum declinando, & demonſtrando
per acta notoria eiuſdem magnæ curiæ de clericatu
prædicto, ob quem aliàs remiſſus fuit pro alia cauſa,
ad quam declinatoriam admitti debet, cùm non ve-
niat ad plenam defenſionem cauſæ. Ita firmat Baldus,
in l.reos. C.de accuſa. & idem adparet tenere Bartol.
in l.ij.C.eo.tit. Ex quibus, & nullitatibus, & aliis præ-
miſsis, & ex vnoquoque ipſorum intrepidè conclu-
dendum eſt, minimè procedi poſſe per eandem ma-
gnam curiam in cauſa prædicta, ſed ipſam remitten-
dam ad Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam
eius iudicem competentem, nec aliter de iuris cenſu-
ra fieri poſſet arbitror,

Ego Thomas Grammaticus V.I.Doctor.

### Svmmarivm.

1 *Papa vel princeps concedendo iuriſdictionem alicui in aliquibus caſibus, non ex hoc videtur abdicaſſe à ſe iuriſdictionem & poteſtatem de his cognoſcendi, quando vult imò maior remanet poteſtas penes ipſum. & numero 2.3.4.*

5 *Iuriſdictio dum conceditur alicui, ſemper authoritas ipſius concedentis præſeruatur illæſa, & in eo ſemper reſidet ſuprema poteſtas & inſeparabilis. & nu. 6.7.*

8 *Iuriſdictio conceſſa cum verbis taxatiuis: vt puta, ipſe duntaxat, vel ſolus ipſe cognoſcere poſſit, intelligitur excludere alios iudices pares illi cui conceditur iuriſdictio, non autem, qui eſt maior & generalis ordinarius. & num. 9.10.*

11 *Superior ſemper in conceſſione iuriſdictionis excipitur, ne ſibi legem imponere videatur. & num. 12.*

13 *Perſona loquentis non comprehenditur in generali ſermone.*

14 *Promittens accommodare turrim ſeu arcem principi contra omnem hominem mundi, non intelligitur contra ſeipſum, etiam ſi contra ſeipſum accommodare promiſiſſet. & num. 15.*

16 *Papa poteſt tollere & derogare & diſpenſare contra capitula ſeu ſtatuta omnium quatuor cõciliorum, etiam ſi eſſent in corpore iuris clauſa & num. 17.*

18 *Papa non poteſt in aliquibus canonibus quatuor Conciliorum aut aliorum diſpenſare in his, quæ pertinẽt ad articulos fidei, ſeu ad generalem ſtatum vniuerſalis eccleſiæ. Secta in aliis. & nu 19.*

20 *Papæ diſpoſitioni ſunt relicta ea, quæ decreuerunt ſancti patres de iure poſitiuo, & ea poteſt mutare & diſpenſare ſecundum oportunitatem negotiorum & temporum. & num. 21.*

22 *Papa dum ex certa ſcientia aliquid ordinat ſeu mandat contra ſtatutum alicuius concilij vel papæ, nõ debet reprehenſibile reputari, & præualet eius ordinatio ſeu conſtitutio.*

23 *Papa eſt ſupra omne concilium, & ſupra omne ſtatutum.*

24 *Papæ ſententiæ ſtandum eſt, etiam ſi contradicat eccleſia vel concilio. Nec licet de eo diſputare, vel ab eo appellare. & num. 25.*

*Et ideo ad obſeruantiam eorum, quæ ſunt ſtatuta in conciliis non ligatur. ibid.*

26 *Iuriſdictio temporalis dependet ab eccleſia, ex quo eccleſia reſeruata ſibi ſubſtantia, remiſit Imperatori exercitium.*

27 *Papa an poſſit diſpenſare in his quæ pertinent ad articulos fidei.*

28 *Papa poteſt in omnibus diſpenſare, niſi vbi adparet ſibi prohibitum, & ſi ſine cauſa diſpẽſaret, valeret diſpenſatio: licet ipſe remaneret oneratus, & teneretur Deo rationem reddere, cùm dicatur Deus in terris.*



29 *Papa poteſt diſpenſare contra Apoſtolum, dummodo abſque læſione fidei.*

30 *Papæ poteſtas, nullis legibus ac regulis coarctatur.*

31 *Papæ vicario Ieſu Chriſti, & conditori canonis, eſt ſubdita omnis creatura, & ideò diſpenſare poteſt ſecundum velle ſuum. & num. 32.*

33 *Papa cum Redemptore noſtro facit vnum tribunal, & non puri hominis, ſed veri Dei vices gerit in terris, & eſt ſuper omnia.*

34 *Papa non ligatur legibus poſitiuis, & ſi aliter faciet: quàm promiſerit, tenet actus.*

35 *Papæ authoritas tanta eſt, quòd poteſt ſolo verbo abſoluere: & iudicat ſecundum conſcientiam, & non ſecundum allegata & probata, & eius dictum habetur pro lege. & numero 36.*

37 *Papa poteſt diſpenſare nedum contra ius poſitiuum, ſed etiam contra legem Euangelicam.*

38 *Papa eſt omnia iudicaturus, & à nemine iudicandus, nam Deus voluit aliorum cauſas per homines iudicari: ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio.*

39 *Papa ſolus legibus ſolutus eſt, & dummodo non faciat contra fidem, poteſt facere quicquid vult, & ſibi placet, etiam auferendo ius ſuum cui vult, & nemo dicere poteſt ſibi, cur ita facis.*

40 *Papa poteſt omne ius alteri tollere, & contra ius diſpenſare, quia non habet ſuperiorem, niſi Deum.*

41 *Papa eſt caput omnium, quo ad maioritatẽ, nam & vnus Deus tantum eſt caput noſtrum, dominus ſpiritualium & temporalium.*

42 *Appellare nemo poteſt à Papa, & fas eſt ei de omnibus iudicare.*

43 *Papa ſolus diſpenſat circa canones pœnam irrogantes in enormibus delictis, vt cum homicida vel ſimoniaco.*

44 *Papa tanquam maior reuocat ſtatuta conſilij, cùm ſit maior conſilio, quia ei præbet authoritatem. & numero 45.*

46 *Papæ ſolius eſt vti claue in quibuſlibet, quia eius poteſtas non eſt limitata, ſed omnes fideles ad eius iuriſdictionem pertinent ordinariè.*

47 *Papa concurrit cum quolibet ordinario, & non habet poteſtatem limitatam, & eſt ordinarius cunctorum, & totus mundus dicitur eius diœceſis.*

48 *Papa non tenetur ſeruare geſta ſuorum prædeceſſorum, nec ſubijcitur conſtitutionibus, aut ſtatutis ipſorum.*

49 *Diſpenſatio quid ſit*

50 *Papa licet contra ius non diſpenſet ſine cauſa: tamen poteſt pro libito voluntatis diſpenſare.*

## CONSILIVM LXXII.

Redemptoris gentium præſidio petito, A-
men. In cauſa venerabilis Clerici Pyrrhi
Loyſij prædicti inquiſiti de prætenſo aſſaſ
ſinio per magnam curiam vicariæ, & per
ſummum Pontificem indultati, inſurgit dubitari, An
1 conceſſa † iuriſdictione iudici laico cognoſcendi con
tra clericum de hoc particulari crimine aſſaſsinij, poſ
ſit ſummus Pontifex ipſe cognoſcere. Et quibuſcun-
que coloratis rationibus procul pulſis, intrepidè di-
cendum eſt quòd ſic: cùm ex conceſsione huiuſmodi
iuriſdictionis, de qua in capitulo, pro humani. de ho-
micid. in vj. non adparet pontificem à ſe abdicaſſe
iuriſdictionem & poteſtatẽ cognoſcendi de eo, quan-
do vult, nec ſe aliter priuaſſe: per text. ſatis nota. in ca
pit. dudum. de præbend. in ſexto, & per caſum nota. in
capitulo, per hoc. de hæretic. in ſexto. vbi conceſſa
2 iuriſdictione † alicui ſpecialiter per principem ſeu
papam, non ex hoc cenſetur auocata cauſa ab alio or-
dinario ſuperiore, & multò fortius à ſemetipſo co-
gnitio: & idem adparet in l.prima. C.de offi. præfect.
vrb. cui non videtur derogatum, ſi officium certi ge-
neris cauſarum, alicui committatur. Idem conſuluit
Petrus de Anchar. in conſilio clxiiij. primo volumine.
& idem Petrus in conſilio xxviij. rationes inductæ. &
3 hoc per textum in dicto capitulo dudum. † & quòd
ſemper remaneat ipſi domino maior poteſtas & iu-
riſdictio, quàm illa, quam in alium tranſtulit, Et ideo
conſuluit Baldus in conſilio cccxxvj. quod incipit,
Rex Romanorum. in ſing. verb. in primo volumine.
4 quòd Papa † committens iuriſdictionem alicui, vide-
tur maiorem penes ſe reſeruaſſe, & potiſsimè dum in
bulla indultus prædicti derogauerit omnibus, & qui-
buſcunque conſiliis ſynodalibus, conſtitutionibus,
ſiue ſtatutis. Et ideo voluit multum ſingulariter Bald.
5 in l.qui ſe patris. C.vnde liber. † quòd in conceſsioni
bus iuriſdictionũ, ſemper authoritas ſuperioris con-
cedentis præſeruatur illæſa, cum citra eius authorita-
tem nequeat exerceri, & in eo ſemper reſideat ſupre
ma poteſtas inſeparabilis, vnde poteſt aliorum iuriſ-
dictionem ſupprimere: allegat. nota. per Doctor. in l.
prima. C.de ſumma Trini. & fide cathol. & ideò bene
6 facit quòd † licet princeps alicui baroni merum im-
perium concedat in baronia, non ex hoc ſe denudaſſe
videtur ſua iuriſdictione & imperio, & ſic videtur iu-
riſdictio ipſa conceſſa baroni abſque præiudicio ſuæ
regiæ iuriſdictionis, vt inferior gradus meritum ſupe
rioris cognoſcat. Tex. eſt ſingu. in l.prima. C.de offic.
præfect. vrb. ſuprà allega. & accedit bene text. in ca-
pitulo, cùm epiſcopus. de offic. ordin. in ſexto, & quod
nota. Bartolus in l.ſi quando. C.de bon. vacan. libr. x.
7 vnde licet † alicui iudici ſpecialiter tributa ſit aliqua
iuriſdictio, non ex hoc derogatur iudici ordinario, vt
dicit Bartolus in dicta l.prima, per illum text. quem
ſimiliter Bald. ad hoc allegat, & inducit in l. prima.
verſiculo, extrà quæro. ff. de offic. conſu. vbi loquitur
de poteſtate ciuitatis, cuius iuriſdictioni non deroga-
tur: licet alteri ſpecialiter in aliqua cauſa iuriſdictio
concedatur. & idem latè conſuluit Romanus in con-
8 ſilio cxciij. præſens cõſultatio. & hoc † procedit, quod
eſt fortius, etiam ſi per verba taxatiua ſpecialiter ali-
cui iudici iuriſdictio concedatur: vt per dictionem,
tu tantum, vel, tu ſolus, & ſimiles. Ita probat text. in l.
viros. C.de diuerſis offic. libro xij. & in leg. fina. C.vbi
cauſæ fiſcal. refert etiam & ſequitur Deci. in ſuo con-
ſilio tertio, primo volumine. Et diligenter pro tenui
facultate, ſuffragatur inſuper pulchrum conſil. Bald.
ccclxxxv. viſis omnibus. in quinto volumine. verſicu.
9 ſed prædictis obſtare videtur. vbi inquit, quòd † dictio
taxatiua, quæ adponitur in conceſsione iuriſdictio-
nis, facta alicui ſpecialiter, intelligitur excludere a-
lios iudices pares illi, cui tribuitur iuriſdictio, non
autem, qui eſt maior & generalis ordinarius. Bene
facit text. in l.fina. cum gloſſa, in verſiculo, examen.
10 C.vbi cau. fiſca. Et bene facit inſuper, † quia in dubio

iuriſdictio debet ad ordinarium transferri, gloſſa eſt
not. in l. prima. in gloſſa prima, in fine. ff. de iudi. Cyn.
in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſco. aud. & quod not.
Federic. de Sen. in conſilio cxxx. factum tale eſt, quæ-
dam domus. vnde bene conſiderandum eſt, quòd per
conceſsionem factam per ſummum Pontificem cum
concilio Lugdunenſi iudici laico in dicto capitu. pro
humani. de homici. in ſexto. non præſumitur voluiſſe
Papam à ſe abdicare iuriſdictionem, & ſic ſibi præiu-
11 dicare, cùm id non † expreſſerit, & iuris diſpoſitione
non præſumitur per ſuum actum voluiſſe ſibi præiu-
dicare, niſi quatenus ſit expreſſum: argum. capitulo,
ſuper eo. de offic. delega. Ita inquit Antonius de Butr.
in capitulo, cùm dilectus. de appellationi. & conſuluit
Alexander in conſilio lxxxvj. primo volumine. in fi-
12 ne. Nam † princeps ipſe ſupremus ſemper excipitur,
ne ſibi legem imponere videatur. capitulo primo, in
fin. de prohib. feud. alie. per Federic. maximè, quia in
omni diſpoſitione intelligitur excepta perſona ipſius
principis: vt dixit Nicolaus de Neapo. in l. Imperato-
res. ff. ad municip. argumen. capitulo, conſtitutus. de
reſcript. & capitulo, veniens. de iureiurando. Idem re-
fert & ſequitur Antonius Corſet. Sicul. in ſuo tractat.
de excellentia Regia. in verſiculo, quæro xxvij. tum
13 maximè, quia in generali ſermone † non comprehen-
ditur perſona loquentis, imò ſemper exceptuata in-
telligitur. l. Paulus. §. fin. vbi Bartolus, cum aliis con-
cord. ibi per gloſſam, allega. ff. de pignoribus. Bartol.
in l. conſulari. ff. de ſenato. Cynus & Baldus in l. cùm
acutiſsimi. C. de fideicomm. hinc pulchrè Alber. in l.
14 frater à fratre. ff. de condi. ind. quòd promittẽs † prin
cipi accommodare turrim vel arcem contra omnem
hominem mundi, non tenebitur illam accommoda-
re contra ſe ipſum, imò etiam ſi promiſiſſet accom-
modare contra ſeipſum, non teneretur illud ſeruare.
Ita Baldus in capitulo, Imperialem. §. fina. de prohi.
feud. alie. per Federicum. & ideò dixit Bald. in l. pri-
ma. C. ſi quis obmi. cau. teſt. per l. inquiſitio. C. de ſolu.
15 quòd † in generali ſermone non venit perſona ipſius
loquentis, nec videtur cõſenſiſſe in his, quæ ſunt con-
tra ſe. Item, quia quis non poteſt ſe ipſum ligare. l. pe-
nultima. ff. de arbi. l. prætor. ff. de tuto. & curat. dat. ab
his. & ideò ſtatuentes in dubio non videntur ſe ipſos
ligare, ſecundum Baldum, in l. conſul. ff. de adoption.
Et ſic redeundo ad propoſitum, cùm papa derogaue-
rit omnibus & quibuſcunque conciliis, ſynodalibus
conſtitutionibus, ſiue ſtatutis: prout in caſu præſenti
in indulto conceſſo prædicto Pyrrho Loyſio per Pon-
tificem continetur, quod facere potuit & poteſt, cùm
16 poſsit ſummus † Põtifex tollere, derogare, & diſpen-
ſare contra capitula ſeu ſtatuta, etiam quatuor conci-
liorum. Textus eſt cum gloſſa, in capitu. ſicut ſancti
Euangelij. xv. diſtin. nota. gloſſa, in capitulo, cùm ad
monaſterium. extrà de ſtatu monac. & ibi Innocen. &
cæteri. Abbas in capitulo, per venerabilem. qui filij
ſint legit. Petrus de Anchara. in conſilio cxxiiij. circa
bigamos. refert etiam & ſequitur recitando nonnulla
ex prædictis dominus Petrus de Mõte, epiſcopus Bri
xien. in ſuo tract. monarchiæ conciliorum, verſiculo,
quarta concluſio. & eſt in ſexto volumine tractatus
nouiter impreſſorum, qui plus ibidem ſubdit in rubri-
17 ca, de Cardin. nulli eſſe dubium, papam † poſſe in to-
tum tollere ſtatutum omnium quatuor Concilio-
rum, etiam in corpore iuris clauſa, quod patet: nam
inferior xx. annis, poteſt fieri ſubdiaconus, aut xxv.
diaconus. vel xxx. ſacerdos: erat expreſsè prohibitum
per concilia generalia, vt habetur lxxvij. diſtinct. ca-
pitulo, ſubdiaconus. & capitulo, placuit. ea diſtinct.
de canone concilij Carthaginenſis. & capitu. epiſco-
pus. & capitulo, in veteri l. de canone concilij Tole-
tani. quæ omnia ſunt ſtatuta conciliorũ generalium,
vt patet ex eis: & tamen Papa omnia illa ſubſtulit, vt
patet in clementina, generalem, de ætate & qualitate,
& ibi nota. in gloſſ. dum formaliter dicit, hic corrigit
canones. lxxxiiij. diſtinctio. in capit. peruenit. lxxviij.
diſtinctio. capitulo primo, & xviij. diſtinctio. capitul.
de his. in quibus dicitur, quòd habens viginti ann.
ſubdiaconus, & diaconus xxv. & ſacerdos xxx. fieri po
terit. Item, quòd bigamus promoueatur, ſicut habe-
tur in capitulo, lator. xxiiij. diſtinctio. & quòd preſ-
byter fornicarius non deponatur, vt in capitulo, preſ
byter. diſtinctione ſecunda. & ſic adparet, quòd ſtatu-
ta multorum ſummorum Pontificũ, ſucceſſores ſum-
mi pontifices reuocarunt, & omnino tollunt, & ſic
quotidie experimur. ita etiam arguendo plenè ad par
tes referens nonnulla ex præmiſsis, firmat & ſequitur
Ioannes de Turre Cremata, Cardinalis ſancti Georg.
in dicto capitulo, ſicut ſancti. xv. diſtinctio. vbi plus
18 ſubdit id, quod † dicitur papam non poſſe in aliqui-
bus canonibus quatuor conciliorum vniuerſalium,
aut aliorum diſpenſare, intelligendum eſſe in his, quæ
pertinent ad articulos fidei, ſeu ad generalem ſtatum
vniuerſalis eccleſiæ, vt dicitur in gloſſ. dicti capituli,
ſicut. & ſubdit idem tenere Archidiac. in roſario, dum
19 formaliter † dicit: fateor in his quæ ad fidem perti-
nent, & generalem ſtatum eccleſiæ, ſed in aliis poteſt
contra ſtatutum conciliorum venire: & ideò refert
ſanctum Thom. in ſuo tractatu, contra impugnantes
religionem: dicere verum eſſe, quod hic dicitur: in
illis enim, quæ ſtatuta ſanctorum patrum decreue-
20 runt de iure diuino, ſicut ſunt articuli fidei, † qui de-
terminati ſunt per concilia, ſed ea, quæ ſancti patres
decreuerunt de iure poſitiuo, ſunt relicta diſpoſitioni
21 ſummi Pontificis, vt ea poſsit † mutare, vel diſpenſa-
re ſecundum oportunitatem negotiorum & tempo-
rum. & ideò concludo, quòd papa habet omnimo-
dam poteſtatem ſupra ius poſitiuum, capitu. propo-
ſuit, de conceſ. præben. capitu. innotuit. de elect. cle-
men. prima. de immun. eccleſ. capitulo, in noſtra. ex-
trà de iniur. & dam. dato. Idem firmat Barba. in ſuo
tractatu, de præſtan. Cardi. verſiculo, quo ad primum
correlarium. in ſexto volumine tractat. nouiter im-
preſſorum, & ante ipſum Innocentius in capit. cùm
ad monaſterium. de ſtat. monac. quem ibi omnes ſe-
quuntur. Petrus de Ancha. in prædicto conſil. cxxiiij.
22 circa bigamos. Hinc eſt † quod dum papa ex certa
ſcientia aliquid ordinat ſeu mandat contra ſtatutum
alicuius concilij vel papæ, non debet reprehenſibile
reputari, & præualebit eius ordinatio ſeu conſtitutio,
argument. capitulo, quoniam quidem. xviij. diſtinct.
23 cùm papa † ſit ſupra omne conſilium, ſupra omnem
ſtatutum, vt in capitulo, ſignificaſti, de elec. & eius
facta excuſantur, etiam ſi videantur iniuſta. capitulo
primo. xlj. diſtin. Ita plenè ſcripſit Catal. de Boncom-
pag. in ſuo tractatu, de tranſlat. concil. Baſil. ad ciuita-
tem Ferrar. & de poteſtate papæ, verſiculo, ſed præ-
miſsis nequaquam obſtantibus. in tertio volumine,
tractatuum. & ibi plus ſubdit poſt Ioan. Andr. in dicto
capit.



24 capitulo, ſignificaſti. ſuper verbo, robur, quòd † papæ
ſententiæ ſtandum eſt, etiam ſi contradicat eccleſiæ
vel concilio, vt in capitulo, in iſtis. v. diſtin. & capit.
penultimo. xxix. diſtin. & capitulo, nemo. ix. quæſtio.
tertia, nec licet de papa alicui diſputare, vel ab eo ap-
pellare, capitulo, ſi quis. xvij. quæſtio. quarta, & nona
25 quæſtio. tertia, cap. cuncta per mundum. & ideò † ſta-
tutis in concilio ad eorum obſeruantiam non ligatur,
quia papa ipſe eſt ſupra omne concilium, & ſupra om
nia ſtatuta conciliorum, illa enim corrigit & immu-
tat, vt latè Ioann. Andræas, in dicto capitulo, ſignifi-
caſti. & pleniſsimè Catald. vbi ſuprà. & poteſt etiam
26 ſuffragari ratio † quia iuriſdictio temporalis depen-
det ab eccleſia, ex quo eccleſia reſeruata ſibi ſubſtan-
tia remiſit Imperatori exercitium in temporalibus.
Ita inquit Iacobus Butr. in proœmio. C. refert & ſe-
quitur Alexander, in conſilio ſecundo, primo volu-
mine, an legitimatus. & quod ſuprà dictum eſt de po-
27 teſtate papæ, modificari debet † non procedere, dum
eſſemus in articulis fidei, & præceptis vtriuſque teſta-
menti, & in illis, quæ ſpectant ad generalem ſtatum
eccleſiæ. Ita magiſtraliter dicit Ioan. de Turre Crem.
in capitulo, domino ſancto. l. diſtinct. & ideo non ab
re dixit Speculator, in titu. de lega. §. nunc breuiter.
poſt Innocentiũ, in capitulo, quantò. de conſuetu. &
28 ibi Hoſtien. quòd † papa poteſt in omnibus diſpenſa-
re, niſi vbi adpareret ſibi prohibitum, & ſi ſine cauſa
diſpenſaret, valeret diſpenſatio, ſed ipſe papa rema-
neret oneratus, & teneretur Deo rationem reddere,
& ideò in terminis conſulendo tenet Petrus de An-
char. in ſuo conſilio cxxiiij. quòd papa contra legem
canonicam indiſtinctè diſpenſare poteſt, etiam con-
tra legem diuinam, dummodo nõ nutriat peccatum,
& nimirum cùm dicatur Deus in terris, vt inquit Bal.
29 in l. ſi. C. ſenten. reſci. non poſ. & poteſt etiam † diſpen-
ſare contra Apoſtolum, dummodo abſque læſione
fidei, vt dicit Abbas, in capitulo, propoſuit. de conceſ.
30 præb. & ideò † eius poteſtas nullis legibus ſeu regulis
coarctatur, vt dicit Bal. in capitulo primo. ſi de inueſt.
lis oria. inter domi. & vaſal. Hinc dixit Innocentius,
31 in capitulo primo. de conſtitu. † quòd conditori Ca-
nonis vicario Ieſu Chriſti ſubdita eſt omnis creatura,
& ideo diſpenſare poteſt ſecundum velle ſuum, cùm
poſsit etiam adæquare quadrata rotundis, vt inquit
32 Hoſtien. in capitulo, nouit. de iudi. cùm † papa gerat
vices Ieſu Chriſti in terris. capitulo, vt noſtrum. vt ec-
cleſia. benef. & dicit Hoſtien. in capitulo, quantò. de
33 tranſlat. epiſcopi. † quòd papa cùm Redemptore no-
ſtro facit vnum tribunal. & in capitu. cùm veniſſent.
de iudic. dixit, quòd non puri hominis, ſed veri Dei
vices gerit in terris, & eſt ſuper omnia, vt etiam dicit
Baldus, in l. Barbarius. de offic. prætor. in fin. Et intan-
34 tum † papa non ligatur legibus poſitiuis, quòd ſi ali-
ter faceret, quàm promiſerit, tenet actus factus: capi-
tulo, ſola, cum §. ſequen. ad fin. xiiij. quæſtione iij. cap.
ſi papa. xj. diſtinct. & quod ibi nota. prima quæſtione
ſeptima. §. niſi rigor. xij. quæſtione ij. capitulo, non
licet. Ita punctualiter per nonnulla ex præmiſsis iuri
bus tenet Catal. in prædicto ſuo tractatu, de poteſtate
35 papæ, verſiculo, plus dico, quòd etiam † authoritas pa-
pæ tanta eſt, quòd poteſt ſolo verbo abſoluere. Ita di-
cit Speculator, in titulo, de cita. §. quinto. verſic. quid
ſi iudex. iuxta illud, quodcunque ligaueris ſuper ter-
ram, &c. refert & ſequitur Ludouicus Bolog. in addit.
ad dictum tract. Catald. in verſic. vlterius papa regit.
36 Et † intantum extenditur eius poteſtas, quòd iudicat
ſecundum conſcientiam ſuam, & non ſecundum al-
legata & probata: vt dicit Bartolus, in l. vnica. C. vt
quæ deſ. aduoc. & ibi ſubdit Theologos ita tenere, &
hoc ex quo eius dictum habetur pro lege. imò & for-
tius tenet Paulus de Cit. in ſuo tractatu, de iure patro.
verſiculo, pro ſexta cauſa quæro. in quinto volumine
37 tractatuum, quòd papa † poteſt diſpẽſare nedum con-
tra ius poſitiuum, ſed etiam contra legem euangeli-
cam, quod etiam per multa comprobari poteſt. Do-
minus enim omnipotens omnia commiſit Petro, &
ſucceſſoribus ſuis, vt dicit Hoſtien. in ſumma, extrà
qui filij ſint legitimi. §. qualiter & à quo. verſic. ergo.
38 Ideóque omnia iudicaturus, à nemine † iudicandus.
capitulo, nemo. ix. diſtinct. aliorum hominum cauſas
Deus voluit per homines iudicari, ſed ſedis iſtius præ
ſulem, ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitro. nona
quæſtione ſecunda. capitulo fin. & capi. aliorum. Ita
dicit Vgo in ſuo tractatu, de offic. quatuor prælato-
rum. in titu. de papæ ſuperiorit. circa princip. in ſexto
39 volumine tractatu. Nam papa † ſolus legibus ſolutus
eſt. l. princeps. ff. de leg. licet de honeſtate leges ſerua-
re debeat. l. digna vox. C. de leg. capitu. licet. de ſupplẽ.
negligen. prælato. Ex quo habet plenitudinem pote-
ſtatis, capitulo, quo ad honorem. extra de vſu pal. &
dummodo non faciat contra fidẽ, poteſt facere quic-
quid vult, & ſibi placet, etiam auferendo ſuum cui
vult, quia non eſt, qui ei dicere poſsit, cur ita facis: ca-
pitulo, in memoriam. xix. diſtinct. cùm apud ipſum ſit
pro ratione voluntas. §. ſed & quod princip. inſtit. de
40 iure natur. gen. & ciu. poteſt † etiam omne ius tollere,
& contra ius diſpenſare: quia non habet ſuperiorem,
niſi Deum. vt in capitulo, licet. de electiõ. ſed ipſe
ſuper omnes eſt, & non poteſt ab aliquo iudicari: ca-
pitulo, in nouo. vigeſima diſtinct. & in capitulo, nunc
autem. habet enim cœleſte arbitrium. l. prima. C. de
ſumma Trinitate, & fide catholica, habet enim cele-
ſtis & terreni iura imperij, vt in capitulo primo. xxij.
diſtinct. ita formaliter inquit Speculator, in titulo, de
lega. §. nunc oſtendendum. verſiculo lxxxix. Eſt enim
41 papa † caput omnium, quò ad maioritatem, nam &
vnus Deus tantùm eſt caput noſtrum, dominus ſpiri-
tualium & temporalium, quia ipſius eſt orbis, ple-
nitudo eius. capitulo, tua nobis. extrà de decim. cap.
ſolitæ. extrà, de maior. & obed. capitulo, ſignificaſti.
extrà de elect. in fin. hinc dicit tex. in capitulo, cuncta
per mundum. ix. quæſtione iij. quòd fas eſt ei de omni
42 bus † iudicare, & ab eo appellari minimè licet, & ſine
ſynodo poteſt contra ſynodum ſtatuere. & nimirum
videatur id ab eo agi, agit enim pro ſuo principatu,
quem beatus Petrus Apoſtolus domini tenuit ſem-
per, & tenebit. & in capitulo ſequenti dicitur, quòd
43 ipſa † ſedes beati Petri ius habet reſoluendi quorum-
libet ſententiis ligata pontificum, & ideò videmus
quòd papa ſolus diſpenſat circa canones pœnam ir-
rogantes, in enormibus delictis, vt cum homicida,
vel ſimoniaco, in ordine vel beneficio, prout magi-
ſtraliter tradit Antonius de Roſel. in ſuo tractatu, de
concil. in verſicul. ſolus etiam poteſt. in quarto volu-
mine tracta. allega. nota. in capitulo, poſt tranſlatio-
nem. in fine. de renuntiatio. & facit capitul. at ſi cle-
rici. extrà de iudic. §. primo. Et ſic non obſtaret qua-
tenus diceretur de capitu. l. pro humani. quod nedum

emanauit à papa ſolo, ſed etiam à cõcilio Lugdunenſi.
Ex quo in idem reincidit, vt ſuprà: cùm papa tãquam
44 †maior reuocet ſtatuta concilij, per text. in capitulo,
cuncta per mundum. viij. quæſtione iij. & capitu. non
debet. de conſangui. & affinit. capitulo, cor epiſcopi.
lxviij. diſtinct. & in capitulo, non licuit. xvij. diſtinct.
& ſic ſi papa præbet authoritatem concilio, ſequitur,
quòd ipſo maior eſt, qui authoritatem præſtat, quàm
ille, cui præſtatur. Ita per hoc decidit gloſſa, in capi.
vbi periculum. de electio. in ſexto. in verſiculo, con-
cilio. refert & ſequitur Antonius de Roſell. in præal-
lega. ſuo tract. de poteſta. Imperato. & papæ, in quar-
to volumine tracta. in verſiculo, circa primum dicen-
45 dum videtur. Et quòd papa † dicatur eſſe maior con-
cilio, probat text. in dicto capitulo, ſicut ſancti. & in
capitulo, non licuit. xvij. diſtinct. clem. ne Romani. §.
ſanè. de electio. capitulo, electionem. & ca. ſtatutum.
extrà de ſentent. excommunica. Ita conſuluit Catald.
de Boncompag. in dicto ſuo tractatu, de pote. papæ.
verſicul. apoſtolicum. quem habeo ſeparatum ab aliis
46 tract. Nam ſolius ſummi põtificis † eſt, poſſe vti claue
in quibuſlibet: quia eius poteſtas non eſt limitata, ſed
omnes fideles ad eius iuriſdictionem pertinent ordi-
nariè. capitulo, cuncta per mundum. xiiij. quæſtio. iij.
cum ſequent. Et dicit ſanctus Thom. in iiij. diſtinct.
47 xix. quæſtione. articulo ij. Et ideò cùm † papa poteſta-
tem limitatam non habeat, ſed concurrat cùm quo-
libet ordinario, vt refert & ſequitur Cardin. Alexand.
in prædicto capitulo, ſicut ſancti. xv. diſtinct. & cun-
ctorum ordinarius ſit, & totus mundus dicatur eius
48 diœceſis, vt in capitulo, hortamur. lxxj. diſtinct. † non
tenetur geſta per ſuos anteceſſores ſeruare, cùm de
iure non ſubiiciatur conſtitutionibus aut ſtatutis ſuo-
rum prædeceſſorum, nec etiam ſuis propriis, per tex.
in capitulo, propoſuit. de conceſſ. præben. quia par in
parem non habet imperium, vt in capitulo, innotuit.
de election. Ita punctualiter firmat Ioannes de Salua-
galli, in ſuo tractatu, de iureiurando, in quarta parte,
in princip. in verſiculo, tertiò papa. in decimo volu-
mine tracta. Idem tenet Ioannes Randi. in ſuo tracta.
de caſibus, in quibus ſummus pontifex non poteſt aut
non debet diſpenſare, de quo ſuprà. & nihilominus in
caſu, de quo agitur, papa non tollit nec deſtruit ſtatu-
ta, nec ipſis derogat conſtitutionibus, aut capitulis
conciliorum, ſed ſolùm diſpenſat: & diſpenſatio eſt
iuris communis, ſeu rigoris relaxatio, vt in capitulo,
ſicut quædam. xiiij. diſtinct. & prima quæſtione ſepti-
ma. §. niſi rigor diſciplinæ, in gloſſ. & Hoſtienſ. dicit,
49 quòd diſpenſatio † eſt rigoris iuris per eum, ad quem
ſpectat miſericors facta relaxatio. refert & ſequitur
Ioannes de Turre Crema. in dicto capitulo, ſicut quæ-
dam. xiiij. diſtinct. & intelligitur de rigore iuris anti-
quo ſui prædeceſſoris, vbi id exprimit, vt in capitulo,
eccleſia. ij. de election. & in capitu. priſcis. lv. diſtinct.
50 & ibi ſubditur, quòd contra ius commune † licet papa
non diſpenſet ſine cauſa, tamen pro libito voluntatis
diſpenſare poteſt, per capitul. propoſuit. de conceſ.
præben. ita concludit Cardinal. Alexander, in dicto
capitulo priſcis. lv. diſtinct. Et ex præmiſsis ad laudem
omnipotentis Dei ſuccido telam, quam orſus ſum,
Rectius ſentiens iudicaturus, rectius iudicium profe-
rat, cui me ſubmitto, ſi quid enim minus congruè di-
ctum ſit, ſupplex ignoſcendum, & coniunctionis affe-
ctioni aſcribendum rogo: quoniam viris tam ampliſ-
ſimi Cæſarei conſiſtorij, non ſolùm authoritatis ma-
ximæ, eminentis ſcientiæ, magníque conſilij, verùm
etiam & ſingularis virtutis, huiuſmodi nugæ nænio-
læque leues eſſe videbuntur.

Thomas Grammaticus V.I.D.

# QVAESTIONES EIVSDEM D. THOMAE GRAMMATICI.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſecundus ſi exegit à debitore debitum ſuum in pecunia, quam per eum habitam conſumpſit, an poſſit anterior creditor vẽdicare ipſam à ſecundo creditore.*

2 *Creditores quando ſunt plures, ille eſt potior, cui primò ſoluitur.*

3 *Pecunia ſoluta ſecundo creditori, eſt hypothecata primo creditori & in ea ſibi competit hypotheca, vel condictio indebiti, vel condictio ſine cauſa, vel ex lege.*

4 *Creditor primus ſi poſſet vendicare à ſecundo creditore pecuniam perceptam à debitore, & iam conſumptam totus mundus eſſet in litibus, & mercatores ceſſarent, & amitterent commercium.*

5 *An habens generalem hypothecam anteriorem, in qua etiam venit pecunia debitoris. ſi reperit pecuniam ſibi hypothecatam, ſolutã poſterioribus creditoribus, & per illos bona fide conſumptam. poſſit eam ab illis aliquo remedio recuperare ſeu auocare. Iſtam quæſtionem, ſic formauit Anto. de Alex.*

6 *Pecunia ſoluta in genere, poſtquam conſumpta eſt, facit extingui dominium ipſius apud quemcunque exiſtens & impedit vendicationem, quæ competebat ratione dominij.*

7 *Primus creditor tunc demùm poſt ſolutionem reuocat condictione ex lege, quãdo ſecũdus qui conſumpſiſſet, habuiſſet ex cauſa lucratiua.*

*Secus, ſi oneroſa. quia tunc poſt conſumptionem, creditor qui recipit, non poteſt inquietari.*

8 *Titius obligauit mihi omnia ſua bona, & demum res aliqua ſua peruenit ad Caium. qui eam vendidit, nũc ego primus creditor peto illud pretium, an poſſim, & quo iure.*

9 *Primo creditori non competit hypotheca pro pecunia data ſecundo creditori per debitorem, quãdo eſt bona fide conſumpta.*

## QVAESTIO I.

FVit diu apud me & quãplurimos ſapien-
1 tes ſatis dubia quæſtio, Si ſecundus † cre-
ditor exegit ab eius debitore debitũ ſuũ
in pecunia, quam habitam conſumpſit, an
poſsit anterior ceditor petere dictam pecuniam à
ſecundo creditore, vt eandem ſibi reſtituat, tanquam
per prius ſibi obligatam virtute inſtrumẽti cum con-
ſtitutione precarij in forma, ſub hypotheca & obli-
gatione omnium bonorum. Super quo dubio licet
plures voluiſſem codices & membranas, ſtante varie-
tate opinionum, & hæſitando cui adhærere debuiſ-
ſem, expectabam inter tot varias lites aſsiduè occur-
rentes in Sacro Regio Conſilio, caſum hunc contin-
gere, vt decidi per tot prȩſtantiſsimos patres commu
ni voto potuiſſet, prout cæteri ſuprà ſcripti, ſed quia



adhuc duobus luſtris tranſactis, à die quo in Regium
Conſiliarium aſſumptus fui, & minime caſus ſucceſ-
ſit, & quando contingere potuiſſet ignoro, ideò arbi-
tratus ſum iudicio meo caſum ipſum decidere, nec
vlterius ſuper deciſione ipſa morari, quia teſte cele-
berrimo Petrarca. La vita fugge, & non ſe arreſta vn
hora. Et la morte vien drieto à gran giornate. Et le
coſe præſenti, & le paſſate. Mi damno guerra, & le fu-
ture anchora. Et in primis reperio, quòd Afflict. in ſua
deciſ. clxxxix. incip. pulchrum fuit dubium. dicit hoc
contigiſſe in perſonam Magdalenæ creditricis Fran-
ciſci in caſsias cum Gulierimo, pro cuius Gulierimi
conuenti parte dicebatur contra eum agi non poſſe
hyppothecaria ad pecuniam prædictam iam conſum-
ptam per ipſum, poſtquàm acceperat, per iuris regu-
2 lam, quòd † quando plures ſunt creditores vnius debi-
toris, ille eſt prior, cui primò ſoluitur: per l. & ſi non
expedit. ff. de bon. autho. iud. poſ. quia ſolutio facta à
communi debitore mihi ſolerti, non retardatur per
alium creditorẽ negligentẽ in non petendo: per text.
in l. pupillus. ff. quæ in frau. credi. & ibi per rationem:
quia vigilantibus & non dormiẽtibus &c. pro parte
verò contraria in fauorẽ primi creditoris ſatis ſtrin-
3 gere videtur, † ꝙ pecunia ſoluta ſecundo creditori, ad
paret primo loco hypothecata primo creditori, & ſic
in ea ſibi competit hyppotheca, vel cõdictio indebiti,
vel condictio ſine cauſa, vel ex l. vt dicit gloſſ. in dicta
l. & ſi non expedit. & Bartolus in dicta l. pupillus. &
in ea. l. & ſi non expedit. §. primo. & tãdem per quin-
que alia fundamenta Afflictus ipſe indutus indumen-
tis excellen. ac præclariſſ. domini Antonij de Alexan.
tacito authore vt infrà ſubdam, † concludit, quòd ſi
4 poſſet primus creditor vendicare à ſecundo credito-
re pecuniam perceptam à debitore, & conſumptam,
totus mundus eſſet in litibus, & mercatores ceſſarent
& amitterent commercium. & ideò in hoc verſatur
æquitas Sacri Regij Conſilij, vnde in præſenti articu-
lo ſubdit Afflictus ipſe, ita fuiſſe deciſum per Sacrum
Conſilium, in quo tunc præſidebat dominus Anto-
nius de Alexand. Ioannes Baptiſta de Bentiuolis, Bar-
tholomæus de Verino, Nicolaus Antonius Orilia,
Andræas Mariconda, Antonius de Ianuario, & Fran-
ciſcus de Anna. qui domini Conſiliarij prædicti com-
muni voto ita pronuntiarunt contra Conſilium ſeu
allegationes in ſimili cauſa ſubſcriptas, & præſenta-
tas in Sacro Regio Conſilio, per dominũ Angelum de
Gambil. de Aret. tunc Ferrariæ legentem, Alexandrũ
de Imol. Franciſcũ de Aret. Benedictum de Medicis,
de Luca, Cici Antonium Guindacij de Neapo. Troyli
de Acciayolis de Firmo: Antonium et de Alex. & Ni-
colai Anton. Oriliæ, & vltra deciſ. Afflicti præmen-
tionatam reperi, quòd prædictus excell. dominus An-
tonius de Alexand. in dicta l. pupillus. ff. quæ in fraud.
cred. in ſuis additionibus, quas fecit ad Bartol. quas
integras ego ſolus habeo ad pẽnam exemplatas à Bar
5 tolis ſuis. vbi formaliter † dicit fuiſſe quæſtio. de facto,
an habens generalem hyppothecam anteriorem, in
qua etiam venit pecunia debitoris, vt in l. idémque.
in fine. ff. qui potio. in pignorib. habe. ſi reperit pecu-
niam ſibi hyppothecatam, ſolutam poſterioribus cre-
ditoribus, & per illos bona fide conſumptam, an poſ-
ſit eam ab illis aliquo remedio recuperare ſeu aduo-
care. Bartolus in dicta l. pupillus, prima fronte vide-
tur ſentire, quòd ſic, dum dicit, quòd ſi ſoluitur genus,
quia perire non poteſt, non habet locum per eum di-
ſtinctio ſuprà tradita. & clarius hoc firmat Ioannes
Andræas, referens Iabobũ de Aret. in addit. Specula.
in titulo, de ſolut. ſuper rubr. in verſiculo, videamus
generaliter, an vnus creditor &c. & vide conſil. cele-
berrimorum Doct. videlicet domini Angel. de Aret.
domini Alexan. de Imola, domini Franciſ. de Aret. &
aliorum, cui me ſimpliciter ſubſcripſi, qui hoc firmant
per verba Bartoli, hîc, quando ſcilicet pecunia ſolui-
tur ad numerum: vel quantitas, quȩ perire non poteſt.
Sed aduertendum, quòd Ioãnes Andræas, hoc firmat,
ſiue in genere, ſiue in quantitate ſit facta ſolutio. Sed
Bartolus, in dicta l. pupillus. tenet contrarium, niſi in
eo, quod ſupereſt primò recuperanti ex cauſa lucra-
tiua, ſoluto eo, quod ſibi debebatur. Idem tenet Spe-
culator, & ſequaces, id eſt, quia idem videntur tenere
Bartolus, & Baldus in l. mater. C. de rei vendic. & ita
declaratur text. ſentiens contrarium indiſtinctè in l.
fina. §. ſi verò hæredes. C. de iure deliberan. & in l. pri-
ma. de diſtract. pigno. cum gloſſ. & expreſsè Ioannes
Fabr. inſti. de actio. §. Item, ſi quis in fraudem. verſic.
vnum non prætermittam. vbi allegando l. pecuniam.
C. de priuil. fiſci. videtur expreſsè ſentire, idem eſſe in
pecunia ſoluta ſecundo creditori, & per eum conſum-
pta bona fide. quod nota. pro quæſtione ſuprà dicta,
licet Bald. in dicta l. prima. C. de diſtra. pigno. in lectu.
antiqua, dixerit oppoſitũ, referẽs quæſtionẽ de facto.
& ſi hoc eſt verum, ergo idem dici deberet in pecunia
ſeu quantitate, & in genere ſoluta, quia non poteſt
reddi ratio diuerſitatis: illa enim ratio, quia genus vel
quãtitas perire non poteſt, eſt friuola: ſecundum Ra-
phael. in dicta l. pupillus. vide rationes ſuas optimas,
quia dicit opinionem contrariam eſſe abſurdam &
impracticabilẽ. & facit pro opin. Raphael. vbi ſuprà,
6 † quòd pecunia ſoluta in genere, poſtquàm cõſumpta
eſt, facit extingui dominium ipſius pecuniæ apud
quemcunque exiſtens, impedit vendicationem, quæ
competebat ratione dominij. l. ſi alieni. de ſolu. l. cùm
fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi certum peta.
Ergo fortius debet extinguere hypothecam, quæ eſt
debilior dominio. & hanc partem tenet Ioannes Fab.
inſtit. de actio. §. Item, ſi quis in fraudem. dicens idem
in pecunia, quod in alia ſpecie ſoluta, dum dicit ita
7 eſſe intelligendam l. pecuniam. de priuileg. fiſci. † vi-
delicet, quòd tunc demum poſt ſolutionem primus
creditor reuocat condictionem ex l. quando ſecun-
dus, qui conſumpſiſſet, habuiſſet ex cauſa lucratiua:
ſecus, quãdo concurrit cum ſuo debito oneroſo, quia
tunc poſt conſumptionem creditor, qui recepit, nul-
lo pacto poteſt inquietari. Non obſtat l. pecuniam. de
priuileg. fiſc. quia intelligi debet, ſecundum prædicta,
ſecundum Ioannem Fabr. Nec obſtat l. fina. de iure
delibe. quia eo modo debet intelligi, ſi pecunia extat,
vel ſi creditor eam receperat ex cauſa lucratiua: puta
ex donatione, vel condictione propter nuptias, vel
alia ſimili, vel quatenus erat vltra ſuum debitum. &
ideò text. ibi dicit, quòd primus creditor poterit ſe-
cundum leges reuocare, id eſt, ſecundum alias iuris
regulas. Non obſtat diſtinctio Bartoli, hîc inter ge-
nus & ſpeciem, quia vel Bartolus errauit, vel loquitur
in priuilegiato creditore, reuocante ratione priui-
legij, quod non cohæret rei ſolutæ, ſed actioni vel cau-
ſæ. l. priuilegia. de priuile. creditorum, Ita nota. diſtin-
guitur cum re: vbi non reuocat ratione hipothecæ,

certè hypothecata cohæret rei ſiue in genere, ſiue in
ſpecie ſoluta: ideò quando ratione hypothecæ reuo-
catio fit, in hoc membro Bartol. non facit diſtinctio-
nem inter genus & ſpeciem ſolutam. Cogita in hac
vltima reſponſione. & ſic pro hac parte fuit in facto.
iudicatum inter dominum Gulierimum de lo mona-
co, & Magdalenam Caſtias in ſacro Regio Conſilio,
me præſidente in eo. & plus ſubdit præfatus dominus
8 Antonius de Alexand. in ſimili, Pone † quòd Titius
mihi obligauit omnia eius bona, & demum res aliqua
ſua peruenit ad B. ex cauſa lucratiua B. eam vendidit,
nunc ego primus croditor peto illud pretium, quæri-
tur an poſsim, & quo iure. & videtur quod hypothe-
caria vtili, vel in factum: vt ff. eodem. l. qui prior. &
ff. de re fiſc. l. res. §. primo. & C. de iure delib. l fina. §.
ſinautem. ff. de bon. autho. iudi. poſ. l. ſi non expedie-
rit. §. primo. argum. contra quòd non poſſum: quia
pretium non fuit in obligatione: ſuprà quib. mod. pig.
vel hypot. ſol. l. quamuis. ff. qui pot. in pignor. hab. l.
idémque. §. primo. ff. de furt. l. qui vas. §. fin. dicit, quòd
res ſi non extat in ſubſidium, poſſum petere per con-
ditionem vel actioné in factum, vel iudicis officium:
vt nota. in ſolutione contrarij. ff. de diſtract. pignor. l.
prima. ff. qui potio. in pign. habe. l. ſi prior. quæ leges
videtur cõtrarię. Sed ſi poſſeſſor haberet cauſam one-
roſam, non teneretur aliqua actione: vt nota. ff. de re-
bus non alie. l. prima. & l. ſi cùm ſeruum. ff. ſi certum
petatur. Et inquantum inter cætera fumdamenta ad-
ducta per Afflictum, in præallegata eius deciſ. ponit
9 † quòd pecunia data ſecundo creditori per debito-
rem, non competit hypotheca primo creditori,
quando pecunia eſt bona fide conſumpta, & nihil al-
legat. ego tamen reperi Pariſium, nunc Cardi. digniſſ.
ita tenentem, & pro hac parte conſulentem in ſuo
conſil. lxix. ſi iuris &c. vbi idem concludit per multa
iura, & rationes. & cõmemorat hanc deciſ. Afflict.
præallega. & pariter ex tot iuribus & deciſionib. ſicut
coruus Philomelam imitando, concurro in eandem
ſententiam, tanquàm veridicam & iuri conſonam.

SVMMARIVM.

1 *Promittens ſe facturum & curaturum, ſi fecit quicquid potuit, an ſit excuſatus.*

*Iuramentum operatur illam clauſulam expreſſam, ſe facturum & curaturum. ibidem.*

2 *Promittens factum alienum, cum clauſula, ſe facturum & curaturum, an ſi feciſſet omnem ſuum conatum, excuſetur à pœna. & num. 4.*

3 *Difficultas excuſat à pœna.*

5 *Fideiuſſor qui promiſit ſe facturum & curaturum ſub pœna, excuſatur ab ea ſi fecit quicquid potuit.*

6 *A pœna quis excuſatur propter difficultatem, quia difficultas impedit pœnam committi.*

7 *Promittens aliquid facere cum iuramento, euitat periurium & pœnæ commiſſionem, ſi fecit quicquid potuit. ibidem.*

8 *Et licet multi teneant, quòd poteſt peti pœna, tamen Canoniſtæ communiter tenent, quòd nullatenus committatur pœna.*

## QVAESTIO II.

Notabilis & quotidiana quæſtio ſe offert,
1 an † promittens curare & facere cum effe-
ctu, ita quòd faciendo poſſe ſuum non
excuſetur, quòd vxor ſua ſeu filius vel alius
renuntiet, vel conſentiat, ſeu ſe obliget in aliquo con-
tractu alicui, ſi id adimplere non potuit, ſed fecit quic-
quid potuit, excuſetur à pœna, & reperio quòd Af-
flict. in ſua deciſione cclxxxxv. dicit, quæſtioné hanc
contigiſſe de facto in perſonam Magnifici Trolij de
Abenabulo, qui promiſerat, quòd eius vxor ob do-
tem receptam ab Alphonſo Carracciolo eius fratre,
renunciaſſet bonis paternis & maternis eidé Alphon-
ſo: & dum cum ea feciſſet, quicquid potuit pro conſe-
cutione renuntiationis prædictæ, vſque ad minas, illa
ſemper recuſauit: vnde hæſitatum fuit in Sacro Con-
ſilio, an prædictus Trolius, qui ita promiſit, teneatur
ad pœnam. & refert, quòd nonnulli de Sacro Regio
Conſilio dicebant Trolium prædictum ſaltem à pœ-
na non excuſari, per l. ſtipulatio iſta, habere licere. in
princ. ff. de verborum obligation. per l. quoties quis.
eodem titu. maximè, propter iuramentum, quod ope-
ratur illam clauſulam expreſſam: ſe curaturum & fa-
cturum, vt dicit Ludouicus, in dicta l. ſtipulatio iſta.
allegando text. in capitulo, literis. lo ſecundo: & in
capitulo, ſicut. cum vbi nota. de ſponſa. & idem dicit
Baldus, in l. fina. C. de non numera. pecu. Alij verò do-
2 mini de conſilio, cum ipſo Afflicto dicebant, † præ-
dicta procedere, quando dictus Trolius non feciſſet
omnem ſuum conatum, vt illa renunciaret, quia tunc
teneretur ad pœnã: & ſic nobis viſum fuit, quòd non
teneatur ad pœnam, per text. in l. ſi vehenda. §. idem
iuris. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. vbi quando quis pro
miſit factũ, & abſque eius culpa adimplere nequiuit,
excuſabitur à pœna: vt ff. de doli exception. l. apud
Celſum. & videtur gloſſa, in capitulo, ſicut ex literis.
de ſponſa. & multa alia allegat Afflictus, quæ breui-
tatis cauſa omitto, cùm multa alia ſubſtantialia vltra
ipſum infrà ſubdam, quæ ipſe licet ſtudioſiſsimus non
vidit, refert tamen quòd dominus Antonius de Alex.
vir quidem eminentiſsi. ſcientiæ, & qui me tunc iudi-
cem magnæ curiæ vicariæ exiſtentem, ipſe præſidens
& viceprotonotarius Sacri Regij Conſilij ob ſuam
bonitatem innatam, vti filium diligebat, dicebat tunc
vt Afflict. refert, quòd ſemper ipſe de iſta quæſtione
dubitauit, ſed bene ſibi videbatur, quòd iſta opinio
erat ſatis æqua, & facta relatione de ea reginali Maie-
ſtati per Sacrum Regium Conſilium, fuit dictum,
quod prædictus Trolius non moleſtaretur. & in ſimi-
li caſu fuit ſimiliter deciſum in perſonam magnifici
Ioannis Baptiſtæ Cicinelli, qui promiſerat curare &
facere cum effectu, quòd eius filius cõſentiret in quo-
dam contractu, & quia conuentus docuit feciſſe quic-
quid potuit, nõ fuit aliter moleſtatus. Et inſuper ſub-
dit, quod caſus iſte, quaſi continuo ſuccedit, & non
ſpecificè eum doctores tangunt, ideo ſcripſiſſe voluit,
ſed ſalua eius reuerentia dico, quòd doctores quam-
plures luculenter, & ſpecificè caſum hunc exami-
nauerunt, & in pluribus & diuerſis locis cumulatè
ſcripſerunt, ſed Afflictus ipſe iam in decrepita ætate
conſtitutus, vxorem duxit iuuenculam, credens ſe poſ
ſe & vxori & iuribus ſatisfacere, ſed deceptus remãſit,
3 † ſed quòd obligans ſe facturum & curaturum, poſsit
ſe ita obligare: & ſi fecit, quicquid potuit, ſit excuſa-
tus: quia difficultas excuſat à pœna: per l. ij. ff. ſi quis
cautio. & not. in l. continuus. §. illud. ff. de verborum
obligatio. & vltra Antoniũ de But. in cap. gemma. de
ſponſa. allegatum per Afflic. addo, quòd idem plenius
4 tenet ibidem Abb. & facit optima ratio, † quia licet
promiſ-



ſio facti alieni teneat, quando pœna interue-
nit: tamen ex quo promittitur factum, quod non con-
ſiſtit in poteſtate promittentis, ſequitur quòd facien-
do ſuam diligentiam, & omne id, quod poteſt, euitat
pœnam: & idem voluit Abb. in cap. ſignificantibus. in
fin. per gloſſ. ibi de officio deleg. Franciſc. de Are. in l.
ſi ſtipulatus fuero te ſiſti. ff. de verborum obligatio. in
§. poſſum. vbi ſubdit, quòd iſta opinio eſt communis,
& quòd in practica ſeruaretur. Idem tenet Felyn. in c.
ex reſcripto. verſicu. & not. quòd promittens factum
alienum extrà de iureiur. nam talis pœna committi-
tur, dum quis promittens fuiſſet in mora faciendi: vt
not. Bartol. in l. ſi duo. §. hæc verba. ff. de conſtit. pec.
& in l. ita ſtipulatus. vij. oppoſ. primæ partis. ff. de ver-
borum obligatio. & Alexan. ibidem idem tenet, vnde
ſi interpellatus fecit quicquid potuit, non poterit ſibi
mora imputari, ſi facere vlterius non potuit: & pro-
batur in l. quod te. ff. ſi certum petatur. & ibi Bart. de-
clarat. Hoc idem in ſimili tradit Abb. in conſilio ix.
volu. primo. videtur quòd fideiuſſores. vbi conſuluit
5 quòd † fideiuſſores, qui promiſerunt ſe facturos & cu-
raturos ſub pœna, non incurrent pœnam, ſi fecerunt
quod potuerunt, quia difficultas impedit pœnam
committi. idem firmauit Bartolus in conſilio cxxxvj.
6 Martinus † promiſit ſe facturum & curaturum, quòd
Bertha contrahat matrimonium ſub pœna. & con-
cludit, quòd ſi fecit quicquid potuit, excuſatur à pœ-
na. Idem conſuluit Federic. de Sen. in conſi. cxxij quia
7 ſicut promittens † facere cum iuramento aliquid, eui-
tat periurium, ſi fecit quod potuit, per gloſ. in capi. ex
literis. & in cap. ſicut. de ſponſ. ergo eodem modo de-
bet euitare pœnæ commiſsionem. & hanc opinio-
nem vti communem, ſequitur & approbat Aretin. in
conſilio cxliij. ex facto proponitur. verſiculo, venio
igitur ad primum. & iſtam eſſe communem opinio-
nem inquit Areti. in l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ff. de
verborum obligationibus. & idem conſuluit Decius
in conſilio ccxiij. ſecundo volumine. promiſit domi-
nus Ioann. & licet idem Decius videatur conſuluiſſe
contrarium in ſuo conſilio cccxxv. in caſu propoſito.
attamen ibi in promiſsione concurrerunt alia ver-
ba, vt ibi Iaſ. in dicta l. ſtipulatio iſta, habere licere,
videtur eſſe in eadem opinione ibi, verſicul. ſed iuxta
8 hoc cadit ſolẽnis. vbi ſubdit † quòd ſi caſus accideret,
ipſe conſuleret quòd poſsit peti pœna: licet omnis di-
ligentia adhibita foret. fatetur tamen, quòd Cano-
niſtæ tenent contrariam opinionem. & quòd pœna
nullatenus committatur, tenet Thomas Ferracius in
cautela xliij. anno præterito, &c. dando cautelam ad-
hibendi diligentiam. & idem conſuluit Gozadinus in
ſuo conſilio xxvij. in cauſa conductorum. & idem De
cius in conſilio xxxvij. nume. 8. in ſecundo volumi. &
plenè nouiſsimè Pariſius nunc Cardinalis digniſsi-
mus in ſuo conſilio lxxvj. ſer Sergius. in tertio volu-
mine. & hanc ſequor opinionem tanquam veridicam
& iuri conſonam.

SVMMARIVM.

1 *Iudex promittens impunitatem delicti deliquenti, ſi delictum ipſum fatebitur, an teneatur talem promiſſionem obſeruare.*

2 *Iudex prohibetur à iure remittere pœnam corporalẽ delinquenti, cùm ad ſolùm principem ſpectet id facere.*

3 *Iudex poteſt punire delinquentem, non obſtante ſecuritate ſibi data, & ideò ſi dedit ſaluum conductum homicidæ, & demum fecit ipſum decapitari, bene fecit.*

4 *Iudex licet non teneatur obſeruare promiſſionem impunitatis delicti in foro contentioſo, attamen in foro conſcientiæ tenetur obſeruare.*

5 *Papa Alexander tertius promiſit impunitatem ſimoniæ cuidam epiſcopo ſimoniaco, & ſibi ſecretè confeſſo, ſi idem confiteretur coram Cardinalibus, & quia confeſſus eſt, ipſum depoſuit.*

6 *Iudex promittens delinquenti remittere delictum, ſi illud confitebitur, ſi tamen confitetur illud, poterit ipſum damnare.*

7 *Perſona publica tenetur ſuam promiſſionem & fidem ſeruare cuicunque perſonæ.*

8 *Confeſſus delictum, poterit ſuam confeſſionem reuocare, ſi in ea ſponte non perſeuerauit.*

*Iudex omnino tenetur ſuam promiſſionem impunitatis delicti obſeruare ibidem.*

9 *Inquiſitus qui ad perſuaſionem iudicis confeſſus eſt delictum perpetraſſe ſi reuocat confeſſionem per ipſum factam modo prædicto aſſerendo fuiſſe extortam per iudicem qui confiteri ſibi perſuaſit ob honorem curiæ, vel ob aliam cauſam, & quòd de pœna non timeret, quia ipſum liberaret, aliàs quòd torqueretur, poterit bene reuocare, nec condemnari poterit.*

10 *Confeſſus delictum ad perſuaſionem iudicis, qui promiſit impunitatem ipſius delicti, ſi confitebitur, non poterit ſi reuocat confeſſionem ipſam, virtute talis confeſſionis condemnari.*

## QVAESTIO III.

Notabilis & pulchra quæſtio ſe offert, cu-
ius virtuté hucuſque decidere auſus non
1 ſum. An † iudex habens aliquẽ inquiſitum
de crimine in eius fortia, ipſum perſuaden
do & inducendo vt crimen fateretur, quia eidem illud
indulgeret, & liberaret non obſtante confeſsione, ſi
demum perſuaſione huiuſmodi inductus, delictum
confeſſus eſt, poſsit iudex ipſum punire, non obſtãte
promiſsione impunitatis eidem facta. Et certè prima
fronte videretur dicendum, iudicem ipſum non ar-
ctari ad obſeruãtiam ſuæ promiſsionis prædictæ. per
tex. in cap. non eſt obligatoriũ contra præſtitum iu-
ramentum. & in capit. in malis promiſsis, fidem non
expedit ſeruari, de regulis iuris. in vj. maximè, cùm
ſit contra bonum publicum, ſecundum quod maleſi-
cia non debent inulta pertranſire. l. per omnes. C. de
defenſo ciuit. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam.
Hinc eſt, quòd pacta contra publicam vtilitatem,
etiam ſi iuramento vallata ſint, minimè ſeruari de-
bent, vt dicit Bartolus in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.
& in l. j. §. j. ff. de dolo. concurrente præſertim iuris di
2 ſpoſitione, † perquam prohibetur iudex remittere
pœnam corporalem delinquenti, cùm id pertineat
ad ſolum principem, per l. finalem, in fine. ff. de quæ-
ſtionibus. cum ibi relatis per glo. & in l. ſecunda. C. de
deſerto. libr. xij. & in l. ſecunda. C. de commerc. & in l.
ſecunda. C. ne ſan. baptiſ. reiter. Ita dixit Andræas de
Iſer. in conſtitutio. regni, Si quis in poſterum. & refert
etiam & ſequitur Paris de Put. in ſuo tracta. ſyndica.
in verbo, tortura, in verſiculo, eſt aduertendum quòd
iudex. & idem Paris in eod. tracta. ſyndica. in vltimo
verbo, tortura. in cap. ſequitur quæſt. quotidiana. ſub
finem dicti tracta. & idem ante ipſum tenuit Cynus,
in l. præſenti. de his, qui ad eccleſ. confug. & ibi dixit,

3 quòd † poſsit iudex puuire delinquentem, non ob-
ſtante ſecuritate ſibi data, per l.primam. ff.de dolo.&
ibi ſubdit Cynus, quòd iudex qui dedit ſaluum con-
ductum homicidæ, & deinde fecit ipſum decapitari,
bene fecit.per gloſſ. in authent.de mandat.princip.§.
hominibus. & refert idem Paris in eodem tracta. ſyn-
dica.in verbo, ſaluus conductus. ſubdit tamen, quòd
alij tenent contrarium, quia debet ſibi dari ſecuritas,
per l.is,qui reus.ff.de publ.iud.Bal.in l.j. ff.de dolo.&
idem tenet Raphael in dicta l.præſenti.referendo di-
ſputationem Oldrad.ſecundum Alber.ibi.& idem te-
net Cotta.in memo.ſuis, in verbo, dolum bonum. &
dicit Imol.in l.is qui reus.ff.de publi. iudic. quòd licet
4 non † teneatur iudex ſeruare dictam promiſsionem
in foro contentioſo, per id, quod habetur in l.ius pu-
blicum.ff.de pactis. & facit gloſſ. in cap. cupientes. in
verbo,malignantium,de electio. in vj. tamen in foro
conſcientiæ putat oppoſitum, quia non licet mentiri.
cap.j. xxij. quæſtio. ſecunda. & ideo dicit mirabiliter
Archid,poſt Vgutium in cap. vtilem. xxij. quæſtio.ij.
5 quòd Alexander Papa † tertius, promiſit impunita-
tem cuidam epiſcopo ſimoniaco ei ſecretè confeſſo,ſi
idem confiteretur coram Cardinalibus, quod cùm
prædictus epiſcopus feciſſet, fuit depoſitus per prædi
ctum Papam Alexan.nec excuſatur à dolo, ſecundum
ipſos, per dictum text. vbi vtilis ſimulatio laudatur:
quod videtur procedere, etiam ſi iudex iuraſſet non
punire, vt dicit Paris in dicto verbo, tortura. & in
cap. quia plerunque.& in capit. aduertendum eſt. vbi
dicit, quòd non tenetur ſeruare iuramentum, maximè
homicidæ. & idem citat idem Paris, in verbo, ſaluus
conductus. Eandem opinionem tenere videtur Felyn.
in cap.accedens,lo ſecundo. vt lite non conteſta. & in
cap. afferte. de præſumptio. vbi refert idem de Papa
Alexandro tertio. & facit quod not. Domi.poſt Vgu-
ti.& Archid.in cap.nos in quenquam. in fi.ij. quæſtio.
6 prima.dicentes,† quòd iudex promittens delinquenti
remittere delictum, ſi illud confitebitur, ex tali con-
feſsione poterit ipſum damnare, & excuſabitur iudex
à tali ſimulatione, per prædictum cap, vtilem. tamen
ſubdit ſe vidiſſe aliquos iudices, qui execrantur talem
ſimulationem. Sed quòd teneatur iudex dictam pro-
7 miſsionem ſeruare, † adduco, nam publica perſona
tenetur ſuam promiſsionem & fidem ſeruare cuicun-
que perſonæ, etiam hoſti, per doctrinam Bartoli &
omnium in l.conuentionem.ff.de pactis.& ibi expreſ-
sè Iaſ.ſed iudex dicitur perſona publica, ergo, &c. &
quòd teneatur iudex dictam promiſsionem ſeruare,
firmat Iaco.de Belui.in ſua practica cauſarum crimi-
nalium, in rubric. de quæſtio. Dynus in ſuo tracta.de
quæſtio.vbi admonet iudices abſtinere à præfatis per
ſuaſionibus in ſpecie,ſed generaliter interrogent, qui
crimen commiſerint,per text.in l.j.§.quæſtionem ha-
biturus.ff.de quæſtio.vbi dicit text.quòd videtur ma-
gis extorquentis,& ſuggerentis,quàm requirentis.&
facit l.j. §. perſuadere. de ſeruo corrupto. & l. prius.
cum ibi nota. ff. ad Sillanianum. & ſequitur rectè in-
tuenti Paris in præallegato verbo, tortura. in verſicu.
ſequitur quæſtio quotidiana.vbi concludit, quòd pote
8 rit † taliter confeſſus reuocare huiuſmodi confeſsio-
nem, ſi in ea ſponte non perſeuerauerit. Et quòd om-
nino teneatur iudex dictam ſuam promiſsionem im-
punitatis ſeruare, conſuluit Ioan.de Imol. in ſuo con-
ſilio cix.viſa inquiſitione præfata. ex quo virtute talis
confeſsionis dolosè extortæ non poterit condemna-
ri.& faciunt bene dicta Nicol.Mili.in reperto. ſuo, in
verbo, confeſsio perſuaſione aduerſarij. Idem tenet
Paris in eod. tracta.in verbo,ſaluus conductus. Mar-
ſilius in l.j.§.quæſtione.ff.de quæſtio. & in ſingul. ſuo
ccj.in confeſſum.ſubdens, quòd non meminit hoc di-
ctum aliàs vidiſſe.& eſt ſingul.& aureum,& quòd non
tenet talis confeſsio. & tenet idem Marſil. in ſua pra-
ctica cauſarum crimin.pro qua doctrina facit in argu.
text.not.in l.ſi ſuprà. de conſtitut.pecu.& idem Marſi.
9 in §.poſtquam.& ideo ſi † inquiſitus reuocat confeſ-
ſionem per ipſum factam modo prædicto, aſſerendo
ipſam extortam per iudicem, qui confiteri ſibi per-
ſuaſit ob honorem curiæ, vel ob aliam cauſam, & quòd
de pœna nó timeret, quia ipſum liberaret, aliàs quòd
torqueretur: & ſic dicit confeſsionem extortam per
deceptionem iudicis, dicit quòd poteſt reuocare. ita
firmat Dynus, vt ſuprà, admonendo iudices. & idem
ſequitur Marſilius in l. ſi quis obrepſerit. ff. ad legem
Cornel.de falſ.& in rubric. de probatio.& idem con-
ſuluit in ſuo conſilio xiiij.& in conſilio xxxij. quia iu-
dex, qui taliter obripuit dicto inquiſito, nihil egit, vt
dicit Ioannes de Imol.in præallegato ſuo conſilio, vbi
10 etiam ſubdit, † quòd virtute talis confeſsionis, ita do-
losè extortæ, non poterit condemnari. Et iſta opinio
videtur verior, prout refert & firmat per multa De-
cius in reg.ea,quæ.ff.de regul. iuris. Ob cuius præcla-
riſsimi viri authoritatem, eandem opinionem ample-
ctor, mihi viſam veridicam & iuri conſonam, & ma-
gnam æquitatem continentem, ex præmiſsis, &c.

EIVS



# EIVSDEM THOMAE GRAMMATICI NEAPOLITANI IVRISCONSVLTI CLARIS. VOTA IN REGIO collaterali Conſilio.

## SVMMARIVM.

1 *Torqueri an poſſit inquiſitus ſtantibus teſtibus de viſu delicti commiſſi contra ipſum.*

2 *Iudex an torquendo inquiſitum, vbi conſtat de delicto per teſtes de viſu, tenetur in ſyndicatu.*

3 *Torquetur inquiſitus ex communi obſeruantia, ad euitandum calumnioſas appellationes, licet per teſtes de viſu conuincatur.*

4 *Torqueri an poſſit* Doctor, *& pariter miles. & ibi, quid ſi ſit actu legens, & dicitur contigiſſe de facto.*

5 Do*ctor actu legens dicitur eſſe in dignitate.*

6 Do*ctor dicitur perſona illuſtris, & gaudet omnibus priuilegijs conceſſis militibus.*

9 Do*ctores dicuntur quaſi radij ſolis, & per* Doctores *quaſi luminoſas candelas, vniuerſum corpus orbis terrarum tenebris profugatis velut ſydus irradiat matutinum.*

10 Do*ctores veluti ſplendor fulgent firmamenti, & ipſorum ſcientia mundus illuminatur, & niſi fuiſſent* Do*ctores, eſſemus in tenebris. & num.* 11.

12 *Conſuetudo inducens, quòd* Do*ctores ſeu perſonæ priuilegiatæ torqueantur, non tenet.*

13 *Torqueri non poteſt, qui aliàs fuit* Con*ſiliarius ciuitatis ſuæ, ſeu poteſtas, licet hodie non ſit, & hoc in memoriam priſtinæ dignitatis.* Et Mart.*de* Fan *euaſit condemnatum ad mortem, ex quo confeſſus fuerat per torturam, & de iure torqueri non poterat. & num.*14.

15 *Officialis volens torquere illum, qui de iure torqueri non debet, poteſt ei reſiſti.*

16 *Officialis, qui fuit alicuius ciuitatis non poteſt torqueri per ſyndicatores.*

17 *Electus qui fuit ſeu prior ciuitatis ſuæ, non poteſt torqueri, licet functus fuerit officio. & num.* 18.

19 *Decurio dicitur, qui de ordine curiæ officia terræ adminiſtrat, vnde non eſt decurio, qui ſententiam non tulit vel curiam emancipauit. & num.* 20.

21 *Quod dicitur in iure de decurionibus, ſeu priuilegijs ipſorum, obſeruabitur in conſiliarijs ciuitatis, & conſulibus ipſius, cùm ſint loco ipſorum ſubſtituti, & hodie loco decurionum habentur. ibid num* 22. *&* 23. *&* 28. Vbi *intelligitur de conſulibus ciuitatum & magnorum locorum, non autem oppidorum.*

26 *Torqueri non debent honeſti viri, nec vilibus pœnis affici.*

29 *Conſiliarij ciuitatum hodie habent eandem poteſtatem & priuilegia, quæ olim decuriones habebant, & inter cætera, vt etiam finito officio minimè torqueri non poſſint.*

## VOTVM I.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtula-
to, Amen. In cauſa magnifici Antonij de
Alexandro de Neapoli, Vtriuſque Iuris
Doctoris, cum Regio fiſco, ſuper vulne-
re illato in faciem Petri Copulæ fidici, & aliis de qui-
bus in inquiſitione formata contra ipſum, facta re-
latione in Regio collaterali conſilio, & coram Illu-
ſtriſsimo ac reuerendiſsimo domino Cardinali Co-
lumna, locumtenente generali: dum fuiſſet inſtatum
pro parte Regij fiſci præfatum Magnificum Anton-
eſſe torturæ ſubiiciendum, dubitatum fuit, an torque-
1 ri † potuiſſet, extantibus teſtibus de viſu contra ip-
ſum ad veritatem eruendam: & hoc vt ore proprio
fateretur. Et certè dubium faciebat quòd non, ex
quo vbi de crimine non conſtat per teſtes, & ſic vbi
inquiſitus conuincitur per probationes liquidas, non
poteſt torturæ ſubiici, ſed condemnari: per textum
in l.qui ſententiam. & ibi Baldus C. de pœnis. Andr.
de Iſern. in capitulo primo. in §. ſcire. ſi de feud. fue-
rit controuerſ. inter domin.& fidel. in conſtitut. Re-
gni, ſi damna clandeſtina. ſeptima columna. vbi ſub-
dit, quòd iudices crudeles aliter faciunt ad denegan-
dum beneficium appellationis à iure permiſſum, &
tenentur ac ſi eſſent homicidæ. Idem tenent & ſequun
tur Modern.Senenſes in tractatu de indic. & tortur.
in octaua charta. in quinto ſpeciali quæſito. in verſic.
vj. iudex conſiderare debet. & allegat multos idem
tenentes. & ſubdit hoc verius eſſe. imò eo caſu malè
2 facit iudex torquendo, & † tenebitur in ſyndicatu.
dixit Angel.in l. & ſi certus. ff. ad ſillanian. Catald. de
Viſſo, in tractatu ſyndica.in verſiculo, adde, quando.
& idem tenet Auguſt.Ariminen.in additio.ad Angel.
in verſic. fama publica.in xv.chart.verſic.ij.quæro.&
Gandin.in tracta.malefic.in rubr. de quæſtionibus &
tormen. in princip.& hoc quia tortura datur in ſub-
ſidium quando veritas aliter haberi non poteſt: ſecus
ſi per aliam viam res adpareat: quia tunc non eſt de-
ueniendum ad torturam. text. eſt & ibi Bartol. in l.
edictum. ff. de quæſtionibus. & ſequitur Angelus in
dicto verſicu. fama publica.iiij. chart. verſic.nunc vi-
3 deamus de tortura. † Sed quia ex communi obſeruan
tia ad euitandum appellationem proceditur ad tor-
turam contra inquiſitum, licet per teſtes conuinca-
tur, ex quo crimina patētia ſunt punienda: nec debet
dari occaſio appellandi: & ideo iudices bene faciunt
torquere ad eruendam confeſsionem. Ita dicit Bald.
contra Cyn.aliter tenentem in l.ij. C. quorum appel.
& idem

& idem Bald.in l.j.C.de iura.calum.vbi ſubdit, quòd
ita iudices ſeruant.& idem ſequitur do.Anto. de Ale.
olim patruus eius Magnifici Antonij inquiſiti, & Iu-
riſconſultorum Princeps, in prædicta l.j. C.de iuram.
calum.in iij.colum. circa fin. & ibi ſubdit hoc fieri ad
finem euitandi calumnioſas appellationes: & ſubdit
formaliter, hoc tene menti, tu qui vis practicare, quia
ita communiter obſeruatur: arg.l.ſi quis filio exhære-
dato.§.ſi quis.ff.de iniuſt.rup.& irri. teſta. licet con-
trarium dixerit Cy.& malè in l.obſeruare.C.quorum
4 appel.† Et ideò nunc reſidet hæſitandum, an poſsit
Magnificus Antonius ipſe torqueri, cùm ſit Doctor:
& Milites armatæ militiæ torqueri non poſſunt.l.de-
ſertorem.§.j.ff.de re milit.l.milites. C.de quæſtio.ita
& eadem ratione debet fieri extenſio ad aduocatum,
ſeu Doctorem, ſecundum Cyn.not.in dicta l.milites.
& ibi Bart.& Alex.& Cyn.in l.iiij. C.ad legem Iuliam
maie.Bart.in l.omnes.C.de decurio.lib.x. & in l.j.C.
de aduoca.diuer.iud.Roma.in ſingul. ſuo incipiente,
milites Doctores.Ang.in tract.maleſi.in verſic.fama
publica.in xvj.char.Ioan.Andr.in c. cùm in contem-
platione.de reg.iur. Alexand.in l.centurio.de vulg.&
pupil. quod maximè procedere debet in ipſo Magni-
fico Antonio inquiſito, actu legēte in ſtudio generali
Neapolitano, lecturam ordinariam ſub ſtipendio Re-
5 giæ curiæ: & Doctor actu legens, † dicitur eſſe in digni
tate: vt not.Bald.in j.conſtit. Codicis. §.j. & in l.fi. C.
de Iudæis. Abb.in c.quanto.de magi.patriæ.in l.pro-
uidendum.C.de poſtulat. & facit ratio vrgentiſsima,
quia ſicut vtilitas publica, eſt cauſa priuilegiorum mi
litarium.l.j.& l.milites.C.de teſta.mili.l.fi.C.de reſti.
mili.ita ſimiliter verſatur publica vtilitas circa exer-
citium Doctorum & aduocatorum: vt not. gloſ. in l.
prima.C.de ſtudi.liber. art. vrb.Romæ.in fin. & not.
Dyn.Bartolus & alij in l.j.ad fin.ſolu.matrimo. Nam
6 Doctor dicitur perſona † Illuſtris, ſecundum Baldum
in prooemio ff.orum per illud rubrum, & Alexand. in
dicta l.centurio. iij.col. & eſt bonus text. ibi in rubri.
proœm. & alibi dicitur Doctor vir illuſtris: vt C. de
Iuſti. Cod.confir.§.ad iſtum enim laborem. quoniam
7 & miles non poteſt torqueri ex iuris † priuilegio. &
tamen non eſt in dignitate: vt not. Bart.in l.ex eo. de
teſtament.mil. quod vendicat etiam hodie ſibi locum
in militibus noſtri temporis: vt not.Sali.in l.j. v.quæ-
ſtione.de iur.& fact.ignoran.& ante eum Gul.de Cu-
gneo.in l.penult.ff.ex quibus cauſis maio. ergo idem
deberet eſſe in Doctore, etiam non actu legente, nec
in dignitate poſito, ſed in caſu præſenti hæc ceſſant,
cùm præfatus dominus Antonius ſit actu legens: quo
8 caſu † non inficiari poteſt, quin gaudeat omnibus pri
uilegiis conceſsis militibus. Ita in propriis terminis
dixit Bart.in l.medicos.C.de profeſſo.& medi. lib.x.
& ſequuntur moder.Senen.in tract.de indi.& tortu.
in vij.charta.Iaſ.in l.de quibus.ff.de legibus. Hyppol.
Marſil.in l.edictum.ij.colum.ff.de quæſtion.dominus
Antonius de Alexand. patruus prædicti inquiſiti, in
additio. ad Bartol.in l.milites. C.de quæſtio.vbi ſub-
dit contigiſſe de facto in perſona quondam domini
Simonis de campo Baſsio. Idem firmat Iacob.Rebuf
fi in l.grammaticos.C.de profeſſo.& medic. libro de-
cimo. vbi multa bona allegat, & inter alia dicit for-
maliter, quòd Doctores habent priuilegium, ne quæ-
ſtionentur. nam milites qui non habent dignitatem,
eo priuilegio gaudent, per dictam l.milites. multò ma
gis Doctores, cùm habeant dignitatem. Nam vltra
9 præfata, dicun tur Doctores quaſi radij ſolis: vt in
cap.multi.de pœniten.diſtinctione ſecunda.& in cap.
ſi quis. prima quæſtione lxxj. velut luminaria ſplen-
deſcere dicuntur. & probat bene text. in cap. primo.
de reli.& ven.ſan.ibi quod per Doctores, quaſi lumi-
noſas candelas vniuerſum corpus orbis terrarum te-
nebris profugatis, velut ſydus radiat matutinum. &
text.in cap.ſuper Specula de magiſt. dicit, quòd Do-
10 ctores veluti ſplendor † fulgent firmamenti, & dicit
gloſſ.not.in cap.cùm eo.de electio.in vj. quòd aduo-
cati non minus prouident humano generi, quàm ſi
11 armis patriam defenderent. Et quòd Doctorū † ſcien
tia mundus illuminatur, dicit Salic.in authen. habita.
C.ne filius pro patre. quòd mundus illuminatur Do-
ctoribus: & niſi fuiſſent Doctores nos eſſemus in te-
12 nebris, intantum † quòd conſuetudo inducens, quòd
Doctor.ſeu perſonæ priuilegiatæ torqueantur, non
valet nec tenet. text. eſt in l.omnes iudices. per quam
ita determinat Bartol.C.de decurio.libro decimo. &
tenet Ludouicus Bolognin. in additio. ad Guidonem
de ſuza.in tracta.de tormen.tertia colum. in princip.
& ante eum Ludouicus Roma.in ſingul.ſuo, in verſic.
tortura.& firmat Par.de Puteo in tractatu ſyndicat. in
verſicu.tortura.in vij.charta.in cap.mandauit rex. in
ſecunda columna. & Iaſ. in l. de quibus. ff.de legibus.
Secundò, minimè ex alio poſſet Magnificus Anto-
13 nius ipſe ſubiici † torturæ, ex quo anno proximo præ
terito fuit Iudex magnæ curiæ vicariæ, & ſic Regius
Conſiliarius: & qui ſemel fuit Conſiliarius, etiam fi-
nito officio in memoriam priſtinæ dignitatis, non
torquetur. text. eſt in terminis propriis in l. fina. ff.
de decurio.in verſiculo, non eſſe torquendum in me-
moriam priſtinæ dignitatis. & ibi refert Franciſcus
14 Tigri, per illum textum.Marti.de Fan.euaſiſſe, † con-
demnatum ad mortem, ex quo confeſſus fuerat per
tormenta, & non poterat de iure torqueri, quia Con-
ſiliarius ciuitatis ſuæ fuerat, quod eſt bene not. ſecun
dum Andræam Barba.in cap.ſedes apoſtolica.quinta
columna, extrà de reſcrip. Et quòd priuilegium di-
gnitatis non finitur finita dignitate, ſecundum Bal-
dum in cap.ſedes. de reſcriptis.qui ad hoc allegat In
nocentium. refert etiam & ſequitur Hyppolitus de
Marſil. in ſingula.ſuis, ſingula. clxxix. incipien. Viget
communiter ſtatutum. & idem Hyppoli. in ſua pra-
ctica cauſarum criminalium, in verſiculo, expedita.
octaua columna. & tenet clarè Baldus in l. impera-
tor.la ſecunda.ff.de ſtatu homi. dum loquitur de con-
feſsione mulieris prægnantis tortæ. & idem Marſil.
in ſingula. cvij.incipiente, priuilegium dignitatis, &
in ſingu.xxxv.incipiente, ille qui nunquam. & idem
Marſil. in l. edictum. ſecunda & quarta columna. ff.
de quæſtionibus.vbi ſubdit hoc intantum eſſe verum
15 quòd ſi officialis aliter facere vellet, poſſet ei de iu-
re reſiſti: vt habetur in dicta l.omnes. C.de decurio.
libro decimo. & probatur in authentica, quomodo
oportet Epiſcopum. §.fina. & idem refert & tenet in
prædicta practica cauſarum criminalium prædictus
Marſilius & in l.edictum.ſecunda columna.ff.de quæ-
ſtionibus. & ideò dixit pulchrè Bartolus in prædicta
l.milites.C.de quæſtio. quòd cùm quidam miles fuiſ-
16 ſet † poteſtas, & ſtaret ad ſyndicatum, & eſſent con-
tra ipſum multa indicia, adeò quòd ſyndicatores de-
creuerant ipſum torquere, conſuluit ipſe Bart. ſyndi-
cato



catoribus prædictis, quòd torqueri non poterat: quia
decuriones in memoriam priſtinę dignitatis non tor-
quentur.dicta l.diuo Marco. C. de quæſtio. quia offi-
cialis fuerat Ciuitatis.gloſſ. in l.fin. de incol. & tenet
etiam Paris in tractatu ſyndicatus. in tit.de offi. ſyndi.
nullam de prædictis faciens mentionem. in ſecunda
columna. † Tertiò & vltimò non poterit Magnificus
17 hic Antonius torturæ ſubiici, ex quo fuit decurio, id
eſt, vnus ex electis Ciuitatis Neapo. ſimiliter anno
præterito. & qui fuit decurio, non poteſt torqueri.l.
nihil. & l. milites.C.de quæſtionib. & in dicta l. diuo
Marco.Salice. in l.j. & ibi Iaſ. prima columna. verſic.
vnum tamen nota.C.de iur. & fact. ignoran. Bartol.in
allegatio.l.milites. Alexan.in dicta l.centurio. Et ne-
18 dum decurio, verùm † etiam qui fuit prior ciuitatis
ſuæ, non poteſt torqueri. Ita dicit Bald.in prædicta l.
19 nihil.C.de quæſtio.& dicitur decurio, † quia de ordi-
ne curiæ officia terræ adminiſtrat: vnde non eſt de-
20 curio, qui ſententiam non tulit, vel curiam † non par-
ticipauit. Secundò, quidam vocantur patres ciuitatis,
vt C.de his qui ſpon.numera propria ſuſcep. l. tertia.
Ita dicit Iſido. in quæſtio. etymologiarum. & Luc. de
Pen. in rubric. de decurio. lib.x. Attento cùm hodie
non ſint decuriones, id quod in dictis legibus dicitur
21 de decurionibus, obſeruabitur in † conſiliariis ciuita-
tis: vt ſi ciuitas habeat conſiliarios, idem erit. Nam
conſiliarij ciuitatum, decurionum inſtar obtinent:
vt nota. in rubri. de decurio.libro x. Ita dixit Luc. de
Pen. in l. nominationum. ſecunda columna. C. de de-
22 curio.lib.x. Nam conſules ciuitatum † ſunt hodie loco
decurionum, vt nota. in dicta rubri. de decurio. & ibi
Iaco. Rebuffi. & ſubdit, quòd cum ſint loco ipſorum
23 ſubſtituti, habent idem priuilegium, † quòd & ipſi
decuriones, argu.l.filiæ.§. fin. de conditio. & demon.
& l. ſi donatę.§.ſponſus.ff.de dona.inter virum & vxo
24 rem. † Item, licet nomine vnius officialis mutetur
lex, non per hoc mutatur eius officium, vel effectus.
vt C.de mancip. & colon.l.ij. libro xij. & in authen.
vt iudi. ſine quoquo ſuffra.§.illud. collat. ij. Item no-
25 biliores † & honeſtiores eliguntur ad conſulatum, vt
in authen.de defenſor. ciui. §.interim.& ff.eo.l.hono
26 res.in princip. ſed honeſti † viri non debent torqueri,
nec vilibus pœnis ſubiici. l.capitalium.§.omnes.ff. de
pœnis.l. nullus.C.ad legem Iuliam maieſt.quod ma-
27 ximè † intelligit ibi Iacobus Rebuffi. de conſulibus
ciuitatum, & magnorum locorum, & nobilium, non
autem de conſulibus oppidorum, argum.l. athletæ.§.
primo. iuncta l.propter magiſtratum.C. eod. titu. &
de excuſat. tuto. ff. & C. Et quòd conſules ciuitatum
28 † noſtri temporis habeant idem priuilegium, quòd &
decuriones, vt non quæſtionentur, tenet etiam Salyc.
aſſerens ita tenere Doctor. in dicta l. diuo Marco. C.
de quæſtionib. Et cùm conſules ipſi ſuccedant hodie
loco decurionum, vt dicit gloſſ. in dicta rubrica.C.de
decurio.libro x.& in l.ij.eod.titu. & in l. nulli. ff.quod
cuiuſque vniuerſi. nomi. & in l.aliud. §. refertur.ff. de
reg.iur.& in l.ſi ex dolo. §.primo. ff.de dolo.vnde iſti
29 conſiliarij ciuitatum hodie habent † eandem poteſta-
tem, & priuilegia, quæ olim decuriones habebant.
Ita dicit etiam Ioannes de plate. in præallega. rubri.
30 de decurio.& quod inter cętera habent † priuilegium,
vt etiam finito officio minimè torqueri poſsint in
reuerentiam priſtinę dignitatis, per text. in præalleg.
l.fi.ff.de decurio. & gloſſ.in rubri. C.de decurio.lib.x.
& ibidem Ioan. de Platea. Ex quibus omnibus & eo-
rum ſingulis ſum voti minimè procedi poſſe ad tor-
turam contra præfatum Magnificum Antonium, &
in hanc ſententiam inclinauerunt omnes domini de
Collaterali conſilio, approbante quoque eodem illu-
ſtriſs.do.locum tenente generali.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionem, an*
*poſſit condemnari ſeu torqueri, reiecta qualitate de-*
*fenſionis. & plenè numero 4.*
2 *Confeſſio qualificata an poſſit in parte negari, & in par-*
*te ſperni.*
3 *Confeſſus homicidium, verùm ad ſui defenſionem, ſed*
*non probat, an poſſit pœna mortis naturalis puniri.*
5 *Delicta præſumuntur principaliter perpetrata animo*
*nocendi.*
8 *Ad torturam deuenitur in ſubſidium, deficientibus pro-*
*bationibus.*
*Probationes delicti contra inquinatum de crimine, pur-*
*gantur per tormenta. & num. 9.*
8 *Appellatio non admittitur à ſententia lata contra homi-*
*cidam, in magna curia vicariæ.*
10 *Appellatio eſt iuris remedium aduerſus grauamen.*
11 *Pœna duplici non poteſt quis puniri pro eodemmet cri-*
*mine.*
12 *Bald. doctrina in l. vnica, de confeſſis. vbi vult torqueri*
*confeſſum ſe occidiſſe hominem ad ſui defenſionem, im*
*pugnatur ſuper ipſa qualitate defenſionis.* Limitatur
*pulchrè in num. 13.*
14 *Iudex debet interrogare ſuper circunſtantijs, vbi habet*
*teſtes ſuſpectos, quòd falſum depoſuerint ad hoc, vt eis*
*credatur vel non credatur.*
16 *Iudex debet laborare, vt intercipiat & innoluat teſtem, ſi*
*ei ſuſpectus videbitur, etiam in his, in quibus rei ſub-*
*ſtantia non conſiſtit.*
17 *Teſtium maiori numero à me productorum, ſtandum*
*eſt, vbi licet minor numerus aliter, videlicet contra-*
*rium depoſuerit.*

VOTVM II.

SVmmi rerum opificis præſidio iterato, A-
men. In cauſa Coſmæ Nauclerij de Neap.
cum Regio fiſco, ſuper homicidio com-
miſſo in perſonam Ferdinādi Bubuli, aliàs
Marecha per ipſum Coſmam, qui de plano faſſus eſt
eundem Ferdinandum occidiſſe, verùm ad ſui defen-
ſionem, id verificare ſe offerens, hæſitatum fuit, an re-
iecta qualitate defenſionis probandæ, poſsit Coſma
ipſe torturæ ſubiici, cùm confeſſus ſemel fuerit homi-
1 cidium commiſiſſe. nam eo caſu ſi bene † conſidere-
tur, poſſet condemnari, quod plus eſt, per doctri. Bar.
not. in l. Aurelius.§. idem quæſiit. de libe. legat. vbi
apertè dixit eo caſu confeſſum poſſe condemnari per
iudicem virtute ſuæ confeſsionis, ex quo inquantum
dixit occidiſſe, ſtatur ſuæ confeſsioni, ſed quòd ſubdit,
ad ſui defenſionem id feciſſe, non eſt ei credendum,
ex quo habet iuris præſumptionem contra ſe, per l.j.
& ij.ff.de ſicariis. & per cap.primum. de præſumptio-
2 nibus. † quia tunc confeſsio qualificata poteſt in parte
acceptari, & in parte ſperni. Ita dixit Baldus vbi ma-
giſtraliter loquitur in l. vnica. C. de confeſsis. octaua
colum. verſic. denuo quæro de quæſtione quotidia-
na. & in l.ſecunda. C.de donation.ante nupt. & bene
Abb. in cap. bonæ. el ij.de poſtulatione prælatorum.
& Ale

& Alexander in l.prima.§.ſi quis ſimpliciter.verſic.ex
prædictis infertur.ff.de verborum obligationibus.ve
rum tamen eſt, quòd non poſſet pœna mortis natu-
3 ralis † puniri: prout pulchrè tenuit Abb.in cap.audi-
tis.penultima colum. extrà de præſcriptio. verſic. ſed
contra prædicta. aſſerens hoc alibi non reperiri, &
apud modernos eſſe in ſummo cultu. ſequitur Felyn.
in c.venerabilis. quarta colum. extrà de exceptionib.
verſic.ij. nota. vbi idem repetit. & in cap. ſignificaſti.
el ij. quinta colum. extrà de homicid. & in cap. afferte.
quinta columm. verſic. reſponderi poteſt. de præſum-
ptionibus. dicens ſimiliter iſtud dictum eſſe ſingula-
riſsimum. ſequitur Alexand. in l. non ſolum.§. ſcien-
dum.ff.de operis noui nunciatione. vbi dixit hoc di-
ctum eſſe ſignanter notand. & ſequitur Soci.in repet.
l.prima. quarta colum. de vulga. & pupilla. vbi dicit
extollendo hoc dictum eſſe multum notandum. ſe-
quitur etiam Iaſ.in l.vt vim. ff. de iuſtitia & iure. iiij.
colum. ſubdens in practica hoc dictum ſibi feciſſe ma
gnum honorem. Verùm in præſentiarum reſidet du-
bitari, an poſsit ex prædictis præfatus Coſma torturæ
ſubiici, vt veritatem explicitè deponat reiecta quali-
tate defenſionis: & an interfecerit eundem Ferdinan-
dum: & an acceſsiſſet deliberato animo, vt occideret,
4 an verò ad eius defenſionem neceſſariam? † Et prima
facie dicendum videretur, quòd torqueri poſsit: cùm
ita in particulari tenuerit Baldus, in dicta l.vnica. C.
de confeſs. quem ſequitur Lanfran.de Oria.in repeti.
cap.quoniam contra.in ver.confeſsiones.prima char.
verſic. iuxta præmiſſa quæro.extrà de probationibus:
& idem etiam reperio tenuiſſe dominum Antonium
de Alexand.ætate noſtra Doctorem excellētiſsimum,
in additio. ad Bar.in l.prima.§.ſi quis vltro.ff.de quæ-
ſtionib. quæ additio incipit, Pone, reus. vbi ſubdit eſſe
nota. quod aliàs ipſe dubitauit. Et pro iſtius opinionis
5 corroboratione adducitur, † quòd delicta in dubio
præſumuntur principaliter perpetrata animo nocen-
di, & offendendi: vt not.gloſſ. in l.ſi non conuitij.C.de
iniuriis. quam pro not. allegat Cæpol. in conſil.xxix.
incipien. Viſo proceſſu curiæ ſuper homicidio. prima
colum. Flori.in l. prima.§. cùm arieres. ff.ſi quadru-
pes pauper. feciſ.dica. & omne maleficium præſumi-
tur in dubio iniuſtè factum, ex quo eſt de genere pro-
hibitorium: vt in l.prima.§.de ſicariis. & in cap.j. de
præſumptionib. & ponit Bald.in cap. ſicut nobis.in fi.
de re iudica. Alexand. in conſilio cxj. incipien. pon-
deratis verbis. prima colum. in primo volu. Vlterius
tamen & rectius conſideranti cōtraria opinio verior
6 adparebit. & primò, nam certum eſt, quòd † ad tortu-
ram deueniri non poteſt, niſi deficientibus probatio-
nibus, & ſic in ſubſidium probationum: vt not. Paul.
de Caſtr.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſcopis & cle
ricis. Bald. & Alber. de Roſa. in l.obſeruare. quorum
appella.non recipiun. Baldus, in l.milites. C. de quæ-
ſtionib. & plenè Cæpol.in conſilio xxij. incipien.qui-
dam ruſtici Vicentini. ix. colum. vbi ſubdit, quòd eo
caſu, ſi iudex torqueret illum, contra quem ſubſiſte-
rent probationes, & ille perſeueraret in negando,
7 quòd huiuſmodi probationes † contra ipſum purga-
rentur per ipſa tormenta. & licet Baldus in dicta l.ob-
ſeruare. & in l. prima. C. de iuramen. calumn. dicat,
quòd imò iudex poteſt ſubiicere reum tormentis, li-
cet crimen ſit clarè probatum, & hoc vt ore proprio
fateatur, & appellare non poſsit, tanquam confeſſus
& conuictus, per textum, in dicta l.obſeruare. nam
reſpondet Cæpol. quòd hodie talis cauſa non debet
mouere iudicem, cùm per totam Italiam communi-
ter ſit prouiſum per ſtatuta terrarum, vt à ſententiis
capitalibus non liceat appellare: quòd maximè dico
8 vrgere in hoc regno in † homicidiis, in quo per ritum
magnæ curiæ vicariæ cautū eſt, vt à ſentētia lata con-
tra homicidam non admittatur appellatio: & eſt ſub
9 rubrica in quibus cauſis appellare non liceat. † Item
& ſecundò, præſuppoſito quòd per torturam proba-
tiones per teſtes de viſu poſsint purgari & eneruari,
prout plenè Alberic. & ſucceſsiuè Moder. in l. edi-
ctum. ff.de quæſtionibus. dicitur, quòd eo caſu reſul
taret abſurdum, videlicet quòd eſſet in facultate iu-
dicis abſoluere delinquentem & ipſum liberare per
indirectum, dum ipſum hortaretur ad tollerandum
torturam patienter ſibi inferendam: quia fortè non
grauiter ſibi inferret: quia eo caſu licet conuictus fue-
10 rit per teſtes, liberabitur. † Item & tertiò, cùm ap-
pellatio ſit iuris remedium aduerſus grauamen, vt
in cap.ſuggeſtum. & in cap. cùm ſpeciali.§.porro. de
appellationibus. eo caſu ipſum non admittendo, ſe-
queretur quòd iudex poſſet ſic indirectè & violenter
hominem necare, auferendo eidem beneficia appel-
lationis à iure conceſſa, quod permitti non debet:
iuxta ea quæ habentur per Bartol. in l.ſecunda. ff. de
re iudicata per Abbat. & per Philipp. Fran.in cap. cùm
11 ſit Romana. de appellationib. † Quartò & vltimò,
quia de eodemmet crimine non poteſt quis duplici
pœna puniri, cùm pœnæ qualitas debeat culpæ com-
menſurari: per textum, in l.ſancimus. C. de pœnis. &
in cap. quæſiuit. in fine, de iis quæ fiunt à maiori parte
cap. ita dixit Baldus in authenti. vt omnes peregrini.
in vltimo notabili. C. communia de ſucceſsio. & ſic
cùm pœna homicidij ſit capitalis: vt in l.nemo. C.
de epiſcopis audiendis. cum vulga. eo caſu homicida
confeſſus duplicata pœna affligeretur, videlicet pœ-
na capitis & pœna torturæ; quod non eſt dicendum.
Ita etiam in ſpecie dixit Tancred. de Corne. in ſua
compendioſa, in rubrica de quæſtionibus, circa ma-
teriam probationum. in vltima quæſtio. & ita etiam
12 in propriis terminis † recedendo ab iſta doctrina Bal.
in dicta l.vnica. reperio fuiſſe doctrinæ prædictæ re-
ſponſum per Magnificum dominum Tho. de Ferra-
riis de Brixia, in ſuis cautelis in cautela quinta, in or-
dine. Sed quia ad tollendum omne dubium, fuit in-
ſtanter petitum per ipſum Coſmam ſe audiri in eius
iuribus, ex quo offerebat docere ad eius defenſionem
neceſſariam occidiſſe præfatum Ferdinandum: quo
caſu non habet locum doctrina Baldi in dicta l.vni-
ca. cùm ibi loquatur, vbi ſimpliciter quis confeſſus
13 fuiſſet homicidium feciſſe ad ſui † defenſionem, &
non offerendo aliter demonſtrare, quòd ad defenſio-
nem fecerat: ſed vbi quis obtulit verificare homici-
dium ad defenſionem perpetraſſe, tunc audiri debet.
Ita ad literam voluit idem Baldus, in cap. dudum. pe-
nultima columna. extrà de electio. vbi magiſtraliter
loquitur. & ſic licet aliqui de conſilio Collaterali
fuiſſent alterius voti: attamen quia Baldus in dicta l.
vnica. de confeſsis, dum tenet poſſe procedi ad tor-
turam, præſupponit id locum habere, datis defen-
ſionibus, & ſic dato termino ad probandum, & non
euacuata confeſsione: vt ipſe Baldus clariſsimè lo-
quitur. Ideò ſectati tutiorem viam per hanc doctri-
nam



nam Bald.in prædicto cap.dudum. me exiſtente rela-
tore cauſæ, & ita votante, videlicet eundem Coſmam
admittendum ad ſuas defenſiones, fuit dictum meum
votum ſequutum per cęteros iudices ipſius magnæ cu
riæ: & ſic fuit admiſſus præfatus Coſma ad faciendum
ſuas defenſiones. Quibus demum peractis, & publica
to proceſſu, cōpertum fuit teſtes ad defenſam ipſius
Coſmæ productos, difformes in eorum depoſitioni-
bus, imò diuerſos & contrarios inter ſeipſos. nā aliqui
ex ipſis interrogati ſuper exceptione per ipſum poſi
tā, in qua aſſerebat Ferdinandum occiſum per prius
euaginaſſe enſem contra ipſum Coſmam: reſponde-
runt, quòd præfatus Ferdinandus ſequebatur præfa-
tum Coſmam proiiciēdo plures ictus aduerſus ipſum
cum enſe, ita quòd præfatus Coſma retrò cedebat: &
Ferdinandus proſequebatur ipſum, prout proſequu-
tus fuit vſque ad locum in quo Ferdinandus ipſe fuit
occiſus à prædicto Coſma. Alij verò teſtes eiuſdem
Coſmæ contrarium dixerunt, deponendo quòd præ-
dictus Coſma mortaliter proſequebatur, ſeu inſeque
batur ipſum Ferdinandum, admenando plures ictus
aduerſus ipſum, vſque quo peruenit ad locum, in quo
prædictum Ferdinandum occidit. Item aliqui ex di-
ctis teſtibus depoſuerunt, videlicet vnus ex eis, quòd
Ferdinandus euaginauit enſem à principio, vſque ad
medietatem enſis, & impoſuit ſibi partem chlamydis
in brachio, ipſam aduoluendo in brachio. Alius verò
teſtis depoſuit, ꝙ prædictus Ferdi. ilico euaginauit to
tum enſem aduoluendo ſibi integrā clamydē in bra-
chio. Itē aliqui depoſuerunt initiū rixæ fuiſſe ante apo
thecā vicariæ, aliqui verò ante apothecē aromatariæ.
Ex quibus cōtrarietatibus inter eoſdē teſtes, & ab ip-
ſomet Coſma productos, cauſatur nō modica ſuſpi-
cio cōtra ipſos. & potiſsimè cōtra ipſum Coſma eoſdē
producente. vnde † ſuccedit optima iuris diſpoſitio,
14 quòd vbi teſtes ſunt ſuſpecti, ꝙ falſum depoſuerint
debent pro cautela ſuper circunſtātiis interrogari, vt
perpendatur an verum vel falſum depoſuerint: & ſic
vt eis credatur, vel non. gl. eſt no. in l.iij.§. teſtibus.ff.
de teſti. Azo in ſumma de teſtibus. penultima colum.
gloſſ.in cap. cauſam, quæ. verſic. tempore. de teſti. Spe
cul.in titu.de teſti.§.quid iam de interrogatoriis. Fe-
lyn.in capitulo cum cauſam. extrà de teſtib. conſuluit
Alexander in conſilio xc. iiij. volumine. vbi in ſpecie
15 conſuluit, quòd dum iudex ſuſpicatur de falſitate † te-
ſtium debet teſtes ipſos interrogare, ſi ſtarent vel ſe-
derent tempore eorum depoſitionis, & de qualitate
teſtium illorum de quibus deponunt, & colore, & de
forma loquendi: & an ſimul vel ſeparatim peruene-
rint ad locum, & ſic de ſimilibus: & ſic data diuerſita-
te, eorum dictis non erit ſtandum: & bene faciunt no-
ta per Bald. & Salycet. in l.teſtium. C. de teſtibus. per
Bald. in d.c. cùm cauſam. colum. quinta. & ibi ſubdit,
quòd huiuſmodi interrogationes non fiunt fruſtrà:
quia imò iudex quando ſuſpicatur contra teſtem de
falſitate, debet laborare circa huiuſmodi interroga-
tiones contra teſtes. & dicit honorari per Azo. in lo-
co prædicto. & idem tenuit Bal.in ſua margari. in ver-
ſicu. iudex. verſicu. cvij. & propriè. in verſi. iudex labo
16 rare debet. vbi formaliter inquit, quòd † iudex debet
laborare, vt intercipiat teſtem, ſi ei ſuſpectus videbi-
tur. & dicit ita velle Innocen. in cap. cauſam. in fine.
de teſtibus. imò eoſdem teſtes interrogando de cir-
cunſtantiis, licet inuoluere etiam in iis, in quibus ſub-
ſtantia rei non conſiſtit. Ita concludit Decius in reg.
ea quæ natura. de regulis iuris, numero 4. & 5. nume-
ro 32. vnde multò magis erit interrogandus circun-
ſtantiis pertinentibus ad actum, de quo quæritur. Ita
etiam conſulendo tenet Alexand. in prædicto conſi-
lio nonageſimo. & idem Alexand. in conſilio cliij. v.
colum. in v. volum. & in conſilio cliiij. ij. colum. eod.
v. volum. & dixit Bald. in l. fina. in fine commenti. C.
de teſtibus. quòd quādo iudex habet teſtes ſuſpectos
debet eos capere, & inuoluere verbis: nec dare eis di
lationem ad eorum malitiam inſtruendam: & allegat
Azo. in ſumma eiuſdem titul. & idem tenet Baldus, in
l.j.§.editiones.ff.de edendo. refert & ſequitur Iacob.
de ſancto Georgio in l.qui falſa. in fine.ff.de teſtibus.
Ex quibus omnibus per me allegatis, ac apertis libris
exhibitis, viſum fuit communi voto Magnificorum
iudicum ſociorum meorum eſſe producendum ad tor
turam contra præfatum Coſmam inquiſitum, vt ex-
plicitè veritatem deponere debuiſſet ſuper homici-
dio per ipſum commiſſo, ſtante dicta diuerſitate, imò
contrarietate maxima inter teſteſmet per ipſum pro-
ductos. Sed quia quamplures teſtes depoſuerāt, quòd
primo loco Coſma in ipſe inſultatus fuerat à prędicto
Ferdinando, & proſequutus eundem Coſmam vſque
ad locum, in quo occiſus fuit Ferdinādus præfatus ab
eodem Coſma: & iuris diſpoſitione ſancitum eſt ſtan-
17 dum eſſe † maiori numero teſtium à me producto-
rum licet minor pars contrarium probet, ſeu dicat vt
dixit pulchrè Bartol. in l.prima.ff.de ventr.inſpicien.
& conſuluit Alexan.in conſilio lxiiij. in ſecundo volu
mine. Cyn. in l.prima. C.de iureiurando. & Barto. vbi
ſuprà, dicit quòd eſt quæſtio pulchra & quotidiana
multum, attamen concurrente maxima perſeuerātia
ipſius Coſmæ in tortura, ſemper aſſerendo quòd ad
defenſionem occiderat, & quòd ipſe Ferdinādus eun
dem Coſmam proſequebatur cū enſe, & ipſe Coſma
ſemper retrocedebat, & reculabat ſe defendēdo, fuit
tandem arbitratum per illuſtriſsimum ac reuerendiſ-
ſimum dominum Cardinalem Columnam, Locum te
nentem generalem Cæſareæ maieſtatis, præfatum
Coſmam eſſe condemnandum ad remigandum in tri
remibus Regiis eius vita durante, prout ita per ſuæ
reuerendiſsimæ dominationis ſchedulam condemna
tus fuit, & certè prudētiſsimè, & cum maxima circun
ſpectione, adeò ꝙ meo iudicio quilibet merus Iuriſcō
ſultus aliter melius arbitrari non potuiſſet, maximè
cōcurrēte partis offenſę remiſsione in actis ꝑducta.

Thomas Grammaticus Neapolitanus, Vtriuſque
Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Crimen veneni deteſtabile & execrandum, & longè gra uius homicidio: & vendens & emens venenum, puniuntur, licet mors non ſequatur.*

2 *In criminibus occultis, quæ vt plurimum per vnum ſolum committūtur, lex cōtentatur facilioribus indicijs.*

3 *Præſumptiones & coniecturæ ſufficiunt loco plenæ proba tionis in criminibus occultis, ad torturam, veluti in crimine veneni.*

4 *In his, in quibus liquidæ probationes haberi non poſſunt, ſufficit, quòd iudex ex vehementi opinione ſe informet. Et coniecturæ habentur eo caſu loco probationis. & numero 5.*

6 *Socius criminis probat contra ſocium in criminibus*

*occultis.*

7 *Fides torti augetur per torturam.*

8 R*atione enormitatis criminis licet iura tranſgredi.* Et *quòd ratione enormitatis criminis interdicitur audiētia inquiſito & cōparētibus pro eo, etiā aduocato.*

N*obiles licet regulariter furcis non ſuſpendantur, tamen ratione enormitatis criminis ſuſpenduntur, & in altioribus furcis.*

9 E*x cauſa enormitatis criminis ex proceſſu informatiuo proceditur ad torturam.*

10 C*rimina atrocia non comprehenduntur in diſpoſitione generali.* Et *indultus ſeu abolitio criminum non extenditur ad criminoſos grauiorum criminum, nec ad crimen falſi. & num.* 11.

12 V*na præſumptio tollitur per aliam, & vnum indicium tollitur per aliud, & vna coniectura per aliam. & numero* 13. *&* 14.

15 C*onfeſſio damnati ad mortem, dum tranſmittitur ad ſupplicium in fauorem alterius nominati, & inculpati per ipſum, ſi tunc ipſum exculpat, tenet exculpatio in illius fauorem & nu.* 16. *&* 17.

18 *Seruus deponens contra dominum in criminalibus, an & quando probet.*

20 I*ndicia ad torturam contra aliquē eliduntur per vnumquodque. quod vrgeret in contrarium.*

21 T*eſtis vnus bonus facit indicium ad torturam, niſi alia coniectura reſiſteret in contrarium.*

22 T*orquendus ſi ex proceſſu haberet aliqua indicia pro ſe, indicia quæ extarent contra ipſum debent eſſe magis vrgentia.*

P*rima limitatio ad præeminentiam magnæ curiæ vcariæ, vide in præcedentibus nu.* 20. 21. *&* 22.

23 I*nquiſitus, contra quem extant indicia ad torturam, ſi allegaret talia, quæ ſi probaret, non torqueretur, debet ſuperſederi in tortura.*

24 S*ecunda limitatio ad præeminentiam magnæ curiæ.*

P*ræeminentia magnæ curiæ habet locum contra valde diffamatos, & in notorijs criminibus concurrente leuitate vitæ torquendi.*

25 Q*uando homo interfecit hominem, omnes virtutes cælorum clamant ad diuinam maieſtatem.*

26 C*ontra homines malæ conditionis & famæ poteſt procedi ad torturam, non data copia indiciorum, etiam de iure communi.*

27 T*ertia limitatio ex præmiſſis, quòd præeminentia præfata non habeat locum contra hominem bonæ famæ.*

28 P*ræſumptio delicti, tollitur ex præſumptione bonæ famæ.*

29 Q*uarta limitatio præeminentiæ. ibid.*

A*llegans teſtes contra ipſum productos, eſſe ſibi inimicos capitales offerendo verificare in promptu, eſt audiendus, & ſuperſedendum in tortura.*

30 T*eſtes inimici non admittuntur etiam in crimine læſæ maieſtatis nec hæreſis.*

31 Q*uinta limitatio ad præeminentiam prædictam, ibid.*

32 A*d hoc, vt procedi poſſit contra inquiſitum, requiritur quòd ante omnia præcedat infamia contra ipſum, alias teſtes deponentes ſuper dicta inquiſitione, non probant. ſed corruit inquiſitio.*

33 I*udex poteſt ſe informare de infamia. ſeu bona fama à teſtibus etiam inhabilibus ſine ordine & forma iudicij receptis, & ſine ordine iudiciario.*

34 L*ongè deterius eſt hominem veneno necare, quàm gladio occidere.*

S*exta limitatio eſt in d. nu.*

35 S*eptima limitatio eſt, quòd non habet locum præeminentia niſi præcedat infamia.*

36 Q*uæ requirantur ad hoc, vt quis dici poſſit infamis per delictum.*

37 T*alis quis non dicitur, niſi ſit pronuntiatus pro tali.*

39 I*nduſtria perſonæ officialis dicitur electa, vbi dicitur in commiſſione, tu per te cognoſcas.*

40 I*nformes per teipſum, ſi dicitur in literis apoſtolicis, non poterit alteri ſubdelegari.*

42 I*udex in criminalibus debet ipſe examinare teſtes, nec notarius actorum hoc facere poteſt, niſi ſibi committatur.*

P*ræeminentia præfata non habet locum, quando teſtes non fuerint examinati per magnam curiam, & ſic erit octaua limitatio.*

43 N*ona limitatio eſt vt non habeat locum præeminentia præfata vt ſi ſemel eſt data tortura poſſit reiterari.*

44 P*riuilegium contra ius debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quàm poſſit.*

## VOTVM III.

Æterni numinis præſidio pia mente, ac recto corde inuocato, Amen. In cauſa inquiſitionis formatæ aduerſus honorabilē Galienum de Ciuitate Cauæ, mercatorem ex vna, & Regium fiſcum inquirentem ex altera, ſuper venenatione & morte inde ſequuta in perſonam quondam Iulij Longi in Ciuitate Licij, præſentato proceſſu Regij Capitanei Licienſis introducto per appellationis remedium in prouinciali audientia Idrontina, inſtante orbato parente præfati quondam Iulij, appellante, ac interpoſito decreto per eandē audientiam. minimè indicia contra ipſum fuiſſe purgata per torturam illatam quondam Antonio inquiſito, tanquam mediatore veneni traditi, & nihil confitente. Quamobrem reiterata tortura in eundem Antoniū licet à principio negaſſet, tandem prædictum Iulium, venenaſſe aſſeuerauit mādato eiuſdem Galieni, à quo venenum ipſum, ſeu arſenicum recepiſſe affirmauit, & impoſuiſſe in cyatho ſerupi traditi eidem Iulio tunc infirmo: quod quidem per prius in curia eiuſdem Capitanei negauerat impoſuiſſe, prætextu quòd tenebat mannam in manu tradendam eadem nocte honorabili Petrello ſimiliter infirmo: & quòd venenum præfatum præfatus Galienus ſibi conſignauerat in quodam cartocio, eodem prius triturato per eundem Galienum: & hoc præſente quodam ſeruulo ſeu mancipio eiuſdem Galieni, qui ſeruus examinatus depoſuit ambos ipſos trituraſſe quandam rem albam, qua aſsignata per præfatum Galienum eidem Antonio paulatim inſimul receſſerunt vſque ad ianuam domus ad inuicem interloquentes. Galienus ipſe in ſua depoſitione aſſeuerat dediſſe rem albam in cartocio eidem Antonio, quæ erat manna ſumenda per Petrellum infirmum in medela ſibi danda eadem nocte, ac deferēda per præfatum Antonium: bene verum, quòd trituraſſe negauit, cùm manna non trituretur, id probare ſe offerens vnà cùm ætate ſeruuli præfati nunc non excedentis ætatem vndecim annorum. Et tandem vltimo loco introducta cauſa per remedium appellationis ſimiliter in magna curia vicariæ per præfatum Galienum, & querulante, ac fiſci patrono inſiſtentibus debere ad torturam procedi contra præfatum Galienum concurrente inſuper prætenſa inimicitia



micitia inter ipſum quærulantem, & præfatum Galie-
num annis elapſis fere decem ex cauſa quarundam in-
iuriarum prolatarum adinuicem. Hæſitatum fuit, an
torqueri poſsit. Et habita ordinatione ſuper puncto
præfato eſſe votandum coram reuerendiſsimo, & Il-
luſtriſsimo domino Cardinali Columna Locum te-
nente generali Cæſareæ maieſtatis, dixi Prima conſi-
deratione dicendum videri, quòd ſic præſuppoſita cri-
1 minis enormitate veneni, † quod deteſtabile & exe-
crandum eſt, per text. in l. j. C. de malefi. & mathe. & in
l. prima. §. primo. ff. ad legem Corneliam de ſicar. in-
tantum, quòd eſt lōgè grauius homicidio: per text. in
dicta l. prima. de malefi. adeò quòd in regno vendens
& emens venenum, puniuntur: licet mors non ſequa-
tur: per text. in conſtitutio. regni. Quicunque toxi-
cum. maximè cùm habeat ſecum admiſtum crimen
proditionis, vt inquit Bald. in l. cùm fratrem. C. de his
quibus vt indig. & in l. nemo. C. de ſumma trin. & fide
2 cathol. & maximè, cum ſimus in † delictis occultis, &
quæ vtplurimum per vnum ſolum committuntur: &
ideò lex eſt contenta facilioribus indiciis ad torturam
quàm in aliis. Ita Bald. in l. nemo. C. de epiſco. audi. &
in dicta. l. cùm fratrem. & conſuluit Alexand. conſilio
lxxxvij. primo volumine. & conſilio lxij. in tertio volu
mine. & Moder. Senen. in tractatu ſyndica. in verſic.
tortura. Item in occultis criminibus ex eorum natura
veluti in venenatione, nedum ex iuris diſpoſitione ad
torturam, verùm etiam ad cōdemnationem præſum-
3 ptiones, & coniecturæ ſufficerent in locum † plenæ
probationis. c. Michael. extrà de fil. presbyter. cap. ve
niens. el ſecundo. de teſtib. Anton. de Butr. & cæteri in
cap. tertio loco. extrà de probatio. & plenè Iaſ. in l. ſi
quis ex argentariis. §. prætor ait. de eden. & conſuluit
Alexand. conſilio xxiiij. in ſecundo volumine. & ante
eum Pau. de Caſtr. in conſilio cclxxviij. Viſo proceſ-
ſu. & ideò dixit Bald. in l. in illa ſtipulatione, ſi Calen-
dis. in fine. ff. de verbor. obligat. quòd in omnibus in
4 quibus † claræ, & liquidæ probationes haberi non
poſſunt, ſufficit quòd iudex ex vehementi opinione ſe
informet. & alibi dixit ſatis ad propoſitum Angel. in
dicta l. ſi quis ex argētariis. quòd vbi difficile eſt pro-
5 bare veritatem † facti, coniecturæ habentur loco ple-
næ probationis. Primò adparet in caſu de quo quæri-
6 tur, nos eſſe in delictis occultis, in quibus † ſocius cri-
minis probat contra ſocium, per text. in cap. fina. ex-
trà de teſti. cogen. Ita dixit Bald. & Saly. in l. quoniam
liberi. C. de teſti. Anto. de Butr. in cap. quoniam. extrà
eodem tit. Franciſ. de Are. in conſilio lxj. & maximè
ſtante eius depoſitione, id eſt, ipſius Antonij, facta in
7 tortura, & ſic magis augetur fides torti, † vt no. in l. ex
libero. ff. de quæſtio. ita dixit Bartol. & Baldus in l. pri
8 ma. C. de ſum. trinit. & fide catho. † Vltimò non ob-
mittendum cenſeo, quòd concurrente criminis enor-
mitate, iura tranſgredi liceat, per tex. in l. per omnes.
C. de defen. ciuit. vbi ratione enormitatis delicti in-
quiſito, & pro eo comparentibus, interdicitur audien
tia. per quem text. dixit pulchrè Angel. in tracta. male-
fic. in verſic. & veſtem cæleſtem abſtulit, in verſicu.
non obſtāte, quòd pro inſignibus malefactoribus iu-
dex interdicit officium aduocato. Hinc voluit Bald.
in cap. obiectus. quali. olim feud. alie. pote. quòd pro-
pter caſus terribiles licet iura tranſgredi. Hinc dixit
Bald. in cap. cùm quidam. in fine. de iureiurand. quod
licet nobiles furcis non ſuſpendantur, tamen concur-
rente enormitate criminis ſuſpenduntur, & altiori-
bus furcis. Vnde ſtante criminis immanitate, videre-
tur dicendum poſſe procedi ad torturam ex proceſſu
informatiuo contra præfatum Galienum, per textum
9 in cap. pro humani, de homi. in vj. † ibi in verſic. pro-
babilibus argumentis, per quem ita tenet Hoſtien.
Ioan. Andræ. & Geminia. ac Philipp. Franc. ibidem. &
ſequitur Hippol. Marſil. in l. prima. in princip. ix. co-
lum. ff. de quæſtionibus. Alexand. in conſilio lxv. pri-
mo volumine. & in conſilio xlj. ſecundo volumine,
maximè vigente in loco copia falſorum teſtium, vt
ibidem meminit Alexand. & optimè etiam conſuluit
Andræas Barba. in ſuo conſilio penultimo primo vo-
10 lumine. † Maximè cùm in qualibet diſpoſitione nun-
quam de iure intelligantur crimina, & delicta atro-
ciora incluſa, nec contineri prout in ſimili ponit glo.
in l. ſecunda. ff. arbor. fur. cæſa. quòd propter immani-
tatem criminis reus mortuus, poteſt dari beſtiis la-
niandus in cibum, licet in aliis debuiſſet humari. &
alibi dixit gloſ. in §. per contrarium. inſtitut. de hære-
di. quæ ab inteſt. defer. quod propter enormitatem cri
minis fama defuncti damnatur. Hinc Ludouic. in l. ſi
quis in graui. §. hi quoque. ff. ad ſillan. dixit, quod ſi per
ſtatutum conceditur abolitio, ſeu indultus delinquen-
tibus, non attenditur ad criminoſos grauiorum crimi
num. & dixit Barto. in l. Lucius. in fine. ad Turpillia.
11 † quòd eo caſu non comprehenderetur crimen falſi
in remiſsione ſeu indultu. Quibus non militantibus
ſum voti contrarij, & contrariam ſententiam arbi-
tror de iure veriorem. Et imprimis conſidero, quòd
contra eundem Antonium, dum fuiſſet formata in-
quiſitio venenationis præfatæ, fuit compertum, quod
in magazeno, in quo ipſe degebat, adſtabat quoddam
mortarium marmoreum, abſconſum ſubtus gradus,
in quo paulò ante fuerat audita trituratio, ſeu ſonitus
per vicina ſeu à vicinis; & ipſo mortario viſo ac inſpe
cto per plures expertos, repertum fuit toxicum, ſeu ar
ſenicum fuiſſe in eo trituratum, concurrente maximè
querela vxoris defuncti venenati; in qua aſſerit ipſum
Antonium trituraſſe venenum in mortario prædicto
exiſtente in magazeno, ob quod Aſſeſſor curiæ capi-
tanei Licienſis cum magiſtro actorum acceſsit ſuper
loco, & comperto mortario prædicto illud exhibuit
expertis iam examinatis, & atteſtati ſunt, vt ſuprà.
Concomitatur etiam prædictis venenum compertum
fuiſſe emptum per eundem Antonium à Leone ſagi-
ſta aromatario, vt verificatum eſt, ad inſtantiam eiuſ-
dem met curiæ coadiutoris, qui etiam produxit in te-
ſtem Robertum famulum præfati quondam Iulij, de-
ponentem de malo animo prædicti Antonij aduerſus
Iulium, & inſuper, quòd per Diomedem patrē ipſius
Iulij fuerat ſcriptum eidem Iulio, vt ſub pœna male-
dictionis paternæ eundem Antonium dimitteret ab
12 eius ſeruitiis. vnde ſuccedit iuris diſpoſitio, † ꝙ vna
præſumptio tollitur per aliam. dixit Barto. in l. diuus.
C. de in integ. reſtit. Cyn. in l. ſi cum dotem. §. trans-
grediamur. ff. ſoluto matrimonio. Bald. in l. fin. de hæ-
redi. inſtitu. & in l. quamuis. C. de impuber. & aliis ſub
ſtitut. & conſuluit Alexand. conſilio lxxvij. vbi dicit
13 † quòd vnum indicium tollitur per aliud, & probat
bene textus in capit. auditis. extrà de crimi. falſi. & c.
tuam. & ibi gloſſ. extrà de ſponſalib. Ioann. de Ana. in
conſilio xix. incipiente, Viſis inſtrumentis. in tertia
columna. Alexander in conſilio ciij. incipiente, vide-

tur.ſeptima columna,primo volumine. & habetur in
l.mater.& ibi Angelus & Salic. C. de calumn. & idem
14 dicimus in coniecturis, † quòd vna coniectura tolli-
tur per aliam. Bald.in conſilio cccij. incipiente, pro-
ponitur.in ſecundo volumine.Fulgo.in conſil.clxxiij.
incipiente,in cauſa, &c. Angelus in l. iniuriam.in §.
ſi quis de honoribus. ff. de iniuriis. Accedit inſuper,
quòd dum præfatus Antonius delictum iam confeſſus
fuiſſet,tranſmiſſus ad ſupplicium, & propriè eo tem-
pore,quo eius peccata confeſſus fuerat ſacerdoti, &
exibat à carcere, vt duceretur per miniſtrum, ſeu
executorem iuſtitiæ ad patibulum furcarũ, qui etiam
& poſt in itinere,& vſque ad locum patibuli, & mor-
tis inſtantis ſemper aſſeruit,& aſſerebat ſe falſo incul-
paſſe prædictum Galienum ad alterius ſuggeſtionem,
& quòd Galienus fuerat innocentiſsimus.quo caſu li-
cet ſtetur contra ſeipſum, confeſsio tamen prædicta
15 ſua ad exculpationem ipſius Galieni probabit, † &
proficiet eidem Galieno. Ita in propriis terminis vo-
luit Andræas de Iſernia in conſtitut. regni, ſi damna
clandeſtina. Et idem etiam voluit Hippo. Marſi. nul-
lam de Andr.faciens mentionem, in ſua pract.crimi-
nali.in §.reſtat.in quarta columna. Pro quorum opi-
nionum corroboratione facit ratio à communiter
accidentibus,cùm quilibet videns ſe de proximo mo-
riturum,non prçſumatur mentiri,aut Deum offende-
re:& maximè tali tempore, quo anima diſceſſura eſt à
corpore: & experientia quotidie comperimus ſica-
rios,ac facinoroſos tunc temporis ad maximam con-
tritionem & pœnitentiam redactos. ob quod pulchrè
refert diuus Hieronymus,quòd facilè omnia contem-
nit,qui cogitat ſe moriturum,& multò fortius, qui re
peritur in inſtanti periculo mortis, & minimè euade-
re poſſe præuidet:& ſic aſſerens quem conſtitutum in
16 mortis articulo, †mentiri, diceret contra veriſimile,
contra quod veniens, audiri non debet. Ita dicit Pe-
trus de Ancharano in conſilio clvij. incipiente, viſa
facti narratione. in ſeptima columna. Nec militaret
dicere,prout dicit Baldus in titulo, de pace Conſtan.
in verſicu. vaſalli. quòd non omnis qui moritur, ſit
ſanctus Ioannes Baptiſta ſeu Euangeliſta, nam ex hoc
non tollitur,quin maior pars migrantium ab hoc ſe-
culo,non nitatur mori abſque onere conſcientiæ:
vt à communiter accidentibus compertum eſt: quod
eſt validum argumentum: & non à rarò contingen-
tibus. l.certi condictio.§.ſi numos.ff.ſi certum peta-
tur.l. palam. ff.de ritu nuptia.& leges adaptantur ad
ea, quæ frequentius accidunt. vulgat. l. nam ad ea.de
17 legibus. † & maximè cùm conſtitutus in mortis arti-
culo, non præſumatur mentiri. ita Baldus in conſilio
xxv.incipiente, caſu,ſuper quo. ſecunda columna, in
primo volumine. cùm nemo præſumatur immemor
ſalutis æternæ.l.finali.C.ad leg.Iul.repetund.cap. ſan-
cimus. prima quæſtione ſeptima. & maximè dum la-
borat in extremis: quia eo caſu non præſumitur men-
tiri,dum cogitat eius animam breui ab eius corpore
ſeparari. & idem reperio conſuluiſſe eundem Marſi.
in ſuo conſilio cix.penultima columna. numero 30.
& 31. Nec militaret depoſitio olim ſeruuli ipſius Ga-
lieni,de qua ſuprà, dum depoſuit vidiſſe triturari quan
dum rem albam per ambos, & quod demum illa appo
ſita in cartocio per præfatum Galienum eandem aſ-
ſignauerat eidem Anton. accedendo cum eo vſque ad
ianuam domus,in qua adſtitit per certum temporis
ſpacium,cum eo ſecretè alloquendo. Antonius ve-
rò nihil de trituratione prædicta, nec per ſe, nec per
Galienum facta depoſuit,nec quòd ſteterit poſt habi-
tum cartocium cum ipſo aliter loquendo: ſed ſolum
depoſuit, quòd aſsignato ſibi cartocio dixerat ſibi,
va mo che eandato Roberto per lo ſeruppo, & ponẽ-
cello dẽtro,& ſic ipſe receſsit. quod quidẽ nõ adparet
eſſe abſque diuerſitate, imò cõtrarietate inter eos: &
tamen circumſcriptis prçdictis abſque veri præiudi-
cio; depoſitio illius ſeruuli contra dominum non te-
net, quando vere ſeruulus ille fuiſſet maior ætate, niſi
18 alia concurrerent indicia contra † dominum, vt di-
cit Bartol.in l.inter omnes, in §.rectè.ff.de furt. Bart.
in l.quæro in fine.ff.de ædil. edict. & in l.cùm proba-
tio, ff. de probatio. & conſuluit Alexander in conſi-
lio.xxiij.in ſecundo volumine.imò etiam ſeruus, qui
liber reputaretur,teſtis eſſe nõ poteſt, dicit Specul.in
titulo,de teſte.§.primo,verſiculo, quid ſi tantum. ma-
19 ximè, † cùm dicatur vilis perſona, & ſic non poteſt
in cauſa graui,imò grauiſsima, prout eſt iſta, teſtifica-
ri, niſi cum tortura. Ita voluit Baldus in l. milit.C. de
quæſtionibus. & melius in authenti. ſi dicatur. vltima
columna, verſiculo,tertio caſu.C.de teſtibus, & inde
ſatis ad propoſitum ex præfatis ſuccedit magna, imò
maxima eliſio indiciorum præfatorum. & iure cau-
tum eſt, quòd vbi extarent indicia ſufficientia ad tor-
20 turam †contra aliquem, vnumquodque quod vrgeat
in contrarium, illa elideret, intantum quòd torqueri
non poſſet vigore illorum indiciorum: voluit Ioan.
Andr. in regula,cùm in contemplatione. de regul. iu-
ris. Bald.in l. finali. C.de probatio. & in l.prima.ad fi-
nem. C. communia de leg.ita in ſpecie conſuluit Ale-
xand.de Imo.in conſilio clxxix.tertia columna, ſecun
do volumine.& ideò dixit in ſpecie Bald.in l.ſecunda,
prima columna. quorum appella. quòd licet vnus bo-
12 nus teſtis facit indicium ſufficiens † ad torturam, id
intelligendum eſt, niſi aliqua alia coniectura reſiſte-
ret in contrarium. Ita etiam conſuluit Alexander in
conſilio cxxiiij. incipiente, quoniam abundè dedu-
ctum & allegatum eſt.in ſecunda colum.in ſexto volu-
mine. & ideo non ab re dixit Barto. in l. prima. §. ad
quæſtionem. verſic.nec facilè.ff.de quæſtio. quod quã-
22 do torquendus † habet aliqua indicia pro ſe, indicia
quæ vrgent contra ipſum, debent eſſe magis grauia,
ita quòd præponderent, adeò vt ad torturam deueniri
poſsit.Idem referunt & ſequũtur Moder. Senenſes in
tracta.de indi.& tortu.v. chart. in verſicu. circa quin-
tam quæſtionem. verſicul. illud eſt bene not. & iſta
erit prima limitatio ad præeminentiam magnæ cu-
riæ vicariæ. & eius virtute procedi non poſsit ad tor-
turam, quando aliquid vrgeret contra indicia, vt ſu-
prà. ſeu quando aliqua coniectura reſiſteret in contra-
rium: ſeu quando in informatione capta contra inqui
ſitum eſſent aliqua indicia pro ipſo inquiſito, id eſt, in
eius fauorem, & illa quæ adparent contra ipſum, non
eſſent longè magis grauia: per ſuprà dicta. & licet poſ-
ſet per prædicta dici eſſe tres limitationes ad præemi-
nentiam præfatam: attamen quia reflectuntur in vnũ,
ego poſui pro vna tantùm. Item adducitur, quòd Ga
lienus ipſe allegauit ſeu obiecit ſeruum illum eſſe
impuberem, & minorem vndecim annorum, & tem
pore lati teſtimonij ſunt iam duo anni elapſi. erat
iam minoris ætatis vndecim annorum, offerendo il-
lud verificare, quod tantò magis eſt: offerendo inſu-
per



per ſe probatum rem illam albam, quam dederat
Antonio, fuiſſe mannam, eidem erogatam pro mede
la Petrelli præfati, vt ſuprà. Ex quibus videtur talia in
23 medium adducere, †quæ ſi probaret, ceſſare deberet
tortura. & ideò eo caſu audiẽdus eſt ſuperſeſſa tortu-
ra. Ita in propriis terminis tenet Gand.in tract.male-
fic.ſub rubrica,quis ſit effectus quæſtionis. in verſi. ſed
quid erit de quæſtio. de facto ſubdens, quòd ita ſuper
hoc ſibi cõſuluit do. Lambertinus Rampolus. & idem
voluit Paulus de Leaz. in commento c. grauis. de de-
poſi. circa vltimam colum. Et idem in propriis termi
nis reperio conſuluiſſe Alexan.in conſilio lxv. in pri-
mo volumine. Et idem in regno tenet in ſpecie domi-
nus Bartol.de Capua, in cap.regni, incipiente: ſi iuſtè
quis appellauerit. ſub tit. quòd recipiatur appellatio à
tormentis. in additione incipien. ſed pone. circa ſi. &
ratio vrgentiſsima ſuperſedẽdi in tortura, erit, vt ipſi
dicũt, quòd ſi poſt torturam differretur defenſio, nun
quam per appellationẽ poſſet poſteà recuperare de-
trimẽtum membrorum: & ſic poſt ſibi illatam tortu-
ram tardè probaret, cùm iſtud grauamen poſtea non
ſit reparabile. l.ij.ff.de appellat. recipien. & idem pro
bat præfatus dominus Bartholomeus de Capua vbi ſu
prà, dicens quòd ſerò appellaretur, ſi prius poneretur
ad torturam. Et iſta erit ſecunda notabilis, & menti
tenenda limitatio ad præeminentiam magnæ curiæ
vicariæ. Nec reſpectu enormitatis criminis vendica-
ret ſibi locum præeminentia prædicta in caſu præmiſ
ſo, cùm illa ortum ſumpſerit à capitulis regni: & præ-
ſertim à cap.in accuſatis. à cap.tormentis. à cap.iuris
cenſura. à cap. prouiſa iuris ſanctio. & à litera arbitra-
li, ſi cum ſceleratis &c. quæ melius & clarius cæteris
loquitur. Ex quorum capitulorum & literarum diſpo-
ſitione adparet conceſſa dicta præeminentia torquen
di eidem magnæ curiæ ex proceſſu informatiuo: vt di
cit Par.de Puteo in tracta. ſyndic. in verſi. tortura, in
cap.quia plerunque. in verſic. an ſi quis dixerit. ſecun-
da colum. vbi ſubdit, quòd rarò vtitur magna curia
præeminentia prædicta, niſi in latronibus inſignibus
24 † valde diffamatis, & in notoriis criminibus. concur
rente tamen leuitate vitæ torquendi. Et idem ſequitur
Afflict. noſter Neapolitanus in ſuis deciſio. quas dicit
eſſe ſupradicti conſilij in deciſio. cccxcj. vbi in ſpecie
teſtatur fuiſſe in ſupradicto conſilio dictum & conclu
ſum tam per iudices magnæ curiæ vicariæ, quàm per
ſupradictum conſilium, quòd contra latrones inſi-
gnes diſrobatores ſtratarum, incendiarios, violentes
raptores, & cõmittentes grauia crimina, contra quos
laborat infamia, contra iſtos procedi poteſt iuris or-
dine non ſeruato, & ſic ex proceſſu informatiuo ad
torturam, ſed ſi inquiritur contra vaſallum regis bo-
næ famæ, de aliquo delicto non notorio. tunc non eſt
iuſtum, quòd procedatur ad torturam ex proceſſu in-
formatiuo: quia eſſet tollere defenſionem. quod iura
abhorrent, & ita demum ſubdit vidiſſe ſeruatum, &
hoc reſpectu ſtyli in ipſa magna curia, qui ſtylus ſer-
uari debet. Ita in particulari conſuluit Alexand. de
Imol. in conſilio xlj. incipiente, habita ſuper con-
tentis. vltima columna, in ſecundo volumine. vbi
etiam dicit, quòd ſtylus & conſuetudo poſſunt de-
rogare ſolennitati citationis, vt dicunt Bartolus, &
Salycet. in authentic. ſi quis in aliquo. C. de edend. &
idem reperio conſuluiſſe Alexand. in ſuo conſilio lxx.
in primo volumine, quod maximè intelligendum eſt
cùm grano ſalis, vbi agitur de vita hominis: cùm ad
Deum ſpectet, quando velit hominem mori, quia vt
dicit Hermogenes Philoſophus, vt refert Ariſto. in li-
bro de regimine principis. in c.de regis iuſtitia. quòd
25 quando creatura interficit † creaturam, omnes vir-
tutes cælorum clamant ad diuinam maieſtatem, di-
centes, domine ſeruus tuus vult eſſe tibi ſimilis, &
Deus reſpondet, ipſe interficit & interficietur, mihi
vindictam, & ego retribuam, & ideò quando iudex ri
tè & rectè aliquem condemnat ad mortem, hoc fa-
cit tanquam miniſter Dei, ſecus quando non rite nec
rectè, & ideò ſatis aduertendum. Et vltra prædictam
præeminentiam & capitula regni, & ex quibus ſtylus
ſeu præeminentia præfata dicitur emanaſſe, extat
26 etiam iuris communis † diſpoſitio, vt contra homi-
nem malæ conditionis & famæ poſsit iudex procede
re ad torturam, non data copia indiciorum. Ita tenet
ſingulariter Guido de Suza, in tractatu maleficio. ſub
rubrica, qualiter fiat inquiſitio. in princip. Gandi. in
tracta. malefic. ſub rubrica, quomodo cognoſcatur
de malefic. per inquiſitionem. in verſiculo, ſed quæro
facta & completa. & ibi allegat hoc voluiſſe Specul.
de quo ibi per eum. & ita etiam præfatos Doctores
referendo, tenet Auguſti. Ari. in additio. ad Angel. in
tracta. maleficio. in verſicu. fama publica. in quinta
chart. in verſicu. item aduertas. in addit. incipiente, tu
autem in hac materia adde vnam ſingularem limita-
tionem. Verùm limitat procedere, quando iudex ex
officio procederet, ſecus ſi ad poſtulationem partis,
quia tunc eſſet danda copia, & idem refert & ſequitur
Hyppol. Marſil. in l. prima. octaua columna, verſicu.
& inquantum. ff. de quæſtio. & ideò ex ſuprà ſcriptis
elicio tertiam limitationem ad præeminentiam ma-
27 gnæ curiæ. vt non habeat † locum contra hominem
bonæ famæ, etiam quòd contra ipſum exiſteret indi-
cium ad torturam ſufficiens, vt pulchrè voluit Baldus
in l.finali, in fine, de probat. vbi in ſpecie dicit, quòd
licet contra inquiſitum ſit indicium ſufficiens ad tor-
turam, ſi tamen ſit bonæ famæ, non poterit torqueri.
Idem refert & ſequitur Alexand. in l.finali. in apoſtil.
ff.de quæſtion. & idem Alexand. in conſilio nonageſi
mo, incipiente, viſo themate ante ſcripto. penultima
columna, in tertio volumine. Catald. de Viſſo, in tra-
ctatu ſyndi. in verſiculo cccccxlij. incipien. adde, quia
ſæpe. Cornel. in conſilio lviij. incipient. viſa inquiſi-
tione. quarta columna, ſecundo volumine. Cæpol. in
conſilio xl. incipien. Lucius. nona columna. Alexan-
der in l. finali. ff. de quæſtionib. quarta & penult. apo-
ſtil. Philip. Decius conſilio clxxxix. incipient. lætatus
ſum. penultima columna. vbi allegat Baldum in l. pri-
ma. in fin. C. de loca. dicentem, quòd præſumptio de-
28 licti tollitur ex præſumptione † bonæ famæ, imò ex
bona fama indicium tale ſufficiens ad torturam extin
guitur. voluit Baldus & Ioan. de Imol. in l. finali. ff. de
heredib. inſtitu. Salycet. in l. finali. vltima columna.
de quæſtion. Auguſt. in additio. ad Angel. in verſic. fa
ma publica. in additio. magna. incipien. tu autem in
hæc materia. & idem pulchrè conſulendo ſequitur
Hypp. Mar. in ſuo conſilio lxxiij. quarta columna. pri
mo volumine. Præterea allegauit præfatus Galienus
nonnullos teſtes examinatos contra ipſum eſſe ſuos
inimicos capitales. & ideò limito & quartò non ha-
bere locum præeminentiam præfatam, vt quis tor-
queri poſsit ex proceſſu informatiuo, vbicunque tor

29 quendus dixerit teſtes examinatos † contra ipſum,
eſſe ſibi inimicos capitales, id probare ſe offerens in-
continenti: quia eo caſu debet audiri: nec poterit ad
torturam procedi: ſed interim differri. text. eſt in §. ſi
verò quis dicat, in authen. de teſti. ita in particulari
voluit Felin. in c. ex parte. vlt. colum. extrà de teſti. &
idem ante eum voluit Andræas de Iſer. de quo Felin.
non meminit in conſtitu. regni, humanitate. penulti.
30 colum. † quod comprobando, dico quòd licet in cri-
mine læſæ maieſtatis admittentur teſtes inhabiles &
infames, ſicut etiam in crimine hæreſis: vt inquit Bar
to. in l. in quæſtionibus. ff. ad leg. iul. maieſt. plenè Ale
xand. in conſil. xj. in j. volum. attamen non admitten-
tur teſtes inimici: vt dicit Bar. in d. l. in quæſtionibus.
& ante ipſum Specul. in titu. de accuſa. §. j. verſic. fin.
Alexand. conſilio cxxvj. in iiij. volumine. Par. de pute.
in tracta. ſyndic. in verſicu. ſuſpicio. vbi nullam de
præallegatis deciſionibus mentionem facit. Item hu-
iuſmodi præeminentia ſumpta ex præfatis capitulis
regni, non ita nudè & indiſtinctè locum habere in-
telligenda eſt, & indifferenter, ſed contra diffama-
tos & reprobos: vt patet ex verbis dictæ literæ arbi-
tralis: ſi cum ſceleratis &c. ibi dum dicitur, quos nota
biliter fama grauat. & infrà ibi, aut infamatos. Item
habebit locum contra infamatos grauiorum ſcele-
rum, & vulgari quodammodo populi opinione gra-
uatos. Item vendicat ſibi locum iuxta mentem & ver
ba ipſorum capitulorum, videlicet contra reiterato-
res criminum. Quod ſatis ponderandum eſt, vt adpa-
ret in cap. prouiſa iuris ſanctio. ibi: frequentiuſq́; pec
cantibus. & in cap. creſcit culpa: ibi, aggreſsiones in-
geminant. & in cap. ſi cùm ſceleratis, quòd litera arbi
tralis eſt ibi, quos crebra commiſsio criminum dat
inſignes. & ſic adparet, quòd non indiſtinctè contra
quemlibet delinquentem ſeu inquiſitum de crimine,
niſi concurrente mala conditione & fama, quæ non
concurrunt aduerſus præfatum Galienum mercato-
rem legalem, & optimæ famæ, & ſic cùm non adpa-
reat de diffamatione ſeu infamia contra ipſum, quæ
31 ante omnia † præcedere debet, corruit inquiſitio ipſa
& ſic quintò limito non habere locum præeminen-
tiam præfatam, vt habetur in cap. qualiter & quando.
el ſecundo. de accu. & in cap. j. & ij. eod. tit. in ſexto, &
in cap. licet heli. de ſimo. ita dicit Spec. in tit. de inqui-
ſit. §. primo. in principio. Sali. in l. quòd promulgatis.
C. de officio præfect. vrb. Rapha. Cuma. in conſilio
cxxxv. incipiente, ad primum. in principio. & in tan-
tum hoc eſt verum, quod inquiſitio non procedit con
tra non diffamatum quòd licet teſtes producti ſuper
huiuſmodi inquiſitione probent crimen, de quo ta-
32 men inquiſitus non erat diffamatus: † tamen tales te-
ſtes illi inquiſito non præiudicant. Ita Spec. in tit. de
inquiſitio. §. nunc videndum. iij. colum. in prin. refert
& ſequitur Bald. ibi in additio. in vlti. verſi. & idem te
net Specu. expreſsius in titu. de inquiſi. §. nunc tracte
mus. xj. col. ver. nam ſi aliqua. & eſt rectè intuenti tex.
expreſſus in c. inquiſitionis. §. tertiæ dubitationis. de
accuſa. & ideò dicit Bald. in cap. primo, de offic. ordi.
quòd ſi ſtatutum dictat, quòd poteſtas in criminali-
bus liberè poſsit inquirere, quòd tamen propter hoc
non poterit inquirere non præcedente infamia. &
idem tenet Ioan. Andræ. in capitulo, cùm oporteat. in
princip. de accuſationibus. refert & ſequitur Iaſ. in l.
milites. C. de teſtamen. milita. vbi ſubdit, quòd licet
Papa mandet inquiri contra aliquos in genere: tamen
hoc mandatum Papæ debet intelligi & limitari infa-
mia præcedente, & non aliter. & idem tenet Cardin.
in clement. prima. in ſexta columna. verſiculo, nonò
quæro. de offic. ordina. vbi in ſpecie dicit, quòd tenet
ſtatutum ſuperioris, mãdans quòd poſsit inquiri con
tra non diffamatum, & ſic erit quinta limitatio ad
præeminentiam præfatam. Non tamen omittendum
cenſeo tanquam pulchrum & ſubſtantiale dictum in
33 hac materia, quòd † ad probationem infamiæ ſeu dif-
famationis, aut bonæ famæ, poteſt iudex ſe informare
ſine ordine iudiciario, ac ſine ordine in foro iudi-
cij recepto, etiam per teſtes inhabiles. Ita pulchrè
Bal. in l. qui teſtamento. §. contrarium. ff. de teſtamen.
allegat Innocen. in capitulo, cùm in tua. extrà de ſpon
ſalib. & faciunt bene nota. per Panormit. in c. primo.
in fi. commenti. extrà de poſtulat. prælator. refert &
ſequitur Iacob. de ſanct. Geor. in l. teſtium. §. eiuſdem
quoque. iiij. colum. ff. de teſt. Nec ſuffragaretur fiſco
dicere, quòd hic Galienus aliàs fuit infamatus de ho-
micidio, ſunt iam multi anni elapſi, & ſic arguitur ma
læ famæ, quo caſu videtur habere locum præeminen-
tia præfata. Nam reſpondetur, quòd licet de hoc tali-
ter non conſtet, ex quo poſſet mala fama inferri, atta
men illa non eſſet in eodem genere mali, id eſt, in ve-
nenando, cùm longè deterius ſit hominem veneno
34 necare, quàm gladio † occidere, per text. in l. j. de ma
leſic. & mathe. & ad hoc, vt mala fama ſortiatur effe-
ſtum ſuum, & locum habeat, requiritur, quòd fuerit
in eodem genere mali, non autem in diuerſo genere.
Ita dixit Barto. in l. Caius. de ſenato. Bald. & Imo. in l.
vltima. ff. de hæred. inſtit. vlti. col. & ſubdit Ioan. de
Imo. verba Bald. eſſe bene not. pro limitatione dictæ
regulæ, ſemel malus. & idem conſuluit in ſpecie Ale-
xan. de Imo. in conſilio v. in ij. colum. primo volumi.
incipien. in cauſa inquiſitionis. & ſequitur Cotta in
memorialibus ſuis. in verſiculo, ſi ſemel malus. & iſta
erit ſexta limitatio ad præeminentiam præfatam. Itẽ
& ſeptimò limito non habere locum præeminentiam
præfatam, niſi præcedat † infamia in perſonam tor-
35 quendi, vt omnia ſupradicta regni capitula expreſsè
loquuntur. & tenet Andræ. de Iſer. in conſtitut. ſi dam
na. dum dicit. quòd requiritur leuitas vitæ torquendi
vt tortura ipſa locum habeat, & in hoc ſatis eſt bene
aduertendum, quia ad probationem infamiæ non ſuf
ficit, quòd ita dicatur, vel quòd ita dictum ſit, niſi etiã
conuictus fuerit. Ita ad literam dicit Andr. de Iſernia
in titulo de pace tenenda. in verſicu. publici latrones.
& probatur bene per tex in l. ictus fuſtium. & ibi Bar.
& Doct. ff. de infami. & ideò dixit Petrus de Anchar.
in conſilio clxxxix. incipiente tribus de cauſis. quòd
36 † ad hoc, vt quis dicatur infamis ob delictum, ſeu cri
men, requiritur eius confeſsio in iudicio, vel ſenten-
tia iudicis, nec ſufficit probatio criminis. allegat ita
voluiſſe Ioan. Andr. in cap. ſi quis. de præſcript. in ſe-
xto. & dicit quòd pro hoc faciunt not. in clemen. reli.
gloſ. extrà de ſententia excommunicatio. & refert &
ſequitur Hyppol. Marſi. in ſua practica cauſarum cri-
mina. in vj. char. in verſic. aggregior. verſicu. Pro quo
etiam facit, nam non ſtatim quòd quis accuſatur de
crimine, reus eſt, aut dici poteſt, ſed qui conuincitur.
text. eſt in capitulo fin. in fine. xv. diſtinctio. in vltim.
quæſtio. & in cap. nonne. viij. quæſtione iiij. & in cap.
eorum. xj. quæſtione tertia, & in capitu. laudabilem.
vt



vt lite penden. & tenet Specu. in titu. de aduoc. §. ſe-
quitur. circa princi. & conſuluit Hyppol. Marſil. con-
37 ſi. lij. numero 17. in primo volumine. † Nam quis non
dicitur talis, donec ſit pronuntiatus pro tali. dixit Spe
cula. in titulo de inſtrumen. editio. §. reſtat. verſiculo,
quid ſi tabellio. in verſiculo, quid ſi confectum. Soci.
in conſilio lj. incipiente, præſtantiſsime Doctor. iij.
columna. Pau. de Caſtro conſilio xxxij. in fine verſic.
Petr. de Anchar. conſilio cxlj. incipiente, per præfata.
& idem Hyppoli. Marſil. in conſilio lxiiij. numero 15.
& conſilio lxxxiiij. numero 35. & conſi. lxxxij. num. 28.
in ſecundo volumine. & conſil. xciiij. numero 3. & 15.
eodem volumine. Item proceſſus curiæ præfatæ non
fuit fabricatus in mágna curia vicariæ, ſed in curia ca-
pitanei Licienſis, ac etiam in prouinciali audientia
Idrontina, & hæc præeminentia conceſſa fuit magi-
ſtro iuſtitiario per verbum, tu, & tibi committi-
38 mus, vt adparet in ſupradictis capitulis. † & clarius
dicta litera arbitrali, ſi cum ſceleratis. & ibi in ver-
ſic. tu ſolus. & magis infrà, ſi tibi conſtiterit. & infe-
rius, ſi tibi conſtiterit per teſtes, quos tantùm ad tui
informationem recipere te volumus, clariſsimè li-
quet, quòd regens & iudices debent ipſi capere infor-
mationem, & videre & cognoſcere teſtes, quomodo
& qualiter deponant contra inquiſitum, ad hoc, vt ſit
locus torturæ, iuxta illud, tu magis ſcire potes, & ma-
ximè cùm tractetur de maximo præiudicio torquen-
di ex proceſſu informatiuo, & ipſe debet proſpicere
omnia, iuxta mentem dicti capituli. & non confidere
de vita & honore hominis vni ſcribę fiſcali, præſertim
cùm d. litera arbitralis hoc expreſsè præſupponat in
verſicul. tu ſolus. & ideò ſuccedit quod dixit pulchrè
39 Bal. & Imo. in cap. ſi. extrà de offic. deleg. quòd † ſi eſt
mandatum officiali per hæc verba, tu per te congno-
ſcas. eſt electa induſtria perſonæ, vt nõ poſsit per aliũ
explicari, & tamen magis eſt dicere, tu ſolus, vt hîc,
iunctis etiam verbis ſubſequentibus, & pariter pro-
pter excellentiam perſonæ & dignitatem, cui fuerunt
verba dictorum capitulorum directa, cenſetur electa
40 induſtria perſonæ. l. j. ff. de offi. præfect. præto. † Item
ſi in literis apoſtolicis dicitur, informes per teipſum.
important hæc verba, quòd debeat per ſeipſum infor-
mare, & non per alium ſubſtitutum loco ſui, & ſic nõ
poſſet alteri ſubdelegare, vt in capitulo finali. de offi
cio delegati, capitulo, cùm dilecta. & ibi nota. de re-
ſcriptis. l. vnica. §. ne autem. C. de caducis tollendis.
nam important iſta verba, ac ſi dictum fuiſſet perſo-
naliter te informes, vt in l. fideicommiſſa. §. finali. ver-
ſiculo, per ipſum id fieri. ff. de legatis iij. ita conſuluit
Alexand. in conſilio ccxvij. in ſecundo volumine. in
41 vltima colum. vnde † cùm non fuerint recepti teſtes
per magnam curiam, nec in magna curia, adparet nõ
eſſe locum præeminentiæ prædictæ, maximè cùm
virtute illius geminationis illius pronominis, tutu,
ſeu tu, per te, &c. nõ poteſt alteri ſubdelegari. & iſtud
dictum dicit eſſe ſingulare, & nouum, & paucis cogni
tum, Iaſon May. in l. prima. ſeptima columna. in ſepti
ma limitatione. ff. de officio eius. Idem Iaſon in l. pe-
nultima. ad finem. C. de pactis. & in l. prima. §. primo.
in primo notab. circa finem. ff. de acquirenda poſſeſ-
ſione, & ſequitur Barb. in conſilio primo, incipiente,
ex ſacris. col. xxv. ver. & eſt ponderandus. in j. volu. &
Corne. in cõſi. lxvij. incipiente, plenè quidem & egre-
giè. ij. col. vbi plura ſimilia reaſſumit. & ſic præallega-
ta procedere debent in caſu præmiſſo, cùm non fue-
rint examinati teſtes per ipſam magnam curiam, nec
etiam per capitaneum Licienſem, aut adiutorem pro-
uincialem, ſed per notarium actorum capitanei, quo
caſu nõ poteſt procedi ad torturam, niſi quando per
42 iudicẽ fuiſſent teſtes † examinati. Ita tenet Hyppoli.
marſil. in l. j. iiij. col. ver. ſeptimò requiritur. ff. de quæ-
ſtio. vbi dicit, ꝙ in cauſis criminalibus debet iudex
ipſe recipere & examinare teſtes, nec notarius hoc fa
cere poteſt abſque commiſsione iudicis, & ex cauſa.
Ita colligitur ex not. in cle. j. de offic. deleg. & ibi cla-
rius gl. & Bal. in rub. de cõtrouer. inueſt. ij. col. & facit
tex. in aut. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtru. &
ibi doct. & Spec. in tit. de teſte. §. j. ver. itẽ, ꝙ eſt crimi-
nalis. & tenet in ſpecie gl. Bal. & Pau. de Caſt. in l. hac
conſultiſsima. §. ſi. ver. depoſitiones. C. de teſtam. & ſic
iſta erit viij. limitatio ad dictam præeminentiam, vi-
delicet, vt locũ non habeat, quando teſtes nõ fuerunt
examinati in eadẽ magna curia. & ita ſemper vidi ſer-
uatum, maximè quando non fuerunt examinati per
43 actuarios eiuſdẽ magnæ curiæ. † Nonò & vltimò limi-
to præeminentiam prædictam minimè locum habere
poſſe, vbi ſemel fuiſſet tortura illata inquiſito ſeu ac-
cuſato, non datis ſibi prius defenſionibus ex proceſſu
ſic informatiuo. Nam nõ poterit iudicio meo ex pro
ceſſu informatiuo reiterari, cùm talis præeminentia
intelligi debeat de prima vice tãtùm, & ſic de primo
actu: per tex. in l. fideicõmiſſa. §. ſi quis decẽ. ff. de leg.
iij. & in l. cùm pater. §. pater certã. in fi. de leg. ij. quod
maximè procedit, cùm iſtius præeminentiæ materia
ſit odioſa, ꝙ quis nõ datis ſibi prius defenſionibus quę
ſunt de iure naturali, torqueatur. & ideò diſpoſitio
ipſa debet in j. actu reſtringi. c. non poteſt. §. j. de præ-
ben. in vj. & facit quod no. Bal. in l. licet. in iiij. q. C. lo-
ca. & in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſolut. matri. cùm
agatur de graui præiudicio, ꝙ quis inauditus retor-
queatur, ideò tantò magis nõ debet habere locum rei
teratio, ſed debet præeminentia ipſa de j. actu intelligi
ex cauſa grauiſsimi præiudicij, per ea quæ not. Ant. de
Butr. in conſil. xxx. incip. dubium ingerit. col. iij. & eſt
bonus tex. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſig. &
faciunt optimè relata per Iaſ. plenè in duobus. §. ſi ei,
qui. ff. de iureiur. cùm hoc ſit priuilegium contra ius,
44 vt inauditus † torqueatur debeat priuilegiũ ipſum in-
telligi, vt minus lædat ius commune, quã poſsit, & pa-
riter, vt minus lædat ius alterius. Ita Bal. in l. non ſine.
de bonis, quæ lib. c. quod dilectio. & ibi Panor. de con-
ſanguinitate & affinitate. Panorm. in c. cùm dilectus.
de clericis non reſid. Alex. in conſi. xv. in ij. vol. Fran.
Curt. conſi. xiij. vlti. colum. Et cùm pluries magnifi-
cus fiſci patronus importunaſſet iudices ſuper reitera
tione torturæ ex proceſſu informatiuo, ex prædictis
ſemper mihi durum, imò crudele viſum fuit, cùm iu-
ris cẽſura non ſuadeat. Vnde ex præmiſsis ad laudem
omnipotentis Dei patris, ſpiritus ſancti, Ieſu Chriſti
eiuſque genitricis intercedentis glorioſæ Mariæ ſit fi-
nis impoſita huic intelligentiæ interpretationi, ac de-
clarationi præeminentiæ magnæ curiæ vicariæ. His
fimbriis ita dilatatis, ad quas tot diui legum patres re-
gnicolæ minimè aduerterunt: ſed ſicco pede pertranſ
eundo, nobis poſteris materiam inueſtigandi dimiſe-
runt. Ego Thom. Gram. Iudex magnæ Curiæ vicariæ.

Thomas Grammaticus Neapolitanus Iuris Vtriuſ
que Doctor.

SVMMARIVM.

1 *In ſchemate concubinæ dicitur animi deſtinatio & proteſtatio, quæ faciat mulierem concubinam.*

2 *Concubinatus an præſumitur exiſtente diſparitate perſonarum, non adparente de voluntate amborum, quòd voluerunt cõtrahere concubinatum, & nõ præcedente proteſtatione concurrente continuatione temporis in concubinatu, & quòd non breui durauerit cõuerſatio.*

3 *Diuturna cohabitatio adinuicem, an purget vetus ſtuprum: & præſumatur concubinatus.*

4 *Si mulier habet liberum arbitrium eundi & redeundi à concubinario, & animum retinet cum eo, & vult concubinatum, & non cõtradicit, ex tali perſeuerantia abſque vlla proteſtatione præſumitur concubinatus.*

5 *Obſcuro loco nata, quæ dicatur, & an baſtarda ita dici poſſit, & nu. 22.*

6 *Ad iuſtificandum concubinatum eſſe, oportet plura concurrere, imò ſeptem requiſita. de quibus & num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*

*Virgo, nec vidua honeſtæ vitæ poteſt eſſe concubina: quia cum eis contraheretur ſtuprum, & non concubinatus, niſi ab initio interceſſerit proteſtatio.*

17 *Habens rem cum concubina alterius, quæ nomen honeſtæ mulieris non perdiderat, committit ſtuprum.*

18 *Virgo vel vidua poſtquam fuit ſtuprata, & ſic à principio fuit delictum ex cohabitatione continuata, non purgatur, ſed augetur delictum.*

20 *Mulier baſtarda nuptui tradita viro honeſto, legitimo & naturali, efficitur legitima ob qualitatem mariti. & nume. 21.*

23 *Cognoſcens carnaliter virginem vel viduam, abſque violentia, & ſine armis, non habet locum pœna raptus, ſed ſi eſt nobilis, amittit dimidiam partem bonorum, Si autem vilis, debet corporaliter puniri ſed non mori, ſed ſi abſque vi cognouerit, eo modo punietur, tamen pœna talis non excedet relegationem, ſi mulier honeſta cognita fuerit, quia habebit locum talis pœna ſiue volens ſiue nolens, quia præſumitur ſeducta bonis verbis.*

*Pœna ſtupri, eſt pœna dimidiæ partis bonorum, cum relegatione. & num. 24.*

*Vbi pœna pecuniaria dependeret ex delicto, ſi non habet in ære, luat in corpore.*

## VOTVM IIII.

REdemptoris gentium ſuffragio petito, Amen. In cauſa honorabilis mercatoris Bartholomei Fontana Placentini, cum Adriana Argenta querulante, muliere honeſtiſsima ex altera, & Regio fiſco ſuper prætenſo ſtupro commiſſo per eundem Bartholomeum in perſonam præfatæ Argentæ, eſt videndum, an poſsit firmari ſtuprum fuiſſe commiſſum per eundem, ita quòd pœna ſtupri puniri poſsit? Et prima conſideratione dubium faciebat, quòd non, ex quo retenta fuit in domo per eundem Bartholomeum in ſchemate concubinæ: vt in §. ſi quis. in authen. quibus modis natural. effi. ſui. & in cap. is qui. xxiiij. diſtin. & cap. ſequen. &
1 dicitur in ſchemate † concubinæ animi deſtinatio, & proteſtatio, quæ faciat mulierem concubinam. l. penultima. ff. de concubi. Liquet enim multoties, & coram pluribus eundem Bartholomeum dixiſſe ipſam Adrianam in concubinam tenere. Et pariformiter Adrianam eandem dixiſſe ſe cõtentari in concubinatu permanere cum prædicto Bartholomeo & alibi dicitur in ſchemate concubinæ, id eſt, in habitu, vt in §. conſideremus. in authen. de trien. & ſemi. verſi. nunc. Item præſumendum eſt etiam, quòd Adriana ipſa fuerit concubina præfati Bartholomei reſpectu imparitatis perſonarum: cùm probatum fuerit præfatam Adrianam eſſe ſpuriam, & ipſum Bartholomeum eſſe de principalibus & honoratis ciuibus Placentiæ, quo caſu, ſi dici poſſet non adparere de voluntate ipſorum volentium contrahere concubinatum, & ſic voluntas eſſet dubia reſpectu imparitatis perſonarum, non præcedente proteſtatione concubinatus, tunc etiam indu
2 bitanter præſumitur concubinatus, etiam † proteſtatione omiſſa. l. donationes in concubinam. ff. de dona. l. in liberæ. ff. de rit. nupt. & præſertim, dum non breui durauerit conuerſatio, ſed temporis continuatio inter omnes proceſsit, nec præſumptum poteſt cadere matrimonium in regno, propter ſolennitatem omiſſam, obuiante ſibi conſtitutione regni, & tunc magis in regno præſumitur concubinatus, ſecundum Iacobum de Belui. qui ſic tenuit in quadam ſua diſputatione incipiente, Regia conſtitutione cauetur. Ita in propriis terminis tenuit Lucas de Penna in l. ſi coartalis. C. de coarta. lib. xij. Ludouic. de Sard. in ſuo tracta. legitima. in prima chart. in iiij. & v. colum. vbi formaliter meminit de dicto Iacob. de Belui. præallegato. & de regia conſtitutione præfata prout Lucas, licet de Luca nihil dixerit, bene ſubdit, quòd ſi diu cohabita
3 uerint, † tunc purgabitur vetus ſtuprum, & præſumitur concubinatus, vt inquit gloſ. in authen. quibus modis natural. effi. ſui. §. eos. colum. ij. vnde licet dici poſſet, quòd cùm non adpareat expreſsè de conſenſu concubinario, ſit res dubia, quo caſu reſultat, quòd nõ eſt concubinatus, ſed ſtuprum, niſi ſit obſcuro loco nata. Nam iſto caſu in dubio præſumitur concubinarius conſenſus, per tex. in l. in concubinatu. ff. de concubi. Ita magiſtraliter loquitur præfatus Ludouic. de Sard. in tract. prædicto. in j. char. pro quo facit l. j. ff. de concubi. in glo. & l. iij. & §. item eadem. l. iulia. inſti. de publi. iudi. loquitur in vidua vel virgine honeſtæ vitæ, vel in vidua ſtuprata non præcedente proteſtatione concubinatus. Verba ſunt originaria And. de Iſer. in conſtit. regni, ſi quis rapere. de rap. virg. j. col. & plus ſubdit Lu. de pen. in d. l. ſi coartalis. quod ſi mulier ha
4 beret liberum † arbitrium, prout iſta habet, ac etiam poteſtatem eundi & redeundi, & animum retinet cum viro & vult concubinatum, & non contradicit, ex tali perſeuerantia abſque vlla proteſtatione præſumitur concubinatus, argu. l. poſtliminium. ff. de capt. & poſtlim. reuer. in §. fi. & l. ſi captiuus. & l. ſi quis ingenuam. & l. non omnes. §. ſi captus. ff. de re mili. & l. penultima. ff. de concubi. Et ad præſumendum omni
5 no eſſe concubinatũ, ſatis dici poteſt obſcuro † loco nata, cùm ſit baſtarda, imò ſpuria, quo caſu dicitur vilis perſona. tex. eſt in l. humilem. C. de inceſt. nupt. Ita dicit Alex. in conſil. xlviij. in iiij. vol. in ij. col. Item licet non adpareat de aliqua præcedenti proteſtatione concubinatus, attamen cùm alio modo adpareat de concubinali conſenſu, vt probatum eſt ipſam dixiſſe ſe contentari, ergo non fuit commiſſum ſtuprum. Ita Bal. in l. eam, quam. viij. col. C. de fideicõ. verſi. denuò. dubitatur, an noua proles &c. ſicq; attentis præmiſsis, prima facie dicendum videretur nõ eſſe dubitãdũ de concubinatu, & præfatũ Bartholomeum nullã incurriſſe



riſſe pœnã ſtupri, cùm lege permittente fecerit. Quibus non obſtantibus rectè conſideranti contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem, ex pluribus in
6 frà dicendis. † Et primò ad hoc vt iuſtificari poſsit concubinatus, oportet plures concurrere, & principaliter quòd ſit ſatis, cum qua poſsit conſiſtere matrimonium, vt in authen. vt lic. matri & auiæ. §. ad hæc. & quod no. in l. j. verſic. committi. ff. de concubi. Cuius contrarium Batholomæus ipſe nixus fuit probare,
7 probando diſparitatem. † Secundò requiritur, quòd ſit vnica concubina, & in domo retenta & palam. in authen. quib. mod. natu. effi. ſui. §. ſi verò effuſa. & cap. Chriſtiano. xxviij. diſtinct. nam ſicut vnica debet eſſe vxor, ita & concubina. capitulo is, qui. xxiiij. diſtinct. & cap. ſequent. & voluit Azo. in ſumma eodem titulo. quod quidem Bartholomæus ipſe non articulauit, nec
8 probauit. † Tertiò requiritur, ꝙ ſit retenta in domo in ſchemate concubinæ: vt in c. ſi quid autem. eodem titulo, & dicto cap. is qui. & cap. ſequenti, quod eſt, vt præcedat proteſtatio, quæ faciat mulierem concubinam. l. penultima. ff. de concubin. Et quòd intendit ipſam tenere in ſchemate concubinæ, id eſt, in habitu. vt in §. conſideremus. in authen. de trien. & ſemiſ. ver
9 ſic. nunc. & quæ proteſtatio requiritur † de neceſsitate, quòd facta ſit à principio: nec ſufficeret ſi ex poſtfacto fieret: prout dicit glo. in l. in concubinatu. ff. de cõcubin. & tenet Bartolus, in l. pacta nouiſsima. in ſecunda lectura. C. de pactis. Nicol. de Neapol. Rayn. de Forli. & Alberic. in dicta l. in concubinatu. & dicitur ſchema, quaſi imago vel figura, ſcilicet quaſi rectè teneatur. & tamen dicit lex proteſtationem eſſe faciendam, quòd pro concubina teneatur, per l. in concubinatu. præallegatam. Ita concludit Ioannes lupi de palitiis in repetit. rubricæ capituli, per veſtras. extrà de donatio. inter virum & vxorem. in verſic. idem dicendum in clerico. quarta columna. in xix. char. Et idem tenuit ſatis magiſtraliter Neapoli. Sebaſtia. in conſuetu. Neapo. incipiente, ſi quis, vel ſi qua. in verſic. præterquam. in ſexta columna. verſicul. ſed quid in matre
10 naturali tantum. † & ibi ſubdit, quòd aliàs ſine proteſtatione non licet habere concubinam: ſed oportet ipſam in vxorem habere, vel ſtupro teneri: vt d. l. in concubinatu, & ideo dicta proteſtatio requiritur à principio. Quartò requiritur, quòd ducatur, à viro in
11 domum ſuam, & publicè cum ipſa cohabitet: † vt in dicto §. conſideremus. in authen. de trien. & ſemiſ. & in §. ſi quis autem. in authent. quibus modis naturales efficiuntur ſui. & gloſſ. ff. eodem l. penul. & ibi Dyn. & Bart. intelligendo ſiue ad domum viri, ſiue mulieris, dummodo inſimul habitent. gloſſ. ff. eodem. l. penult. Et patet etiam in dicto §. conſideremus. verſicu. quod hic dicimus. facit gl. ff. de adult. l. nec in ea. §. ius ocidendi. hæc enim habitatio talis eſſe debet, vt inſimul viuant. & ſic commenſales ſint. vt in l. Maſurius. ff. de verb. ſignifi. Nam aliàs non dicuntur cohabitare. l. ſi quis ita. ff. de conditionib. & demonſtra. & no. per Bartolum & Bal. in l. prima. C. de legi. Et poteſt reddi ratio cohabitationis: quia cùm debeat inter eos dubitatus eſſe effectus, per hanc cohabitationem indubita
12 tiſsimus retinetur. † Concubina enim, licet ſine dotalibus inſtrumentis, publicè tamen dicitur ſicut vxor: & ab vxore in alio, quàm in dignitate non differt. l. item legato. §. paruit. ff. de leg. tertio. & in ſolennitate: quia vxor cum ſolennitate ducitur. concubina autem ſine ſolennitate: vt not. Archid. & Hugon. in dicto c. is qui ducitur. vnde Agar & Cethura, quæ concubinæ fuerũt Abraham, etiam illius vxores dictæ ſunt: vt ait Auguſti. decimoſexto de ciuitate Dei, capitulo trige
13 ſimoquarto. † Quinto requiritur, quòd ſit circa perſonas impares, videlicet quòd vir ſit illuſt. aut magnus, mulier verò inferioris conditionis. Ita de his omnibus requiſitis concludit & firmat Luc. de penna, in d. l. ſi coartalis. ſuprà allegata. C. de coarta. lib. x. imò plus ſi non adparet quòd interuenit conſenſus concubinarius, ſi interuenit, & eo caſu non eſt cõcubina, ſed erit ſtuprum: vt optimè & magiſtraliter declarat Ludouicus præfatus in d. tract. legitima. in j. char. quod maximè dicit procedere, vbi mulier eſt honeſta, & libera, prout in caſu, de quo agitur: & tunc vbi concurrunt ſuprà dicta requiſita, præſumitur concubinatus: & ſi nõ adparet, quòd fuerit vnica, & in domo retenta, vt ſuprà, præſumitur, imò erit ſtuprum commiſſum. Et quòd ita intelligitur tex. in l. ſi vxor. ff. de adulter. verſic. ſed in ea, qui videtur contradicere illi legi, in con
14 cubinatu. † Nam ad præſumendũ concubinatum, requiritur conſenſus concubinarius, & expreſſus, quando mulier eſt honeſtæ vitæ, & ingenua, prout in caſu,
15 de quo agitur: per text. in d. l. in concubinatu. † Sextò & vltimò requiritur, quòd ſit talis mulier, cum qua non committatur ſtuprum: vt ff. eodem. l. prima. §. j. ideò nec virgo nec vidua honeſtæ vitæ poteſt eſſe concubina: quia cum eis contraheretur ſtuprum. l. ſtuprũ. ff. de adulteriis. l. inter. §. primo. eodem titul. & in hoc multi falluntur, dicit Ludouic. præfatus: quia credunt ſufficere, quòd ſit ſolutus cum ſoluta, quod tamen in
16 telligendum eſt, niſi ab initio fiat proteſtatio, † quòd velit eam habere in concubinam: vt ſuprà oſtenſum eſt: per dictã l. in concubinatu. cum gloſ. idem firmat Andr. de Iſern. Euangeliſta in regno, in conſtitutione regni, ſi quis rapuerit. ſub rubrica de rapto. & violen. quam etiã refert & ſequitur Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino in l. ſi qua illuſtris. C. ad ſenatuſconſult. Orſician. in decima columna. vbi refert verba originalia ipſius Andræ. & plus ſubdit, quòd habens rem
17 cum † concubina alterius, quæ nomen honeſtæ mulieris non perdiderat, committit ſtuprum & punitur, licet ille aliàs eſſet perſona vilis. l. inter liberas. & l. ſi vxor. ff. de adulteriis. & ibi doct. & plus infert Ludoui.
18 vbi ſuprà, quòd poſtquam ſtuprata fuit virgo † vel vidua, & ſic ab initio fuit delictum, ex continuata cohabitatione non purgatur, ſed augetur. c. non ſatis. in fi. & c. cùm in eccleſiæ. extrà de ſimon. & cap. cùm haberet. de eo, qui duxit in matrimonium, quam per adult. pollu. Item vltra, quòd debebat talis conſenſus inter
19 uenire à principio, requiritur † etiam quòd fuiſſet conſenſus manifeſtus. d. l. in concubinatu. ſed in caſu, de quo agitur ſolùm tacitus præſupponitur: ergo nõ confirmatur per regulam iuris, quod ab initio. & allegans concubinatum, ſe fundat ex tacito conſenſu præſumpto à lege, & probando ſolùm diuturnam cohabitationem, non ſufficit ad præſumendum nouum conſenſum, ſed præſumitur antiquum conſenſum durare. l. in verbis. §. vltimo. ff. de precar. & in cap. fin. de coniug. ſeruo. vbi not. & ſic non militabit dicere, quòd ſi non interuenit proteſtatio, dummodo aliter adpareat de concubinali conſenſu, non erit ſtuprum, per l. ſi quis viduam. ff. de quæſtionibus. & dicto §. conſideremus. in authentica, de trient. & ſemiſ. ita Baldus in l. eam, qua m

quam.C.de fideicommiſ.& Ioannes Lup.in repet. ru-
bricæ,extrà de dona.inter virum & vxorem, in verſi-
culo, idem eſt dicendum in clerico. in quarta colum.
xix.char. nam cùm non fuerit conſenſus manifeſtus,
diuturna cohabitatio,& extra domum, non eſſet ſuf-
ficiens,per ſuprà dicta. Nec obſtabit, quod ſuprà di-
ctum eſt,præfatam Adrianam eſſe baſtardam, ſeu ſpu
riam,& ſic vilem perſonam, per l. humilem. C. de in-
ceſt.nupt.& Alexan. in conſilio xlvij. in quarto volu-
mine. & ſic videatur obſcuro loco nata : nam cùm an-
te eius viduitatem fuerit nuptui tradita honorabili
quondam Ioanni Suprano legitimo & naturali ac
optimo ciui,prout notorium eſt, ipſa quoque Adria-
21 na effecta eſt legitima † ob qualitatem mariti præfa-
ti,cùm capacitas præfati eius viri primi ad vxorem
porrigatur.vt not. Baldus in l. ſi quis. per illum text.
C.de natu.liber. Ita tenet & ſequitur Philip. Decius
in l.fœminæ.ff.de reg.iur. Item nec dici poteſt obſcu-
22 ro loco nata, † ex quo eſt baſtarda:ſed illa,quam quis
cognouerit, ſeu tenuerit damnatam ex adulterio, vel
de vili genere,& abiecto natam,vt ex arenario,vel ſi-
mili,vel eam, quæ ſui corporis quæſtum fecit: vt in l.
in concubinatu.ſecundum Angel.in dicta l. §. primo.
de concubi.Ita inquit Ioan.Bapti.de ſanct.Seue. in di-
cta l.ſi qua illuſtris.xj.colum.Nec opitulabitur depo-
ſitio duorum teſtium atteſtantium, quòd ipſa Adria-
na dixerat ſe contentam ſic morari in concubinatu
cum eodẽ Bartholomæo : quia ipſam euaſerat à malo
itinere,& fortuna, ex quo vt ex eorum depoſitioni-
buſmet liquet, deponunt ſe ſeruitores & domeſticos
ipſius Bartholomæi,& eius fratris,& demonſtrant ex
eorum verbis affectare victoriam cauſæ pro eodem
23 Bartholomæo,& non concordantur adinuicem. †Vl-
timò non omitto, quòd magiſtraliter loquitur Gu-
liel.de Cugneo in l.raptores.ij.colum.C.de epiſcopis
& clericis.ibi dum dicit, quòd ſi quis cognouit virgi-
nem,vel viduam ſine violentia,& ſine armis, non ha-
bet locum pœna raptus, ſed ſi eſt nobilis debet amit-
tere dimidiam partem bonorum. Si autem eſt vilis,
debet corporaliter puniri:non tamen vt moriatur: vt
in §.ſecundo.inſtitu.de publicis iudi. vbi dicitur in li-
tera,ſi ſine vi cognouerit iſta pœna puniatur. & non
excedet talis pœna relegationem, quod eſt verum,
dicit ipſe, etiam ſi mulier honeſta volens cognita fue-
rit:quia habebit locum talis pœna,ſiue volens ſiue no-
lens,quia præſumitur ſeducta bonis verbis.l.prima.§.
primo.C.de raptu virgi. & idem tenuit Andr. de Iſer.
in titulo,quæ ſint regalia.in verſic.contrahentium in-
ceſtas nuptias.iiij.colum.in verſiculo, multis videtur
hoc eſſe verum.& ibi ſubdit idem eſſe, ſi interpellaſſet
vel ſolicitaſſet, vel odioſis actibus circumueniſſet, li-
cet poteſteà volentem hoc ipſum velle mulieris eſt.
Nam ſicut poteſt rapere ipſa virum: ita etiam poterit
velle ſine voluntate viri ſe ſtuprari, & tunc ad publi-
cationem dimidiæ partis bonorum, quantuncunque
quidem voluerit mulier ſexu infirma, vir diſcretior
non debet totaliter impudicè ſe commiſcere ſibi : &
ideò punitur publicatione dimidiæ partis bonorum:
& voluntas mulieris excuſat tunc à tanto. Ex quibus
omnibus dixi eundem Bartholomæum eſſe pœna ſtu-
pri puniendum. Verum, quia depoſuit ſe nihil habere
nec poſsidere, dum interrogatus fuiſſet quidnam ha-
beret in bonis:attamen ex ſuperabundanti facta per-
quiſitione in eius domo per apparitores curiæ quic-
quam repertum extitit,& non abſque notoria fraude
cùm ab initio eius capturæ,& carcerationis multa, &
quamplura bona ac merces extitiſſent & in domo, &
in apotheca ſubtus domum,& nõ tenuis valoris.Ideò
cùm ex iuris diſpoſitione ſancitum ſit, quòd data in-
24 quiſito impotentia ſoluendi pœnam † pecuniariam,
prout eſt in ſtupro,in quo eſt pœna publicationis di-
midiæ partis bonorum cum relegatione, per §.item
lege iulia.inſtitut.de publ. iud. debeat inquiſitus ipſe
pœna corporali aſſligi, vt in c.finem litibus. extrà de
dolo & contumacia.& in l.fina.ff.de in ius vocand. ita
dixit Panormit. in cap. ad liberandam. de Iudæ. in ij.
25 not.quod † maximè procedit,vbi tale debitum proce
deret ſeu dependeret ex delicto,quo caſu non habens
in ære,luat in corpore,vt dicit gloſ.in cap.j.xv.quæſt.
vj.Bald in l.fin.§.& ſi præfatam.ij.col. C.de iure deli-
beran.Alberic.in dicta l.fin.de in ius vocand.licet de
gloſ. prædicta non meminerit. ideò ſum voti præfa-
tum Bartholomæum eſſe per triennium in inſula rele-
gandum caprarum, & ita executum fuit per magnam
curiam conſenſu omnium.

Thomas Grammaticus Neapolitanus Iuris Vtriuſ
que Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens falſum in iudicio contra fiſcum qua pœ-
na veniat plectendus. & num.2.*

3 *Quando pro aliquo delicto veniret imponenda pœna
mortis,ſed ex aliqua cauſa minoratur, pœna illa
non debet eſſe corporalis,ſed pecuniaria.*

4 *Teſtis deponens contra fiſcum ad defenſionem alterius
non eſt pœna ordinaria plectendus.*

## VOTVM V.

SAluatoris mũdi ſuffragio inuocato. Amẽ.
In cauſa honorabilis Lucæ de Lando de
Neapoli,cum Regio fiſco ſuper eius falſa
depoſitione, facta in fauorem magnifici
Antonij de Alexandro,qui eundem Lucam ad eius de-
fenſionem in teſtem produxit contra fiſcum, hæſita-
tum fuit in magna curia vicariæ, & in Regio collate-
rali conſilio, qua pœna veniat ipſe Lucas plectendus,
1 cùm id confeſſus fuerit. † Et prima facie videretur di
cendum,ꝙ pœna capitali,ex quo falſum in cauſa capi
tali depoſuit,& dolosè teſtimonium perhibens in cau
ſa capitali debet puniri pœna legis Corne. de ſicariis,
l.j.§.j.ff.ad leg.Cornel de ſicar. per quam dixit ſingu.
Bald.in c.j.ix.colum.in verſi.Item quod falſo.de pace
tenen.in vſib.feud.quòd teſtis falſus ſuſtinet eandem
pœnam qua puniretur inquiſitus de crimine intenta-
to,ſi crimen fuiſſet verè probatum. Idem voluit ipſe
Bald. in l.presbyteri.C.de epiſco.& cler.ſecunda co-
lum.verſic.ex qua materia. & in cap. primo. §. iniu-
ria. in fine. verſi.de pace iuramen.firman.& in c.ſicut.
extrà de teſtib.& ibi Doct.& Felyn.in iij.notab. & ſe-
quitur Ioan. de Anan. in capit. primo, de crimin.fal.
Nec videtur eſſe in conſideratione, quòd depoſuerit
in fauorem accuſati, & contra fiſcum, cùm falſitas ita
committatur, ſi teſtis dixerit falſum contra fiſcum,ſi-
cut ſi contra inquiſitum, quinimò grauiori pœna vi-
deretur plectendus, ex quo ſi deponendo in perni-
ciem priuati deberet pœna capitali puniri : multò for
tius dicendum videretur, quando contra fiſcum de-
poneret, ſiue contra rempublicam, vt iuſtitia ſuum
debitum non ſortiatur effectum. argumento authent.
multo magis. C.de ſacroſanctis eccleſiis. Quibus non
obſt



obſtantibus rectius conſiderando contrariam ſenten
tiam arbitror de iure veriorem: videlicet, quòd non
2 debeat pœna capitali,nec corporali affligi† ex quo ſi
quis depoſuerit falſum contra fiſcum,nihil realiter au
fert fiſco, nec dicitur fiſco nocere:qui tractat de pœ-
nali & odioſo lucro cum alterius iactura, prout dicit
valde ſolenniter Bald.in l.parentes.C.de teſtibus. ſe-
quitur & refert Fely.in c.literas.tertia colum. de præ
ſump.ſed ſi falſum deponit contra inquiſitum, ponit
ipſum in diſcrimine vitæ,ſeu amiſsionis membrorum
non obſtante eius innocentia, & ideò dum deponit
contra fiſcum,non debet eo caſu puniri,ac ſi depoſuiſ
ſet contra priuatũ.quod videtur ſatis probari ex tex.
in l.prima.§.j.ſuprà allegato.verſi.quo quis publico
iudicio damneretur. & ſic vendicat ſibi locum text.
ipſe in caſu,in quo quis cõdemnaretur. vnde videtur
excludere alios caſus.l.cùm prætor,ff.de iud.l. mari-
tus.C.de procur.ita in ſpecie reperio tenere Hyppo
li.Marſil.in dicta l.prima.§. primo. ij.colum.vbi ſub-
dit ſe credere verius, quòd talis ſit puniendus de per
iurio, & non pœna mortis. Quod corroboro : nam
3 quando pro aliquo delicto venit imponenda † pœna
mortis,& ex aliqua cauſa minoratur pœna,vt in caſu
de quo agitur, quia contra fiſcũ,huiuſmodi pœna mi
norata non debet eſſe corporalis, ſed pecuniaria, vel
alia,quæ non ſit corporis afflictiua,vt probatur in l.ſi
adulterium cum inceſtu.§.imperatores.& ibi doct.ff.
de adult.& in l.j.§.ſi.ff.de ſicar.& in l.ſi quis in graui.
§.ſi tamen.ff. ad ſillan.& in l. lex iulia. ff.ad leg iul.re-
pet.§.ſi.quam pro not.allegat Bal.in l.addictos. C.de
epiſc.aud.& in l.j.C.ne de ſtatu defun.Angel.de Aro.
in tract.malefic.in verſi.præſente Caio & appel.verſi.
quid autem,ſi non obſtãte.el primo. & plenè Hyppo
li.in l.j.§.diuus Adrianus.v.colũ.ff.de ſicar.&in l.di-
nus Adrianus.j.col.ff.eo.tit.Sed quid opus eſt ire per
mendicata ſuffragia? ego dico & teneo pro conſtanti,
quòd in caſu,de quo agitur, Lucas ipſe non depoſuit
contra fiſcum in cauſa,in qua veniat imponenda pœ-
na mortis,nec mortis naturalis nec ciuilis, ſed depo-
ſuit falſum examinatus ad defenſionem præfati dom.
Anto.de Alexandro ad euitandum, ne de vulnere, vt
prætenditur per ipſum illato Petro copulæ,puniretur
quo caſu cùm contra fiſcum deponat non venit pœna
4 ordinaria plectendus. Ita in particulari † per optima
iura & fundamenta conſuluit domi. Alexand.de Imo.
in ſuo conſilio lv.in fi. in vij. vol. & ante eum in pro-
priis terminis ita reperio voluiſſe Gul.de Cun.de quo
Alexan. aliter non meminit, cùm ipſum non viderit,
vt arbitror,in l.presbyteri.C.de epiſ.& cleri. Ex qui-
bus omnibus concludo præfatum Lucam non eſſe pœ
na ordinaria periurij puniendum. Et tandem facta re-
latione per magnam curiam in regio collaterali con-
ſilio, fuit præfatus Lucas condemnatus ad ſeruitia Re
giarum triremium ad remigandum ad tempus, licet
per prius aliter votaſſet. & ipſum condemnaſſet ad
manus mutilationem.

Thomas Grammaticus Neapolitanus I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Cõfeſſio ſeu nominatio ſocij criminis in caſibus,in quibus
noceret,nũquam facit indicium ad torturam, niſi ha
beat alia adminicula contra nominatum. & ita com-
muniter tenetur. & nu.2.*

3 *Et vnum ex adminiculis eſt, ſi talis nominans habebat
conuerſationem cum nominato.*

4 *Inimicitia reſultat ex verbis iniurioſis prolatis. & nu.5.*

6 *Inimicus teſtis vt repellatur, vt non poſſit contra ali-
quẽ deponere, non eſt neceſſe, quòd ipſe teſtis ſciuerit
illũ cõtra quem deponit,ſibi feciſſe aliquam iniuriam
dummodo cum effectu ſit facta.*

7 *Confeſſus delictum,non præcedentibus indicijs tortus &
cõfeſſus, etiã ſi perſeueraſſet, & ratificaſſet, eius cõfeſ
ſio prædicta non erit valida. & nu 8.9.10.& 13.*

8 *Confeſſus delictum in tortura, non præcedentibus indi-
cijs,non tenet talis confeſſio Id tamen intelligendum
vbi magna fuiſſet tortura, & tortus fuiſſet debilis aut
infirmus : ſecus ſi tortus fuiſſet robuſtus, & tortura
fuiſſet modica ſeu parua, quia tunc valebit confeſſio.*

9 *Confeſſio per tormenta extorta non præcedentibus indi-
cijs, eſt ipſo iure nulla, nedum contra ſe, ſed etiã cõtra
alios, contra quos, vt teſtis depoſuiſſet.*

10 *Depoſitiones teſtium tormentatorum abſque indicijs, ni
hil valent, nec faciunt indicium contra illum, contra
quem deponunt.*

11 *Confeſſio extorta per tormenta abſque indicijs, non tenet
etiam quòd poſt ipſam ſuperuenirent indicia.*

14 *Paria ſunt, confiteri in tormentis, vel metu tormen-
torum.*

15 *Vbi fuiſſet aliquid mandatum alicui, non tamen in atro-
cibus, licet acceptaſſet mandatum ſequuto effectu,
non eſt in aliqua pœna.*

16 *Tortus ſi contra dicit ijs quæ cum iuramento dixerat, tan
quam periurus, non creditur ei.*

17 *Torqueri quis non poteſt vltra tertiam vicem. & nu-
mero 18.*

19 *Depoſitio teſtis ſeruitoris ſeu domeſtici, nullum indi-
cium facit contra dominum.*

20 *Si inquiritur de mandato ad homicidium contra ali-
quẽ qui erat capitalis inimicus occiſi, certè præſumẽ-
dũ eſt potius ex proprio odio occidiſſe, quàm ex cauſa
mandati.*

*In cauſa capitali contra Comitem aut Baronem requi-
runtur duo Comites aut quatuor Barones, aut octo
milites, aut ſexdecim burgenſes: & idẽ procedere dici
tur in filio comitis. & nu.21.*

22 *Filius dicitur poſſidere feudum, etiam viuo patre. & nu-
mero 23.*

## VOTVM VI.

SVmmi opificis præſidio petito, Amen. In
cauſa excellentis Comitis noye necnon
& Magnifici Pirrhi Antonij eius filij, cum
Regio fiſco, ſuper homicidio commiſſo in
perſonam quondam Magnifici Sergij Carrani, Iuris
vtriuſque Doctor. de ciuitate Tarenti : Producitur in
primis pro parte Regij fiſci, depoſitio Iacobi de Sabia
domeſtici ac ſeruitoris pręfati Comitis: qui licet plu-
ries interrogatus in tortura, ſemper negauerit : atta-
men diuerſis vicibus iteratus ad torturam, tandem
confeſſus eſt præfatum Magnificum Pirrhum Anto.
filium præfati Comitis vnà ſecum, cum aliis in homi-
cidio præfato interueniſſe de ordinatione & manda-
to præfati Comitis : licet vltimo loco aſſeruerit caſu
ibidem in loco perpetrati homicidij reperiſſe pertrãſ
eũdo per ſedile portę nouę, dũ accederet ad maritimã
trãſmiſſus per excellentẽ dominã Comitiſſam, vt eme
ret quaſdã tabulas: & ſic non aliter interueniſſe, vt per
prius depoſuerat in perpetratione homicidij præfati,
verũ deponit ſibi fuiſſe à præfato Comite iniunctũ vt
aliq

aliquem qui Sergium ipſum interficeret, comperiret
etiam mediante pecunia: quo caſu licet depoſitioni
1 torti abſque aliis adminiculis † non ſtetur, l.j. iiij. re-
ſponſo. ff. de quæſt. vt refert Albe. in l. fi. C. de accuſ. in
princip. fin. colum. qui concludit poſt multa, quòd in
caſibus, in quibus noceret nominatio & confeſsio
2 † correi, nunquàm facit indicium ad torturam, niſi
habeat alia adminicula contra nominatū. Et ita com-
muniter tenetur, prout refert Marſi. in l.j. §. diuus An
tonius. ff. de quæſtio. & in ſua practica, in verſic. dili-
genter. & vnum ex adminiculis erit, ſi talis nominans
3 † habebat cōuerſationem cum nominato. Ita conſu-
luit Baldus in conſilio xcv. in primo volumi. regula
iuris eſt &c. ſed hic Iaco. erat famulus: ergo &c. Con-
4 currente inſuper † inimicitia capitali inter Comitem
& Sergium, in qua indicium non leue reſultare adpa-
ret: vt inquit Ludo. in l. prima. §. hoc reſcriptum. ff. ad
ſillan. quem refert, & ſequitur Angel. in l. fin. penult.
columna. C. de quæſtio. & in tract. malefi. in verſi. fa-
ma publica. ſeptima charta. verſic. quæro, quid ſi repe
riantur. & huiuſmodi inimicitia ſatis adparet contra-
cta ex iniurioſis verbis prolatis in memoriali porre-
cto per ipſum Sergium contra eundem Comitem: vt
5 inquit † Baldus in cap. veniens. in fin. per illum text.
de iureiurando. maximè, cùm in eo deferatur Comes
per ipſum Sergium de crimine læſæ maieſtatis: ex quo
magis odioſa, & capitalis adparet reſultare inimici-
tia. vt tenet Bart. in l. iiij. §. fin. ff. de adimen. lega. gloſ.
in l. licet autem. ff. de arbit. in §. item, ſi propter. in
verſiculo, capitales. inſtitu. de excuſat. tuto. Bartolus
in l.j. de his quibus vt indi. Abbas in cap. accedens. vt
lite non cōteſt. Nec obſtaret dicere, quòd huiuſmo-
di memoriale continens dictas iniurias, non fuerit in-
timatum eidem comiti, & ſic Comes ipſe ignoraſſet
ſe accuſatum in dicto memoriali, quòd præſumēdum
eſt, niſi probetur cōtrarium. l. verius. de probatio, ca-
pitul. ignorantia. de regu. iuris in ſexto. not. per Ang.
in l. ij. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. ergo perinde eſt,
ac ſi non fuiſſet accuſatus à præfato Sergio: cùm paria
ſint, non eſſe, vel eſſe & non adparere. l. in lege. de con
trahen. empt. l. duo ſunt titij. ff. de teſtamen. tutel. l. iij.
§. ſi duobus. ff. de adimen. leg. Ex quo ad repellendum
6 teſtem vt inimicum, vt non poſsit † contra aliquem
deponere, non eſt neceſſe quòd ipſe teſtis ſciuerit il-
lum, contra quem deponat, ſibi aliquam feciſſe iniu-
riam, dummodo ſit facta: vt eleganter dixit Barto. in
l.j. in fine. ff. de his quibus vt indigni. & Innoc. in cap.
cùm I. & A. de re iudi. Baldus in l. præſcriptione. C. ſi
contra ius vel vtili. public. antepenultima columna.
Lud. in rubric. de arbit. ix. col. Et licet dici poſſet non
eſſe ſtandum in aliquo depoſitioni ſeu confeſsioni præ
fati Iacobi in tortura, cùm nullis præcedentibus indi
ciis tortus fuerit, per multa, quæ infrà dicētur, maxi
mè per tex. ſing. in l. penult. ff. de quæſtio. vbi expreſsè
7 Barto. & Imo. tenent, quòd etiam perſeuerata † & ra-
tificata huiuſmodi confeſsione in tortura facta, non
erit valida, cùm indicia nullatenus contra ipſum præ-
ceſſerint, ex quibus contra ipſum ad torturam proce-
di potuiſſet. Ad idem eſt text. in l. vnius. §. in ea. ff. de
8 quæſtio. attamen id locum habere poterit, † vbi ma-
gna fuit tortura: & maximè, ſi tortus fuiſſet debilis: ſe
cus ſi parua aut modica fuiſſet tortura, & tortus fuiſſet
robuſtus: quia tunc valebit eius confeſsio, nulla eius
futura perſeueratione attēta. Ita dixit Bart. in l.j. §. di
uus. & §. ſi quis vltrò. & in l. penulti. de quæſtio. & Bal-
dus in l. vnica. C. de confeſs. ſequitur Par. de puteo in
verſicul. tortura. in c. in indiciis & inquiſitionibus. ſe-
cunda columna. Sed rectius conſiderans arbitratus
ſum contrariam ſententiam de iure veriorem, præſup
ponendo, quòd dum Iacobus de Sabia ipſe valetudi
narius, & morbo gallico correptus, ſemper negaſſet
tam in tortura, quàm extra torturam: tandem per
plures vices fere ſeptem ad chordam alciatus, vltimo
loco depoſuiſſet, vt ſuprà nullis præcedentibus indi-
ciis, confeſsio taliter per tormenta extorta fuit, &
eſt ipſo iure nulla, nec ipſi confitenti præiudicium
aliquod generare poteſt, per præallegatam l. penult.
9 & † ibi gloſſ. ff. de quæſtionibus. nec contra alium
contra quem vt teſtes deponunt. Ita in terminis pro-
priis voluit Barto. in dicta l. penult. & Bald. in l. fina.
C. de accuſationibus. Iacobus de Belui. in ſua practi.
cauſarum criminalium. ſub rubrica de quæſtion. &
quali. tormen. columna vndecima. poſt princip. co-
lumna ſequenti. & conſuluit Alexander in conſilio v.
columna prima. primo volumine. & conſil. lxxix.
quarta columna, ſecundò volumine. & ideò dicebat
Dec. conſilio clxxxix. columna penultima, quòd de-
10 poſitiones † teſtium abſque indiciis tormentorum,
nihil valent, nec faciunt indicium contra illum, con-
tra quem deponunt. Et tenet etiam rectè intuenti Bar
tol. in l.j. §. idem Cornelio. ff. de quæſtio. & Hyppo.
Marſi. in ſua pract. cauſarum criminalium. §. diligen-
ter. columna vigeſimatertia, in fine. & vendicant ſibi
locum præallegata, etiam ſi talis confeſsio emanata
per torturam abſque indiciis, eſſet ratificata, & etiam
quòd demum poſt torturam ipſam ſuperueniſſent in-
11 dicia, † non ex hoc deſineret eſſe nulla, & in nihilum
eidem confitenti ſeu alteri præiudicaret, dixit Barto-
lus in l. maritus. ff. de quæſtio. Baldus in l. ſi. C. de accu-
ſat. in l. ea quidem. penult. columna. eod. titu. Angel. in
l. vnica. C. de confeſſ. & in tract. malefi. in verſicu. fa-
ma publica. in iiij. char. verſic. aduertat. &c. & plenè
Par. de pute. in tract. ſyndi. in antepenult. char. libri,
in verſic. ſequitur. iij. columna. & tenet Andr. de Iſer.
in conſtit. ſi damna. Alexan. in conſilio j. in tertio vo-
lumine. & clxxxvj. in ſecundo volumine. & plenè
Hyppo. Marſil. in l. pen. iij. colum. verſi. imo redeun-
do. ff. de quæſtion. & ſic non exiſtentibus indiciis con-
tra ipſum Iacobum, non poterat torqueri, nec de de-
12 licto ipſo tortura irrogari. † Vnde ſi abſque indi-
ciis tortus confeſſus ſit huiuſmodi confeſsio ſibi non
nocebit. voluit Angel. in tracta. malefic. in verſicu. fa-
ma publica. vltima columna. vbi late per Auguſt. ari-
mi. & Alexan. in conſilio cclxxv. viſo themate. ſecun-
da columna. j. volum. vnde ſic bis & ter tortus, duran
te eodem metu & formidine tormentorum. qui inſta
re præſumitur: vt dicunt doct. & maximè Ang. in l. qui
in aliena. §. Celſus de acqui. hære. & Alex. in prædicto
conſilio confeſſus ſit ſe interfuiſſe in homicidio præ-
dicto, ſequitur de neceſsitate ꝙ talis confeſsio eſt nul-
la, cùm per torturam non præcedētibus indiciis etiā,
13 † ratificata non teneat. gl. eſt ſing. in l. pe. ff. de quæſtio.
quam ſequitur Bar. & Ang. in l. vnic. C. de cōfeſ. Gan.
in tract. malefi. in rubr. de quæſt. vj. col. verſi. Item po-
ne. Pet. de Anch. in clem. j. de homic. Saly. in l. ij. C. de
cuſt. reor. vlt. col. Ang. in l. ij. C. quorum appel. non re
cip. quia ſicut non valet confeſsio per torturā, ita etiā
quæ facta fuit metu torturæ, cùm æquiparentur, ſecun
dùm



dùm Bald. in l. interpoſitas. C. de tranſactio. circa fin.
quem ibi ſequuntur Moder. & Alexand. in l. prima. §.
14 diuus de quæſt. Hinc dixit Bald. in l. nouiſsimè. † quod
falſ. tutor. autho. quòd paria ſunt confiteri in tormen-
tis, vel metu tormentorum. quod etiam voluit Barba.
in cap. ſi conſtiterit. quarta colum. de accuſa. Catal. in
tractatu ſyndic. in verſic. clxv. & maximè quādo eſſet
apud torturam ductus, & cum minis de torquēdo. ita
Angel. in dicto verſiculo, fama publica. vbi ſubdit ita
voluiſſe Iacob. Butri. Cyn. & Sal. in l. ſecunda. C. de
cuſto. reo. & Bartol. in prima. §. diuus. ff. de quæſtio.
Nam in rei veritate aduerſus Iacobū prædictū nullū
aderat indicium, per quod potuiſſet torturæ ſubiici:
& licet And. de Amadeo, depoſuiſſet contra ipſum, di
cendo ſe ab eodem requiſitum, vt reperiret aliquem,
qui verberaret Sergium: attamen Andræas ipſe recu-
ſauit tale mandatum acceptare: nec ipſum fuit aliter
executum, & nullus fuit ſequutus effectus. & tamen
quando verè Andræas acceptaſſet tale mādatum, non
15 eſſet in aliqua conſideratione, † ex quo non ſumus
in atrocioribus: & ideò non eſt in aliqua pœna non
ſequuto effectu. voluit glo. in l. præſenti. in verſiculo,
cogitatione. C. de his, qui ad eccle. confugi. & in cap.
nullus epiſcopus. prima quæſt. prima. Bald. in l. ſi quis
non dicam rapere. ſecunda colum. C. de epiſc. & cleri.
Cardi. in cap. primo. de eo, qui mitt. in poſſeſ. & plenè
Feli. in ſuo tracta. conatus. nec in aliquo eſt conſide-
rāda depoſitio præfati Iacobi de Sabia, cùm in eadem
adpareat in pluribus varius & contrarius, quo caſu
nec indicium nec probationem inducet: per tex. in l.
qui falſa. ff. de teſtibus. & in l. eos. ff. ad leg. corne. de
fal. & ibi glo. & Docto. ponit Specul. in titul. de teſte.
§. primo, verſic. item, quòd eſt varius. nam in prima,
ſecūda & tertia tortura Comitē ipſum, nec eius filium
eſſe in aliqua culpa atteſtatus eſt: & quatenus quartò
tortus, aliter dixerit, ſimiliter cum iuramento tan-
quam periuro, & veniente contra eius primas gemi-
natas & triplicatas confeſsiones, ſeu depoſitiones † iu
16 ratas, non eſt in aliquo credendum: per cap. ſicut. de
teſtibus. per quē text. ibi dicit Felinus, quòd ſecunda
depoſitio contra primam iuratam non facit nec indi-
cium nec præſumptionem. & probat etiam bene tex.
in capitulo, teſtimonium. eodem titu. de teſtibus. cum
vulg. tum maximè, concurrente tortura reiterata per
octo aut nouem vices, & vltra † tertiam vicem tor-
17 queri non poterat: quia eo caſu iudex vltrà torquen-
do, diceretur immoderatè procedere. dixit Paulus de
Caſtro, in conſilio cxcvij. incipiente, viſa inquiſitio-
ne. circa finem. argumento l. fideicommiſſa. §. ſi quis
decē. ff. de legatis tertio. idem refert & ſequitur Mar-
ſil. in ſua practi. cauſarum criminalium. §. quoniam.
iij. col. & in l. repeti. v. col. ff. de quæſtion. vbi in ſpecie
dicit, ꝙ reus non debet vltra tertiam vicem torqueri.
18 & refert idem tenere † Par. de Puteo in tract. ſyndicat.
in charta cviij. tertia colum. in verſic. tortura. colum.
xxxviij. in cap. viſo de repetitione torti. & ſi rectè ad-
uertatur, præfatus Iacobus nullum indicium facit
19 contra præfatum Comitem, cùm ſit † eius ſeruitor &
domeſticus: per tex. in l. pridem. C. de quæſtionib. vbi
gloſſ. & docto. intelligunt, imò extendunt illum text.
in quolibet familiari. per tex. in l. fina. C. de iis, qui ad
eccleſ. confug. Ita Angel. in tractatu malefic. in verſic.
fama publica præcedente. col. v. Nec videtur in ali-
quo officere obiecta inimicitia inter ipſum quondam
Sergium & Comitem, cauſata vt prætenditur, ex ver-
bis prolatis in memoriali per eundem quondam Ser-
gium contra præfatum Comitem: cùm in rei veritate
non adpareat fuiſſe aliter intimatum ſeu notificatum
eidem Comiti: nec adpareat eundem Comitem noti-
tiam aliquam de eo habuiſſe: imò ſi rectè conſidere-
tur, potius præſumēdum eſt, quòd fuerit Sergius ipſe
occiſus à Ioanne Franciſco de nuſco eius capitali ini-
mico: & quoniam menſibus elapſis ad eiuſdem Sergij
querelam apud Cæſaream maieſtatem Bononiæ fa-
ctam carceratum fuiſſe non negatur, & probatur in
homicidio prædicto interfuiſſe, & ex tunc fugam ar-
ripuit, & minimè amplius viſus eſt, & licet moram
traxiſſet certo tempore in domo præfati Comitis: ta-
men potius præſumitur ex proprio odio prædicto &
inimicitia cum ipſo exiſtēte, quàm ex inimicitia cum
præfato Comite eundem Sergium occidiſſe, & non
ex mandato aliquo ipſius Comitis: & ſic non eſt in
conſideratione aliqua prætenſum mandatū: nec man-
20 dans eo caſu teneretur, † quando proprium odium
vrgeret. Ita dicit ſingu. Cæpo. in cautelis ſuis, caute.
xxxix. incipien. vidimus quamplures caſus. licet ante
ipſum idem dixerit Bald. in cap. primo. §. iniuria. de
pace iura. firma. Vltimò, omnis probatio aduerſus
præfatum Comitem & eius filium, tanquàm informi
ter facta, & tanquàm nulla ceſſare videtur, imò nul-
lius eſſe roboris aut momenti: cùm per regni conſti-
tutiones ſit data certa forma, dum inquiritur contra
21 Comitem aut Baronem, maximè † in cauſa capitali,
cùm cōtra Comitem duo Comites quinquies de ſub-
ſtantia ſint requiſiti, ſeu quatuor Barones, aut octo
milites, ſeu ſexdecim burgenſes teſtimonium profer-
re debent, pauciores autem numero, nullam omnino
fidem inducant. & pariter quòd nullus vilis cōditio-
nis contra Comitem aut Baronē ſeu militem induci
poſsit in teſtem, & inductus contra præfatos, fidem
aliquam in iudiciis vel extra non faciat, ſed perinde
habeatur, ac ſi non eſſet inductus, niſi ſint milites aut
burgenſes honeſtæ & bonæ opinionis. Ita in propriis
terminis iubet conſtitutio regni, proſequentes. ſub
rubrica, ſeu titulo, de pugnis ſublatis. & ibi plenè An-
dræas de Iſernia. & idem Andræas, in capitulo, ſimili-
ter. ponit de cap. qui curiā vendi. in ſecunda addition.
22 & ſubdit † vtrobique pariter eſſe dicendum in filio
Comitis vel Baronis, ꝙ huiuſmodi priuilegio dictæ
conſtitutionis gaudeat, ex quo mortuo patre eſt Co-
mes vel Baro, & viuo patre filius dicitur Comes, ſicut
etiam dicimus, quòd filius viuo patre poteſt dici feu-
datarius, vt dicit Bald. in cap. primo. vltima colum.
circa fin. an mutus vel imperfectus. ex quo dicitur ca-
dem perſona cum patre. Et inde eſt, quòd poſt mor-
tem patris, non dicitur ſuccedere ſeu acquirere, ſed
retinere. & ante Bald. idem dicit gloſſa. notab. in cap.
vltimo. ad fi. de feud. cognitio. quę vult, quòd filij poſt
mortem patris non acquirant feudum, ſuccedendo
patri, ſed iam in vita acquiſitum capiunt cum liberio-
ri adminiſtratione, & illam glo. ad hoc ibi ponderat
& commendat Bald. ante fi. & Iaſon in l. in ſuis. ij. col.
ff. de liberis & poſthumis. & pro valde ſing. exclamat
Barba. in repet. rubricæ, qui admitt. xiiij. colum. verſi.
ſecundo, niſi. Et ideò dixit ſingulariter Bald. in l. cùm
in antiquioribus. de iure deliberand. col. vj. verſic. de-
23 cimò ſic. quòd filius dicitur poſsidere feudum, † etiam
viuo patre, ac etiam inueſtitus dicitur de eo, & ideò

ſine alia inueſtitura continuatur in eum poſſeſsio.re-
fert etiam & dicit deciſionẽ prædictam Bald. ſingula.
Iaſon in l.ſi ſorori.ad quẽ.C.de iure deliberan. Nunc
facto hoc diuerticulo corroborando prædicta, repe-
rio quòd eandem conſtitutionem commendat domi-
nus Bartholomeus de Capua,ibidem,decens eſſe not.
quòd citius epiſcopus,quã Comes cõuincitur. Nam
ad condemnationem epiſcopi, ſufficiunt duo teſtes.
vt in cap.j.& ſecundo.ſecunda quæſtione quinta. Sed
ad condemnationem Comitis, debent eſſe multi &
quamplures, vt in conſtitutione prædicta, per quam
requiritur dictus determinatus numerus teſtium ad
inducendum probationem cõtra Comitem & Baro-
nem:& de cõſtitutione prædicta etiam meminit Luc.
de pen.cap.Regni,creſcit.& ibi quærit,an dicatur hęc
conſtitutio æqua.& idem Luc.in l.j. C. de reis poſtula.
libro x.& in l.veterani. ſecunda colum. C. de vetera.
libro xij.Quamobrem ex præallegatis, ſum voti præ-
fatum Comitẽ & eius filium eſſe ſub fideiuſsionibus
relaxandos. Et in hanc ſententiam inclinauit tota ma
gna curia. & licet Collaterale conſilium idem ſenti-
ret,tamẽ viſum fuit pro tunc è carceribus ad domum
propriam liberari:& ita executum fuit, & infrà pau-
cos dies fuerũt ambo liberati ſub cautione, in forma
iuxta votum præfatum.

Thomas Grammat. Iudex magnæ Curiæ Vicariæ.

Svmmarivm.

1 *Fateri nullatenus dicitur ille, qui allegat ſe erraſſe in facto.*

2 *Confeſſus delictum, ſi perſeuerando in confeſſione fuerit condemnatus probando de innocentia, ſibi ſubuenietur, etiam poſt ſententiam.*

4 *Confeſſus crimen poteſt ſuam confeſſionem reuocare, & audietur, licet in hoc iudices ſe reddant difficiles & rigoroſos, etiam ſi iuraſſet.*

6 *Reus criminis non poteſt renũtiare defenſionibus, etiam volens.*

Diuini numinis præſidio petito, Amen. In
cauſa nobilis Fabricij Serſalæ, de ciuitate
Surrenti, ſuper homicidio commiſſo in
perſonam Primicerij de magiſtro iudicis
Surrentini: qui Fabricius in tortura faſſus eſt præfa-
tum Primicerium vulneraſſe, & ex prædicto vulnere
deceſsiſſe, & demum ductus ad banchum iuris, con-
feſsionem prædictam expreſsè reuocauit,tãquàm er-
roneam,& dolore tormentorum extortam, offerens
probare de errore,fiſci patrono in contrarium aſſe-
rente non poſſe,nec debere per eandem magnam cu-
riam ad docendum de errore huiuſmodi cõfeſsionis
admitti,ſed reiterari torturam cõtra ipſum, vt in ſua
prima confeſsione perſeueret: ſicque habita matura
diſcuſsione inter me,& magnificum collegam Anto-
nium Baraptutium de zeano ipſius cauſæ relatorem,
1 dixit quòd nullatenus† fateri dicitur, aut videtur, ſe
erraſſe allegans,& maximè in facto, vt in l. non fate-
tur.ff.de iud imò huiuſmodi error minimè obeſſe cõ-
ſueuit, vſque ad ſententiam. l. error. C. de iur. & fac.
ignoran.& facit l.ij C quorum appel. non recipiunt.
2 imò,plus,ſi quis perſeuerauit in confeſsione, † adeò
vt condemnatus fuerit,probando de innocentia,ſub
uenitur ei,etiã poſt ſentẽtiam:per tex.in l.j. §. ſi quis
vltrò.ff.de quæſtio. & ideò à fortiori debet allegans
3 erraſſe,audiri†offerendo ante ſententiam de eius er-
rore verificare. Ita etiã in ſpecie dixit Guid. de ſuza.
magnus practicus & criminaliſta, in ſuo tract. de tor-
ment.in xj.col.ver.ſed de quæſtione.& conſuluit Bal.
in conſil.clxxj.incip.tres ſunt caſus.in v. vol. & idem
Bald.in l.ſi.j.col.C.de probat.in l.in bonæ fidei.j. col.
C.de reb.credi.Pet.de Anchar.in conſil. xxiij. incip.
viſa inquiſitione formata contra Philippum. vbi re-
fert in contingentia facti obtinuiſſe, quòd quis poteſt
4 in † criminalibus reuocare confeſsionem ſuam, licet
ſecundum eum in hoc iudices ſe reddant difficiles, &
rigoroſos, credentes vileſcere ſe in conſpectu homi-
num per abſolutionem,contra l.abſentem.ff.de pœn.
& idem firmat glo.in c.romana.§.ſi autem.de appel.
in vj.Ioan.de Imo.in l.conſtitutiones.ff.de appel. Bal.
in l.minoribus.C.de his,quib.vt indig.glo.in cap. ex
literis.extrà de diuor.Card.in conſil.cj.incip.in cauſa
appellationis Roma. in conſil. cccxcvj. incip. in caſu
propoſito.& conſil.cccxcj.incip. vt propoſita: circa
medium,& in conſi.cccccxx.incip.circa propoſitam:
iij.col.Par.in tracta.ſynd.in char.cij.ij.col.verſ.teſtis
fuit tortus.& hæc intelligenda ſunt, quòd etiam con-
feſsio ipſa licet iurata, reuocari potuit. Ita Bald. in l.
iubemius.circa med.C.de iud.& in l.vnica.C.de con
feſ.xv.colum.verſic.ſed pone minor..Roma.in conſi.
cccxcj.incip.vt propoſita.circa med.Ant.de But.in c.
fin.de confeſ.Idem Roma.in l.ſi verò.§.de viro.xxxj.
fal.ff.ſol.matri.Et facit ratio vrgentiſsima, nam cer-
5 tum eſt, quòd reus criminis non poteſt † renuntiare
defenſionibus ſuis,per gloſſ.ſingul. in l. pactum inter
hæredem.ff.de pact.quam dicit ſingu.Bal.in d.l.vnica.
de confeſ.xv.col.Barb.in c.cùm dilecti.de accuſ. iiij.
col.& ſequuntur omnes in dicta l. tale pactum. vnde
ſuccedit, quòd ſi non poteſt expreſsè renuntiare, mul
tò fortius poteſt reuocare quod erroneè & perperàm
6 contra eius ſalutem†confeſſus extitit, ſed non eundo
per mendicata ſuffragia, reperio in propriis terminis
idem firmaſſe And.de Iſer. Euangeliſtam in regno, &
qui fuit magnus fiſcalis,in conſtitutione,ſi dãna clan-
deſtina. in iiij. col. & idem in ſpecie reperio tenuiſſe
etiam Hypp.Marſi.in l.j §.ſi.xviij.col.ff.de quæſt.nul
lam mentionem faciens de Andr. ex quibus omnibus
ſum voti, concurrente etiam præfato meo Collega,
præfatum Fabricium eſſe audiendum ſuper probatione
ſuæ erroneæ confeſsionis allegatæ reclamãte fiſci pa-
trono conſobrino Primicerij occiſi vſque ad cœlum,
& aliter obtinere minime valente, ſed ſeipſum rum-
pente, cũ minis & clamoribus, quibus abundare cõ-
ſueuit. Et tandẽ receptis teſtibus ad defenſam per pre-
fatum dominũ Baraptutium meum collegã in ciuita-
te Surrenti demonſtratũ fuit de errore confeſsionis:
& ꝙ per tormenta ita cõfeſſus fuerat, & ſic præfatum
Primicerium ab alio fuiſſe vulneratum & occiſum.

Thomas Grammaticus, Iudex magnæ Curiæ Vi-
cariæ Neapo. Vtriuſque Iuris Doctor.

Svmmarivm.

1 *Aſſaſſinus, clericus propter aſſaſſinium, dicitur omni priuilegio exutus.*

2 *Aſſaſſinus dicitur diffidatus ab omni populo, & à lege.*

3 *Aſſaſſinus tanquàm ab omni populo diffidatus, poteſt impunè occidi, nedum à iudice, verùm etiam à parte.*

4 *Aſſaſſinus licet ſit clericus, poteſt tamen cognoſci, & iudicari per iudicem laicum*

5 *Contra aſſaſſinum proceditur iuris ordine non ſeruato,*



*non exigitur plena probatio ſed probabilia argumenta, & poteſt ex mero officio procedi, & de facto nu.6.*

7 *Aſſaſſinio poteſt ex cauſa minorari.*

8 *Licet in aliquo caſu pro delicto conſummato & perfecto lex imponat pœnam aliquam determinatã, ſi cõtingit delictum illud fuiſſe attentatum, non tamen perfectè conſummatum ſi lex ſpecialiter imponit eandem pœnam vel aliam limitatam, illa imponi debet.*

*Sed ſi non reperitur ſpecialiter determinata, mitius puniatur. ibidem. & extra ordinem ex arbitrio.*

10 *Attentans delictum quod tendat ad mortem ſi non eſt ſecutus effectus & euentus, poterit iudex ex hoc pœnam minuere.*

11 *Affectus punitur in atrocioribus, licet non ſequatur effectus, id intelligendum eſt, vt puniri debeat eadem lege ſed non eadem pœna ſed mitius.*

12 *Etiam in atrocioribus is qui deuenit etiam ad actum proximũ effectui, non punitur eadem pœna: licet puniatur eadẽ lege, qua punitur qui conſummauit delictum.*

13 *Iura punientia affectum, licet non ſequatur effectus, non habent locum attenta conſuetudine Italiæ.*

14 *Pœnæ capitales de conſuetudine Italiæ imponuntur pro delictis imperfectis.*

15 *Affectus quando punitur non ſecuto effectu, debet puniri pœna ordinaria.*

16 *Actus grauius puniuntur ex delicto conſummato, quàm inchoato.*

17 *Solus tractatus etiam in atrociſſimis non puniretur, quando non eſſet proceſſum ad aliquem actum ordinarium ad ipſum factum.*

18 *Crimen aſſaſſinij ad hoc vt puniri poſſit pœna mortis, licet ſit de atrocioribus, requiritur quòd fuerit conſummatum, aliàs ſecus.*

19 *Delicta hodie non puniuntur pœnis contentis in conſtitutionibus regni, & iuribus principalibus, niſi delicta ipſa ſint conſummata & perfecta.*

20 *Mandans homicidiũ cõmitti mediante pecunia, ſi non fuit ſequutum homicidium, non erit pœna mortis. ſed pœna criminis ſtellionatus ſeu pecuniaria. & nu.21.*

## VOTVM VIII.

Conditoris machinæ mundialis præſidio
petito. In cauſa reuerendi Protonotarij
Capuani inquiſiti de aſſaſsinio, cùm pe-
cunia mediante mandauerit homicidium
committi in perſonam Galeatij Lõbardi eius inimici:
& acceptato mandato per mandatarium, ac detecto
tractatu non fuit ſequutus effectus. Hæſitatum fuit in
magna curia Vicariæ, qua pœna veniat præfatus Pro-
tonotarius in eadẽ carceratus plectẽdus? Item an poſ-
ſit de aſſaſsinio ipſo cognoſci per eandẽ magnam cu-
riam, attenta perſona priuilegiata ipſius, cùm ſit cle-
ricus,& in ſacerdotali dignitate conſtitutus. Et omiſſo
primo, ad quod redeã, vt infrà, inficiari non poteſt, ꝙ
attenta verificatione prædicti aſſaſsinij, de quo plenè
liquet, præfatus Protonotarius nõ dicatur omni pri-
1 uilegio † exutus, per tex.in cap.pro humani.de homi.
in ſexto.per quẽ prima facie concedendũ eſſet ipſum
poſſe vltimo ſupplicio cõdemnari.& licet in text. ipſo
expreſsè pœna mortis non cõtineatur, cùm à canone
ſit incognita, tamen in eo continetur, vt aſſaſsinus, ſeu
mandans homicidium committi per pecuniam, ſit dif
2 fidatus ab omni populo:& † ſic contra diffidatũ à lege
notoriè bellum indictum eſt: vt in l.reos.& ibi Cy. C.
de quæſtionib.argum.l.ſi ſeruus. C.de his, qui ad eccl.
confug.intantum,ꝙ diffidatus à lege, poteſt à quoli-
bet impunè occidi.l.j. C. quando licet vnicuique ſine
iudi.ſe vindi.l.iij.§.transfugas.ff.ad leg.corne.de ſica.
3 & propriè † in aſſaſsino, tanquã ab omni populo dif-
fidato, quod poſſet impunè occidi, voluit Cy. in præ-
dicta l.reos.Ang.in conſi.xiiij.incip.nos Carolus.vbi
ſubdit, quòd nedum à iudice, verumetiam à parte poſ
ſit impunè occidi. Idem tenet Gemin.in dicto cap.pro
humani.refert & ſequitur do.Bartho. Soci.inter con-
ſilia Franciſ. Curt.conſil.xx.xviij.col. incip. dominus
labia mea. ſæpenumero animo reuolui. Sed nunc re-
4 deundo ad primum, an tanquam aſſaſsinus, † licet ſit
clericus, poſsit per iudicem laicum, & ſic per ipſam
magnam curiã cognoſci & puniri abſq; aliqua actuali
degradatione.& certè dicendum eſt ꝙ ſic, per d.cap.
pro humani. Ita etiam in ſpecie tenet dom. Stephan.
Aufreri.in repet.clemen.ſæpe.de offic.ord.in tractatu
quem ibi ponit de poteſta.ſecula. ſuper eccleſi.& per-
ſonis eccleſiaſticis. iij. chart. dicti tractatus, in xviij.
fallent.& Paris de Put.in ſuo tractat.ſynd.lj.charta.ij.
col. circa finem. vbi dicit idem tenere Lapum in præ-
dicto c.pro humani. Ex quo ipſo iure videtur degra-
datus,& data vnicuique poteſtas ipſum capiendi. c.j.
5 de ſchiſmat. in vj. & per ius clericus aſſaſsinus † vide-
tur ſpoliatus omni priuilegio clericali: vt ibi per Do-
cto.& contra aſſaſsinos de facto proceditur, vt dicit
Bart.in l.non ſolùm §.ſi mandato. ff.de iniur. & idem
Par.in tract.ſyndi.in xxxj.char.j.colum. verſicu. ideo
dico.& plus ſubdit ibidem Par. in ij. col. quòd contra
aſſaſsinum poteſt iudex procedere ex mero officio:
& propter immanitatem ipſius criminis, proceditur
6 iuris †ordine non ſeruato.& allegat Bart.in prædicto
§.ſi mandato.& dicit, quòd plus dicunt canon.in præ-
dicto cap.pro humani.ꝙ in tali crimine non exigitur
plena probatio, ſed ſufficit conſtare per probabilia
argumenta. & alleg. etiam Calderi. in ſuo conſil. iiij.
in titul. de dilatio. & rectè intuenti idem dicit text. in
dicto c.pro humani. Et idem de omnibus prænarratis
ſequitur & refert Hyppol.Marſil. in ſua practi. cauſa-
rum criminalium,in verſic.examinanda. in iiij.col.&
idem Marſil.in ſua practi.prædicta.in verſicu. diligen-
ter.in ix. char.in numero 166. Et ſic licet poſsit iudex
talem aſſaſsinum vltimo ſupplicio condemnare, pote
7 rit tamen † ex cauſa pœnam minorare, vt dixit Andr.
de Iſern.in titu.quæ ſint rega.in verſic.& bona. in iij.
col.& plenè Feli.in c. qualiter & quando. §. ad corri-
gendos.extrà de accuſat. Et cauſa conſiderari poteſt,
quando delictum non fuit perfectè conſummatum,
iuxta ordinem mandantis, vt in caſu præmiſſo, in quo
Protonotarius præfatus volebat ipſum Galeaciũ oc-
cidi:& homicidiũ minimè ſequutum fuit, nec vulnus,
8 nec inſultus: & ideo ſuccedit iuris diſpoſitio, † quòd
quãuis pro actu conſummato & perfecto lex impone
ret pœnam aliquã determinatam, & poſteà contingat
delictum illud fuiſſe attentatum, tamen non perfectè
conſummatũ, ſi reperitur, ꝙ lex ſpecialiter imponat
eandem pœnam, vel aliam limitatam, debet illa impo-
ni: vt in l.j.C.ſi quacunque prædi.poteſt.l.is qui cum
telo. C.de ſicar. ſed ſi non reperitur ſpecialiter deter-
minata, mitius punitur & extra ordinẽ, arbitrio iudi-
cantis. vt probatur in l.j.in princip. ff.de extraordin.
crimin.& not.Ray.Bal.& Ang.in l.j.§.hęc autẽ verba.
ff.quod quiſque iuris.quæ verba reputat Bald.ibi not.

Cùm ergo tractata & attentata per ipſum Protono-
tarium non fuerint executa, & ad effectum finalē per-
9 ducta, † debet mitius puniri. Ita ex prēallegatis conſu-
luit Alex. de Imo. ita formaliter loquendo, in conſil.
cxj.iij. col. j.vol. & ideò voluit Iacob. de rau. vt re-
fert Bar.in l.j.§.diuus.ff. ad leg. cor.de ſica. quòd licet
attentans delictū, quod tendat ad mortem, puniatur
pœna legis corneliæ de ſicar. tamen quando non eſt
10 ſequutus effectus & † euentus, qui conſideratur in de-
lictis, per l.aut facta.§.euētus.ff.de pœn. poterit iudex
ex hoc pœnam minuere. Pro hoc videtur text.in d.l.j.
de extraordi. criminib.in verſic. ibi, pefecto flagitio.
capite punitur: ſed imperfecto in inſulam deportatur.
per quem text. dicit Guli.de Cuneo in l.ſi quis non di-
11 cam rapere. C.de epiſc.& cleri. † ꝙ licet in atrociori-
bus puniatur affectus, licet non ſequatur effectus, id
intelligendū eſt, vt puniri debeat eadem lege, ſed non
eadem pœna, ſed mitius, per d.l.primā ff. de extraor.
crimin.& in d.§.euentu. Idem tenet Cyn.in d.l.ſi quis
non dicā rapere. C.de epiſc. & cler. Idem reperio cō-
ſultum fuiſſe per do. Franciſc. de albergo.de aretio in
conſi.ſuo incip. in Chriſti nomine, Amen. Quòd Cic-
cus fante. ij. col. quod habeo ad penam in libro meo
diuerſorū conſiliorum diuerſorum doctorum, vbi for
maliter & magiſtraliter loquitur, dicendo ꝙ quan-
tumcunque mandatū ſit rei atrociſsimæ tamen atten-
ditur eius executio, & non ſuſceptio ſola mandati, vt
ff.de furtis.l.ſi quis ſeruo.§.idem Pompo. & de iniur.l.
item apud Labeonē.§.ſi curauerit.& de verb.ſignifi.l.
ſæpe.l.fi. & de extraordina. crimi.l.j.in princip. Nam
ſicut mandans non explicit delictū & mandatū, abſq;
executione mandantis, vt dictis iuribus, eadē ratione
nec mandatarius, cùm non minus delinquat mandans,
quàm mādatarius, ſed magis principaliter delinquit,
qui primordialiter mandat, vt ff. de ſeruo corrup.l. in
hoc. & quod vi aut clam.l. ſi ego tibi. Aut dices eum
capitaliter puniendum, ex quo mandauit occidi vene-
no, quod tradidit exhibendum mediante pecunia, Et
concludendū eſt præfatum Ciccum non debere capi-
taliter puniri, cum non fuerit ſequutus effectus man-
dati præfati, videlicet necis, quam curauit inferre, ne-
que deuenit ad actum proximū effectui, ſed remotū,
qui velut de delicto conſummato, vel pœna delicti
conſummati non eſt afficiendus, ſed extraordinaria,
vel arbitraria puniendus, vt ff.de extraor.cri.l.j.§.fin.
in fin.& C. de ſer. fugi.l.ſi fugitiui. multò minus venit
dictus Ciccus capitaliter puniendus, ſecundum intel-
lectum & opinionem Modern. quam tenet Cynus &
12 Guliemus de Cug.in d.l.ſi quis non dicam rapere. † vi-
delicet, quòd etiam in atrocioribus is qui deuenit ad
actum etiam proximum effectui, non puniatur eadem
pœna, licet puniatur eadem lege, qua punitur, qui con-
ſummauit delictū, per d.l.j.de extraord.cri.& de pœn.
l.aut facta.§.euentus. Ita etiam formaliter conſuluit
Bartho. Cæpo.in ſuo cōſil.vlt. referendo ſuprà ſcripta
formalia, quæ reputo furto ſubtraxiſſe à prædicto do.
Franciſ.de Alberg. Et plus ſubdit Cæpo. hæc maximè
eſſe vera præſuppoſita conſuetudine, quæ dicitur eſſe
13 per totam Italiā, ꝙ licet iura puniant affectum, † licet
non ſequatur effectus, non habent locum, attēta dicta
conſuetudine vniuerſali. Ita dixit glo. in §. iniuriarū.
x colla. de pace iura.fir. quam Bart. & alij attribuunt
Spec. vt ipſe Bart. not. in l.j.§. diuus. ff.de ſica. & ideò
dixit Spec. in titu.de accuſat.§.j.verſic. quid ſi primo.
& Cyn.in l.is qui cum telo.C.ad leg. Corne. de ſicar.
14 quòd † pœnæ capitales de generali cōſuetudine Italiæ
non imponuntur pro delictis imperfectis: & quia hoc
eſt ſatis de æquitate naturali, quam maxime debent
ſeruare habentes arbitrari: per l.quod ſi Epheſi. ff. de
eo, quod cer.loco. ita refert & ſequitur Feli. in cap.in-
quiſitionis.vj.colum.extrà de accuſ. idem tenet Ioan.
And.in regula, in pœnis, in mercur. Bald.& Sali.in l.ſi
quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cleric. vbi dixit,
15 quòd † quando punitur affectus non ſequuto effectu,
debet puniri pœna extraordinaria, & idē tenent Præ-
poſ.& And.de Iſer.in c.j.§.ſi verò.de capita. qui cur.
vendi.& iſta eſt communis opinio, prout refert Ang.
in tract.malefic.in verſi.Sempronium mandatorem.j.
& ij.col.& plenè Alexan.in l.qui ea mente.ff.de furt.&
dicunt in ſpecie prēfati And.de Iſer.& Ang. vbi ſuprà,
ꝙ licet in atrocioribus & enormibus aliqualis actus
ſufficiat ad effectum vt puniatur: vt d. l.ſi quis non di-
cam rapere. licet in aliis non tam enormibus, etiam
ſi perueniatur ad actum, non tamen ad effectum per-
fectum, non noceat, vt in d.l.qui falſam.ff. de fal. atta-
men & grauius puniuntur actus ex delicto conſum-
16 mato, † quàm inchoato. d.l.j.de extraord.crim.& plus
dico, quòd licet in atrocioribus delictis puniatur affe
ctus, illud intelligendum eſt, quando proceſſum fuiſ-
ſet ad aliquem actum ordinatum ad ipſum factum, ſe-
cus autem quando non eſſet proceſſum ad aliquem
17 actum: † nam tunc ſolus tractatus etiam in atrociſsi-
mis non puniretur. Ita dixit Bal.in l. non ideò minus.
vij.col.verſic.vj. quæritur.C.de accuſa. quem refert &
ſequitur Feli.in ſuo tract.conatus.ij.col. verſicu.fallit
tertiò.& in eodem tract.penul.col.poſt princi.& pro-
bat bene tex.in l.qui falſam monetam. ff. ad leg. Cor-
nel.de falſi.vbi Hyppo.Marſil.tenet eandem opinio-
18 nem ibi in ij.col. Et quòd ad † hoc, vt huiuſmodi deli-
ctum committens puniri poſsit pœna mortis, licet ſit
de atrocioribus, requiritur quòd fuerit conſummatū:
ſecus ſi non ſit conſummatū. Ita conſuluit Bal. in con-
ſil.incip.In Chriſti nomine, Amen. Scire oportet quis
teſtis. per l.j.§.fin.in fin.ff.de effracto. & inſuper bene
facit, quòd quando delictum punitur per ſtatutū, non
habebit locum talis pœna, niſi delictum fuerit conſum
matum: & tamen ſtatuta ſtrictiſsimè interpretantur,
ex quo attentare, eſt ficte facere, & ſtatutū non exten-
ditur ad caſum fictum. l.iij.§.hęc verba.ff de neg.geſt.
19 & ſic hodie non ſit punitio pœnæ impoſitæ † per con-
ſtitutionem regni delinquētibus, niſi delicta ſint con-
ſummata & perfecta: vt dicunt Ang.& Paul.de Caſtr.
in l.j.ff.quod quiſque iuris. Lud. in l.damni. §.Sabini.
ff.de damno infecto. Alex.in conſil.xv. j.vol. Ioan. de
Imo.in l.j.de publi.iudic. Cy.& Bald.in d.l.is, qui cum
telo. Ang.in tract.malefi.in verſic. & veſtem cæleſtem
abſtulit & ibi moder. Vltimò non eundo per mendi-
cata ſuffragia, dico ꝙ interrogatus ab illuſtriſsimo &
reuerendiſsimo Cardinali Columna, locūtenente ge-
nerali Cæſar. maieſtatis, qua pœna veniret præfatus
Protonotarius plectēdus, in præſentia magnificorum
Regentis & iudicum, reſpondi non poſſe capitaliter
puniri ex cauſa illius mādati de occidendo mediante
pecunia: ex quo ita in particulari & in propriis ter-
20 minis † voluit Dyn.& poſt eum Angel.in l.item apud
Labeonem.in §.ſi curauerit.ff.de iniur.& idem voluit
Gandinus in tract. malefic. in titulo de homicidiis &
eorum pœna. iiij. col. licet concludat, ꝙ ipſe putaret
iudicem



iudicem nō delinquere, ſed bene agere, ſi in caſu præ-
miſſo puniret ipſum mandantē crimine ſtellionatus.
& idem ſequitur Auguſt. Arim.in additio.ad Angel.in
verſic. Sempronium mandatorem. ij. col. & etiam al-
legat Ang.in conſi.xiiij.incipien. nos Carolus. dicen-
tem, quòd ſi homicidium nō ſit ſequutum, licet aſſaſ-
ſinus debebat decapitari, quia peruenit ad actū pro-
ximum, tamen ex quo delictum non fuit conſumma-
tum in morte, quia mors non fuit ſequuta, bene faciet
princeps, ſi commutet pœnam in pecuniā. & eandem
opinionem, videlicet ꝙ non ſequuto homicidio in aſ
21 ſaſsinio † delictum ipſum non dicatur cōſummatum,
& quòd eo caſu veniat imponenda pœna pecuniaria,
firmat Amod. iuſti, excellēs Doctor in ſuo tractatu,
ſyndi.in verſic.item in eo, ꝙ dicti ſocij milites.in iiij.
col. vbi etiam ſubdit ſe aliàs conſuluiſſe in ciuitate Se-
narum in fauorem capitanei & militis, cui carcera-
tus aufugerat pro crimine aſſaſsinatus qui tenebatur
carceratus in loco conſueto in compedibus, & ſic ex
quo attenta cauſa ipſa aſſaſsinij, pro qua detinebatur,
veniebat imponenda pœna pecuniaria, reputari de-
buit diligens cuſtodia, & fuga eius non imputabitur
ipſis officialibus. Quam ob rem reſpondi præfato il-
luſtriſsimo & reuerēdiſsimo domino Cardinali præ-
fatum Protonotariū poſſe pecuniariter puniri, quod
placuit ſuæ illuſtriſsimæ dominationi, & etiam præ-
fatis Magnificis Regenti, & iudicibus prēfatæ magnæ
curiæ meis collegis. & ita executū fuit. & ſoluit reue-
rendiſsimæ curiæ pro pœna ducatos quadringentos,
& ſic ad compoſitionem præfatam admiſſus fuit.

Thomas Grammaticus Iudex magnæ Curiæ Vi-
cariæ.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinus dicitur, qui per pecuniam ſeu aliquo ſibi da-
to delinquit.*
2 *Aſſaſſinus an dicatur, qui per aliquam promiſſionem
ſibi factam crimen committit.*
3 *Et an ſi quis delictum committit, vt complaceat alteri,
dicatur commiſſum crimen aſſaſſinij.*
4 *Aſſaſſinus dicitur diffidatus ab omni populo Chriſtia-
no, ob quod poteſt impunè occidi, nedum per iudicem
ſed à quolibet priuato.*
7 *Delictum quando punitur pœna ſtatuti, non habet lo-
cum pœna præfata, niſi delictum fuerit conſumma-
tum ſi attentatum.*
8 *Affectus quòd non puniatur, niſi ſequuto effectu, non
habet locum in delictis enormibus.*
9 *In atrocioribus per ſolum attentatum, dicitur conſum-
matum delictum.*
10 *In atrocibus ſi deuentum eſt ad actum proximum, de-
bet inquiſitus puniri pro delicto conſummato concur-
rente dolo.*
11 *Aſſaſſinus ſi ſemel deliberauit cōmittere aſſaſſinum, &
demum ſe pœnituit, talis pœnitentia non excuſabit.*
12 *Aſſaſſinij delictum eſt crimen atrox, & exceptuatum,
imo æquiparatū crimini læſæ maieſtatis & ſimilibus.*
13 *Vbi agitur de pœna criminali imponenda ex ſolo cona-
tu, quis mitius punitur arbitrio iudicis, Secus vbi lex
tali caſu ſpecificaret quantitatem pœnæ.*
14 *Conatus in atrocioribus punitur, & ibi de monachis, qui
fuerunt conati dare venenum abbati ſancti Petri.*
16 *Pœna poteſt per iudicem alterari, vbi adparet de animo
occidendi, etiam ſi per indicia adpareat.*
17 *In aſſaſſinij crimine proceditur de facto, & iuris ordine
non ſeruato.*
18 *Aſſaſſinus clericus tanquam ipſo iure degradatus, pu-
nitur per iudicem laicum.*
19 *Iura licet tranſgredi in enormibus.*
20 *Aſſaſſinus ſi poſt receptam pecuniā deuenit ad actum
proximum homicidio, habetur, & punitur ac ſi occi
diſſet.*
21 *Contra aſſaſſinos ſemper ſolet pœna augeri.*
22 *Et licet de generali conſuetudine Italiæ non ob malum
animū, nec ob conatum ad delictū, debeat quis pœna
mortis naturalis puniri, attamen non habet locum in
crimine aſſaſſinij.*
*Delinquendi conſuetudo inducitur per binum actum.*
23 *Geminans delictum, non debet ſperare de venia.*
24 *Excarcerandus die veneris ſancti ſi reiterauit delictū,
non debet excarcerari.*
25 *Furta plura committens, licet parua, debet mori: licet
pro vnico non magno mori non debeat.*
26 *Reiterator delictorum etiam ſi pro eiſdem, vel quilibet
delictorū veniret imponenda pœna pecuniaria, atta
men ob reiterationem debet pœna mortis naturalis
puniri.*
27 *Reiteratio delicti facit, vt illud, quod aliàs non erat
capitali pœna puniendum, puniatur capitaliter.*
28 *Pœna cap. pro humani. de homici. in vj. habet locum
tam in mandante, quam in mandatario.*
29 *Conſtitutio quæ loquitur in mandante, non extenditur
ad mandatarium.*
30 *Statutum pœnale non comprehendit mandantem.*

## VOTVM IX.

Redemptoris gentium poſtulato ſuffragio.
Nicolaus Anellus de Cecca Cayetanus,
paruo munere vnius paris caligarū cor-
ruptus ab Alphonſo de Aquino, vt magi-
ſtrum Laurentium interficeret, maximo impetu in
ipſum euaginato enſe percutiendo irruit, quod nec
perficere, aut vulnerare valens, aufugit. & paucis inde
diebus elapſis iterato depoſita pecunia duos hiſpanos
vt Laurentium ipſum, ac etiam magiſtrum Auguſti-
num ad inſtantiam Andrææ Banderolæ vxoris ipſius
amore capti, interficeret, cōduxit, eiſque acutum mu-
cronem ad id facilius perficiendum, conduxit, quo
detecto & Nicolao Anello ipſo in fortiam curiæ per-
uento, ab illuſtriſsimo Conſaluo Ferdinando regni
Siciliæ Prorege, quid ſuper ipſius inquiſiti pœna de
iuris cenſura ſentirem, ex infra ſcriptis breuiter faci-
limè adparebit. Et principaliter dicendum eſt prę-
fatum Nicolaum Anellum crimen aſſaſsinij commi-
ſiſſe, cùm ex cauſa caligarum habitarum ab Alphonſo
de Aquino homicidiū ipſum perpetrare deliberaue-
rat in perſonam magiſtri Laurentij, ex quo aſſaſsinus
dicitur, qui per pretium, † ſeu aliquo ſibi dato delin- 1
quit. ita dixit Bar.in l.Cicero.ff.de pœn. Alc.de Imo.
in l.j.§.hæc actio.ff.de eo per quem fact.erit.& ideò
dixit Bar.in l.non ſolum.§.ſi mādato. ff de iniu. quòd
ſi aliquis facit, vel fieri facit mediāte pecunia, dicitur
aſſaſsinus. & alibi dixit Angel.in l.j. de ſepul. violato.
quòd hi ſunt aſſaſsini. qui pecunia corrupti, delicta
faciunt, & in hoc caſu nedum ipſi puniuntur, verum
etiam, qui mandant. idem dicit Par. de puteo, in tract.
ſyndi.in verſic.inquiſitio.in c.dicit conſtitutio regni.
& alibi dicit Angel. in tracta. malefic. in verſic. Sem-

pronium mãdatorem.in princ. quòd accipiens man-
datum pro pecunia, dicitur aſſaſsinus, & ibi parum
infra ſubdit, quòd in vtroque, id eſt, in aſſaſsinio &
mandante eſt delictum atrocius ob pecuniam, & ideò
grauior pœna. vt in dicto cap. primo. de homic. in vj.
& ideò pulchrè conſuluit Franc. Curt. in conſil. xx. in
2 v. char. quòd † per promiſsionem factã alicui, vt de-
lictum committat, dicitur eſſe commiſſum crimen aſ-
ſaſsinij. & alibi dixit pulchrè Ioan. And. in cap. penul.
3 de cler. non reſiden. quòd † nedum pro pecunia, ſed
etiam, ſi vt quis complaceat alteri, delictum commit-
tat, dicitur perpetratũ delictum aſſaſsinij. modò cla-
4 rum eſt, quòd † aſſaſsinus dicitur diffidatus à populo
chriſtiano, obquod poteſt impunè occidi, nedum per
iudicem, ſed etiam à quolibet priuato, vt dicit Cyn. in
l. reos. C. de accuſa. Gemi. in c. pro humani. de homic.
in vj. Angel. in conſil. xiiij. incip. nos Carolus. & plenè
Alex. de Imo. in l. j. §. trãsfugas. ff. ad leg. corne. de fal.
& Franc. Cur. in præfato conſil. xx. quod conſilium in
rei veritate fuit Barthol. Soci. in eius ſubſcriptione
liquet in v. chart. Et licet præfatus inquiſitus eundem
magiſtrum Laurentium cum enſe percuſſerit, non ta-
men vulnerauit, reſultare videtur, ꝙ cùm effectus ho-
micidij non fuerit ſequutus, debeat excuſari ab huiuſ-
modi pœna: cùm hodie in Italia per ſtatuta nõ inſpi-
5 ciatur animus & affectus, † ſed euentus, & ſic effectus,
ad hoc vt habeat locũ pœna homicidij, prout voluit
Spec. in tit. de accuſ. Bar. in l. j. §. diuus. ff. ad leg. corn.
de ſica. & in regno viget conſtitutio, aſperitatem, quæ
corrigit ius cõmune, & ſuccedit loco ſtatuti. & quan-
6 do delictum punitur per ſtatutum, non punitur † pœ-
na ſtatuti, niſi delictum ſit cõſummatum: Secus ſi at-
tentatum: quia attentare eſt fictè facere. & ſtatutum
non extenditur ad caſum fictum. l. iij. §. hæc verba. ff.
7 de neg. geſt. & ſic hodie non imponitur † delinquenti-
bus pœna impoſita per conſtitutionem regni niſi de-
licta ſint conſummata & perfecta, vt dicunt Angel. &
Paul. de Caſt. in l. j. ff. quod quiſq; iur. Lud. in l. damni.
§. Sabini. ff. de dam. infe. & Alex. in conſil. xv. in j. vol.
& Ioan. de Imo. in l. j. ff. de publi. iudi. Cyn. & Bal. in l.
is, qui cum telo. C. de ſica. Ang. in tract. maleſi. in verſi.
8 & veſtem cæleſtẽ. & ibi Mod. † Nam præfatis reſpon-
detur, nam quòd effectus ſeu conatus nõ punitur, niſi
ſubſequuto euentu, non habet locum in delictis enor
mibus. voluit glo. ordi. & not. in l. j. in verſi. putamus.
& ibi Lud. Roma. ff. quod quiſque iur. vbi Bal. ibidem
eam intelligit in delicto aſſaſsinij, quod eſt enorme.
& Bald. in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugi. Idem in ſpecie
tenet Bertachi. in reperto. ſuo in verſic. affectus. præ-
ſertim cùm in atrocioribus per ſolam attentationem
9 † ſeu attentatum, dicatur delictum conſummatum, vt
in l. ſi quis non dicam rapere. & ibi Bal. C. de epiſc. &
cleri. idem Bald. in l. non ideò minus. C. de accuſa. Et
quòd delictum iſtud aſſaſsinij ſit atrox, & eiuſmodi,
quòd pœna augeri debeat, voluit in ſpecie Bar. in l. nõ
ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. in verſi. venio ad con-
ductorem. de quo dicit eſſe tex. in dicto c. pro human.
Idem voluit Ang. in tract. maleſi. in ver. Sempronium
mandatorem. j. col. Et procedunt potiſsimè prælle-
gata, cùm ſit deuentum ad actum facti proximum &
immediatum, ex quo præfatus Nicolaus Anellus ex-
traxit arma & percuſsit: quo caſu propter talẽ actum
10 proximum, † debet inquiſitus ipſe puniri pro delicto
conſummato, cõcurrente dolo. Ita dixit pulchrè Bal.
in l. ſi quis non dicam rapere. vlt. col. C. de epiſ. & cle.
& in l. non ideò minus. vij. col. verſic. xxj. quæritur. de
accuſa. Fel. in tract. conatus. tertia fallentia, in fi. Abb.
& Fel. in c. j. extra de treuga & pace. maximè cùm per
ipſum non ſteterit illum occidere, & perficere non
valuit, quia non potuit: imò ſi ſemel deliberauit id
11 perficere, & poſteà ſe pœnituit, talis † pœnitẽtia ipſũ
non excuſabit. Ita dixit Gemin. in prædicto cap. pro
humani. & præſertim puniendus eſt attentatus, cùm
ſimus in delicto, quod poteſt trahi ad exemplum: per
tex. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. Et quod delictum aſ-
ſaſsinij ſit atrox, & exceptuatum, imò æquiparatum
12 † crimini læſæ maieſtatis, & ſimilibus. tenet Gemi. in
prædicto cap. pro humani. & Fel. in d. tracta. conatus.
in vj. fallentia. & licet vbi agitur de pœna criminali
13 imponenda ex ſolo conatu † quis mitius & extraor-
dinariè puniatur iudicis arbitrio, vt probatur in l. j.
ff. de vari. & extraordi. cog. iuncta l. quãuis adulterij.
C. de adul. in fi. hoc tamẽ procedit, vbi lex in tali caſu
non ſpecificat quãtitatem pœnæ: nam vbi lex ſpecifi-
cat, ſtatur illi legi, licet delictũ non ſit vndique con-
ſummatũ. ita dixit Bal. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. &
probat bene tex. in l. j. C. ſi quacun. præd. poteſt. & in
l. is, qui cum telo. C. de ſic. per quę iura ita in terminis
cõcludit Alex. de Imo. in l. j. §. hæc autẽ verba. ff. quòd
quiſque iuris. ſed quia ſumus in delictis atrocioribus
vltra diſpoſitionẽ d. capituli, pro humani. in quo ex-
preſsè deciditur caſus iſte. dico ꝙ ratione atrocitatis
affectus ille & conatus occidẽdi, & cum fecerit quan-
tum potuit, habetur pro effectu. ita Bal. in prædicta l.
ſi quis non dicã rapere. ij. col. & Card. in c. j. de eo, qui
mit. in poſ. & Domi. in c. gratia. j. q. j. vbi formaliter
14 dicunt, ꝙ † iura punientia conatũ, loquuntur in atro
cioribus. ſentit glo. peregrina. in l. præſenti. in verſic.
cogitatione. C. de his qui ad eccle. confug. & ideo di-
15 cebat Bar. in l. j. ff. de parri. quòd † monachi. qui conati
fuerunt dare venenũ Abbati S. Petri, debebant plenè
puniri, licet non fuerit delictũ conſummatum & per-
fectum ad mortẽ. Idem voluit Bart. & Sal. in l. j. C. de
male. & mathe. Ang. de Aret. & Augu. de Ari. in tract.
maleſi. in ver. & veſtem cæleſtẽ abſtulit. ix. col. ver. ſed
aduertas. eo maximè, cũ ſemel cõſtet de animo ipſius
Nicolai Anelli de occidendo præfatum Laurentium
16 poſsit pœna per iudicẽ alterari etiamſi adpareat † per
indicia. Ita dixit Saly. in prædicta l. is, qui cum telo. &
potiſsimè concedẽda ſunt præallegata in caſu, in quo
ſumus in crimine aſſaſsinij, in quo procedendum eſt
17 † iuris ordine nõ ſeruato vt dixit Hoſt. Lap. & Domi.
in d. c. pro humani. & dixit Bal. in prædicto §. ſi man-
dato. ꝙ contra aſſaſsinos de facto proceditur. Et hinc
eſt, quòd aſſaſsinus ſi ſit clericus tãquam ipſo iure de-
18 gradatus per crimen † aſſaſsinij, poteſt puniri per iu-
dicem ſecularem, cùm eo caſu per aſſaſsinium ſit om
ni priuilegio exutus: vt dicit Lap. in dicto cap. pro hu-
mani. & Franc. Curt. in prædicto conſil. xx. & Par. in
tract. ſynd. in verſic. inquiſitio. in cap. dicit conſtitu-
tio regni, & rectè quidem, non abſque miniſterio iura
19 diſponunt, vt in enormibus † liceat iura tranſgredi:
vt dicit Innoc. in cap. j. extrà de conſti. Bald. in l. j. C.
de preci. imper. offer. & in l. obſeruare. §. proficiſci. ff.
de offic. proconſul. & in l. j. C. de iura. calum. & in l. &
ſi ſeuerior. & ibi Salic. C. de infa. & ideò non ab re ex
iuris diſpoſitiõe licet delictũ inceptũ & nõ perfectũ
non puniatur tanquàm conſummatũ, fallit in aſſaſsi-
no, cui



no, cui ſi fuit pecunia data, ſeu promiſſa, vt hominem
20 occideret, ſi deuenit ad actum † proximum, prout in
caſu pręmiſſo, puniẽdus eſt, ac ſi occidiſſet: vt legitur
& not. in c. j. de homi. in vj. & tenet Io. And. in mercu.
in regula, in pœnis. vbi enumerat multos caſus, in
quibus attentatum delictum punitur vt conſumma-
tum. & per Bal. & alios in prædicta l. ſi quis nõ dicam
rapere. & in l. is, qui cũ telo ad legem Corne. de ſicar.
& idem in regno tenet & ſequitur per pręfatã deciſio.
Io. And. do. Matthe. de Afflic. in conſtitutione, ſi quis
aliquem. ſub rubrica, de percuſ. illici. cum armis. in v.
col. in ij char. in x. q. & ibi ſubdit contigiſſe iis diebus
in quodam aſſaſsino, qui traxit dardam ſeu ſagittam
cum baliſta, & dedit in arzono equi, & non percuſsit
hominem, aduerſus quem traxerat: nam fuit punitus
ac ſi occidiſſet. & ita dicit vidiſſe determinatũ & poſt-
21 eà exequutum: quia contra iſtos † aſſaſsinos ſemper ſo-
let augeri pœna, vt Bart. in l. non ſolum. §. ſi mandato.
iij. col. ff. de iniur. & in l. Cicero. ff. de pœn. & ibi con-
cordan. in apoſtil. Alexan. & idem, vt ſuprà, videlicet
quòd nemo debet decapitari niſi propriè occiderit
alium, nec ob malum animum, nec propter conatum
tantum debet pœna mortis puniri naturalis: & de ge
nerali conſuetudine totius mundi derogatum eſt di-
ctis legibus, vt dicit Spec. in titu. de accu. prima parte.
§. j. ver. ſed pone. & ſequitur Ang. in l. j. §. hæc verb. ff.
quod quiſque iuris. & in l. j. §. fit iniuria. ff. de var. & ex
22 traordi. crimi. Nam hoc fallit, † & non habet locum
in crimine aſſaſsinij, ſecundum Ang. in trac. maleſi. in
ver. ex interuallo. iij. char. allegat Bal. & Ang. in l. j. §.
hæc verba. ff. quod quiſque iur. & idem refert & ſequi
tur idem do. Matthe. de Affli. in conſtitu. mala noxia.
ij. col. & ſub rubrica de malis noxiis ſeu medica. Et po-
tiſsime militabunt prędicta ob conſuetudinem ipſius
Nicolai Anelli circa crimen iſtud aſſaſsinij, cùm adpa
reat iteratò per medium hiſpanorum nedum præfatũ
Laurentium occidere, verumetiam & Andręam Ban-
derolam: & ſic conſuetudo iſta delinquẽdi liquet in-
ducta per binum actũ: gl. in c. ita nos. xxv. q. ij. Bal. in
l. iij C. de epiſc. audien. & Ang. in d. conſ. xiiij. Et plus
23 ſubdit Bal. in d. l. iij. quòd † geminãs delictũ, non debet
ſperare de venia. Idem dixit Spe. in tit. de contuma. §.
iiij. ver. ſed pone, iudex. & alibi dixit gl. in l. quicunq;.
C. de ſer. fug. ꝙ ex reiteratione delicti augetur pœna.
& idẽ dixit Inno. in c. nouit. de iudi. & Bald. in marga.
in verſic. crimen. & ideò dixit Bal. in præallegata l. iij.
24 C. de epiſco. audien. † quòd excarcerãdus die veneris
ſancti, ſi reiterauerit delictũ, nõ debet excarcerari am
plius. Idem ſequitur Ludo. in l. ſi vero. §. de viro. xxxj.
fallen. ff. ſol. ma. glo. in l. lex Cornelia. ff. ad ſilla. Hinc
dixit Bal. in c. de appellationibus. extrà de appella. ꝙ
25 licet pro vnico furto non magno quis mori † non de-
beat, tamẽ ſi commiſit plura furta, licet ſint parua, ob
ipſorum reiterationem debet furcis ſuſpendi. Idẽ vo
luit And. de Iſer. in conſtitu. regni incipiente: ſuper in
ciſionibus arborum. & eſt ſub robri. de homici. clãde.
Idem etiã tenet Fely. in c. ſignificaſti. el primo extrà
de homici. Hinc ſummus pontifex in c. ad obolẽdam.
extrà de hęreti. prima vice parcit hæretico: ſed reite-
ranti dat pœnas, & ipſum nullatenus admittet. Hinc
Iuriſconſultus in l. ſi plures. ff. de re mili. iuſsit tyroni
bus deſertoribus militiæ prima vice indulgẽdum: ſed
reiterantibus minimè. & idem in l. non omnes. §. de-
ſertor. eod. titu. vbi ſi deſertorem contingat in vrbe
reperiri, capite punitur: alibi verò ex prima apprehen
ſione reſtituitur, iterum deſerendo capite puniendus
eſt. & quod delictũ reiteratum plus puniatur, eſt text.
in c. peruenit. xxvij. quęſt. j. & quod longè maiori pœ-
na teneatur, voluit Saly. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de vi
pub. & ideò dixit pulchrè And. de Iſer. in verſic. & bo-
na committentium. in tit. quæ ſint rega. quòd ſi prin-
ceps ſemel delinquẽti indulget, facinoroſo autem ha-
26 benti in conſuetudine parcere minimè deberet: † &
ideò notab. voluit ſingulariter Ange. in l. j. C. de ſuper
exacto lib. x. vbi eſt text. etiam formalis in fine in ver
ſiculo, perſeueret. quòd reiterator criminum, etiamſi
pro eiſdem ſeu quolibet ex eis veniret imponẽda pœ
na pecuniaria, tamen propter reiterationẽ debet pu-
niri pœna mortis naturalis. Idem voluit imperator
in l. omnes. C. de delato. cod. lib. x. & ibi patet, quòd
iura non punientia crimina capitaliter, non extẽdun-
tur, vbi crimina ipſa fuiſſent reiterata per eundem cri
minoſum: & ſic delictum illud, quod aliàs capitale
27 † non erat ex reiteratione efficitur capitale. quod eſt
no. ſecũdum Roma. in l. ſi verò. in §. de viro. xiij. caſu.
ff. ſolu. matri. idem tenet Bart. in l. licitatio. §. quod il-
licitè. circa princip. ff. de publican. refert & ſequitur
Anto. Corſe. inſignis Doctor, in tracta. de pote. & ex-
cellen. Regia, in ſuo tracta. de verbis gemi. vij. col. in
verſi. lij. & idem tenet Luc. de pen. in d. l. j. C. de ſuper
exac. Ioan. de Pla. in l. omnes iudices. C. de delato. lib.
x. & idem tenet Par. de Put. in tract. ſynd. in verſi. pœ-
na. in cap. quia multa occurrere in verſi. iudex poteſt
criminoſum propter conſuetudinem. & ſubdit per
text. in l. omnes. C. de delato. quòd ſi iudex eo caſu ca
pitaliter puniret ob cõſuetudinem delinquendi, non
tenebitur in ſyndicatu. licet Par. de præallegatis de-
ciſionibus nullam mẽtionem fecerit: nec credo quòd
viderit, niſi Ang. in d. l. j. de ſuperexact. vbi dat formã
procedẽdi cõtra tales reiteratores, vt aſſeſſores, dum
volunt illum capitaliter punire, debent inquirere
contra ipſum tanquam contra conſuetum talia crimi
na committere, & in eis perſeuerare: & ſic ipſum con
uictum ſecurè poſſunt condemnare ad mortem non
obſtante quòd talia crimina de ſui natura non ſint ca
pitalia. quod eſt menti tenendum: dicit Ang. Et quod
28 pœna † dicti cap. pro humani. locum habeat tam in
mandante, quàm in mandatario: voluit Ang. in pręal-
legato trac. maleſi. in verſi. Sempronium mandatorẽ.
in princ. ibi dum dicit, quòd in vtroque propter in-
teruentum pecuniæ delictum eſt atrocius: per text. in
d. c. pro humani. & idem voluit Ang. in l. de ſepul. vio.
refert & ſequitur Par. de Put. in prædicto tracta. ſynd.
in ver. inquiſitio. ſuprà allegat. & quia in ſacra pagina
cautum eſt ex ore tremendi Dei, maleficos non patia
ris viuere ſuper terrã, vt habetur Exodi ij. capi. idcir-
co concludo reſpectu enormitatis criminis, ac ipſius
reiterationis, præfatum Nicolaum Anellum vltimo
ſupplicio eſſe de iure condemnandum. & ita iuris eſſe
conſulo veſtræ Illuſtriſ. ac inuictiſsimę Dominationi,
cui aſsiduè poſt veſtrarum manuum oſcula me com-
mendo. Ego Thomas Grammaticus, Iudex magnę cu
riæ Vicariæ, Veſtræ Illuſtriſsimę Dominationi ſeruu-
lus obſequentiſsimus. Aduertendum arbitror, ne
curſim legenti videatur præcedẽs votum contrariũ à
proximo præcedenti conſilio ſeu voto, cùm in præ-
cedenti cõſuluerim de pœna pecuniaria in aſſaſsinio,
& in hoc de pœna mortis naturalis, ne mihi dici poſ-

ſit, cur tam variè. dico quòd longè diuerſus eſt caſus
iſte à præcedenti, ex quo in præcedenti tractatur de
pœna impoſita mandanti aſſaſsinium committi, ſed
hîc tractatur de pœna impoſita mandatario, qui fecit
quod potuit, vt illum occideret, & ſic perficere non
valuit, quia per ipſum non ſtetit, vnde non ſic eſt in
2 mandante per conſtitutionem, † ſi quis aliquem. ſub
rubr. de percuſ. illi. cum armis. per quem puniuntur
delicta cum armis, pro eo, quod executum eſt, & ſic
non comprehendit mandantem, ſed facientem. nam
ille qui mãdat delictum committi, non dicitur quòd
ipſe verè faciat, ſed fictè, licet mandatum ſit illicitum,
& ſic dicta conſtitutio non debet interpretari, vt cõ-
prehẽdat caſum fictum, ni mandatum fieret illi, qui
de neceſsitate deberet obedire. vt ſeruo, & ſimilibus:
vt tenet Bar. in l. ſed ſi vnius. §. ſeruus. ver. quęro circa
3 hanc legem. ff. de iniur. Et quòd ſtatutum † non com-
prehendit mandantem, tenent multi antiqui Docto.
quos refert Albe. de Roſa. in tertia parte ſtatutorum.
q. lv. vbi dicit Bononiæ fuiſſe deciſum, quòd ſtatutum
pœnale non comprehendat mandantem. & idem te-
net Sali. in l. non ideò minus. in verſicu. ſi quæro. C. de
accu. & Signo. de homod. in conſilio ſuo ccxliiij. inci-
piente, quia per ipſum Laurentium. Item & ſecundò
datur diuerſitas caſus, quia hîc reiterauit, ibi non,
quod not.

Thomas Grammaticus Neapolitanus V.I. Doct.

### SVMMARIVM.

1 *Animus & voluntas datur ex factis & geſtis intelligi.*
*Magis eſt actu voluntatem declarare. quàm verbis.*
*Facta ſunt fortiora ad demonſtrandum animum, quàm verba.*
2 *Iuſtus metus dicitur timor violentiæ inferendæ.*
3 *Timendum eſt id, quod abſque periculo eſſe non poteſt.*
4 *Periculo non debet quis ſe committere.*
5 *Iuſta cauſa metus ſufficit. & ibi dicitur iuſtus metus vbi iuſta eſt ſuſpicio.*
6 *Metus iuſtus ſufficit, licet eius effectus non ſequatur.*
7 *Timere ſufficit ſaltem probabiliter, etiam ſi non iuſtè.*
8 *Metus iuſtus, vel iniuſtus ſit nec ne, & an ſufficiat ad excuſationem, committitur arbitrio iudicis.*
9 *Timens futurum malum, debet clàm proteſtari coram honeſtis perſonis, vt habeat iuſtam excuſationem*
10 *Actus vbi poteſt interpretari ad bonum & ad malum, in dubio debet intelligi ad bonum. quod intellige, quando actus ille non ſonat in delictum.*
11 *Ortus in aliqua ciuitate in qua eius parentes non degebant, non ex hoc acquirit ciuilitatem in ea: ſed ſequitur parentum originem.*
12 *Homicida habens gratiam de homicidio, quod perpetrauit. ſi deinde commiſit aliud homicidium, & ſimiliter habuit gratiam non faciendo mentionem de primo in ſecũda gratia, præfata ſecũda non ſuffragatur.*
13 *Ciuitas iurat homagium per ſuos ſyndicos: & ſic maiores ſinguli & vniuerſi de ciuitate per ſyndicos fidelitatem iurant.*
14 *Natus in aliqua ciuitate ſortitur ibi ciuilitatem, & acquirit eam.*
15 *Ciuis quis ſit in eo loco, vbi natus eſt.*
16 *Ciuilitati originis quis renuntiare non poteſt.*
17 *Ciuilitas originis, eſt potentior, quàm alia cauſata ex priuilegio.*
18 *Duo non poſſunt eſſe domini in ſolidum eodem iure, immò eſt impoſſibile:*
19 *Vaſallus habens duos dominos, tenetur primo domino perſonaliter ſeruire:* Nec *poſſet replicare primo domino, & dicere, tu vadis contra alium dominum meum, cui etiam ſum obligatus, nu. 20.*
21 *Credulitas, etiam fatua, excuſat quem à dolo.*
22 *Committens crimen, etiam iniuſta cauſa motus, ex quo venit imponenda ſibi pœna corporis afflictiua, non tenebitur ad eam reſpectu illius cauſæ licet iniuſtæ.*
23 *Cauſa quælibet etiam iniuſta, excuſat quem à pœna. & nume. 29.*
24 *Periurium non poteſt committi abſque dolo.*
25 *Periurus quis non eſt ceſſante dolo.*
26 *Cauſa iniuſta cùm excuſet à dolo, pariter & à periurio excuſabit.*
27 *Animus alicuius. quòd cum dolo vel abſque quid fecerit, probabitur ex his, quæ demonſtratur dixiſſe extra iudicium.*
28 *De conſiſtentibus in animo ſtatur dicto ipſiuſmet, concurrente eius iuramento.*
30 *Coniectura vbi capi poteſt alia, quàm delicti ſiue doli illa capi debet.*
31 *Actus quando poteſt ſe habere ad delictum, & non delictum, capienda eſt via. vt excludatur delictum.*
32 *Crimen læſæ maieſtatis non committitur niſi à ſubdito,*
33 *Confeſſio erronea licet geminata per ratificationem ſubſequutam, poteſt nihilominus tanquàm erronea reuocari etiam ſi eſſet iurata, ibidem. nu. 34.* Etiam*, quòd fuiſſet iudicialis. ibidem num. 35.*
36 *Rebellis poteſt impunè occidi vt hoſtis.*
37 *Hoſtis captus in bello, poteſt detineri vt ſeruus: & pariter eius bona.*
38 *Hoſtis poſtquàm captus eſt, non poteſt occidi, ſed ſeruari.*
39 *Condemnari non poteſt quis vltimo ſupplicio ex præſumptionibus.*
40 *Contra condemnatum per præſumptiones, moderanda eſt multum ſententia.*
41 *Pœna omnis in principe eſt arbitraria.*

### VOTVM X.

CAEleſtis curiæ princeps nobis gratiã ſui
roris infundat: mihique filio intelligẽtiam
ſenſus aperiat, vt quæ vera ſunt, & vtilia, ſe
quar, & quæ vetanda, refugiam. Stante illu
ſtriſsimo magno Capitaneo Conſaluo Ferdinando
locumtenente generali cap. Maieſtatum, regis & re-
ginæ Hiſpaniarum cum exercitu recluſo & obſeſſo
ab exercitu Gallorum in terra Baroli, quidam Baro
regni generoſæ proſapiæ, quem ex honeſtate taceo,
transfugit ad hoſtes. Potiſsimum eſt ergo illa percun
ctare ac ruminare, requiſitus ab eodem illuſtriſsimo
domino, vt meum votum in ſcriptis conſignem, per
quæ præfati Baronis fulciatur defenſio, & Regij fiſci
fundetur intentio: quæ fundari prætenditur ex con-
feſsionibus ipſius inquiſitimet, ex quibus percipitur
iuramentum ligij homagij præſtitiſſe præfato illu-
ſtriſsimo magno Capitaneo, nomine cap. Maieſtatũ,
& ſub eiuſdem ſtipendio militaſſe: & demum transfu
giſſe, aſſerti metus prætextu, ac rebellaſſe terram fu-
mi frigidi, contra cap. Maieſtatum, & contra earundẽ
exercitum arma ſumpſiſſe in prouincia Calabriæ, li-
cet ſe excuſare adpareat bene & legaliter ſeruiuiſſe in
præ-



pręteritum, & non doloſè, nec malo animo aufugiſſe.
Conſtare nanque videtur ex geſtis per eum poſt fu-
1 gam de eius animo, cùm arma erexerit, † & ſic ex fa-
ctis & geſtis datur animus & voluntas intelligi. l. re-
prehendenda. cum vulg. C. de inſtit. & ſubſtit. & talis
præſumitur animus, qualia ſunt facta. dixit Ludoui. in
conſi. xcvj. incip. in Chriſti nomine, Amen. Super eo,
quod quæritur, & alibi magis eſt actu voluntatẽ decla
rare, quàm verbis. Ludo. in conſi. ccxxj. ij. col. & pro-
ptereà dixit do. Abb. in conſil. ccxxiiij. incip. illud de
iure quęritur. ꝙ fortiora ſunt facta ad demõſtrandum
animum, quàm verba, quæ ſæpè proferuntur contra
intentionem proferentis, & licet probetur, quòd ſibi
fuerat nuntiatum ſecretè, ꝙ erat contra ipſum præpa-
rata captura ſuæ perſonæ, & ſic erat ſibi violentia in-
ferenda. vnde videbatur eſſe in iuſto metu, quoniam
2 timor † violentiæ inferendæ, dicitur iuſtus metus: vt
voluit Alex. de Imo. in conſi. xcix. incip. quoniam per
excellentiſsimum. in iij. vol. & metuẽdum erat, quod
3 abſq; periculo eſſe non poterat. † vt in cle. j. de baptiſ.
ſecundum Bal. ibidẽ in iij. col. nec debebat expectare,
4 & ſe periculo † committere: vt dicit Inno. poſt Bal. in
5 cap. j. extrà quod met. cau. & ideò videbatur † ſibi ſuffi
cere iuſtam cauſam metus ſubeſſe: vt dixit Bal. in l. fi.
C. de iur. delib. j. col. & conſuluit Alex. conſi. cxliiij. in
ij. vol. vbi dicunt, quòd iuſtus metus eſt, vbi iuſta ſuſpi
cio ineſt. & idẽ dixit Inno. in c. cùm olim. de electio.
& præſertim, cùm dicat glo. in c. bonæ. el j. de elect. in
6 verb. metuebant. quòd iuſtus metus † ſufficit. licet eius
effectus non ſequatur. & idem voluit gl. in c. ad audiẽ-
tiam. extrà quod met. cauſa. & ideò ſatis ad propoſitũ
voluit Luc. de Pen. in l. ſi coloni. x. col. C. de agrico. &
cenſi. lib. xj. quòd ſufficit timere ſaltem probabiliter,
7 † etiã ſi non iuſtè. l. rectè. cum ibi not. ff. quòd met. cau.
attamen rectè conſideranti ex eo, quòd Cornelius ſibi
dixerat audiuiſſe de ſua captura de proximo, non vi-
detur poſſe arbitrari, quòd fuerit talis metus, qui po-
tuiſſet cadere in conſtantem virum, prout ad excuſa-
tionẽ requiritur: maximè cùm an metus ſit iuſtus, vel
8 iniuſtus, & an ſufficiat ad excuſationem, † iudicis arbi
trio relinquatur. dixit Innoc. in c. cùm dilectus. extrà
quod met. cauſa. Bal. in l. ij. de his qui per metum. & in
rub. de reſcin. vend. & videtur etiam de mente gl. in l.
interpoſitas. C. de tranſac. nec excuſationem mereri
videtur, cùm illicentiato hoſpite transfugiendo receſ
ſerit: vel minimè ſaltem proteſtatus fuerit coram ho-
9 neſtis perſonis, ſeu ſacerdotibus, † aut aliis pro eius
excuſatione verificanda: vt pulchrè dicit Abb. Panor.
in c. olim. ij. col. verſi. an autem. de reſti. ſpo. cùm pro-
teſtatio ipſa declaraſſet eius voluntatem, & conſer-
uaſſet ſibi eius ius in futurum: vt dicit pulchrè Luc. de
Pen. in l. curiales. pen. colum. C. de præd. curi. lib. x. &
Bar. in tract. de tyran. in j. & ij. q. tamen quia malo ani-
mo receſsiſſe videtur demõſtratur: quia deſerto exer-
citu transfugiendo receſsit: & licet in dubio vbi actus
10 poteſt † interpretari, & trahi ad bonum, & ad malum
intelligi debeat ad bonum: tamen id ſecus eſt, quando
actus ille ſonat in delictum. Ita voluit Ioan. de Ana.
quem refert & ſequitur Felyn. in c. dilecti. in iiij. col.
extrà de accu. ſed quia transfugere ad hoſtes, & exerci
tum deſerere, ſonat in delictum, ergo &c. Adparet in-
ſuper Baro ipſe ligius, & debito fidelitatis adſtrictus
cap. Maieſtatibus, tanquàm Calaber reſpectu paternæ
& auitæ ac ſuorum prædeceſſorum originis: licet ipſe
ortus fuerit in ciuitate Neapol. in qua eius parentes
11 domicilium non trahebant: † & ſic non ſortiebatur
ciuilitatem Neapolitanam, ſed parentum originem:
cùm licet quis naſcatur in aliqua ciuitate, in qua pa-
rentes non degebant, tamen non acquirit ciuilitatem
illius ciuitatis, ſed ſequitur parentum originem. Ita
dixit Bal. & Ang. in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de lega.
j. & ibidem Nico. de Neapo. Abb. in c. Rodulphus. ex-
trà de reſcri. quod videtur etiam eſſe de mente Bart.
in l. filios. C. de municip. & origi. lib. x. Vnde cùm pa-
ter & alij anteceſſores ipſius Alphonſi fuerint Cala-
bri, & ita originaliter reputati, & prouincia Cala-
briæ aderat, prout eſt ſub dominio cap. Maieſtatum,
ſequitur, quòd præfatus Baro erat ligius: cum etiam
in ſpecie ipſe perſonaliter ligium homagium præſti-
tiſſe faſſus ſit in ſua depoſitione, illuſtriſsimo magno
capitaneo nomine & pro parte cap. Maieſtatũ, à quo
quidem reatu periurij minimè euadere poſſe videtur,
cùm ei contrauenerit. Nec ſuffragari eidẽ poſſet cùm
fuerit poſt eius capturam in bello campeſtri per illu-
ſtrem do. Hugonem de Moncada ductorem exercitus
in prouincia Calabriæ, dimiſſus ad taleam, quia non
videtur ſibi remiſſa niſi illa captura duntaxat, & po-
teſtas quam habebat ille illuſtris do. Hugo. eundem
Baronem detinendi, carcerandi, ac malè tractandi,
cùm ipſum tanquàm hoſtem ceperat, contra quem
multa permiſſa ſunt, vt infrà ſubdam, non autem vi-
detur remiſiſſe delictum per prius commiſſum, con-
tra cap. Maieſtatum & exercitum derelinquendo, &
aufugiendo ab eo, quod eidem do. Hugo. qui tunc de
recenti venerat in Calabriam à partibus Hiſpano-
rum, erat penitus incognitum, & minimè notum, &
ſic gratificatus Baro à præfato do. Hugo. de dicto de-
licto hoſtilitatis, & ad taleam ductus non facta men-
tione præcedentis delicti transfugæ & rebellionis,
non ſuffragatur quo ad primum dicta remiſsio, per id
12 quod † in ſimili voluit Gulielmus de Cu. in l. iij. C. de
epiſco. audien. vbi dixit, quòd habens gratiam ſeu re-
miſsionem de homicidio, quod aliàs perpetrauerat,
ſi contingat aliud homicidium reiterare, de quo ſimi-
liter habuit gratiam, non facta mentione præceden-
tis homicidij, in nihilum ſibi gratia ſeu remiſsio ſuf-
fragatur. Idem tenet & ſequitur Andræas Barba. in
cap. ſuper literis. xxiiij. colum. extrà de reſcript. ſub-
dens ex hoc Bononiæ vidiſſe quendam decapitari,
quia non fecerat mentionem in remiſsione ſecundi
homicidij de gratia obtenta de præcedenti homici-
dio. Idem refert & ſequitur Iaſon de Mayn. in l. præ-
ſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. publi. in l. nec
d. mnoſa. C. de precib. impera. offe. Felyn. in cap. po-
ſtulaſti. extrà de reſcript. Et hæc ſunt breuiter, quæ
mihi ad fiſci intentionem fundandam ſeu corrobo-
randam occurrunt, quæ ſtringere videntur. Ex quibus
aliàs dixeram, prout in præſentiarum adhuc ſentio,
Baronem ipſum à pœna non eſſe exemptum. Pro
parte verò ipſius Baronis non inficiatur, cùm ex pro-
ceſſus meritis colligi poteſt in aduentu Gallorum ci-
uitatem Neap. per ſuos ſyndicos iuraſſe ligium homa-
gium in manibus domini de Obegni locumtenentis ac
ducis belli Regis Francorũ, in quo quidem homagio
ligio ſatis adparet incluſus & apprehẽſus præfatus Ba-
ro originarius eiuſdem ciuitatis Neap. cùm in ciuitati
13 bus per ſyndicos fidelitatẽ † iurent maiores ſinguli &
vniuerſi, vt dixit Bal. quem refert & ſequitur Præpoſi.
in cap.

in c.j.quo tẽpore miles. Idem Bal.in c.j.§.fi.per quos
fiat inueſti. Archi.in cap.ſi tibi domino.xliij. diſt.licet
etiam certo modo probatum adpareat nomine ipſius
Baronis fuiſſe quoque ligium homagium præfatum
prſtitum:in quo non me aliter fundo.Sed quòd Baro
ipſe tanquàm ortus in ciuitate Neapol. ſortiatur ciui-
14 litatem Neapolitanã, voluit Imo. & Paul.de Caſt.†in
lect.Padu.& etiam Alex. in l.huiuſmodi.§.legatum.ff.
de leg.j.& Fely.in c.Rodulphus.extrà de reſcrip. in v.
conclu.vbi dicit non procedere dictum Abb.ſuprà al-
legatum in prędicto c. Rodulphus.& ſecundũ hoc fuit
practicatum in facto: vt refert Paul.de Caſt.in d.§. le-
gatum. & vltra ciuilitatem paternã, conſequitur quis
ciuilitatem ex origine propria: vt dicit Rapha.in l.cæ
tera.§.fi.ff.de leg.j.ſubdens ſe ita conſuluiſſe : ac etiam
idem tenuiſſe Chriſtopho.de Caſtellio.per text.in l.aſ
ſumptio. ff.ad municipa. Idem etiã refert & ſequitur
Ludo. Bolog. in repet.extrauag.Theodoſi.xj.parte.in
verſi.natura ſuos ciues.vbi dicit, quòd quis fiat ciuis,
15 vbi ortus eſt, † propter natiuitatẽ eſt veritas, & quod
Bar. in l. filios.de municip. & originar.lib.x. non ſe fir
mat, & non ſine quare. Vnde redeundo nunc ad pro-
poſitum, clarum eſt quòd potentior eſt ciuilitas ori-
ginis, quàm quælibet alia : & intantum attenditur ci-
16 uilitas originis, quòd †quis ei renuntiare non poteſt:
nec poteſt ſua voluntate ſe ab ea liberare. Caſus eſt in
l.origine.C.de municip. & originar.lib.x.& in l.aſſum
ptio. ff. ad municip. & conſuluit Alex. de Imo.in conſ.
xxxiiij.in ij.col.in v.vol.incip.ſi venientes de nouo ad
habitandum. & ſequitur Ludo. Bolog.in loco prealle-
gato: qui etiam adducit, quòd etiam ciuilitas originis
17 eſt potentior, quàm alia cauſata ex priuilegio. † Alle-
gat Io.de Imol. in conſil.xxxv.incip. viget iamdiu pa-
ctum. & ſic præſuppoſito præfatum Baronem iuraſſe
per prius ligium homagium Regi Galorũ, tanquàm
ciuẽ Neapolitan. per ſindicos Neapolitanos : ſub quo
iuramento ipſe quoque complectitur, vt ciuis origi-
narius, certè apparere videtur ligatus Franciæ, & eidẽ
legalitatem promiſiſſe ſupra omnes, ſecundum Spec.
in tit.de feud.§.quoniã.Bal.in l.vnica.C.de cadu. toll.
Aluar.in prælud.feud.gl. in clemen. paſtoralis. §.rur-
ſus.de re iud. & ſic exiſtens ligius Frãciæ, non videba-
tur poſſe demum cõſtitui ligius. Cap. Maieſtatũ : cùm
nemo poſsit eſſe ligius duorum dominorum, prout di
cit Bal. ibidem in iij.diui.& Alua.in xiij.diui. in prælu.
feu.& ante omnes Spe.in prædicto tit.de feu.d.§.quo-
niam.verſi.x. & plenius Iaſ. in prælud.feud. & hoc per
18 rationem, quia impoſsibile eſt duos eſſe dominos †in-
ſolidũ eodem iure.l. ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.cõmod.
licet Ioan.And.in addi.Spe. in d.§.quoniam.ſequutus
Hoſtien. teneat, quòd poteſt quis eſſe ligius ſecundi
domini, ſaluo iure primi, prout etiam tenet idem Io.
And. in nouel. & in c.recolentes. de ſtatu mona. & in
hoc vim non facio, nec inſiſto, quia in idem recidit,
Vnde exiſtente prius ligio Regis Francorum receden
do ab exercitu cap.Maieſtatum. licet malè & peſsimè
ſe geſſerit, quia potuiſſet licentiatus recedere, & non
aufugere, non tamen concedendum erit abſque cauſa
receſsiſſe, cũ fuerat obligatus debito fidelitatis priori
domino in tempore, & ſic authrice iuris regula, qui
prior in tẽpore, potior & in iure. ex quo primo domi-
no tenebatur perſonaliter inſeruire, ſecundũ Spec.in
19 præd. tit.de feud.§.quoniam.verſi.xij.& fidelitas †illa
ſua poterat contra poſteriores dominos extendere vi
res ſuas.per tex.in l.imperialem.de prohi.feu.ali.& in
l. in operis.ff.loc. & quod no.glo. in tit.de noua for.fi-
deli.in prin.ita dixit Bald. in prealle.l. vnica.§.ne au-
tem.C.de cadu. tollen. Iaco. de Ardi.in tit.quib.mod.
feud. amit.ſub rubricella, vbi ſunt plures domini,
quos refert & ſequitur Præpoſ.in c.j.§.fi.in vlt.verbis
hîc finitur lex Corra. & idem Præpoſi. in c.j.§. aliud
quoque.de prohib.feud.alie.per Federi.nec poſſet re-
20 plicare ligius ipſe primo domino & dicere, † tu vadis
contra alium dominum meum, cui etiam ſum obliga
tus.Ita dixit Bal.in conſi.clij. in j.vol. ſuffragari etiam
videtur fugę prædictę metus ille, de quo ſuprà ad hoc,
ne adpareat obnoxius metu pœnæ transfugæ, quia ti-
muerat carcerari ſeu capi, prout ita ex relatione ipſius
Cornelij & aliorũ credebat, quæ credulitas licet non
fuerit ſufficiens ad iuſtificandum metum; ſaltem cor-
roborare videtur etiam iuſtificationem ſeu excuſatio-
nem, vt dolo caruiſſe cogitetur, & ſic quòd non dolo-
21 sè aufugerit, & hoc quia credulitas †etiam fatua, quem
à dolo excuſat. Ita dicit Ang. pulchrè in l.j. ad ſi.ff.de
eo per quem fac. erit, & in l.plagij criminis accuſatio.
C.ad legem flauia.de plagiariis. & idem voluit Ange.
in l.prætor.§.hæc actio.ff.vi bon.rap. & Iaſ.in l.ſi quis
id, quod.ff. de iuriſdictione omnium iudicum. x.col.
vbi etiam ſubdit, quòd fatua credulitas excuſat etiam
à pœna doli. Hinc in ſpecie dixit no. Ang.in prealle-
gata l.j.de eo, per quem fac.erit. quòd vbi aliquis ali-
22 qua cauſa etiam iniuſta motus, † crimen committit,
ex quo veniret ſibi imponenda pœna corporis affli-
ctiua, non tenebitur ad eam reſpectu illius cauſæ, licet
iniuſtæ. idem voluit etiam Ale.de Imo. in conſi. xxvj.
in iiij.vol. & Fran.Cur. in conſil. lxix. vlti. col. quibus
attentis videtur etiam releuari à rigoroſa pœna tranſ-
23 fugę, cùm quęlibet cauſa etiam iniuſta, excuſet †quem
à pœna, etiam in iis, quæ ſunt de genere prohibitorũ.
gl.in l.j.in fi.gl.magnæ. ff.ſi quis ius dicen. non obtẽp.
gl.in l.ſatis.de in ius voc.gl. in l.j.in fin. in verſi. iuſtis.
ff.de abig.Bald.in l.deberi.C.de fideicom. liber. & ita
per prædicta iura conſulendo tenet Alexan. de Imol.
in prædicto conſi.cxxvj.in iiij.vol. cùm quælibet cau-
ſa etiam iniuſta, excuſet à dolo. Text.eſt in l.iiij.§.fin.
de libe. cau. & facit l.iij.§.ſi quis ignorans. ff.ad ſillan.
& ſequitur Iaſ. in l.j.§. hoc iudicium. ff. ſi quis ius dic.
non obtempe.& in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſ.om.iud.
Alexand.de Imo.in conſi. lxxiij.vlti.col.iij.volumi.&
conſi.ccxj.in ij.vol.& conſi, xcij.in j.volum. Et ex hoc
quoq; videtur ſe releuari poſſe ab illo nexu ſeu reatu
periurij, reſpectu iuramenti perſonaliter præſtiti illu-
24 ſtriſsimo magno capitaneo, ex quo periurium † non
poteſt committi abſque dolo, vt dixit Pau. de Caſt.&
Alex.in l.qui iuraſſe. ff.de iureiuran. Bal. in l.obſerua-
re.§.proficiſci.iij.colum.ff.de offic. proconſul. vbi in
25 ſpecie dicit, quòd ceſſante dolo † quis non eſt periu-
rus.Idem Pau.de Caſtr. in l.fin.ff. qui ſatiſdare cogan.
referens ita etiam tenere Bald. in vna lectu. idem te-
nuit Alex.de Imo. in conſ.xcij. in j.volum.incipiente,
perſpectis iis, quæ in themate. ſed ſic eſt, quòd quæli-
26 bet cauſa etiam iniuſta, †excuſat à dolo, vt dictum eſt,
pariter etiam excuſat & à periurio, & ipſius pœna
cùm periurium committi non poſsit abſque dolo. Ita
magiſtraliter voluit Iaſon in l. videamus.ij. columna.
ff.de in litem iurand. & idem Iaſon in præallegata l.
qui iuraſſe. ff.de iureiurand. & idem rectè intuenti
tenet Alex. de Imo.in prædicto conſilio xcij. penulti.
colum.



colum.j.volu. Accedit quoque excuſationi ipſius Ba-
ronis illa demonſtratio boni animi in ſeruiendo cap.
Maieſtatibus in terra Baroli contra Gallos, ac etiam,
dum reuelauit illuſtriſsimo magno capitaneo illum
nuntium ſibi tranſmiſſum, cum literis à caſtris Gallo
rum. Ex quibus quidem videtur perpẽdi præſumptio
boni animi: & ideò dixit Bartol. poſt gloſſ.j. in l.Ful-
cinius. ex quibus cauſ. in poſſ.eatur. quod animus ali
27 cuius, quòd † dolo vel abſque dolo aliquid fecerit,
probabitur per ea, quæ demonſtratur dixiſſe extra iu
dicium : probatur necnon per eius diſpoſitionem iu-
ratam, necnon per nouam eius oblatam petitionem,
in qua iterum ſe offert velle cum iuramento declara-
re aufugiſſe ex metu, ne carceraretur, prout ſibi reue
latum fuerat. Et hoc ex quo de his, quæ in animo con-
28 ſiſtunt, †ſtandum eſt dicto ipſiuſmet, cõcurrente eius
iuramento.gloſſ.eſt in §.aliæ.inſtitu.de actio.& in l.ſi
cui.§.iiſdem. de accuſa. Bartol. in l. Celſus. de vſuca.
Bald.in l.prima de ſerui.& aqua. Sed ex verbis ipſius
adparet, quòd ex metu & non animo transfugiendi
receſsit: ergo &c.†ita etiam conſulendo & propriè in
29 delictis voluit Alex.in conſilio toties repetito cxxvj.
in iiij.volu.& videtur etiam tenere Iaſ. in l. cùm quæ-
dam ij. col. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. vbi
ſubdit eſſe no.ad euadendũ quẽ à pœna mortis, cùm
eius iuramento ſtari debeat de his, quæ ex animo de-
pendent.† non omitto, quòd vbi capi poteſt alia con
30 iectura, quàm delicti ſiue doli, illa capi debet. dixit
Alex. in conſi.xviij.in iij.vol.& conſi. cxiij.in iiij.vol.
Hinc dixit ſingulariter Ludo.in conſil. lxviij. incip.in
Chriſti nomine, Amen. Viſis mihi propoſitis &c.quod
vbi duæ concurrunt præſumptiones, quarum vna eſt
excluſiua delicti, & ſic doli, & alia incluſiua, ſemper
attendi debet excluſiua, ob no.præſumptionem, quæ
eſt, vt nemo delinquere præſumatur. l. merita. ff. pro
ſocio.cap.dudum.de præſump. & dixit gl. magna in l.
iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pact. & ideò quando
actus poteſt ſe habere ad delictum, †& non delictum,
31 capiẽda eſt via, vt excludatur delictum. Bart.in l.non
ſolum.§.ſed vt probari.ff.de noui oper.nuntia.d.Abb
in c.in præſentia. extrà de probatio. per id quod vo-
luit Inno.in c.dudum.de elect. cum ſimi.& tenet Ale.
in conſi.xv.in ij.vol.& conſi.iij. eod. volu.cùm rei fa-
uorabiliores ſint.regula, fauorabiliores. de regu.iur.
& c.ex ...is.de probat.& in l. Arrianus. de actio. &
obliga. & ſic præſupponendo Baronem ipſum ſubdi-
tum regis Gallorum ex præcedenti obligatione non
videtur commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis aduer-
ſus cap. Maieſtatum : † cùm crimen ipſum non niſi à
32 ſubdito committi poſsit.gl. eſt in cle. paſtoralis.& ibi
Ioan.de Imo.extra de re iud.idem no.Bal.in l.ij.C.de
fal.mone.idem Bal.conſi.cxxxix.j.volu.Old.in conſi.
xliiij. vbi in facto ita conſuluit. & tenet Alex. in addi.
ad Bartol.in l.j.in verſic.vlti. not.ff.ad leg.Iul. maieſt.
improbare videtur etiam errorem ſuæ confeſsionis, in-
quantum ipſam reuocat in eo, quòd dixit feciſſe re-
bellari terram fuimi fridi, contra cap.Maieſtatum, ex
quo probauit quòd iam reperit ipſam rebellatã tem-
pore, quo eam introiuit: & longè per prius ſe rebella
uerat. & ideò licet huiuſmodi eius confeſsio fuerit ge
minata † per ratificationem ſubſecutam, nihilominus
33 potuit ipſam tãquam errorem de iure reuocare. Ita
reprobata gl.in c.ex literis. extrà de diuor.& ſequaci.
tenet Bal.in c.fi.vj.col.de confeſ. Idem Bal.in l.iuſiu-
randum & ad pecunias.ff. de iureiur. vbi plenè Ludo.
in l.verò.§.de viro.xxxj.fallen. ff.ſolu. matri.ſubdẽs
ſe ita in facto conſuluiſſe Florentiæ.& idem Ludo. in
conſi. cccxcj.incip. vt propoſita conſultatio: non ob-
ſtante etiam, quòd talis confeſsio fuerit iurata, ſecun
34 dum Bal.in l.error.C.de iur.† & fac.ign. penul.col.&
in l.de tutela.C.de in integr. reſti.minor. & etiã quòd
35 † talis cõfeſsio fuerit iudicialis.ita Ioan. And.in fi.de
iureiur.in vj.d.Ant.poſt Archi.in c.fi.extrà de confeſ.
& Bal.in d.l. iuſiurandum. & ad pecunias. Nec tamen
præallegatis cõceſsis poſſet meo iudicio Baro ipſe im
munis ſeu impunis euadere à crimine hoſtilitatis, ſeu
rebellionis, in quo exiſtẽs poteſt quis impunè occidi
36 †& offendi.l.proditores.ff.de re mil.l.iij.§.fi.ff.ad leg.
Corne. de ſica.poterat nãque aliàs hoſtis poſt captu
ram detineri, vt ſeruus.l.transfugam.ff.de acqui. rer.
37 do.& eadẽ † ratione poſſunt eius bona capi: vt inquit
Bar.in extrauag.qui ſint rebel.in verſi.rebellãdo.ver.
de pœna eorum &c. & facit quod no.Bar.in l.vt vim.
ff.de iuſtit.& iur. & ita etiam in ſpecie voluit Alex. de
Imo.in conſi. ciij.in iij. col. in j.volu. non tamen talis
38 poſtquã captus eſt, †occidi poterit: ſed ſeruari debet.
l.libertas.in fi.ff.de ſta.ho.ita dicit Dy.Iaco.de Are.&
Bart.in l.iij.§.transfugas ff.ad leg.Corne. de ſica.ſub-
dens Bar.poſt ipſos talẽ determinationẽ ſibi placere.
Idẽ voluit Bar.in l.in laqueũ, ff.de acqui.rer.do. Quid
ergo ex aliis dicendũ præallegatis hincinde cõcurren
tibus, quibus angor, Non quidem innocens Baro ipſe
iudicãdus eſt. Caſus quidem mihi tyroni nouus eſt, &
quoniã minimè aliàs contigiſſe reperio. Concurrenti
bus igitur tot vrgentibus præſumptionibus contra
ipſum, an vltimo ſupplicio plectendus veniat, ſeu qua
pœna afficiẽdus: & quidem iura, mens, conſcientiaq;
39 † me mordet, cum ex violentis etiã præſumptionibus
nemo vltimo ſupplicio condenari poſsit: vt dicit ſin-
gulariter Inno.in c. quia veriſimile.extrà de prę̨ſump.
Io.Anto.de But.& Mod in c.afferte.eod.tit.Bal.in l.fi.
de proba.Spec.& Io.And.in tit.de præſump.§.ſi.ver-
bo in ſumma.Bal.in l.non eſt veriſimile. ff.quod met.
cauſ.& ſentit gl.in c.inter.de purga. can.in fi. per quę
iura idem conſuluit Alex.de Imo.in conſil. cxv. in iij.
vol.& idem tenet And.de Iſer.in c.j.§.ſi verò.de con-
trouer.inue.& in conſtit.regni, intentionis.iiij.col.de
illici.porta.armo.& ideò voluit do.Abb in c.auditis.
40 vlt.col.de præſcrip.† quod eo caſu moderãda eſt mul
tum iudicis ſententia : & non debet ad pœnã corpora
lem condenare.Idẽ tenet Bal. in d.l.fi. de proba.& gl.
in præfato c.inter.refert & ſequitur Iaſ.de May.in l.j.
ix.col.C. de ſeruis fug. Sicque omnibus ſuprà relatis
hincinde exiguo meo iudicio põderatis ac bene rumi
41 natis, † cũ omnis pœna ſit arbitraria in principe. vt di
cit Bal.in l.cũctos populos.in lect.ordi.circa viij.col.
verſi.vlti.opponitur.C.de ſumma trini. & fide catho.
Feli. in c. qualiter & quando.§.ad corrigendos, extrà
de accu.& ſequitur Iacob.de ſancto Georg. in tracta.
feud.verſi.princeps pedemõtium.iij. col.idcirco ſum
voti præfatum excellentem Baronem fore & eſſe ad
pœnam arbitrio cap.Maieſtatum, ſibi imponendam,
citra tamen vltimum ſupplicium. Siquidem ego bene
dixero, Deus laudetur, & comprobetur: ſi autem er-
rauero, prout humanum eſt, mea quidem hæc opi. al-
terius rectius ſentientis iudicio eneruetur, cui me ſub
mitto, & correctionem meruiſſe contentus ero.

Thomas Grammaticus Iudex magnæ curiæ vicarię.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus deponentibus de mandato & commiſſione ſibi factis, credendum eſt.*

2 *Teſtibus deponentibus ſe corruptos, credendum eſt.*

3 *Teſtibus aſſerentibus ſe tentatos de corruptela, credendum eſt.*

4 *Lex dicens, bannimus omnes latrones vel aſſaſſinos, tũc ita demum pœnam & effectum bannitionis patiuntur aliqui, ſi ſint de tali facto inculpati per ſententiã vel confeſſionem in iure factam, vel per euidentiam facti, vel legitimè conuicti.*

5 *Aſſaſſinus clericus vt puniri poſsit per iudicem laicum. requiritur quòd qualitas aſſaſsinij fuerit probata, adeò quòd concludat.*

6 *Lex ſeu ſtatutum vbi profert aliquid cum adiuncta qualitate, nedum ſtatutum illud probari debet, ſed qualitas.*

7 *Qualitas quæ fundat & priuat iuriſdictionem, debet de ea ante omnia conſtare.*

*Iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione, & non dubitare.*

8 *Iudex laicus poterit contra clericum aſſaſsinum procedere, & eius Epiſcopũ in ſententia, & proceſſu præuenire, & eo non degradato legali pœna punire maximè ſi delictum eſt ita notorium, quòd non poteſt celari.*

9 *Teſtis corruptus quòd probet contra corrumpentem, intelligendum eſt quãdo examinaretur ſuper corruptione prædicta, nec teſtificaretur id, quod ſciebat: nõ autẽ ſuper eo quod ſciebat, & ſic ſuper facto populi.*

10 *Teſtes producti poſſunt produci contra corrumpentem, etiam ad plenam probationem, volente illo, cui actus criminoſus nocebat.*

11 *Doctoris dictum, intelligi debet ſecundum iura, quæ ipſe allegat*

12 *Doctori licet magno non eſt credẽdum, niſi eius dictum probet per authenticam ſcripturam: imò gloſæ non eſt credendum, quando leges non allegat, & nu. 13.*

14 *Iudicatur licitè contra communem opinionem etiam gloſæ, quando eius opinio iure non fundatur.*

15 *Clericus non poteſt torqueri, etiam quòd contra ipſum vrgerent mille indicia, niſi de crimine ipſo eſſet publicè diffamatus.*

16 *Teſtes parte non citata recepti, non probant, etiam in crimine aſſaſſinij, licet aliqui tenuerint contrarium.*

17 *Teſtis inimicus capitalis etiam in crimine læſæ maieſtatis, non admititur.*

18 *Condemnatus ad mortem ſi dum vadit ad ſupplicium, reuocat ſuum depoſitionem factam contra tertium, dicendo ſe falsò inculpaſſe illum. valet reuocatio ſe. i. excuſpatio prædicta dummodo alia non adpareat contra inculpatum*

19 *Aſſaſſinij crimen, non dicitur commiſſum ex ſimplici oblatione pecuniæ oblatæ alteri, vt occidat. ſeu promiſſione, ſed requiritur quòd fuerit talis oblatio, ſeu promiſsio acceptata.*

20 *Mandans homicidium committi ſeu aſſaſſinium per aliquem ſi demum ille fuit occiſus ab alijs, quàm ab illis quibus fuit mandatum, & id fuit ob inimicitiã & odium proprium habitum cũ illis occiſoribus, eo caſu non eſt in aliqua cõſideratione nec mandatum, nec aſſaſsinium quia tunc mandans non teneretur.*

21 *Conſuetudo inferendi iniuriam, licet probet contra aliquem delictum ſaltem præſumptum hoc tamen habet locum quando ciuiliter agitur, Secus ſi criminaliter.*

2 *In aſſaſsinij crimine, quòd probatio ſufficiat per præſumptiones ſeu probabilia argumenta, intelligendum eſt, quãdo talia argumẽta eſſent indubitata, & nõ aliter.*

## VOTVM XI.

TRemendi Dei præſidio poſtulato, Amen. In cauſa venerabilis presbyteri Thomaſij Poteronæ de Capua, inquiſiti de aſſaſsinio & cercerati in magna curia vicariæ, producuntur tres teſtes contra ipſum, deponentes ſe ab eodem tentatos mediante oblatione pecuniæ de homicidio committendo in perſonam presbyteri Hiero de Capua. qui presbyter Hieron. demũ repertus fuit occiſus à nonnullis aliis cum interuentu & aſsiſtentia fratrum eiuſdem presbyteri Thomaſij, contingit ergo dubitari, an magna curia ipſa ſit iudex competens ipſius inquiſiti, cum per text. in cap. pro humani. de homi. in vj. aſſaſsinus dicatur omni priuilegio exutus. Secundò, an ex depoſitionibus ipſorum triũ teſtium non hucuſque integrè repulſatorum, poſsit per eandem magnam curiam procedi ad torturam aduerſus præfatum presbyterum Thomaſiũ? Et quo ad primum, nulli dubium quòd præſuppoſita pro vera probatione aſſaſsinij magna curia ipſa eſſet iudex competens, cùm clericus ob crimen aſſaſsinij omni priuilegio clericali priuatus dicatur: ſed quia principaliter videndum eſt, an dicatur perpetratum delictum aſſaſsinij fuiſſe commiſſum per præfatum preſbyterum Thomaſium. idcirco omiſſo multiloquio, videtur prima conſideratione dicendum, quòd ſic: & hoc ex præfatorum trium teſtium depoſitione ita tentatorum, vt ſuprà ex infrà ſcriptis iuribus & rationi-
1 bus. † Et primò ex iuris diſpoſitione ſancitum eſt teſtibus deponentibus de mandato, & commiſsione ſibiipſis facta, credendum eſſe, prout dicit Bart. in l. ex ſententia. ff. de teſta. tute. Bald. in l. iudices. C. de fide. inſtru. & conſuluit Alexand. conſi. lxxxviij. v. volum.
2 † Et pariter credendum erit teſtibus deponentibus ſe corruptos, ſecundum Inno. in cap. inquiſitionis. extrà de accu. quem refert & ſequitur Lanf. de Oria. in cap. quoniam contra. in ver. teſtes. xliiij. col. de probatio. etiam quòd dixerint ſe pecunia corruptos, id depoſuiſſe: & eiſdem ſtandum erit etiam ad plenam probationem, vt inquit Bald. dicendo ibi eſſe text. mirabilem, & rarò alibi reperiri in c. fi. extrà de teſti. cog. & in cap. j. ſi de feu. lis oria. inter domi. & vaſal. ſequitur Iaſ. in l. ſi non ſortem. ff. de condi. inde. & in l. j. ff. de furt. fortius ergo credendum erit teſtibus dicentibus
3 † ſe tentatos de corruptela quia cùm minimè delicto aſſenſerint, ſed reuelauerint, longè commẽdandi ſunt. Ita in ſpecie dixit Bal. in conſi. ccccxix. incipiente, an mandatarius. in iij. volu. allegat text. in l. ſi quis ſeruo. C. de fruct. & idẽ in indiuiduo reperio tenuiſſe Franc. de Aret. in conſi. xiij. col. ix. vbi videtur tenere, quòd eo caſu vnico teſti credendum erit, dum loquitur de dicta Vannina teſte producta, dum depoſuit, quòd domina Catharina voluit eam corrumpere, vt diceret falſum. & ſic concludit ipſe, quòd eo caſu propter delictum corruptionis attentatum. Ex quibus omnibus concludendum videbatur poſſe abſque ſcrupulo ad torturã procedi contra prædictum presbyterũ Thomaſium, & ita in hoc inclinare viſus ſum, vt perciperem quid aduerſus præallegata per Magnificos meos colle





collegas iudices replicatũ, aut ſi aliter votatum fuiſſet fortè in contrariũ, & qua ratione. Quibus non obſtãtibus, dum maior pars ipſorum in hanc ſententiam inclinare viſa fuiſſet, attamen ego contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem, Conſiderando inprimis id, quod magiſtraliter dicit Bald. in l. j. C. de hæredi. inſtitu. vbi formaliter inquit, ſi iudex vel lex
4 dicit: Bannimus † omnes latrones, vel aſſaſsinos, tunc ita demum pœnam, & effectum bãnitionis patiuntur aliqui, ſi ſunt de tali facto inculpati per ſententiam, vel per confeſsionem in iure factam: vel per euidentiam facti, vel legitimis probationibus conuictis de latrocinio, vel aſſaſsinatu, ſicut de infamia & excommunicatione, vt ff. de infa. j. & l. ictus fuſtium. & extrà de ſenten. excommuni. c. cùm olim. & ſic vt iudex
5 laicus † poſsit punire clericum aſſaſsinum, debet intelligi, dũmodo qualitas aſſaſsinij probata adpareat concludenter, vt dicit Ioan. And. in d. c. pro humani. quem refert & ſequitur ibidem & conſuluit Philip. Deci. in conſi. xiij. incipien. pro tenui facultate. ij. col. & in cap. ij. extrà de reſcri. & ibi allegat Ioan. And. in
6 dicto c. pro humani. † Quibus ratio ſuffragatur, quia vbi à lege vel ſtatuto profertur aliquid cum aliqua qualitate, nedum ſtatutum illud probari debet, ſed qualitas etiam. l. prætor. §. docere. ff. vi bon. rap. l. j. §. ait prætor. & ibi Bart. ff. ne quid in flumi. public. aliàs qualitate illa nõ probata, nõ diceretur legitima probatio: ſecundũ Iac. de Are. & Cyn. in l. ij. C. de proba. Ioan. And. in additio. Specu. in tit. de accuſ. & inquiſi. in rub. glo. in l. eum actum. ff. de neg geſt. Bart. in l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ff. de adulte. Bald. in l. j. C. qui accuſare non poſſ. & in l. edita. in repe. C. de eden. & maximè cùm ſimus in qualitate, quæ fundat & priuat iuriſdictionem † de qua antè omnia debet plenè con-
7 ſtare, vt in l. ij. §. ſed ſi dubitetur. de iudic. & ibi per Docto. & maximè per Bald. & alios. & in l. ſi quis ex aliena. eodem titu. Bar. & Bald. in l. præſcriptione. C. ſi cõtra ius vel vtili. publi. & in l. ij. ff. ſi quis in ius voca. non ier. Abbas & Cano. in c. ſuper literis. extra de reſcrip. nam iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione & non dubitare. dicta l. ij. & d. §. ſi dubitetur. & in l. is, qui. de acqui. hære. & ibi per Docto. cõmuniter. Item vltra prædicta reperio Panor. in c. at ſi clerici. de iudi. in xiij. col. vbi poſtquam in præcedẽti colum. dixerat de crimine aſſaſsinatus, & de aliis atrocibus, formali
8 ter dicit, † ꝙ poterit iudex laicus contra clericũ talia committentem procedere: & eius epiſcopum in ſententia, & proceſſu præuenire. & eo non degradato legali pœna punire, maximè ſi talia delicta ſint ita notoria, quòd non poſsint aliqua tergiuerſatione celari. licet Abb. ibi ſubdat hoc ſibi durum videri, quod ante degradationẽ ſecularis iudex ſe intromittat in huiuſmodi cognitione. Nec obſtabit præfato presbytero Thomaſio præfatorum trium teſtium depoſitio, nam licet Bald. dixerit, ꝙ teſtis pecunia corruptus, probet contra corrumpentem, loquitur tamen, quando exa-
9 minaretur † ſuper corruptione prædicta. nam in hoc productus per eum, cõtra quem corruptus fuerat pecunia, ne teſtimonium diceret, credetur ei, ſuper hoc duntaxat, quòd repetit pecuniã ab illo, ne teſtimonium diceret. Ita dicit clarius Bal. in præfato c. j. ſi de inueſti. lis oria. & ſequitur Ludo. Roman. in ſingu. ſuo incip. *tu ſai*. ix. col. Hyppo. Marſil. in ſuo ſingu. incip. in ore duorum. Fely. in c. licet cauſam. iiij. colum. de
10 proba. ſubdens, † quòd teſtes corrupti poſſunt produci contra corrumpentem, etiam ad plenam probationem volente illo, cui actus criminoſus nocebat. & idem tenet Lanfr. in præfato c. quoniam cõtra. ſuprà allegato. & ibi ſubdit, ꝙ intantum nocebit producenti præfati teſtis depoſitio, dicentis ſe corruptum, quòd depoſitioni ſuæ nõ ſtabitur. Nec ſuffragatur depoſitio ipſorum teſtiũ prætextu, ꝙ depoſuerint ſe tentatos, & non corruptos: nam licet Bald. in d. conſil. ccccxxix. incip. an mandatarius. dixerit tales teſtes cõmendandos, cum id reuelauerint, & minimè delicto aſſentire voluerint, non tamen cõcludit, quòd tali vnico teſti ſtari debeat, aliis non cõcurrentibus. Et pariter minimè militare videtur conſilium Fran. de Are. xiij. cùm
11 nihil alleget, ꝙ † dicto illius Vanninæ ſit credendum. & dictum doctoris debet intelligi ſecundũ iura, quæ ipſe allegat. dixit Bar. in l. non ſolùm. §. ſi liberationis verba. ff. de libe. lega. & in authen. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. Saly. in l. ſi ex cautione. C. de non nu. pec. & ideò dixit pulchrè Archid. in c. nolite. xj. q.
12 iij. † quòd non eſt credẽdum doctori, licet magno, niſi eius dictũ probet per authenticam ſcripturam. & facit ante eum tex. in c. ego ſolus. ix. diſtin. imò glo. quæ
13 eſt adeò ſummæ † authoritatis, nõ eſt credendũ, quando iura non allegat. dixit pulchrè Bal. in l. res publica. C. ex quib. cau. maio. refert & ſequitur Iaſ. in l. illam.
14 C. de colla. iij. col. & intantũ hoc eſt verum † ꝙ licitè iudicatur contra communem opi. doct. & etiam gloſ. quãdo illa opi. iure non probatur. Ita dixit ſingulariter Ioan. And. in c. j. extrà de conſtitut. Abb. in c. tua nos. ij. col. extrà de vſur. Vnde cùm Franc. de Are. pro fundamento dicti ſui iura nõ alleget: nec ratione eius dictum aliter cõprobet, minimè eius authoritati credẽdum arbitror in hoc, adeò quod procedi nõ poteſt contra ipſum presbyterũ Thomaſium nedũ ad condemnationem, verùm etiam nec ad torturã: præſertim, cùm clericus nunquã torqueri poſsit pro crimine
15 de † quo inquiritur, etiã ſi contra ipſum vrgerẽt mille indicia, niſi de crimine ipſo eſſet publicè diffamatus. Ita voluerunt Paul. de Leaz. & Abb. Anti. in c. j. extrà de depoſi. Ioan. And. in c. cùm in contẽplatione. extra de reg. iur. & ibi Panor. & voluit etiã Ioan. de Ana. in c. j. extrà de cler. percuſ. Præterea, minimè militat eorundem teſtiũ depoſitio ex alio, nam vnus ex eis nomine Felix, nõ fuit legitimè receptus, cùm fuerit exa-
16 minatus parte non citata † ad videndũ iuramenta teſtium. & licet Lap. & Domi. quos etiam ſequitur Philip. Franc. in prædicto c. pro humani. de homi. in vj. tenuerint, quòd in crimine aſſaſsinij probẽt huiuſmodi teſtes examinati parte non citata, prout etiam refert Fel. in c. in nomine domini. extrà de teſtib. in verſi. v. limita. attamen Fely. ibidem hoc referendo reprobat omnino, & nullatenus tenet: ſed vult teſtes ipſos eo caſu nullatenus probare. Nec obſtabit depoſitio Fabricij & Felicis teſtium examinatorum contra præfatum inquiſitum, cùm plenè doctum fuerit eoſdem
17 † fore capitales inimicos eiuſdem: & iure cautum eſt, teſtes inimicos etiã in crimine læſæ maieſtatis repellendos, vt inquit Barto. in l. in quæſtionibus. ff. ad leg. iul. maieſt. & conſuluit Alex. de Imo. in conſil. cxxvj. in ſi. in iiij. vol. & tenet ante ipſum Spec. in titu. de accuſ. §. j. verſi. fin. ſequitur Par. de Put. in tract. ſyndi. in verſic. ſuſpicio. c. fui ſemel interrogatus. ij. col. licet de Alex. non meminerit, & idem tenet idem Alexand. in

conſil.xj.in j.volu. & minimè ſuffragabitur depoſitio
Gaſparis Zarrili pariter ſe tentatum aſſerentis de aſ-
ſaſsinio, cùm poſt eius damnationẽ ad vltimum ſup-
plicium, vt ſuam conſcientiã exoneraret, ſupradictã
18 eius depoſitionem reuocauerit, & ſic non † obſtabit
præfato presbytero Thomaſio, prout ita in ſpecie te
net And.de Iſer.in cõſtitutione, ſi damna. Et tamen ſi
rectè cõſideretur non adparet probatum quòd teſtes
præfati ita tentati, prout aſſeruerunt promiſerint de-
lictum prædictũ committere. Nam imò aſſerunt pe-
nitus recuſaſſe, nec aſſenſiſſe: vnde reſultat, ꝙ minimè
firmari poteſt crimen aſſaſsinij fuiſſe perpetratũ, non
interueniente cõuentione, ſed ſimplici pollicitatio-
19 ne † & oblatione nec acceptatione ſecuta. Ita in ſpecie
in propriis terminis conſuluit Bal.in ſuo conſi.lxxxij.
incip.Betonus de Corio.in iij.vol. qui in effectu con-
ſuluit, quòd interueniente cõuentione de occidendo
præcedente promiſsione vel pacto, incurritur cri-
men aſſaſsinij, licet poſteà homicidium non ſequatur:
& idem reperio fuiſſe conſultũ per inſignem do.Fran.
de Alb.de Are.in ſuo conſil.incip.in Dei nomine, A-
men.quòd Ciccus fante.ꝙ eſt in lib.meo diuerſorum
conſil.ꝙ cõſilium alleg.Fel.licet ad aliud propoſitum.
& in alio capite eiuſdem in c.inquiſitionis. in ver. iij.
limitatio eſt extrà de accuſ.vltimò liquet ex proceſſus
meritis illum in cuius perſonam prætẽdebatur, com-
mitti aſſaſsinium, tandẽ fuiſſe occiſum. vt probarunt
querulantes licet occiſum per alios, quã per ipſos ten
tatos, & ob illorũ occidentium proprium odiũ ac ini-
20 micitiam, quo † caſu non eſt in cõſideratione aliqua,
nec aſſaſsinium nec mandatũ, quia tunc mãdans non
teneretur. Ita dixit ſingulariter Cępol.in ſuis cautelis.
caut.xxxix.incip.vidimus quam plures caſus, in qui-
bus &c. Licet ante ipſum idem dixerit Bal. quem ipſe
ſequitur in c.j.§.iniuria.de pace iura.firman. Nec poſ
ſet inferrri aduerſus prædictum inquiſitum.ꝙ ex quo
aliàs tentauerat dictũ aſſaſsinium committi per eos,
qui hoc vt ſuprà depoſuerunt, ꝙ ex hoc tanquã in prę
dictis aſſuetus præſumatur, & illius quoque occiſores
21 alios interatò cõduxiſſe ad occidendũ, ex quo † quãuis
conſuetudo inferendi iniuriã probet contra aliquem
delictum ſaltẽ præſumptum, vt in c.fi.de appella. & in
l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de noui oper.nun
tia.hoc tamen vendicaret locũ, quando ciuiliter age-
retur, ſecus ſi criminaliter, prout in caſu iſto. ita dixit
Bart.in l.j.§.ſi quis tamen.ff. quod vi aut clàm. quem
refert & ſequitur Franc.de Are.in c.conſtitutus.extrà
22 de teſtibus. † Et minimè firmari poſſet, ꝙ in huiuſmo-
di crimine aſſaſsinij per præſumptiones ſeu probabi-
lia argumenta probatio ſufficiat, quia hoc vendicat
ſibi locum, quando talia probabilia argumẽta eſſent
indubitata, & non aliter. Ita nouiſsimè reperio fuiſſe
magiſtraliter declaratũ per Feli.in c. afferte. in tertia
limitatione. extrà de præſumpt. Ex quibus omnibus
licet non eſſet os in cœlũ ponere, declarare prædictũ
prerbyterũ Thomaſium eſſe ad eius iudicem eccleſia-
ſticũ remittendũ, attamen in hoc pro nũc ſuperſeden
do, ſum voti, ipſum eſſe fideiuſſoribus datis, liberan-
dum à carceribus. & ita iuris eſſe cẽſeo, & vt iuri con-
ſonum. executũ fuit cõmuni voto Magnificorũ iudi-
cum, approbante quoq; excellẽte do. Hieronymo de
colle regente Regiam Cancellariã, ibidem præſente.

Ego Thomas Grammaticus, Iudex magnæ Curiæ
Neapoli, Iuris Vtriuſque Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente ſuper cauſa ſtatus, vt quia quis prætendat ſe liberum, ſemper pro libero haberi debet.*

2 *Dominus prætendens aliquas ſeruitutes ſibi deberi à vaſallis, incumbit ſibi onus probãdi de ipſarũ præſtatione, & per tantum tẽpus, in cuius initij contrariũ memoria hominũ non exiſtit. Nec ſufficeret longæuus vſus ſeu conſuetudo, etiam cum tituli allegatione.*

*Et in talibus non ſufficit longæuus vſus, aut probari curſum longi temporis, niſi etiam & teſtis probetur. ibidem. numero 2. & 3.*

4 *Ex conſuetudine acquiritur ius in publico, vndecunque cauſetur etiam ſi ius ex priuato cauſetur.*

6 *Conſuetudo ſe habet ad ius cõmune & vniuerſale, præſcriptio verò ad particulare priuatum, & ſic licet per actus geſtos à priuato poſſit induci conſuetudo, id eſt verum, quando per illos actus acquiritur ius in publico: Secus ſi priuato, quia tunc erit præſcriptio.*

7 *Ius quando acquiritur contra quemlibet ſingulariter, dicitur eo caſu ius quæſitum per præſcriptionem, Si verò non ſingulariter, ſed communiter contra omnes, tunc dicitur acquiſitum per conſuetudinem.*

7 *Ius exigendi ſeruitia ſeu angarias à ſubditis non poteſt præſcriptione acquiri, niſi eſſet probatio tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria hominum non exiſtit & numero 9.*

10 *Domini non poſſunt exigere à vaſallis, niſi conſueta grauamina, nec poſſunt eos compellere ad præſtandum ſibi angarias ſeu collectas.*

11 *Domini extorquendo ſimilia inconſulto principe, tenentur in quadruplum.*

*Et ſi conſulto principe exigant plus permiſſo, punientur in duplum.*

12 *Princeps imponens angarias ſeu collectas ſine cauſa, diceretur rapinam committere, cùm bona ſubditorum auferat.*

14 *Res eccleſiæ poſſeſſa per alium per viginti annos ſciente eccleſia, & nõ contradicente, præſumuntur omnes ſolennitates interueniſſe, & ſatis erit ipſas allegare: Attamẽ ſi ex inſpectione inſtrumenti conceſſionis adparet, ꝙ ſolẽnia nõ interuenerint, ceſſat dicta præſumptio.*

15 *Dominus, ſi allegat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi ſeruitia ſeu angarias à ſubditis, non auditur, cum ex quaſi poſſeſſione non inducatur ius exigendi ſeu poſſidendi.*

16 *Vbi de libertate tractatur, ſemper pro ea præſumendum eſt.*

17 *Seruitia & angariæ ſemper præſumuntur extorta per metum potius quàm ex debito per dominos, & præſertim à ruſticis.*

18 *In hoc regno Siciliæ ſolus rex eſt dominus perſonarum in eo degentium.*

19 *Poſſeſſio iniuſta ſeu violentia, nullum ius tribuit poſſeſſori.*

21 *Vaſallus prætenſus Baronis, qui confeſſus etiam cum iuramento teneri ad ſeruitia perſonalia ipſius Baronis, & quòd ipſa ſibi præſtitit, & etiam quòd de hoc ſe obliget abſque aſſenſu Regio, non tenet talis confeſſio, nec obligatio,*

22 *Confeſſio contra propriam libertatem non tenet, vbi ſubdit & facit contra Regem Francorum dum faceret confiteri aliquam ciuitatem eſſe ſuam, & iurari fidelitatem à ciuibus, non tenet talis confeſſio.*

Baro



24 *Baro ſeu dominus non poteſt compellere vaſallos ad præſtandum ſibi ſeruitia extra diſtrictum.*

25 *Vaſalli ſoluentes iura fiſcalia regi, non tenentur ad ſeruitia perſonalia eorum Baronibus ſeu dominis.*

26 *Sequeſtri medicina, in dubio eſt fideiuſſio.*

## VOTVM XII.

REdemptoris gentium ſuffragio iterato, A-
men. In cauſa Magnifici Gurelli Brãcacij
de Neapo.cum vniuerſitate & hominibus
Villæ Caſolæ Valenxanæ, & eius vaſallis,
in qua prætendit eoſdem ſibi teneri ad præſtandum
ſeruitia perſonalia, & etiam extra eius diſtrictum: &
in huiuſmodi poſſeſsione, ſeu quaſi ſe eſſe ex longæuo
vſu aſſerens ac ſeruitia ipſa ab eiſdem exigẽdi, abſque
aliqua mercede: & econtrà prætẽdẽtes homines ipſi
nullatenus ad præmiſſa teneri: ſed manuteneri, in
quaſi poſſeſsione libertatis, prout liberi à natura eſſe
præſumuntur de iure. Gurellus ipſe pro conſeruatio-
ne ſuæ prætenſæ poſſeſsionis, recuſantes ſeruitia præ
dicta præſtare, carcerauit, & carcerat, & ab eiſdem
pœnas per ipſum comminatas vt præſtent ſeruitia à
recuſantibus exigit: & ſic re in iudicio magnæ curiæ
deducta, & inhibito Gurello ſuper carceratione præ-
dicta & pœnarum exactione, & eodẽ Gurello ſe gra-
uante ac petente ſe manuteneri in quaſi poſſeſsione
prædicta, quòd illis obiicientibus ſe conſeruari in eo
rum libertate, fuit tandem per me diſcuſſo negotio
inter iudices collegas impartita dilatio octo dierum
vtrique parti ad probandum, quicquid voluiſſent ſu-
per eorum, & vniuſcuiuſque ipſorum quaſi poſſeſsio-
ne oretenus allegata per dictas partes. Et quòd carce
rati ob cauſam prædictam liberarentur præſtita cau-
tione de ſoluendo, quicquid fuerit iudicatum: & hoc
1 ex eo, † quia pendente lite ſuper cauſa ſtatus, ſi quis
prætẽdit ſe liberum, ſemper pro libero haberi debet.
l.ordinata.in prin.ff.de libe.cau.l.ſi is, qui.§.ſi ſeruus.
ff.de vſucap. & conſuluit Bartho. chaſſa. in conſil.liiij.
circa princi.de quo ſentiens ſe Gurellus ipſe grauatũ,
habuit recurſum ad ſuprà ſcriptum conſilium, per
quod fuit decretũ bene fuiſſe per me pronuntiatum,
& vltimo loco recurſum habuit ad illuſt. do.Vicere-
gem, & Collaterale conſilium, coram quo cauſa ipſa
grauaminis introducta pro iuſtificatione decreti, &
ſic voti mei, & ſucceſsiuè confirmationis de eo factæ
per ſuprà ſcriptum Conſilium, deducuntur infrà ſcri
pta. Et primò conſtat quod domino ad verificandum
prætenſas ſeruitutes ſibi deberi per vaſallos incum-
2 bit verificare † de ipſarum præſtatione per tantũ tem
pus, cuius initij in contrarium memoria hominum
non exiſtit: nec ſufficeret longæuus vſus, ſeu conſue-
tudo, etiamcum tituli allegatione, vt dicit pulchrè
Archidi.in cap.ſeruitium. xviij.quæſt.ij.quem refert
& ſequitur Luc.de Pen.in l.litibus.iij.col.C.de agri.&
3 cenſi.lib. xj. vbi in ſpecie dicit, † quòd in talibus non
ſufficit probari curſus longi temporis, niſi etiam &
titulus probetur.per cap.quia cognouimus.x.quæſt.
iij.cum multis aliis ibi alleg.per eum. Nec poteſt ſu-
per hoc dici inducta conſuetudo, ſed potius præſcri-
ptio: cum ad eſſe conſuetudinis requiratur animus &
conſenſus totius populi, ſeu maioris partis. per l. de
quibus. de leg. ſed in præſcriptione ſufficit ſolus con-
ſenſus præſcribentis, & ſic ſolum præiudicat ei, con-
tra quem præſcribitur, per l.naturaliter. ff.de vſucap.
4 † Item ex conſuetudine acquiritur ius in publico vn-
decunque cauſetur, etiam ſi ius ex priuato cauſetur.
l.vẽditor.§.ſi conſtat.ff.com. prædio. Ex pręſcriptio
ne autem ius priuato acquiritur: ergo dici poteſt lex,
cùm communis non ſit. Ita dicit magiſtraliter Abb.
in cap.fin.extrà de conſue.& ante eum Bald. in rubr.
ff.de rerum diui. colum.j. circa fi. & ideò dicit Feli.in
cap.auditis.x.col.de præſcrip.verſic.iiij.& vlt.decla-
5 ratio.quòd conſuetudo ſe habet ad ius commune † &
vniuerſale: pręſcriptio verò ad particulare priuatum
& ſic licet per actus geſtos à priuato poſsit induci cõ-
ſuetudo, id eſt verum, quando per illos actus acquiri-
6 tur ius in publico: ſecus ſi priuato, † quia tunc erit
præſcriptio. Ita conſuluit Franc. de Arc. conſil.xxiij.
incip.in præſenti conſultatione. in fi. & ſic ſi per tales
actus exactionis ſeruitiorum eſſet inductum commo-
dum priuato, & non in publico, non ex hoc particu-
lari commodo ipſius Gurelli aliquid publicæ vtilita-
tis ineſt in villa Caſolæ. & ſic patet quòd eſſemus in
mera præſcriptione, non autem in conſuetudine. &
7 quando acquiritur ius contra quemlibet † ſingulari-
ter, dicitur eo caſu ius quæſitum per præſcriptionem:
ſi verò non ſingulariter, ſed communiter contra om-
nes, tunc dicitur acquiſitum per conſuetudinem. Ita
dixit Pet.& Cyn.in l.ij.C.quæ ſit long. conſue. & ſe-
quitur Alber. in rubrica eiuſdem tituli. Sed hoc ius
8 exigendi ſeruitia, ſeu angarias à ſubditis † non poteſt
præſcriptione acquiri per dominos: vt dicunt Petrus
& Cynus & Alber. vbi ſuprà: & ſequitur Iacobus de
ſancto Georgio in tractatu de homag.x.colum. in fin.
nec dici poteſt per conſuetudinẽ, cùm nõ contra om-
nes communiter: ergo prędicta ex ſola præſcriptione
non poſſent dici eidem Gurello quæſita, quando de
præſcriptione verificari cõtingeret, vt Gurellus ipſe
9 prætẽdit: cùm in ſimilibus requiratur probatio † tan-
ti temporis, in cuius contrarium memoria hominum
non exiſtat, cùm illud habet vim priuilegij: vt con-
ſuluit Alexan.de domino Azone, in ſuo cõſilio xxxv.
in ij. vol. dum voluit dominus Azo exigere collectas
à ſuis ſubditis: nam ſibi conſuluit, vt probare debuiſ-
ſet de conſuetudine tanti temporis, vt ſuprà. quibus
etiam ſuffragantur, quæ conſuluit idem Alex.in præ-
10 fato conſilio xxxv. † ibi dum dixit, barones ſeu domi
nos non poſſe exigere à vaſallis. niſi conſueta graua-
mina. Et idem tenet idem Alex.in conſi.cxlvj.in eo.ij.
vol. Hinc voluit Bal.in l.cũ multa C. de bon.quę lib.
quòd domini non poſſunt cõpellere ſubditos ad ſibi
11 præſtandum angarias ſeu collectas, imò ipſas † ab eis
extorquendo inconſulto principe puniuntur in qua-
druplũ: & ſi conſulto principe, puniuntur in duplum,
ſi plus exigant permiſſo à principe, ſecũdum Ioan.de
Plat.in l.placet.ſecũdo nota.C.de excuſ. mune. lib.x.
imò quando talia imponeret princeps ipſemet ſine
12 cauſa, † diceretur rapinam committere, ex quo bona
ſubditorum auferre diceretur. Ita dicit Andræas de
Iſer.in cap.j. verſic.flumina. quæ ſint regalia. multò
magis erit in dominis inferioribus à principe qui ar-
ctiores habenas habere dicuntur. & ideò debẽt præ-
13 dictis Barones abſtinere: & contenti eſſe † muneribus
& angariis impoſitis tempore conceſsionis feudi, nec
vltra ſubditos grauare. l. cum ſatis. §. caueant. C.de
agri.& cenſi libro xj. per quem ita dicit Iac. de ſancto
Georgio, in tractatu de homag.x.colum.circa me. &
ſic cùm tempore cõceſsionis priuilegij de feudo villæ

prædictæ conceſſæ prædeceſſoribus prædicti Gurelli,
minimè adpareant etiam ex ipſius priuilegiimet te-
nore impoſita onera aliqua ſeu grauamina per prin-
cipem, ergo nec ipſe Gurellus illa quidem exigere po
tuiſſe, nec poſſe videtur. Et cùm ſit, quòd expoſue-
rit ſe eſſe in poſſeſsione prædicta, virtute ſuorum pri
uilegiorum, quibus inſpectis nulla ex præfatis adpa-
rebat conceſſa angaria in ipſos vaſallos. ſuccedit igi-
tur, quod pulchrè & ſatis ad propoſitum præſentis de
ciſionis conſuluit Alexand. in conſil. xlv. in fin. in iij.
14 volũ.† vbi dixit, quòd ſi res eccleſiæ fuit poſſeſſa per
decennium, vel viginti annos per alium, ſciente &
patiente eccleſia, & non contradicente, eo caſu præ-
ſumuntur omnes ſolennitates interueniſſe, & ſatis
erit ipſas allegare: prout etiã latè ſcribit Feli. in cap.
ſicut. de re iudi. attamen hoc non vendicabit ſibi lo-
cum, vbi ex inſpectione inſtrumenti cõceſsionis præ
dictæ adpareret, quòd ſolennia non interuenerunt.
Ita ſatis pulchrè conſuluit Paulus de Caſtro, in ſuo
conſil. incip. in Chriſti nomine, Amen. in cauſa, quæ
vertitur inter reuerendum. refert & ſequitur Alexan.
in conſil. primo. vj. colum. in iiij. vol. Nec audiendus
eſt prætextu, quòd ſeruitia prædicta exegerit, cùm ex
15 quaſi poſſeſsione non inducatur ius † exigẽdi ſeu poſ
ſidendi: ſecundum Mar. de Fantu. in additio. ad Bart.
in l. litibus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. etiam ſi præſtan-
tes ſeruitia ſpatio decennij præſtitiſſent, non ex hoc
ſufficere ad probãdum ius vaſallagij, & maximè cùm
prætenſa poſſeſsio ſit contra libertatem, qua omnes
16 liberi & non ſerui præſumuntur. † & vbi de libertate
tractatur, ſemper pro ea præſumendum eſt l. lege iu-
nia. ff. de manu. l. inter pares. ff. de re iud. maximè, cũ
in ſimilibus præſcriptio non procedat. Ita etiam in
ſpecie voluit Luc. de Pen. in l. hac l. prima colum. C.
de aquæduc. libro xj. vbi plus ſubdit, quòd talia præ-
17 ſumuntur ſemper †potius per metũ, quàm ex debito
extorta. dicta l. litibus. & præſertim per potentes à ru
ſticis præſumuntur huiuſmodi ſeruitia indebita per
metum extorta. dixit Bald. in titulo, de pace Conſtan.
in verſic. pactiones. ſed ante eum Ioan. Andr. in cap. j.
de præſcriptionib. in vj. in nouel. refert & ſequitur
Alexan. in l. iuſiuradum. ff. quarum rerum actio non
dat. Idem tenet conſulendo Franc. de Aret. in conſilio
xiiij. incipiente. Viſo & diligenter conſiderato. x. col.
& dominus Stephanus Bertrandus in conſil. xlix. in-
cipien. cùm multæ dudum. in j. volum. Paris de Puteo
in tractatu ſyndi. in titulo de offic. ſyndic. viij. charta.
verſic. ſyndicantur etiam officiales. ij. colum. licet de
præallegatis nullam mentionem fecerit. idem tenet
Iaſon in §. quadrupli. inſti. de actio. Iacobus de ſancto
Georg. in tract. de homag. viij. colum. Luc. de Pen in
dicta l. litibus. iij. col. verſic. item quia talis collecta.
c. de agri. & cenſi. ſubdens, quòd in talibus nõ ſufficit
probari curſum temporis, niſi & titulus etiam probe
tur, per capitulum, quia cognouimus. x. quæſtion iij.
18 quæ maximè procedunt in hoc regno, in quo † ſolus
rex eſt dominus perſonarum, vt in cap. ad regale faſti
gium. & in capit. finis præcepti, charitas. & in conſti-
tutione regni, quia frequenter. ſub rubrica de homi.
non tenen. vbi princeps decidit ſe nolle perſonas va-
ſallorũ abſque ſuæ ſerenitatis aſſenſu ſeruitiis perſo-
nalibus obligari: vnde ſuccedit, quòd talis allegata
19 poſſeſsio nõ †iuuat poſſeſſorem, niſi probet de priui-
legio, vel alio legitimo titulo. Ita dixit Barto. in l. vis
eius. C. de probatio. & idem Bartolus in l. ij. C. de ſen
20 ten. cùm poſſeſsio iniuſta ſeu † violenta non habeat
tueri poſſeſſorem. dixit Andræas de Iſernia in tit. quę
ſint rega. verſi. extraordinaria. Nec militabit pro ipſo
Gurello depoſitio vnius ex carceratis, deponẽtis alias
præſtitiſſe ſeruitia eidem compulſus: ſed ad ea non te-
nebatur, cùm huiuſmodi confeſsio etiam iurata, nil
obſtet: cùm etiam volens ſe ad præfata obligare non
21 poterat, etiam † volẽs abſque Regio aſſenſu: vt patet
in conſtit. & capitulis regni ſuprà proximè allegatis,
niſi fuiſſet libertus. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. l. vt
iuriſiurandi. ff. de oper. liber. cùm opera liberi homi
nis non tribuat ius in perſonis. l. prima. ff. de oper.
ſeruo. quod eſt nota. Ita dixit Luc. de pen. in dicta l.
cùm ſcimus. iij. colum. & ideò ne homines in aduer-
ſam fortunam trahantur, ſanxerunt iura, nec ſcriptu-
ras nec proprias confeſsiones eis nocere. dum contra
22 †propriam libertatem fatentur. dicta l. cùm ſcimus.
& idem voluit glo. in l. nec ſi volens. C. de libe. cauſa.
23 & ibi Bald. nota. dixit, quòd † confeſsio facta contra
propriam libertatem, non tenet. & ſubdit cõtra Re-
gem Francorum, quòd ſi confiteri faceret aliquam
ciuitatem eſſe ſuam, & inde iurari fidelitatem à ciui-
bus, non tenebit talis confeſsio. Idem ſequitur Iaſon
in prælud. feud. & in l. ſecunda. C. de iure emphyteo.
& iſtud dicit dominus Antonius de Alexand. in ad-
ditio. ad Barto. in l. vnica. C. de confeſsis. eſſe notan.
contra Regem Carolum octauum, qui tanquàm in-
uaſor venit ad regnum hoc: & fecit ſibi iurare fideli-
tatem ab vniuerſitate Neapolitana, & à toto regno.
Nec omittendum, quòd amplius volebat ſibi ſeruitia
24 ipſa præſtari etiam extra diſtrinctũ† feudi, quo caſu
etiam ſi eſſent angarij, non tamen tenerentur extra
diſtrictum. Ita per multa bona concludit Afflictus in
conſtitutione, iuſtitiarij non per Calendas. in tertia
colum. Eſt etiam conſiderandum, quòd virtute Regię
pragmaticæ, vaſalli ſoluentes iura fiſcalia regi, non
tenentur ad ſeruitia perſonalia eorum dominis, quæ
25 pragmatica adparet † ſumpta à medula iuris text. l.
vnicæ, C. ne operæ à colla. exig. libro x. vbi ſoluentes
tributa Cęſari, iubet Imperator minimè poſſe ad per-
ſonalia ſeruitia compelli: ſicque vt iuris diſpoſitioni
pariterque præfato Gurello ſatisfieret. fuit decretum
carceratos liberandos præſtita fideiuſſoria cautione
de ſoluendo, quicquid fuerit iudicatum, & hoc cùm
ex prædictis hinc fuerit res in dubiũ deducta: ne prę-
iudicium eidem fieret circa cõmodum prætenſæ poſ-
ſeſsionis in iſtis incorporalibus, nec eiſdem vaſallis
in eorum allegata libertate, & ideò ſi contingat do-
minos grauare vaſallos, & econtra ipſos ſubditos ſeu
vaſallos poſſe calumniare Baronem, vniuſcuiuſque
partis res in dubium deducetur, & in dubiis fideiuſsio
eſt medicina ſequeſtri, & ideò adinuentum fuit anti-
26 dotum fideiuſsionis † de reſtituendo in caſu retracta
tionis, id eſt in caſu, in quo fuerit iudicatum, ſeu de
iudicato ſoluendo. iuxta doctri. Baldi in l. prima. C.
de prohib. ſequeſt. pecu. & facit l. ſi. C. de ordi. cogni.
& in dicta l. litibus. C. de agric. & cenſi. vbi videtur
caſus deciſus in dicta l. fina. quòd reſtituuntur bona
ablata ſeruo ſiue ei, qui ad ſeruitutẽ vocatur, ſi ſaluam
rem futuram per idoneos fideiuſſores promiſerit, &
ſic cùm ſanctè ac iuſtiſsimè votauerim, & votũ meum
comprobatum fuerit, & ſucceſsiuè per magnam cu-
riam vicariæ ita iudicatũ, vt ſuprà, & idem per ſuprà
dictum



dictum Regium conſilium comprobatum, & ex mea
inuentione prædictorum fuit confirmatum per ſuprà
ſcriptum conſilium, & cauſa ſuprà dicta remiſſa fuit
ad eandem magnam curiam, ex quo non grauauit. &
vltimo loco per collaterale conſilium illuſtr. domi.
Viceregis, ipſo quoque adſiſtẽte, fuit etiam cum meo
interuentu deciſiuè pronuntiatum ipſos vaſallos non
teneri ad ſeruitia perſonalia, maximè abſque merce-
de, prout Gurellus ipſe expoſcebat. Et ita executum
fuit.

Ego Thomas Grammaticus Iudex magnæ Curiæ
Vicariæ, Neapol. Vtriuſque Iuris Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Tortus ſuper furto, de quo inquiſitus eſt confeſſus, non poterit de iuris ſubtilitate de alijs furtis interrogari, de quibus nulla exiſtunt indicia. Vbi ſubdit hoc eſſe verum, de iure: licet de generali conſuetudine Italiæ ſeruemus contrarium. & nu. 2.*

*Et quòd conſuetudo de qua in præcedenti, non teneat. ibidem.*

3 *Conſuetudo ſi allegatur per aliquem Doctorem, an ſit ei credendum ibidem. vbi concludit, quòd etiam pluribus & pluribus Doctoribus de conſuetudine affirmantibus non eſt ſtandum.*

4 *Tortus ſuper furto ſi eſt malæ famæ & eſt confeſſus, poterit de alijs delictis interrogari, licet non extent indicia.*

## VOTVM XIII.

TRemendi Dei, qui cuncta facit, qui cuncta
gubernat, auxilio pia mente, puróque cor-
de inuocato, Amen. In cauſa terragnoli de
villa Iuliani pertinentiarum Auerſæ, in-
quiſiti de homicidio, & iam confeſsi cum qualitate
defenſionis: ex quo per fiſcum prætẽdebatur alio tem
pore furtum, & in ſtrata publica commiſiſſe ad va-
dum de pecora, cum nonnullis aliis: Hæſitatur in ma-
gna curia, an præcedente confeſsione homicidij præ-
dicti poſsit ad torturam procedi contra ipſum ſuper
obiecto furto, non exiſtentibus talibus indiciis, quæ
habeant mouere mentem iudicis ad torquendum,
prout Magnificus fiſci patronus inſtãter expoſtulauit
Et certè mihi prima facie viſum fuit, quòd non: cùm
1 recordabar, † quòd ſi quis fuerit præcedentibus indi
ciis ſuper furto tortus, & confeſſus, non poterit de
iuris ſubtilitate interrogari de aliis furtis, de quibus
nulla exiſtunt indicia. ita tenet Angel. de Aret. in tra-
ctatu malefic. in verſic. fama publica. in vltimo verſi.
Alexand. conſil. cclxxv. incip. viſo themate. ij. colum.
argum. eorũ, quæ no. per Alber. de Gandi. in rubrica
de quæſtio. & tormen. in iiij. & v. colum. cùm abſque
indiciis nemo torquendus ſit: vt in l. prima. ff. de quæ-
ſtion. & in l. maritus. ff. eodem titulo. licet de generali
2 †conſuetudine Italiæ continuò ſeruemus cõtrarium:
vt ibi Gandi. teſtatur. & ſpecialiter in furtis, quæ ma-
gis frequentantur: quæ conſuetudo iuuari poteſt per
l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. in l. congruit.
ff. de offic. præſi. & conſuluit Cardi. in conſil. xlv. &
Bartol. Cæpol. in conſil. xl. & ideò cùm minimè con-
feſſus ſit de furto, ſed de homicidio, non videbatur
poſſe de furto, de quo inquirebatur, torqueri, non
præcedentibus indiciis: & in ſpecie magis ad hoc mo
uebar per not. dictum Auguſt. Arimi. in addition. ad
Ang. in verſic. fama publica. in vltima col. vbi dicit
3 expreſsè huiuſmodi conſuetudinẽ Italiæ non†valere,
tanquam irrationabilẽ, prout etiam per optima iura
comprobat. Et tantò fortius dicerem ego, quãdo non
confeſſus eſſet alia furta, prout in caſu, de quo quæri-
tur, non eſſet procedendum ad torturam. & eandem
opinionem reperio tenuiſſe Hyppo. Marſil. in l. repe.
in fine. ff. de quæſtio. & in ſua practi. cauſarum crimi.
in §. conſtante. iiij. columna, dicendo, quòd ſi nedum
Gandi. verumetiam & glo. quæ eſt maioris authorita
tis, dicat aliquid de conſuetudine ſeruari, tamen talis
conſuetudo probari debet, ſi eſt contra ius commu-
ne. ita Bal. in l. ſi is, qui. in lectu. antiqua. ff. de pignori.
& in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudi. in
v. oppo. & dicit Alex. in l. poſt dotem. ſol. mat. quòd
ſi plures & plures Doctores affirmarent in lecturis ita
de conſuetudine ſeruari, non eſt eis credendum. idem
ſequitur Soci. in ſuo conſilio xcvij. præſens conſulta-
tio &c. Reperi demum, quòd Ang. in tracta. malefic.
in verſic. fama publica præcedente. in fin. verbis, dicit
4 quòd talis cõſuetudo ſeruatur, †etiam in aliis delictis,
quàm in furtis. & idem quod Angel. tenet Odofr. in
ſuo tractatu, de quæſtionib. in xj. quæſtio. incipiẽ. ſed
quid de quæſtione quotidiana. & ibi dicit, quòd de
generali conſuetudine Italiæ ita ſeruatur. & ſequitur
Cæpol. in præfato conſilio ſuo xl. in viij. colum. hoc
tamen ſanè ego intelligerem procedere, vbi talis in-
quiſitus de huiuſmodi delicto aliàs eſſet malę famę. Ita
dicit Gandi. in titu. de præſumpt. & indic. indubita. v.
colum. verſiculo xij. ſi iſte. iuncta glo. præced. verſic.
ſexta ratio. & idem reperio etiam tenuiſſe Bonifa. de
Vitalli. in titu. quæ debeant præcede. tortu. ij. colum.
vbi dicit, quòd de conſuetudine contrarium ſeruatur
per multos aſſeſſores, & malè, vt ipſe putat. Et cùm in
caſu præmiſſo præfatus Terragnolus confeſſus fuiſſet
homicidium, per vnum ex iudicibus in tortura inter-
rogatus de furto prædicto, de quo nulla extabant in-
dicia, & confeſſus fuiſſet, & ſic ex hoc aliquantulum
ego ſtarem perplexus ac dubius, cùm hucuſque mihi
caſus in facto nõ acciderit, licet per annos duodecim
in eadem magna curia iudicauerim, dubitabam eun-
dem vltimo ſupplicio condemnare, cum ex ſolo ho-
micidio qualificatè probato non veniſſet condem-
nandus, & dum ſuperueniſſet in eadem magna curia
excellẽs dominus Hieronimus de colle. Regens Can-
cel. & coram eius dominatione proſequeretur diſcuſ
ſio de caſu præmiſſo inter me & Magnificum patro-
num, tandem ſua excellentia inclinauit inquiſitum
ipſum potuiſſe interrogari de furto prædicto: vnde
viſum & pariter mihi fuit in eandem ſententiam con-
currere: in quam licet alter ex ſociis mecum inclinaſ-
ſet, communi tandem voto fuit idem Terragnolus
vltimo ſupplicio condemnatus, & adhuc ſynderesis
ſtimulus me ſtimularet, niſi quia lata ſententia con-
tra ipſum, iterum de plano in tribunali antè quàm,
eſſet dimiſſus ad ſuſpendium, ſpõte declarauit de pla-
no in tribunali interfuiſſe in furto prædicto cum aliis
ſociis nominatis per ipſum, demptis duobus ex eis,
qui minimè interuenerunt, & ipſos mendaciter in-
culpauerat.

Ego Thomas Grammaticus, Iudex magnæ Curiæ
Vicariæ Neapoli. Iuris Vtriuſque Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Minor delinquens non poteſt puniri pœna ordinaria.*

2 *Minori delinquenti iudex tenetur pœnam delicti minuere, cùm minor ætas ſit cauſa intrinſeca legis minuentis pœnam.*

3 *Minorē ſe alleganti, incumbit onus probandi, niſi aſpectus corporis aliud patenter induceret.*

4 *Minorem ætate & aſpectus corporis, multum operatur in probatione minoris ætatis.*

5 *Minor ætas, vel maior ſi aſpectu corporis præſumatur, quàm illa, quæ allegatur, tunc iudex debet transferre onus probandi in eum, contra quem eſt præſumptio: vt quia ille qui negatur eſſe maior, adparet quòd eſt barbatus grandis, & durus, ita quòd veriſimiliter adparet, quòd eſt maior.*

6 *Minor, quod quis ſit vel maior, quando ex aſpectu non poteſt colligi tunc oportet teſtibus probari.*

*Et eo caſu in dubio iudex poteſt ex aſpectu pronunciare, cum ſit commiſſum eius arbitrio in caſu dubio.*

8 *Teſtibus non veriſimilia deponentibus iudex non debet fidem dare.*

9 *Probatio debet eſſe veriſimilis, aliàs ei ſtandum non eſt.*

10 *Teſtimonium non veriſimile eſt ſuſpectum.*

11 *Id quod diſtat à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago.*

12 *Vbi timetur ſubornatio teſtium, licet iura tranſgredi.*

13 *Iudex poteſt euidentem calumniam ex officio repellere, nec debet admittere ipſam proponētem imò ſi ex non admiſſione appellaret nō debet appellationem curare.*

15 *Iudex vbi nouit aliquid fieri ad procraſtinandum litem, poteſt ex officio occurrere, imò debet.*

16 *Confeſſo delictum poteſt defenſio denegari.*

17 *Confeſſus crimen eſt confeſtim condemnandus.*

18 *Iudex vbi ſibi conſtat de maleficio, debet eſſe pronus ad puniendum, nec debet multum ponderare omnes iuris ſolennitates, quia fauor publicæ diſciplinæ ſuadet, vt maleficia puniantur.*

19 *Homicida ſi inſtat ad defenſam vt res protrahatur, debet interfici, & poſteà inquiri.*

20 *Iudex vbi videt teſtibus etiam clarè deponentibus non eſſe fidem adhibendam, poterit ſi ſibi videbitur, non adhibere ex cauſa cum in eius arbitrio ſit, & debet exprimere cauſam, quare fidem non adhibet, aliàs teneretur in ſyndicatu. & nu. 21. & 22.*

## VOTVM XIIII.

TRemendi Dei præſidio petito, Amen. In
cauſa Regij fiſci cum Calzareta inquiſito
de pluribus vulneribus, ac furtis, & aliis in
perſonam diuerſarum perſonarum, ten-
tatur à pœna mortis naturalis excuſari, ex cauſa præ-
tenſæ minoris ætatis: dum certo modo per teſtes pro
bauerit ipſum eſſe ætatis annorum ſexdecim, & non
plus, & iuris dipoſitione cautum eſt iudicē non poſſe
1 † minori delinquenti pœnam ordinariam imponere
ipſius delicti, quod commiſit, per notata in l. & ſi ſe-
uerior. C. quibus ex cauſis infamia irrogatur. etiam ſi
id petitum non fuiſſet, ſecundum veram concluſio-
nem doctorum, de quo plenè per Salicetum in dicta
l. ſi & ſeuerior; & ibi Alexand. de Imol. & plenius do-
minus Antonius de Alexādria ibidem. vbi etiam ſub-
2 dit prædictus Alexand. † quòd iudex obligatur mi-
nori delinquenti pœnam delicti minuere, cùm mi-
nor ætas ſit cauſa intrinſeca legis minuētis delictum.
& not. Doct. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de in-
fami. & conſuluit Ludoui. Bolog. inſignis Doctor in
ſuo conſil. xxxvij. incip. cor mundum. licet aliàs &c.

Sed præmiſsis non obſtantibus, dico quòd cùm ex
confeſsione eiuſdē inquiſiti adpareat, quòd ſunt iam
ſex anni vel circa elapſi, ꝙ ipſe accedebat vnà cum
Colle famoſo latrone, diſrobando per nemora, & ſic
iuncta huiuſmodi probatione minoris ætatis, colligi-
tur, quòd cum tēpore, quo erat ſocius præfati inſignis
latronis vix erat annorum decem, quod falſiſsimum
reputatur, concurrente eius aſpectu & corporis fa-
ctionibus, ac phiſionomia, ex quibus deprehenditur
eundem inquiſitum excedere ætatem viginti anno-
rum: vt quamplures legaliſsimi viri nobiles ac nota-
rij, & magiſtri actorum curiales ad excludendum hu-
iuſmodi repugnantem veritati & minus veriſimilem
probationem, teſtati ſunt, ipſo inquiſito prius bene
inſpecto per eoſdem, & conſiderato, imò aliqui ex
prædictis depoſuerunt ipſum eſſe ætatis xxv. anno-
3 rum: & ideò † licet alleganti ſe minorem, incumbat,
onus probandi, per l. actor. C. de probatio. cum vul-
ga. tamen hoc eſt verum, niſi fortè aſpectus corporis
aliud patenter induceret. Abſurdum enim eſſet dice-
re, quòd aliquis quinquagenarius haberet probare
ſe minorem, dato quòd actor eſſet, vel aliquis octo
annorum, vellet probare ſe maiorem. Sed vbi eſſet
dubium, actori probationem incumberet, ſiue affir-
matiuè ſiue negatiuè proponat, vt puta, quia peteret
pronuntiare pubertatem finita tutela, & diceret, ne-
go te pupillum. quia talis negatiua habet implicitam
affirmatiuam. Perinde enim eſt, ac ſi diceret, dico te
puberem, & ideò probare cogitur, niſi aſpectus cor-
poris, ſicut dixi, aliud euidenter demonſtraret, quo
caſu poteſt iudex probationis onus transferre, ſicut
4 ſibi iuſtum videretur. aſpectus enim corporis † mul-
tum operatur in talibus, vt ff. de minor. l. minor vi-
gintiquinque annis. Ita formaliter dicit Albericus de
Roſa. in l. ſi minorem. prima col. C. de in integ. reſti.
minor. & ideò dixit idem Alber. poſt Gul. & Pet. in l.
5 de ætate. ff. de minor. † quòd aut præſumptio eſt ex
aſpectu corporis maioris vel minoris ætatis, tunc
iudex poteſt transferre onus probandi in eum, cōtra
quem eſt prẹſumptio: vt quia ille, qui negatur eſſe ma-
ior, eſt barbatus, grandis & durus, ita quòd veriſimile
eſt, quòd eſt maior, & tales præſumptiones coadiu-
uantur ex indiciis, vt in l. etiam. ff. de probation. & in
6 l. ij. ff. de excuſa. tuto. & ſubdit, † quòd in caſu dubio,
quando ex aſpectu non poteſt colligi, ſi ſit maior vel
minor, tunc oportet teſtibus probari, vt dicta l. ſecun
da. vnde cùm inquiſitus ipſe adparuerit, prout adpa-
ret ex aſpectu maior, grandis & durus, & vltra confeſ
ſus ſit ſex annis retro fuiſſe per nemora cum Colle
diſrobando, & tot facinora perpetraſſe, ſatis adparet
7 probatum de eius maiori ætate. & ideò dixit † idem
Albert. in l. minor xxv. annis adito præſide. ff. de mi-
nor. quòd iudex poteſt ex aſpectu pronūtiare, cùm ſit
cōmiſſum eius arbitrio in caſu dubio, vt quando quis
eſt quatuordecim annorū, ſed eſt magnus, & videtur
aſpectu maior, nam hoc committitur iudici, vt per
aſpectū poſsit pronuntiare. Et ita etiam intelligit ibi
Iac. de Are. & ſic magna curia ipſa dubia de probatio-
nibus ſeu depoſitionibus trium teſtiū deponentiū de
minori ætate, & notoriè affectantiū ſalutem ipſius in
quiſiti eorū alumni, & familiaris, & qui notoriè vaca-
bant defenſioni ipſius inquiſiti, vt conſtat magiſtro
actorū curiæ, & eius ſcribis fiſcalibus, ideò inſpici &
conſiderari fecit inſtante fiſco eundem Calzaretā per
quàm



quàm plures nobiles, ac notarios & magiſtros actorū
ipſius magnæ curiæ: qui omnes vno cōtextu eundem
Calzaretā eſſe maiorē teſtati ſunt: cùm tres illi teſtes
8 contra veriſimile deponebant: quo caſu iudex † non
debeat eis fidem dare. Ita conſuluit Petrus de Anch.
in conſilio incipien. in Chriſti nomine, Amen extra
ordinem contractuum. vltima colum. & idem tenet
in alio conſilio incipien. viſa facti narratione, & co-
pia teſtamenti. colum. vij. in fi, vbi dixit, quòd contra
id, quod non eſt veriſimile, non debet quis audiri.
Hinc ſancitum eſt per Iuriſconſultum in l. iij. in prin-
cipi. & in l. ob carmen. §. fin. ff. de teſti. & in l. non eſt
veriſimile. ff. quod metus cauſ. quòd deponens veriſi-
mile, non probat. & idem voluit Baldus in l. teſtium.
vlti. colum. C. de teſtibus. & conſuluit Alexand. conſi.
cxx. incipien. ponderatis. & in conſi. cliij. incipien. vi-
ſis & narratis. colum. iij. in v. volu. & ideò dixit idem
9 Bald. in l. j. in fin. C. de edend. † quòd probatio debet
eſſe veriſimilis: aliàs ei ſtandū non eſt. & voluit etiam
Cæpol. in conſilio xxxij. colum. v. & in conſi. ſeq. col.
10 penult. conſtat autem teſtimonium non † veriſimile
eſſe ſuſpectum vt conſuluit Alexan. conſi. xciij. incip.
circa primum dubium. in iiij. volum. Veriorum enim
ſermonum eſt, vt concordent rebus ſenſatis & veriſi
11 milibus. Hinc eſt, † quòd id, quod diſtat à veriſimili,
eſt quædam falſitatis imago. dixit pulchrè Bald. in l. j.
col. iiij. C. de ſeruis fugitiuis. & in rubrica C. de pro-
bationibus. & meminit Alexan. conſi. xxvij. incipien.
in cauſa & lite vertente. ij. volumi. & in conſil. cxviij.
in iiij. volum. Barbat. in cap. ſignificante. ij. columm.
de pigno. ad quod etiam accedit praua admodum cō-
ſuetudo falſorum teſtium, & vſus ſubornandi in iſtis
12 partibus: † de quo vtinā mentiremur: quo caſu lici-
tum eſt iudici iura tranſgredi: prout in ſpecie conſu-
luit Alexand. de Imol. in conſilio lxv. j. volumi. Et ſic
ex prędictis omnibus ſuprà relatis, quatenus probare
conetur inquiſitus ipſe ſe minorem, adparet ex ſuprà
ſcriptis eſſe in euidenti † calumnia, quam iudex ex
13 officio repellere poteſt. gloſſ. eſt in l. qui cùm maior.
§. ſi patris. de bon. liber. Felin. in cap. dilecti. de iudi-
ciis. imò eo caſu iudex non debet admittere propo-
nentem, † & etiam ſi appellaret, minimè debet de ap
14 pellatione curare. voluit Innocen. in cap. poſt electio
nem. de conceſsio. præben. & in c. ſuper eo. de appell.
& Abb in cap. nullus. de præſumptionibus. & ideò ſa-
tis ad propoſitum voluit Iacob. Butr. in l. ij. C. de fal-
15 ſis. † quòd vbi iudex nouit aliquid fieri ad procraſti-
nādum litem, poteſt ex officio occurrere, imò debet.
Idem ſequitur Paul. de Caſtr. in l. properandum. ij.
16 colum. C. de iudic. maximè, † cùm ſimus in confeſſo,
cui poſſet defenſio denegari, ex quo per cōfeſsionem
dicitur delictum notorium. dixit Bald. in l. j. à proce-
dente. C. de dilatio. maximè, cùm ſolenniter fuerit in
iudicio confeſſus, per ea quæ habentur per Bald. in
rubrica, extrà de pactis. penulti. colum. Hinc voluit
17 Bald. in l. ij. C. de cuſto. reo. † quod vbi quis cōfitetur
crimen, eſt confeſtim condemnandus & ideò dixit
ſatis pulchrè Baldus in l. ita vulneratus. ff. ad legem
18 Aquiliam. † quòd vbi conſtat de maleficio, iudices
debent eſſe proni ad puniendum, nec debent mul-
tum ponderare omnes iuris ſolennitates, quia fauor
publicæ diſciplinæ ſuadet, vt maleficia puniantur.
Sed non eundo per mendicata ſuffragia, concludo
quòd ſi homicida inſtat ad defenſam, vt res protra-
19 hatur, debet homicida ipſe interfici, † & poſteà inqui-
ri. Ita ſingulariter voluit Bal. in cap. quoniam contra.
antepenult. colum. extrà de probatio. quem refert &
ſequitur Felin. in cap. paſtoralis. §. quia verò. de offic.
delega. & quia vbi iudex viderit, teſtibus etiam clarè
20 deponentibus † non fore fidem adhibendam, poterit
ſi ſibi videbitur, non adhibere fidem ex cauſa. dixit
pulchrè Barto. in l. Lucius, iuncta glo. ff. de infami. vbi
ſubdit, vt exprimat cauſam, quare fidem non adhi-
beat, vt euitet ſyndicatum. idem ſequitur ibidem Pau
lus de Caſtr. in prædicta l. Lucius. & idem Paulus in l.
admonendi. ff. de iureiuran. refert & ſequitur Bartho.
Socinus in ſuo conſilio xcviij. in antepenulti. colum.
in iiij. volum. vbi dicit prædictam doctrinam Barto.
ſingularem. idem tenet & ſequitur Paris de Put. in tra
ctatu ſyndica. in verſic. arbitrium. in verſicu. ſi iudex
viderit. ij. colum. dicti verbi, nam in arbitrio iudicis
21 † eſt adhibere fidem teſtibus, vel non adhibere, per
text. in l. iij. verſic. tu magis ſcire potes. ff. de teſtibus.
ita Bartol. in dicta l. Lucius. idem refert & ſequitur
Barba. inter conſilia Calcanei, conſi. lxiiij. in viij. col.
incipien. præclarè ſcripſit Apoſtolus. & ſubdit hoc
dictum Bartol. eſſe ſtupendum. & ſequitur idem Par.
de Put. in tracta. ſyndica. in verſicu. poteſtas. ſecunda
columna. verſicu. conſulo &c. vbi ſubdit, quod cùm
cauſa ipſe conſuluit, vt hoc fiat. ne demum iudex ipſe
in ſyndicatu teneatur. & idem tenet Baldus in l. cùm
22 magiſtratus. C. quando prouo. non eſt neceſſ. † & ideò
debet ſcribi facere in actis vel in ſententia, videlicet,
nullam adhibendo fidē teſtibus prædictis, ex tali cau
ſa. & ideò in caſu, de quo agitur, nullam adhibendo fi-
dem teſtibus prædictis ex cauſis prænarratis. quia in
lege diuina ſancitum eſt, maleficos non patiaris viue-
re ſuper terrā, maximè homicidas, qui quod fecerunt
ſemper expectant, iuxta tex. in l. iij. C. de epiſ. audien.
Idcirco ſum voti, non obſtantibus probationibus præ
dictis ſuper prætenſa minori ætate ipſum Calzaretam
eſſe vltimo ſupplicio condemnandum. Et ita idem ſe-
quuti ſunt cæteri Magnifici iudices mei conſocij, &
executum fuit, & etiam à maioribus comprobatum.

Ego Thomas Grammaticus iudex magnæ curiæ vicariæ, Neapolitanus Vtriuſque Iuris doctor.

### SVMMARIVM.

1 *Receptans delinquentē ilico poſt delictū cōmiſſum videtur nō minus delinquere, quàm ille, qui crimē cōmiſit.*

2 *Inimicitia facit indicium ſufficiens ad torturam*

3 *Aſſerenti ſeu atteſtanti de mandato & commiſſione ſibi factis ſtatur & nu 1.*

4 *Tortura regulariter non datur nobilibus.*

5 *Nobilis verberans nobilem cum baculo, non punitur pœna corporali.*

6 *Statutum puniens aliquid facientem, non extenditur ad mandantem fieri. 8.*

7 *Mandans non dicitur verè facere ſed interpretatiuè.*

9 *Ex percuſſione cum fuſte vel lapide regulariter non venit pœna corporis afflictiua. & ibi quomodo puniatur percutiens baculo & nu. 10. & in nu. 11 ſit diſtinctio an cōgregatis hominibus ſeu excogitato inſultu id factum ſit.*

12 *Tortura non habet locum in regno vbi in cauſa non veniret imponenda pœna vltra relegationem.*

13 *Mandans verberari non tenetur pœna legis vel ſtatuti punientis verberantes.*

14 *Vbi quis condemnatur ex indicijs debet ſententia minorari multum.*

*Et ibi vide multa probationum genera, & quæ dicitur probatio perſpectiua, & quo pleniſſimo ad torturam committitur arbitrio iudicis num. 15.*

16 *Pro iniuria poteſt inferri duplicata pœna videlicet pecuniaria & corporalis, vna in ſatisfactionem partis offenſæ, & altera curiæ.*

## VOTVM XV.

OMnipotentis Dei auxilio inuocato, Amen. In cauſa nobilis Ioannis de Thomaſio de ciuitate Capuæ cum Regio fiſco ſuper verberibus illatis de eius ordinatione, & mandato vt prætenditur nobili Nicolao Maria de racta, producũtur ſuper probatione huiuſmodi delicti quamplura. Et primo depoſitio Zaccagnini Auerſani qui verberauit præfatum Nicolaum Mariam cum baculo, in qua depoſuit de mandato & ordinatione ipſius nobilis Ioan.
1 Thomaſij id feciſſe. † Et iuris diſpoſitione cautum eſt credendum eſſe alicui atteſtanti de commiſsione & mandato ſibi factis. dixit Bald. in l. iudices. C. de fide inſtrum. Bart. in l. ex ſententia. ff. de teſtamen. tute. & conſuluit Alex. conſi. lxxxviij. in v. volum. Item & ſecũdò adparet, quòd tam ante prædictum maleficium quàm poſt, prædictus Ioannes de Thomaſio eundem verberantem in eius domo retinuit, ac receptauit, nulla adparente coniunctione, nec familiaritate cum eo contracta: quo caſu non videtur minus delinque-
2 re, quàm illemet, † qui huiuſmodi crimen commiſit. arg. ff. & C. de iis qui latro. l. j. & ff. de receptato. Ita dixit in ſpecie Gandi. in tract. malefi. in tit. de præſump. & indic. indubita. v. col. ver. tertia ratio eſt, & iudiciũ. & idem tenuit Bonifac. de vitalli. in rubric. de indici.
3 j. columna. † Tertiò & vltimò concurrit inimicitia inter prædictos nobiles Ioannes de Thomaſio, & dictum Nicolaum mariam. quo caſu reſultare adparet magnum indicium, quòd videtur ſufficere ad torturam, vt voluit Ang. in l. fi. C. de quæſtio. & videtur ſentire Bart. in l. fi. ff. eo. tit. Spec. & Ioan. And. in additio. Spec. in titu. de præſumptio. verſicu. ſed pone. nam de inimico lex præſumit omne malum. l. j. §. præterea. in fi. ff. de quæſtio. Et tandem, cùm ex prænarratis proceſſus meritis facta relatione in collaterali conſilio, & coram illuſtriſsimo domino Prorege fuiſſet per quendam commiſſarium cauſæ, & qui proceſſum inſtruxerat, votatum procedi poſſe ad torturam aduerſus prædictum inquiſitum, & cauſa ipſa fuiſſet remiſſa decidenda per magnam curiam vicariæ, præmiſsis non obſtantibus, maturè præcogitando deueni ad infraſcriptorum conſiderationem. Et primò, Quod prædictus Ioannes de Thomaſio eſt nobilis, & aduerſus nobiles non ita de facili ad torturam proceditur,
4 cùm regulariter nobilis † de iure non torqueatur, vt dicit Odofre. in tracta. de quæſtio. quem refert & ſequitur Franciſc. Brun. in tracta. de ind. & tortu. viij. colum. in princ. & maximè, cùm ſimus in caſu, de quo non veniret talis pœna imponenda, per quam poſſet habere locum tortura, cùm pro verberatione cum baculo non veniat quis corporali pœna plectendus,
5 maximè in caſu de quo agitur, in † quo nobilis æquè nobilem verberauit, quo caſu priuatur nobilitate, & exulabit extra regnum per annum. Text. eſt in conſti. regni, vt dignitatum. & ſic non venit imponenda pœna vltra relegationem. Nec etiam in caſu, de quo agitur veniret imponenda pœna prædicta contenta in dicta conſtitutio. vt dignitatum. cùm conſtitutio ipſa loquatur in perſona verberantis, & non in mandan-
6 tis verberari, † & ſtatutum puniens faciẽtem aliquid perſonaliter, non extenditur ad mandantem illud fieri. gloſſ. eſt not. in clementina j. verſic. publico. extrà de vita & honeſta. cleri. quam reputat ſingu. Abb. in
7 cap. mulieres. de ſententia excommunicatio. † Nam ille, qui mandat non dicitur verè facere, ſed interpretatiuè. vt in l. j. §. deieciſſe. in glo. ff. de vi & vi arma. &
8 ideò dixit Bart. in l. hæc verba. ff. de adult. quòd † ſtatutum pœnale loquens in perſonam delinquẽtis, non comprehendit mandantem ex propria verborum ſignificatione. Idem tenet Bart. in l. ſi quis id quod. §. ſi. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. maximè, cùm
9 regulariter ex percuſsione † cum fuſte, ſeu baculo nõ veniat pœna manus, & ſic corporis afflictiua: vt dicit Andræas de Iſer. in conſtitutione, ſi quis cum armis. ſub Rubrica de illici. portat. armorum. voluit tamen dominus Bartholomæus de Capua, in dicta conſtitu-
10 tione, ſi quis aliquem. quòd percutiens † cũ baculo, debet puniri in ducatis decem parti, & viginti iudici, per tex. in §. ſi quis aliquem. de pace tenẽ. ſed ille tex. qui hoc formaliter decidit, loquitur de libris auri, & non de ducatis. & fortè dominus Bartolus ſic fuit interpretatus, ex quo tempore illius tex. Italia longè ſatis ſuperabundabat auro: & ideò puniebantur delicta in libris auri. & libra auri, fuit interpretata in ducato aureo. Idem tenet Minus de caraman. in dicta conſtitutione, ſi quis aliquem. Reperio inſuper quòd dominus Matthæus de afflic. noſter Neapolitanus in dicta conſtitutio. ſi quis aliquem. dicit, quòd ipſe arbitrariè puniret, iuxta qualitatem perſonarum, loci, & temporis: & vltrà prædicta attentè in materia perquirendo, ac voluendo plures codices, reperi in quibuſdam meis antiquiſsimis cõſtitutionibus ad pennam, quandam antiquam additionem, quæ vix legi poteſt, vt patet ad oculum, & eſt gloſſ. ſeu additio Ioan. Grilli ſuper conſtitutio. iuſtitiarij nomen & normam. in verſicu. inſultus excogitati. vbi dicit, quòd ſi quis eſt bannitus ex cauſa, quia cum baculo quem percuſsit,
11 ſi quidem † cõgregatis hominibus, ſeu excogitato inſultu, poteſt ſententia foriudicationis arceri: quia deportationis pœnam ex tali percuſsione noſcitur incurriſſe. At vbi abſque congregatione hominum ſiue turbæ, excogitato inſultu patenter aliàs non commiſſo proceſsit ipſa percuſsio, reus culpæ deportationis ſententia non punitur, & per conſequens foriudicationis ſententia non grauatur. Et ſic ecce qualiter non adiuncta qualitate turbæ; non venit imponenda pœna vltra relegationem: vnde ſuccedit, quòd
12 vbi † non venit imponenda pœna vltra relegationem, non habet locum tortura in hoc regno, per capitulum regni, tormenta. quod eſt in viridi obſeruantia. Concurrẽte quoque maximè ipſius nobilitate, vt ſuprà, & etiam quòd non ipſe perſonaliter ſeu actuali-
13 ter verberauit, ſed verberari mandauit, quo caſu † nõ habet locum pœna iuris ordinaria, ſeu ſtatuti loquentis in perſonam: quia illa non ſe extendit ad mandantem verberari. Ita in propriis terminis in ſpecie propriè in mandante verberari. quòd non teneatur pœna ſtatuti ſeu iuris municipalis. quæ loquitur in verbe-



-rante, tenet Baldus in l. non ideò minus, in v. colum. C. de accuſationibus. Verùm quia ex prænarratis indiciis clariſsimè demonſtratur ex eius mandato fuiſſe delictum commiſſum, & ſic illum nobilem verberatum, ex quibus indiciis prenarratis non dubito abſque vlteriori probatione poſſe ad condemna-
14 tionem † procedi licet moderanda ſit multum iudicis ſententia, vbi per indicia ad condemnationem procedit. Nam non poterit eo caſu ad pœnam corporalem tranſitum facere, ſeu ſe extendere. Ita dicit dominus Abb. in c. auditis. de præſcriptionibus. vltima col. glo. in cap. inter. de purgatione canonica. & Innoc. in cap. quia veriſimile. de præſumptio. Ioannes And. Antonius de Butr. & Moder. in cap. afferte. extrà eodem tit. in §. fin. in verſic. in ſumma. Bald. in l. non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa. & conſuluit plenè Alex. in conſi. cxv. in iij. volum. & bene Andræas de Iſer. in cap. j. §. ſi verò. de controuerſia inueſtituræ. & idem Andræas in conſtitutione regni, intentionis. iiij. col. de illici. portat. armorum. & tenet Iaſ. licet de prædictis non meminerit, in l. j. ix. colum. C. de ſeruis fugitiuis. & idem melius cæteris concludit Bald. in l. fina. C. de probatio. vbi refert formaliter hæc aurea verba ad hoc propoſitum, circa probationem in criminali. Conſidera, quòd triplex eſt probatio, ſcilicet reſpectiua, ſiue intuitiua, videlicet quando teſtes de viſu facti eſſent in numero ſufficienti, & qualitas ipſorum teſtium eſt approbata in iure, & iſtam dicimus eſſe probationem pleniſsimam, & ideò ſi conſtat de crimine per hunc modum, non reſpicitur negatiua probatio, vt extrà de probationibus. cap. ad noſtram. Quædam eſt probatio, quæ in ciuilibus non multum nec valde ponderoſis eſt communiter ſufficiens, & coniuncta ſemiplenam probationem excedens, tunc ſi cum iſta iungatur confeſsio, efficitur probatio plenior, quàm in ciuili requiratur, & ceſſat appellatio, vt C. quorum appella. non recip. l. ij. & plena ſit punitio ſecundum exigentiam naturæ delicti, ſi autem non
15 adiungitur † confeſsio, vel quia qualitas perſonæ non patitur, vel quia cùm hodie ſit commiſſum arbitrio iudicis, non vult torquere, vel quia reus abeſt, vel ſtatutum prohibet, & tunc non poteſt imponi pœna corporalis, quia propter inopiam probationum minuitur pœna, hoc eſt, quia non poteſt plus punire in criminali, quàm condemnaret in ciuili. & hæc eſt ſententia Innocen. quòd vbi proceditur ex præſumptione, imponitur minor pœna. Idem etiam tenet Nicol. de mata. Ita formaliter dicit Baldus in prædicta l. fin. Quam ob rem rectèque conſiderando, vt parti offenſæ de iuris remedio omnino conſultum videatur, adhærendo me gloſſ. nota. & magiſtræ in titulo de pace tenen. & iuram firmand. in verb. iniuria. qua cauetur
16 poſſe † inferri duplicatam pœnam, videlicet pecuniariam & corporalem pro iniuria, & vnam ipſarum arbitrabitur prætor pro curia ob vindictam publicam, aliam verò in ſatisfactionem contumeliæ partis offenſæ, & ideò ſum voti prædictum nobilem Ioannem de Thomaſio eſſe condemnandum ad pœnam vnciarum centum ſoluendam Regio fiſco. Et in recompenſam contumeliæ partis offenſæ ad exilium biennale extrà ciuitatem Capuæ & eius diſtrictum. Et in hanc ſententiam inclinarunt cæteri Magnifici Iudices mei collegæ, & à Magnificis Regentibus cancellariam, vt iuri conſonam non improbatam. Et tandem ita decretum & executum fuit, & gratia Illuſtriſsimi domini Proregis fui admiſſus ad moderationem pœnæ prædictæ, & ſoluit ducatos quadringentos duntaxat Regio fiſco.

Ego Thomas Grammaticus iudex magnę curię vicariæ, Neapoli. Vtriuſque Iuris Doctor.

### SVMMARIVM.

1 *Si contra inſtrumentum guarentigiatum ſtatutum non permittit opponi certas exceptiones, hoc enim non habebit locum quo ad tertium, cum quo non eſt confectum inſtrumentum.*

2 *Verba enuntiatiua licet inter contrahentes plenè probent, hoc intelligitur, quando agitur incidenter de eo, quod enũtiatur, ſed ſi principaliter, illa nõ ſufficiunt.*

3 *Si in inſtrumento dico, quòd conduxi fundum tuum à te, & demum tu illum vendicas à me illud verbum, tuum in inſtrumento locationis enuntiatiuè adiectum non probat dominium tuum.*

4 *Si in inſtrumento enuntiatiuè narretur ſocietas contracta inter nos, demũ principaliter mouetur quæſtio de ſocietate, per illa verba nõ probatur cõtracta ſocietas.*

5 *Verba enuntiatiua inducunt diſpoſitionem, quãdo ſuper eis fuiſſet interpoſitum iuramentum.*

6 *Confeſſio etiam iudicialis reuocatur, & admittitur reuocatio dum conſtat de errore confeſſionis.*

7 *Confeſſio iudicialis ad hoc, vt noceat, & reuocari non poſſit, requiritur quòd inſtante actore fuerit aſſignatus terminus ad ita confitendum.*

8 *Confeſſio facta poſt terminum datum ad deliberandum, non poteſt prætextu erroris reuocari.*

9 *Impugnans aliquid non poteſt de eo ſe iuuare.*

10 *Confeſſio ad hoc vt noceat confitenti, nedum non debet impugnari per aliam partem, ſed debet expreſsè acceptari.*

12 *Confeſſus dato ſibi termino ad deliberatè confitendum, adhuc poteſt confeſſionem ſuam reuocare.*

13 *Confeſſio erronea facta datis inducijs deliberatorijs ad reſpondendum libello, poteſt vt erronea reuocari.*

14 *Confeſſio perſonalis poteſt per procuratorem reuocari.*

## VOTVM XVI.

COnditoris machinæ mundialis adiutorio petito, Amen. In cauſa illuſt. Ducis Adriæ, cum Franci. Ferdinando, dum nobilis Antonius Brancacius fuiſſet carceratus tanquam debitor inſtrumentarius ad inſtantiam præfati Franciſci Ferdinandi virtute inſtrumenti publici pręſentati iuxta formam ritus, & prætenderet Dux ipſe debitum prædictum eſſe ſuum: id eſt, quòd ipſe Dux ad illud tenebatur, & non prædictus Antonius, licet inſtrumentum in faciem ipſius Antonij cantet. Et ex conuentione inita cùm prædicto Franciſco tempore, quo de maxima ſumma Dux ipſe eidem ſatisfecit, fuiſſet conuentum, quòd ſi quid defeciſſet, vel quòd eſſet debitor vnus ipſorum alteri, deuenirent *al conto lõgo*: & ſic ceſſaret via executiua: & dum per Franciſcũ ipſum inficiaretur eſſe debitum prædicti Ducis, ſed prædictum Antonium nomine proprio, & non pro dicto Duce obligatum in eodem inſtrumento, & fundaret ſe Dux ipſe ſuper quadam confeſsione eiuſdem Franciſci facta in quinto regio conſilio, in quo conuento ipſo Franciſco per ipſum Ducem, eundem Ducem reconuenit in diuerſis ſummis, virtute publicorum in

rum inſtrumentorum, inter quæ produxit etiam in-
ſtrumētum ſuprà dictū ſtipulatum cum præfato An-
tonio:& ſuper eo videtur quoque recōueniſſe eundē
Ducē, dum aſſerit in ſupplicatione oblata ipſum eſſe
debitorem in ſummis, & quantitatibus in inſtrumen-
tis productis contentis: inter quæ inſtrumenta fuit
productum inſtrumentum prædictum: Et dum inſta-
retur ex hoc, ſuper excarceratione ipſius Antonij, eſt
principaliter videndum, an poſsit Dux ipſe audiri in
præſenti iudicio aduerſus inſtrumentum publicum
contra prædictum Antonium præſentatum. Et certè
nulli dubium quòd ſic. Ita in ſpecie dixit Ioā. de Imo.
in clemen. j. iiij. colum. de re iudica. vbi voluit, quòd ſi
1 contra inſtrumentum guarētigiatum ſtatutum † non
permittit opponi certas exceptiones: hoc enim non
habebit locum quo ad tertium, cum quo non eſt con
fectum inſtrumentum, per id quod ſentit glo. in dicta
clementina prima. verſic. contra ſe. Idem in propriis
terminis conſuluit Alex. per multa ſimilia, & optima
media in conſilio lxxxiij. penul. colum. in iij. volu. ve-
runtamen conſiderandum quòd in iudicio prædicto
intentato in dicto v. conſilio, non principaliter age-
batur de debito prædicti inſtrumenti, ſed aliorum
longè maioris ſummæ & importantiæ. Item ageba-
tur, ſeu excipiebatur per viam reconuentionis, & non
principalis petitionis, & ſic talis confeſsio eiuſdem
Franciſci non principaliter probata fuit, ſed inciden-
2 ter. Vnde † ſuccedit ad propoſitum, quòd licet verba
enunciatiua inter contrahentes plenè probent, limi-
tatur quando agitur incidenter de eo, quod enuntia-
tur: puta ſi in inſtrumento fit mentio enuntiatiuè ma-
trimonij, probant matrimonium incidenter probari
requiſitum ad dotem conſtituendam, ſed ſi principa-
liter in dubium ipſum matrimonium, & de eo litige-
tur, & idem in aliquo actu enunciato per verba enun-
tiatiua, tunc illa non ſufficiunt, etiam inter ipſos con-
trahentes. Ita dixit Anto. de Butrio in c. illud. de præ-
ſumptio. per nota. eiuſdem Antonij in c. ſi. antepenul.
col. de ſucceſſ. ab inteſta. & Bal. in l. ad probationem.
3 C. locati. vbi dicit, † quòd ſi dicitur in inſtrumento,
quòd ego conduxi fundum tuum à te, & demum tu il
lum vendicas à me, illud verbum, tuum, in inſtrumen
to locationis enuntiatiuè adiectum, non probat do-
minium tuum: & ideò cōcludit Alex. in conſi. cxxxiij.
incip. ſuper quæſitis de quibus in themate. in v. volu.
4 † quòd ſi in compromiſſo narro enunciatiuè ſocieta-
tem contractam inter te & me, deinde principaliter
mouetur quæſtio inter nos de ſocietate: per illa verba
non probatur contracta ſocietas. & idē de prædictis
verbis enūciatiuis tenet Mattheſi. in ſuo nota. xxxiij.
incip. nota quòd ſi in poſitione. & notab. lxxix. incip.
nota quòd quotieſcunque in inſtrumēto. ſequitur do
minus Alex. in conſi. cxxxvj. incipiente: viſo & exami
nato: col. ij. in j. volum. & conſi. ccij. ſuper cauſa & lite.
ij. colum. ij. volum. Abb. in conſ. xxxiij. incipiente, illa
quinque dubia. colum. penul. ij. volu. & plenè Philip.
Decius conſilio cccxj. incipiente, viſis diligenter. Et
quod dictum eſt de verbis enūtiatiuis, limitatur non
5 procedere † quando ſuper eis eſſet interpoſitum iura
mentum, quia tunc talia verba inducerent depoſitio
nem abſque dubio ſi iuraretur omnia & ſingula in in-
ſtrumento contenta, eſſe vera. Ita conſuluit Alexan. in
conſi. xvij. in iij. volu. At in caſu noſtro nedum non iu
rauit Franciſcus ipſe, ſed etiam reuocauit cōfeſsionē
in eo, quod dixit in iudicio ſacri conſilij dictum debi-
tum conſequi debere ab illuſtriſſ. Duce: & ſic proban-
do rem aliter ſe habere, prout oſtendit ex tenore in-
ſtrumenti prædicti, in quo Dux ipſe nullibi mentio-
natur, admittendus eſt ad reuocationem huiuſmodi
6 confeſsionis, tanquam erroneæ. † Text. eſt iuncta glo.
& ibi docto. in l. de ætate. §. fina. ff. de interroga. actio.
Bartol. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & tenet Socinus
in regula. lxix. qui plus ſubdit, quod ad hoc vt talis cō
7 feſsio † noceat, requiritur quòd inſtante actore fuerit
aſsignatus terminus ad ita confitendum: quia tunc ta-
lis confeſsio reuocari non poterit. Ita dixit ſingulari
ter Angelus de Aret. in §. ſi minus. inſtitu. de actio. &
idem ante eum voluit Baldus in l. error. C. de iuris &
facti ignorantia. quem Socinus non vidit, & ideò in
8 terminis dixit glo. in cap. ex literis. in verbo, † admo-
nita. de diuortiis, quam pro ſingu. allegat Baldus in l.
cùm precum. C. de liber. cauſa. in fi. & in l. vnica. C. de
confeſ. in x. colum. quod confeſsio facta poſt terminū
datum ad deliberandum, non poteſt prætextu erroris
reuocari. Et præſertim procedit reuocatio prædicta,
cùm inſtrumentum prædictum, licet tunc præſenta-
tum in ſuprà ſcripto Regio conſilio per ipſum Ferdi-
nandum contra Ducem in eo minimè mentionatum
non fuerit acceptatum per ipſum Ducem, & ideò ex
9 eo, quod dixit ipſe non acceptauit, † imò impugnauit
non videtur in præſentiarum ſe iuuare poſſe, per re-
gulam, ex eo. de regulis iuris in ſexto. & ita voluit pro
priè in contractibus dominus Alex. de Imo. in l. cum
10 proponas. la ſecunda. C. de pact. cum vulga. † Et ideò
ex iuris diſpoſitione ad hoc, vt confeſsio noceat con-
fitenti, nedum non debet impugnari per aliam partē,
ſed debet expreſsè acceptari. Ita dixit Cyn. & Salice-
tus in l. vnica. ſexta quæſtione. C. de confe. & idem Sa
licetus in l. generaliter. C. de non numerata pecunia.
vbi refert ſe ita conſuluiſſe dominus Richar. de Salic.
mouetur maximè, nam cōfeſsio idem eſt, quod ſimul
faſsio. Nam deriuatur à faris vel fare, fatur, & iuncta
cum iſta dictione non importat ſimultatem conſen-
ſus, vt habetur in l. conſenſu. ff. de actio & obligat. &
idem tenet ipſemet Salicet. in l iubemus. C. de liber.
cauſa. & videtur idem tenere Bald. ſi rectè conſide-
rentur eius verba, in l. iij. verſiculo, ſecundò. notab.
C. de repudian. hæredi. & ſequitur dominus Alexan-
der in conſilio xx. incipiente, in cauſa appellationis.
in quarto volumine. & ideò ſuccedit cautela, vt dica-
11 tur, quòd confeſsio emanauit † præſente Titio, & ac-
ceptante: quia ſi teſtes deponerēt Sempronium con-
feſſum præſente Titio, & non dicerent, & acceptan-
te, non probarent quòd Titius intellexerit. voluit
Bartolus in l. j. §. fin. ff. de authori. tuto. Baldus & Sali-
cetus in l. teſtium. C. de teſti. Bald. Angel. & Imol. in
l. hæredes palàm. in principio. ff. de teſtamen. imò
plus ſuprà relatis non obſtantibus dicēdum eſt, quòd
12 etiam ſi eſſet aſsignatus terminus ad deliberatè † con-
fitendum, ſeu reſpondendum alicui, & ille confitetur
ſeu refert, adhuc poteſt reuocare confeſsionem errò
neam, voluit Ioan. Andræas in cap. fin. in nouel. extrà
de iureiu. in ſexto. Bald. in l. error. penultima colum.
de iur. & fact. ignor. Antonius de But. in cap. ſi. extrà
de confeſ. Baldus in l. iuſiurandum & ad pecunias.
ff. de iureiuran. & rectè confirmatur, nam dantur con-
uento induciæ deliberatoriæ vt libello reſpondeat,
per authenti. offeratur. C. de litis conteſta. tamen ſi
reſpon



13 reſponſio fuerit † erronea, poterit conuētus ipſe ean
dem reuocare: vt habetur in dicta l. error. & ita in pra
ctica ſeruaretur hæc opin. Ioan. And. & ſequacium. Ita
refert & ſequitur Iacob. de ſancto Geog. in l. vnica,
quam ipſe legit. C. de erro. calcu. in ij. colum. Et cum
ex facie dicti inſtrumenti adpareat manifeſtus error,
iūctis aliis inſtrumētis productis, in quibus Dux ipſe
obligatur vnà cum præfato Antonio Brancatio, &
aliis, & in inſtrumēto prædicto Antonius, & alij obli-
gantur, & non Dux, nec in aliquo Dux ipſe mentio-
natur, ſequitur de neceſsitate reuocabilem eſſe con-
feſsionem velut erroneam: cùm virtute inſtrumenti
prædicti præſentati contra Antonium prædictum in
nihilum poterat agi contra ipſum Ducem non nomi-
natum, nec expreſsè nec tacitè in ipſo inſtrumento
præſentato contra Antonium. Nec militaret ob-
iicere, quòd Franciſcus Ferdinandus ipſe principalis
produxit inſtrumētum prædictum, tanquam de facto
ſuo informatus, & ille, qui in præſentiarum errorem
allegat, & reuocat confeſsionem, eſt eius procurator.
Nam de iure procurator poteſt reuocare confeſsionē
14 † ſui principalis domini, per text. in l. ſi hominem. ff.
manda. Ita dixit Bald. in d. l. error. in vlti. verbis. C. de
iur. & fact. ignoran. Ex quibus omnibus & eorum ſin-
gulis ſum voti. ꝙ firma remanente detentione ipſius
Antonij Brancatij virtute prædicti inſtrumenti præ-
ſentati contra ipſum Antonium, procedatur in cauſa
ad inſtantiam ipſius Illuſtriſ. Ducis ad actus incūben-
tes, & ita ſequuti ſunt cæteri Magnifici iudices ipſius
magnæ Curiæ mei conſocij.

Ego Thomas Grammaticus, Iudex magnæ curiæ
vicariæ Neapol. Iuris Vtriuſque Doctor.

SAMMARIVM.

1 *Pœna ſtupri eſt in honeſta perſona publicatio dimidiæ partis bonorum, in humili verò ſeu vili perſona, eſt pœna coertionis corporis & relegationis.*

2 *Vxores duas ducens eodem tempore viuentes, non debet decapitari. ſed, pœna ſtupri ſuprà dicta puniri, ſubdit in hoc eſſe aduertendum, quia multi iudices errant.*

3 *Stuprans virginem ſeu viduam honeſtè viuentem non debet pœna capitali puniri.*

4 *Confeſſus pluries commiſiſſe adulterium cum Berta vxore Titij, non tamen ex pluralitate reiterationis cum eadem* Berta, *multiplicatur pœna.*

5 *Furta plura licet minima committens, punitur pœna mortis.*

*Stupra plura committens, debet puniri pœna mortis. iſta eſt noua opinio authoris.*

6 *Honor præfertur commodo pecuniario.*

7 *Pœna augetur ex reiteratione delicti.*

8 *Geminans delictum, non debet ſperare de venia, vbi delictum reiteratum plus punitur.*

10 *Princeps ſi ſemel delinquenti indulſit, facinoroſo autem habenti conſuetudinem, minimè parcere debet.*

11 *Princeps ſi reiteranti homicidium indulſit, non facta mentione alterius prioris homicidij per prius commiſſi, non valebit indultum.*

12 *Delictum pluries reiteratum, etiam ſi pluries fuit punitum, ſimiliter pluries aggrauat idem peccatum vltimo loco commiſſum.*

13 *Conſuetudo delinquendi operatur, vt quis poſſit ad mortem puniri, licet aliàs non puniretur pro illo delicto.*

14 *Pœna pecuniaria ſi venit imponenda pro crimine, tamen ſi fit inquiſitio cōtra hominē tanquā talia facere conſuetum, & de hoc fuerit cōuictus, poteſt tamen capitaliter puniri propter conſuetudinem delinquendi & numero 15.*

16 *Adulterium maius peccatum eſt, quàm ſtuprum.*

17 *Pœna corporalis quantuncunque minima, eſt maior qualibet pecuniaria.*

*Perſona eſt dignior rebus.*

18 *Sicut pro pluribus furtis habet locum pœna mortis, ita ego infero nouiter eſſe debere pro pluribus ſtupris.*

*Iniuria qualibet perſonalis eſt grauior qualibet reali.*

19 *Qui poteſt id quod plus, poterit etiam facere quod eſt minus.*

20 *Publica vtilitas vbi verſatur, non attenditur intereſſe priuati.*

21 *Conſuetus delinquere dicitur quis per binum actum.*

22 *Deliquiſſe quis dicitur ſæpius, ſi per tres vices deliquit.*

23 *Sæpiſſimè cùm dicitur, id ter agi ſatis eſt.*

24 *Sæpe, duas aut tres vices requirit.*

## VOTVM XVII.

SVmmi opificis præſidio petito, Amen. In
cauſa Regij fiſci, cū Antonio de Iò roſſetto
inquiſito de ſtupris, cum quinque mulie-
res honeſtas in vxores duxerit, & omnes
ſuperuiuentes, Hæſitatum dum fuiſſet in magna Cu-
ria, qua pœna veniret plectendus? dicebā prima con
ſideratione, ꝙ pœna ſtupri, quæ in honeſta perſona
1 eſt publicatio dimidiæ partis bonorum: † in humilio-
re autem, prout in caſu de quo agitur, in quo verſari
adparet vilitas perſonæ, eſſet pœna coertionis corpo-
ris & relegationis: vt in §. item eadem lege Iulia. inſti.
de publi. iudi. Et idem in ſpecie tenet Angel. in tract.
malefic. in ver. *che me hai adulterata la mia donna.* &
ibidem Gand. & Augu. in viij. col. Ange. in ver. aduer
tas, quia vidi. & ſubdit ibi Ang. quòd cùm ſemel caſus
ſibi cōtingeret, noluit illum, qui duas duxerat vxores
decapitari: ſed alia pœna afflixit, videlicet pœna ſtu-
2 pri. & † idem etiam tenet Sali. in l. eum, qui duas. C. ad
legem Iul. de adult. & plus dicit eſſe aduertēdum: quia
ipſe vidit multos iudices errare in intellectu d. l. eum,
qui duas. Nam puniunt capitaliter eum, qui actualiter
habet duas vxores: quia ipſe Angelus non credit hoc
de iure procedere; quia d. l. eum, qui duas dicit, quòd
commiſit ſtuprum, quæ non eſt pœna capitis in caſu,
de quo agitur, vt d. §. item lex Iulia. Inſtitu. de public.
iudic. & quòd non imponatur pœna capitalis ſtupran
ti virginem vel viduam honeſtè viuentem, tenet Mat
theſi. in nota. ſuis no. xcix. incip. nota tex. quem pauci
ſciunt. & hoc dicit ipſe, niſi ſit vilis & infamis de iure,
vel de facto, quia tunc relegabitur vel fuſtigabitur.
Idem ſequitur Augu. Arimi. in addit. ad Ang. in ver-
bo prædicto. *che me hai adulterata la mia donna.* colum.
xiij. verſi. tu autem in hac materia de multiplici mo-
do peccandi &c. Nec videtur poſſe obſtare eidem in
quiſito reiteratio eiuſmodi delicti, per id quod dicit
Barto. in l. vulgaris. ff. de furt. & in ſuo conſilio ccxxij.
incipien. Antonius commiſit adulterium. vbi dixit,
3 † quòd ſi reus confeſſus eſt pluries commiſiſſe adulte-
rium cum Berta vxore Titij, non ex pluralitate rei-
terationis cum eadem Berta veniat pœna multipli-
canda, ſed vnica pœna pro omnibus vicibus impo-
nenda venit. & idem not. Bartol. per gloſſ. ibi in l nun
quam plura. ff. de de priuatis delictis. & conſuluerunt
Ioannes Caldericus & Ioannes de Ligna. in conſiliis
vno

vno incipiente, inquiſitionis huius thematis.& alio in
cipiente,an multiplicanda pœna. Sed præmiſsis non
obſtantibus dico contrarium eſſe de iure verius in ca
ſu præmiſſo, & pondero principaliter, quòd ſi pro
pluribus minimis furtis damus ex iuris diſpoſitione
5 †pœnam mortis,vt dixit Bal.in c.de appellationibus,
extrà de appella.& And.de Iſer.in cóſti.regni. in con
ſtitutione incipiente, ſuper inciſionibus arborũ. ſub
rubrica,de malefic.clandeſti.circa fi. & Felyn. in c.ſi-
gnificaſti. el j. de homicid. Multò quidem magis pu-
niendus venit, qui pluries reiterando quàm plura ſtu-
pra commiſit. & tot virginum ac matronarum decus
violauit, doloſéque fœdauit. Et ſic pro pluribus fur-
tis, in quo de pecuniario duntaxat commodo agitur,
quis pœna mortis affligitur: multò magis dicendum
eſt,vbi de honore tractatur: quia honor cõmodo pe-
6 cuniario † præferendus eſt.l. Iulianus. ff.ſi quis omiſ.
cauſa teſtamen.l.reprehendenda.C.de inſtitut.& ſub-
ſtitutio.& voluit Cardi.in clemen.ij.in princ.de pœn.
Item commiſit hic malus homo quatuor ſtupra, poſt
primum matrimonium contractum vt liquet ex actis,
& ex eius confeſsione iam verificata per teſtes, & ſic
licet pœna ſtupri eſſet ei imponẽda pro qualibet mu-
liere ſtuprata ex prædictis quatuor. attamen ex reite
7 ratione †ipſius delicti debet pœna reiterari & augeri.
Tex.eſt in l.quicunque.C.de ſeruis fugi.& facit tex.in
8 l.iij.C.de epiſco.audien.vbi dicit Bal.quòd † geminãs
delictum non debet ſperare de venia. & idem voluit
Spe.in tit.de contu.§.iiij.verſi.ſed pone iudex.&ideò
dixit in ſpecie glo. in præallegata l. quicunque. quòd
9 ex reiteratione delicti augetur † pœna.& idem voluit
Inno.in cap.nouit.extra de iudic. & Bal. in marga.in
verſi. crimen. Et quòd delictum iteratum plus punia-
tur,eſt tex.in c.ita nos.xxv.q.ij.& in c.puenit.xxvij.
q.j.cum vulga. Et quòd reiterator criminis longè ma
iori pœna teneatur,tenet Sali.in l.ſeruos.C.ad legem
Iul.de vi publi. Hinc eſt,quòd princeps ſi ſemel delin
10 quenti indulget, facinoroſo autem habenti † in con-
ſuetudine,minimè perdere debet,per tex.in d.l.iij.ita
dixit And.de Iſer.in tit.quæ ſunt regal.verſic. & bona
committentium. j. col. & ideò dixit pulchrè Bal. poſt
Guliel.de Cun.in l.nemo.in verſi.no. ibi. C.de epiſc.
11 audi.quòd † ſi princeps reiteranti homicidium indul-
ſit, non facta mentione reiterationis, & ſic de priori
homicidio, non valebit ſibi indultum, ex quo primũ
aggrauat ſecundum delictum. & ideò ſi inquiſitus Pa-
duæ de delictis quæ commiſerat alibi, alia delicta illa
facient aggrauare pœnam delicti commiſsi Paduæ, vt
acrius puniatur,quia ſuſpendetur, per tex.in prædicta
l.iij.& in l.ſeruos.C.ad legem Iul.de vi publi.& voluit
12 Abb.in c.j.per glo.ibi de clerico percuſſo.† quòd de-
lictum pluries reiteratum etiam ſi fuerit punitum, ſi-
militer pluries aggrauat: tamen idem peccatum vlti-
mò commiſſum, licet aliàs pro primo furto debeat
ſuſpendi. Idem tenet Bal.in authen.ſed nouo iure.ver
ſi. dubitatur.C.de ſeruis fugit.Pet.de Ancha.in c.ſi.de
foro compe.& ibi latè per And.Barba. in xix.col.ibi
& in quãtum Pet. de Ancha. & facit quod voluit Abb.
in c.veritatis. ij.not.extrà de dolo & contu. Sed quid
opus eſt verbis, & ire per mendicata ſuffragia? cùm
13 ob conſuetudinem delinquendi † quis puniri poſsit
ad mortem: vt dicit Bartol. in l.j. C. de ſuperexacto.
lib.x. vbi plus in ſpecie dixit Angel. per text.ibi, qui
14 optimè id probat in verſicu.perſeueret. ꝙ † præſup-
poſito etiam quòd de crimine aliquo pœna pecunia-
ria veniat imponenda, tamen ſi ſit inquiſitio contra
hominem, tanquam talia facere conſuetum & de hoc
fuerit conuictus: attamen capitaliter puniri poteſt:
& ideò aſſeſſores dum volunt aliquem decapitari fa-
cere, quia multa crimina commiſit, & pluribus vici-
bus,ex quibus criminibus venit pœna pecuniaria im-
ponenda, inquirunt contra eum tanquam talia cri-
mina committere conſuetum,& in eis perſeuerare,&
ſic ipſum conuictum ſecurè poſſunt ad mortem dam-
nare, non obſtante, quòd talia crimina de ſui natura
nõ ſint capitalia. Quod tenendum eſt menti, dicit
Ang.quia etiam pro hoc habes tex.in l.omnes. §.dela
15 tores.C.de collat.eod.lib.† vbi quis propter conſue-
tudinem punitur pœna mortis, & ibi patet leges deli
cta aliàs capitaliter non punientes, non extendi ad
caſum, ex quo illa ſunt reiterata pluries, quia delictũ
illud, quod aliàs capitale non erat, ex reiteratione ef-
ficitur capitale, quod eſt not. ſecundum Roma. in l.ſi
verò.§.de viro.xiij.caſu.ff.ſol.matr. Idem tenet Bart.
in l.licitatio.§.quòd illicitè.circa princ.ff. de publica.
Idem tenet & ſequitur do. Anto. Corſe. Sicu. inſignis
doctor in tract.de poteſt. ac excellentia Regia, in tit.
ſeu tract.de verbis gemi.vij.col.in verſic.lij.& proba
tur in l.j.C.de ſuperexact.vbi idem tenet Luc.de Pen.
& idem etiam voluit Ioan.de plat.in l.omnes iudices.
C.de delato.lib.x.Idem tenet & ſequitur Par.de Pute.
in tract. ſyndi. licet de præallegatis nullam mentionẽ
faciat,in verb.pœna.in c.multa poſſunt occurrere. in
verſic.iudex poteſt crimino ſum propter conſuetudi-
nem.ſubdit per tex.in d.l. omnes. C. de delato. quòd
ſi iudex eo caſu capitaliter puniret ob conſuetudi-
nem, non tenebitur in ſyndicatu. Nec obſtat quod
ſuprà deductum eſt, quòd ſi pluries quis commiſerit
adulterium, ex huiuſmodi reiteratione non patietur
niſi vnam pœnam: & vnum erit delictum: vt per glo.
ſingu.& ibi per Barto.in l.vulgaris. quæ gloſſ.incipit.
imò videtur.ff.de furt. Nam illud procedit, quia pro
adulterio imponitur pœna mortis, per text.in l.quã-
uis. C. de adult. & ſic iſta pœna non poteſt reiterari,
16 cùm vnica ſit mors, & non plures; & † adulterium
maius peccatum eſt quàm ſtuprum, & grauius, vt di-
cit Ioan.de turre crema.in c.adulterij.ij. quæſt.vij.&
eſt crimen publicum. Vltimò conſiderãdum eſt,nam
17 ſicut pœna corporalis, quantumcunque †minima,eſt
maior qualibet pecuniaria, per l. in ſeruorum. ff. de
pœn. cum vulga. Ita & iniuria perſonalis exiſtiman-
18 da eſt plus quàm † quælibet res pecuniaria, ſeu com
modum pecuniarium. Ita Alexand.de Imo. in conſil.
lxxvj.penul.colum,j. volu. Pro cuius dicto Alex. ad-
duco, quòd perſona eſt dignior rebus.l. in pecudem.
inſti.de rer.diuiſi. Et ideò quælibet iniuria perſonalis
eſt grauior quauis alia reali; per l.in ſeruorum.ff. de
pœn.ita dixit Bartol.in l.non ſolùm.§.ſi mandato.ij.
colum.ff.de iniu. ſed ſic eſt, quod pro minimis furtis
pluribus habet locum pœna mortis, ita & à maiori
dicendum eſt, quòd pro pluribus ſtupris, ex quibus
tam maxima iniuria afficitur ſtuprata, habeat locum
pœna capitalis. Nam ſi conceditur iudici, vt pro mi-
ni mis furtis pœnam mortis inferre poſsit, quod mi-
nus eſt, ita intelligitur conceſsiſſe, quòd pro multis
19 ſtupris,quod maius eſt,†idem facere poſsit. Nam qui
poteſt quod eſt plus,poterit etiam id,quod eſt minus.
dixit Bartol.in l.ſecunda.ff.de iur. omnium iudicum.
cum



cum vulg.quod maximè concedendum eſt, cùm pu-
20 nitio delictorum † fiat ad vtilitatem publicam: & vbi
verſatur publica vtilitas, non attenditur intereſſe pri-
uati.l.ſi quis in graui.§.vtrum.ff.ad ſylla. Et quòd per
21 vnum actum dicatur quis † conſuetus delinquere, eſt
gloſſ.in cap.ita nos.xxv.quæſtio. ij. & tenet Baldus in
22 præd.l.iij.C.de epiſ.aud.Et plus dico,ꝙ ſi†per tres vi
ces quis deliquit ad minus. dicetur ſæpius commiſiſſe
delictum:vt patet in l.ſeruos.C.ad leg.iul. de vi publi.
Ita dicit Luc.de Pen.in d.l.j.C.de ſuperexacto.vbi ſub
23 dit videri,ꝙ duæ vices ſufficiant. † Nam cùm dicitur
ſæpiſsimè,id ter agi ſatis eſt.c. omnes decimæ. xvj. q.
vlt.& no.in c.ergo.ij.q.vij.gl.verò in auth.de teſti. di-
24 cit,ꝙ ſæpe, duas†aut tres vices requirit.Idem not. Ar
chid.in c.quia ſæpè.de elect.in vj.Ex quibus omnibus
& eorum ſingulis concludo prædictum Antonium hu-
milem, ac abiectam perſonam eſſe vltimo ſupplicio
condemnandum: & huius voti nemine diſcrepante ex
præallegatis meis iuribus, & rationibus fuit tota ma-
gna curia.Et ita executum fuit. Ego Thomas Gram-
maticus Iudex magnæ curiæ,Neapol.I.V.Doct.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicitur eſſe in numero illorum, de quorum numero in veritate non eſt, propter facti ſimilitudinem.*

2 *Citatus non tenetur comparere, quando certum eſt citatum non eſſe de iuriſdictione citantis.*

3 *Subditus, cui aliquid dubium præcipitur à ſuperiore, debet parere.*

4 *Clericus ſi citatur à laico iudice, & neſcitur an ſit clericus & minimè allegatur, quia interim habebitur pro laico valet proceſſus.*

5 *Exceptio quæ reddit iudicium retro nullum, poteſt quandocunque opponi.*

6 *Citatio à non ſuo iudice, eſt nulla, ſicut & ſententia.*

7 *Iudex laicus quòd poſſit iuriſdictionem exercere in clericum, vel modo aliquo animaduertere, iura omnia deteſtantur.*

8 *Comparere quis non cogitur ad citationem à iure improbatam.*

9 *Clericus litigando coram iudice laico, nec tacitè nec expreſsè poteſt in ipſum conſentire.*

10 *Clericus citatus à iudice laico ſi non comparuerit, & fuerit effectus contumax, & bannitus, non valebit bannum, nec contumacia.*

11 *Clericus ſi ſit condemnatus per ſententiam à iudice laico, etiam quòd non appellaſſet poteſt dicere proceſſum & ſententiam nullam.*

12 *Clericis coram iudice ſeculari non eſt licita comparitio, nec poſſibilis prorogatio.*

*Ritus magnæ curiæ, quòd clericus citatus, tenetur comparere in ea cùm priuilegio clericatus, non tamen dicit, quòd ſi non comparet, ſit cõtumax: vel quòd poſſit contumax reputari, & banniri, ibidem.*

13 *Clericus ſemper poteſt dicere de nullitate ſententiæ iudicis laici latæ contra ipſum, & ipſam docto de clericatu, annullare.*

14 *Clericus differendo coram iudice laico allegare priuilegium ſui clericatus, an debeat condemnari in expenſis.*

16 *Clericus permittens ſe condemnari à iudice ſeculari, & inſuper cõmitti executionem, ſi demum allegauit priuilegium clericale, cùm eſſet clericus cõiugatus debet condemnari in expenſis, in quibus fatigauit actorem retardando exceptionem clericatus opponere.*

17 *Clericus pro talibus expenſis non poteſt in eis condemnari per iudicem ſecularem.*

18 *Clericus nullo modo poteſt iudicari à iudice ſeculari, nec principaliter nec incidenter.*

19 *Clericus dum citatur à iudice laico, cautela eſt, vt non opponat de clericatu ſed patiatur fieri proceſſus, & in fine cauſæ, aut in ſentẽtia poterit dicere de nullitate & ſic de facili annullato proceſſu poterit trahere actorem ad concordiam, Tamen dicitur, quòd licet iſta cautela ſit bona, non tamen erit tuta in foro conſcientiæ.*

## CONSILIVM XVIII.

Redemptoris gentium ſuffragio poſtulato,
Amen. In cauſa nobilis Ioannis Thoma-
ſij de ſilueſtris de ciuitate Auerſæ,in ius vo
cati,in magna curia vicariæ ſuper reco-
gnitione ſcripturæ ducatorum 50. dum cõtumax fuiſ-
ſet, ac paſſus executionem ex primo decreto ſcriptu-
ram ipſam recognouit:& dato termino ad ſoluẽdum,
eodémque elapſo iterum fuit contra ipſum Ioannem
Thomaſium in bonis mobilibus executum de ſtylo in
ſcripturis manus propriæ: & inſuper proceſſum ad
ſubhaſtationem bonorum executorum: & dum fuiſ-
ſet vltimo loco comparitum per præfatum Io. Tho-
maſium, & allegatum ac verificatum ſe eſſe clericum
& beneficiatum,& per conſequens perperàm ſeu nul-
liter proceſſum contra ipſum: Hæſitatum igitur fuit
in magna curia, an tenuerit contumacia contra ipſum:
& ſucceſsiuè acta inde ſecuta, tanquàm contra cleri-
cum tacito de clericatu. Secundò an veniat retractan-
da executio prædicta. Tertiò, an teneatur clericus
Ioan. Thomaſius ipſe ad refectionem expenſarum fa-
ctarum per creditorem in actis ſuprà mentionatis ob
culpam ipſius Io. Thomaſij tacentis,& non opponen
tis ab initio de clericatu. Et circa primum, videtur pri
ma conſideratione dicendum huiuſmodi contumaciã
tenuiſſe, ac tenere aduerſus eundem nobilem Io. Tho-
maſium, ex quo in habitu & tonſura clericali minimè
incedendo, ſed vt laicus communiter, & generaliter
pro laico tenebatur & reputabatur. & hoc ex quadam
conformitate, quæ conformat moribus & actibus lai-
corum, propter quod laicus cenſeri debet. Nam pro-
pter facti ſimilitudinem quis dicitur eſſe in numero
1 illorum, † de quorum numero in veritate non eſt.c.
quod autem.xxxvij.q.j.& in c.vlti.xxij. diſtinct. & in
c.dignum. extrà de biga. Condecens quidem eſt, vt
qui ſimilem cum aliis vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſen-
tiant in legibus diſciplinam.c.recolentes.extrà de ſta-
tu monacho.& ſic iſte Io. Thomaſius reputatus laicus
pro laico cenſeri debet. & optimè facit quod dicitur
de illo, qui reputatur paterfami. cùm nõ ſit; & de alio
qui liber reputatur, cùm ſeruus ſit, vt in l. ij. ff. de ma-
numiſ.& iij.q.viij.§.verum.Præterea, quando certum
2 eſt citatum non eſſe † de iuriſdictione iudicis citantis,
citatus comparere non debet coràm ipſo, ſed vbi eſſet
dubium.ſicut in l.ſi quis ex aliena.ff. de iudi. & not. in
c.ſi epiſcopus.iij.q.ij.& in c.ſuper literis. extrà de re-
ſcript.gloſſ.in c.conuenior.xxxiij.q. viij & not. Hoſt.
in ſumma de iud.§.quæ ſunt neceſſaria.verſi. quod au-
tem dixi. Item accedit, quia ratione dubij debuit pa-
rere ſuperiori citanti, & cõparere, ſicut enim in ſimili
3 dicimus de ſubdito, cui ſi quid dubium † præcipitur
à ſuperiore, in dubio debet parere.xxiij.quæſt.j. cap.
quid culpatur.& not. Innocen. in cap. ad aures. extrà

de tempo.ordi. Et hinc ſucceſsit ritus magnæ curiæ vi
cariæ, quo cauetur clericum citatum debere compa-
rere in eadem magna curia in habitu & tonſura, cum
titulo clericatus: & eadem magna curia de ſuo cleri-
catu cognoſcit: & ideò dixit pulchrè Cardi. in clem.j.
4 §.j.ſecunda oppo.de exceſ.præla.† quòd ſi citatur cle-
ricus, & neſcitur an ſit clericus, & minimè allegat:
quia interim habebitur pro laico, & valet proceſſus.
ita Cardi.in clemen.j.§.j.ij. oppo.de exceſ. prælator.
Alex.de Imo. in l.iij.ff.de app. reci.& ſi non comparet
mulctatur, & patitur primum decretum: vt tædio af-
fectus compareat ad allegandum priuilegium ſuum:
ſed qui non dicitur latitare, non patitur ſecundum de-
cretum, ſecundum Bartol. in l. non videtur. ff. de iud.
Alexan.in l.ij. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. & in l.ij.
de app.recip.Io.And.in regula, ſcienti. in mercuriali.
in vj. Pet.de Ancha. in clement. prima. de exceſ præ-
la.Sed præmiſsis non obſtantibus, aliter mihi videtur
de iure dicendum ex infrà ſcriptis. Et primo certum
5 eſt † quòd exceptio, quæ reddit iudicium retro nul-
lum, poteſt quandocunque opponi etiam poſt ſenten
tiam: vt communiter tenent doct. in c.in noſtra. extra
6 de procur. † Item citatio à non ſuo iudice eſt nulla, ſi-
cut & ſententia argumen.c.paſtoralis.§.item cum to-
tum.extrà de offic.delega.Si ergo nulla, quonam mo-
de poterit conualeſcere ex eo quòd non venit, nam
quod ab initio nullum eſt, tractu temporis conuale-
ſcere non poteſt.l.quod ab initio.ff.de regu.iur.maxi-
7 mè, cum iura omnia deteſtentur, † quòd laicus iuriſ-
dictioné exerceat, vel modo aliquo animaduertat in
clericum.ca. nullus iudicum. xj.quæſt.j. c.ſi diligenti.
extrà de foro compe.Ergo bene eius citatio reproba-
8 tur à iure, ſed ad citationem à iure improbatam, † non
tenetur quis venire, etiam vt alleget priuilegiũ ſuum,
vt not.in c. bonæ memoriæ S. Cremonenſis. in fine.
extrà de electi.on.concurrente præſertim, cùm cleri-
9 cus litigando coram iudice laico nec tacitè † nec ex-
preſsè poſſet in ipſum conſentire, vt legitur & notatur
in c.ſi diligenti. prædicto. & ita in ſpecie dicit Specu.
in titu.de citatio.§.j.verſi.ſed pone.& ibi ſubdit, quod
10 etiam ſi non comparuerit citatus à iudice laico, † &
fuerit contumax, ſeu bannitus, non valebit bannum.
Ita etiam tenet & ſequitur Bald.in l.generaliter.ſecun-
da colum.C.de epiſcop. & cler. vbi ex multis rationi-
bus & iuribus ita concludit, & etiã hoc extendẽdo in
fortioribus terminis, videlicet quòd etiã ſi eſſet pro
11 ceſſum † contra clericum per iudicem laicum diffi-
nitiuè ipſum condemnando, & à ſententia illa non ſit
per ipſum clericum appellatum: quòd nihilominus ſi
demum comparet clericus, cum inſtrumento clerica-
tus, dicendo de nullitate proceſſus, & ſententiæ, quòd
omnino eſt audiendus, & proceſſus & ſententia erit
nulla, ex quo veritas eſt, quòd talis allegatio procedit
& reddit iudicium retro nullum ex defectu iuriſdi-
ctionis.Ita dicit formaliter Bald.in d.l. generaliter. &
in l.prima.C.ſi à non competent.iudi.quia defectus iu
riſdictionis, quando deficit ipſo iure iuriſdictio, ſem-
per opponi poteſt, etiam ſi ſtatutum, vel conſtitutio
dictaret generaliter, quòd non poſſet opponi de nul-
litate ſententiæ, vt not.in c.j.de ſequeſtra.poſ.& fruct.
12 in cle.vbi eſt gl.ſingul.concurrente præſertim, † quia
clericis coram iudice ſeculari non eſt licita compari-
tio, nec poſsibilis prorogatio, vt in c.ſi diligenti.extrà
de foro compe. Ad iura ſuprà in contrarium adducta
patet reſponſio ex præmiſsis, cùm non vendicent ſibi
locum in clericis, ſeu contra clericos, in quibus non
cadit prorogatio iuriſdictionis ex præmiſsis. nec vllo
modo etiam volentes poſſunt conſentire in iudicem
ſecularem, per ſuprà allegata. Nec militat ritus ma-
gnæ curiæ ſuprà allegatus, quia licet ille dicat, quòd
tenetur clericus comparere, & quòd curia ipſa cogno
ſcit de ſuo clericatu, attamen non vltra procedit, vi-
delicet quòd ſi non comparet, poſsit clericus ipſe con
13 demnari, † ſiue contumax reputari, ſeu banniri, & quod
bannum ſeu contumacia teneat, aut ſententia aliqua
lata contra clericum per iudicem ſecularem, vnde re-
manet illæſa diſpoſitio iuris communis, qua cauetur
per præallegata, quòd ſententia ſeu bãnum latum, ſeu
lata contra clericum tanquàm laicum, ipſum non af-
ficiat, & quòd poſsit ſemper dicere de nullitate docen
14 do de clericatu, & ipſam annullare. Ita in ſpecie † vl-
tra Bald. in præallegata l.generaliter. conſuluit Bart.
in ſuo conſil. ccxxv.lib.j.incip. clericus non ſub nomi
ne.& idem in terminis in ſpecie conſuluit Philip. De-
cius licet de Bart. mentionem non faciat in conſilio
ccxlj. incip. ſcripſi aliàs breuiter. & idem in propriis
terminis diſputauit dominus Aegidius de Mãdelbertis
in quadam ſua diſputatione incipiente. quæſtio talis
eſt, iudex ſecularis. quæ eſt admiſta cum quibuſdam
diſputationibus domini Pauli de Leaza. ex quibus ſa-
tis apertè liquet de nullitate ipſius proceſſus & acto-
rum, tanquam contra clericum reputatum laicum, &
ſucceſsiue executionis factæ, & idem tenet plenè Fe-
linus, licet de prædictis non meminerit, in capitulo
cùm ordinem. in antepenultima columna. extrà de
reſcriptis.

Reſtat nunc tertium & vltimum dubium, an tenea
tur prædictus clericus Ioan. Thomaſius ad refectioné
expenſarum, quouſque ſe clericum docuit? Et prima
facie dicendum videtur, quod differendo allegationé
15 ſui clericatus, prout † diſtulit & iudicis incompeten-
tiam, debet condemnari in expenſis, arg.tex. not. in c.
exceptionem.extrà de except.vbi reus, qui à princip.
noluit actori exceptionem excommunicationis op-
ponere, vexaretur litibus & expenſis, ſi poſteà oppo-
nit, cogetur actori expenſas reficere. & Bald.in d.l.ge-
neraliter. voluit idem eſſe in eo, qui vſque ad finem li-
tis differt producere inſtrumenta, vt cogatur expẽſas
ſoluere.Ita in propriis terminis tenet Aegidus Bella-
mera in deciſio. ccxxvj.incip.in cauſa mea. vbi in ſpe-
cie dicit, quòd clericus, qui permiſit ſe condemnari
16 † à iudice ſeculari, & committi executionem. poſteà
allegauit priuilegium clericale, cum eſſet clericus cõ-
iugatus, debet condemnari in expenſis, in quibus ex-
penſis fatigauit actorem retardando prædictam exce-
ptionem clericatus. Idem tenet Feli. qui hoc ſequitur
in dicto capitulo, exceptionem. circa principium. ex-
trà de except. verum dicendum eſt quòd iudex ſecula
ris non poterit in huiuſmodi condemnatione ſe intro
mittere, cùm nullam habeat poteſtatem de talibus
expenſis clericum condemnare, quia nec etiam de iis
quæ incidenter veniunt contra perſonã clerici, habet
poteſtatem. Tex.eſt in c. ſi iudex laicus.de ſen.exc.in
vj. Et quia tali caſu agitur de condemnatione perſo-
næ clerici, & ſic de re eccleſiaſtica, & ſpirituali, vt ibi
dicitur. & ideò dicit Domi. quòd iudex ſecularis non
eſt iudex, etiam incidenter per viam exceptionis, vt
not. Abb. poſt gloſſ. in cap.tuam. de ordin. cogni. &



in capitulo, lator. qui filij ſint legiti. & idem Abb. in
capitulo, ſi diligenti.colum. penulti. de foro compet.
18 vbi concludit: quòd † ſecularis iudex nullo modo poſ
ſet eſſe iudex contra clericum, nec principaliter nec
incidenter. Et ita in propriis terminis reperio fuiſſe
conſultum per inſignem doctorem Phi. Dec.in conſi.
ccxl. incip. diligenter pro tenui facultate. vbi etiam
recitat pulchram diſtinctionem, & rationabilem, nõ
procedere prædictam condemnationem expenſarum
quando ſtatim facta fide de clericatu ipſe actor non
deſtitiſſet à lite. Ex quibus omnibus & eorum ſingulis
concludo proceſſum, & acta geſta per magnã curiam
vicariæ aduerſus prędictum clericum Io. Thomaſium
eſſe nullum, & nulla. Et inde datur pulchra cautela,
ſecũdum Bal.& Paul.de Caſtr.in l.ſi per errorem. ff.de
iuriſdict. omnium iudicum. quòd quando eris aduo-
catus rei, quem actor facit conueniri coram iudice
incompetenti, credens quòd eſſet iudex competens
19 rei, † Nam cùm compares pro reo, non debes oppo
nere exceptionem iudicis incompetentis, prout fa-
ciunt procuratores non cauti, quia hoc modo inſtrue
res actorem, vt cõueniat te coram iudice competen-
ti. vnde nihil opponas ſuper incompetentia iudicis,
ſed patiaris, quòd fiat proceſſus, & ſic quandocunque
opponere poteris, quòd proceſſus eſt nullus. ex hoc
text. in verſic. nihil valebit quod actum eſt. nec hic ca
dit prorogatio: cùm requiratur conſenſus vtriuſque,
vnde error ex parte actoris impedit prorogationem
ſecundum glo. in d.l. ſi per errorem. & ſic concludunt,
quòd hoc modo poteris trahere actorem ad concor-
diam, dicunt tamen, quòd licet iſta cautela ſit hono-
rabilis, tamen in foro pœnitentiæ eſt abſtinendum.
Ita dixit Cyn. in l.vnica. C. vt quæ deſunt aduoca. re-
fert & ſequitur Iaſon in d.l.ſi per errorem. Et ex præ-
dictis concluditur executionem factam contra prædi
ctum clericum Ioannem Thomaſium eſſe retractan-
dam, & ſibi reſtituendam, & ſuper refectione expen-
ſarum prædictarum eſſe adeundum iudicem eccleſia-
ſticum, qui prouidere habet ſuper refectione ipſarum
quas actor fecit vſquequo de clericatu oppoſuit. Et de
communi conſenſu Magnifici Iudices prædicto meo
voto adhærendo diffinitiuè vnà mecum iudicarunt.

Ego Thomas Grammaticus Iudex magnæ curiæ
vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Tumultum popularem facientes punientur pœna capitali, niſi tumultus accidentaliter eueniſſet ob aliquod factũ vt ex ciuili diſſenſione & ſimilibus nu. 2.*

3 *Ordinatio ſola ſeu tractatus etiam in atrocioribus, non punitur, niſi fuerit inſuper proceſſum ad aliquẽ actũ de per ſe ordinatum ad ipſum factum.*

4 *Legibus punientibus conatum eſt hodie derogatum per contrariam conſuetudinem.*

5 *Pœna incendiarijs impoſita, ad hoc vt habeat locum, requiritur quòd nedũ domus combuſta ſit, verùmetiam quòd ibidem homo ex dicto incendio interierit.*

6 *Contra ingreſſum domum alterius per vim non competit accuſatio criminalis, ſed datur actio iniuriarum.*

7 *Attentare, non eſt verè facere, ſed ius illud habetur pro facto ex quadam fictione.*

8 *Violentia aliud eſt, & aliud eſt actus violentiæ.*

9 *Pro violẽtia expulſiua non reperitur prodita accuſatio criminalis ſed iniuriarum, vel ſimilis.*

11 *Pœna legis iuliæ de vi publica eſt deportationis, & loco deportationis ſuccedit hodie bannimentum.*

12 *Banniti noſtri temporis æquiparantur deportatis.*

14 *Aggreſſus ſi inſequitur aggreſſorem ex interuallo, & ipſum ob calorem iracundiæ occiderit, mitius punitur.*

15 *Iracundiæ calor erit iuſta cauſa minuendi pœnam.*

16 *Cauſa qualibet, etiam iniuſta, excuſat à pœna delicti, etiam in ijs quæ ſunt de genere prohibitorum.*

17 *Crimen committens motus etiam ex iniuſta cauſa, ex quo venit ſibi pœna corporalis imponẽda, tamen non tenebitur ad pœnam prædictam reſpectu cauſæ prædictæ, licet iniuſtæ.*

## VOTVM XIX.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato,
Amen. Auditum eſt mihi Illuſtriſsime do
mine fuiſſe relatum hunc Iulianum Paſſa-
rum de Neap. de quo verbum fit in hoc S.
Regio collaterali conſilio, fuiſſe in crimine ſeditio-
nis ſeu tumultus: de quo nihil quidem ex proceſſus
1 meritis liquere adparet. Conſtat namque † tumultum
popularem facientes pœna capitis plectẽdos eſſe. l.j.
cum vulg. C. de ſeditio. l.aut facta. § j.ff.de pœ. Ita Io.
And.& Anto.de Butr.in c.venerabilis.quod eſt ſi. ex-
trà de teſti. cogen. Verum illud intelligendum eſt, vbi
principaliter ex eo tractatu præceſsit ſeditionem, ſeu
2 tumultum popularem committendi, † ſecus ſi ſeditio
ſeu tumultus accidentaliter euenerit ob aliquod fa-
ctum, vt ex ciuili diſſenſione & ſimilibus, quia tunc
non punitur, per text. ſingularem in l. ſi quis ingenuã.
§.in ciuilibus.ff.de capt. & ideò dixit Bald.in l.j. §.ſi.
ff. de iuſti. & iur. quòd ſi ſtatutum puniret capitaliter
turbantem quietum ſtatum ciuitatis, intelligitur ſi
principaliter dictam turbationem faceret, non autem
ſi in conſequentiam alterius delicti, ex quo attenditur
id quod principaliter agitur, per text. in l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cert.pet. ſed cùm Iulianus ipſe non princi
paliter cauſa ſeditionis aut tumultus committendi,
ſed vlciſcendi ſe de fratre ſuo intercepto id perpetra
uit, ergo &c. concurrẽte maximè, quia licet loquaci,
ac mordaci lingua, impetuoſóque ſermone multa ef-
fuderit, attamẽ quicquam maxima pœna dignum exe
3 cutus minimè extitit, & ideò ſola ordinatio † ſeu tra-
ctatus etiam in atrocioribus imò atrociſsimis nõ pu-
nitur, niſi fuerit inſuper proceſſum ad aliquem actum
de per ſe ordinatum ad ipſum factum. Ita dixit elegan
ter Bal. in l.non ideò minus. vj. col. C. de accuſa, & ſe-
quitur plenè Fely. in ſuo tract. conatus. & aliquid per
Iaſ. in l.j. §.hæc autem verba. vlti. col. ff. quod quiſque
iur. & ſequitur idem Fely. plenè in ſuo prædicto tract.
conatus. & optimè. in c.j. extrà de præſump. & ideò di
xit pulchrè Spe. in tit. de accuſa. §.j. ver. quid ſi. in ſi. le-
4 gibus punientibus † conatum hodie eſſe derogatum
per contrariam conſuetudinem. quæ verba multum
not. Pau. de Caſt. & Ang. in l.j. ff. quod quiſque iuris. &
ideò dixit Bar. in l.j. ff. ad leg. corn. de ſicar. quòd ratio
quare per Italiam non punitur conatus, eſt, quia quaſi
omnia delicta puniuntur ſecundum ſtatuta, & idem te
net Imo. in l.j. ff. de publi. iudiciis. Abb. in cap. mulie-
res. extrà de ſenten. excõmunicatio Innoc. in c. inter
ſolicitudines. extrà de purg. can. Nec magnifacienda
eſt immiſsio ignis impoſiti in vno trochio de fœno

quem in manu deferebat ante ianuam domus eius qui
paulò antè fratrem ſuum occiderat, quia nihil com-
buſsit, nec ianuam, nec domum, quod de neceſsitate
requiritur ad hoc vt habeat locum pœna incendia-
5 riis impoſita, vt nedum domus † combuſta ſit, verùm
etiam quòd ibidem homo ex dicto incendio interie-
rit. Ita dixit Andr. de Iſer. ad intellectum conſtitutio.
regni, ſub rubrica, de incendiariis. Nec militabit ad
pœnam corporalem, quòd prædictus Iulianus aggreſ
6 ſus fuerit domum dicti Albencij homicidæ, † & ean-
dem per vim ingreſſus fuerit, ſeu ingredi fecerit, quia
ex hoc non competit accuſatio criminalis, ſed datur
actio iniuriarum duntaxat, vel alia ciuilis. Tex. eſt for
malis in l. lex cornelia. ver. domúmve. ff. de iniur. & ta
men nō fuit ipſe ingreſſus, ſed hi qui ſecum ibant, ipſo
tamen mandāte, vnde cùm in effectu nullum malum
ſortitum fuerit ex prædictis eius vocibus clamoroſis
& clangoribus niſi malum exemplum, ex huiuſmodi
attentatu duntaxat non venit tanta rigoroſa pœna
7 plectendus, cùm attentare, nō ſit verè facere, † ſed ius
illud habet pro facto ex fictione quadā. Ita dixit pul-
chrè Fel. in c. primo. ij. colum. in fine. extrà de præſum
ptio. & ideò conſuluit Pau. de Caſt. & non ab re in ſuo
cōſilio cclxxx. incip. viſa inquiſitione. quod violen-
tia ad domum pro violanda muliere, non dicitur com
pulſiua nec ablatiua, ſed aliud erit violentia, & aliud
8 actus violentiæ, † quia hoc caſu dicetur ſolum atten-
tatio violentię, & ideò non videtur propriè dici poſſe
violentia, ſeu vis publica, ex prædictis, tum etiā, quia
non fuit aliqua facta in perſonam, ſed in domo, & ſic
dicenda eſt violentia expulſiua, quæ ſolùm habet lo-
cum in re immobili, vel in his, quæ erant in illa re pro
qua violentia non reperitur prodita accuſatio crimi-
9 nalis, ſed iniuriarum, † vel ſimilis, vt ſuprà dixi. Ita
etiam magiſtraliter dicit Bart. in l. extat. ff. quod me-
tus cauſa. Nunc autem dato abſque veri præiudicio,
quòd poſſet figurari pœna legis iuliæ de vi publi. ex
10 quo cum armis fuit ingreſſus domum alienam, † &
ſic reſpectu armorum, pro qua, ſeu quibus venit de iu
re imponenda pœna contenta in §. item lex iulia. in-
ſtit. de publi. iudi. & in l. j. ff. ad leg. iul. de vi publi. cu-
ius criminis pœna deportatio eſt, per tex. in d. §. item
lex iulia. loco cuius pœnæ deportationis, ſuccedit ho-
die bannimentum, iuxta l. amiſsione. ff. de capi. dimi-
nut. Nam banniti noſtri temporis æquiparantur de-
portatis. glo. eſt in §. relegati. inſtit. quibus modis ius
patriæ poteſt. ſolui. in glo. prima. verb. ſed bannitus.
Bar. in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offi. præſi. Bal.
in l. j. in j. quæſt. ij. col. C. de hære. inſti. quod maximè
procedit, quando quis bānitur pro crimine, cuius pœ
13 na eſt deportatio de iure communi, † prout in caſu
iſto. ita Bal. in l. j. viij col. verſi. ſcias autem. C. de hære-
di. inſtit. Attamen iuſto dolore necis eius fratris occi-
ſi ante eius oculos, commotus ad id faciendum, ſatis
excuſabitur, per id quod in ſimili dicimus de aggreſſo
quòd ſi inſequitur aggreſſorem, licet ex interuallo, ta
men ob calorem iracundiæ occiderit, minuitur ſibi
14 pœna. † Ita Anton. de Butri. in cap. olim. vlti colum.
extrà de reſtitutio. ſpolia. Signo. de homod. in diſpu.
ſeu q. ſua incipiente, quæſtio talis eſt, Sempronius ſim
plicitatis amicus. Bald. in l. vt vim. vltima colum. ff de
iuſti. & iur. Cæpo. in conſil. xliij. Fely. in cap. ſignifica-
ſti. el ſecundo. extrà de homicidio. vbi ſubdit, quòd ta
li caſu pœna erit arbitraria, & ſic mitius punitur, re-
ſpectu doloris. Idem voluit Angel. in tract. maleficio.
verſic. & dictus Titius. Alexād. conſilio lxxvij. primo
volumine. & quòd calor iracundiæ ſit iuſta cauſa mi-
norādi pœnam, probatur ex l. j. C. ſi quis impera. ma
ledixe. & in l. famoſi. ibi, lubricum linguæ. ff. ad leg. iu
liam maieſtatis. & in c. ſi quis iraſcitur. xiij. q. ij. & in c.
inebriauerunt. xv. q. j. Et ſic ex prædicta cauſa cōmo-
tus, huiuſmodi crimina commiſit: & quælibet cauſa
etiam iniuſta excuſat à pœna delicti, etiam in iis, quæ
16 † ſunt de genere prohibitorum. glo. in l. j. in fin. gloſſę
magnæ. ff. ſi quis ius dicen. non obtempe. & in l. j. ff. de
abig. & in l. ſatis. ff. de in ius vocan. & conſuluit Alex.
conſilio lxxiij. in iij. volu. & ideò voluit ſatis pulchrè
Angel. in l. j. ff. de eo per quem fact. erit. quòd vbi ali-
quis aliqua cauſa etiam iniuſta motus, crimē commi
17 ſit, † ex quo ſibi pœna corporalis venit infligenda, q̄
tamen non tenebitur ad eam reſpectu illius cauſæ, li-
cet iniuſtæ. Idem conſulendo refert, tenet & ſequitur
Alexand. de Imo. in conſil. cxxvj. in iiij. volumine. &
Franc. Curt. conſilio lxix. vlti. colum. Quare ex prædi
ctis concludo ex cauſa doloris prædicti eſſe cum præ-
fato Iuliano diſpenſandum, & eidem eſſe pœnam exi-
lij per triennium in propinquiorem inſulam irrogan
dam. Et huius voti ſum ego Thomas grammaticus iu-
dex magnæ curiæ vicariæ. Et ita vt ſuprà, in eandem
ſententiam inclinauerunt cæteri mei collegæ, & exe-
cutum fuit per Illuſtriſsimum dominum Proregem
don Raymundum de cordona, concurrentibus quo-
que votis pariformiter excellentiſsimorum domino-
rum Regentium Cancellariam.

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinus ab omnibus eſt diffidatus, & impunè poteſt occidi 2.*

3 *Iudex ex cauſa poteſt pœnam diminuere, vbi aliàs non poſſet quando eſſet à iure ſtatuta.*

5 *Attentata & tractata ſi non fuerint perfectè ad exitum perducta debet mitius attentans puniri.*

6 *Iura punientia affectum. licet non ſequatur effectus, non habent locum ſecundum conſuetudinem vniuerſalem Italiæ.*

*In atrocioribus quòd puniatur affectus, licet non ſequatur effectus debet intelligi, vt puniri debeat eadē lege, ſed non eadem pœna nu. 7. & 8.*

9 *In atrocioribus & enormibus aliquales actus ſufficiunt ad effectū vt puniatur licet in alijs non tam enormibus etiā ſi perueniatur ad actum. non tamen ad effectū non noceat, Attamen & grauius punitur actus ex delicto conſummato. quàm inchoato.*

10 *Pœna amputationis manus pro vulnere non habet locum in non conſueto delinquere, vbi vulnus non deformaret perſonam vulnerati.*

12 *Mandans homicidium fieri non tenetur effectu non ſequuto, pœna homicidij. & nu. 13.*

VOTVM XX.

REdemptoris gētium auxilio petito, Amē.
In cauſa magiſtri Leornardi de Conſtan-
tia, ſartoris, inquiſiti de aſſaſsinio in ma-
gna curia vicariæ, prima facie videretur
dicendum ipſum magiſtrum Leonardum debere vlti-
mo ſupplicio condemnari, & ex diſpoſitione capitu.
pro humani, de homicid. in ſexto. in quo licet expreſ-
ſè non fuerit declarata pœna mortis, cùm à canone



ſit incognita, dicitur tamen in eo, vt ab omni popu-
lo ſit aſſaſsinus ſeu mandās aſſaſsinium committi, dif-
fidatus: & ſic contra diffidatum à lege notoriè bellum
1 indictum † eſt. l. reos. & ibi Cyn. C. de quæſtio. argu-
mento. l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſ. confugi. intā-
tum, quòd diffidati à lege, poſſunt à quolibet impunè
occidi. l. j. quando licet vnicuique ſine iudic. ſe vindi.
l. iij. §. trāsfugas. ff. ad leg. cornel. de ſica. & propriè in
2 aſſaſsino loquendo tanquā de diffidato † ab omni po
pulo, quòd poſsit impunè occidi, dixit Cynus in d. l.
reos. C. de quæſtio. Angel. in conſilio xiiij. incipi. nos
Carolus. vbi ſubdit, quòd nedum à iudice, verum etiā
parte poſsit impunè occidi. Et idem dicit Geminia. in
dicto c. pro humani. refert & ſequitur pulchrè excol-
lens doctor dominus Bartholomeus Socinus, inter
conſilia Franciſ. Cur. conſilio xx. in xviij. colum. inci-
pien. dominus labia mea. &c. ſæpenumero animo re-
uolui. & ſic licet poſsit iudex talem vltimo ſupplicio
condemnare: attamen non neceſsitatur à iure: & tan-
to magis, cùm in caſu de quo agitur, legitimæ ſubſint
cauſæ pœnam prædictam diminuendi: quo caſu poſ-
ſit iudex ex cauſa pœnam diminuere, vbi aliàs non
3 poſſet, † quando eſt à iure ſtatuta. Ita voluit Andræas
de Iſern. in titu. quæ ſunt regal. in verſic. & bona. ter-
tia colum. & plenè Fely. in c. qualiter & quando. §. ad
corrigendos. extrà de accuſa. & cauſæ quibus inducor
ad pœnam, de qua infrà, aduerſus prædictum Nardū
fomentum capiunt ex atrocibus iniuriis, & ſucceſsiuè
ex aſsiduis inceſsibus ipſius querulantis cum homini
bus armatis, ante apothecam eiuſdem Nardi, certo
modo minando, & ſignis peſsimis demonſtrando vel
le ipſum offendere ibi expectando armatos per can-
tones ſtratarum diuerſis vicibus, ob quòd minimè au
debat Nardus ipſe exire ab eius domo abſque comiti
ua, ne offenderetur: conſiderata quoque leuitate dicti
ipſius Paſcareli vulnerati. ſicq́ue viſum fuit ſibi in tem
4 pore potius † occurrere, per text. in d. l. vnica. quādo
licet ſine iu. & ideò voluit ſimiliter Bald. in l. in lege.
per illum tex. ff. loca. in lect. antiqua, referens ita fuiſ-
ſe de facto iudicatum, quòd ex ſola præparatione ad
offendendum vel aggrediendum, licitum eſt mihi of-
fendere, vel occurrere. refert & ſequitur Iaſon in l. vt
vim. ff. de iuſti. & iure. Secundò aduertendum cenſui
delictum ipſum non fuiſſe perfectè conſummatum iu
xta ordinem mandantis, ex quo non fuit ſequutum ho
micidium mandatum, & ideo ſuccedit iuris diſpoſi-
tio, quòd quamuis pro actu conſummato & perfecto,
lex imponeret aliquam pœnam determinatam, &
poſteà contingit delictum illud fuiſſe attentatum, &
tamen non perfectè conſummatum, ſi reperitur, quòd
lex ſpecialiter imponat eandem pœnam, vel aliam li-
mitatam, debet illa imponi, vt in l. j. ſi quacun. præ-
di. pote. l. is, qui cum telo. C. de ſica. ſed ſi non reperi-
tur ſpecialiter determinata, mitius punitur, ſcilicet
extra ordinem arbitrio iudicantis, vt probatur in l. j.
in prin. ff. de extraordinariis criminibus. Ita not. Ray.
Baldus & Angelus in l. prima. §. hæc autem verba. ff.
quod quiſque iuris. quæ verba reputat Baldus ibi not.
Cùm ergo attentata & tractata per ipſum Leonardum
5 non fuerint perfectè ad exitum perducta, † debet mi-
tius puniri. Ita ex prædictis conſuluit Alexander ita
formaliter loquendo de delicto perfectè conſumma-
to, in conſi. cxj. tertia columna. in primo volumine. &
ideò voluit Iacobus de Ra. vt refert Bart. in l. prima.
§. diuus. ff. ad legem corneliam de ſicariis. quòd licet
attentans delictum, quod tendit ad mortem, punia-
tur pœna legis corneliæ de ſicariis. tamen quando nō
eſt ſequutus effectus, & euentus, qui conſideratur in
6 † delictis: per l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. poterit
iudex ex hoc pœnā minuere. pro hoc videtur text. in
prædicta l. prima. ff. de extraordinariis criminibus.
ibi, perfecto flagitio capite punitur, ſed imperfe-
cto deportatur. per quem textum dicit Gulielmus
de Cugneo in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
7 epiſcopis & clericis. quòd † licet in attrocioribus
puniatur affectus, licet non ſequatur effectus, id in-
telligendum eſt, vt puniri debeat eadem lege, ſed non
eadem pœna, ſed mitius, per dictam l. primam. ff. de
extraordi. crimi. & d. §. euentus. & hoc etiā tenet Cy.
in d. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcop. & cleri.
Idem refert & ſequitur conſulendo Bartol. Cæp. in
ſuo conſilio vlti. pen. col. vbi ſubdit hæc eſſe maximè
8 † vera, præſuppoſita conſuetudine, quæ dicitur eſſe
per totam Italiam, quæ eſt, quòd licet iura puniant af
fectum, etiam ſi non ſequatur effectus, non habent lo
cum ſecundum conſuetudinem vniuerſalem Italiæ. &
hoc fuit dictum originaliter gloſ. in x. colla. de pa. iur.
firman. §. iniuria. quam Bart. & alij attribuunt Specu.
vt in ſpecie not. in l. j. §. diuus. de ſica. & idem, quòd di-
cit Guliel. de Cug. vbi ſuprà & Cæpo. in dicto conſilio
reperio conſultum fuiſſe per do. Fran. de Albergotis
de Aret. in cōſ. ſuo incip. in Dei nomine, Amen. quòd
Ciccus fante. in ij. colum. quod eſt in libro meo diuer
ſorum conſil. & vereor, quòd Cæpola eius formalia
verba ſubtraxerit, vt adparet ex ſui conſilij tenore,
9 † & licet in atrocioribus enormibus aliqualis actus
ſufficiat ad effectum, vt puniatur, vt d. l ſi quis non di
cam rapere, licet in aliis non tamen enormibus, etiā ſi
perueniatur ad actum non tamen ad effectum, non no
ceat, vt dicta l. qui falſam. ff. de fal. attamen & grauius
puniuntur actus ex delicto cōſummato, quàm inchoa-
to, vt d. l. j. de extraordi. crimi. Ita magiſtraliter voluit
And. de Iſer. in c. j. §. ſi verò voluerit. ij. colum. de capi
ta. qui cur. vendi. Ang. in tract. maleficio. in verſ. Sem
pronium mandatorem. Tertiò & vltimò conſideran-
da eſt partis remiſsio, & bona fama inquiſiti proba-
ta, & quòd minimè aliàs delinquere cōſueuerit, quod
multum conſiderauit. c. regni, ad peruerſorum, intan-
10 tum quòd permutat pœnam amputationis † manus
quæ aliàs ſtatuta eſt pro vulnere illato. Quibus inſu-
per ſuffragatur, quod nullibi expreſſū reperitur, per
text. ſeu gloſſas in hoc delicto, non ſubſequuta morte
debere imponi pœnam mortis naturalis. Et ita in ſi-
milibus conſuetudo pœnæ in regiis tribunalibus in-
terpretata eſt, & quia prætenditur per fiſcum delictum
ipſum reiteratum fuiſſe in eandem perſonam percuſ-
ſi, & quod bis ſoluerit pecuniam Leonardus ipſe, vt Pa
ſcarelus ipſe occideretur. Et quòd reiteratio aggrauat
quando delictum eſt reiteratum in eandem perſo-
11 nam, † intantum quòd vltimum ſupplicium imponi
poſsit, non memini me legiſſe. Ideò non eundò per
mendicata ſuffragia, reperio quòd ſi mando tibi me-
diante pecunia, vt occidas hominem, & tu non occi-
12 das, † non teneor ego de homicidio, ex cauſa illius
mandati. Ita in ſpecie determinat Dy. quem refert &
ſequitur Angel. in l. item apud Labeonem. §. ſi curaue
rit. ff. de iniur. & idem voluit Gandi. in titu. de homic.
& eorum pœn. iiij. col. licet concludat, quòd ipſe pu-

taret iudicem non delinquere, ſed bene agere, ſi in
caſu prædicto puniret ipſum mandantem pœna ſtel-
lionatus. & idem tenet Auguſt. Arimi. in add. ad Ang.
in ver. Sempronium mandatorem. iij. colum. & alle-
gat etiam Ang. in conſilio xiiij. incip. nos Carolus. di
centem, quòd ſi homicidium non ſit ſequutum, licet
aſſaſsinus debeat decapitari, quia peruenit ad actum
proximum, tamen ex quo delictum non fuit conſum-
13 matum in morte, quia mors † non fuit ſequuta, bene
faciet princeps ſi commutet pœnam in pecuniam, &
eandem opinionem, videlicet quòd non ſequuto ho
micidio in aſſaſsinio delictum non dicitur cõſumma-
tum, & ſic quòd veniat eo caſu imponenda pœna pe-
cuniaria, tenet & firmat do. Amod. iuſt. excellens do-
ctor, in ſuo tractatu ſyndicatus, in verſic. Item in eo,
quod dicti ſocij milites. in iiij. col. vbi etiam dixit ſe
aliàs conſuluiſſe in ciuitate Senarum in fauorem Ca-
pitanei & militis ſocij, qui carceratus aufugerat pro
crimine aſſaſsinatus, quia tenebatur in loco conſueto
in compedibus. Et ſic ex quo attenta cauſa, pro qua
detinebatur, veniebat imponenda pœna pecuniaria
reputari debuit diligens cuſtodia: & fuga eius non im
putabitur ipſis officialibus. Ex quibus omnibus &
eorum ſingulis concludo prædictum magiſtrum Leo-
nardum eſſe ad ſeruitium triremium regiarum in
perpetuum deportandum, & huius voti veritati &
æquitati inhærendo, ſum Ego Thomas Grammaticus
Iudex magnæ Curiæ Vicariæ. Et licet aliqui ex iudici
bus magnæ curiæ vicariæ, & etiam ex dominis colla-
teralis conſilij diſſenſiſſent à voto prædicto, tamen il-
luſtriſsimus Prorex don Ramundus de Cardona man
dauit ita exequi, vt concluſum eſt, maximè concur-
rente cum meo voto ſupradicto, etiam voto excellen-
tis domini Hieronymi de colle regentis cancellariã.

Thomas Grammaticus, Neapolitanus, Iuris Vtriuſ
que Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Alguzerij cùm ſint beruarij & viles perſonæ, non pro-*
*bant.*
2 *Teſtes dicentes cognouiſſe homines de nocte ad vocem. nõ*
*dicendo, quod lucebat luna, vel quòd erat lumen ac-*
*cenſum, non probant.*
3 *Alguzerij probant vbi examinantur à iudice ad inquiſi*
*tionem & famam ad ſuas aures reuerberantem ita*
*quòd quodammodo ſub diſſimulatione pertranſiri nõ*
*poteſt, ſecus autem vbi procedit ſuper denuntiatione:*
4 *In delicto commiſſo de nocte ſufficiunt leuiores probatio-*
*nes, imò coniecturæ.*
5 *Quæ de nocte fiunt dicuntur occultè & ſecretè fieri.*
6 *In nocturnis ob difficultatem probationum, ſæpius iudex*
*procedit ad torturam.*
7 *Portans arma præſumitur habere malum animum.*
8 *Ex violentis præſumptionibus nemo damnari poteſt vl-*
*timo ſupplicio, ſed temperanda eſt ſententia.* 10.
9 *Tortura regulariter non infertur nobilibus.*
11 *Pœna capitalis tunc pro homicidio imponitur, quando*
*illud fuit dolo cõmiſſum ſecus ſi culpa, & tũc dabitur*
*mitior pœna, & numer.* 12. *vt relegatio, & nõ minor*
*quinquennio. nu.* 13. *&* 14. *& etiam ſi occidens fuerit*
*in lata culpa nu.* 15.
16 *Qualitas perſonæ attenditur ad cognoſcendum an do-*
*lo vel culpa homicidium ſit commiſſum. & nume-*
*ro* 17.

VOTVM XXI.

SVmmi opificis præſidio inuocato, Amen.
In cauſa inquiſitionis formatæ aduerſus
nobiles de caraciolis, quorum nomina ho
neſtatis cauſa omittuntur, ſuper inſultu &
homicidio patratis in perſonam regiorum Alguze-
riorum, & ipſorũ committiua: tria principaliter addu
cuntur ad eorum defenſionis fundamenta, ex quibus
intentionem regij fiſci penitus euacuaſſe aſſerentes
abſolutionem ab impetitione regij fiſci expoſtulant.
Et primum eſt, quòd teſtes fiſci aduerſus ipſos produ
1 cti minimè probationem inducunt, ſicut † Alguzerij
& ſic viles perſonæ, per l. diuus. & quæ ibi habentur
per Bar. doct. ff. de cuſto. reo. & in l. ea quidem de ac-
cuſa. & in l. j. C. de cur. & ſtatio. lib. xij. Secundum, de-
ponunt teſtes ipſi vnum ex prædictis nobilibus ad vo
cem cognouiſſe, & de nocte, non aſsignando congruã
rationem, vt quia per lumen accenſum, ſeu lucente lu
2 na, quo caſu ex iuris diſpoſitione non probant, † iu-
xta no. per Bal. & doct. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta-
mentis. Ita dicit ſingulariter Bal. minimè allegatus,
in c. j. §. ſi inſtrumentum. de notis feud. Franc. de Are.
in c. propoſuiſti. de probatio. & in c. cùm cauſam. de
teſti. Alex. in conſi. lxv. in j. volu. Tertium, quia teſtes
eorundem inquiſitorum ipſos exculpant, dum depo
nunt ſe interpoſuiſſe, ac vociferaſſe aduerſus eorum
domeſticos, ſe cum armis à curia defendẽtes, vt retro
cederent: dicendo vulgariter, *non mas non mas*. Ex qui-
bus omnibus culpa nedum carere, verũ & præmium
conſequi mereri à regia curia inſtantiſsimè aſſerebãt.
Quibus maturè conſideratis, & dimiſsis ſuperuacuis,
prout iudicio recti iudicis conuenit, quo ad primum,
reperio cõcluſiuè doctores loquutos fuiſſe circa iſtos
Alguzerios in teſtes productos, nam diſtinguendo de
cidunt, quòd aut iudex ſuper denuntiatione inquirit,
3 ob denuntiationem, † & famam ad ſuas aures reuer-
berãtem, ita quòd quodammodo ſub diſsimulatione
pertranſiri non poteſt, & tunc huiuſmodi Alguzerij
in teſtes recepti fidem facient, aut verò procedit ſu-
per denuntiatione, tunc denuntiator habebit pro-
bare per teſtes idoneos, & non per ſe. Ita dixit Salice.
in l. ea quidem. de accuſat. refert & ſequitur Alexand.
in additio. ad l. diuus. iij. colum. ff. de cuſto. reo. Quod
ſuffragabitur delictum commiſſum noctis tempore,
4 in quo reſpectu † nocturni temporis ſufficiunt leuio
res probationes, imò etiam per coniecturas, vt not.
Bart. in l. ſi quis ex argentariis. §. pen. ff. de eden. & ibi
not. Doct. & in l. ſi quando. C. vnde vi. & in l. de pupil
lo. §. ſi quis ipſi prætori. viij. q. ff. de noui ope. nuncia.
Feder. de Señ. conſi. cix. incip. nulli dubium. Alexand.
in conſi. xxiiij. in ij. volu. maximè, quia quod fit de no
cte, eſt difficilis probationis & inquiſitionis, vt dixit
Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & not. glo. in l. ſi cum ex-
ceptione. ff. quod met. cauſa. in §. in actione. quam ad
hoc allegat Bald. in cap. primo. §. porro. quæ fuit pri-
ma cauſa benefic. amit. & plenè Alexand. in prædicto,
5 conſilio xxiiij. tertia columna. ex quo † quæ de no-
cte fiunt, dicuntur occultè & ſecretè fieri. Dixit Ang.
in l. ſi cùm exceptione. prædicta. & Baldus in l. cùm
fratrem. in fine. C. de his, quibus vt indig. Angel. in
l. prima. §. occiſores. ff. ad Sillania. & ideò ob difficul-
tatem probationum in nocturnis ſæpius iudex proce
dit ad torturam, & quandoque ad condemnationem.
Ita dixit Baldus in l. quicunque. penultima columna.
C. de



C. de ſeruis fugit. & Angel. in l. finali. C. de probatio.
Quo verò ad ſecundum, cùm non negetur eoſdem in
quiſitos in prædicto inſultu interfuiſſe, licet probaue
runt, quòd ſe interponebant ad ſedandum rixam &
inſultum, fruſtrà obiicitur contra teſtes eoſdem no-
minantes, cùm omnino ipſi ibidem interfuerint, &
dari poteſt pro vero, ꝙ dicta verba protulerint ad-
uerſus eorum famulos aggreſſores, dicendo, *non mas,*
*non mas*: quaſi dicat, quòd id, quod fecerant, iam ſuffi-
ciebat: vel quòd ſe pœnituerunt rem ad tantum pro-
ceſsiſſe. Ex quibus verbis inferri poteſt inquiſitos
ipſos non habuiſſe animum occidendi, nec propoſi-
tum, attamen quia de nocte, & cum comitiua arma-
torum etiam cũ armis adſtatis per ciuitatem, & abſ-
que lumine itinerabant contra deuetum, & banna, ex
7 delatione illa armorum, & tempore † nocturno, præ-
ſumuntur malum animum habuiſſe, vt dicit gloſſ. in
authen. de pace tenen. & eius viola. in §. mercator. &
ſic deueniendo ad manus & arma cum famulis curiæ
negari non poteſt, quin ipſi non adſtiterint in vulne-
re, & ſucceſsiuè morte illorum potius ex quadam la-
ſciua, quàm ex propoſito occidendi, & dato abſque
veri præiudicio, quòd teſtes fiſci in aliquo remane-
rent eliſi reſpectu obiectorum, intantum quòd ex eo-
rum depoſitionibus non reſultaret plena probatio,
attamen ex meritis proceſſus inficiari minimè poteſt
quin non reſultent violentæ præſumptiones contra
ipſos inquiſitos, quòd ibi cum eorum familia armati
non adſtiterint, & ex iuris diſpoſitione licet ex violen
8 tis præſumptionibus nemo damnari † poteſt corpo-
raliter vltimo ſupplicio, vt dixit Innoc. in c. quia non
veriſimile. de præſumption. Bald. in l. non eſt veriſi-
mile. quod met. cauſa. & Andr. de Iſern. in conſtit. in-
tentionis. iiij. columna. ſub rubrica de illicita porta.
armorum. & Alexand. conſilio cxv. tertio volumine.
& maximè, vbi amplecti vellemus opinionem, illam,
9 quòd nobilibus regulariter non ſit inferenda † tortu-
ra, prout dicit Odoff. in tract. de quæſtionibus. refert
& ſequitur Franciſ. Brun. qui ſatis egregiè ſcripſit in
materia torturæ, in tractatu de indic. & tortu. octaua
columna. in princip. attamen omnino pœna venit
10 inferenda, vbi ex violentis præſumptionibus † proce-
ditur, ſed moderatur iudicis ſententia in aliam mitio
rem pœnam. Ita voluit Abb. in cap. auditis. vltima co
lumna. de præſcriptio. Bald. in l. finali. de probatio. &
Iaſ. in l. prima. ix. colum. C. de ſeruis fugit. Item conſi
dero, quòd tunc pro homicidio imponitur pœna ca-
pitalis, quando fuit illud dolo commiſſum. ſecus, ſi ex
11 culpa. † Ita tenet Ioan. Andr. in capit. ſignificauit. de
pœniten. & remiſsio. in nouel. Bald. in cap. primo. §. j.
in fine. de pace iuramen. firmand. & in cap. primo. in
princip. columna iij. de pace tenenda. Ioan. Andræas
12 in additionibus Specu. in rubrica de homicidiis. † vbi
in ſpecie dixit, quòd tenetur alia mitiori pœna. Idem
tenet Floria. in l. ſcientiam. §. qui cũ aliter. ad legem
Aquiliam. vbi dicit, quòd eo caſu debet imponi pœ-
na pecuniaria, vel relegatio ad tempus, puta ad quin-
quennium. Idem tenet Azo in ſumma ad leg. Cornel.
de ſicar. Pau. de Caſtr. in l. prima. C. vbi ſena. vel clari.
Cæpo. in conſilio. xxix. & xxx. domi. Signo. de homo
de, in diſputa. ſua incipien. quæſtio talis eſt. & ſubdit
13 ibi Cæpol. quòd talis relegatio non debet eſſe maior
quinquennio, imò plus, ſi per ſtatutum pro homici-
dio imponitur pœna capitalis, debet intelligi in ho-
micida doloſo, non autem culpoſo, ſed in commiſſo
14 ex propoſito occidendi, quia tunc † punitur arbitrio
iudicis inſpecta qualitate culpæ, vt relegatione tem-
porali vel alia, iudicis arbitrio. ita in ſpecie conſuluit.
Raphael Fulgo. conſil. cxxxiiij. incipien. viſis demen-
tia. in fine. & tenet Bald. in l. data opera. C. qui accuſa
re non poſſunt. in vj. colum. ſubdens, quòd aſſeſſores
ignorantes conſueuerunt dicere cõtrarium, inhæren
tes verbis ſtatuti ſimpliciter loquentis. & idem con-
cludit Pau. de Caſt. in l. j. vbi ſena. vel clari. referens ſe
ita pluries conſuluiſſe, & à morte aliquos defendiſſe.
15 idem conſuluit Paul. de Caſtr. in conſil. cxcj. † Et præ-
miſſa dico procedere, etiam ſi occidens fuiſſet in lata
culpa, quia vbi tractatur de pœna corporali, lata
culpa non æquiparatur dolo. Ita Bart. in l. j. §. non au-
tem. ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſus. Salic. in l. ſena-
tuſconſulto. C. de his qui ſibi aſcripſe. Petr. de Ancha.
in clement. j. de homicid. Ang. in tractatu maleficior.
verſic. ſcienter & doloſè. Alexand. in conſil. cx. in pri
mo volumi. & conſi. cxl. & cxliiij. in ij. volu. & quòd
non fuerit ex propoſito, & ſic in dolo, conſidero duo:
& primò prohibitionem factam famulis armatis, ne
vltra procederent ſe interponendo, & vociferando.
Item ex qualitate perſonarum ipſorum nobilium,
16 quia non rixoſi, non ſcandaloſi, aut malæ vitæ, † Ita
quòd veriſimiliter talia attẽtare ex propoſito voluiſ-
ſent, quod ſatis conſiderandum eſt ad excludendum
dolum. ita voluit Sali. in l. j. C. de ſicar. Cæpo. in conſi.
xxxj. colum. tertia. & conſil. xxxiij. Quibus ſuffraga-
17 tur, quòd verè occidens per laſciuiam, † non tenea-
tur lege Cornelia, de ſicar. ad pœnam corporalem. vo
luit gloſſ. in l. & ſi ſeuerior. C. de his, qui not. infa. &
ibi Bal. glo. in l. prima. ad leg. Corn. de ſicar. Floria. in
l. dolo malo. ff. de ſeruo corrup. & ſic iſto caſu delin-
18 quens debet banniri. † dicit Pau. de de Caſt. in dicta l.
& ſi ſeuerior. & in l. nemo deinceps. de epiſc. audien.
& in prædicto conſilio cxcj. Ex quibus omnibus con-
cludo, quòd, cùm præfati nobiles non adpareant prin
cipales in occidendo, nec vulnerando, videlicet quòd
ipſi vulnerauerint, vel occiderint, ſed quòd armati
adſtiterunt non ex propoſito, quòd condemnẽtur in
exilium per triennium in inſulam propinquiorem. &
huius voti ſum Ego Thomas Grammaticus, iudex ma
gnæ curiæ vicariæ. & ita fuit communi voto iudica-
tum & executum, licet exequutio exilij durauerit per
breues dies ſic volente Illuſtriſsimo don Ramũdo de
Cardona prorege.

Thomas Grammaticus Neapolitanus, Iuris Vtriuſ
que Doctor.

SVMMARIVM.

1 *Indicium debet probari per duos teſtes.*
2 *Teſtis deponens non veriſimile, non probat, vbi multa*
*de non veriſimili.*
3 *Teſtis luſor repellitur à teſtimonio, teſtis criminoſus ſi-*
*militer. & nu.* 4.
5 *Blaſphemator repellitur à teſtimonio, & melius. nu.* 6.
7 *Mala vita & fama repellit teſtem.*
8 *Teſtis pauper ſi non probatur bonæ vitæ, repellitur à te-*
*ſtimonio.*
9 *Teſtis valde amicus repellitur à teſtimonio.*
10 *Inter corrixantes ſi non adparet quis primò incœperit,*
*præſumptio eſt contra magis rixoſum, ſeu conſue-*

 *tum*

*tum rixari.*

11 *Et econtrà præſumitur pro eo, qui eſt pacificus & quietus.*

13 *Conſuetudo & qualitas hominis attenditur in præmiſſis.*

14 *Robuſtior præſumitur aggreſſor, dum non adparet quis primò inſultauerit.*

15 *Inſultator ſi non adparet quis primò fuerit ex verbis prolatis per aliquem, ex eis præſumi poteſt quis fuerit.*

16 *Voluntas datur ex verbis intelligi, vbi multa cumulata circa hæc.*

## VOTVM XXII.

Altiſsimi Dei adiutorio inuocato, Amen.
In cauſa honeſtæ mulieris Santæ de labarra, cum Diana tabernaria querulantis de
vulnere in capite cum cutellatio: Producuntur ad probationem querelæ plures teſtes, inter
quos eſt Ioannes de Adornata deponens audiuiſſe ipſam Santam dicentem aduerſus Dianam: *non te curare, va cum* Dio: *che non te ho poſſuto tagliare lo naſo, che per te lo tagliaro de la facie. te ho dato ma non me e andato imparo. Impero non me ſcaperai.* Secundò depoſuit Ioannes Siculus, quòd dum Santa dixiſſet certa verba contra Dianam: vir eiuſdem Santæ reſpondebat, *non lo dire cum diabolo cho li hai dato ma di che non li hai dato.* Tertiò depoſuit Franciſca ſtantione: *che le trouo ambe due afferrate ad capilli*: & Diana tenebat cultel atium: & nepos eiuſdē illud expoſcebat à Diana ipſum tenente in manu & Santa iniiciebat lapides contra Dianā. Pacella depoſuit, quòd vidit Santam exire à caſalenis ſcapillatam, & ſic ſparſis crinibus: & inſequebatur ipſam Dianam prædictam vulneratam in capite: & Santa proiiciebat lapides, ſed non percuſsit cum eis. Et circa primum teſtem videlicet Ioannē de adornata, licet nil deponat de actu ipſius delicti, taliter quòd concludat de viſu, niſi genericè de aſſerta cōfeſsione: tamen vnicus eſt, & ſingularis in dicto ſuo, nec habet
1 cōteſtem, ex quo poteſt indicium reſultare: quod † indicium requiritur ſaltem per duos teſtes probari: vt dicit gloſ. ſingul, in l. fi. ff. quod met. cauſa. paríque modo non habet obſtare depoſitio Ioannis Siculi, qui ſimiliter ſingularis eſt in ſuo dicto: nec habet cōteſtem nec ſi rectè conſideretur eius depoſitio, loquitur ad aliquod propoſitum: ſed diſtat à veriſimili, quòd vir Santæ voluiſſet publicè & fortiter dicere eidem Santæ: *non dire che li hai dato. ma di che non li ai dato.* ex quo minimè dicta Santa dixerat percuſsiſſe Dianam: vt ex eiuſdē depoſitione liquet, & ſic extra propoſitum videretur, quòd vir ex ſe talia verba dicere voluiſſet ita publicè eidem Dianæ: & ſic licet ſit ſingularis in ſuo
2 dicto, attamē † tanquàm deponens non veriſimile, nō probat. l. iiij. in prin. & in l. ob carmen. in §. fi. ff. de teſti. & in l. nō eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa. vnde reſultat, quòd iudex teſti inueriſimile deponenti non debet fidem dare. Ita conſuluit Petr. de Ancha. in ſuo conſi. incip. extra ordinem contractuum. vlti. col. & in alio conſil. incip. viſa facti narratione, & copia teſtamenti. vbi dicit, quòd contra id, quod non eſt veriſimile, non debet quis audiri. & alibi dicit Alex. conſilio xcv. in iiij. volumine. quòd teſtimonium non veriſimile, eſt ſuſpectum, nec dato abſque veri præiudicio, quòd aliquod indicium poſsit inferri ex mendacibus eorum depoſitionibus reſultaſſe, dico quòd ſatis ſufficientiſsimè ad ipſorum repulſam probatum eſt eoſdem eſſe viliſsimos, malæ famæ & vitæ, pauperrimos, luſores, blaſphematores Dei & ſanctorum: &
3 † iure cautum eſt luſores à teſtimonio repelli. dixit Lanfran. de oria. in c. quoniam contra. verſi. teſtium. colum. iiij. in fine. de probat. & ob blaſphemiam ad
4 paret teſtis criminoſus: † & criminoſus non admittitur in teſtem, per c. teſtimonium. de teſtib. & maximè in criminalibus: quia per crimen quis efficitur vilis. l. j. C. vbi ſenato. vel clariſ. ita dixit Bald. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. circa finem. Bald. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fide catho. & Abbas in præ-
5 dicto c. teſtimonium. de teſti. † Item cùm blaſphemator ſit in peccato mortali, & peccatum mortale repellit à teſtimonio, dixit Franc. Zaba. in cap. penultimo, de teſtibus. ſubdens dictum capitulum procedere in quolibet peccato mortali, cùm generaliter loquitur: & ſubeſt ratio, quia per peccatū mortale quis à Deo excluditur, & ſic cùm ſit Deo infidelis, præſumitur quòd nec hominibus ſit fidelis. Ita etiam tenet Abbas in dicto c. penult. nec præſumitur emendatus de crimine, niſi probetur de emendatione per ipſum criminoſum: vt plenè per Ioann. de Imol. poſt alios in c. teſtimonium. de teſtib. circa vltimam columnam. eò quia repulſans teſtem ex crimine habet fundatam intentionem ſuam, per capitu. ſuper eo. el primo. de teſti. Ergo ſi excipitur de emendatione, eſt neceſſe probare de ea. l. ij. ff. de probatio. ſiue delictum ſit occultum, ſiue manifeſtum, ſecūdum eum. Et eſt de mente Hoſti. & Io. And. in d. c. teſtimonium. Ita etiam in ſpecie conſuluit Alex. de Imo. conſi. clij. iiij. col. in v. vol.
6 vbi dixit: quòd luſores † & blaſphematores repelluntur à teſtimonio. & idem conſulendo tenet Philipp. Deci. in conſi. cliij. incip. diuino implorato præſidio. in cauſa matrimoniali &c. in nona colum. verſic. xiij.
7 opponitur. † Accedit inſuper eorum mala vita & fama, quæ pariter ipſos repellit à teſtimonio. c. licet. de foro competenti. c. ſuper eo. & c. teſtimonium. de teſti. Ita dicit Specu. in titulo de teſte. §. primo, columna. xxxv. verſicu. item, quòd eſt probatæ vitę. & ſequitur etiam domi. Stepha. aufreri. in tracta. de reprobatio. teſt. verſic. malæ vitæ. & conſuluit etiam Alexan. de Imol. conſil. cl. iij. columna. in quinto volumine.
8 † Et maximè concurrente paupertate, quæ facit vt teſti non credatur, ſi aliter bonæ vitæ non probetur: vt in c. ſi qui. & ibi glo. fi. de teſti. ita Specu. in titulo de teſte. §. primo. verſic. quòd eſt pauper. & ſic exiſtens malæ famæ & pauper, repellitur à teſtimonio. cap. licet cauſam. de probatio. l. iij. in princip. ff. de teſti. notat Hoſtien. & Abb. in capi. ſuper eo. el ſecundo. de teſtib. Quo verò ad Franceſcam ſtantione teſtem productam, inquantum depoſuit, quòd Diana volebat eripere ſeu auferre cotellatium à manibus Santæ ſub prætextu, quòd erat ſuum, hoc nō habet obeſſe eidem Santæ tum quia teſtis ipſa eſt ſingularis in dicto ſuo, nec habet conteſtem: tum quia hoc non dixit præfata Santa: tum etiam, quia Franciſca ipſa probatur amiciſsima eiuſdem Dianæ: & vltra amicitiam magnam, frequentat, & conuerſatur cum ea comedendo & bibendo in eius taberna & domo, & indubitati iuris
9 eſt magnam amicitiam † repellere teſtem à teſtimonio. dixit Specul. in titulo de teſte. in princip. Bald. in cap. primo. extrà de teſtib. & conſuluit Roma. in conſilio cccc v. incipiente, quæſtio propoſita. Felyn. in cap. quoties. ij. colum. extra de teſtib. & in tantum probatur magna amicitia inter eas, quòd teſtes deponunt ſe credere, *che ſono tuti vna coſa inſieme.* & quòd Franceſca præfata iuraret falſum pro dicta Diana. Econuersò producitur, ac plenè probatur ad inſtantiā ipſius Santæ, de eius optima fama, conuerſatione & vita: & quòd conſueuit pacificè viuere, & econtra probatur, quòd prædicta Diana eſt tabernaria, & vilis perſona, ſcandaloſa, & conſueta cum pluribus rixari, & iniurias ac conuitia inferre: quod multum in iure conſideratur in delictis, vbi non adparet quis pri-
10 mò incœperit. † Nam eo caſu præſumitur contra magis rixoſum ſeu ſolitum rixari, quòd primò prouocauerit ad rixam, vt voluit Alberic. de Roſa. in l. vt vim. ff. de iuſtitia & iur. Card. in clemen. j. de homicid. in xxxiij. quæſt. Cæpol. in conſi. xxviij. col. iiij. & ecōtrà præſumitur pro eo, qui eſt pacificus & quietus: vt di-
12 xit Cæpol. in conſi. xxix. col. iiij. † Ad quòd facit, nam aliàs attenditur conſuetudo, & qualitas hominis. l. vel vniuerſorum. ff. de pig. actio. l. qui ſemiſſes. ff. de vſur.
13 l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. † Item, vbi delictum reperitur perpetratum inter duos, & vnus eſt magis grauiter percuſſus quàm alius, præſumptio eſt, quòd ille qui fuit grauiter percuſſus fuerit aggreſſor. Ita dicit Cardi. in d. cle. j. de homicid. argu. l. ſcientiam. §. cùm ſtramenta. ff. ad l. aquiliam. Albe. de roſa. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. & ſequitur Lud bologni. in ſuo conſi. xxxvij. v. col. vnde cùm Santa fuiſſet modicum percuſſa in capite ſeu facie, vt depoſuit Thomas cognamiglio de reſina, & prædicta Diana grauiter fuerit percuſſa: ergo ſequitur, quòd ipſa fuerit aggreſſor & inſultatrix; quòd probatur potiſsimè in facto & in iure. In facto enim deponunt infiniti teſtes, quòd prædicta Diana eſt grandis ſtaturæ & de ſimilitudine gygantis: & econtra, Santa eſt paruæ ſtaturæ, debilis, & ſatis iuuenis. Imo plus deponūt teſtes, ꝙ de prædicta Diana fierent tres Santæ: & quòd Diana ipſa eſt robuſtior & fortior Santa: & ideo ſuccedit alia iuris diſpoſitio, quòd non adparente quis ex duo
14 bus † fuerit aggreſſor, præſumendum eſt contra eum, qui adparet robuſtior, quòd ipſe fuerit inſultator. Ita voluit Fely. in c. capitulum. el j. xvj. colum. de reſcrip. & in c. j. ij. col. extrà de treuga & pace. Item corroboratur hoc ex alio, quia prædicta Diana tempore inſultus perpetrati dicebat contra Santam: *non te curare che me te ho poſta tre volte ſotto, & ſi non era per tuo nepote te haueria ſcannata*, ita depoſuit Thomas ſcognamiglio. & Oliuerius ſcognamiglio teſtes producti per ipſam Santam. Ex quibus verbis adparet animum habuiſſe offendendi dictam Santam. & ſic ſumitur con-
15 iectura alia, quòd ipſa fuerit inſultatrix. † ita voluit Bartho. Cæpo. in d. conſi. xxix. col. iiij. quod corrobo-
16 ro: quia verbis † datur animus & voluntas intelligi; quia vt inquit Philoſophus, voces ſunt notæ earū paſſionum, quæ ſunt in anima. & ſequitur Bal. in c. mandatum. penult. col. de reſcri. & in conſilio ſchiſmatis. in viij. col. & ideò dixit idem Bal. in l. voluntatis. C. de fideicom. quòd non credimus hominem velle, niſi illud, quod dixit. & dixit idem Bald. in c. j. vj. col. de conſtit. quòd vbi habemus ſonum verborū, non egemus interprete. & alibi. Bal. in c. ex tranſmiſſa. de reſt. ſpo. dixit j. quòd vox eſt inſtrumentum datum homini ad ſignificandum per labia cor & voluntatem, & ideò non ab re quamplures teſtes deponunt attenta robuſticitate & magnitudine perſonæ ipſius Dianæ, nullatenus credere poſſe, quòd prædicta Santa eandem Dianam percuſſerit: ſed quòd Diana ipſa ita furibunda irruēdo ſemetipſam vulnerauerit. Nec obſtaret, ſi allegaretur ex aduerſo Salic. dicere in l. fi. C. de probatio. quòd ſi inter duos rixātes vnus reperitur percuſſus, quòd licet omnino fuerit viſus percuti, quòd tamen præſumitur à corrixante ſecum percuſſus ſeu vulneratus. Nam hoc per ſuprà dicta intelligi debet, data æqualitate inter rixantes: ſecus vbi adpareret alter corrixās robuſtior & fortior altero: vel vbi adpareret alter conſuetus rixari, per ſupradicta iura, & rationes, quia eo caſu iura pręſumunt contra ipſum vulneratum, quòd fuerit aggreſſor: & ſic concurrunt in excuſationem alterius: & nihilominus minimè in rei veritate probatur, quòd fuerint viſi rixari ſeu ſe percuti adinuicē: vt ſuprà. Ex quibus concludo præfatam Santam penitus innocentem abſoluendam: & ita pronuntiatum fuit per Magnificum V. I. Doct. dominum Coluccium Copulam, auditorem Comitis ruborum, cuius prædictæ mulieres erant vaſallæ, & ſub eius iuriſdictione.

Ego Thomas Grammaticus Neapolitanus, Iuris Vtriuſque Doctor.

### SVMMARIVM.

2 *Percutiens cum baculo, licet non habuerit animum occidendi, attamen quando percuſſit in capite, præſumitur habuiſſe animum occidendi.*

3 *Famulus ſeu famula dum reperitur in domo mortua præſumitur à domino domus occiſus, vel à domina ſi dominus eſt abſens.*

*Percuſſio in capite eſt magna & perículoſior, quàm in reliqua parte corporis.*

4 *Præſumptio vna tollit aliam.*

5 *Percutiens cum baculo non videtur habuiſſe animum occidendi.*

6 *In percutiente animus occidendi, vel non, præſumitur ex genere armorum & nu. 7.*

8 *Factis datur voluntas intelligi: Et multa circa demonſtrationem voluntatis ex verbis.*

10 *Percutiens cum baculo, dum potuiſſet percutere cum ferro, & occidit, non punitur vt homicida.*

11 *Damnari quis non poteſt ad mortem, nec pœna ordinaria imponi, dum quis ex præſumptionibus damnatur, ſed alia mitiori pœna.*

12 *Præſumptio vna tollit aliam: & pariter vnum indicium tollit aliud & vna coniectura tollit aliam.*

13 *Occidens aliquem vltra propoſitum, & non ex deliberatione præcedenti vt verberauit cum baculo ſeu aliter, non tenetur de occiſo ſed mitiori pœna.*

*Pœna delicti eſt temperanda alicui, dum iuſto dolore commotus crimen commiſit.*

15 *Iniuriam ſi mihi feciſti dicto vel facto. & ego prouocatus ſimiliter intuli tibi iniuriam, non ſum condemnandus ſed mitius puniendus. 16.*

17 *Iniuriam ſi mihi verbis feciſti, & ego gladio te offendi, de minori pœna erit mihi ſubueniendum.*

19 *Pœna capitis ſi quis pro aliquo delicto venit plectendus, iudex tamē poteſt ex cauſa pœnā prædictā minuere.*

20 *Pœna mortis quando venit imponenda pro homicidio, & ex aliqua cauſa minoratur pœna, eo caſu pœna nō poteſt extēdi, vt ſit corporalis ſeu corporis afflictiua pecuniaria, vel alia dummodo corpus non affligatur.*

21 *Pœna homicidij licet ſit pœna mortis, tamen eſt in facultate*

*cultate iudicis ipſum non condemnare ad mortem,
ſed deportare ſi vult.*

22 *In pœnis corporalibus mitius punitur nobilis, quam popu
laris, & ſic nobilitas alleuiat pœnam delicti.*

23 *Pœna corporalis quælibet eſt maior qualibet pecunia-
ria.*

24 *Delinquens quando non fuit aſſuetus delinquere, nec pro
batur aliàs deliquiſſe, niſi ſemel tantum poterit eo ca
ſu iudex pœnã ordinariã minuere, imò & indulgere.*

25 *Homicida quilibet non decapitatur. ſed is demum qui eſt
humilioris vitæ, qui verò eſt honeſtioris vitæ, deporta
tur.*

## VOTVM XXIII.

COnditoris machinæ mundialis præſidio
poſtulato, Amen. In cauſa magnificæ Laui
næ de Annychino cum Regio fiſco, ſuper
homicidio commiſſo in perſonam Argen-
tinæ eius Alumnæ, Liquet enim ex proceſſus meritis,
quòd comperta prægnante Argentina prædicta ex no
bili Antonio Carnago, vt aſſerebatur, & viro eiuſdem
Lauinæ, & quam Argentinam Lauina ipſa præmaxi-
mè diligebat, præ nimio dolore, ac diſplicentia com-
mota eandem Argentinam baculo pluribus ictibus
verberando percuſsit, & vltimo in capite percuſſa ce
cidit: & tandem mortua eſt. Hæſitatum fuit igitur,
qua pœna nobilis Lauina ipſa plectenda veniret? Et
licet prædicta Lauina ſemper negaſſet, licet pluries
examinata ſuper homicidio prædicto per eandẽ com
miſſo, attamen quia famula ipſa fuerat occiſa in eius
domo, ex iuris præſumptione præſumebatur ab eadẽ
domina domus interfecta, ſtante abſentia diuturna
eius viri. Ita voluit Dynus, in l. prima. §. ſi quis in vil-
la. ff. ad ſylla. Bartholomeus Brixienſis in quæſtioni-
bus dominicalibus, vt refert Ioannes Andræas, in ca-
pitulo ſignificaſti. de homicid. & idem Calcaneus in
conſilio ſexageſimo incipiente, ventura & fratres.
quarta columna. & conſuluit dominus Catho ſaccus
Comes, & Miles, inter conſilia Calcanei, conſilio ſe-
xageſimotertio, quod incipit, & placet ſuprà ſcripta
concluſio. Attamen ex prędicta pręſumptione & aliis
indiciis, dum per magnam curiam fuiſſet mandatum,
vt accedere debuiſſet ad caſtrum nouum confeſſa eſt
ſponte, prout ſuprà in themate præmiſſo. Et certè pri
ma facie dicẽdum videretur, quòd pœna mortis, quæ
ob homicidium inferri debet, per textum in l. tertia,
C. de epiſcopali audientia. cum vulgar. & maximè,
cùm in capite percuſſerit. Et licet conſideranda ſit
qualitas inſtrumenti offenſiui, prout eſt baculum, at-
2 tamen quia cùm ipſa percuſſerit † in capite, præſu-
mitur habuiſſe animum occidendi. textus eſt & ibi
Doctores, in capitulo ſignificaſti. el ſecundo. de homi
cidio. in fine. & voluit Bart. in l. j. §. diuus Adrianus. ff.
ad leg. cornel. de ſicar. Angel. in tractatu malefic. in
verſic. ſcienter & doloſè. in verſiculo, & dictus Titius
ex interuallo ex dictis vulneribus mortuus fuit. verſi
culo, ſed aduertas ne erres, maximè cùm caput ſit
membrum diuinum, ſecundum Ariſtot. & de facili eo
læſo omnes ſpiritus ab eo deſcendentes deficiunt:
prout refert Baldus in cap. primo. §. ad hæc, quarta
3 columna. de pace iuramento firmanda. † Accedit in-
ſuper, quia percutere in capite, eſt magis periculo-
ſum, quàm in reliqua parte corporis. dixit Raph.
in conſilio cxxxiiij. Antonius de Butrio, & Ioannes
Andræas in dicto cap. ſignificaſti. el ſecundo. quiſub
dunt, quòd raròliberatur, qui percutitur in capite,
quod maximè dicunt vigere Bononiæ. ſed præmiſsis
non obſtantibus contrariam ſententiam arbitror de
iure veriorem ex infrà ſcriptis. Et de primò: nã licet
percutiens cum baſtono in capite, præſumitur habe-
re animum occidendi per ſupradicta, tamen hæc prę
4 ſumptio poteſt tolli per aliam prę ſumptionem, † cùm
vna præſumptio tollat aliam. l. diuus. ff. de in inte-
grum reſtitutio. cap. auditis. extrà de crimi. falſi. capi
tulo tuam. & ibi glo. de ſponſa. & voluit Bald. in l. Pa-
cumeuius. ff. de hæredibus inſtituendis. Ioannes And.
in ſuo conſilio. xij. incipiente, viſis inſtrumẽtis. tertia
columna. Alexan. conſilio ciij. incipiente, videtur. vij.
colum. primo volumine. & quòd prę ſumi non debeat
5 habuiſſe animum occidendi. oſtendi poteſt, † nam
verberauit ſeu percuſsit cum baculo: quo caſu non vi
detur habuiſſe animum occidendi. Ita dixit Baldus
in procemio Digeſtorum. tertia columna. & ibi dicit,
quòd percutiens cum baculo non tenetur de vulnere
letali, ex quo ceſſat animus occidendi. pro quo fa-
ciunt in argumentum dicta per eundem Bald. in l. ſo-
6 lam. quinta colum. C. de teſti. Et quod † ex genere ar-
morum deprehenditur animus occidendi, tenet Fran
ciſ. de Aret in conſilio xxxij. incipiente, ſic dicit. quar
ta columna. & conſilio cxlvij. incipiente, viſa conſul-
tatione. ſexta columna. Alexander conſilio cxl. in ſe-
cundo volumine. & conſuluit etiam Socin. conſilio
clxxix. incipiente, primo aſpectu eſt. Nam ſatis qui-
7 dem eſt dum animus † occidendi colligi adparet ex
genere armorum, quo quis percutit, per text. in l. pri
ma. ff. de ſicar. & in c. ſignificaſti, de homicid. & not.
Bar. in l. diuus. ff. ad leg. corneliam de ſica. Cyn. in l. is,
qui cum telo. & in l. eum qui. C. de ſicar. & in l. j. & ibi
Bald. & doct. C. de emendatione ſeruorum. Secunda
præſumptio eſt, nam domina Lauina ipſa videns Ar-
gentinam cecidiſſe, ſtatim, vt teſteſmet producti per
Regium fiſcum deponunt, ſatis ægrè tulit, dicendo eiſ
dem teſtibus, quòd non credebat tantum offendiſſe
prædictam Argentinam, & ſic deſcendit ad cameram
capiendo ſaccarum cum aqua, vt eidem ſuccurreret.
Ex quibus verbis & factis ſatis demonſtratur eius ani
mus, & quòd non animo occidendi percuſſerit, & ꝙ
8 factis detur voluntas † intelligi, eſt tex. in l. reprehen-
denda. cum vulgari. C. de inſtitution. & ſubſtitution.
talis enim præſumitur animus qualia ſunt facta, ſecun
dum Ludouic. conſi. xcvj. incipien. in Chriſti nomine
Amen, ſuper eo quæritur. Hinc ergo eſt, quòd prædi-
ctæ dominæ Lauinæ valde indoluit, poſtquam cũ ſac-
caro & aqua acceſsit, & non valuit illam adiuuare: &
ideò ſe triſtem exhibens, dixit: *che non credeua hauere
li facto tanto male.* & ideò ſatis ex verbis & geſtis per-
penditur eius animus. Nam mẽs eſt radix verborum,
& eius ſubſtantia prima, & cor, eſt imperator linguæ,
& habet eam, ſicut mancipium ſub ſua iuriſdictione,
& quòd lingua cedit cordi, & ſub iugo mentis verba
exiſtunt tanquam ſub ſuo imperio originali. Ita dicit
egregiè Bal. in c. mandatum. prima columna. extrà de
reſcriptis. prę ſumitur enim quis velle, quod verbis ex
preſsit. Nam verba ſunt notæ earum, quæ ſunt in ani-
mo paſsionum. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppel-
lec. lega. ita dicit Baldus in capitulo primo. de teſti. &
in c. ſuper literis. quinta columna. de reſcriptis allè-
gãdo Caſsiodorum dicẽtem, quòd nullum eſt maius
mentis



mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta
verborum. & idem voluit Baldus in l. voluntatis. in fi.
C. de fideicommiſſ. & ſubdit, quòd non credimus ho-
minem velle niſi id quòd dicit. & ideò dixit Bal. in l.
ea, quæ. circa principium. C. quomodo & quando iu-
dex. quòd vox eſt mentis euidentiſsimum argumen-
tum. & alibi, lingua, eſt organum intellectus, ſeu nun-
tius intellectus. ita dicit Baldus in conſilio ſchiſmatis,
poſito ſub rubr. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit.
& ideò dicit Bald. in cap. primo. extrà de conſtitutio.
quòd vbi habemus ſonum verborum, non egemus in
terprete. & Bald. in c. ex tranſmiſſa. de reſtitutio. ſpo-
liatorum. dicit, quòd vox eſt inſtrumentum datum ho
mini ad ſignificandum per labia cor & voluntatem.
Tertia præſumptio erit: Nam nulli dubium, quòd prę-
dicta domina Lauina erat in eius domo, in qua non
deficiebant enſes & gladij, & alia arma offenſibilia,
cum quibus facillimè potuiſſet eandem Argentinam
occidere, ſi voluiſſet, aut ſi aliter necare decreuiſſet: &
ſic cùm potuiſſet ferro percutere, & percuſsit cum ba
10 culo & occidit, † non ex hoc puniri debet, vt homici-
da. Ita in propriis terminis concludit per pulchra me-
dia concludentia domi. Hippoli Marſil. in l. prima. §.
diuus Adrianus: v. col. ff. ad leg. corneliam de ſicariis.
Ex quo præſumptio quæ reſultat ex percuſsione in ca
pite, tollitur ex præſumptione armorum, cum quibus
ille percuſsit, ſicut econtrariò præſumptio armorum
cum quibus percuſsit, tollit præſumptionem ex per-
cuſsione capitis. imò dicit ipſe dicẽdum eſſe quòd iſta
præſumptio armorum, cum quibus illa percuſsit, de-
bet magis tollere contrariam præſumptionem, quàm
econtra: quia in dubio promptiores & faciliores de-
bemus eſſe in abſoluendo, quàm in condemnando, vt
in regula, in pœnis. de regulis iuris in ſexto. & in l. ſem-
per. de iure immunita. & in l. merito. ff. pro ſocio. & in
l. fauorabiliores. de regu. iuris. Quarta & vltima præ-
ſumptio eſt. Nam ex percuſsione in capite, præſume-
tur habuiſſe animum occidendi. hoc eſt, quòd ita præ-
11 ſumendum eſſet: † ſed quia ex præſumptionibus ne-
mo poſſet ad mortem damnari, nec imponi delinquẽ
ti pœna ordinaria delicti, ſed alia mitior: vt dixit In-
noc. in cap. quia veriſimile. de præſumpt. Bal. in l. non
eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa. Abbas in c. auditis.
extrà de præſcriptio. Anton. de Butr. & Abbas in cap.
quanto. extrà de præſumptionibus. Petrus de Anchar.
12 in regula, ſemel malus. de regulis iuris libr. vj. † Vnde
cùm vna præſumptio tollat aliam, & pariter vnum
indicium tollat aliud, vt conſuluit Alexander conſi-
lio lxxvij. incipiente, in cauſa accuſationis. primo vo-
lumine. vltima colum. & vna coniectura tollat aliam,
vt conſuluit Baldus in conſilio xxxij. ſecundo volu-
mine. incipiente, proponitur. & Fulgoſius conſilio
clxxiij. in cauſa &c. Angelus in l. iniuriarum. §. ſi quis
de honore. ff. de iniur. non adparet, quòd animus occi
dendi interuenerit, imò nullatenus ex propoſito id
perpetraſſe dicendũ eſt, conſiderata qualitate perſo-
næ in proceſſu producta, quę probatur pia, clemens &
ſatis miſericordioſa ſuis famulabus, & in ſpecie erga
ipſam Argentinam, quam præ cæteris diligebat, tan-
13 quam ſuam alumnam, vt omnes teſtes teſtantur, † &
ideò ex iuris diſpoſitione ſancitum eſt, vt ſi quis vltrà
propoſitum aliquem occiderit, & non ex delibera-
tione præcedenti, eundem cum baculo verberando,
& contingat percuſſam ex ipſa percuſsione mori,
quòd tamen de occiſo non tenebitur, ſed alia minori
pœna puniri debet, cùm vltra eius animum & propo-
ſitum deliquiſſet peruoſcatur. Ita ſingulariter conſu-
luit Paulus de Caſtro in conſilio cxcij. incipiente, in
cauſa carceratorum. vbi reſpondet ad omnia obſtacu-
la quæ adduci poſſent. & ſequitur Auguſt. Arimi. in ad
ditio. ad Angel. in tract. maleficior. in verſic. appenſa-
tè. in fine. in verſi. & dictus Andræas Armatus. ſequi-
tur Hyppo. Marſi. in ſingula. ſuis in ſingu. clxxv. inci-
piente, voluntas. Præterea, conſiderandum eſt, prout
etiam teſtes fiſci deponunt, quòd audito nouo prægna
tionis præfatæ Argentinæ per eandem Lauinam, &
quòd ex eius viro cõcepiſſe dicebatur, ſatis ſupérque
liquet exiſtente illa eius alumna & chariſsima, quod
fuerit iuſto dolore commota, ſeu turbata, & quæren-
do certiſsimè ſcire ex quo conceperat, eandem verbe
rare cœpit. vnde ſi iuſto dolore commota ſeu turba-
14 ta id contingit, † debet pœna delicti temperari. per
l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adul-
teriis. & per dictum Speculatoris in titu. de accuſatio-
nibus. §. primo. verſi. quid ſi me vocaſti latronem. vbi
ſingulariter dixit, quòd ſi dicto vel facto feciſti mi-
15 hi iniuriam, † & ego prouocatus ex hoc ſimiliter in-
tuli tibi iniuriam, quòd ex hoc non ſum condem-
nandus, ſed mitius puniendus. & idem tenet Flor.
in l. prima. §. cùm arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem
feciſſe dicatur. vltima columna. & Angelus in tracta-
tu malefic. in verſiculo verba contumelioſa. in ſecun-
16 da charta. verſic. quid ſi aliquo dicto † vel facto. Et
cum verbis iniurioſis me offendiſti, & ego gladio
te offendi, de minori pœna erit mihi ſubueniendum.
Ita pulchrè & ſingulariter Angelus in dicto
§. imperatores. & ſequitur Augu. Arimi. in dicto ver-
bo, verba contumelioſa. verſiculo, & idem Titius ſe
defendendo. Vnde ſuccedit, quòd cùm commiſerit
homicidium maximo dolore commota, nõ debet La-
uina ipſa ex huiuſmodi homicidio ad mortem dam-
nari, reſpectu ipſius doloris, concurrente quoque
eius honeſtate ac nobilitate, & vtilitate ipſius Ar-
18 gentinæ, eius pediſſequæ, † & ſic iuſto dolore com-
mota non debet vt homicida puniri, ſed minori
pœna, per textum in dicta l. ſi adulterium. §. impe-
ratores quem pro ſingulari allegat Angelus in tra-
ctatu maleficiorum. in verſiculo & dictus Titius ſe
defendendo. tertia columna. Paulus de Caſtro in præ-
allegato conſilio centeſimononageſimoſecundo. in
cauſa carceratorum. vltima columna. Franciſcus de
Aretin. in conſilio centeſimoſexageſimoquinto. inci-
piente, ſicut Ioannes Apocalypſi. vltima columna.
gloſſ. in l. nec in ea. §. finali. ff. de adulteriis. Abbas in
capitulo dilecti filij. extrà de reſcriptis. & in capitu-
lo primo. extrà de iureiurando. Ludouicus in l. cùm
mulier. trigeſimatertia columna. verſiculo, aduerte
tamen, quòd etiam offenſa. ff. ſoluto matrimonio.
& hoc per dictum. §. imperatores. cùm difficilli-
mum ſit magnum temperare dolorem. Præterea, li-
cet pro delicto veniat quis pœna capitis plecten-
19 dus, attamen † ex cauſa iudex poteſt huiuſmodi pœ-
nam mitigare. Ita probat textus in l. prima. ff. ad le-
gem corneliam de ſicariis. Et ideo licet dici conſue-
uerit iudicem non debere eſſe clementiorem lege,
per textum in l. reſpiciendum. ff. de pœnis. & in l. fi-
nali. C. ne mancipium Chriſtianum. nihilominus po-
terit iudex ex cauſa pœnã minuere ſeu augere. Ita vo-
luerunt

luerunt Doctores communiter in l. hodie. ff. de pœ-
nis. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no-
tantur infamia. Bal. in l. & ſi ſeuerior. C. de infamibus.
Bal. & Lud. in l. quod Seruius. ff. de condiction. ob cau-
ſam. iuxta textum in l. iij. C. de epiſcopali audientia.
Modò ſic, quando pro homicidio venit de iure impo-
nenda pœna mortis, & ex aliqua cauſa minoraretur
pœna, eo caſu pœna prædicta non poteſt extendi vt ſit
20 † corporalis, ſeu corporis afflictiua, ſed pecuniaria,
vel alia: dummodo corpus non affligatur. Ita proba-
tur in d. l. ſi adulterium. l. imperatores. & ibi Docto-
res. & probatur in l. ſi quis in graui. §. ſi tamẽ maritus.
ff. ad ſyllan. & in l. Gracchus. C. de adulteriis. & in l.
lex iulia. §. finali. ff. ad legem iuliam repetundarum.
quam pro nota. alleg. Bald. in l. addictos. C. de epiſco-
pa. audientia. & in l. prima. v. colum. C. ne de ſtatu de-
fun. Angel. in tract. maleficiorum, in verſiculo, præ-
ſente Caio & appellante. verſic. quid autem ſi non ob-
ſtante, el primo. Accedit inſuper, quia licet homicida
quod facit, ſemper expectat. iuxta tex. in l. iij. C. de epi
ſcopali audient. attamen eſt in facultate iudicis ipſum
21 non condemnare, † ſed deportare, ſi vult: & præſer-
tim, quando ex iracundia motus id fecit. etiam ſi eſſet
orta aliter, quàm ex facto offenſi, per tex. in l. lex iulia.
§. finali. ff. ad legem iuliam repetundarum. & voluit
Ludouicus in præallegata l. cùm mulier. xxxij. colum.
ff. ſoluto matrimonio. quam legem pro valde not. al-
legauit Bal. in l. addictos. C. de epiſcopali audientia.
Pau. de Caſt. in d. conſi. cxcij. & pro mirabili refert &
ſequitur Fely. in c. dilecti filij. ix. col. ver. ſecunda decla
ratio. extrà de except. & ita etiã dixit Ang. in tract. ma
lefic. ver. præſente Caio & appellante ver. quid autẽ.
& ſequitur Hippo. Mar. in ſing. ſuo cxxx. inci. homic.
& in alio ſingulari ſuo 100. incip. occidens. & ſic con-
22 ſiderando, etiam quòd præfata Lauina eſt † de nobili
genere nata: & in pœnis corporalibus mitius punitur
nobilis, quàm popularis. per textum in l. nemo. & ibi
per Cyn. C. de ſumma trinitate & fide catholica. & fa-
cit l. hac edictali. §. primo. de pace iur. firman. & tenet
Alber. de Roſate in l. presbyteri. C. de epiſcopis & cle-
ricis. & Luc. de pen. in l. j. C. de conductorib & procu-
ratoribus. lib. x. & idem Lucas in l. mulieres. C. de di-
gnitatibus. libro xij. ſecunda colum. verſi. vltimò not.
& Paris de Puteo, in tractatu ſyndica. in verſi. iuſtitia.
& eſt textus in propriis terminis in capi. finali. de pœ-
nis. & bene etiam facit textus in l. capitalium. §. vene-
narij. ff. de pœnis. & ibi glo. & ſic nobilitas facit alle-
uiari pœnam: vt dicit textus in capi. qui contra. xxiiij.
quæſtione j. & in cap. fina. extrà de pœnis. & prodit
ſe optimam chriſtianam, ſatis piam, & miſericordio-
ſam. Aduertendum cenſeo ad qualitatem pœnæ ſibi
imponendæ, cùm in pœnis habeatur reſpectus ad di-
23 gnitatem perſonarum & cõditionem: † nam viliores
durius puniuntur: & inde eſt, quòd illud, quod dicitur
quòd quælibet pœna corporalis, eſt maior qualibet
pecuniaria: per l. in ſeruorum. ff. de pœn. Bartolus in
l. prima. §. finali. ff. eodem titu. hoc enim, prout dici-
tur, habet locum in perſonis nobilibus: non autem in
perſonis vilibus. & idem poſt Bart. tenet Salicet. in l.
ſi ſeuerior, ſecunda colum. C. ex quibus cauſis infamia
irroga. & Alexan. in dicta l. prima. in fine. ff. de pœnis.
concurrente quoque honeſtate & bonitate maxima
ipſius nobilis Lauinæ probata: & quòd ex iuris diſpo-
ſitione, quando perſona inquiſita eſt honeſta, & non
aſſueta delinquere, nec probatur aliàs deliquiſſe, niſi
24 ſemel tantum, poterit eo caſu Iudex † pœnam ordi-
nariam minuere, imo & indulgere. vt in l. ſi poſsido-
nium. C. ex quib. cauſis infa. irrog. & in d. l. & ſi ſeue-
rior. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no
tantur infamia. & in l. in ſeruorum. §. penultimo. & in
l. reſpiciendum. ff. de pœnis. Ita per prædicta iura &
alia voluit in ſpecie Gandinus in additionibus ad An-
gelum in tractatu maleficiorum, ſub rubrica: vtrum
pœna poſsit augeri. prima columna. & dicit in ſpecie
Salicetus in l. is, qui cum telo. in vltima columna. cir-
ca medium. C. ad legem corneliam de ſicariis. quod
de iure communi non omnis occidens decapitatur:
25 † ſed is demum, qui eſt humilioris vitæ: qui verò eſt
honeſtioris vitæ, deportatur. vt in l. qui cædem. §. fina-
li. ff. ad legem corneliam de ſicariis. & idem conſuluit
Cæpola in conſilio xxxviij. ſecunda columna. & alle-
gat etiam text. in l. prima. & ibi Bartolus. ff. ad legem
corneliam de ſicariis. & facit bene textus in l. prima.
C. de emendatione ſeruorum. vbi dominus percu-
tiens ſeruum, etiam ſi ex percuſsione moriatur, non
punitur, niſi occidendi animo id fecerit. Et ſic ex præ-
miſsis ſum voti prædictam dominam Lauinam eſſe
per ſeptennium in inſulam deportandam, & in eo-
dem voto fuerunt cæteri Magnifici Iudices ipſius ma-
gnæ Curiæ, approbante vniformiter Regio Collate-
rali Conſilio, coram Illuſtriſsimo Prorege aſsiſtente
& nemine diſcrepante ita executum fuit. Thomas
Grammaticus Iudex magnæ Curiæ Vicariæ. Tho-
maſius Grammaticus Neapolitanus Iuris Vtriuſque
Doctor.

### SVMMARIVM.

1 *Inimicus dicitur, etiam qui habet cauſam inimi-candi.*

2 *Confeſſus homicidium, aſſerendo illud feciſſe ad ſui defenſionem poteſt torqueri, vt explicite deponat.*

3 *Offendens aliquem primo loco, cenſetur etiam denuò velle offendere.*

4 *Robuſtior & fortior, præſumitur aggreſſor.*

5 *Rixoſus præſumitur rixam incepiſſe & prouocaſſe.*

6 *Arma deferens præſumitur habere malum animum.*

7 *Vulnus tunc dicitur mortale, quando ſecundum regulas medicinæ percuſſus non poteſt euadere mortẽ, vel cum magna difficultate.*

8 *Vulnus an ſit mortale necne, non poſſunt hoc deponere, niſi medici.*

9 *Infirmitas dicitur cauſata ex vulnere in eo, qui deceſſit, ex quo effectus, id eſt, mors, cauſam oſtendit.*

10 *Vulneratus, quòd deceſſerit ex vulnere, probatur ab effectu, videlicet, quòd mortuus eſt, & ſic exitus acta probat.*

11 *Vulneratus, ſi adhibuit medicum ignarum, & bibit vinum purum: & alia cõtra regulã medicinæ fecit dum vulnus eſſet in capite, facit vt vulnerans non teneatur de morte ſecuta.*

12 *Vulnus poteſt iudicari mortale & non mortale, ex iudicio medicorum.*

13 *Vulneratus ſi fecit inordinatam vitam, facit vt mors ſecuta ſibi imputetur.*

14 *Moriens ſeu offenſi exculpatio in fauorem alicuius inculpati, contra quem exiſtunt indicia, facit præſumere indicium innocentiæ.*

15 *Prohibitio morientis, per quam prohibiti ſunt hæredes querulari contra inquiſitum, facit vt ſit impoſita neceſſitas hæredibus, vt contrauenire non poſſint diſpoſitioni decedentis.*

16 *Iudex licet procedat ex officio in caſu in quo non poterat contra aliquem inquiſitum, & inquiſitus ipſe non opponit ante litis conteſtationem, tamen non impeditur poſteà opponere, & proceſſum irritare.*

17 *Iudex vbi procedit ad querelam, & ad inquiſitionem, facit proceſſum nullum.*

18 *Homicida licet regulariter ſit pœna mortis puniendus, tamen poterit Iudex ex cauſa ipſam pœnam mitigare & diminuere, ibidem.*



## VOTVM XXIIII.

REdemptoris gentium ſuffragio iterato, A-
men. In cauſa Nicolai Iacobi de Mõteſta,
cum regio fiſco, ſuper homicidio commiſ
ſo in perſonam presbyteri Troiani, dum
negaſſet homicidium prædictum ſe commiſiſſe: ſed ſi
commiſſum fuiſſe adpareret, illud ad ſui neceſſariam
defenſionem feciſſe. Contingit ergo hæſitari, an con-
currente cauſa inimicandi, & remiſsione inſtrumen-
taria prædicti presbyteri Troiani, producta per eun-
dem Nicolaum Iac. poſsit ad torturam procedi, vt ex-
plicitè deponat. Ita extante declaratione inſtrumen-
tali facta per ipſum presbyterum Troianum, in qua
fatetur, quòd ipſe per prius offenderat eundem Nico-
laum Iac. & nunc iterũ quærebat eundem offendere:
& ideò ſibi remiſit: quia ex iuſta cauſa ipſum vulnera-
uerat. Concurrente quoque, quòd vulnus non fuit
mortale, ſed ex mala curatione medici, ac ex malo re-
gimine ipſius defuncti: qua pœna veniat Nicol. Iaco-
1 bus ipſe plectendus? † Et circa primum nulli dubium,
ꝙ habens cauſam inimicandi, dicitur inimicus: dixit
ſingulariter Bartol. in l. j. ff. de his, quibus vt indig. &
idem Bald. referens Innoc. in l. præſcriptione. antepe-
nultima columna. C. ſi contra ius vel vtilitatem publi.
& in conſilio ſuo cccxvj. incipien. præſuppoſito ſtatu.
j. colum. in iiij. volum. Abbas in c. repellantur. & in c.
cùm oporteat. de accuſationib. Concurrente quoque
inſtrumento remiſsionis prædicto, ex quo inficiari
nullatenus poteſt, ꝙ delictum ipſum non fuerit com-
miſſum per eundem Nicolaum Iacobum: & ſic præ-
dictis extantibus, exiſtente eius cõfeſsione, quòd ſi fe-
ciſſe probaretur, id fecit ad ſui defenſionem, euitari
2 non poterit, quin ſubiiciatur quæſtionibus † & tor-
mentis, vt explicitè deponat. Ita in ſpecie dixit Bald.
in l. vnica. C. de confeſ. x. colum. verſi. ſi tamen iudex.
vbi dixit quòd ſi iudex vult cautius procedere, ne in-
cidat in opiniones Doctorũ, mediantibus tormentis,
cogat reum ſimpliciter confiteri, quia poteſt, ex quo
habet plus quàm indicia. Et iſtam deciſionem Baldi
refert & ſequitur dominus Ant. de Alex. in additio. ad
Barto. in l. j. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtion. quæ incipit,
pone reus. vbi ſubdit eſſe not. & quòd aliàs ipſe dubi-
tauit. & idem pro cautela, ꝙ in huiuſmodi caſu iudex
ponat reum ad torturam, tenet Lanfranc. de Oriano
in repetitio. c. quoniam contra. verſic. confeſsiones.
prima charta. verſicu. iuxta præmiſſa quæro. extrà de
probationibus. & per prædicta ductus prædictus Ni-
colaus Iacobus ad locum torturæ, confeſſus fuit expli
citè eundem presbyterũ Troianum vulneraſſe, dum
eundem Nicolaum Iacobum inſequeretur: & quòd
ab eodem per prius aggreſſus fuerat intus quandam
domum, in qua captus per ipſum, & denudatus, fuit
oleo calido ac feruentiſsimo decoctus. quo quidem
etiam probato per teſtes Curiæ, reſultat præſumptio
qua coniecturatur, quòd præfatus Nicolaus Iacobus
ipſum presbyterum Troianum ſecundo loco aggreſ-
ſus fuerat: argu. text. in l. ſi cui. ff. de accuſa. † Nam qui 3
primo loco offendit, cenſetur etiã denuo velle offen-
dere: vt patet per regulam, ſemel malus. de regulis iur.
lib. vj. & in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita.
& in l. vel vniuerſorum. ff. de pignor. actio. Secundò,
cõſidero ex defenſionibus ipſius inquiſiti liquidò con
ſtare eundem eſſe imparem viribus eidem presbytero
Troiano, & ſic ipſum presbyterum Troianum eſſe
fortiorem, ac robuſtiorem † ipſo Nicolao Iacobo, ob 4
quod reſultat ex iuris diſpoſitione, quòd ipſe presby-
ter Troianus fuit aggreſſor. Ita concludit Floria. poſt
Rayne. in l. prima. §. cùm arietes. ff. ſi quadrupes pau-
periem feciſſe dicatur. & tenet Felinus in cap. capitu-
lum. el primo. xvj. colum. extrà de reſcript. & in cap. j.
ſecunda columna. extrà de treug. & pace. & conſuluit
Barth. Cæpola in conſil. xxviij. & xxix. incip. vno, &c.
Tertiò, ex meritis eiuſdem met proceſſus compertum
eſt ipſum presbyterum Troianum fuiſſe, dum viue-
ret, ſatis ſcandaloſum, ac rixoſum, & ecõtrà præfatum
Nicolaum Iacobum ſatis longè pacificum & morige-
ratum, ex quibus reſultat, quòd per prius presbyter
Troianus ipſe tanquã rixoſus eundem Nicolaum Ia-
cobum † ad rixam prouocauerit, & ſic quòd per prius 5
ipſe aggreſſor fuerit. Ita dixit Cardina. in clemen. pri-
ma. de homicid. in xxiij. quæſtio. vbi concludit, quòd
repertis duobus ad inuicẽ rixãtibus, & neſcitur quis
primò incœperit alium inſultare, præſumẽdum om-
nino erit contra magis rixoſum, reſpectu ſuæ conſue-
tudinis: per text. in prædicta l. non omnes. §. à barba-
ris. ff. de re milita. ita in ſpecie conſuluit Cæpo. in præ-
allegatis duobus ſuis conſiliis: & ante eum idem in
terminis reperio tenuiſſe Albericum de Roſate, in l.
vt vim. ff. de iuſtitia & iure. † Quartò, conſtat prædi- 6
ctum presbyterum Troianum, die qua vulneratus ex-
titit, arma, ſcilicet enſem, detuliſſe: ex qua armorum
delatione, liquet ex iuris diſpoſitione habuiſſe malum
animum, & præcogitaſſe de inſultu ſeu rixa, per gloſſ.
nota. in titul. de pace tenen. in §. mercator. gloſſ. in l.
licet. C. de pactis. Bald. in l. raptores. C. de epiſcopis &
clericis. Innocent. in cap. continentia. extrà de cleri.
percuſſo. & ſic quòd ipſe fuerit prouocator: dicto §.
cùm arietes. & ibi Floria. Bartol. in l. ſi ex plagis. in §.
tabernarius. ad legem aquil. Angelus de Aret. in §. ius
autem gentium. inſtitu. de iure naturali gent. & ciuil.
Sali. in l. ſecunda. C. ad legem corneliam de ſicariis.
Cæpol. in dicto conſilio xxviij. & xxix. & eò magis,
cùm arma offenſibilia ſint clericis interdicta, etiam
contra hoſtes & prædones: per tex. in cap. ſi. de cleric.
percuſſo. & in l. is, qui cum telo. C. ad legem Corne-
liam de ſicariis. Quintò conſidero, quòd vulnus illa-
tum præfato presbytero Troiano, non fuit mortale:
ex quo tunc dicitur † vulnus mortale in homine, quã- 7
do ſecundũ regulas medicinæ ille percuſſus non po-
teſt euadere mortẽ, vel cum magna difficultate. iuxta
not. in ſi ab hoſtibus. §. finali. ff. ſoluto matrimonio.
& in l. maritus. ff. loca. & voluit in ſpecie Cald. in cap.
primo. in fine primæ col. quibus modis feud. amitta.
Sed in caſu de quo agitur, depoſuerunt duo magis
experti medici: inter quos eſt quidam magiſter Ioan.

magni nominis & famæ in tota illa prouincia: qui
dixit, quòd ille chirurgicus qui curauit vulnus, mira-
biliter errauit, extrahendo per vim vnico contextu
oſſa à capite: & quòd illud vulnus non erat mortale:
& quòd poſt vulnus illatum, & impoſita medela, quæ
vulgariter dicit: *la ſtoppata*, non debuiſſet vulnus di-
ſcooperiri, nec aliter videri ſeu mederi vſq; ad vigin-
tiquatuor horas: ipſe verò tanquam ignarus & ruſti-
cus, ac minus expertus, cum neſciat legere, nec ſcribe-
re, & intra tres horas poſt vulnerationem, & mede-
lam diſcooperuit iterum vulnus. Item & plus, quòd
vulneratus poſt vulnerationem prædictam fecit ma-
ximum motum, & contra regulas medicinæ: quia di-
ſceſsit à terra leonum poſt tres dies à die illati vulne-
ris, & acceſsit ad terram Montellæ. Item, quia ipſe
vulneratus ſemper voluit bibere vinum & purum, &.
ſubdit vnus ex teſtibus, ꝙ dum debuiſſet bibere aquã
bibit vinum purũ, & licet aliqui depoſuerint vulnus
fuiſſe mortale, attamen ſunt idiotæ, & non chirurgici,
nec periti in arte, & ſic eorum dictis nulla eſt adhi-
bẽda ratio, cùm ſuper hoc an vulnus ſit mortale nec-
8 ne, non † poſſunt deponere, niſi medici, vt dixit An-
dræas de Iſernia, in conſtitut. regni, ſi damna clande-
ſtina. & ideò potius ſtari debet dicto medicorum de-
ponentium, vt ſuprà, vt voluit Bartol. in l. prima. §.
primo. de ventre inſpici. & in l. ſi in rixa. ff. de ſicar.
Bald. in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Cano. in cap.
propoſuiſti. de probat. intantum, quòd ſi periti dixiſ-
ſent vulnus eſſe mortale, & peritiores dicerent con-
trarium: ſtandum erit peritioribus. voluit Bartolus &
Doct. in proœmio digeſtorum. & maximè, dum red-
dunt optimas cauſas ſcientiæ, prout in caſu præſenti:
& illi contrarium aſſerentes, ſunt merè idiotæ, & nul-
lam reddunt rationem, & ſic ſtandũ erit potius teſti-
bus rationem & cauſam reddẽtibus, quàm aliis ipſam
non aſsignantibus. Ita dicit Bald. in l. presbyteri. vlti.
colum. C. de epiſc. & cler. Ludo. in l. prima, in princip.
ff. de oper. noui. nunt. Nec militaret replicare, quòd
dicta infirmitas ſit cauſata ex vulnere prædicto, &
9 ideò † prædictus inquiſitus tenetur de occiſo, quia ef-
fectus, id eſt, mors ſequuta, cauſam oſtendit, vt in l.
prima. C. de ſicar. ita dixit Bald. in proœmio digeſto-
rum. in princ. colum. iiij. & ſentit etiam Bald. in cap.
primo. quibus mod. feud. amit. Angel. Sali. in l. prima.
C. de emenda. ſeruo. & Cæpo. in conſilio xxiiij. vbi de-
10 clarat, † quòd aliquem eſſe mortuum ex vulnere, pro-
batur ab effectu, videlicet, quòd mortuus eſt, & ſic
exitus acta probat. & ita etiam dicit Bartolus in ſuo
tractatu de percuſſo. nam reſpondetur, quòd prælle-
gata procedunt quò ad effectum irregularitatis con-
trahendæ, quia quò ad hoc, quis facilius ſit homicida,
quàm vbi agitur de pœna mortis inferenda in iudi-
cio ſeculari, vt colligitur ex notatis in cap. ad audien-
tiam. & in cap. penult. de homi. Ita in propriis termi-
nis tenet Bartho. Vero. in ſuo conſilio xlj. colum. vj.
ſed hîc non agitur quò ad effectum irregularitatis, er-
go &c. Verùm cùm ex prænarratis adpareat prędictũ
presbyterum Troianum habuiſſe medicum ignarum
& imperitum, & quòd ſemper bibit vinum & purum,
11 vt dicunt teſtes, & contra regulas medicinæ, † dum
eſſet in capite vulneratus, & alia prænarrata fecit, ſe-
quitur, quòd non tenetur de morte ſequuta. Ita dixit
Feli. in cap. presbyterum. prima colum. extrà de ho-
mici. & ibi ſubdit idem eſſe, ſi vulneratus inordinatè
vixit poſt vulnus. & alleg. Bald. idem tenere in l. qui
occidit. ff. ad leg. Aqui. & ibi Floria. & adducit etiam
Baldum in l. ſi non ſimpliciter. iiij. colum. C. de ædili.
actio. vbi dixit, quòd vitium medici, vel malitia me-
dicinæ, excuſat vulnerantem, & idem tenet Alber. de
Roſa. in ſecunda parte ſtatu. quæſt. xxxvj. incip. item
quid ſi aliquis. & Cæpol. in conſilio lxij. incip. magni-
fice ac generoſe. & Soci. conſilio clxviij. incip. primo
aſpectu. imò plus dicit Angelus in l. quòd ſi nolit. §. ſi
mancipium. ff. de ædil. edic. quòd ſi ex iudicio medi-
12 corum poteſt vulnus iudicari ad vitam, † & ad mor-
tem, eo caſu ſi adhibetur medicus ignarus, & moritur
vulneratus, non erit imputandum vulneranti. & ideò
Bald. in l. ſi ab hoſtibus. ff. ſolu. mat. inuehit aduerſus
adhibentem medicum, qui neſcit vnam literam, &
propterea ſatis pulchrè dixit Baldus in additio. Spec.
13 ſuper rubrica de homici. † quòd ſi conſtat de inordi-
nata vita infirmi, mors ſuperueniens ſibi imputabi-
tur. & faciunt latè dicta Floria. in l. ait lex. §. primo. ff.
ad leg. Aquil. & ideò eſt concludendum, quòd licet
poſsit inferri vulnerãtem dediſſe cauſam morti, non
ex hoc videtur dediſſe mortem, adeò quòd puniri de-
beat de morte. & ideò prædicta regula non debet ita
generaliter & indiſtinctè intelligi, ſed eſt intelligen-
da, quando cauſa de per ſe fuit apta naturaliter ad in-
ferendum damnum, Secus, ſi non de per ſe fuit apta ad
damnum inferendum, ſed ipſe damnum paſſus, pro-
duxit cauſam ad effectum, ſeu ad ipſum damnum, vt
in prænarratis exemplis & doctrinis. Vltimò, mul-
tum liquere videtur per inſtrumentum remiſsionis
in actis productum de innocentia ipſius inquiſiti, in
quo prędictus presbyter Troianus remiſit omnem of-
fenſam, & vulnus ſibi illatum per præfatum inquiſi-
tum, etiam ſi mortem ſequi contingeret, aſſerendo
maximè, quia eundem inquiſitum offenderat, & ite-
ratò nunc querebat ipſum offendere, & ſic per excul-
pationem ipſius presbyteri Troiani, qui in dicta re-
14 miſsione eundem Nicolaum Iacobum exculpat, † re-
ſultat indicium innocentiæ pro prædicto Nicolao. Ita
dixit Baldus in l. prima. verſic. pone, quòd teſtator. C.
communia delega. per l. Paulus. de bon. liber. quam
ibi ſequitur Iaſon, & idem conſuluit Alexand. in con-
ſilio xxiiij. in ij. volum. v. colum. & idem Alexand. in
conſilio primo. in iij. volum. & idem Alexand. in l. ſi
quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad ſyllan. Cæpo. in
ſuo conſil. ij. in fi. Par. de Put. in tract. ſynd. nullam
de prædictis faciens mentionem, in verbo, torturam.
verſic. ſequitur quæſtio quotidiana. v. col. Pet. Gerar.
de petra ſancta, in ſuo ſingulari xxv. Et quia inſuper
in dicto inſtrumento remiſsionis & exculpationis fa-
ctæ per præfatum presbyterum Troianum, prohiben-
tur expreſsè mater, & fratres ipſius presbyteri Troia-
ni, & cæteræ coniunctæ perſonæ querulari, ſeu que-
relas aut denuntias proſequi contra eundẽ Nicolaum
Iacobum, & ſic imponitur neceſsitas prædictis eius
ſucceſſoribus ſeu hæredibus ſuæ prædictæ voluntati,
15 aut diſpoſitioni † conſentire, & nullatenus contraue-
nire, per id quod voluit Bald. in dicta l. j. circa fin. C.
communia de leg. per quod infertur, quòd noua que-
rela expoſita per eius fratres in audientia prouinciali
principatus, non ſubſiſtit, & facta non tenet: nec pro-
ceſſus inde ſequutus virtute querelæ prædictæ. Tum
etiam, quia ſtante nullitate querelæ prædictæ non po-
tuit ex audientia ipſa ex eius mero officio procedere
nam



nam licet in homicidio clandeſtino poſsit ex officio
procedi: tamen requiritur legitimus denunciator: &
proceſſus aliter factus, eſt inualidus & nullus: vt patet
in cap. regni. incipien. vt delatas. quod capitulum ir-
ritat proceſſus aliter fabricatos. Corroboratur inſu-
per, quia licet iudex procedens ex officio in caſu, in
quo non poterat contra aliquem inquiſitum, ſeu de-
nuntiatum, inquiſitus ipſe nõ opponat ante litis con-
16 teſtationem, tamen † non impeditur poſteà oppone
re, & proceſſum irritare. Ita voluit Andræas de Iſer.
in prællegata conſtitutione, ſi damna. columna. iiij.
Fede. de ſen. in conſil. ccxx. incipien. veritatis amica.
ad quod bene facit tex. cum ibi no. in cap. j. & ij. extrà
de accuſatio. in vj. & quod notat Fran. de Are. in cap.
fraternitatis. poſt medium, extrà de teſtibus. Accedat
inſuper, quia in caſu præſenti fuit proceſſum ad que-
17 relam & inquiſitionem: quo † caſu pari modo proceſ-
ſus eſt nullus. voluit pulchrè Baldus in l. edita. in re-
petitio. Padu. xxij. colum. verſic. decimò quæro. C. de
eden. quem refert & ſequitur Iaſon de May. in l. pri-
ma. vltima colum. in vltimis verbis. C. de ſeruis fugi.
Quibus bene ruminatis, licet homicida regulariter
pœna mortis ſit de iure puniendus, per tex. in tertia.
C. de epiſco. audientia. & in l. prima. ff. ad legem cor-
18 neliam de ſicariis. † tamẽ poterit iudex ipſam pœnam
ex cauſa mitigare, & diminuere. Ita probat textus, in
prædicta l. prima. de ſicariis. & ita concludunt com-
muniter Do. in l. hodie. ff. de pœnis. & in l. quid ergo.
in §. pœna grauior. ff. de his, qui notantur infamia.
Bald. in l. & ſi ſeuerior. C. de infamib. Bald. & Ludo. in
l. quod ſeruius. ff. de condi. ob cauſam. Concurrente
quoque eius bona fama probata, ſum voti ipſum Ni-
colaum Iacobum condemnandum ad pœnam duca-
torum centum, perſoluendam regio fiſco, moderan-
dam tamen per eandem magnam Curiam, quatenus
eidem magnæ Curiæ viſum fuerit: necnõ ad exilium
biennale extra Ciuitatem Neapolitanam, & terram
Montellę. & in eandem ſententiam concurrerunt cæ-
teri Magnifici Iudices mei Collegæ: & ita exequutum
fuit.

Ego Thomas Grammaticus, Iudex magnæ Curiæ
Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis infames licet non ſufficiant ad condemnandum, ſufficiunt tamen ad torquendum.*
2 *Doctor non poteſt torqueri: & an ſit hoc ſimpliciter verum: & an requiratur, quòd ſit certi ordinis, vel quòd ſit actu legens, vel actis aduocans.*
3 *Conſuetudo inducens quòd perſonæ priuilegiatæ torqueantur, non tenet.*
4 *Doctor licet de iure non poſſit torqueri: tamen de conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, torqueri poteſt. Et quòd talis conſuetudo, quòd poſſit torqueri, nunquam viſa fuit ſeruari.*
5 *Doctor impetitus de crimine falſi, poteſt torqueri.*
6 *Iudex corruptus punitur pœna pecuniaria per conſtitutionem regni, corruptelæ.*
*Sed per ius commune ſoluit triplum fiſco, & cingulo dignitatis priuatur: in criminalibus verò punitur pœna exilij, & publicationis bonorum omnium, & tenetur etiam crimine falſi: & ſubditur, quòd conſtitutio regni prædicta, & etiam capitulum regni loquuntur vbi ciuiliter agitur. & nu. 7.*
8 *Iudex dum corruptus fuit ob hominem necandum, vel non necandum, vel quando quem plecti debebat, non puniuit, vel innocentem punit, capite punietur, vel in inſulam deportabitur.*
9 *Falſans literas principis ad hoc vt capite puniatur, requiritur quòd nedum falſauerit ipſas literas, verùm etiam & ſigillum principis.*
10 *Falſans literas delegati, qui gerit vices Papæ. non debet ita acriter puniri, ac ſi falſaret literas ipſius Papæ.*
11 *Iudex recognoſcens ſuperiorem non poteſt concedere Guidaticum ſeu ſaluum conductum delinquenti ſeu bannito, & hoc, niſi iudex ipſe faceret ex cauſa, & eſſet illemet iudex, qui delinquentem banniuit.*
12 *Notarius faciens falſum inſtrumentum aliàs nullum, non punietur pœna falſi, & pariter in eo, qui ſcienter depoſuit falſum vltra capitula, cuius depoſitio non tenet. & ibi ſubditur, quòd inſtrumentum eſſe dicimus, quod eſt validum, & condemnatum eſſe dicimus, ritè condemnatum ibidem. Et ſic concluditur, quòd talis notarius, & tales teſtes non tenentur pœna falſi, ſed alia extraordinaria.*
13 *Pœna falſi, erat olim publicationis bonorum cum deportatione. hodie autem eſt ſublata pœna publicationis, & eſt ſolum deportatio.*

## VOTVM XXV.

IN diuiduæ trinitatis auxilio inuocato, A-
men. In cauſa nobilis Donati de Falconi-
bus de ciuitate Licij vtriuſque Iuris Doct.
cum Regio fiſco, ſuper ſubornationibus,
ſeu corruptelis per ipſum receptis, exiſtẽtem regium
auditorem in prouinciis Calabriæ: & ſignanter ſuper
corruptelæ ducatorum ſexaginta, quos recepit à Vin
centio Siculo foriudicato, vt ipſum dimitteret, ſeu
relaxaret, & aliorũ Ducatorũ octoginta, quos pariter
recepit ab aduerſario eiuſdẽ Vincentij, vt Vincẽtium
ipſum remitteret ad eius iudicem Inſulæ Siciliæ, vt
ipſum foriudicatũ iam iuſtificaret, prout iuſtificauit.
Necnon ſuper falſitate Guidatici, à quo abradi fecit
alterius nomen, & nomen eiuſdem foriudicati appo-
ni, ad hoc vt ſi dimiſſum fortè fuiſſet per eundem au-
ditorem, id iure licito, & tanquam Guidatum per gu-
bernatorem prouincialẽ dimiſiſſe demonſtraret. Du
bitatum igitur principaliter fuit an exiſtentibus pro-
bationibus, & ſic teſtibus de viſu ſi condemnari de
directo non poſſet ex cauſa repulſæ cõtra teſtes, quia
infames, vt prætenditur: an ſaltem poſſet nobilis Do-
natus ipſe, cùm ſit Doctor, quęſtionibus & tormentis
ſubiici. Secundò, ex quo antè quàm fuiſſet deuentum
ad torturam, Donatus ipſe cõfeſſus exiſtit factum de
plano: quæ pœna veniet ſibi de iure imponẽda. Et cir
ca primum, eundo per veras iuris concluſiones rectè
procedendo, nulli dubium, quò ad hoc delinquens
1 torqueatur, non requirit † quòd teſtes examinati con
tra ipſum, ſint omni exceptione maiores, nec etiam
quicquam refert an ſint infames, ſeu aliter inhabiles,
ſecundum glo. in l. ſi. C. de his, quibus vt indig. Ludo.
plenè in conſil. ccccl. incip. quædam mulier. ij. colum.
Bald. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinit. & fide
catho. vj. col. Franc. Brun. in tracta. de indi. & tortu.
iij. col. ſed cùm ſit Doctor & nobilis, an habeat in eo
locum tortura. Cyn. & Ang. in l. j. C. de quæſt. legem
2 ipſam prohibentem milites † torqueri, extendunt ad
Doctores: per l. aduocati. C. ad aduoc. diuer. iudi. idẽ
tenet Bar. in d. l. omnes iudices. C. de decurion. lib. x.

Verùm loquitur de aduocatis habẽtibus dignitatem.
& idem tenet Ludouicus in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.
matrimo.vt ſi eſſent de primo gradu, prout ſunt ad-
uocati,qui certo ordini adſtricti ſunt, aliàs non ſunt
in dignitate:vt not. Petrucius, in l. prouidendum. de
poſtulan.ſicut Doctores non legentes,non ſunt in di-
gnitate.vt not.Bal.in l.prima conſtit.C.Abbas in cap.
quanto.de magi.Petru.in dicta l. prouidẽdum. ſed de
Doctore ſimpliciter non legente nec aduocato certi
ordinis,non reperitur Doctor,qui dicat ꝙ nõ poſsit
torqueri.Ita dixit dominus Anto.de Alex.in dicta l.j.
C.de quæſt.& allegat etiam Bart. in l. medicos. C. de
profeſſo. & medi.dicentem, quòd ad hoc vt Doctor
conſequatur iſta priuilegia, & alia multa, debet eſſe
actu legens, vel actu aduocans: licet aliàs indiſtinctè
Cyn.in l.iiij.C. ad legem iuliam maieſtatis. dixerit ꝙ
nec miles nec Doctor poterit torqueri, etiã exiſten-
tibus legitimis indiciis: prout etiam plenè recitat &
ſequitur Iaſon in l.de quibus.vj.char.ff.de leg.in ver.
non tut.in præſenti materia.imò & plus dixit Bartol.
in l.omnes iudices.C.de decurioni.lib.x.per text. ibi
dem,†quòd conſuetudo inducens,quòd perſonæ pri
3 uilegiatæ torqueantur, non tenet. ita etiam tenet &
ſequitur Ludo.Bologni.in additio.quas facit ad Gui
do.de Suza.in tractatu de tormen.in tertia colum. in
princi.reperio tamen,quòd Odofre.in ſuo tracta. de
quæſtio.exordiendo quæſtionem hãc ad partes,con-
cludit quòd licet de iure Doctor nõ poſsit torqueri,
4 tamen de conſuetudine, †quę eſt optima legum inter
pres,bene torqueri poteſt. Idẽ tenet & ſequitur Pau.
de Leaza.in cap.grauis.extrà depoſit. Ang. in tracta.
malefic.in verſic.fama publica.col.xxj.verſic.vj. quæ
ro.& Idem ſequitur Franc.Brun.in prędicto tractatu
de indi.& tortu.vj.chart.verſi. quid autem de Docto
ribus.vbi ſubdit aliquos Modernos ita tenere,dicen-
tes nunquam vidiſſe talem conſuetudinem obſeruari:
& quòd ita putat ipſe tenendum, in iudicando & con-
ſulendo,etiam ſtante dicta conſuetudine,quæ de iure
non valeret:per dictũ Bart.vt ſuprà: nec eſſet ſeruan-
da:prout tenet etiam Ludouicus in ſingul.ccclxxj. in-
cip.milites & Doctores.refert etiã & ſequitur Augu.
Arimi. in eodem tractatu malefic. in verſic. fama pu-
5 blica.verſic.vj.quæro. † Attamen prædicta non ven-
dicabunt ſibi locum, vbi Doctor impeteretur de cri-
mine falſi:per tex.in l.ſi quis decurio.C.de falſi. quia
eo caſu torquebitur.Ita dicit Franc.Brun.ibidem.vbi
pariter dicit de nobili: quia licet aliàs non torquea-
tur de iure:prout dicit Odofre.in prædicto ſuo tract.
de quæſtionibus. hoc tamen ceſſabit in crimine falſi,
per dictã l.ſi quis decurio.Supereſt ergo videre, qua
pœna veniat ex hoc crimine falſi,& ſubornationum
ſeu corruptelæ plectẽdus.Et quò ad crimẽ corrupte
læ dico,quòd licet ſit crimen publicum & cuilibet de
6 populo cõpetat accuſatio:tamen pro huiuſmodi† cri
mine non imponitur pœna capitalis, ſed pecuniaria,
per conſtitutionem regni, corruptelæ. & idem tenet
Azo in ſumma inſtitu.de publi.iudi.dum allegat.l.ſe-
cundam.ff.de publ. iudi. Et quòd ſit crimẽ publicum,
declarat glo.in conſti.regni,vſurariorum.verſic. cri-
men publicum.& pœna,quæ imponitur per conſtitu-
tionem regni prædictam, eſt, vt accuſans tantundem
ab officiali recipiat, quantum illi officiali datum, vel
promiſſum fuiſſet: & ſic pœna pecuniaria. Et pariter
virtute capituli regni, vulgaris famæ præloquium.
diſponitur, ꝙ ſi recipit iudex à ſponte ſoluente nulla
concuſsione præcedente, aut violentia, ſi fuerit data
pecunia pro faciendo vel non faciendo negotio, tri-
plum fiſco exoluendum erit, & parti reſtitutio dari
denegabitur,niſi pro redẽptione ſanguinis fuerit,nec
iuri communi datur derogatio. De iure autem com-
muni per authen.nouo iure.C.de pœn.iudi. qui malè
iudi.in ciuilibus,id eſt,dum in cauſa pecuniaria iudex
7 †corrumpitur, ſoluet triplum fiſco, & cingulo digni-
tatis priuabitur,in criminalibus verò imponitur pœ-
na exilij, & publicationis bonorum omnium, & cri-
mine falſi tenetur.l.iij.ad fi.ad legem iuliam repetun-
darum. & poterit puniri ex eodem proceſſu ciuiliter
& criminaliter,per tex.in authẽ.vt iudi. ſine quoquo
ſuffra.§.oportet.quod eſt ſpeciale in iudice,qui delin
quit in officio,& iudex talis, qui condemnatus eſt de
corruptela,erit infamis, vt dicunt Bar. Ang. & Ioan.
de Imo.in l.j.ff.de public.iudi. Conſtitutio autem re-
gni.& c.loquuntur,quando ciuiliter actũ eſt, genera-
liter tamen, quãdo iudex mundas manus non habue
rit,per legem iuliam repetun.extraordinariè punitur
exilio,vel durius,prout deliquerit, vt ſi ob hominem
8 necandem vel non † necandum pecuniam acceperit,
vel quem plectere non deberet, punierit, quia tunc
capite punitur, vel in inſulam deportabitur, vt pro-
batur per tex.in l.ij.iij. & iiij. ff. ad legem Iuliam rep.
Ita dixit pulchrè Paris de Puteo, in tracta. ſyndica. in
titu.de officio ſyndi.vj.char.verſi. ſyndicantur etiam
officiales habẽtes officium.in quo caſu videtur fuiſſe
præfatus Donatus,dum ob hominem necandum, vel
non necandum in vtroque caſu pecuniam accepiſſe
fateatur, vt non remitteret in poſſe ſui iudicis compe
tentis foriudicatum,quem omnino necauiſſet, prout
necauit, & demum ab aduerſario pariter pecuniam
accepit,vt ipſum foriudicatum ad ſuum iudicem tra-
deret prout tradidit.& idem ſequitur Matt. de Affli.
in conſuetud.regni, apud iuſtitiarios, ſub rubrica, vt
iuſtitiarij & vniuerſi &c.in vltimis verbis. & ibi dicit,
quòd punitur exilio vel extraordinariè, imò pœna
deportationis in inſulam,prout iudici videbitur, vt l.
lex iulia.§.hodie.ff.ad legem iuliam repetun.& etiam
punitur pœna arbitraria arbitrio Regis, per cõſtitu-
tionẽ regni, volumus. Quò verò ad crimen falſi, cum
Guidaticum iuſtitiarij prouinciæ, ſeu Gubernatoris
falſauerit,abradendo vnius perſonæ nomen, & illud
nomen illius Foriudicati imponendo, videtur prima
conſideratione dicendum,quòd cùm literas gerentis
vices principis falſauerit,pœna capitis plectendus ve
9 niat,per conſtitutionem regni,qui literas &c.†Atta-
men dico,ꝙ ad hoc, vt pœna capitis locum habeat,
nedum requiritur ꝙ falſauerit literas,verumetiam &
ſigillum principis.dicit pulchrè Andr.de Iſer.in con-
ſtitu.regni,qui literas.& melius idem Andr.in cap.j.
de vaſal.qui contra conſti. Lotha. Multò minus ergo
dicendum eſſet in caſu præmiſſo, in quo literas iuſti-
tiarij prouinciæ falſauit,qui longè inferior eſt à prin
cipe.Vnde ſuccedit quod pulchrè voluit Abb.in cap.
cùm olim.de reſcriptis.in primo not.vbi ex illo tex.
10 ſumendo argumentũ optimum,dicit ſe colligere,†ꝙ
licet delegatus papæ gerat vices ipſius papæ, non ta-
men debet ita acriter puniri falſans literas delegati,
ſicut ſi falſaſſet literas papæ.Idem ſequitur Felin.in c.
ij.verſic.ſtylus curiæ circa fin.extrà de reſcrip.& Ma
ria.Soci.in capit.ad falſariorum.extrà de crimi.falſi.
Inſup



11 †Inſuper eſt aduertendum,quòd iudex recognoſcens
ſuperiorem, non poteſt concedere Guidaticum, ſeu
ſaluum conductum delinquenti, ſeu bannito,vt dicit
Iacob.de Belui.in auth.de manda.princip.in v.quęſt.
de bannito.Idem tenet Bald.in l.reos.vj.col.C.de ac-
caſu.niſi iudex id faceret ex cauſa, & eſſet ille met iu-
dex,qui delinquentem banniuit. Ita dixit Bart.in l.is,
qui reus.ff.de publi.iudi.& ibi.Ioan.de Imol.Bal.in l.
ſed ſi hac.§.& ſi pœna. ff.de in ius voc.& ſic quatenus
inferior à principe Guidaticum,ſeu prædictũ ſaluum
conductum conceſſerit, illud fuit nullum, & non te-
nuit.per ſuprà allegata, ex defectu poteſtatis ipſius
iuſtitiarij, & qui ſaluum conductũ illud minimè con-
cedere poterat.Vnde ſequitur,ꝙ prædictus Donatus
falſificauit ſaluum conductum inualidum & nullum,
12 † & ideò ſuccedit, quod in ſimili dicimus de notario,
qui fecit falſum inſtrumentũ, & in eo omiſit appone-
re diem vel locũ, vel aliud, propter quod inſtrumen-
tum non valet, vel aliquis ſcienter depoſuit falſum
vltra capitula: & ſic in hoc eius dictum nõ valet, nun
quid puniuntur prædicti pœna falſi contenta in ſtatu
tis,& certè dicendũ erit, quòd non: ex quo factũ per
eos nõ valet de iure, quia nil nocuit conatus,cùm in-
iuria non habuerit effectum.l.j.in fin.ff.quod quiſque
iur.l.ea quidem. C.ſi mancipia ita fuer. alic. ne proſti-
tua.& in l.impuberem.§.item ſi ei ſeruo.ff.de falſ.quæ
eſt aurea lex ad hoc. & quia inſtrumentum dicimus,
quod eſt validum, & rite perfectum, ſicut etiam con-
demnatum eſſe dicimus, rite condemnatum. l.iiij.§.
condemnatum.ff. de re iudi. ita in ſpecie determinat
& concludit etiam per multa alia Alber.de Roſa.in ij.
parte ſtatutorum.quæſt.cxlvij.incip.item quæro,tres
quæſtiones.& ibi allegat Gandi. dicentem, ꝙ eo aſsi-
dente Bononiæ conſulti fuerunt Lamber. de Rampo.
& Blandonus de Maluoltis,qui deliberato cõſilio di-
xerunt tales teſtes debere puniri pœna extraordina-
ria, ſaltem ſtellionatus.l.iij.in princip.ff.de crimi.ſtel
lio.verſic.vt generaliter. & l.hodie.ff. de pœnis. dixit
tamen tenuiſſe contrarium, dum legeret.ff. de fal. l. ſi
quis patris. quòd talis notarius & teſtes deberent pu-
niri de falſo.quia quò ad eos,conſummatum eſt deli-
ctum,nec per eos ſtetit. Et quantum ad notarium &
teſtes,perfecta eſt falſitas: licet deficiat intrinſeca ſo-
lennitas: & voluntas & propoſitum faciunt malefi-
cium.l.diuus.ff.de ſicariis.& ſubdit ibidem Alberic.ꝙ
iſtas quæſtiones diſputauit Richar.Malumb. & Ioan.
Andr.in mercuria. ſub titulo. de crimi. falſi. etiam in
regula,non eſt ſine culpa.de regu.iur.& per Cyn.in l.
prima. C. de ſepul.viola. & communiter dicit vidiſſe
teneri in quæſtionibus ſuprà dictis,& ſimilibus,quòd
teſtes & tabellio non puniantur pœna falſi, ſed alia
extraordinaria: vt ſuprà dictum eſt.Vltimò cõſidero,
quòd ex iuris diſpoſitione licet pro crimine falſi ve-
niat deportatio, & publicatio bonorũ, per tex.in l.j.
§.fi.ff.ad legem cornę.de falſ.& in §.itẽ lex cornelia.
13 Inſtit. de public. iudic.† tamen hodie pœna publica-
tionis omnium bonorum ſublata eſt, vbi datur pœna
deportationis:vt dicit gl.in l.j.§.fi.ff.de falſis.per tex.
in authen.vt nulli iudi.§.fi.Attamen cõcurrente qua-
litate facti adeò turpiſsima;& quòd ab vtraque parte
ita impudenter ſe corrũpi procurauit; & multas alias
corruptelas perfecit,& ſubornationes recepit,de qui
bus conuictus eſt;& ex meritis proceſſus liquido con-
ſtat,falſitati quoque prędictæ taliter ſe immiſcẽdo is,
qui falſitates & corruptelas, vt regius auditor in illis
partibus punire debebat,ideò recedendo à ſententia
Magnifici votantis de pœna capitali, & mortis natu-
ralis,ſum voti eundem dominum Donatum eſſe con-
demnãdum ad publicationem omnium ſuorum bo-
norum, & in perpetuum in inſulam deportandum,
eodem prius cingulo doctoralis dignitatis priuato,&
huius voti fuit tota magna Curia, dempto cauſæ rela-
tore, qui vt ſuprà votauit, approbante quoque regio
Collaterali Conſilio corã Illuſtriſsimio Prorege tunc
adſiſtente,& ita executum fuit.

Ego Thomas Grammaticus, Iudex magnæ Curiæ
Vicariæ.

## SVMMARIVM.

1 *In teſtibus indefinita non æquipolet vniuerſali.*
2 *Teſtis dictum ſimpliciter deponentis, facit vt dictum eius intelligatur ſecundum articulum, ſuper quo examinatur.*
3 *Inſtrumentum, in quo continetur, quòd Canonici talis eccleſiæ, tale quid fecerunt. non intelligitur de omnibus Canonicis.*
4 *Teſtes dicentes Titium poſſediſſe talem fundum, ſi non deponerent de toto non probarent cõcludenter, ex quo in materia probatoria indefinita nõ æquipollet vniuerſali.*
5 *Teſtes dicentes, quòd illi de tali caſata, quid fecerint, nõ intelligitur de omnibus de illa caſata, cùm illa verba, illi de illa caſata, poſſint verificari in duobus de ipſa caſata.*
6 *Teſtes ſi ſe referent ad articulum, & in articulo contineretur quòd omnes de illa caſata id fecerint, & ſe retuliſſent ad articulum, tunc indefinita æquipolleret vniuerſali, & intelligeretur de omnibus.*
7 *Priuilegium eccleſiæ Camalduenſis, in quo Papa concedit monaſterium ſancti ſepulchri cũ toto burgo, intelligitur, id eſt, cum tota parte Burgi, quæ ratione rerũ aut perſonarum eſt ordinis Camalduenſis.*
9 *Teſtis non dicitur falſum deponere, quando eius dictum poteſt aliqua interpretatione verificari.*
10 *Teſtis dictum ad hoc vt ſaluetur ſufficit aliquid eſſe verum vel non eſſe implicitè.*
11 *Falſum dici non poteſt id, quod habet aliquid veritatis admiſtum.*
12 *Falſum dici non poteſt id, quod habet primordium veritatis, & ſemper facienda eſt interpretatio, vt falſum excludatur.*
13 *Argumentum de toto ad partem, eſt permiſſum.*
14 *Falſitas non eſt, ſi teſtes ſunt contrarij inter vnam partem & aliã, niſi aliter probetur falſitas. Verùm datur materia iudici ad inquirendum in alterutrum. & numero.17.*
16 *Teſtes inſtrumentarij ſi de directò contradicant contentis in teſtamento, nemo poteſt propterea de falſo puniri, nec notarius propter teſtes, nec teſtes propter inſtrumentum.*

## VOTVM XXVI.

SAluatoris mũdi ſuffragio inuocato, Amẽ,
Exorta lite inter nonnullos particulares
de terra Roccæ Bimontis ex vna, & Ma-
gnificum Hectorem Piſcicellum de Nea-
poli, vtilem dominum Roccæ prædictæ ex altera, ſu-

per eo, quod prętendebant particulares ipſi de domo
turtura, prout prętẽdũt eſſe vaſallos monaſterij ſancti
Ioannis, & ſucceſsiuè Trinitatis Cauenſis, & nõ ipſius
Magnifici Hectoris, & ſic re in iudicium deducta in
ſuprà ſcripto regio conſilio, dum ibidem per quam-
plures teſtes probaſſent, quòd illi de caſata turturæ,
ſunt vaſalli monaſterij prædicti, & econtrà præfatus
Hector per multos & quãplures teſtes probaſſet eoſ-
dẽ ab antiquo eſſe ſuos vaſallos: & prætendens teſtes
productos per ipſos particulares depoſuiſſe falſum,
ipſos de falſo accuſauit in magna Curia Vicariæ, cui
fuit reſcriptum per illuſtrẽ Viceregem de cauſa præ-
dicta ſibi relationem fieri debere in Collaterali con-
ſilio, & ea facta cum voto dixi, ex præmiſsis duobus
minimè falſitatẽ aliquam impingi poſſe. Conſtat au-
1 tem, † ꝙ indefinita in teſtibus, non æquipollet vniuer
ſali: vt per Innoc. & Doct. & maximè Panor. & plenè
Fely. in c. auditis. de præſcrip. & conſuluit Alexan. in
conſil. cviij. col. pen. incip. in cauſa & lite. ij. volum. &
Philip. Decius in conſil. c. vj. col. & Franc. de Curte,
in conſil. xvij. in iiij. col. in verſic. decimum facio fun-
damentũ. in conſiliis feudalibus: nec etiam articulus
ſeu poſitio continere adparet, ꝙ omnes de domo, ſeu
de caſata prædicta ſint vaſalli monaſterij ſancti Ioan-
2 nis: † & ſic quando teſtis ſimpliciter deponit, dictum
eius intelligitur ſecundũ articulum ſeu capitulũ, ſuper
quo examinatur, vt pulchrè dicit Bar. in l. Labeo. ver-
ſicu. ſed quæro, quid ſi teſtis. de ſupel. lega. & idẽ di-
cunt eſſe in probationibus, in quibus pariter ſicut &
in teſtibus indefinita non æquipollet vniuerſali: &
3 ideò ſi in inſtrumẽto diceretur † quòd Canonici talis
eccleſiæ quid tale fecerunt, non intelligetur de om-
nibus Canonicis. Ita dicunt Petrus de Anch. & Imol.
in c. quanto. de his, quæ fiunt à præl. ſine conſen. cap.
& ita voluit etiam Alex. in l. reſcriptum. ff. de pactis.
& in cõſi. cx. incip. viſis acutiſsimis. col. j primo vol.
Philip. Decius conſil. cxlvj. vj. colum. & ibi dicit Alex.
in dicto conſil. cx. quòd ſi teſtis depoſuit Titium poſ-
ſediſſe talem fundum, & non diceret de toto nõ con-
cludenter probaret, per illam rationem, quia in ma-
4 teria † probatoria indefinita non æquipollet vniuer-
ſali. Et idem tenet Alexand. in conſi. lxviij. incip. viſo.
ij. vol. & conſi. cviij. in cauſa & lite. eod. vol. & ſic con-
cludendum eſt, quòd illa indefinita non æquipollet
5 vniuerſali, vt intelligatur pro omnibus de illa † caſa-
ta, quia illa verba, illorum de illa caſata, poſſunt veri-
ficari in duobus de ipſa caſata. Ita dixit Oldo. in ſuo
conſil. c. in princip. primi dubij. Alexan. in conſil. vij.
incipien. ſuper hac dubitatione. in fine, primo vol. &
in conſil. cx. incipiẽte, viſis acutiſsimis. colum. j. eod.
j. volu. & plenè Philip. Decius in conſil. ccxxj. iij. col.
bene fateor quòd ſi in articulo, ſeu cap. contineretur
ꝙ omnes illi de caſata illa ſint vaſalli eccleſiæ ſancti
6 Ioannis, & teſtes ipſi ſe retuliſſent ad articulum, † tũc
indefinita æquipolleret vniuerſali, & intelligeretur
de omnibus. Ita dicit Ludo. Roma. in l. Celſus. de vſu-
cap. Frãc. de Are. in l. ſerui electione. de lega. j. & ante
eos Bal. in l. ſi non defendãtur. ff. de interro. actio. ſed
in articulo non dicitur, quòd omnes de illa caſata,
ergo &c. Et nihilominus quando ita teſtes dixiſſent,
quòd omnes de dicta caſata ſunt vaſalli ſancti Ioannis,
ad ſaluãdum dictos teſtes, conſuluit pulchrè Ludouic.
Roma in conſilio clxxx. incipien. In Chriſti nomine,
Amen. ſi admittimus totum Burgum, &c. in ij. colum.
7 † quòd cùm Papa dixerit in priuilegio cõceſſo eccle-
ſiæ Camalduenſi, monaſteriũ concedimus ſancti Se-
pulchri cum toto Burgo: intelligitur, id eſt, cum tota
parte Burgi: quæ ratione rerum aut perſonarum eſt
ordinis Camalduenſis: nec à mente iuris extranea ad-
parere debet præmiſſa interpretatio, cùm & alibi iu-
ris interpretatione vniuerſalis directò reducatur ſo-
lùm ad comprehenſionem particularium vt patet ex
gloſſ. in l. prima. C. de ſac. ſanc. eccle. & in l. qui certo
loco. ff. de condict. indebi. & præmiſſa interpretatio
8 maximè † aſſumenda eſt, tanquam abſurditatem tol
lens, quæ ſequeretur, ſi aliter intelligeretur. Ita con-
cludit Ludo. in prædicto conſilio clxxx. & ideò dixit
9 Imo. in cap. cauſam quæ. de reſcrip. † quòd teſtis non
dicitur falſum deponere, quando eius dictum poteſt
aliqua interpretatione verificari: vt in cap. cùm tut.
de teſtib. & not. Innoc. in capit. cauſam quæ, extrà de
reſcrip. Ita conſuluit Bald. in conſil. cccxxiij. in iiij.
volum. incipien. præmittendum eſt ad euidentiam. &
pro ſuprà dicto conſilio Ludo. ego etiam vltra ipſum
& præallegata poſt ipſum adduco, quòd dictum teſtis
10 † ad hoc vt ſaluetur, ſufficit aliquid eſſe verũ, vel non
eſſe implicitè: dicit glo. in cap. ſi quando. in verſic. ra-
tionabili. & ibi Butr. in recollectis & non in lectura.
extrà de reſcrip. & ſequitur Berta. in repert. in verſic.
teſtiũ impugnatio. ij. colum. in v. verſic. quod maxi-
mè concedendum eſt, cùm minimè falſum dici poſſet
11 id, quod † habet aliquid veritatis admiſtũ, prout con-
ſuluit Paulus de Caſtro in ſuo conſilio cl. & in l. cùm
filius. §. hæres meus, ff. de legat. ſecundo. & voluit etiã
Andræas de Iſer. in conſtit. regni. ſi damna. tertia col.
& ideò dixit Bartol. & Paulus de Caſt. in dicta l. cùm
12 filius. §. hæres meus. quòd † non dicitur falſum, quod
iuuatur primordio veritatis: maximè, cum ſemper fa-
cienda ſit interpretatio, vt falſum excludatur. Bald. in
l. iuriſgentium. §. quod ferè. de pactis. & in l. Impera-
tor. ff. de ſtatu homi. Alexand. in conſilio lxx. & lxxiij.
in j. volum. & in conſilio xciij. in v. volum. & Philip.
Decius in conſil. clxxxix. incipiẽ. Lætatus ſum. & ideò
dicit pulchrè tex. in l. quæ de tota. ff. de rei vend. quòd
legans fundum, cuius ſolùm dimidiam partem habet,
videtur legaſſe illam partem duntaxat, quæ ſua eſt: ar
13 guendo de toto ad partẽ. † Quod permiſſum eſt argu-
mentum, dixit Bartolus in l. ſerui electione. §. & cùm
fundus. ff. de leg. j. Nec ſuffragaretur eidem Magnifico
Hectori allegare, quòd teſtes ad ſui inſtantiam pro-
ducti, & longè in maiori numero, deponant illos de
caſata prædicta, omnes eſſe ſuos vaſallos: ob quod te-
ſtes ipſorũ particularium numero pauciores viden-
tur falſum depoſuiſſe: nam ex huiuſmodi contrarie-
tate inter teſtes vtriuſque partis, non reſultat ex hoc
14 falſitas, per id † quod dixit Baldus in l. duobus reis. §.
idem Pomponius. ff. de iureiuran. quòd ſi duo iurant
contraria, quamuis alter debeat eſſe periurus, tamen
propter incertitudinem nemo eorum poteſt de per-
iurio puniri. Idem notat Bald. in l. ſed ſi poſſeſſori. §.
ſed ſi verum. ff. de iureiurand. & in l. præſes. C. de ſen-
tentiis. & ideò dixit dominus Alex. de Imola in præ-
dicto §. idem Pompon. quòd quando teſtes hincinde
inter partes litigantes examinati, ſunt cõtrarij in ſuis
15 depoſitionibus, † nullus ipſorũ poteſt de falſo puniri.
& allegat Bald. in locis præallegatis. & idem in pro-
priis terminis conſulendo tenet, & ſequitur idẽ Alex.
in conſil. clxxix. in ij. volum. & idem ſequitur & tenet
Iaſon



Iaſ. licet prædicto conſi. Alexand. mentionem non fa
ciat, in d. l. duobus reis. §. idem Pompo. & ſubdit ibi
16 bene facere optimũ ſimile, quòd † ſi teſtes inſtrumen-
tarij de directo contradicant contentis in teſtamen-
to, nemo poteſt propterea de falſo puniri, nec nota-
rius propter teſtes, nec teſtes propter inſtrumentum
prout pulchrè tenet Spec. in tit. de teſte. §. j. verſic. ſed
pone, ecce iudex. in tit. de inſtru. editio. §. reſtat. ver.
ſed quid ſi vnus ex teſtibus. Anto. de But. & Panormi.
in cap. ad audientiam. de præſcriptio. & in c. cùm pa-
rati. de appellationibus. Panormita. in cap. cùm cau-
ſam. el primo. de teſti. Angel. & Imo. in l. j. §. ſi quis ne
get. ff. quemadmo. teſtamen. aperian. Rom. in l. j. §. ſi.
ff. de verborum obliga. Alex. in conſilio lxxiiij. incip.
viſo proceſſu inquiſitionis formatæ. ij. col. & in conſi.
lxxiiij. incipiente, viſo teſtamẽto Io. penul col. j. volu.
Ex quibus omnibus concluſum fuit per præallegata
minimè dici poſſe teſtes productos, ita vt ſuprà depo
17 nentes, falſum depoſuiſſe. † Verùm ex eorundem de-
poſitionibus dari materiam iudici ad inquirendum
in alterutrum. Ita concludit Bald. in l. teſtium: v. col.
in j. quæſtio. C. de teſti. & dicit hoc fuiſſe de facto Pa-
duæ, eo tunc legente. & idem tenet Franciſ. de Are. in
conſilio lxxj. incipien. Diligenter & maturè perſpe-
ctis. in v. colum. refert & ſequitur Iaſon. de Mayno in
prædicto §. idem Pomponius. Et huius voti fui, con-
currentibus vna mecum cæteris iudicibus meis con-
ſociis, approbante Collaterali regio Conſilio coram
Illuſtriſsimo Prorege, nemine diſcrepante.

Ego Thomas Grammaticus Iudex magnæ curiæ
Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio nunquam videtur prorogata ex contumacia: veruntamen ex contumacia incumbit onus probandi defectum iuriſdictionis.*

3 *Iuriſdictio nunquam intelligitur prorogata ex contumacia, ſi iudex erat ipſo iure incompetens: ſecus ſi per exceptionem.*

4 *Contumacia clerici coram iudice ſeculari non tenet, nec ex ea poteſt exigi pœna.*

5 *Contumacia eſt delictum.*
*Contumaciæ pœnam non poteſt exigere iudex ſecularis à clerico.*

6 *Clerici comparitio coram iudice laico, non eſt licita: nec prorogatio poſſibilis.*

7 *Citatus non tenetur comparere, ſi conſtat non eſſe de iuriſdictione citantis.*

## VOTVM XXVII.

INdiuiduæ Trinitatis præſidio iterato,
Amen. Dum fuiſſet inquiſitus & carcerã-
tus in magna Curia Vicariæ clericus Frã-
ciſcus de Anaſtaſio pro pluribus delictis
tanquam laicus, & contumax in omnibus reputatus
exiſtens, & priuilegium clericatus minimè allegaſſet
vſque ad eius carcerationem: demum docto de cleri-
catu prædicto, ac declarato per magnam Curiam
ipſum eſſe remittendum ad Curiam Archiepiſcopa-
lem Neapolitanam, fiſci patrono inſiſtente ante rea-
lem remiſsionem prædictam eundem clericum com-
pellendum ad ſolutionem pœnæ contumaciarum,
vt prætendit incurſarum, cùm de clericatu non exce-
perit, & contumax fuerit effectus, & dum altercatum
& hæſitatum fuiſſet ſuper prædictis per tres ex iudi-
cibus meis conſociis, & me reluctante, ac expreſsè
contradicente decretum fuit eundem clericum te-
neri ad ſolutionem pœnæ contumaciarum prædicta-
rum regio fiſco. & hoc per dictum Bartol. in l. non vi-
1 detur. ff. de iudiciis. † vbi dixit, quòd ſi ex forma cita-
tionis adparet, quòd citatus non tenetur comparere
vt quia in ea citatur per iudicem laicum talis cleri-
cus, ſeu presbyter, vel ſi citatur talis de Florẽtia cum
citetur apud iudicem Peruſinum de eo quod alibi fa
ctum eſt, & tunc ire non tenetur, nec citatio ipſum
arctat, & ideò Officiales quando procedunt contra
aliquem clericum licet male faciant, omittunt po-
nere in citatione, vel proceſſu aliquam demonſtra-
tionem, ex qua demonſtretur clericus: vt ſic propter
dubium teneatur ire ad allegandum priuilegium ſui
fori, tu potes dicere, quòd ſi eſt dubium reſpectu iu-
dicis, vel actoris, ſi tamen veritas eſt in ſe, quòd præ-
ſens iudicium ſuſcipere non compellitur, non videtur
latitare. vt ibi: & in l. vir bonus. iudi. ſol. quæ hoc ex-
preſsè probat: & ſic nõ poteſt perueniri ad ſecundum
decretum: nec ad aliud, quod paret plenum præiudi-
cium: bene tamen poterit mulctari, vel ad primum
decretum perueniri, vt in l. ſi quis ex aliena. ff. de iu-
diciis. & in l. ij. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. Ego verò
2 dixi contrarium eſſe verius, † nam ex contumacia
nunquam videtur iuriſdictio prorogata, verum tamẽ
eſt, quòd ex contumacia incumbit onus probandi
defectum iuriſdictionis declinanti forum, ſecundùm
Baldum in l. licet. C. de procura. Ange. in l. ex quacun-
que. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. Innocẽ. in cap.
fina. de dilatio. Bald. in l. geſta, de re iudicata. Bald. in
l. ſi quis ex conſenſu. tertia colum. C. de epiſcopali au-
dientia. quod maximè procedit, & dicit Bald. eſſe ve-
3 rum, † quòd ex contumacia nunquam videtur proro-
gata iuriſdictio, ſi iudex erat ipſo iure incompetens,
ſecus; ſi per exceptionem. idem tenet Innocen. in cap.
præterea. de dilatio. Angel. in l. ſecunda. §. fin. ſi quis
in ius vocatus non ierit. Sed quid opus eſt verbis? di-
co, quòd in caſu propoſito, in quo prædictus Franciſ-
cus citatus non comparuit in magna curia, & ideò
fuit contumax, contumacia ipſa non valuit, & ſic
4 non poterat, nec poteſt exigi † pœna ex ea, per ipſam
magnam Curiam tanquam iudicem laicum, coram
quo fuit contumax. Ita in propriis terminis voluerũt
Ioannes Andræas Antonius de Butr. & Abbas Panor-
mitanus, in capit. ſi diligenti. in penultima columna,
5 extrà de foro competen. † ex quo contumacia eſt de-
lictum, vt dicit gloſſ. in l. ſi filius. ff. de interroga. actio.
ideò iudex ſecularis non poterit pœnam contumacię
infligere contra clericum. cap. primo. extrà de cleri-
cis coniugatis, in ſexto. idem refert & ſequitur Iaco-
binus de ſancto Georgio in dicta l. non videtur. ff. de
iudiciis. Baldus in l. generaliter. la ſecunda. C. de epi-
ſcopis & clericis, & in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudiciis.
Et idem in propriis terminis conſuluit in ſpecie Bar.
in ſuo conſilio ccxxv. incipien. clericus ſub nomine.
& Philippus Decius in conſilio ccxlj. incipien. ſcripſi
aliàs. & idem in propriis terminis quæſtionis noſtræ
tenuit magnus Doctor, dominus Aegidius de Mãdal-
bertis in ſuis diſputationibus, in diſputatione inci-
piente, quæſtio talis eſt. & eſt inter diſputationes Pau
li de Leaza. Et ad Bartolum vbi ſuprà reſpondetur,
6 quòd clericis coram † ſeculari non eſt licita compa-

ritio, nec poſsibilis prorogatio, per cap. ſi diligenti.
de foro competenti. & omnia iura deteſtantur, quòd
laicus modo aliquo animaduertat in clericum. cap.
7 nullus iudicum. xj. quæſtione prima. † & ideò cùm
conſtiterit citatum non eſſe de iuriſdictione citantis.
non tenebatur comparere: vt notat Innocentius in
ca. ſi. extrà de appellatio. & tenet Henricus Bouerius
in ſingularibus ſuis in ſingulari xxviij. in verb. citatio
& peremptorium. incipiente, citatus. & idem reperi
nouiſsimè fuiſſe deciſum per Guidonem Papæ præſi
dentem Parlamenti Grationopolitani, in ſua deciſio
ne cccclſub rubrica, an mulctæ declaratæ contra
clericum antequam ſe allegaret clericum. Ex quibus
concludo contumaciam non ſubſiſtere, & collegæ
mei vereor, quòd grauiter errauerint. Demum fun-
cto officio, fuit habitus recurſus ad ſacrum Regium
Conſilium, per quod fuit remiſſa cauſa nouis iudici-
bus ſucceſſoribus: inter quos longa facta diſcuſsione,
fuit tandem votatum contumaciam non tenuiſſe: &
pignora depoſita per ipſum clericum, & aurea in poſ-
ſe perceptoris, aliàs actualiter non fuiſſet remiſſus ad
iudicem ſuum eccleſiaſticum, fuerunt eidem clerico
reſtituta mandato ipſius magnæ Curiæ.

Ego Thomas Grammaticus, Iudex magnæ Curiæ
Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia Vicariæ virtute cōſtitutionis regni mandat Officialibus in regno, vt intra duos menſes cauſam expediāt: aliàs ipſam aduocāt ad magnā curiam.*

*Et nedum hoc fit Officialibus Regis, verùm etiam Officialibus Baronis. nu. 2.*

3 *Princeps concedens iuriſdictionem alicui Baroni in vaſſallos, non videtur à ſe eximere iuriſdictionem, quin poſſit & ipſe quoque princeps cognoſcere ſi vult.*

4 *Princeps concedendo iuriſdictionem ſeu delegando cauſam alteri ſpecialiter committendo, nō videtur ipſam abdicaſſe ab alio ordinario ſuperiore: & multo fortius à ſemetipſo cognitionem, ſed ipſam accumulaſſe.*

5 *Principi ſeu domino ſemper remanet maior poteſtas & iuriſdictio, quàm in alium transferat.*

6 *Iuriſdictio regulariter videtur conceſſa accumulatiuè per principem, & per conceſſionem alteri factam non videtur ſublata ſeu adempta ab illo, qui per prius illam habuerat: ſed vt vtrique competat.*

7 *Imperator concurrit in iuriſdictione cum quocunque ſuo ſubdito.*

8 *Princeps ſi ſe de cauſa intromittat, eandem ad ſe, vel eius delegatum trahendo, nemo amplius ipſo principe inconſulto poteſt ſe in ea intromittere, quaſi fuerit ex hoc exempta ab ordinaria iuriſdictione.*

9 *Princeps poteſt ad ſui libitum iuriſdictionalia reuocare: & tollit quando vult.*

10 *Princeps concedens alicui iuriſdictionem ad vitam, non ex hoc videtur abdicaſſe à ſe poteſtatem ad libitum reuocandi, & alteri concedendi.*

11 *Princeps poteſt ſupprimere iuriſdictionem nedum ſingularium perſonarum, ſed etiam ciuitatum.*

12 *Iuriſdictiones fluunt à Rege, & refluunt ad Regem.*

13 *Princeps ſi in præmium bonorum ſeruitiorum conceſſit priuilegium iuriſdictionis alicui, nō ita reuocare poſſet ſine cauſa.*

14 *Princeps ſi conceſſit aliqua in præiudicium ſuæ dignitatis ſeu authoritatis ſupremæ, poteſt reuocare; & non tenetur obſeruare, Et ſubdit hoc verum, etiam ſi non eſſet enorme priuilegium. num. 15.*

16 *Cardinales ſi ante creationem Papæ aliquid ſtatuunt, & promittunt, quilibet ipſorum, ſi fuerit electus. illud obſeruare, ſi talis promiſſio cederet in præiudicium dignitatis ſeu authoritatis ſuæ, non tenebitur ad ipſius obſeruantiam.*

17 *Princeps tempore ſuæ creationis, ſi promittat aliquid ſibi præiudiciale, non tenetur ſeruare.*

18 *Principis donatio facta alicui tempore guerræ, vel in principio ſuæ acquiſitionis regni, non valet.*

19 *Princeps ſucceſſor poteſt indiſtinctè priuilegium gratiæ Regis ſui prædeceſſoris factæ alicui remittere.*

20 *Princeps ſi confirmat tale priuilegium, erit gratia, & ſi denegetur confirmatio, erit iniuria.*

21 *Iuriſdictio ordinaria poterit reuocari per principem concedentem ad libitum.*

22 *Princeps ſemper poteſt cauſam inferioris ad ſe aduocare.*

23 *Principis atteſtationi ſtandum eſt.*

24 *Princeps non poteſt reuocare priuilegium, quod tranſiuit in vim contractus.*

25 *Deus non ſubiecit contractus ſub poteſtate Principis.*

26 *Princeps ſucceſſor poteſt reuocare iuriſdictiones amplas conceſſas per prædeceſſorem in præiudicium ſuæ iuriſdictionis regni, vt ſunt iuriſdictiones ſecundarum cauſarum conceſſæ Baronibus, quia Rex non habet ibi niſi iuriſdictionem in habitu.*

28 *Dominus abutens iuriſdictione ſibi conceſſa per principem, poteſt de facili priuari iuriſdictione prædicta.*

## VOTVM XXVIII.

MAximi opificis ſuffragio iterato, Amen.
Dum ad querelam cuiuſdam pauperis in-
terfecti per quendam homicidam de terra
ſancti Seuerini reſcriptum fuiſſet per Illu-
ſtriſsimum dominum Proregem magnæ Curiæ Vica-
riæ, vt ſuper denegata, & retardata iuſtitia allegata,
debitè prouidere debuiſſet de iuſtitia: & ſucceſsiuè per
eandem magnam Curiam fuiſſet comminatum Offi-
ciali dictæ terræ, quæ eſt illuſtris Principis Salerni, vt
intra certum terminum expreſſum cauſam ipſam ex-
pedire debuiſſet iuſtitia mediante: aliàs per viam re-
tardatæ & denegatæ iuſtitiæ eſſet ad eādem magnam
Curiā aduocata: prout iam fuit elapſo termino com-
minato prædicto Illuſtri Principe reclamante ad ſa-
crum Regium Conſilium propter clauſulas in ſuis
priuilegiis contentas: maximè in priuilegio ſereniſ-
ſimi quondam Regis Ferdinandi primi, quòd non
poſsit comminari, nec per viam retardatæ aut dene-
gatæ iuſtitiæ cauſas ab eius officialibus aduocari. Hæ
ſitatum igitur fuit in eodem ſacro Regio conſilio,
an potuerit cauſa ipſa committi eidem magnæ curiæ
per Illuſtriſ. Proregem obſtantibus priuilegiis ipſius
Illuſtriſ. principis: & an obſtantibus clauſulis priuile-
gij prædicti potuerit cauſa ipſa ab eodem aduocari.
Ego dixi, quod abſque dubio proceſsit ipſius cauſæ co-
gnitio ſuper retardata ſeu denegata iuſtitia, commiſſa
eidem magnę Curię iudici regio, & vniuerſali in toto
regno, & qui tanquam vicarius & vices principis ge
rens, procedit in toto regno ſuper adminiſtratione
iuſtitiæ, maximè, vbi prætenditur in iuſtitia retarda-
ta, ſeu denegata, reſcribit officiali retardanti vel dene
1 ganti, vt prætenditur, vt infra duos menſes † cauſam
expe



expediat: vt in conſtitutio. regni, ſtatuimus. ſub rubri
ca de offici. magi. iuſtitia. & in conſtitutione, iuſtitia-
rij nomen & normam. dicitur, quòd ſi cauſa commiſſa
per ſuperiòrem, vt ſuprà, infra duos mēſes non expe-
ditur, quòd eo caſu dicitur iuſtitia retardata, & aduo-
catur ad ſuperiorem. & idem erit in Barone, cui Prin
ceps reſcripſit, vt faceret alicui iuſtitiam, ſi cauſam
2 ipſam nō expedierit: † niſi cauſæ neceſsitas requiret
longiorē terminum, quòd cōſtare debet, vt ibi. Ita di-
xit Paris de Put. in tracta. ſyndica. in tit. de officio ſyn-
di. viij. char. verſ. qualiter autē probabitur iuſtitiam
denegatam. in fi. dicti verſic. Nam ex huiuſmodi pri-
uilegij tenore non videtur Princeps ipſe concedens
3 † ſe excluſiſſe, ſeu à ſe iuriſdictionem abdicaſſe ſupre-
mam, quin & ipſe quoque cognoſcere non poſſet, ſeu
potuiſſet interdū, de quibuſlibet vaſallis ſeu ſubditis
in regno quando vult. Text. eſt ſingu. & peregrinus in
propriis terminis, in cap. dudum. de præben. in ſexto.
† & pro hoc bene facit, quia Princeps concedendo
4 iuriſdictionem ſeu cauſam alteri ſpecialiter commit-
tendo, non videtur abdicaſſe ipſam ab alio ordinario
ſuperiore: & multò fortius à ſemetipſo cognitionem,
ſed accumulaſſe: vt eſt caſus not. in ſimili in c. per hoc.
de hære. in vj. & in l. j. C. de offic. præfec. vrb. & ibi lo-
quitur text. de officio præfecti vrbis, cui non videtur
derogatum, ſi officiū certi generis cauſarum alij com
mittatur. & idem conſuluit Pet de Anch. conſi. clxiiij.
in iiij. col. in prima parte. & dixit idem Pet. de Ancha.
in conſi. xxviij. incip. rationes inductæ. per præallega-
5 tum text. in c. dudum. de præben. in vj. † quod ſemper
remanet domino & maior iuriſdictio, & poteſtas, quā
transferat in alium: & pro hoc bene facit, quia regu-
6 lariter iuriſdictio videtur † conceſſa accumulatiuè, &
non priuatè. & per conceſsionem alteri factam non
videtur ſublata ſeu adépta ab illo, qui per prius illam
habuerat: ſed vt vtriq; competat, vt per optima iura
comprobat Feli. poſt alios in c. paſtoralis. de offi. or-
dinar. quòd tantò magis procedit in Imperatore, qui
concurrit in iuriſdictione cum quocunque ſuo ſub-
dito: vt dicit Bal. in c. j. in tit. quis dica. dux vel march.
circa principium. & in c. j. in princ. qui feud. dare poſ.
vbi etiam loquitur de Papa. Hinc eſt, quòd licet in
priuilegio prædicto contineatur, quod nō poſsit cō-
minari: non tamen dicit Princeps, quòd huiuſmodi
comminatio fieri non poſsit à ſe, ſeu ſuas vices geren-
te, licet ab alio ordinario, quia perſona ipſius loquē-
tis excepta intelligitur. vulg. l. inquiſitio. C. de ſoluti.
& ipſe Imperator non poteſt dici Iudex ordinarius,
vel delegatus, cùm ab ipſo ordinariæ & delegatæ iu-
riſdictiones deriuare ac emanare adparēt: & ipſe creet
ac faciat iudices ordinarios & delegatos. l. j. ff. ad legē
Iuliam de ambi. l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. præfe. vrbi.
& not. in l. more. ff. de iuriſdictione omnium iudicum.
& in cap. cum ab eccleſiarum de officio delegati. &
8 ideò ſuccedit, quòd † ſi princeps ſe de cauſa intro-
mittat, eandem ad ſe, vel eius delegatum trahendo,
nemo amplius ipſo Principe inconſulto poteſt ſe in
ea intromittere: quaſi huiuſmodi cauſa fuerit exem-
pta ab ordinaria iuriſdictione, vt patet in cap. vt no-
ſtrum. de appellatio. & in cap. ſignificaſti. de offic. de-
lega. & in dicto cap. paſtoralis. & facit l. iudicium ſol-
uitur. ff. de iudic. quod maximè concedendum eſt in
iſtis iuriſdictionalibus, quæ Princeps ipſe poteſt pro
9 ſuo libito † reuocare, vt dixit Bald. in l. reſcripta. C. de
prec. Imperato. offer. Andræas de Iſer. in conſtitutio.
ea, quæ. ſecunda colum. ſub rubrica, quòd nullus præ-
latus, comes, vel baro. & idem Andræas in conſtitut.
priuilegia. in fine primi libri. in tit. de caſſa. priuileg.
& ibi ſubdit, quòd tollit quando vult: & ideò ſi con-
cederet alicui iuriſdictionem ad vitam, non ex hoc
videtur abdicaſſe à ſe poteſtatē ad libitum reuocan-
di, & alteri concedendi. not. Angel. in l. prima. ff. de
offic. eius. & dixit ſatis pulchrè Bald. in l. j. C. vnde lib.
11 quòd poteſt princeps ſupprimere iuriſdictionem † ne
dum ſingularium perſonarum, ſed etiam ciuitatum.
& idem ante eum tenet Innocentius in cap. quæ in ec-
cleſiarum. de conſtitu. Cardin. in cap. perpendimus.
extrà de ſenten. excom. Abb. in cap. nouit. de iudic. &
12 hoc, quia iuriſdictiones † fluunt à Rege, & refluunt ad
Regem. Bald. & Docto. in cap. j. §. ad hæc. de pa. iu. fir.
& fluunt, id eſt, per confirmationes, conceſsiones, &
commiſsiones, vt dicunt præfati docto. Bene tamen
verum eſt quòd ſi Princeps in præmium bonorum
13 † ſeruitiorum cōceſsiſſet huiuſmodi priuilegium, non
ita reuocare poſſet ſine cauſa. Ita pulchrè & ſatis ma-
giſtraliter Andræas de Iſer. in præallegata conſtitu.
ea, quæ ſub rub. quod nullus prælatus, comes. & tamē
in caſu iſto non reuocat, licet de cauſa cognoſcat,
ſed cauſa reuocationis eſſet in caſu, de quo agitur, &
potiſsima in principe, dum concedendo, quòd non
poſsit à principe Salerni, ſeu eius officialibus cauſa
aduocari per remedium retardatæ ſeu denegatæ iu-
ſtitiæ: nec etiam comminari, vt iuſtitiam faciant: hoc
enim longè ſatis præiudiciale eſt authoritati & di-
gnitati ſupremæ ipſius principis: & ex iuris diſpoſi-
14 tione † Princeps ſi aliquid conceſsiſſe adparet in præ-
iudicium ſuæ authoritatis, & dignitatis, ad volunta-
tem reuocabit: nec ad eius obſeruantiam tenetur, ſeu
obligabitur. voluit Andræas de Iſernia, in cap. impe-
rialem. de prohibita feud. aliena. per Federicū, verſi.
circa hoc videtur. imo etiam minimè teneretur illud
ſeruare in præiudicium ſuæ authoritatis. Ita dixit do-
minus Abbas in cap. ſicut. el ſecundo. per textum ibi
extrà de iureiurando. & ſubdit, quòd ſi Cardinales
16 † ante creationem Papæ aliquid ſtatuunt, & promit-
tunt quilibet ipſorum ſi fuerit electus, illud obſerua-
re, ſi talis promiſsio cederet in præiudicium dignita-
tis, ſeu authoritatis ſuæ, non tenebitur ad ipſius ob-
ſeruantiam. & idem not. conſuluit Calderinus in con-
ſilio tertio. in titulo de iureiurando. & facit textus in
cap. cùm veniſſent. in verſic. ipſe non timens. extrà de
inſtitutionibus. & idem ſequitur Felin. in cap. primo.
quarta columna. extrà de probationibus. vbi ſubdit
formaliter hoc eſſe bene not. ad infringendum pro-
miſsiones factas per Principes in principio eorum
17 creationis: † quia ſi ſunt præiudiciales, non tenentur
illas ſeruare: & ita dicit aliàs diffusè conſuluiſſe. Et
idem etiam in particulari tenuit dominus Ioannes
Lupi in rubrica, extra de donationibus inter virum
& vxorem. charta xliij. vbi formaliter dicit, quòd
donatio per Regem facta tempore guerræ, vel in
18 principio † acquiſitionis ſtatus & regni, non valet:
& eundem etiam refert & ſequitur Ioannes Neuiza.
in ſua ſylua nuptiali, in vltima charta. penultima co-
lumna, vbi enumerat caſus in quibus non eſt paren-
dum principi reſcribenti: ſed expectari debet ſecun-
da iuſsio: & tanto magis, quia non ſumus in ipſo Re-
ge, qui conceſsit: ſed in ſucceſſore, qui indiſtinctè
poteſt

19 poteſt tale priuilegium gratiæ factum † per ſuum prę
deceſſorem remittere. per textum in cap. ſi is, cui. de
præbendis in ſexto. ita dixit Cynus & Albericus de
Roſate in l. digna vox. tertia columna. C. de legibus.
& idem voluit Baldus in titulo, de pace conſtantiæ.
in verſic. amplius. & melius Franciſcus de Aretio in
cap. nouit. de iudiciis. per textum in cap. ſuggeſtum.
de decimis. & idem firmat ibi Felinus in ſeptima &
octaua columna. licet Baldus in ſuo conſilio cclxxvj.
in tertio volumine. dixerit, quòd de iſta quæſtio. nun-
quam fuit facta pax inter ſapientes. & alibi idem Bal-
dus in conſilio xcvj. in eodem tertio volumine, dicit,
20 quòd ſi confirmetur tale priuilegium, erit gratia: † &
ſi denegetur confirmatio, erit iniuria, & ſic reſidebit
in pectore ſucceſſoris. Et pro hoc bene facit, quia iu-
riſdictio ordinaria poteſt reuocari per principem
21 † concedentem ad libitum. vt in l. meminiſſe. ff. de of-
ficio proconſu. & lega. & ideo Imperator Federicus
fecit reuocationem priuilegiorum, quæ conceſſerat
certis ciuitatibus regni, vt homines ipſarum non po-
tuiſſent citari per iuſtitiarios, & ſi citarentur, non
tenerentur comparere, vt dicit conſtitutio, priuile-
gia. in rubrica. ideo dicit Bartolus in l. non ambigi-
tur. ff. de legibus. poſt Guliermum de Cun. ibi, quòd
populus Romanus qui conceſsit iuriſdictionem Im-
peratori, poſſet illã reuocare, per l. ij. §. exactis. ff. de
22 origine iuris. Nam ſemper Princeps poteſt † cauſam
inferioris ad ſe aduocare. cap. vt noſtrum. de appella-
tionibus. & iſte eſt vnus de modis, per quem iuriſdi-
ctio finitur. vt dicit Hoſtienſis in ſumma de officio
ordi. verſic. & qualiter finiatur. bene verum eſt, quòd
dici poſſet, quòd iuriſdictio & merum imperium
prædictum fuerunt conceſſa ipſi principi, & ſuis præ-
deceſſoribus propter bene merita, & ſeruitia: vt liquet
ex tenore priuilegij ipſius Principis, cuius atteſtatio-
23 ni ſtandum eſt: † vt in cap. porro. de priuilegiis. & in
clementina prima. de probationibus. Ita dixit Lucas
de Penna in l. ſecunda. C. de mancipiis & colonis pa-
trimonialibus. libro xj. Nam eo caſu non poteſt tale
priuilegium reuocari per Regem: vt dicit Andræas
de Iſernia in conſtitutione regni, ea quæ ad decus &c.
quia ſicut datum per Regem, non poteſt reuocari ſine
cauſa: vt in l. prima, & ſecunda. C. ne fiſc. rem, quam
vendic. euincat. libro decimo. ita non poteſt merum
imperium, quod conceſsit reuocare: quia iura incor
poralia quaſi traduntur, vt in l. ſeruus. §. incorporales
ff. de acquirend. rerum dominio. & bene facit, quòd
quando priuilegium tranſit in vim contractus, non
24 poteſt per principem † reuocari ſine cauſa, per textũ
in l. fundi. C. de fundis patrimonialibus. libro xj. &
in cap. primo, de feudo ſine culpa non amittendo. &
plus dixit Bal. in l. prima. C. de conſtitutionibus prin
cipum. quod conceſſa per principem iure contra-
ctus, non poſſunt nec per eundem principem, nec per
eius ſucceſſorem reuocari. Ita dixit Petrus de Ancha-
rano, in cap. quoniam. de conceſsione præbend. in
ſexto. Alexander in conſilio cxcj. iiij. colum. in ſecun
do volum. nam cùm princeps contrahit, tenetur ad
ipſius contractus obſeruantiam, niſi ex iuſta cauſa: vt
conſuluit Alexander in conſilio primo. ſexta colum.
25 in ſecundo volum. Ex quo Deus non ſubiecit † con-
tractus ſub poteſtate principis. dixit Baldus in cap.
primo. de natura feud. vnde non poterit reuocare,
niſi ex cauſa: vt quando ſibi non adimpletur, quod
adimpleri debet, ſecundum Baldum in l. penult. C. de
dona. inter vir. & vxor. & Baldus in additio. Specu. in
tit. de ſenten. colum. xxiij. verſi. ſententia quoque. Pet.
de Ancha. in repeti. c. canonum ſtatuta. quæſt. xiiij. in
ij. col. extrà de conſti. Fulg. in conſil. ccxv. incip. nec
arguendi ſumus. in ij. volum. & in conſil. j. ij. colum. j.
volum. Roman. in l. ſi verò. §. de viro. xxiiij. fallen. ff.
ſolu. matri. & in conſil. lxvij. & cclv. & ccl. & dicitur
ſatis poſſe reuocare cum cauſa, dum adparet à ſe abdi
caſſe ius ſuperioritatis per tales clauſulas: quo caſu
non poteſt ſe expropriare omni iuriſdictione & ſu-
perioritate. Ita concludit Baldus in prælud. feud. iiij.
colum. in fin. & ſequitur Marti. Laud. in cap. j. in fin. v.
col. qui feu. dare poſſ. Car. in prælud. circa med. x. col.
& Iaſ. ibidem, xxv. col. & Alex. in l. filio, quem pater.
ff. de liber. & poſthu. Imo. in rubrica, ff. de verb. oblig.
& in conſil. cclxxiiij. Bald. in conſi. ccciij. poſt princi-
pium. in iij. vol. Hinc. dixit Affli. noſter Neapo. in præ
lud. conſtitu. regni quas facit ante proœmi. & propriè
in xxiiij. q. in ij. col. quòd quidam magnus aduocatus
fiſci tempore Gallorum, ꝙ ex quo tempore Regis Al
phonſi primi fuit cõceſſum merũ & miſtum imperiũ
Baronibus priuatiuè ad magnã curiam vicariæ. quòd
eſt ius regale ipſius regis, vt in c. j. quæ ſint rega. & cõ-
ſtitu. regni, ea quæ ad decus. propter quod ita cõceſ-
ſum, Barones ſunt ſicut Reges in terris ſuis, maximè
illi, qui habent etiam ſecundas cauſas, & Rex ibi non
habet niſi iuriſdictionẽ in habitu: & faciunt quicquid
volunt, & ideo quia ex poſtfacto incipit lædere coro
26 nam, † & regnum, & ſtatutũ publicum, ꝙ ſucceſſor in
regno poſſet reuocare, prout tenet Fran. de Are. in c.
nouit. de iudi. per text. in c. ſuggeſtũ. de deci. & firmat
Feli. in d. c. nouit. in vij. & viij. col. & in c. j. de probat.
ita dicit Affli. vbi ſuprà. & hæc maximè concedenda
ſunt procedere in hoc regno, in quo ſolus Rex eſt do
27 minus perſonarum † in regno ipſo degentium, vt dicit
tex. in c. regni, ad regale faſtigium. & in c. finis præce-
pti, charitas. & in conſtit. regni, quia frequenter. ſub
rubrica de homi. non tenendis ratione terrę &c. vnde
maximum præiudicium inferretur principi & eius di
gnitati, ac prærogatiuæ, ſi de iuſtitia retardata aut de-
negata ſubditis, quorum ipſe eſt principalis dominus
etiam perſonarum, non poſſet ſe intromittere, cogno
ſcere, & prouidere circa bonam adminiſtrationem
iuſtitiæ, ex quo præſupponendum eſt de neceſsitate,
quod iuriſdictio fuerit conceſſa per ipſum ſupremum
principem præfato quondam Illuſtr. Roberto & ſuc-
ceſſoribus, vt bene ipſa ac canonice vtantur in vaſal-
los, nec abuterentur, cùm eo in caſu dominus abutẽs
28 † iuriſdictione ſibi conceſſa poſſet ea de facili priuari,
dixit Bal. in c. j. qualiter domi. proprieta. feu. priue. &
plenè Iacob. de Sancto Georgio in tractatu de homa-
giis. per ſex colũnas. Ex quibus omnibus & eorũ ſin-
gulis concludo minimè refrænandam ſupremi prin-
cipis poteſtatem, ac authoritatem, ſed iure licito po
tuiſſe ac poſſe cognoſcere, & cõminari ob iuſtitiam
retardatam, aut denegatam regnicolis, ſeu quibuſcũ-
que in regno iſto degentibus, non, obſtãte priuilegio
prędicto. Quod quidem debet cum grano ſalis intel-
ligi & practicari, claua diſcretionis non errante, &
quia res cepit exitum per alia media, & pars offenſa
concordata, non fuit aliter deciſa.

Ego Thomas Grammaticus Iudex magnæ Curiæ
Vicariæ.

S V M



S V M M A R I V M.

1 *Cuſtos carceris etiam pro leuiſſima culpa tenetur crimi-
naliter.*
2 *Carcerarius tenetur de negligentia, & debet ſtare per
annum in carceribus: & bona eius publicantur, &
hoc de iure conſtitutionum regni, verùm de iure ciuili
remouetur ab officio ob eius negligentiam. & num. 3.*
4 *Negligentia magna, culpa eſt, & magna culpa, dolus
eſt.*
*Carcerarius dicitur præuidere locum carceris, & princi-
paliter ianuam, & ſingula neceſſaria præuidenda.*
5 *Carcerarius dicitur vti diligentia, dum tenet carceratos
pro delicto in compedibus & cippis.*
6 *Cuſtos carceris, tenetur de lata culpa, ſicut alius de dolo
& capitaliter & ita punitur.*
7 *Carcerarius adhibens in cuſtodia omnem ſuam diligen-
tiam neceſſariam, ſi ex caſu aufugerint carcerati, non
tenetur ipſe, licet in dubio fuiſſet præſumptio contra
cuſtodem.*
9 *Officialis tenetur de culpa cuſtodis, quem adpoſuit, ac
etiam de negligentia, ſi captiuus aufugit.*
10 *Officialis exhibendo cuſtodem carceris, non euadit pœ-
nam. & nu. 11. & 12.*
14 *Carcerarius cuius culpa carceratus pro crimine aufugit,
debet pœna capitali puniri, vt ſi dolo vel pretio cor-
ruptus fuit, & ſi negligentia vel culpa eius pariter pu
niendus eſt, licet culpa & neglig ẽtia fuerint ſine dolo.*
16 *Tria ſunt ſpecialia contra poteſtatem, cui carceratus pro
crimine capitali aufugit, primò, quòd incumbit ſibi
onus probandi diligentiam, quòd carceratus caſu au-
fugit, ſecundò quòd non liberatur exhibendo cuſtodem
carceris, tertiò, quòd pro negligentia & culpa tenetur
pœna capitis.*

## VOTVM XXIX.

SVmmi opificis ſuffragio petito, Amen. In
cauſa honorabilium Antonij & Hierony-
mi de Carnago de Neap. fratrum, cum Re
gio fiſco, ſuper petita priuatione officij cu-
ſtodiæ carcerum ipſius magnæ curiæ, quod eſt ipſo-
rum inquiſitorum: & hoc ex cauſa duorum carcera-
torum degentium in eiſdem carceribus, pro crimini-
bus capitalibus: vt prætenditur per Regium procura-
torem fiſcalem, ex culpa & negligentia ſubſtituti ipſo-
rum, cùm reperto oſtio aperto receſſerint: pro eo
quòd Antonius Puluerinus ſubſtitutus per eoſdem
fratres in dictis carceribus fatetur reſeraſſe oſtium
prædictum, verùm non præuiderat catenacium oſtij
non fuiſſe ingreſſum foramen, vt conſueuerat, ad re-
ſerandum. Hæſitatum igitur fuit inter iudices ipſius
magnæ Curiæ, meos collegas, an huiuſmodi culpa &
negligentia cuſtodis habeat officere eiſdem fratribus
principalibus dominis ipſius officij, maximè cùm
eundem Antonium Pulucrinum eorum ſubſtitutum
exhibuerint carceratum magnifico fiſci patrono, &
etiam procuratori? Et præmittendo quòd in priuile-
gio conceſsionis officij prædicti facto per quondam
Sereniſsimum Regem Ferdinandum primum, quon-
dam honorabili Bernardino Carnago genitori præ-
dictorum Hieronymi & Antonij, eſt expreſſa clauſu-
la, quod poſsit in dicto officio inſeruire per ſubſtitu-
tum, ſed quòd de eius culpis & defectibus ipſe prin-
cipaliter teneatur, ſic & eius hæredes & ſucceſſores in
1 eodem officio. † Succedit, quòd leuiſsima culpa non
puniatur criminaliter, vt dicit Cyn. in l. ſi quis non
dicam rapere. C. de epiſ. & cler. tamen erit hoc ſpecia-
le in cuſtode carceris. Ita dixit Bald. in l. ſi eius rei. §.
de præteritis, aliàs, denique. ff. de vſufruct. & ſequitur
Paris de Puteo, in tract. ſyndicatus, in ver. incipiente
carcer. cap. an ſi plures. iij. col. vbi ſubdit, quod de iure
conſtitutionis regni cuſtodes, quod corrigit ius com-
mune, carcerarius tenetur † de negligentia, & debet 2
ſtare per annum in carceribus, bonis eius publicatis,
& ſi fraude dimiſerit carceratos abire, tenetur pœna
capitali, nam aliàs de iure ciuili cuſtos † negligens re- 3
mouebatur ab officio duntaxat. l. carceri. & l. fin. ff. de
cuſtod. reo. & conſuluit Paul. de Caſt. in ſuo conſi. xlij.
quòd carcerarius, eſt quidam depoſitarius carcerato-
rum, argumento l. primæ, in princip. & l. Lucius. verſi.
quòd aliud. pro quod qui officium in cuſtodiam ha-
bet, à publico ſalarium & mercedem pro cuſtodia
alicuius rei accipit, is illius rei periculum præſtare te-
netur. l. qui mercedem. ff. loca. vbi glo. dicit, quòd de
omni culpa tenetur. l. videamus. eod. tit. & latè per gl.
& Barto. in l. eum qui. §. ſi epiſtolam. ff. de fur. vbi qui
ſuſcipit rei cuſtodiam & pretium, tenetur de pericu-
lo ſuccedente, & quòd fuerit in culpa, & propterea
teneretur, nam carcerarius tenetur de negligentia,
vel culpa, vt in prææallegatis iuribus. nam magna ne-
gligentia culpa eſt, † & magna culpa dolus eſt. l. ma- 4
gna. de verborum ſignification. & aliàs magna negli-
gentia eſt quaſi dolus. l. merces. §. culpæ. ff. loca. & l.
quòd ſi nolit. ff. de ædil. edict. §. culpa. & l. ſi quis fun-
dum. ff. locati. §. Imperator. Et ideò ſuccedit, ꝙ omne
reprehenſibile, eſt culpa, argumento l. ſi per impru-
dentiam. ff. de euictio. & cuſtodem non præuidere, ſi
oſtium carceris eſt reſeratum, vel apertum, dum cla-
uem eripit ab ipſo oſtio, quis enim hoc non reprehen
ſibile & impunibile arbitrabitur? certè nemo, cùm
carcerarius teneatur præuidere locum carceris, &
principaliter ianuam, & ſingula neceſſaria præuiden-
da, prout tenetur quotidie facere: per text. in l. ij. C.
de cuſto. reorum. & non faciendo, fuit in culpa. l. qua
actione. §. ſi quis. & l. ſi ex plagiis. §. in cliuo. ff. ad le-
gem Aquiliam. Nam ex quo prædicti captiui qui au-
fugerunt, erant in caſu pœnæ corporis afflictiuæ &
condemnationis, imò alter ipſorum erat in perpe-
tuum condemnatus in triremibus, debebat eoſdem
cuſtos ipſe diligentius cuſtodire. l. ſi quis filio. §. eius.
verbo, diligentioris cuſtodiæ. ff. de iniuſto rupto & ir-
rito teſtamento. Et ideò debebat ipſos tenere in ma-
nicis ſeu cippis ferreis, maximè quia non ignorabat
cuſtos ipſe, quòd tanquam tuto & magis fido carceri
ibidem conſueuerant delinquentes grauiorum cri-
minum detrudi, vt demum in tortura, quæ de proxi-
mo ibidem detruſis infertur, & inferebatur, vt veri-
tatem delicti faterentur, & ideò vulgariter carcer ve-
ritatis communi vocabulo nuncupatum extitit, & ſic
5 infertur, † quòd debebat cuſtos ipſe vti diligentia, &
eoſdem carceratos in compedibus & cippis detinere,
vt dicit text. in l. ij. C. de cuſtod. reor. ſecundum Bald.
vbi ſuprà, allegatum in prædicto §. eius. vbi etiam
ſubdit, quòd dicitur diligenter cuſtodire, qui aliquem
ligatum tenet manibus & pedibus, cùm ſit ſpeciale in
6 cuſtode carceris, qui de lata † culpa tenetur, ſicut alius
de dolo & capitaliter: & ideò ita punitur. l. milites. ff.
de cuſtod. reor. ſecundum Ludouicum in l. in actioni-
bus. ff. de in litem iurand. ita formaliter tenet Paris de

Put.

Put. in tractatu ſyndicatus, in verſiculo carcer.cap.an
ſi plures carcerati. ſecunda columna. & inſuper alle-
gat Bald. in l.ad commentarienſem. C. de cuſto. reo.
dicere, quòd cuſtos carceris ratione culpæ tenetur ca
pitaliter: quia in ſua fide cuſtodiendos recepit. Hinc
debuit eſſe ſumpta conſtitu. regni, cuſtodes: & ideò
7 ſubdit Par. ipſe ſe putare diſtinguendum, quòd † ſi car-
cerarius adhibuit in cuſtodia carceratorum omnem
ſuam diligentiam neceſſariam: vt quia retinebat car-
ceratum cùm ferris & cippis, ſeu catenis in carcere,
ſecundum qualitatem & exigentiam delictorum car-
ceratorum, ac ætate & robuſticitate ipſorum: iuxta
text. in l.j.de cuſto. reo. & aufugerint: & tunc non te-
netur carcerarius: quia non eſt in culpa, quia adhibet
diligentiam, quàm debet. vt not. in l.ſi negotia. ff. de
nego.geſt. quia adhibuit diligentiam, quam debuit: vt
in l.ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. licet in
8 dubio † ſit præſumptio contra cuſtodem: per l. penult.
C.de cuſtod.reo. & per l. ad commentarienſem. & idẽ
tenet Angel. in l. milites. ff. de cuſto. reo. Ex quo dici-
tur quem diligenter cuſtodire aliquem, dum tenet
ipſum ligatum bono ligamine, & quòd officialis te-
9 neatur de culpa cuſtodis, quem appoſuit, † ac etiam de
negligentia, ſi captiuus aufugit, tenet in ſpecie Flor. in
l. ſi fornacarius. aliàs in l. ſi quis inſulam. §. ſi fornaca-
rius. ff. ad legem Aquiliam. Nec ſuffragaretur prædi-
ctis fratribus allegare, quòd prædictus Antonius Pul-
uerinus eorum ſubſtitutus, fuit per eos exhibitus in
magna curia vicariæ magnifico fiſci patrono, & pro-
10 curatori, & eſt iam in carceribus eiuſdem † ad ipſorũ
inſtantiam, quo caſu videntur ipſi liberati, prout di-
cimus, in ſimili de domino, cuius familia deliquit,
quòd eam officiali exhibendo liberatur, quia hoc ve-
rum eſſet in eo, qui gereret officium publicum, ſecus ſi
11 priuatum, † quia eo caſu tenebitur ex delicto familiæ,
& non liberatur exhibendo familiam. Ita dicit Bart.
in l. prima. §. familię. ff. de publica. per not. in dicto §.
familiæ. & non liberatur exhibendo eam. idem not.
Barto. in prædicta l. prima. §. quod nouiſsimè. quod ſe-
quitur ad dictum §. familiæ. per not. in prædicto §. fa-
miliæ. & ibi omnes Doctores ſequuntur Bartolum. &
idem tenet Abbas poſt alios in cap.j. extrà de reſtitut.
ſpoliatorum. ſolus tamẽ Raphael in prædicto §. quod
nouiſsimè. ff. de publicanis. dicit dictum Bartol. non
habere rationem, quare magis in officio publico de-
beat teneri præcisè abſque facultate exhibendi, cùm
in publicis officiis gerendis maior diligentia requira-
tur in eligendis, & exercendis probis hominibus, &
adducit Bartol. in l. ſi cum exhibuiſſent. §. penultimo,
ff. de public. qui dicit, quòd nulla poteſt reddi ratio
quare ita prætor ſtatuit in hoc edicto, niſi quia ita ſibi
placuit, attamen in ſubſtituto cuſtodis carceris, in
quo in præſentiarum ſumus, deputato ad cuſtodiam
carceris, cuius culpa captiuus aufugit, principalis car-
cerarius eundem ſubſtituens, tenetur, per regulam di-
12 ctæ l. prima. §. familiæ. nec per exhibitionem † ſubſti-
tuti liberatur, per textum in dicta l. ad commentarien
ſem. quem inibi pulchrè ſummat Angel. ibi, dum dicit
principales carcerum ſumma diligentia debent cu-
ſtodiri facere carceratos, ne fugiant, ſubituri pœ-
nam fugientis, nec liberantur exhibendo cuſtodem
deputatum. qui text. videtur deſtruere omnes præal-
legatas doctrinas. Et hoc, quia fuit in culpa minus
idoneum ſubſtituendo in dicto officio, per gloſſ. in
dicta l. ad commentarienſem. Ita concluſsiuè reperio
tenuiſſe excellentem dominum Antonium de Alex.
in additionibus ad Bartolum, in dicta l.j. §. familiæ.
ff. de publicanis. vbi ſubdit, quòd eſt pulchra limita-
tio ad hæc dicta, & quòd aliàs fuit de facto in fuga An-
tonij Iacomini de Florentia, & idem poſt prædictum
dominum Antonium reperio tenuiſſe domin. Amod.
Iuſtin. in ſuo tracta. ſyndic. in verſi. item in eo, quòd
dicti ſocij milites fuerunt negligentes. lvj. charta. in
tracta. vbi formaliter dicit, vt caueant & prudenter
attendant milites, quibus cuſtodia carceratorum &
carcerum commiſſa eſt, ne carceratus pro crimine
capitali aufugiat, quia ipſi eadem pœna venirent pu-
niendi, per dictam l. ad commentarienſem. quod qui-
13 dem intelligendum † eſt, ſi dolo vel pretio corrupti
fuerint, per textum in l. fina. ff. de cuſtod. reor. ſi verò
negligentia vel culpa ipſius cuſtodis aufugiat, etiam
& ipſe cuſtos eadem pœna puniri debet, per dictam l.
ad commentarienſem. ibi, & ſi reus aliquo modo fue-
rit lapſus, ipſum cuſtodem volumus eadem pœna te-
neri. & ideò ſubdit formaliter in vulgari, dicendo,
*non te fidare de pregione ſer gaſpare ſi non vuole che te ſia*
*moza la teſta*. & plus ſubdit, quòd nec propterea libe-
ratur poteſtas exhibendo militem, vel alium familia-
rem, quem deputauerat ad cuſtodiam carceris, vt di-
cit ibi text. & eſt caſus ſpecialis ſecundum glo. & Bal.
14 quòd de † culpa & negligentia ſine dolo, poteſtas, mi-
les, ſocius, cuſtos carceris, tenentur pœna capitis. &
ideò iterum dicit, *guarda bene el pregione ſer Gaſpar*:
regulariter autem contrarium eſt, quia in lege Corne-
lia de ſicariis. vbi non eſt dolus, non imponitur pœna
capitalis, vt no. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran.
& facit l. fin. ff. de cuſto. reo. vbi text. dicit ad literam,
non facilè committi debet cuſtodia carceris tironi,
id eſt, nouo officiali, quia vt ſubdit ibi text. ſi carcera-
tus aufugit, mala electio aſcribitur culpæ poteſtatis
eligentis cuſtodem, verum ſi carceratus pro qualitate
delicti & conditione perſonæ detineatur in carcere
conſueto, & in vinculis, & aufugit, parcitur officiali
15 † & militi, dummodo ipſe probet caſum fugæ ſine
culpa ſua, vt eſt text. dictæ l. fin. in verſic. ergo ſine ca-
ſu, & ſic eſt ſpeciale, quòd ipſi cuſtodi incumbit onus
probandi, quòd ſine culpa ſua aufugit, quia officium
eius erat cuſtodire diligenter. ideò debet probare di-
ligentiam, aliàs alleganti culpam incumbit onus pro-
bandi, vt not. Bart. in l. ſi quis ex argentariis. §. fina. ff.
de edendo. & ſic per pręd icta ſubdit ſe aliàs conſuluiſ-
ſe in ciuitate Senarum, in fauorem capitanei militis
ſocij, cui aufugerat carceratus pro crimine aſſaſsina-
tus, quia tenebatur in loco conſueto in compedibus
& ligatus, & nihilominus aufugit, quod ex quo deli
ctum non fuerat conſummatum, & ille eo caſu venie-
bat plectendus pœna pecuniaria, quòd bene diceba-
tur carceratus eo modo, vt ſuprà, & ſubdit etiam ita
fuiſſe conſultum per multos alios Doctores, & iudi-
catum per eius ſyndicatores, quia ſi detinetur ligatus,
dicitur ſub fida cuſtodia detineri. l. prima. §. fin. in glo.
in verſic. permittitur. ff. de ſer. fugiti. & ſic cuſtos ex-
cuſatur. & idem not. Innocen. in cap. nuper. in princi.
de ſententia excommunicationis. & hæc dicit eſſe
menti tenenda prædictus domin. Amode. & inſuper
vltimò concludit tria eſſe ſpecialia contra poteſta-
16 tem, cui carceratus pro crimine † capitali aufugit.
Primum, quòd incumbit ſibi onus probandi diligen-
tiam



tiam: & quòd carceratus caſu aufugit: non autem alle
gans negligentiam, hoc caſu tenetur eam probare. l.
cùm ita. §. ſpecies. & ibi not. ff. de legat. ij. licet regula
ſit in contrarium, in l. ij. ff. de probationibus. Secun-
dum ſpeciale eſt, quòd non liberatur exhibendo mi-
litem, ſeu cuſtodem carceris: ſed tenetur etiam ipſe
pœna capitali: dicta l. ad commentarienſem. regula-
riter autem contrà, in l. ſi cùm exhibuiſſent. ff. de pu-
blica. Tertium ſpeciale eſt, quòd pro negligentia &
culpa tenetur pœna capitis: dicta l. ad commẽtarien-
ſem. regulariter autem contrà, dicta l. in lege corne-
lia. ff. de ſicar. ſed licet Bald. hoc firmet in dicta l. ad
commentarienſem. tamen text. ibi: in dicta l. fin. ff. de
cuſto. reo. videtur dicere, quòd ſi non eſt in dolo, pu-
nietur pro modo culpæ arbitrio iudicis: quod ſubdit
eſſe tenendum menti perpetuò: & ideò cùm nulla di-
ligentia probata fuerit per prædictos cuſtodes, imò
conſtat de negligentia, qua mediante carcerati aufu-
gerunt, & licet per conſtitutionem regni, cuſtodes.
talis pœna ſit publicationis bonorum omnium vltra
perſonalem detẽtionem, vbi ob negligentiam cuſto-
dis captiuus aufugerit, attamen conſiderando, quòd
non principaliter ipſi fratres principales cuſtodes de-
liquerunt, niſi quia minus idoneum ſubſtituerũt, ideo
prædictos Ant. & Hieronymum de Carnago fratres,
& principales cuſtodes pœnam priuationis prædicti
officij carcerum incurriſſe duntaxat, voti ſum, inhæ-
rendo iuris communis diſpoſitioni, tãquam mitiori,
qua cauetur cuſtodem negligentem ab officio remo-
uendum, in quo negligẽtiam commiſit, per l. carceri.
& l. fi. ff. de cuſto. reo. intelligendo de ipſis cuſtodibus
diligentem, & idoneũ ſubſtituere, cùm aliter in dolo
non fuerit, vt pœna etiam corporali afficiendi veni-
rent. Et ita in hanc ſententiam ex meis præallegatis
iuribus inclinauit tota magna curia, nemine diſcre-
pante. & fuit lata ſecundum eam diffinitiua ſententia,
vltima die Auguſti, qua officio dictæ magnæ iudica-
turæ functus ſum in anno M.cccccxxv.

Ego Thomas Grammaticus Iudex magnæ Curiæ
Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Delictum veneni, eſt occultum, & ideò in eo debet iudex eſſe promptior ad torturam.*
2 *In enormibus licet iura tranſgredi.*
3 *Mendax de iure torqueri poteſt.*
6 *Trepidatio & inconſtantia, & titubatio, facit indicium contra inquiſitum.*
5 *Erubeſcere pallere, & inconſtanter loqui, ſunt ſigna malæ conſcientiæ.*
6 *Inimicitia an ſit ſufficiens indicium ad torturam.*
7 *Teſtes parte non citata non probant, nec ex eis reſultat indicium etiam ſi eſſent mille teſtes ita examinati. & numero 8.*
9 *Princeps non poteſt tollere defenſiones inquiſito, in cauſa criminali cùm defenſio ſit de iure diuino, quam princeps tollere non poteſt. & nu. 10. & 11.*
12 *Princeps poteſt tollere defenſionem de iure ciuili competentem ſed non eam, quæ competit de iure naturali.*
13 *Princeps non poteſt mandare de poteſtate ordinaria, quòd quis torqueatur abſque indicijs.*
15 *In enormibus quòd licet iura tranſgredi, non eſt ita ſimpliciter verum. Item intelligitur in cauſis arduis, in quibus incurritur ſtatus reipublicæ:*
16 *Mendacium quòd non ſit indicium ad torturam.*
17 *Inconſtantia trepidatio, & pallor, requiritur quòd copulatiuè concurrant, vt faciant indicium Et tamen multi ob periculi magnitudinem ſeu cordis debilitatem ſimilia peragunt, & tamen ſunt innocentes.*
18 *Inimicus probata conuerſatione præſumitur reconciliatus.*
19 *Inimicitia cauſata culpa eius, qui ipſam allegat, an ſit imputanda.*
20 *Inimicitiæ indicium non eſt de per ſe ſufficiens ad torturam.*
21 *Iudex licet habeat arbitrium liberum: tamen non poteſt ex hoc torquere non præcedentibus legitimis indicijs, nec poteſt negare defenſiones contra indicia, licet liberum arbitrium habeat. nu. 22.*
23 *Præeminentia magnæ curiæ vicariæ ſumpta à capitulis regni, non permittit contra quemlibet indifferenter procedi ad torturam, ſed ſolùm contra publicè diſſamatos, & reprobos & publicos latrones, & diſrobatores ſtratarum, leueſque perſonas.*
25 *Diſſamatus ſeu infamis quis non eſt ex eo, quòd ita eſſe dicatur, niſi etiam conuictus fuerit de eo, quod diſſamatur.*
27 *Infamis ex delicto vt quis dicatur, requiritur, quòd confeſſus fuerit delictum in iudicio, vel quòd proceſſerit ſententia iudicis, nec ſufficiet probatio criminis ipſius*
28 *Famæ malæ ad hoc vt quis dicatur ad effectum, vt pro alio delicto de quo inquiritur, dicatur eſſe malæ famæ, requiritur quòd talis mala fama fuerit in eodem genere mali, nec ſufficeret, ſi de alijs criminibus diuerſis mala fama procederet.*
29 *Teſtis varius ſeu contrarius ſibiipſi nihil probat.*
30 *Tortura ceſſat vbi contra indicia aliquid vrget in contrarium.*
31 *Ad torturam non proceditur extantibus indicijs vbi allegatur talis defenſio quæ ſi eſſet probata, ceſſare debet tortura, ſed eo caſu debet differri.*

## VOTVM XXX.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato,
Amen. Illuſtriſsime Prorex, in cauſa in-
quiſitionis formatę aduerſus magnificum
Hieronymum de Sancto Seuerino, & no-
bilem Sanciam dentice coniuges, de venenatione &
morte quondam excellentis Comitis Saponariæ &
fratrum, eorundémque nepotum, ad querelam orba-
torum parentum, in qua cum cæteris excellentibus
& magnificis collegis in cauſa, & mihi dominus ob-
ſeruandiſsimis interfui. Inter cætera indicia, quæ ex
informatione capta colligi videntur, & quibus ſatis,
adhærent querulantes, vltra alia ſunt iſta ruminanda
meo iudicio ac enucleanda. Et primò præſupponitur
1 delictum veneni, quod eſt occultum, & ideò in eo
iudex debet eſſe prõptior ad torturã per plenè dedu-
cta in allegationibus oblatis, & maximè per dicta Bal.
in l. iij. C. de epiſ. aud. & Alex. de Imol. in conſil. lxij.
2 in iij. volum. † Secundò proponitur enormitas cri-
minis, & venenationis, & particidij, & in enormibus
licet iura tranſgredi, per not. dictum Innocen. & ibi
plenè relata per Felynum in cap.j. de cõſtitutionibus.
Tertiò demonſtratur, quòd inquiſitus ipſe adparet in
aliquibus ſuis reſponſionibus mẽdax, & maximè dum
depoſuit eius coquũ non præparaſſe epulas pro cœna
ipſorum dominorum qui deceſſerũt, ſed coqui eorum

demmet dominorum, necnon & quædam alia, ex qui-
bus adparet de mendacio cõuictus per multos teſtes:
3 & mendax de iure torquetur:† vt dixit Bartolus in l.
fin. circa principium. ff. de quæſtionibus. Ang. & Saly-
cetus in l. finali. C. eodem titulo. Bartol. in ſuo tracta-
tu de quæſtionibus. cum vulga. dicunt tamen prædicti
Docto. quòd inducitur magna ſuſpicio ex mendacio
contra mendacem, non tamen exprimunt ad tortu-
ram ſufficiens. & idem tenet Alexan. in conſilio lxij.
tertio volum. tamen quòd poteſt torturæ ſubiici, te-
net Angel. in dicta l. fin. C. de quæſtionibus. & Angel.
in tractatu maleficiorum. verſic. fama publica. in ma-
teria torturæ, verſiculo ix. quæro. Ludouic. Roma. in
conſilio viij. Lucas de Pen. in l. quoties. C. de digni.
libro xij. Alexand. in conſilio lxxxvij. in tertio volum.
Paris in tractatu ſyndi. verſic. tortura. Franciſc. Curt.
in conſilio xlj. in fin. verbis: de quibus Moder. nec de
Luca vlla fit mentio in allegationib. porrectis. Quar-
tò fundatur, quòd dum Hieronymus ipſe incœpiſſet
interrogari per iudicem, fuit viſus certo modo tre-
pidare, & inconſtanter loqui, & aquam vt biberet
4 quæſiuit: & ſic videtur reſultare ex trepidatione† ipſa
& inconſtantia aliud indicium contra ipſum, per id,
quod dicit Bartolus in l. fina. ff. de quæſtionibus. & in
l. de minore. in §. tormenta. eodem titulo. dum vult,
quòd iudex eo caſu debet omnia ſcribi facere in actis
& pro hoc etiam adduco Lucam de Pen. in l. euectio-
nes. C. de cur. publico. & in dicta l. quoties. de dignit.
libro xij. vbi ſubdit, quòd erubeſcere, pallere, & in-
5 conſtanter† loqui, ſunt ſigna malæ conſcientiæ, & fa-
cit illud Ouidianum:

*O quàm difficile eſt crimen non prodere vultu.*

Quintò, dicitur probatum eſſe de inimicitia præce-
denti inter ipſum inquiſitum, & querulãtem patrem
6 defunctorum, & de inimico lex præſumit† omne ma-
lum. l. prima. §. præterea. ff. de quæſtionibus. & inde
eſt, quòd inimicitia videtur ſufficere ad indicium tor
turæ inducendum: vt dixit Angelus in l. fin. C. de quæ-
ſtionibus. & videtur etiam ſentire Bartolus in l. fina.
ff. eodem Specul. & Ioan. Andræas in additio. Specul.
in titulo, de præſumptio. verſic. ſed pone. Sextò & vlti
mò videtur probatum de diffamatione, ſeu infamia
ipſius inquiſiti de aliis criminibus & delictis per te-
ſtes certo modo de auditu & fama, licet non conclu-
denter, prout requiritur, deponẽtes ipſum Hierony-
mum, licet vxoratum aliam duxiſſe vxorem ſuperui-
uente prima, quam habet: & inſuper eundem eſſe ma-
lis moribus imbutũ, & muliebria paſſum: & ſic præ-
narratis & aliis indiciis in inquiſitione cõtentis con-
currentibus contra ipſum Hieronymum, tãquam dif-
famatum & reprobatum procedi poſſe ad torturam
ex proceſſu informatiuo: ex diſpoſitione capitulorum
regni: concurrentibus maximè multis & quampluri-
bus. ſignis venenationis; prout medici & alij quam-
plures teſtati ſunt. Cæleſtis ergo curiæ princeps mihi
gratiam ſui roris infundat, intelligentiãmque ſenſus
aperiat, vt quæ vera ſint, ſequar: & quæ vitanda, refu-
giam: & quia apud tam illuſtriſsimum proregem Cæ-
ſarem maieſtatem repræſentantem non eſt niſi con-
ſultiſsimè quoad fieri poteſt procedendum: ideò ve-
ſtram Illuſtriſsimam Domin. non pigeat Hieronymi
veſtigia ſectari, dicentis. Non te moueat dicentis au-
tho itas, non quis loquatur, ſed quid loquatur, atten-
das. Idcirco indiciis propoſitis bene põderatis ac ru-
minatis, occurrũt infrà ſcripta. Et principaliter con-
ſiderando primum obiectum circa crimen veneni,
quod ex quo atrox eſt, & occultè committitur, iudex
debeat eſſe promptior ad torturam, non enim ex di-
ſpoſitione iurium id dicentium, & nullibi cautum
reperiri poſſe arbitratus ſum hæc in auditis inquiſitis
in eorum defenſionibus, & ex proceſſu informatiuo:
& ſic reſultat intelligendum eſſe omnino id legitimè
fieri debere, & datis defenſionibus, non ex depoſitio
7 ne † teſtium parte non citata, nullum ſit indicium
ſufficiens ad torturam, dixit Bartolus in l. finali. in l.
maritus. in fine. de quæſtionibus. Angel. in l. ſi vacan-
tia. tertia charta. C. de bonis vacant. libro x. Baldus in
l. congruit. in fine. de officio præſidis. & ſequitur con-
ſulendo Franciſcus Curtius in conſilio lv. intantum,
quòd eorum diſpoſitiones ita factæ non obſunt inqui
ſitis. Bartolus in l. ſi qui adulterij. C. de adulte. & in l.
cuſtodias. ff. de publicis iudiciis. Abbas in capit. præ-
tereà. de teſtibus cogẽdis. Angelus in tractatu maleſi.
in verſiculo, fama publica. columna quarta. & conſu-
luit Alexander conſilio clxxix. in ſecundo volumine,
in cauſa Angelorum &c. Et ideò etiam ſi eſſent mille
8 teſtes recepti ita parte non citata, non facerent † in-
dicium ad torturam contra inquiſitum. Ita conſuluit
Franciſcus de Aretio in conſil. clxv. incipiente, ſicut
Ioannes in Apocalypſi. ſecunda colum. per text. in l. ſi
quando. C. de teſtibus. & in capitulo ſecundo, extrà
eo. cum vulgar. Et intãtum hæc vera ſunt, quòd Prin-
9 ceps non poſſet in contrarium † diſcernere, & defen-
ſiones tollere inquiſito in cauſa criminali, voluit in
ſpecie Andræas de Iſernia in conſtitutione regni, item
dira & dura, ex quo defenſio eſt de iure naturali, & na
turalia princeps tollere non poteſt. vt in §. fin. inſtit.
de iure naturali gentium & ciuili. & maximè, cùm
10 defenſio ſit de iure diuino, † vt patet Actuum c. xxv.
& ius diuinum princeps minimè tollere poteſt. l. fin.
C. ſi contra ius vel vtili. public. & idem voluit & ple-
nius idem Andræas in capitulo primo. verſicu. bona
committentium, in titulo, quæ ſint regalia. & ideò
dixit Geminianus in capitulo, non ſolùm. de appella-
11 tionibus, in ſexto. quod papa non poteſt † tollere de-
fenſionem introductam de iure naturali, licet poſsit
variare modum defenſionis, vt dicit Angelus in l. ſi ſic
legatum. ff. de legatis primo. & alibi dixit Baldus in l.
tertia. §. ſi is, pro quo. ff. quod quiſque iuris. quòd in
cauſa criminali princeps non poteſt alicui tollere de-
fenſionem. Idẽ tenet & ſequitur Felynus in capitulo
dilecti filij. extrà de exceptionibus. & ideò dixit Pe-
trus de Ancharano in capitulo paſtoralis. de re iudi-
cata. nota. xxiiij. quòd princeps poteſt tollere defen-
ſionem de iure poſitiuo competentem: ſed non eam,
quæ competit de iure naturali. & idem tenet ipſe in
12 capitulo primo. extrà de reſcriptis. & ideò † in ſpecie
voluit Andræas de Iſernia in conſtitutio. regni, pro-
13 ſequentes &c. quòd† princeps non poteſt mandare de
poteſtate ordinaria vt quis torqueatur abſque indi-
ciis, & non data ſibi copia defenſionis: cùm defenſio
ſit de iure diuino & naturali, quo princeps ipſe liga-
tur, per tex. in capitulo primo de probationibus cùm
vulga. Quò verò ad ſecundum, quòd in enormibus
liceat iura tranſgredi, circunſcriptis præallegatis &
quæ de iure militare adparẽt, non reputo hoc dictum
Innocen. originaliter vſquequaque verum, maximè,
14 † cum Ludouicus Roma. cuius authoritas magna eſt
in l.



in l. ſi verò. §. de viro. xlvj. fallentia. ff. ſol. ma. non te-
neat illud: ſed dicat principem eo caſu conſulendum.
Item hoc dictum, quòd in enormibus liceat iura trãſ-
15 gredi, intelligendum arbitror procedere † in cauſis
arduis, quibus incurritur ſtatus reipublicæ. Ita in-
tellexiſſe reperio Salice. in authentica, hodie. C. de
iudiciis. & eſt de mente Baldi in cap. tertio. ad finem.
de ſententia & re iudicata. & facit quod voluit idem
Bald. in capitulo primo. §. ſi quis quinque. per illum
textum, de pace tenẽda. Circa tertium indicium, quòd
inquiſitus ipſe conuictus adpareat de mendacio, cen-
ſeo quòd verè dici poſſet conuictus, quod dicere ve-
reor, non exiſtente proceſſu ordinario, quo per te-
ſtes in eo examinatos conuictus dici poſſet, attamen
mendacium non reperio eſſe ſufficiens indicium ad
16 torturam ex communi concluſione. Et quòd † non
ſufficiat, tenuit Andræas de Iſer. euangeliſta in regno,
in conſtitutio. regni, ſi damna. & ſentit rectè intuenti
Bartolus in l. finali. de quæſtionibus. & bene ſuffraga-
tur, quòd varietas in principali, non facit indicium
ad torturam, vt dixit idem Andræas in prædicta con-
ſtitutione, ſi damna. poſt ritum magnæ curiæ vica-
riæ, ergo multò minus & mendacium. Quò verò ad
quartum indicium, conſiderandum puto trepidatio-
nem & inconſtantiam minimè obeſſe, nam licet Bar-
tolus in prædicta l. fina. de quæſtionibus. videatur in-
17 ferre, quòd trepidatio, † inconſtantia, & pallor de-
beant copulatiuè concurrere ad faciẽdum indicium,
prout etiam magis apertè ſequitur Auguſtinus in ad-
ditionibus ad Angel. in tractatu maleficiorum. in ver-
ſiculo, fama publica. columna trigeſima. & Lucas de
Penna in l. quoties. C. de dignita. libro xij. & ibi ma-
giſtraliter loquẽdo dicit, quòd reperiuntur nonnulli,
qui periculi magnitudine, vel ob cordis debilitatem,
aut puſillanimitatem hæc & ſimilia peragunt, & alle-
gat Tullium, in quarto Rhetoricorum, & ideò dixit
Paris de Puteo in tractatu ſyndicat. in verſic. tortura,
columna ix. quòd in facto ſibi contigit, vt quidam
nobilis inculpatus de magno crimine, cum introiuiſ-
ſet aulam prætoris, in qua aderat chorda vbi tortura
datur, ea viſa, ſtatim cecidit in terram, minxit ſe, &
egeſtionem emiſit, & tamen demum compertum ex-
titit ipſum fuiſſe innocentẽ obiecti criminis. Ex quin-
to quoque indicio inimicitiæ minimè firmare audeo
inferri poſſe indicium ſufficiens ad torturam, tum ex
ſuprà deductis aduerſus primum indiciũ, tum etiam,
quia illis circũſcriptis per eoſdem teſtes ad informa-
tionem pro parte fiſci, ſeu querulantium receptas,
colligi adparet, quòd magnificus Hugo, & eius filij
conuerſabantur adinuicem per literas & internun-
tios cum eodẽ Hieronymo inquiſito, & inde eſt, quòd
adinuicem vltimo loco perſonaliter ſe iunxerunt ad
turrim de mari venandi & recreandi gratia ad ter-
ram Montis Albani locum, in quo ipſe Hieronymus
præerat, vt plurimum moram trahebat, & ſic quate-
nus de aliqua inimicitia, ſeu de aliqua præſumpta cau-
ſa inimicitiæ in præteritum adparere dici poſſet, ex
conuerſatione prædicta liquet ex iuris diſpoſitione
18 † reconſiliata, prout dicit pulchrè Baldus in authen-
tica, ſi dicatur. C. de teſtibus. & plenè Abbas in capit.
repellantur. de accuſationibus. & nihilominus adpa-
ret de huiuſmodi inimicitia ex proceſſu informatiuo
& parte inaudita, & amplius vt ex informatione ipſa
rectè intuẽti colligi poteſt, adparet meo iudicio cau-
ſata culpa, & defectu ipſius domini Hugonis impe-
trantis bona paterna: & ideò non videtur imputanda
eidem Hieronymo inquiſito: nec ex ea argui poſſet in-
19 dicium contra ipſum, per id quod † ſingulariter dixit
Paulus de Caſtro in l. cum te. C. de inofficioſo teſta-
mento. cui optimè accedat, quod voluit Bartolus in
l. cùm in tabulis. §. primo. ff. de his, quibus vt indignis,
vbi dixit, quòd licet ob inimicitiam ortam inter te-
ſtatorem & legatariũ indicatur reuocatio legatis: hoc
tamen non procedit, vbi inimicitia proceſsit culpa
teſtatoris. Idem tenet & ſequitur Andræas Barba. in
capitulo fina. columna ſecunda. de donationibus. &
in capitulo, inſinuante. columna penultima. de offi-
cio delegati. & in ſuo tracta. de Cardin. in tertia quæ-
ſtione quintæ partis. in fi. ſequitur Iaſon in l. ſi filiam.
C. de inofficioſo teſtamento. & nihilominus indicium
20 inimicitiæ non eſt ſufficiens † de per ſe ad torturam,
tanquam remotum à facto: dixit Imola in l. finali. ff. de
hæredibus inſtituendis, & ibi refert ita tenere Rayn.
& voluit etiam Gandinus in rubrica de quæſtionibus.
in tractatu maleficiorum: in verſic. quæ debeant præ-
cedere quæſtiones. & iſtud magis communiter, & te-
net etiam Angelus in tractatu maleficiorum, in ver-
ſiculo, fama publica. columna ſexta & duodecima. &
ibi Auguſtinus in additionibus. & Baldus in cap. lite-
ras. de præſumptionibus. Et ſic ex præmiſsis infertur
dicendum aduerſus prædictum inquiſitum nõ eſſe lo-
cum torturæ ex proceſſu informatiuo, & ipſo inaudi-
to: cùm ad torturam procedi non poſsit, non præce-
dentibus legitimis indiciis: etiam ſi ex forma ſtatuti
21 iudex † habet liberum arbitriũ in criminalibus. vo-
luit Paulus de Leaza. in capit. grauis, vltima columna.
extrà de depoſit. Gandi. in tractatu maleficiorum. in
rubrica an poteſtas, qui habet arbitrium. Alexander
in conſilio lxiij. incipiente, habitis ſuper iis. ſecunda
columna. primo volumine. Iaſon in l. & militibus. C.
de teſtamento militari. vbi ſubdit eſſe cordi tenendũ:
quia valde quotidianum. & idem Iaſon in l. j. prima
columna. C. de ſacroſanctis eccleſiis. vbi reputat iſtud
perpetuò not. & conſuluit Raphael conſilio lxix. in-
cipiente, ſuper quæſtione formata: & non ab re iudex
habẽs huiuſmodi arbitrium non poteſt denegare de-
22 fenſiones contra indicia. † gloſſa eſt in clement. ſæpè.
in verſic. defenſione. de verborum ſignificat. Barto-
lus in l. filius familiàs. de donationibus. & in l. prima.
de teſtamen. militari. Et quatenus dicatur pro ſexto
& vltimo in caſu præmiſſo poſſe ad torturam ex pro-
ceſſu ita informatiuo procedi, virtute plurium capi-
tulorum regni: quorum vnum incipit, in accuſatis,
aliud, tormẽtis, aliud, prouiſa iuris ſanctio. aliud, iuris
cenſura. aliud, ſi cum ſceleratis & reprobis. Ex quibus
capitulis & litera arbitrali adparet emanaſſe præemi-
nentiam magnæ Curiæ vicariæ: vt teſtatur Paris de
Puteo in tractatu ſyndi. in verſiculo tortura quia ple-
runque. in capitulo ſecundo. an ſi quis dixerit. ſecun-
da colum. in fin. Attamen ex tenore prædictorum ca-
pitulorum non cauetur contra quoſlibet indifferen-
23 ter procedi poſſe† ad torturam: ſed ſolùm contra pu-
blicè diffamatos, & reprobos, & publicos latrones, &
diſrobatores ſtratarum; leuéſque perſonas: & contra
quos communis laborat infamia: & ipſorum delicto-
rum graſſantia eos facit quodammodo manifeſtos: vt
vtar formalibus verbis. capit. iuris cenſura. Item ha-
bent locum contra reiteratos criminum, vt in capit.

prouiſa iuris ſanctio. ibi dum in eo dicitur: frequen-
tiúſq; peccantibus: & in c. creſcit culpa, ibi, aggreſsio-
nes ingeminant: & in cap. ſi cum ſceleratis. ibi, quos
continuò fama grauat, & crebra cõmiſsio criminum
dat inſignes, vt qui leges ex quadam aſsiduitate dila-
cerant, ipſarum legum præſidio ipſos non defendant.
& ideò ſubdit præfatus Par. de Puteo vbi ſuprà, quòd
raro vtitur magna curia dicta præeminentia, quia non
debet torqueri ex proceſſu informatiuo, niſi in male-
24 ficiis inſignibus, † & in latrociniis, & in latronibus
valde diffamatis, & in notoriis criminibus, concur-
rente tamen leuitate vitæ torquendi, ſecundum gloſſ.
& Andræã de Iſernia in conſtit. regni, ſi damna clan-
deſtina. & idem tenet Affli. du Regius Conſiliarius, &
iudex etiã dictæ magnæ curiæ in ſua deciſione cccxcj.
dicẽdo ita pluries fuiſſe votatum in ſacro Regio con-
ſilio per regios Cõſiliarios, vnà cum iudicibus ipſius
magnæ Curiæ. Item vt vendicent ſibi locum capitula
prædicta, requiritur leuitas vitæ torquendi, vt ſuprà,
& quòd inquiſitus ſit homo diffamatus & conſuetus
delinquere, vt prædicta capitula cantãt, & cùm teſtes
de infamia prædicti Hieronymi inquiſiti de auditu
duntaxat & aliter minus concludenter de aliquibus
criminibus atteſtentur, non poteſt dici diffamatus ex
25 eo quod dictum eſt, vel quòd † ita dicatur, niſi etiam
conuictus fuerit. Ita ad literam in terminis tenet An-
dræas de Iſernia in titulo de pace tenenda. in verſic.
publici latrones. & probatur bene per textum in leg.
ictus fuſtium. & ibi per Bald. & Doct. ff. de infamibus,
nam non ſtatim, quòd quiſque accuſatur de crimine,
reus eſt, aut dici reus poteſt, ſed qui conuincitur. tex-
tus eſt in capitulo finali. in fine. decimaquinta diſtin-
ctione. in vltima quæſtione. & in capitulo nonne.
octaua quæſtione quarta. & in capit. eorum. vndeci-
ma quæſtione tertia. & in capitulo, laudabilem. vt lite
penden. Ita Speculator in titulo de aduoc. §. ſequitur.
26 † circa principium, & conſuluit Hyppolitus Marſi-
lienſis in conſil. lij. in primo volumine. nam quis non
poteſt dici talis, niſi fuerit pronuntiatus pro tali, vt
dicit Speculator in titulo de inſtrument. edi. in §. re-
ſtat. verſiculo quid ſi tabellio. verſiculo quid ſi con-
fectum. Soci. in conſilio lj. incipiente, præſtantiſsime
doctor. tertia columna. Paulus de Caſtro in conſilio
xxxij. in finalib. verbis. Petrus de Ancharano in con-
ſilio cxlj. incipiente, per prædicta. & idem Marſilien.
in conſilio lxiiij. numero 15. & conſilio lxxiiij. nume-
ro 35. eodem volumine. Et plus dico, quòd ad hoc, vt
quis dicatur infamis ob delictum ſeu crimen, requi-
27 ritur eius confeſsio in iudicio, vel ſententia † iudicis,
nec ſufficiet probatio ipſius criminis. Ita conſuluit
Petrus de Ancharano, in conſilio centeſimo octuage-
ſimo nono, incipiente, tribus de cauſis. allegat ita
voluiſſe Ioannẽ Andræam in cap. ſi quis. de præſcrip.
in ſexto. & dicit quòd pro hoc faciunt not. in clemen.
religioſi. extrà de ſententia excommunicationis. re-
fert & ſequitur Marſil. in ſua practica cauſarum crim.
in ſexta charta, in verſiculo, aggredior. verſic. pro quo
28 etiam facit &c. † Item ad hoc, vt quis dicatur malæ
famæ, adeò quòd torqueri poſsit, requiritur ꝙ huiuſ-
modi fama ſeu diffamatio delictorum fuerit in eodem
genere mali, nec ſufficeret, ſi de aliis criminibus di-
uerſis mala fama præcederet, ad hoc, vt habeat locum
tortura. Ita dixit Bartolus in l. Caſsius. de ſena. Bald.
in l. fin. ff. de hæredibus inſtituendis. & ibi Imol. Ioan.
Andræas, in regula, ſemel malus. de regulis iuris. in vj.
Alexander de Imola in conſilio v. ſecunda columna,
primo volum. & conſilio clxv. vij. colum. eodem vol.
Nec vim aliquam facio de his, qui torti inculparunt
ipſos inquiſitos, cùm eodem contextu variauerint ſi-
biipſis contradicendo: & demum ſufficienter ac ple-
nè reiterati ad torturam, ipſos inquiſitos exculpaue-
rint: licet Nicol. de Biſignano pluries varius & con-
trarius ſibimet in multis ſubſtantialibus in tortura,
& extra torturam ipſos inculpauerit, & exculpauerit,
quo caſu neutrius dicto ſtandum erit. maximè dum
nullam cauſam aſsignauerint, quare contrarium de-
29 poſuerint eius, quod † primò dixerant. Ita probatur
in l. prima. ff. de teſtibus. & in l. qui falſa vel varia. eo-
dem titulo. & in capit. cùm eccleſia Sutrina. de cauſa
poſſeſsio. & proprietatis. & in capitu. ſi teſtes. quarta
quæſtione tertia. verſic. qui falſa. ita tenet etiam Spe-
culat. quem ibi ſequitur Ioannes Andræas in titulo de
teſte. §. primo. verſicu. item, quòd teſtes ſunt varij. &
verſic. quid ſi idem teſtis. & ſequitur & refert Hyppo-
litus Marſilien. in l. ex libero homine. quinta colum.
ff. de quæſtionibus. Vltimò, ſatis aduertendum conſi-
dero, quòd teſtes ad inſtantiam querulantium & fiſci
producti, & examinati deponunt, quòd potuit vene-
num ipſum ſumi in vno de tribus locis, ibi expreſsis,
in quibus prædicti Comes Saporiæ, & fratres co-
mederant. videlicet in ciuitate Tarenti, in ciuitate
Motularum, & in terra Montis Albani, aſsignando
cauſas probabilis ſuſpicionis vniuſcuiuſque locorum
prædictorum, & plus ſubdit dominus Iacob. Phyſicus
excommunicatus pro fiſco, quòd dicere venenũ fuiſſe
proceſſum à domino Hieronymo patruo prædictorũ
nepotum defunctorum, eſſet diabolicũ credere, ma-
ximè, quia Hieronymus ipſe demonſtrabat ſatis dili-
gere prædictos ſuos nepotes. item, eſt adhuc quoque
potiſsimè conſiderandum, quòd partes querulantes
ſubminiſtrauerũt ferè omnes teſtes, qui aliquid ſtrin-
gere videntur in cauſa eorum, domeſticos, familiares
ſeruitores & vaſallos, vt ex eorũ lectura liquet. Item
ſuffragari ſatis adparet præmiſsis, ꝙ medici & philo-
ſophi primates huius vrbis collegialiter diſcuſſo ne-
gocio vnà cum protomedico, habita notitia ſigno-
rum infirmitatis prædictæ, ac relatione ipſius, retule-
runt, communi voto tãquam experti eundem quon-
dam Comitem & fratres decedere potuiſſe ex vene-
no cauſato ab intus ex malo eorum regimine, ſeu ꝙ
per aërem trãſiuerint peſtiferum itinerando per lon-
gum iter, ſeu aliter, ſicut etiam ex miniſterio hominis
venenati fuerint, ergo &c. Et quod potuerit contin-
gere ex veneno cauſato ab intra ſeu intus, vt ſuprà me-
30 dici atteſtantur, ſuccedit quod † ſatis pulchrè voluit
Ioan. Andræas in cap. cùm in contemplatione. extrà
de regulis iuris. qui dixit, quòd ſi cõtra indicia aliquid
vrgeat in contrarium, eo caſu non proceditur ad tor-
turam. Idem voluit Bald. in l. fin. j. colum. de proba-
tionibus. & in l. ij. C. quorum appella. & in l. prima. ad
finem. C. communia de leg. & conſuluit Alexander in
conſil. clxxix. tertia colum. in ij. volum. imò nedum ſi
adparet ex proceſſu, verum etiam, ſi allegaretur talis
defenſio, qua probata ceſſare deberet tortura, pariter
31 etiam eo caſu debet tortura † differri. ita voluit Paulus
de Leaza. in repet. cap. quãuis. extrà de depoſi. & con-
ſuluit Alexand. in conſil. lxv. in j. volum. & ideò bene
facit, quod voluit Ioan. And. in prædicto cap. cum in
contem



contemplatione. quòd licet vnus bonus teſtis faciat
indicium ſufficiens ad torturam, tamen hoc non ha-
bet locum, vbi aliqua alia coniectura reſiſteret. Idem
etiam conſuluit Alex. in conſilio cxxiiij. circa finem,
incipiente, quoniam abundè. in ſexto volu. Vnde ob-
ſtantibus circunſtantiis ſuprà deductis in contrarium
& etiam cæteris, quæ breuitatis cauſa omitto: & exi-
ſtentibus prædictis coniugibus perſonis qualificatis,
& de nobili & generoſa proſapia: & cùm aduerſus ſi-
miles perſonas, imò ſimplices nobiles à tẽpore xxxv.
annorum, quo prima vice creatus fui iudex in magna
curia, & in qua interpolatis annis iudicando tria ferè
luſtra pertranſij, nunquam nec antè nec poſt vidi, aut
audiui, quòd ipſa magna curia vſa fuerit ſua præemi-
nentia ex proceſſu informatiuo aduerſus perſonas no
biles inquiſitas de quibuſuis criminibus: idcirco ſemi
tam rectam, tutam, ac iuri conſonam ſectatus ex hoc
informatiuo proceſſu, cùm ſi ordinarius eſſet; aliter
fortè ſentirem: ideò ſum voti prædictum magnificum
Hieronymum de ſancto Seuerino eſſe admittendum
ad ſuas defenſiones in carceribus: indulta eidem breui
dummodo cõpetenti dilatione, infra quam veriſimi-
liter ſe defendere, id eſt, ſua iura & teſtes producere
poſsit. Verùm quòd teſtes ad eius inſtantiam exami-
nandi recipiantur, cum interuentu alicuius ex magni-
ficis delegatis in cauſa. Quo verò ad nobilẽ Sanciam
coniugem, eandem eſſe excarcerandam ſub eadem fi-
deiuſſoria cautione, in qua, ſeu ſub qua degit, renouan
da & habilitanda per ciuitatem Neapolitanam, & eius
diſtrictum: quæ ciuitas & diſtrictus eidem loco carce-
ris aſsignetur, quouſque aliter fuerit prouiſum: & ita
iuris eſſe cenſeo,

Ego Thomas Grammaticus Neapolitanus, Vtriuſ-
que Iuris Doctor, & commiſſarius, ſubmittendo me
ſemper iudicio cuiuſlibet rectius ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia perimitur lapſu bienni in criminalibus, & ab-ſoluitur reus ab obſeruatione iudicij.*

2 *Aduerſus lapſum inſtantiæ in criminalibus, non datur reſtitutio.*

3 *Omnimodo, hæc dictio, omnimodo comprehendit omnem caſum.*

4 *Omnino, hæc dictio, neceſſitat, & rem præciſam facit.*

5 *Accuſator dum patitur labi inſtantiam, & ſic hoc modo tacitè deſiſtit, non poteſt de nouo accuſare*

6 *Inſtantia per lapſum biennij nedum perit, ſed omne ius.*

7 *Omnimodo, hæc dictio dum apponitur in aliqua diſpoſitione, excludit facultatem diſpenſandi in cõtrarium, & facultatem retractandi.*

8 *Omnino hæc dictio, intelligitur, id eſt, ipſo iure, & non per ſententiam.*

9 *Iudex proferens ſententiam etiam poſt lapſum inſtantiæ debet puniri.*

10 *Iudex impeditus multitudine cauſarum, ſi non potuit cauſam expedire, facit vt competat reſtitutio parti ſeu fiſco aduerſus lapſum inſtantiæ, ſi tranſiuit biennium.*

11 *Inſtantia perit, quando ſtat per iudicem quòd cauſa non fuit expedita: & ſubdit infrà, quòd non competit reſtitutio.*

12 *Inſtantiæ tempus currit etiam ſi ſtetit per iudicem, quòd cauſa non fuerit expedita. Et iſta eſt communis opinio, & hoc, dummodo partes non adpareant negligentes, numero 13.*

14 *Accuſator ſi non requiſiuit iudicem cum inſtantia, vt cauſam expediret, non auditur amplius: ſi autem requiſiuit, & probationes fecit, & tunc non ipſe, ſed iudex punitur.*

15 *Inſtantia perit per lapſum biennij, vbi fuiſſent probationes factæ: & debet reus diffinitiuè abſolui, ſed ſi non fuerunt probationes productæ ſeu factæ, tunc abſoluitur ab obſeruatione iudicij.*

16 *Inſtantia an perit per lapſum biennij quando fuit proceſſum in cauſa per inquiſitionem.*

*Iudex ſeu princeps habens liberum arbitrium non ligatur lege inſtantiæ.*

17 *Sententia lata in conſiſtorio principis perempta inſtantia, eſt nulla.*

19 *Teſtes varij, diuerſi & mendaces, nihil probant.*

20 *Iudex poteſt torquere teſtem abſque aliquibus indicijs, dum ſuſpicatur quòd ſciant veritatem, & nolunt reuelare, vt veritatem dicant.*

21 *Iudex quando eſt dubius, vtile eſt inquiſitum diffinitiuè non abſoluere à crimine, ſed à proceſſu duntaxat.*

## VOTVM XXXI.

INcomprehenſibilis Dei præſidio petito,
Amen. In cauſa eiuſdem Magnifici Hiero-
nymi de ſancto Seuerino, cum Regio fiſco
ſuper prætenſa venenatione perſonarum
quondam excellentis Comitis Saponariæ, necnon &
quondam Sigiſmundi, & Aſcanij de ſancto Seuerino
ſuorum nepotum, cùm à die dati termini & litis con-
teſtationis factæ cum eodem Hieronymo, ſint elapſi
ſeptem anni, & ferè octo: fuit pro parte eiuſdem Hie-
ronymi in cauſa ipſa obiectum ad vlteriora procedi
1 non poſſe: cùm fuerit † in ea perempta inſtantia, ne-
dum per lapſum biennij à die litis conteſtatę; ſed etiã
triplicati, imò quadruplicati biennij: & hoc per text.
formalem in l. fin. C. vt infra certum tempus. vbi tex.
formaliter dixit, criminales cauſas omnimodo infra
duos annos à conteſtatione litis connumerandos, fi-
niri cẽſemus, nec vlla alia occaſione ad ampliora pro
duci tempora, ſed poſt biennij exceſſum minimè vlte-
rius lite durante, accuſatum abſolui. vbi ſubdit glo. in
verbo abſolui, id eſt, ab obſeruatione iudicij. & idem
tenet ibi Ioannes Fab. & etiam Bald. vbi in ſpecie di-
cit, quòd debet ferri ſentẽtia abſolutoria ab obſerua-
tione iudicij ſeu proceſſus: ſed abſolutoria ſeu cõdem
natoria ſuper crimine, non tenet. Reperio inſuper, ꝙ
idem Bald. in l. arbitrio. §. dolo cuius. ff. de dolo. dicit
quòd ſi nulla negligentia poteſt imputari parti, vel
tempora non currerẽt, vel daretur reſtitutio, & hoc
2 in ciuili, ſed in criminali † non datur reſtitutio, per l.
auxilium. ff. de minoribus. Iacobus autem de Aren. di-
cit in dicta l. fina. quòd nullo modo debet prolongari
cauſa criminalis vltra biẽnium. Ego autem dico hoc
poſſe optimè comprobari ex verbis text. dictæ l. fina.
maxime per illam dictionem, omnimodo infra duos
3 annos. † Nam dictio, omnimodo, comprehendit om-
nem caſum: vt dicit glo. & Bar. in l. ſi cum exceptione.
§. quatenus. ff. quod metus cauſa. Dynus in l. græce. §.
illud. ff. de fideiuſſoribus. imò virtute dictionis præ-
dictæ, debet indiſtinctè, & in omni caſu intelligi. Ita
dicit Alex. in l. precibus. C. de impuber. & aliis ſubſti-
tutio. alleg. glo. prędictam in l. j. cum glo. C. quomodo
& quando iudex ſententiam debeat proferre. gloſſa,
iuncto text. in cap. ex parte. el primo. extrà de officio

delegati. glo.in l. vbi autẽ non adparet. ff.de verbor.
obligation.§.ſi.& alibi dixit Salicet.in authen.hę res.
4 C.de ſecundis nuptiis.† quòd iſta dictio, omnino, ne-
ceſsitat, & rem præciſam facit. Salicetus autem in l.
properandum.§.fin.C. de iudi.dixit, quòd perempta
iuſtãtia cauſæ principalis, ius & actio ſalua remanent,
& hoc in ciuili: in criminali verò ille, cui inſtantia pe-
riit, amplius non auditur.l.abolitionem. C.de adulte.
quod nota. quia dicit Salicetus ſe intelligere, ſi ex ne-
gligentia: vt idem firmauit ipſe in l. qui de crimine. in
quarta oppoſitione. C.de accuſationib. & idem dixit
Baldus in dicta l. abolitionem. C. de adulteriis. dum
5 dixit, † quòd accuſator, ſi patitur labi inſtantiam, &
hoc modo tacitè deſiſtit, non poteſt de nouo accuſa-
re: licet ſecus ſit in cauſa ciuili, vbi finito tempore in-
ſtantiæ, poteſt de nouo agere per nouum libellũ. Ta-
6 men ſecus eſt in criminali, quia per lapſum † biennij
nedũ perit inſtantia, ſed omne ius. Et quòd perempta
inſtantia accuſator amplius nõ admittatur, tenet etiã
Iacob. de ſancto Georgio in authentica, ſi verò. C.de
iudiciis. & ibi dicit ſe conformare in eandem ſenten-
tiam noua ratione, id eſt, per dictionem, omnimodo,
7 poſitam in text. dictæ l. finalis. Ex quo quando † iſta
dictio apponitur in aliqua diſpoſitione, excludit fa-
cultatem diſpenſandi in contrarium, & facultatem
retractandi. gloſſã eſt ſingularis in clementina, vt hi
qui. extrà de ætate & qualitate ordinandorum. quam
gloſſam ad hoc allegat Angel.& Imola in l. qua ætate.
ff.de teſtamentis.& alibi dictio, omnino, intelligitur,
8 † id eſt, ipſo iure, & non per ſententiam: gloſſã eſt in l.
prima.§.ſi pecuniam. ff.depoſiti. Angelus & Alexan.
in l.ſi inſulam.ff. de verborum obligation. & in l.Im-
perator. de iure fiſci.& ideò non abs re voluit Petrus
de Ancharano, in cap. vnico. de reſtitut. in integrum.
in ſexto. in vltima colum. quòd iudex proferens ſen-
9 tentiam, etiam iuſtè, poſt lapſum terminum † inſtan-
tiæ, debet puniri. refert etiam & ſequitur Hyppolitus
Marſil. in ſua practica cauſarum crimina. in §. ſucceſ-
ſiuè. in ſecunda colum. & ideò dixit Baldus in conſil.
ccxxxiij. incipiente, quæritur in fine. in primo volu-
mine, quod iudex præſumitur doloſus, quando tranſ-
greditur leges. Pro parte autem Regij fiſci prætendi
poſſet, quòd per ipſum, nec per partem querelantem
ſteterit, quo minus cauſa expediretur: ſed quòd ſtetit
per iudices, quorum aliqui deceſſerunt, alij verò im-
pediti multitudine cauſarum, prout excellens domi-
nus locumtenẽs Regiæ Cameræ, vt notorium eſt, non
potuit collegas delegatos in cauſa conuocare toties,
quoties opus fuiſſet, licet pluries conuocaſſet, vt cau-
ſam ipſam expedirent, quo caſu competit reſtitutio
10 parti, ſeu fiſco aduerſus † lapſum inſtãtiæ: prout ita in
ſpecie poſt multa concludit Felinus in capitulo vene-
rabilis. de iudiciis. in verſiculo, ſecunda concluſio. ſe-
cunda columna. Sed quòd etiam non currit inſtantia
ſtante impedimento iudicis ob multitudinem agen-
dorum ſeu cauſarum, tenet gloſſ. & poſt ipſam Ange.
in l.ſenatus. ff.de officio præſidis. & ibidem Alexand.
& eo caſu dabitur reſtitutio parti. Ita etiam voluit
Abbas ante Felin. ſuprà allegatum in prædicto capit.
venerabilis. Ludouic. in l.ſi verò. §.de viro. quadrage
ſimaquarta fallentia. ff. ſoluto matrimonio, & hoc per
rationem, quia reſtitutio datur in ſubſidium ex quo
parti non poteſt eſſe conſultum contra iudicem. Sed
præmiſsis non obſtantibus, dicendum eſt, quòd hoc
vt aduerſus lapſum inſtantiæ detur reſtitutio, eſt ſpe-
ciale in minore, ergo in contrarium eſt ius commu-
ne, & ſic concludendum erit, quòd omnino pereat in-
ſtantia. Ita in particulari inquit Salicetus in dicta l.
properandum.§.ſin autem vtraque, vbi in ſpecie dicit:
11 quòd † quando ſtat per iudicem, perit inſtantia, licet
aliqui dicant, quòd non, & malè.& Gulielmus tenet
oppoſitum & bene.& licet gloſſa, ibi dicat, quòd re-
ſtituetur, per l.ſed ſi per prætorem. ff. ex quibus cauſis
maiores. tamen Salicetus dicit, quòd in hoc malè di-
cit, per textum, in eadem l. properandum.§.finali, vbi
minor non reſtituitur, niſi in ſubſidium, ergo nec ma-
ior.& idem tenet Franciſcus de Aretio, quem ſequitur
Felinus in prędicto cap. venerabilis. de iudiciis, in ver
ſicu. ſecunda concluſio. Et quòd non ſit concedenda
reſtitutio, tenent Iacobus Butri. Petrus, Cynus, Saly-
cetus, & Raphaël Fulgoſius in dicta l. properandum.
qui mouentur, quia ſi minoribus reſtitutio non con-
ceditur, multo minus debet concedi maioribus. Et
iſta opinio eſt verior de iure, prout refert & ſequitur
Iacobus de ſancto Georgio, in dicta l. properandum.
12 in §.ſin autem vtraque. Et quòd † tempus inſtãtiæ cur-
rit, etiam ſi ſtetit per iudicem, eſt communis opinio,
prout tenet gloſſa, in dicto §.ſin autem vtraque.& ibi
Bartolus, Baldus, & Docto. Bartholus in dicta l. arbi-
trio.§.dolo. ff.de dolo. ſed tamẽ dabitur reſtitutio. Ita
conſuluit Socinus in conſilio xxxj. primo volumine.
vbi bis ex interuallo dicit, quòd iſta opinio eſt com-
munis, licet aliquando gloſſa aliter ſenſerit, & etiam
Bartholus variauerit, & hæc intelligo ſubſiſtente iuſto
impedimento iudicis, vt quia ob multitudinem agen
dorum nõ potuit terminare, quia eo caſu deficit om-
ne remedium in ſyndicatu contra iudicem. Ita Ludo-
uicus Romanus in repetitione l.ſi verò. §.de viro. ff.
ſoluto matrimonio. reperio tamen ita demum præ-
miſſa procedere, ſi partes non adparent negligentes.
13 Et ideò † datur conſilium, vt partes faciant multipli-
ces proteſtationes iudici ad hoc, vt eis detur reſtitu-
tio, per doctrinam Baldi, & Salyceti in prædicto §.ſin-
autem vtraque.& ibi Alexander, & Iaſon, & dominus
Abbas in capitulo plerũque. de reſcriptis. prima co-
lum. verſiculo, ego dico. & tales proteſtationes ſunt
neceſſariæ. & debent adparere in actis, ſecundũ Bal-
dum in dicto §. ſin autem vtraque.& ibidem Salic. vbi
ita dant pro conſilio, vt multiplices proteſtationes
fiant iudici, imò plus requiritur vt dictæ proteſtatio-
nes fiant inſtanter, inſtantius, & inſtantiſsime, ad hoc
vt dicatur ſtare per iudicem. per text. in l. finali. C. de
tempor. appellatio. Baldus in additionibus Speculat.
in titulo de appellationibus.§.mero. Ioannes de Imo.
& Philippus Franciſcus in capitulo ex ratione. de ap-
pellationibus. & Iaſon in dicto §. ſin autem vtraque.
Et ideò dixit pulchrè Salicetus in l. qui de crimine. in
quarta quæſtione. de accuſationibus. quòd perempta
inſtantia in criminalibus, licet communiter dicatur,
quòd non audiatur vlterius, tamen ſibi videtur pro-
babilius dicendum, quod aut accuſator non cum in-
14 ſtantia † requiſiuit iudicem, & tunc amplius non au-
diatur, aut requiſiuit & ſuas probationes fecit, & tunc
non ipſe, ſed iudex punitur, vt C. de accuſationibus.
lege finali. Et reus eo caſu abſoluitur ab obſeruatio-
ne iudicij, vt ibi not. gloſſa. & ſubdit Salicetus, quòd
credit ipſum accuſantem ex integro audiri. Audiui
inſuper quod Angelus de Aret. & Antonius de Prato
veteri



veteri, conſuluerunt in quodam ſolenni eorum con-
ſilio, in fauorem cuiuſdam domini Iacobi, intantum
per lapſum biennij eſſe inſtantiam peremptam, quòd
nihil amplius quæri poſsit, & pro eodem domino Ia-
cobo in dicta cauſa conſuluiſſe reperitur Andræas
Barbatia in ſuo conſilio ſexageſimoſecundo. in pri-
mo volum. in xiiij. columna. ſed vt nihil intactum re-
linquatur, reperio quòd † Petrus de Bellapertica in
15 dicta l. finali. C. vt intra certum tempus quæſtio ter-
minetur. fuit in alia opinione, videlicet quòd per bien
nium perit inſtantia, quando non fuerunt producti
teſtes in cauſa per actorem. Nam eo caſu debet con-
uentus abſolui ab inſtantia iudicij, vt in dicta l. pro-
perandum. Si verò ſunt producti teſtes, & proceſſus
agitatus, tunc tam in cauſa criminali, quàm in cauſa
ciuili debet reus diffinitiuè abſolui, quod dicit eſſe
magni effectus, quia quando abſoluitur diffinitiuè,
non poterit vlterius abſolutus accuſari nec inquiri,
Secus verò quando abſoluitur ab obſeruatione iudi-
cij. Et iſtud procedit, ſiue in cauſa fuerit proceſſum
16 per inquiſitionem, † ſiue per accuſationem, vt con-
cludit Salicetus in dicta l. fina. vt intra certum tem-
pus quæſtio terminetur. licet Marianus Socinus, in
cap. venerabilis. de iudiciis.& in cap. qualiter & quan
do. de accuſationibus. tenuerit contrarium, videlicet
quòd ſi eſt proceſſum per inquiſitionem non pereat
inſtantia, quod bonis iuribus minimè fundatur, &
idem quod Petrus de Bellapertica reperio cõſultum
fuiſſe per dominum Ioannem de Amicis, moderniſsi
mum Doctorem, in conſilio ſuo nouiter impreſſo
cxxxix. penultima columna. & certè mihi viſa fuit
hæc Petri opinio ſatis æqua, & rationabilis, & in
cauſa de qua in præſentiarum agitur, adaptari poſ-
ſet, niſi occaſio, de qua infrà non repugnaret. Vlti-
mò excellens Locumtenens Regiæ Cameræ colle-
ga in præſenti cauſa mouebat, dicendo cauſam ipſam
nobis delegatam agitari coram principe, cùm ſibi
& nobis viuæ vocis oraculo ipſam delegauerit, &
princeps habet liberum arbitrium, & qui habet li-
17 berum arbitrium, non ligatur † lege inſtantiæ, ſe-
cundum Bartolum, in l. ſi in lege. in principio. ff. lo-
cati. & firmat Alexander, in conſilio quinquageſimo
incipiente, viſis actis curiæ. in ij. volumine. reſpondi,
quòd etiam in conſiſtorio principis currit inſtantia,
18 & perit, intantum quòd † ſententia lata in conſiſto-
rio principis, perempta inſtantia, eſt nulla. gloſſ. eſt in
authentica, vt ſponſa. larg.§.hoc quoque. in authenti-
ca, de appellationibus.§.ad hæc. imo gloſſ. in dicta au-
thentica, de appellationibus.§.ſi quando. & in authen
tica, vt ſponſali. larg. verſic. præuidendũ. tenent, quòd
etiam coram Regibus currat inſtantia, Dicebat tamẽ
dominus Ioannes Carrafa, maximus Doctor & nobi
lis Neapolitanus, vt refert dominus Matthæus de Af
flict. in conſtitutio. regni, hac lege. in iij. colum. quòd
in conſilio Regis eſt dare inſtantiam, quia conſilium
non habet liberum arbitrium, ſicut habet Rex, ſed
coram Rege non eſt dare inſtantiam, quia habet libe
rum arbitrium, ſicut etiam nec in cauſis eccleſiaſticis,
vt in cap. penult. de iudiciis. Sed quia in cauſa iſta de-
ſuit quidam Aymar, quòd Nicolaus de Biſignano
dixerat ſibi per magnificum Hieronymum prædictũ,
& dominam Sanciam eius coniugem fuiſſe aſsigna-
tum venenum album eidem Nicolao, vt conſignaret
illud Roberto coquo, vt immitteret in epulis co.ne-
dendis per præfatos dominos defunctos, & demum
ambo prædicti reuocarunt, quo ad dominam San-
ciam, & Aymar reuocauit, quò ad vtrunque, aſſerens
per tormenta eundem inculpaſſe eo modo, ſcilicet,
quòd in rei veritate erant & ſunt innocentes. Nico-
laus verò perſiſtit in inculpatione Hieronymi, ſed
exculpat Sanciam, & ſic ſuccedit, quòd cùm in tortu-
ra & extra ita reuocauerint, tanquam varij & diuerſi,
19 ac mendaces † nihil probant. l. j. in princip. de teſti-
bus.& cap. cùm eccleſia. de cauſa poſſeſsionis & pro
prietatis. l. qui falſa vel varia. ff. de teſtibus. Specula. in
titulo de teſte.§.primo. verſiculo, item quòd ſunt va-
rij.& Docto. in l. ex libero. ff. de quæſtionibus. & va-
20 rietas in teſte eſt tanti vigoris, quòd eius virtute † iu-
dex non poteſt ferre ſententiam pro eo pro quo teſti
ficatus eſt, ſeu teſtificati ſunt. Ita dixit Innocen. in cap.
prætereà. extrà de teſtibus cogendis. dominus Anto
nius in cap. cùm in tua. vltima columna. de teſtibus.
Angelus conſilio clxxv. incipiente, quædam domina
Margareta. Alexander, conſilio cclxiiij. incipiente:
in cauſa appellationis.& Hyppolytus Marſilien. con-
ſilio lxxxviij. in ſecundo volumine. & licet Nicolaus
de Biſignano aliter non reuocauerit quò ad Hiero-
nymum, attamen adparet mendax & varius, imò con-
trarius ſibiipſi, quò ad Sanciam. Item, quod plus eſt,
deponit vidiſſe Robertum verberantem illam char-
tulam in coquina, quod fuit vnica vice, & tamen eſt
varius in eius depoſitione in hoc, & in pluribus, imò
contrarius & mendax, nam dicit, quòd Aymar im-
poſuit puluerem, id eſt toxicum in flaſco: & prima
vice die decimanona Auguſti, Milleſimo quingen-
teſimo vigeſimotertio, deponit quòd non vidit pro-
priè, quando Aymar impoſuit puluerem in flaſco: &
die decimaquinta Octobris Milleſimo quingenteſi-
mo vigeſimotertio, deponit contrarium: & quòd vi-
dit Aymarem imponentem puluerem, & quòd fuit
præſente Apeti ſeruo: & ſubdit, quòd Apeti audiuit
etiam quando Aymar dixerat de ordinatione domi-
ni Hieronymi impoſuiſſe toxicum in flaſco, & in fo-
lio centeſimoſeptimo proceſſus, deponit quòd ipſe
Apeti non audiuit verba prędicta, & ipſe quoque Ape
ti cum tortura & abſque tortura depoſuit nihil vi-
diſſe, nec audiuiſſe de prædictis. Iaconecta quoque
licet multa dixerit ob nimiam torturam, attamen
omnia reuocauit, ſic eſt millies ſibimet contrarius
& varius, qui teſtes viles & domeſtici ipſius Hierony
mi, & qui ſuſpicabãtur poſſe ſcire veritatem aliquam
de prætenſa venenatione, & nolebant teſtificari, po-
tuerunt de iure torqueri, licet non præceſsiſſent indi-
21 cia, prout proceſſerunt, † vt dicit pulchrè Baldus in l.
milites. C.de quæſtionibus.& idem Baldus in l. tertia.
C. ad legem Iuliam de adulteriis. Et licet ſit in conſi-
deratione, quòd tredecim ſeruitores de ſocietate ipſo
rum dominorum eodem tempore, & eiſdem ſignis,
& de eadem infirmitate infirmati ſunt, vt quamplu-
res teſtes producti per fiſcum teſtantur, & minimè
mortui, & pariter quòd multi & quamplures de eo-
dem vino flaſci eo tempore, quo Comes & fratres
pariter biberunt, & minimè mortui, & pariter, quòd
potuit venenum ipſum contigiſſe non miniſterio ho-
minis, ſed ex malo regimine, vel quòd per aerem pe-
ſtiferum trãſierint, vt medici teſtantur, vel ꝙ aliunde
venenum ipſum ſumpſerint, attamen quia Robertus
coquus, quem Nicolaus de Biſignano, necnon & Ia-
y 4 conecta

coneċta & Aymar inculpant de impoſitione veneni
in epulis, ſtetit ſemper in fuga: & ipſe quoque Aymar
à carceribus aufugit, & etiam in fuga reperitur Ioan.
de Cola Vecchio, ſimiliter inculpatus, non viſum fuit
eoſdem coniuges inquiſitos diffinitiuè abſoluere, ſed
ab inſtantia iudicij, ſeu obſeruatione ipſius duntaxat,
& non à crimine, iuxta doctrinam glo. & Bald. & cla-
rius Salic. in l. ſi qui. C. ad legem Iuliam de adulteriis.
vbi formaliter dicit Sali. ex iſta glo. ſume conſilium,
22 quòd † vtile eſt diffinitiuè non abſoluere reum, quan-
do iudex eſt dubius, & hoc ex iuſta cauſa, & ſic con-
cludit Salicetus, & Baldus, quòd poteſt abſoluere à
proceſſu, & nō à crimine, vnde cū Robertus coquus,
& Aymar, ac etiam Ioannes de Cola Vecchio, exiſten
tes in fuga, potuiſſet fuga ipſa cauſari tam ex conſcien
tia ſceleris perpetrati: quàm etiam ex metu torturæ il
latæ eidem Aymari ac cæteris ſociis, & mens ius di-
centis redditur dubia, concurrente igitur peremptio
ne inſtantiæ fuimus & ego ex præmiſsis voti, & ſic pa
ri voto prędictos Hieronymum & Sanciam coniuges
abſoluendos ab inſtantia iudicij prædicti, & ex dedu-
ctis minimè moleſtandos, ſed excarcerandos ſub fide
iuſſoria cautione de ſtando iuri, & ſe præſentando,
quod placuit illuſtriſsimo domino Proregi ibidem
præſenti, & intelligenti ſigillatim votum vniuſcuiuſ-
que noſtrûm, & licet quidam magnus vir Collatera-
lis conſilij dixiſſet interim ipſos coniuges minimè ex-
carcerandos, quia ſic dicebat quidam Modernus Do-
ctor Baronus Hiſpanus, Ego dixi, quòd in ſpecie do-
minus Bartholo. de Capua in conſtitut. regni, huma-
nitate. determinat contrarium dum dixit, quòd ſi fa-
cto proceſſu contra inquiſitum & carceratum, repe-
ritur quòd eſt nullus, interim carceratus non debet
detineri, ſed fideiuſſoribus liberari. & ita communi
voto executum fuit mediante noſtro decreto.
Thomas Grammaticus, Regius delegatus.

APPENDIX.

Concurrente quoque, quòd medici ipſi teſtati ſunt
potuiſſe venenum ipſum fuiſſe ſumptum in ciuitate
Tarenti, cum qua vniuerſitate & particularibus præ-
fatus dominus Hugo litigabat, vbi fuerunt ſibi dona-
tæ quædam cœpulæ, vel in loco Baronis palizanelli,
cùm quo ſimiliter litigabat, vel notulæ, vel in monte
Albano, & ſuſpicari contra Hieronymum patruum,
eſſet res diabolica, prout præfatus medicus deponit
expreſsè.

SVMMARIVM.

1 *Mandato principis ſeu papæ licet duro, obtemperandum eſt: nec ſibi replicari poteſt, cur ita faciat.*
2 *Iudex ſi non præcedente cauſæ cognitione, tamen ex principis mandato aliquem ſuſpendat, ſeu vltimo ſupplicio afficiat poteſt illud abſque peccato exequi.*
3 *Princeps quod facit, præſumitur legitimè facere.*
5 *Princeps ita vult, hoc dicere ſufficit.*
6 *Princeps non poteſt mandare vt non ſubſiſtentibus indiciis homo bonæ famæ torqueatur.*
7 *Princeps licet poſſit excedere modum, quod iudex facere non poteſt, tamen non intelligitur id facere poſſe in his, quæ ſunt de iure diuino ſeu torturali, ex quo ipſe princeps ligatur iure gentium vel naturali.* Matthæ. *de Aſſli. dicit ſe ita reſpondiſſe regi Federico volenti vt cuidam nobili tortura daretur. & num. ſeq.*
*Veritatem præhonorare ſanctum eſt, & quòd magnus eſt Cæſar, ſed maior eſt veritas.*
23 *Priuilegium dignitatis non finitur finita dignitate.*
24 *Iudici torquenti conſtitutum in dignitate, vel torquendo, quem non poterat in memoriam prӕteritæ dignitatis, poteſt de iure reſiſti.*
25 *Iudex ſeu officialis ſi pro honore Regio non exequitur ipſius regis mādatum, non poteſt dici quòd malè egerit, ſeu fecerit.*

## VOTVM XXXII.

REdemptoris humani generis auxilio peti
to, Amen. Succedente homicidio in per-
ſonam excellentis quondam Comitis Po-
licaſtri, qui noctis tēpore prope domos il
luſtriſsimi principis Biſignani fuit à pluribus aggreſ-
ſus, & letalibus vulneribus confoſſus: inde ad modicū
tēporis ſpatium deceſsit, & capta informatione, quæ
haberi potuit per magnam curiam vicariæ, & carce-
ratis nōnullis inquiſitis, & præſertim magnifico Pau-
lo Pulderico, contra quem nulla vrgebant indicia, il-
luſtriſsimus Cardinalis Columna Locumtenens ge-
neralis in præſenti regno, aſſerens ſe habere conſcien
tiam informatam prædictum Paulum in homicidio
prædicto interfuiſſe cum aliis interfectoribus in præ-
ſentia Magnifici domini Vincentij Serſale, vtriuſque
Iuris Doct. & fiſci patroni, mihi mandauit, vt debuiſ-
ſem procedere ad torturam cōtra prædictum Magni
ficum Paulum, vt ore proprio fateretur ſe in dicto ho
micidio participem. Hæſitatum fuit inter me & præ-
dictum fiſci patronum, an huiuſmodi mandato pare-
re deberem? Et prima facie videbatur dicēdum, quòd
ſic, arguendo à maiori, id eſt, de principe & papa licet
ſimus in eius vices gerente, nam mandato principis
1 ſeu Papæ † licet duro, obtemperandum eſt, nec ſibi
replicari poteſt, cur ita faciat. c. in memoriam. xviij.
diſtinctione. & ideò officialis ſeu poteſtas, qui in offi-
cio ſibi commiſſo non paruit ſuperioris mandato,
tenetur l. j. C. de officio præfecti. in fine. & l. j. C. vt di
gnitatum ordo ſeruetur. vbi dicitur, quòd tenetur
pœna ſacrilegij. & Bartolus in l. is, cui bonis. ff. de ver-
borum obligationibus. allegando capitulum primū.
de maioritate & obedientia. vbi dicitur, quod qui
non obedit principi, morte moriatur. Idem dixit Par.
in tractatu ſyndicatus. in verſiculo, tortura. cap. man-
3 dauit Rex nam iudex dum ſibi mandatur † per prin-
cipem: vt etiam non præcedente cauſæ cognitione
aliquem vltimo ſupplicio afficiat, poteſt illud abſ-
que peccato exequi, cùm princeps ſit lex animata in
terris. vt in authentica, de conſul. in §. finali. collatio-
ne quarta. maximè cùm ea quæ fiunt per principem
3 præſumantur legitimè † geſta. l. ex facto. ff. de vulgari
& pupillari. ita per prædicta voluit in particulari
Cynus in l. reſcripta. C. de precibus Imperatori offe-
rendis. quem ſequitur Abbas in cap. quanto. extrà de
iureiurando. pro quo facit ratio de qua ſuprà primo
4 loco, † quia non eſt qui principi dicere poſsit, cur
ita facis? capitulo quanuis de pœnitent. diſtinctione
tertia. & Baldus in prӕludiis feudorum. maximè, quia
error principis facit ius. l. tertia. §. fina. ff. de adimen-
dis legatis. & in §. ſed quod principi. Inſtituti. de iu-
re naturali gentium & ciuili. nec inferiori compe-
5 tit † authoritas diſcutiendi de ratione, nam ſufficit
dicere, ita princeps vult: quia ratio erit in mente
eius retenta, ex quo iuſta præſumitur, vt dicit Fran-
ciſcus



ciſcus de Aretio in l. prima, in principio. ff. de acqui-
renda poſſeſsione. & eſt text. in l. dubium non eſt. C.
de repudiis. & in l. humanum. C. de legibus. Quibus
non obſtantibus reſpondi ſuæ Illuſtriſsimę Domina-
tioni bene eſſe, vt de prædictis conſuleret Conſilium
collaterale, ſibi datum à Cæſarea maieſtate: cùm pri-
ma facie mihi videbatur id nullatenus de iure ſubſi-
ſtere poſſe: vt non ſubſiſtētibus indiciis, & præſertim
legitimis, princeps poſsit mandare vt homo bonæ fa-
6 mæ † torqueri poſsit, dum de crimine quouis inquiri-
tur: cùm ita in ſpecie tenuerit Andræas de Iſer. Euan-
geliſta, & magnus Fiſcalis in regno in conſtitutio. re-
7 gni, proſequentes. ſub rubrica, de pugnis ſublatis. † &
licet poſsit princeps ex cauſa excedere modum, quod
Iudex facere non poteſt: vt teſtatur idem Andræas in
conſtitutione regni, inquiſitionibus. in fine. tamen
non intelligitur in his, quæ ſunt de iure diuino ſeu na
8 turali, † ex quo ipſe princeps ligatur iure gentium
vel naturali: prout dicunt omnes in cap. j. extrà de
proba. & idem Andræas in prædicta conſtitutione re-
gni, proſequentes in fine, vbi in ſpecie tenet hoc prin-
cipem ipſum minimè mandare poſſe de poteſtare or-
dinaria. & ſi id faceret de poteſtate abſoluta ſine cau-
ſa, malè faceret, quia excederet ſuam poteſtatem, ex
quo eſt Rex à regendo ſecundum iuſtitiam. cap. re-
gum. xxiij. quæſtio. v. idem dicit Andræas in cap. pri-
mo. de pace tenenda. Et inſuper conſiderare debet
Rex, quòd eſt homo, & Deo ſubiectus. & ſi ſua poteſta
te contra iura excedit, parum regnabit: vt quotidie
experientiam comperimus. & idem quod Andręas vt
ſuprà, refert & ſequitur Afflictus noſter Neapolitanus
in dicta conſtitutione: proſequentes. & in alia conſti-
9 tutione incipiēte, dira & dura. vbi plus ſubdit, † quòd
tempore Regis Federici Arragonei, dum ſua Maieſtas
affectaſſet quendam Nobilem torqueri authoritate
Regia, & ipſum interrogaſſet, an id facere poſſet: re-
ſpondit, id fieri minimè poſſe abſque legitimis indi-
ciis per prӕfatam deciſionem Andræę, & inſuper ſub-
dit, quòd boni Conſiliarij principis ſemper debent
dicere principi veritatem, & non quod ipſi principi
placitum eſt, moderatè tamen: vt dicit Apoſtolus ad
Titum cap. ſecundo. ibi: cum modeſtia corripientem
eos, qui reſiſtunt veritati. Inde dicitur Exodi capitulo
vigeſimoquarto: nō declinabit Iudex à veritate pro-
10 pter coniudices votantes contra veritatem. † & ibi
dicit Nicolaus de Lyra, ſanctum eſt præhonorare ve-
ritatem, vt dicitur primo Ethicorum & ideò dicebat
Baldus in l. Aemilius. ſecūda charta. ff. de minoribus.
magnus eſt Cæſar, ſed maior eſt ratio & veritas. Et
pro præmiſſorum corroboratione, adduco quod di-
cimus in ſimili de reſcriptis Papæ & Imperatoris,
11 quæ eſſent obtenta contra iuris diſpoſitionem: † nam
debent talia reſcripta ab omnibus iudicibus refutari.
l. reſcripta. C. de precibus Imperatori offerēdis. & ita
legibus & Canonibus expreſſum eſt: dixit Petrus de
Ancharano in conſilio cccxiij. incipiente, in Chriſti
nomine, Amen. incipiente, niſi legibus. & inquantum
abſorbent ius tertij, præſumuntur per importunita-
tem obtenta, ideò nulla ſunt. l. ſecunda. C. de peti-
tionibus bonorum ſubla. libro decimo. l. quoties. C.
12 de precibus Imperatori offerendis. † nam omnes aſsi-
ſtentes in officiis debent ſuo ſuperiori reſiſtere, ſi in-
iuſtè agat. l. omnes iudices. C. de appellatio. & ibi no-
tatur de ſubditis prælatorum. l. per hanc. C. de aduoc.
diuerſorum Iudicum. & in l. j. in fine. C. de præpoſitis
13 ſacri ſcrinij. & ideò † princeps aliquando per iracun-
diam, aut aliter inaduertēter ordinat, ſeu iubet, quod
demum ſibi dolet fuiſſe executum, vt dixit Pontanus
in ſuo tractatu de obedien. libro quarto. in rubrica,
an parendum ſit decreto, quod iniuſtum videtur. vbi
refert plures Principes antiquos, & Modernos in ira-
cundia quoſdam iuſsiſſe interfici, quos poſteà deſide-
rauerunt. & latè deciditur in cap. ſi quando. ſecundo
notabi. extrà de reſcript. & dicitur in ſpecie de Theo
doſio Imperatore, in cap. cum apud Theſſalonicam.
xj. quæſtio. iij. qui propterea fecit l. ſi vindicari. C. de
pœnis. & dicit Marti. de laud. in tractatu principum.
in ſexto. verſiculo, quòd conſiliarij maximè notent,
quòd ſi princeps iracundia motus ſine cauſæ cogni-
14 tione † mandauerit crudeles vindictas contra ſubdi-
tos alicui iudici, non debet permittere executionem
vſque ad triginta dies, vt interim ceſſet iracundia
principis, per textum mirabilem in l. ſi vindicari. C.
de pœnis. qui textus dicit quòd eſſet auro pingendus.
& ſimile dicit eſſe de papa, quando aliquid irratio-
15 nabile † mandat, nam debet eidem reſcribi. cap. ſi
quando. de reſcriptis. & etiam de prædictis bonus
textus cum gloſſa, in §. deinde. in authentica de man-
datis principum. collatione tertia. vbi gloſſa inuehit
contra miſeros prælatos, qui intantum timent literas
Papæ, ſeu Imperatoris, vt licet iniuſtas, non audeant
illis contradicere, & eſt ſimilis gloſſa in §. finali. in au
thentica vt determina. ſit numerus clericorum. col-
latione prima. in verſiculo, contradicere. & idem in
præmiſsis ſequitur Paris in tractatu ſyndicatus, in tit.
de exceſsibus conſiliar. in quinta charta. & in charta
octuageſimanona. verſicul. mandauit rex &c. Et ideò
dixit pulchrè Ioannes de Turr. Crem. in cap. quanuis.
vigeſimaprima diſtinctione, in quarta colum. quòd
16 principes ſunt conſtituti ad hoc, quòd † bonum pro-
curent ſubditis, & ſi aliter faciunt, abutuntur princi-
patu, & talis primatus, ſiue principatus ſeu domina-
tus introductus fuit à Chriſto apoſtolis, dum ait, non
erit ita inter vos, vnde Beatus Chriſoſtomus ſuper
Mattheum, pertractans hoc verbum, ita inquit, prin-
cipes mundi ita fiunt, vt dominentur minoribus ſuis,
& miniſtrent eis quæcunque acceperunt à Chriſto.
Nec obſtabunt præallegatis dicta Cyni vbi ſuprà in
17 dicta l. reſcripta. ex quo illa † procedunt, quando prin-
ceps ipſe cum conſilio conſiliariorum ſuorum & pro
cerum proceſsit ad ita mandandum ſeu dicendum,
Secus autem, ſi de ſeipſo tantum illud mandauit ſeu
fecit. Ita in ſpecie voluit Baldus in l. humanum. C. de
legibus. refert & ſequitur excellens Doctor Ioannes
Igne. Aurelianenſis, in quæſtio. illa, an Rex Franciæ
recognoſcat Imperatorem. quadrageſimaoctaua co-
lumna. maximè quia torquere ex proceſſu informati-
uo hominem nobilem & optimæ famæ, non eſſet niſi
18 tollere † defenſiones inquiſito, quod quidem princeps
facere non poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis.
Ita ſingulariter inquit Baldus in l. iij. §. ſi is, pro quo.
ff. quod quiſque iuris. idem refert & ſequitur Felynus
in cap. dilecti. ſexta columna. de exceptionibus. & in
cap. cùm olim. vltima columna. de re iudicata. Soci-
nus in conſilio cxx. incipiente, memini me aliàs con-
ſuluiſſe. nona columna. verſic. tertius caſus. in tertio
volumine. idem firmat Bartol. in l. filius familiàs. ſe-
cunda columna. verſi. ſed an tunc. ff. de donationibus.
Aretin.

Aretin.in conſilio cxv.ſicut Ioannes.xiij.colum. ver-
ſicu.ad obiecta. Socinus in conſi.cxliiij.viſa bulla.vij.
col.verſic.quando princeps.& in conſi.clxvj.incip.in
cauſa.xx.colum.verſi.tertius caſus.& ibi ſubdit, quòd
omnes Doctores tenent hanc doctrinam Baldi, &
dum nullatenus mandatum prædictum exequi deli-
beraſſem, die ſequenti prædictus illuſtriſsimus dom.
Cardinalis per medium Magnifici fiſci patroni, iuſsit
mandari magnificis Regenti, & iudicibus magnæ cu-
riæ in genere, & mihi cum eis, vt abſque vlteriori
mora procedere deberemus ad torturam prædictam,
reſpondi vltra præallegata minimè modo aliquo id
fieri poſſe, etiam ex alio capite, ex quo iſte Magnifi-
cus Paulus eſt in præſentiarum electus huius inclytæ
ciuitatis Neapolitanæ. & qui fuit prior ſuæ Ciuitatis
torqueri non poteſt. Ita Baldus in l. nihil. C.de quæ-
19 ſtionibus. imò † nedum qui hodie eſt conſiliarius ci-
uitatis, verùm etiam qui aliàs fuit, attamen in memo-
riam huius præteritæ dignitatis, torqueri non poteſt.
dicta l.nihil.& l.milites. C.de quæſtionibus. & in l. di-
uo Marco. Salicetus in l. prima. & ibi etiam ſequitur
Iaſon prima columna.verſicu.vnum tamen not. C. de
iuris & facti ignorantia. Bartolus in prædicta l. mili-
tes.ſic enim dicuntur, imò vocantur patres ciuitatis:
vt C.de his, qui ſpon.mune.propria ſuſcep.l.iij.ita di-
cit Iſidorus in quæſtionibus Etymologiarũ. & Lucas
de Penna in rubrica de decurionibus. libro x. verùm
Doctores & iura præmiſſa loquuntur in decurioni-
bus, ſed cùm hodie non ſint decuriones: id quod in di-
ctis iuribus dicitur de decurionibus, habebit locum
20 in † conſiliariis ciuitatum, vt ſi ciuitas habeat conſi-
liarios, idem erit, ex quo conſiliarij ciuitatum decu-
rionum inſtar obtinent, vt nota. in rubrica de decu-
rionibus.libro x. Ita dicit Lucas de Penna in l. nomi-
nationum.ſecunda columna. C.de decurionibus. lib.
x. nam conſules ciuitatum ſunt hodie loco decurio-
num, vt not. in dicta rubrica de decurionibus. & ibi
Iacob. Rebuffi. qui ſubdit, quòd cùm ſint loco ipſo-
21 rum ſubſtituti, habent idem priuilegium, quod † &
ipſi decuriones habebant, argumento l.filiæ. §. fin. ff.
de conditionibus & demonſtrationibus. l. ſi donatæ.
§.ſponſus.ff.de donationibus inter virum & vxorem.
Et quòd conſules vrbium noſtri temporis, teneant
idemmet priuilegium, quod decuriones habebant,
maximè vt non poſsint torturæ ſubiici, voluit in ſpe-
cie Salicet. ſubdens ita tenere docto. in dicta l. diuo
Marco. C. de quæſtionibus. cùm conſules ipſi ſucce-
dant hodie in locum ipſorum decurionum, vt dicit
gloſſ. in prædicta rubrica de decurionibus. libro x. &
in l.ſecunda, eodem titulo. & in l. nulli. ff. quod cuiuſ
que vniuerſitat. & in l.aliud. §. refertur. ff. de regulis
iuris.& in l.ſi ex dolo.§.primo.ff.de dolo.& ideò dixit
Ioannes de Platea in prædicta rubrica de decurioni-
22 bus. quòd † conſiliarij ciuitatum hodie habent can-
dem poteſtatem & priuilegia, quæ olim decuriones
habebant, & inter cætera habent hoc priuilegium, vt
etiam finito officio minimè torqueri poſsint in re-
uerentiam priſtinæ dignitatis, per textum, qui hoc
formaliter dicit in l.fina. de decurionibus. in verſicu.
ibi, non eſſe torquendum in memoriam priſtinæ di-
gnitatis, & ideò plus ibi refert Franciſcus Tigrinus
per illum textum, Martinum de Fantu. euaſiſſe con-
demnatum ad mortem, qui tortus fuerat, & per tor-
menta confeſſus, & non poterat de iure torqueri, quia
conſiliarius ciuitatis ſuæ fuerat, quod dicit eſſe bene
notan. Andræas Barbatia in capitulo, ſedes apoſtoli-
ca.quinta columna, extrà de reſcriptis. cùm priuile-
23 gium dignitatis † non finiatur finita dignitate, ſecun-
dum Baldum in dicto capitulo ſedes. de reſcriptis.
qui ad hoc allegat Innocentium. idem refert & ſequi-
tur Hyppolitus Marſilienſis in ſingularibus ſuis, in ſin
gulari clxxix. incipiente, viget ſtatutum communi-
ter. & in ſingulari cvij.incipiente, priuilegium digni-
tatis. & in ſingula. xxxv. incipien. ille, qui nunquam.
& in ſua practica cauſarum criminalium. in verſiculo,
expedita. octaua columna. & in l.edictum. ſecunda &
quarta columna. ff. de quæſtionibus. & ſubdit intan-
24 tum hoc eſſe verum, quòd ſi iudex procederet † ad tor
turam, poſſet ei de iure reſiſti: vt habetur in l. omnes.
C.de decurionibus. libro decimo. & probatur in au-
thentica, quomodo oportet epiſco.§.finali, & tenet
idem Hyppolitus Marſilieſis in prædicta practica cau
ſarum crimina.& in l.edictum. ſecunda columna. ff.de
quæſtionibus. ex quibus concludendo dico minimè
dici poſſe officialem non bene facere, ſi pro honore
25 Regio † non exequitur ipſius Regentis mandatum.
dixit pulchrè Baldus in l. finali. C. de negotiis geſtis.
& conſuluit Alexander de Imol. in conſilio cvj. in ſe-
cunda charta, ſecundo volumine. & eſt textus in ca-
pitulo cùm teneamur. de præbend.vbi cauetur quòd
ſi cauſa iuſta ſubeſt non adimplendi mandatum ſupe-
rioris, æquanimiter ſuperior debet ſuſtinere ibi: ſi
pro eo mandatum noſtrum non duxeris exequẽdum.
& ſic replicando eidem illuſtriſsimo domino, iterum
multa ex præmiſsis breuiter tangendo patienter to-
lerauit, ac ſe iuſtitiæ remiſit, eundem Magnificum Pau
lum eodem die excarcerauit, ac fecit eum comitiuã
nobilium ac magnatum ad eius domum aſſociari, &
non abſque excreſcentia amoris & beneuolentiæ er-
ga me, aſſerendo me optimè præſciuiſſe ſuæ indigna-
tæ voluntati obſiſtere, & furorem executionis iuſtitiæ
pro beneficio reipublicæ temperare.

Ego Thomas Grammaticus Iudex magnæ curiæ
Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericum ſe prætendens, & incedens ſine habitu & ton-
ſura & tentus vt laicus ac reputatus, poteſt capi &
puniri per iudicem laicum, abſque metu excommuni-
cationis.*
2 *Clerico ex prima corona an conferatur ordo.*
3 *Clericus in minoribus, lato ſumpto vocabulo, dicitur eſſe
in gradu ſacro, id eſt, in ordinibus ſacris.*
4 *Clericorum appellatione in materia fauorabili, veniunt
etiam in minoribus conſtituti.*
5 *Clericus primæ tonſuræ non poteſt per laicum accuſari.*
6 *De clericis non licet iudicare* Regi, *nec alteri ſeculari
perſonæ, dixit Papa Cæleſtinus tertius.*
7 *Clericatus eſt de iure diuino & ideò penitus clericus eſt
exemptus à poteſtate Imperatoris.*
8 *Clericus non poteſt conſentire, vt iudex laicus de ipſo co
gnoſcat.*
9 *Clericorum appellatione, quicunque clerici, etiam in mi
noribus conſtituti, continentur.*
10 *Clericus in minoribus conſtitutus, nullo modo poteſt ſor-
tire forum iudicis laici.*
11 *Clericus recedens à clericatu aſſumpto, abyciendo tonſu-
ram & veſtes, ſeculariter viuendo, vel incedendo, non
perdit*



*perdit priuilegium clericatus, niſi fuerit monitus &
nume.12.*
12 *Clericus vt perdat priuilegium ob inobſeruantiam ton-
ſuræ & habitus, debet moneri trina monitione, nec ſuf
ficit vna pro omnibus. & num.13.*
14 *Clericus licet immiſceat ſe enormitatibus, non amittit
priuilegiũ clericale, licet amittat priuilegiũ canonis
ſi quis ſuadente diabolo.xvij.q.iiij nõ amittit priuile
gium fori, & ibi niſi fuiſſet inueteratus in aggreſſuris
ſæuis & enormitatibus.15.*
16 *Clerici priuilegium fori emanauit à iure diuino, & à
Deo.*
17 *Clericus ſine habitu & tonſura repertus in flagranti cri
mine, non amittit priuilegium fori.*
20 *Clericorum familiares non deferentes habitum nec ton-
ſuram tamen gaudent priuilegio clericali.*
21 *Clericus de prima corona, dicitur habere ordinem cle-
ricalem.*
22 *Clericus renuens tonſuram clericalem, & habitum, &
immiſcẽs ſe enormibus, & perſeuerãdo in illis deprehẽ
ſus fuerit, nõ ex hoc poterit iudex laicus de eo cognoſcere.*

## VOTVM XXXIII.

REdemptoris gentium ſuffragio petito, A-
men. In cauſa clerici Hieronymi Marti-
na de Neapoli inquiſiti de homicidio cõ-
miſſo in ciuitate Auerſæ in perſonam cu-
iuſdam de eadem ciuitate, dum citatus fuiſſet Hiero-
nymus, ipſe comparuit in habitu & tonſura, iuxta
formam ritus ipſius magnæ Curiæ, & forum eiuſdem
magnæ Curiæ declinando, petit ſe tanquam clericum
remitti ad eius iudicem Eccleſiaſticum. Hæſitatum
igitur fuit, an eſſet locus remiſsioni petitæ? & dubium
prima facie faciebat quòd non, maximè cùm in præ-
teritum non adpareat ipſum in habitu clericali inceſ-
ſiſſe, ſed vt merus laicus, ſemper tentus & reputatus
1 fuerit, † quo caſu poteſt capi & puniri per iudicem
laicum abſque metu excommunicationis. Text. eſt in
cap.ex parte.de priuileg.& in cap.j. de apoſta. & licet
text. in cap. cùm contingat. de ætate & qualitate. vi-
2 deatur præſupponere quòd † in prima corona confe-
ratur ordo ſecundum omnia iura in iſto caſu loquen-
tia, & prima corona ſine aliis minoribus non eſt, nec
dicitur propriè ordo clericalis, nam clericus de pri-
ma corona tantùm nullũ in Eccleſia Dei habet exer-
citium ſeu officium ſibi deputatum, ſicut habent cæ-
teri conſtituti in minoribus & aliis ordinibus, vt in c.
acolytus.cùm aliis quatuor ſequentibus. xxiij.diſtin-
ctione. & ideò non poteſt propriè dici ordo. Ita vo-
luit magiſter ſententia. in quarto ſentent. vigeſima-
quarta diſtin. vbi poſtquam nominauit ſeptem ordi-
nes, ait, corona enim ſignaculum eſt, quo ſignatur in
partem ſortis miniſterij diuini. Et idem quòd non ſit
ordo tenet beatus Thomas in ſumma tertiæ partis
quæſtione xxxv. articulo ij. & in eadem tertia parte,
quæſt.iiij. articulo ij. & ibi ſubdit, quòd corona habet
vlterius aliquod ſpeciale, quod ei reſpondet, ſicut ſi-
gnatum ſigno, ſed hæc non eſt aliqua ſpecialis pote-
ſtas, & ideò in corona non imprimitur character. &
hinc Hieronymus ſcribens ad ſuum leuitam in cap.
duo ſunt.xij.quæſt.j. videtur præſupponere, quòd co
rona in capite ab inſtitutione eccleſiæ fuit, vt ſit ſi-
gnum clericatus, & ſic videtur eſſe ianua ordinum,
vt oſtendat animum & intentionem recipientis co-
ronam, eſſe clericandi, licet ipſa per ſe propriè non
contineat ordinem, nec exercitium ordinis: vt ſuprà.
Hoc probat tex.in c.j.xxv.diſtin.vbi ſanctus Iſidorus
ſcribens ad Ludifredũ, officium Epiſcopi, & cæterorũ
in eccleſia Dei, ponit, videlicet oſtiariũ, exorciſtam,
acolitum, lectorem, Subdiaconum, Diaconum, &
presbyterum, & epiſcopum, inter quos non ponit cle-
ricum de prima tonſura, ſeu corona, quia nullum ha-
bet in eccleſia Dei à iure exercitium. Et quòd prima
tonſura non dicatur ordo, facit bene text.in cap.cle-
ros.in principi, xxj. diſtinctione. vbi text.dicit, gene-
raliter clerici nuncupantur omnes, qui in eccleſia
Chriſti deſeruiunt, vt ſunt oſtiarius, pſalmiſta, & cæ-
teri præmentionati, inter quos non mentionatur cle-
ricus de prima tonſura, ſcilicet de prima corona. Et
idem text.in cap.de perſona.§.ne verò.xj.quæſt.j.vbi
ponuntur, qui veniant appellatione clericorum. &
tamẽ non ponitur clericus de prima corona tantùm
Et ita etiam videtur conſuluiſſe Ioannes Andræ.in
quodam ſuo conſilio, incipiente, quia ſæpiſsimè dubi-
tari contingit. & reperitur in fine tractatus maleficio
rum domini Bonifacij de vitalinis. Sed ego dictum
conſilium reperi inter conſilia Alexan. de Imola, nu.
61.in iiij.volum.vbi ſubdit in fina.verbis, quòd domi
nus Beccarius de Beccaria, dicit quòd ipſe ſcripſit do
mino Ioanni Andreæ. & petiit, nunquid verba prædi-
cta dicti conſilij eſſent ſua? & prædictus dominus Ioan
nas Andræas ſibi reſpondit, quòd ſic. Quibus non ob
ſtantibus contrarium videtur de iure tenendum, nam
3 nulli dubium eſt, quòd † clericus in minoribus lato
ſumpto vocabulo, dicitur eſſe in gradu ſacro, id eſt,
in ordinibus ſacris. Glo.eſt ſing. xxxij.diſtinct. in ſum
ma. & Dominicus de ſancto Geminiano in cap. ſicut
ſacerdotes.ij.quæſt.vij. Hinc eſt, quòd in materia fa-
4 uorabili appellatione † clericorum veniunt etiam in
minoribus conſtituti. Ita voluit Abb. in rubrica de
vita & honeſtate clericorum. & probatur in cap. cle-
ros.xxj.diſtinctione.cum ſimilibus.& ſequitur Anto-
nius Corſe.in ſingularibus ſuis. in ſingula. incipiente,
accuſatio. & ibi dicit etiam poſt Domini. in dicto c.
ſicut ſacerdotes. quòd laicus non poteſt accuſare cle-
5 ricum † primæ tonſuræ.& in cap. cùm non ab homi-
6 ne.de iudiciis.† Cæleſtinus tertius interrogatus, an li-
ceat regi vel alicui ſeculari perſonæ iudicare clericos
cuiuſcunque ordinis, ſiue in furto, ſiue in homicidio,
ſiue in periurio, reſpondit, tales ante depoſitionem &
incorrigibilitatem iudex ſecularis iudicare ſeu puni-
7 re non valet, & ſuffragatur optimè, † quia clericatus
eſt de iure diuino, vnde eo ipſo, quod quis eſt clericus
eſt penitus exẽptus à poteſtate Imperatoris. Ita dixit
pulchrè Abb.in c.ſolitæ.extrà de maioritate & obe-
diẽtia. imò nec ſi ipſe clericus à iudice laico cognoſci
8 † vellet, non poſſet ſuo priuilegio renunciare, per tex.
in cap. ſi diligenti. & in cap. ſignificaſti.de foro com-
petenti.& in cap. contingit.de ſententia excommuni-
cationis. Et quòd appellatione clericorum quicun-
9 que clerici etiam in minoribus † conſtituti, cõtinean-
tur, vt gaudeant priuilegio clericali, videlicet fori, &
canonis in criminalibus, volunt expreſsè Docto.in di
cto cap.cum non ab homine. de iudiciis.& facit text.
in cap. ij. quaſi per totum. de foro competenti. imò
etiam comprehẽderentur clerici coniugati, dummo-
do cum vnica & virgine, dummodo tonſuram & ve-
ſtes clericales deferant, per textum in cap. vnico. de
clericis

clericis coniugatis.in ſexto. & facit textus in cap. ne-
mo. & in cap. clericum. & in cap. continua. quaſi per
10 totum.xj.quæſt.j.& ſic quòd† clericus conſtitutus in
minoribus nullo modo ſortiri poteſt forum iudicis
ſecularis, probatur bene in cap.ij. & ibi ad hoc pon-
derant text. Doƈto.de foro competenti.& in diƈto c.
cùm non ab homine. & conſuluit in ſpecie Alexand.
in diƈto conſilio ccix.ij. volum.& idem tenet And. de
Iſer.in conſtit.apoſtatantes.de apoſta.vbi formaliter
dicit, quòd quando quis recedit à clericatu aſſumpto,
11 † quantumcunque contrarium faciat, abiiciendo ton
ſuram, & veſtes, ſeculariter viuendo, vel incedendo,
non perdit priuilegium cap. ſi quis ſuadente. niſi ſit
monitus: & tunc ſi poſt monitionem non deſiſtat, in
omnibus laicaliter ſe habebit: ante admonitionem
nihilominus erit de foro eccleſiaſtico: nec iudex ſecu
laris mittet manus in eum: poſt verò monitionem
erit de foro ſeculari, niſi eſſet in ſacris vel profeſſus
in monaſterio. Et idem etiam ſequitur Luc.de Pen. in
l.iudices.la ſecunda.in iiij.col C. de digni.lib. xij. vbi
ſubdit, quòd licet clericus non ſit in ſacris: & ſe im-
miſceat ſæuis.& alia damnabilia exerceat, non ex hoc
perdit priuilegium clericale. Et ideò non ſuffragare-
tur fiſco allegare, ſeu obiicere de dimiſsione habitus
clericalis & tonſuræ, & quòd in ſæuis ſe exercuerit:
12 nam iſta nihil officiunt ad amiſsionē † priuilegij cle-
ricalis, niſi prius fuerit à diœceſano ſuo monitus trina
canonica monitione, vt à prædiƈtis deſiſteret, & ha-
bitum reaſſumeret, vt in cap.ad audientiam.extrà, de
ſententia excommunicationis.& in cap.ſi iudex.cod.
13 tit.lib.vj. Nec ſufficeret vnica monitio † pro omnibus,
vt dixit dominus Abb. in cap. contingit. lo ſecundo.
de ſententia excommunicationis. imò nec ſufficeret
monitio fieri vno contextu, ſed per interualla tempo-
rum, & pluriū dierum, nec etiam ſufficeret vna cum
interuallo dierum, vt dicit gloſ. in clementina prima.
in verſi.iij.de vita & honeſtate clericorum. Innocen.
in cap.ex literis.eod.tit.gloſ.in cap.ſi verò.§.j.de ſen-
tentia excommunicationis.& in cap. ſine ornatu. v.
quæſtio.iiij. & Archidia. in cap.ſi.lx.diſtinc. Ita etiam
vt ſuprà, conſuluit Alexand. in conſilio viij.j. volum.
& idem conſuluit Socinus in conſilio xvij.incipiente,
quem in præſentiarum. & in conſilio cxxij.in iiij.vol.
Specula.in tit.de ſenten.§.j.verſi.ſed quæritur vtrum.
& ibi Ioannes Andræas & optimè Hyppolitus Mar-
ſilienſis in conſi.lxviij.viij.colum.num.59. Lau.Calca.
in conſil.lx.incipiente, pro diƈto Nicolao.& in conſi.
vij.incipien.quia ante quæſitum.xix.colum. verſic.in
contrarium, quòd imò, & tenent omnes præfati con-
ſulentes, quòd nihil obeſt ipſi clerico primæ tonſuræ,
14 quòd non incedat in habitu & tonſura, & quòd † ſe
immiſceat enormitatibus, nam non ex hoc perdit pri
uilegium clericale. & licet amittat priuilegium ca-
nonis. ſi ſuadente diabolo. xvij. quæſtione iiij. non
tamen amittit priuilegium fori. vt eſt tex. & ibi Ioan-
nes Andræas, do. Ant. & Abb.in cap.ij.de foro com-
petenti. Archidia.& Ioann. Andræas in cap. nullus.de
tempor. ordi.in vj. Innocen. in cap.j.de apoſtat. & in
cap.nouit.de iudi. Bald. in Margar.in verſic.clericus.
verſi.xix. Cardin.in clemen.ij.§.j.de ſepultu. & tenet
Spec.in tit.de ſenten.§.j.verſic.ſed quæritur.& voluit
Ioan. And.in c.perpendimus. de ſenten.excommun.
15 vbi ſubdit, niſi fuiſſet inueteratus † in agreſſuris ſæuis
& enormitatibus.& idem ſequitur Abb.ſicu. refert &
ſequitur Socinus in diƈto conſil. xij. vbi etiam ſubdit
hanc opinionem probari ex eo, quia difficilius amit-
16 titur priuilegium fori, quàm canonis, † ex quo priui-
legium fori emanauit à iure diuino, & à Deo, iuxta il-
lud, noli tangere chriſtos meos, vt probatur.xcvj.di-
ſtinƈtione. cap ſi imperator. not. Hoſtien.& Innoc.
in cap.ij de maiori.& obediē.ſed priuilegium cano-
nis emanauit à iure poſitiuo, vt habetur plenè in diƈto
cap.perpendimus.& pariter probatur diƈta opinio in
c.cùm non ab homine. de iudi. & in c.ſi iudex laicus.
de ſenten. excommunica.in vj. nam cùm ibi clericus
reperiatur ſine habitu & tōſura, repertus in flagran-
17 ti † crimine, non amittit priuilegium fori, quantò ma-
gis clericus, qui non reperitur in flagranti crimine,
non debet tale priuilegium amittere. Idem in ſpecie
tenet & ſequitur Marſil. in prædiƈto ſuo conſil. lxvij.
18 vlti.colum.nec militat, quòd † non inceſſerit in habi-
tu & tonſura, quo caſu non videretur ſibi clericatus
ſuffragari, per ea, quæ habentur in cap.j.de cleri.con-
iuga.in vj.& in cap. Ioannes.eodem tit. in antiquis.&
Bald. in l.ſi qua per calumniam. C.de epiſco. & cleri.
Nam reſpondetur hoc non eſſe indiſtinƈtè verum,
19 † ſed requiritur, quòd præcedat trina monitio, vt ſu-
prà diƈtum eſt, iuxta ea quæ habentur in cap.fina. de
vita & honeſt. clerico. Et patet etiam tangibili exem-
20 plo, nam familiares † clericorum non deferentes ha-
bitum nec tonſuram, tamen gaudent priuilegio cleri-
cali ex perſona ipſorum clericorum, ſecundum Doƈt.
in l.ij. C.de epiſco.& cleri. quantò fortius ipſi clerici,
quibus principaliter eſt priuilegium prædiƈtum con-
ceſſum, non debent illud perdere, dum habitum non
deferent ſeu tonſuram? Et ad illud obieƈtum, quòd
prima tonſura non ſit ordo, non videtur ſic ſimplici-
ter verum, nam Innocen. quartus in cap cùm contin-
21 gat.de æta. & quali.tenet, quòd † ſit ordo, vt probat
bene text.in cap.j.de apoſta.ibi, ordine dimiſſo. Et ad
ſuprà diƈtum obieƈtum, quòd prima tonſura non ſit
ordo, prout dixit Magiſter ſententiarum, & Sanƈtus
Thomas ſuprà allegati, reſpondetur, quòd verum eſt,
vt in expoſitionibus ſcripturarum ſtari debeat diƈtis
ſanƈtorum, ſed in deciſionibus cauſarum ſtandum eſt
ſummis pōtificibus, quia ipſis & non ſanƈtis data fuit
poteſtas legis condendæ, vt voluit gloſſ.xx. diſtinƈt.in
ſumma.& etiam in cap.j.ibidem. & plenè Ioannes de
Tur. Crem.ibidem in diƈto cap.& Panor.in cap.ne in-
nitaris.in fin. extrà de conſtitu. & ideò dixit pulchrè
Sanƈtus Thomas in ſecunda ſecundæ quæſtio.xj. arti.
ſecundo, quòd contra authoritatem Romani pontifi-
cis nec Hieronymus, nec Auguſtinus, nec aliquis ſa-
crorum doƈtorum ſuam ſententiam defendit. Et ad
cap. ex parte. el iij.de priui. reſpondetur, quòd illud
capitulum ſecundum glo.& doƈto.ibi, procedit quan
do non conſtabat eos eſſe verè clericos, licet aliquan
do aſſumpſerint habitum clericalem, & tonſuram, &
demum eam depoſuerint, ſeu reliquerint, nam ex hoc
non poſſunt tueri, vt clerici, ſi in deliƈto deprehenſi
fuerunt, & prius communi opinione non reputaban-
tur clerici, etiam ſi deinde voluerint aſſumere habi-
tum & tonſuram. Sed in caſu noſtro adparet illum
eſſe verè clericum per adparentem titulum ſeu bul-
lam clericatus. Ad ca.j.extrà de apoſta.licet pluribus
modis reſponderi poſsit, attamen præ cæteris melius
reſpondet Hoſtien.ibi, quòd ad hoc vt clericus con-
ſtitutus in minoribus, conuerſans vt laicus, perdat
priui



priuilegiū fori abſque aliqua monitione, requiritur
quòd exerceat aƈtum omnino contrarium ordini cle
ricali, vt quòd duxerit vxorem corruptā, vel ſe fece-
rit militem, & exercuerit ſæua, per id, quod habetur
in c.quiſquis.lxxxiiij.diſtin.& in c.j.de biga.in vj. ſe-
cus ſi exercuerit aƈtum non omnino contrarium, vt
quia duxerit vnicam & virginem: vel effeƈtus eſt mi-
les: & non exercet ſæua, iuxta id, quod habetur in c.j.
de cler.coniuga.& c.finali.in antiquis. & idem voluit
Pet.de Anch.in diƈto cap.j.de apoſta. in diſputatione
ſua.ibi expreſsè cōcludit, quòd † clericus qui renuit
12 tonſuram & habitum clericalem, & immiſcet ſe enor
mibus, & perſeuerat in illis, & quòd hæc faciendo fue
rit deprehenſus, iudex laicus nō ex hoc poterit ipſum
punire, ſed debet mittere ad iudicem eccleſiaſticum:
niſi monitio, de qua ſuprà, præceſſerit, per diƈtum c.ſi
iuſta.& per not.per glo.in diƈto c.ex parte.vnde cùm
iudex laicus non habeat poteſtatem inquirendi nec
procedendi contra clericum, & ſi procedit, debet ſta-
tim interpellatus deſiſtere ſub pœna excommunica-
tionis: & ipſum remittere iudici eccleſiaſtico. c. ſi iu-
dex laicus.de ſententia excommunic.in vj.& habetur
in c.at ſi clerici.in princ.de iudic. & dum pluries con-
tigiſſet caſus in perſonam diuerſorum clericorū pri-
mæ coronæ inquiſitorū de diuerſis deliƈtis, ſicut fuit
in perſonam Alphonſi riſponi ſcribæ fiſcalis magnæ
curiæ Vicariæ inquiſiti de furto, & in perſonam Pyr-
rhi Loyſij nauclerij inquiſiti de ſtupro, necnon in per
ſonam Pauli de Lāberto, inquiſiti de violentia & fur-
to boum tempore iudicatus mei in eadem magna cu-
ria anno M. cccccv. & M. ccccciij. & M. cccccxxx.
cùm docuerint ſe clericos de prima corona median-
tibus decretis magnæ curiæ vicariæ, nec non & ſuprà
ſcriptis Regij conſilij fuerunt remiſsi ad iudicem ec-
cleſiaſticum, & pariter tanquam patronus in cauſa cle
rici Matthæi Pontoni inquiſiti de furto in ciuitate
Auerſæ. ex quo non incedebat in habitu & tonſura,
denegata remiſsione per capitaneum Auerſanum. de-
creto eiuſdem magnæ Curiæ fuit remiſſus ad iudicem
eccleſiaſticum, & dum appellaſſet, capitaneus ipſe ad
ſuprà ſcriptum Regium conſilium, ſimiliter decreto
ipſius ſuprà ſcripti conſilij fuit remiſſus, & nouiſsimè
præſenti anno. M. cccccxxxiij. de menſe Ianuarij,
dum clericus Hieronymus de Iorio de prima corona
gerens ſe pro laico in habitu & tonſura fuiſſet inqui-
ſitus de falſa moneta, tanquam laicus, & cōſtituto per
bullas clericatus de prima corona, communi voto
magnificorum iudicum eiuſdem, fuit remiſſus ad iudi-
cem eccleſiaſticum, & ſic pari voto iudicatum & de-
cretum fuit prædiƈtum clericum Hieronymum Mar-
tina remittendum ad ſuum iudicem eccleſiaſticum,
prout remiſſus fuit, vt iuſtitiam faceret tanquam eius
competens iudex.

Thomas Grammat. Iudex magnæ Curiæ Vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Amicitiæ reconciliatio præſumitur ex conuerſatione, & colloquio ſubſequutis.*
2 *Aſſertioni mandatarij, & diƈto creditur contra aſſaſſinum mandantem, concurrentibus alijs.*
3 *Fama an faciat indicium ad torturam & quomodo requiritur, quòd teſtes deponant ſuper ea, vt probent.*
4 *Inimicitia vera & conſiderabilis quæ ſit vt faciat indicium ad torturam.5.7.*
8 *Malæ vitæ & famæ exiſtens repellitur à teſtimonio.*
9 *Socio criminis in caſibus in quibus creditur, debet intelligi in ſocio criminis, aliàs non infami ex deliƈto. 10.*
11 *Reus interrogatus de ſe, & de alio, ſtatur primæ eius depoſitioni, licet contrarium depoſuerit ſecundo loco in tormentis.*
12 *Reus non debet per iudicem ſpecialiter interrogari, nominando ſibi aliquem aliàs diceretur ſuggerere, nec probaret id quod deponeret.*
18 *Præſumptio vna tollitur per aliam.*
19 *Indicia ſi ſubſiſtunt ad torturam contra inquiſitum, illa eneruātur per alia, quæ extiterunt in contrarium pro inquiſito.*
20 *Indicia ſi exiſtunt ad torturam contra aliquem vnumquodque quod vrgeret in contrarium, illa eliderct, adeò vt torqueri non poſſet.*

## VOTVM XXXIIII.

TRemendi Dei petito præſidio, Amen. In
cauſa nobilis mulieris Sabbæ, de ſanƈto
Māgo, cum Regio fiſco ſuper inquiſitione
aſſaſsinij commiſsi in perſonam quondā
Felicis fundatarij eius cognati, producūtur ad proba
tionem prætenſi aſſaſsinij per Regium fiſcum infrà
ſcripta. Primò, inimicitia contraƈta anno elapſo in-
ter eos ex cauſa cuiuſdam maſſariæ, ſuper qua filij eiuſ
dem dominæ Sabbæ habent proprietatem. & idem
quondam Felix vſumfruƈtum, dū viueret, ſuper qua
maſſaria, aliàs deuenerunt ad verba vna cum eorum
famulis, & rixati ſunt ad inuicem, ex quibus fiſcus ini-
micitiam fuiſſe contraƈtam prætendit. Vnde ſubſe-
quuta morte præfata videtur dicendū aduerſus ipſam
magnificam Sabbam vrgere indicium inimicitiæ, cùm
1 de inimico lex præſumat † omne malum. l. j. §.præ-
tereà.ff de quæſtionib.& ideò videtur ſufficiens indi-
cium ad torturam, vt voluit Angel.in l.fin.C. de quæ-
ſtion.Spec.& Ioā.Andr.in titu.de præſumptio.verſi.
ſed pone. & videtur ſentire Bart.in l.finali. ff.de quæ-
ſtionib. Secundò accedit depoſitio ipſiuſmet Hiero-
ny.baƈti homicidæ aſſerentis in tortura, quòd median
te ordinatione & mandato eiuſdem dominæ Sabbæ
promittentis ſibi dare optimum potagium, ipſum mi
ſerum Felicem occidit, cui Hierony. aſſaſsino concur
rentibus de quibus ſuprà & infrà, de iure credendum
2 † eſt contra ipſam Sabbam mandantem, vt firmat Sa
licet.in l.fina.C.de accuſ.Ioan.de Imol.in c.j. de con-
feſ.& conſuluit Alex.in conſilio cxxvij.incipien. quo
niam abundè.in iiij.volum.& probat bene gloſ. in di-
ƈta l.finali. & tenet etiam Guido de Suza. in traƈtatu
de tortu.viij.colum.& idem Guido in traƈta. malefic.
ſub rubrica, qualiter reus ſubiiciatur. Tertiò concur-
rit, quòd ſtatim perpetrato deliƈto inſurrexit publi-
3 ca vox & fama, † quòd prædiƈtus Hieronymus occi-
derat prædiƈtum Felicem, quæ fama publica, ſecun-
dum Cyn.in l.finali. C.de quæſtion. facit indicium ad
torturam. Idem tenuit Bart. in ſuo conſilio cxcj. inci-
pien. Domino paci de Burgo pulchro, legū Doƈtori.
Et facit gloſſ. in l.iij.§.eiuſdē.ff. de teſti.dum dicit, fa-
mam facere ſemiplenā probationem. Quartò & vl-
timò, videbatur ſatis conſiderandum, quòd mortuo
ipſo Felice vſufruƈtuario extinguebatur penſio ſexa-
ginta Ducatorum, quæ annuatim eidem Felici ſolui
debebat per filios Sabbæ. Quibus omnibus conſide-
ratis videtur veriſimilis confeſsio prædiƈti Hierony.



mand

mandatarij aduerſus prædictam Sabbam: & quibus
concurrentibus videtur dicendum, prima facie pro-
batũ de huiuſmodi crimine aſſaſsinij aduerſus ipſam.
Et tandem ipſis non obſtantibus in caſu præmiſſo
contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem ex
infrà ſcriptis. Et quò ad primum dico principaliter
inimicitiam, de qua ſuprà, nõ obſtare, ex qua vt poſ-
4 ſit dici vera † & conſiderabilis inimicitia requiritur
probari qualitas inimicitiæ in ſpecie: nec ſufficit ita
in genere non adiecta qualitate, & cauſa inimicitiæ,
quo caſu non dicitur probata inimicitia. Dixit pul-
chrè Imola in cap. Raynutius. de teſtamentis Bal. in l.
ſi quis teſtibus. in fin. C. de teſtib. ſequitur Iaſ. in l. j. v.
5 colum. C. de teſta. maximè, quia inimicitia, † ex qua
reſultare poſſet indicium, requiritur quòd fuerit ca-
pitalis. Et ita probatur, vt inquit Ludo. Rom. in l. j. §.
hoc reſcriptum ff. ad ſyllã. & bene probant not. per
Bart. in l. iij. ff. de adimen. lega. & nihilominus plenif-
ſima reconciliatio, & infrà paucos dies poſt habita
verba adparet ſubſecuta. Nam fuerunt poſtmodum
viſi conuerſari, imò inhabitare & colloqui: ex qua cõ-
6 uerſatione † & loquela probatur amicitia & recon-
ciliatio, quatenus inimicitia præceſsiſſet. Ita voluit
Abb. in c. repellantur. de accuſa. & Bald. in authent. ſi
7 dicatur. C. de teſti. † Accedit inſuper, quòd iſtud indi
cium inimicitiæ, vt remotum à facto non videtur ſuf-
ficere ad torturam: vt dixit Ioan. de Imo. in l. fina. ff. de
hæredib. inſtituen. & ibi refert idem Rayn. & idem te-
net Gandin. in tract. malefic. in rubric. de quæſtion. &
tormen. in verſi. quæ debeant præcedere quæſtiones,
& hoc magis communiter tenetur: licet Specul. ſuprà
relatus ad partem contrariam, videtur tenuiſſe con-
trarium, ſed cum Ioann. de Imol. Gand. & Bald. tenet
etiam Angel. in dicto tracta. malefic. in verſicu. fama
publica. colum. vj. & xij. & ibi Auguſt. in addi. vbi di-
cit, quòd propter hoc ſolùm nunquam poneret ali-
quem ad torturam. & idem tenet Bald. in c. literas. de
præſumptionibus. Quò verò ad ſecundum circa depo
ſitionem ipſius Hierony. aſſerentis de mandato, & or
dinatione prædictæ Sabbæ, vt ſuprà, clarum eſt quòd
ſe ſocium & participem criminis facit: in quo crimi-
ne licet cum aliquibus aliis iura deferant, vt ſuprà: at-
tamen adparet probatum eundem Hierony. fuiſſe, &
8 eſſe malæ vitæ & famæ: & de aliis † criminibus attin-
ctum & diffamatum: quo caſu à teſtificando repelli-
tur. c. licet. de foro competenti. c. ſuper eo. & c. teſti-
monium. extrà de teſtib. voluit Specul. in tit. de teſte.
§. j. colum. xxv. verſic. item quòd eſt probatæ vitæ, ſe-
quitur domi. Steph. aufre. in titul. de reproba. teſti. in
verſic. malæ vitæ. & Alexan. in conſilio cliiij. colum.
in v. volum. & ſi vt malæ vitæ & infamis, à teſtimo-
nio repellitur, multò magis dum eſt ſocius criminis.
Quòd maximè concedendum eſt, cùm prædictus Hie
rony. deprehendatur attinctus in aliis criminibus, ma
ximè ſodomiæ & furti: quo caſu licet credendum ſit
9 ſocio criminis in caſibus exceptuatis: † attamen id
intelligendum eſt procedere in ſocio criminis aliàs
non infami ex alio delicto. & hoc per not. doct. Ange.
in l. qui iudicio. ff. de accuſ. vbi dixit, quòd ſi ex forma
ſtatuti debet credi accuſatori damni dati, vel alterius
10 criminis, quòd ſi ipſe accuſator † eſſet infamis infa-
mia facti, non erit ſibi credendum. & ſubdit Angel.
quod cùm hæc quæſtio occurriſſet ſibi de facto tempo
re ſuo, ita fuit iudicatum. Idem refert etiam & ſequi-
tur Anton. Corſe. Sicul. in ſuis ſing. in ſingu. in verſic.
integer. Et ita per prædictam doctrinam Ang. reperio
in particulari conſuluiſſe Hyppolitum Marſilienſem
in ſuo conſilio lxxiiij. iiij. colum. j. volum. Præterea,
ex alio nihil adparet militare pro fiſco depoſitio præ-
dicti Hierony. Bacti, cùm tanquam principalis in tor-
tura & extra torturam primo loco interrogatus, mi-
nimè aliquem nominauerit, nec inculpauerit in deli-
cto prædicto, & tandem dum pluries altiatus in tor-
tura interrogaretur ſæpe ſæpius, *como ſo ammazato ſeu
ſuffocato lo dicto* Felice *& che e quello che ne ſape*: ipſo depo-
ſante. reſpondit, *ſignore, non ne ſaccio altro*. & dũ ei dice
retur: *tu non lo voi dicere per non fare diſpiacere ad ma
damma* Sabba. reſpondit. *e ſignor, epſa non mi e ſore ad
me: e che mi e ad me*; & tandem impatiens doloris tor-
turæ, ſuggeſto ſibi nomine prædictæ Sabbæ ipſam in-
culpauit. vnde ſuccedet, quòd quando quis interroga
11 tur † de ſe & de alio, ſtatur primæ depoſitioni, licet
contrarium depoſuerit ſecundo loco in tormentis. Di
xit Bart. in l. j. §. quæſtioni. per illum tex. ff. de quæſtio-
nib. Franc. de Aret. in capi. cùm in tua. colum. v. extrà
de teſtamen. & idem Aret. in conſilio lxj. incipien. in
cauſa iſtorum. & idem conſuluit Philip. Decius, in cõ-
12 ſilio clxxv. pro quibus adduco, † quòd nõ debet reus
per iudicem ſpecialiter interrogari, nominando ſibi
aliquem, ſed debet in genere interrogare minimè ali-
quem ſuggerendo, aliàs non tenet eius confeſsio, tan
quam per ſuggeſtionem extorta. tex. eſt in dicta l. j. §.
qui quæſtionem. ff. de quæſtion. & faciunt dicta docto-
rum in l. iubemus. C. de teſtamen. Vbi de teſtatore, ꝙ
13 † non debet interrogari per notarium, an faciat talem
hæredem, ſed expectare, vt teſtator ex ſe hærede no-
minet, aliàs non tenet teſtamentum. Idem dixit Paul.
de Caſt. in l. hac conſultiſsima. C. qui teſtamen. facere
poſſunt. & plene Alex. in dicta l. iubemus. & etiam in
ſeruo hæc locum habent, dixit Bart. in præfato §. qui
quæſtionem. Circa tertium de fama, quæ inſurrexerit
poſt perpetratum delictum, reperio quòd ad proba-
tionem famæ requiritur, quòd teſtes depoſuerint à
quibus audiuerint dictã famam, illos in ſpecie nomi-
14 nando, etiam quòd † de hoc interrogati minimè fue
rint. Ita dicit Innoc. in c. qualiter & quando. de accu-
ſa. & in c. cùm oporteat. eodem tit. & ibi ſubdit, quòd
ideò etiam interrogati tenentur reſpondere ſeu depo
nere, à quibus audiuerunt: aliàs non probant. Et hoc
ex quo non ſtat in arbitrio iudicis iudicare, an illæ per
ſonæ à quibus teſtis audiuit, ſint graues. & idè voluit
Ioan. Andr. in dicto c. cùm oporteat. dicens ita ſerua-
ri: quod etiam voluit Abb. in c. cùm cauſam. de teſtib.
ſequitur Alexan. in l. de minore. §. pluriũ. de quæſtio-
nibus. & conſuluit Hippol. Marſilienſis in ſuo conſil.
xxviij. colum. numero xliij. Alexand. in conſil. xxv. in
iiij. volum. Abb. in c. conſuluit. lo primo. de appella. &
idem ſequitur Franciſcus de Are. in dicto c. cùm cau-
ſam. de teſti. Potuit enim dicta fama traxiſſe originem
à maliuolis & odioſis: & ideò non haberet obeſſe ipſi
inquiſito. vt dicit Bar. vbi ſuprà. & Angel. in l. iij. ff. ad
macedon. Spec. in titulo de inquiſitio. §. nunc tracte-
mus. verſicu. ſuper probatione. Abbas in c. veniens de
teſtibus, & hoc quidem dicit eſſe bene menti tenen-
dum. Iacobinus de ſancto Georgio in l. iij. §. eiuſdem.
15 de teſtibus. vbi etiã ſubdit, † quòd debet exprimere
& declarare cauſam, vnde traxerit originem fama
ipſa, vt ſciatur, an ſit probabilis fama, an verò vana
vox



vox populi, cui non eſt credendum. l. decurionum fi-
lij. C. de pœn. ita Bar. in dicta l. de minore. §. plurium.
ff. de quæſtionibus. Bald. in l. diffamari. C. de ingenu.
manumiſſ. ff. Item † requiritur ad famæ probationem
16 teſtes depoſuiſſe, quòd audiuerint à maiori parte po-
puli illius ciuitatis ſeu loci, etiam quòd de hoc inter-
rogati non fuiſſent. Ita Bart. in prædicto §. plurium.
quinta columna. verſic. qualiter probetur fama. & ibi
ſubdit, quòd aliter non probatur. Idem ſequitur An-
gel. in l. quid ergo. §. quæſtionẽ. ff. de infamibus. Bal.
in rubr. C. de probationibus. & in l. ſolam. C. de teſti-
bus. Floria. in l. ob carmen. in princip. ff. de teſtibus.
Abbas in cap. cùm cauſam. extrà eodem titulo. Præ-
tereà, requiritur ad famæ probationem quòd fama
ipſa præceſſerit de delicto prædicto † ante inquiſitio-
17 nem formatam, & non poſt: aliàs non poteſt dici fa-
ma probata. Ita conſuluit pulchrè Petrus de Anchar.
in conſilio cliij. incipiente: in quæſtione presbyteri.
vnde cùm non fuerit probatum, quòd ante formatam
inquiſitionem prædicta fama inſurrexerit, ergo &c.
Et nihilominus liquet ex defenſionibus prædictæ do-
minæ Sabbæ, quòd alia fama inſurrexit de homicidio
prædicto contra Domin. famulum prædicti quon-
dam Felicis quòd ipſum occiderit: ſtante quoque con
tra illum maiori veriſimilitudine, cùm reperiatur au-
fugiſſe ſtatim perpetrato delicto à camera prædicti
quondam Felicis, vbi ipſe Dominus dormiebat, in
qua repertæ ilico fuerunt caſsiæ ſeu ſcrinia eiuſdem
Felicis fracta, & omnibus bonis euacuata: & Felix ipſe
occiſus ibidem. Item & ſi contra aliquem vltra præ-
dictum famulum aliquod ſiniſtrum cogitari poſſet, id
potius contra Ioannem Antonium filium eiuſdem
Sabbæ, præſumendum foret, quàm contra ipſam Sab-
bam, ſtante pariter fuga & contumacia ipſius Ioan-
nis Antonij: tum etiam, quia ipſe Ioannes Antonius
& eius fratres tenebantur ad illam annuam penſio-
nem ſexaginta Ducatorum eidem Felici eius vita du-
rante, & non ipſa Sabba: cùm ceſsio & renuntiatio
bonorum facta fuerit per eundem Felicem, eidem
Ioanni Antonio, ac cæteris eius nepotibus, & non præ
dictæ Sabbæ: & ſic de eorum intereſſe principaliter
agebatur, & non ipſius Sabbæ: vnde ſuccedit, quòd
18 † vna præſumptio tollitur per aliam. dixit Bartolus,
in l. diuus. ff. de in integrum reſtitutio. Cyn. in l. ſi cùm
dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſoluto matrimonio. Bal.
in l. finali. ff. de hæredibus inſtituẽdis. & in l. quamuis.
C. de impuber. & aliis ſubſtitutionibus. & conſuluit
Alexander, conſilio lxxvij. lib. j. & ſic ſuccedit, quòd
19 quando inquiſitus † habet aliqua indicia pro ſe, ſeu
præſumpſiones, eo caſu debilitantur & eneruantur
alia indicia, quæ contra eundem exiſterent: intantum
quòd illa, quæ contra ipſum concurrerent, deberent
eſſe multò magis vrgentia, ita quòd præpõderent. Ita
dixit Bart. in prædicta l. j. §. ad quæſtionem. verſiculo,
nec facile. ff. de quæſtionibus. ſequuntur Moder. Se-
nenſes in tractatu, de indici. & tortur. viij. charta. co-
lumna vigeſima. Angelus in tractatu maleficiorum. in
ver. fama publica. v. columna. verſic. quid ſi teſtis. Ro-
manus in conſilio clxvij. incipiente: Antonius accuſa-
20 tus. j. columna. † Et ſic ex præmiſsis infero, quòd vbi
exiſterẽt indicia ad torturam contra aliquem, vnum-
quodque quod vrgeret in contrarium, illa elidit, adeò
vt torqueri non poſsit. dixit pulchrè Bald. in l. finali.
de probationibus. & ante ipſum Ioan. Andr. in c. cùm
in contemplatione. de regulis iuris. & conſuluit pul-
chrè Alexander in conſilio clxxix. in iij. columna ſe-
cundo volumine. & ideò vbi virtute indiciorum pro-
cedendum eſſet ad torturam contra aliquem, ſi ille
inquiſitus haberet in proceſſu aliqua indicia pro ſe,
certè illa quæ exiſterent in contrarium contra ipſum
deberent eſſe magis grauia & vrgentiora. voluit Bar.
in l. j. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtionibus. Franciſcus
Brun. in tractatu de indic. & tortur. quinta charta. &
ideò dixit pulchrè Bal. in l. ſecunda. C. quomo. appel.
non reci. quòd licet vnus bonus teſtis faciat indicium
ad torturam: tamen intelligi debet, niſi aliqua alia
21 coniectura † reſiſteret. & idem conſulendo ſequitur
Alexander in conſilio cxxiiij. in ſexto volumine. Ex
quibus optimè infertur & concluditur, quòd cùm tot
prænarrata reſiſtant & præſumptiones & indicia, non
poteſt eſſe locus torturæ contra prædictam Sabbam:
22 & ſucceſsiuè ſi torqueri non poteſt, ergo † & minimè
detineri, prout hucuſque detenta fuit: per not. domi.
Lucæ de Pen. in l. quoties. C. de dignita. libro xij.
23 † Nec ſuffragaretur fiſco dicere, quòd ſumus in cri-
mine aſſaſsinij, quod eſt enorme: & in enormibus li-
cet iura tranſgredi: vt dicit Innocen. & alij in capit.
primo. de conſtitutionibus. Bald. in l. quid ergo. in §.
pœna grauior. ſexta columna. ff. de his, qui notantur
infamia. idem Baldus in capitul. primo. ſexta colum.
qui feudum dare poſſunt. Nam prędicta regula habet
locum in puniendo, videlicet, quando conſtat reum
eſſe verum delinquentem. Secus autem in proce-
dendo, quia in proceſſu nondum verè ſcitur, an
accuſatus vel inquiſitus ſit verus delinquẽs necne. Ita
in particulari tenet Hyppolitus Marſilienſis in ſua
practica cauſarum criminalium in §. diligenter. trige
ſimaquinta columna. vbi in numero 175. dicit quòd
in crimine enormi debent ſeruari ſolẽnitates, quæ &
in aliis criminibus ſeruantur, nam patet, quòd in cri-
mine læſæ maieſtatis, quod eſt enormiſsimum crimẽ,
tamen indicia debent præcedere torturam, ſicut in
criminibus non enormibus. Text. eſt nota. & ibi gloſ.
Cynus & Baldus & Salycet. in l. ſi quis alicui. C. ad le-
gem iuliam maieſtatis. quòd etiam voluit Angelus de
Areti. in ſuo tractatu maleficiorum. in verſiculo, *che
hai tu tradita la tua patria*. in primis verbis. Franciſc.
Brun. in ſuo tractatu de indici. & tortu. ix. charta. ter-
tia columna poſt medium. & ſic concludit ſatis adpa-
rere per iura & rationes præmiſſas, quòd in enormi-
bus criminibus requiruntur indicia ſolennia, & aliæ
ſolennitates, quæ requiruntur in aliis criminibus non
enormibus. Et ſic ſum voti prædictam Sabbam eſſe à
carceribus liberandam, ſaltem ſub fideiuſſoribus: &
in hanc ſententiam concurrit tota Magna Curia, &
ita exequutum fuit.

Thomas Grammaticus, Iudex magnæ curiæ Vi-
cariæ.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitiones non debent cum omnibus indifferenter fie-
ri pro delictis, ſed cum his duntaxat, de quibus ſpera-
tur quòd amplius in eiſdem criminibus non incident,
& cum his qui ſemel tantum deliquerunt.*

2 *In compoſitionibus multa ſunt conſideranda vt teneant,
de quibus & num. 6.*

4 *Pœna debita nõ debet pretio dimitti ſicut nec vitio cupi-
ditatis inferri, & non recipies pretium ab eo, qui reus*

 *eſt*

*eſt ſanguinis.* 5.

8 *Princeps non remittit pœnam delicti, niſi parte concordata,& ſi ſieret,non tenet.*

9 *Compoſitio contra formam iuris & conſtitutionem regni eſt nulla.*

10 *Princeps, etiam quòd parti pecuniariter intereſſet, remitterè non poteſt.*

## VOTVM XXXV.

TRemendi Dei præſidio petito, Amen. In cauſa Helyzei Sagatarij de CaſtroMari de Bruca cum Regio fiſco ſuper vndecim homicidiis per eundem Helyzeum diuerſis temporibus patratis in perſonam diuerſarum perſonarum, & diuerſorum locorum, & obtentis indultis. Et primò ab excellente Comite Burelli, pro quatuor eius vaſallis per eundem occiſis. & pariter à Comitiſſa Policaſtri pro homicidio commiſſo in perſonas duorum eius vaſallorum, & impetrato pariter indultu vltimo loco de homicidiis commiſsis in perſonas quinque vaſallorum venerandi Hoſpitalis & eccleſiæ ſanctæ Mariæ Annuntiatæ de Neapoli vtilis dominæ prædicti Helyzei. Hæſitatum fuit in magna curia vicariæ an huiuſmodi reiterati indultus mediantibus compoſitionibus pecuniarum, poſsint aut debeant eidem Helizeo ſuffragari? Et licet prima facie videretur dicendum, quòd ſic, attento mero miſtóque imperio conceſſo eiſdem Baronibus, & vnicuiq; ipſorum per retro ſereniſsimos Principes, cum facultate componendi ac permutandi pœnas corporales in pecuniarias. Attamen ex infrà ſcriptis contrariam ſenten
1 tiam arbitror de iure veriorem. † Et in primis dico quòd regulariter compoſitiones non debent cum omnibus indifferenter fieri de delictis commiſsis, ſed cum his duntaxat, de quibus ſperatur quòd amplius in eiſdem criminibus non incident, & qui erroris commiſsi facilè ſe emendabunt, & cum illis, qui ſemel tantùm in crimen inciderunt: non autem cum illis, qui deliquendi conſuetudinem contraxerunt. l. tertia. in fine. C. de epiſcop. audient. vbi ſingulariter dicit
2 Imperator, remiſsionem † veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa non habeant, nec in eis liberalitatis auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatis veteris admiſsi non emendationi potius, quàm conſuetudini deputauerint. Nam abſque rationabili cauſa compoſitio de criminibus permiſſa non eſt, nec fieri poteſt. l. aut facta. §. finali. & l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœnis. cap. ſicut dignum. de homicidio. in compoſitionibus namque criminum, ſeu pro criminibus indulgen
3 dis multa ſunt † conſideranda, maximè perſonæ conditio, vt ſi alias ſit nobilis & honeſta, & ſi in ſimilibus aliàs non incurrerit, & ideò ſi reperitur criminoſus, vel aliàs aſſuetus in ſimilibus, non ei dimittitur compoſitio, ſicut non admittitur diſpenſatio, vt in capitul. finali, de tranſactionibus. & l. tranſigere. C. eodem tit. & l. finali. C. de abolitionib. & l. tertia. in fine. C. de epiſcopali audientia. Item conſideranda erit qualitas facti, ne ſit de atrocioribus, vt eſt crimen læſæ maieſtatis & ſimilium. Item tempus, locus, intentio delinquentis, ætas, &c. Item ſexus, vt quia mulieri facilius ignoſcitur ob ſexus fragilitatem, dummodo non ſit mulier maligna, aut rixoſa, aut in ſimilibus aſſueta, quia non erit digna legis largitate, id eſt principis, nec legis benignitate. dicta lege tertia, in fine. Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi. xxiij. quæſtione iiij. capit. cùm iniuſta. in fine. & in cap. vt clericorum. extrà de vita & honeſtate clericorum. l. j. C. de emendatione propinquorum. Specul. in titulo de aduocat. §. & conſequenter. in fine. & plenè dominus Paulus Grilan. in tractatu de hæreticis & ſortilegiis. in rubrica, de pœnarum compoſitionibus. tunc enim homines ex iuſtitiæ adminiſtratione ab iniuria defenduntur, cùm delinquẽtes pœnas ob eorum crimina luunt, tunc enim magnum ſacrificium Deo offertur, cùm mali, qui in ſuam & aliorum perniciem debaccantur, vigore iuſtitiæ, compeſcuntur. cap. quali nos. xxiij. quæſtione quinta. vnde ſi negligenter ea quæ malè vſurpantur, omittimus, exceſsibus viam aliis aperimus. ca. peruenit. nonageſimatertia diſtinctione. §. ad nos. in fine. & ideò inquit Ariſtoteles quinto Ethicorum, quòd pœnæ, medicinæ ſunt. Et ideò non reliquit locum delinquenti, qui non pepercit excedenti. capitulo facientes. lxxxvj. diſtinctione, & per totum facit capitulum primum. eadem diſtinctione. & capit. loci. xxxv. quæſtione ix. & ideo non eſt ſeueritas, ſed pietas pro Deo punire crimina. capit legi. vigeſimatertia quæſtione octaua. & in l. j. §. j. ff. de obſequiis libertorum. quia proprium legis eſt, malis pœnam & bonis præmia conſtituere iuſtitia ſuadente. capit. non vos. vigeſimatertia quæſtione quinta. in princip. Item quod pœna legis aut præmio vita moderatur humana. cap. vltimo. tertia diſtinctione. & quod ibi notant Doctores. Ad hoc enim factæ ſunt leges, vt humana coerceatur audacia, & appetitus noxius ſub iuris regulis limitetur. cap. factæ ſunt. iiij. diſtinct. Multum enim ad coercendam audaciam valet propoſitum punitionis exemplum, cùm ipſa miſeri præſens forma viuentis ad recordationem admonet conſocios, & ad conſiderationem cogit ignaros: dicit Oroſius, vbi ad Auguſtinum. Nam ad terrorem quippe viuentium mortua corpora, aliquando moritura permittuntur. cap. ſi hæres. xxiiij. quæſtione tertia. Ita plenè Lucas de Penna in l. omnes. C. de annonis & tribut. lib. x. vnde concludendo non debet pretio interueniente debita
4 pœna dimitti, † ſicut nec vitio cupiditatis inferri, vt in l. iubemus ff. ad leg. iuliam repetundarum. Ex quo non in pecunia, ſed in corpore debent delinquentes puniri: cum eſſe debeant pœnæ proprio dignæ facinore l. ſi excepta. C. de maleficiis & mathematicis. & pro admiſsi menſura. l. ſaccularij. §. in Aegypto. ff. de extraordinariis criminibus. Nam à lege diuina indictum eſt, vt iuxta menſuram culpæ eſſe debeat plagarum modus. oculum enim pro oculo, manum pro manu, dentem pro dente, Exodi vigeſimoprimo. &
5 Deuteronomij decimonono. & † alibi Numer. vigeſimoquinto. non recipies pretium ab eo, qui reus eſt ſanguinis. & ideò dixit diuus Gregorius in regiſtr. libro primo. cap. xvj. quòd in perſonis eſt excedẽtium non in eorum commodis vindicandum, quia in perſonis non in facultatibus ſunt crimina vindicanda. capitulo illud. decimaſexta quæſtione ſexta. ſic & ſalubris legũ prouiſio circa reipublicæ conſeruationem pleniorem conſequitur effectum, ſi relaxatio pœnarum de facili non procedat. cap. grauem. in fine. extrà de præbendis. Sceleſtorum enim graſſatur iniquitas, ſi eorum præſumptio tranſit impunis, & ideò rigidè in eis permittenda eſt exerceri iudicialis authoritas, ne amplius creſcat eis ſpes talia committẽdi, iudicum coercionibus reprimenda. cap. relegentes. xxiij. quæſtione v. & cap. regum eſt. eadem quæſtione. ideò Iuriſconſultus in §. hæc autem. in rubrica procemij digeſtorum, inquit, quòd per pœnæ impoſitionem delinquentes à delinquendi conamine repelluntur. Pro indulgentia enim criminum datur occaſio & licentia iterata flagitia committendi. c. de iis. quinquageſima diſtinctione. & l. ſi apparitor. in fine. C. de coartal. libro xij. ita plenè Lucas de Penna in l. j. C. de coartal. libro xij. & in l. prima. C. de numera. eodem libro. & l. j. C. de irenarchis. in verſic. poſt ſecundam gloſſ. eodem libro. & in l. iij. in verſiculo rector. C. de annonis & tributis. lib. x. & l. j. C. de fabricen. in verſic. facultate. eodem libro decimo. Nam vt ſuprà dictum eſt, quando ad compoſitionem pro pecunia deuenitur, id non abſque mediante legitima cauſa fieri debet: vt † ratione nimiæ ſenectutis vel iuuentutis, vel quan
6 do ſine dolo deliquit, vel ratione publicæ vtilitatis, per l. ad beſtias. ff. de pœn. & c. ſententia. ij. quæſtione vij. Item propter filios nutriendos. ca. ij. extrà de his qui fili. occide. & l. qui in prouincia. ff. de ritu nuptiarum. Item ratione dignitatis & perſonæ, vel huiuſmodi, vt in cap. euphemium. §. notandum. ij. quæſtione iij. & quod ibi notat Archid. Nam iuxta ordinem dignitatum, pœnæ ſunt imponendę. cap. contumaces. quinquageſima diſtinctione. Imperator enim non ſolùm debet eſſe contentus delictorum punitione, ſed etiam timorem iuſtum tranſgreſſoribus inferre. vt in authent. de depoſit. poſt principium. Ad idem vigeſimaquinta quæſtione quinta. cap. ſi nos. Ex quo princeps tenetur de omnibus, ex quo omniũ author eſſe videtur: quia cùm omnia poſsit corrigere, eorum meritò particeps eſt, quæ noluit emendare. Ita plenè Lucas de Penna in l. j. C. de irenarc. lib. x. ſecunda columna. vnde Boetius de cõſolatione, in quarto. bonus rector mundum regit: tunc autem bene regit, cùm delicta corrigit. l. congruit. de officio præſid. ſic rex rectè faciendo regis nomen tenet. Illatum quippe delinquentibus ſuppliciũ, reliquos ſaluos facit, vt in §. homicidia. in authent. de manda. princip. & quod ex delicti qualitate, & loci, & temporis, & cauſæ, ſit licita compoſitio, ac etiam ex ætate, vt ſuprà dictum eſt, firmat etiam Archidiaconus in c. ſi quis diaconus. quinquageſima diſtinctione. & Paris de Puteo in tractatu ſyndi. in verſic. compoſitio. in prima columna. Quæ omnia præmiſſa fortius procedere debent in caſu prę miſſo contra prædictũ Helizeum, cùm de nonnullis ex homicidiis prædictis nulla inſit, nec appareat concordia partis: & ſic prædicti indultus obtenti parte non concordata à prædictis dominis in nihilum ſibi ſuffragantur: cùm etiam Rex minimè remittere conſueuerit parte non concordata, nec indulgentiam alienam facere criminoſo, pace prius nõ habita cum
7 parte: & † conſtet per publicum inſtrumentum, per gloſ. in l. venia. C. de in ius vocando. cum ibi notatis.
8 vbi faceret indulgentiam, non teneret, † & pars offenſa poſſet agere, per nota. per Lucam de Penna in dicta l. prima. de deſer. C. nam abolitio criminis fieri non poteſt parte contradicente, & accuſatore: argumento l. penult. ad turpillia. per gloſ. in dicta l. venia. & probat bene Innocent. & alij in cap. niſi. extrà de officio delegati. & in cap. in noſtra, de iniuriis. & in cap. quæ in eccleſiarum. extrà de conſtitutionibus. Bartol. in l. finali. C. ſi contra ius vel vtilitat. public. & in procemio Digeſtorum, in princip. Et eſt notorius ritus in
9 magna curia vicariæ, † & ſic quando compoſitio de crimine fieret contra formam iuris & conſtitutionum regni, eſſet nulla. argumento l. adoptionum iure. de adoptio. & l. ſi cum nulla. de re iudica. & l. cùm hi. §. ſi prætor. de tranſactio. Ita etiam concludit Paris in dicto tract. ſyndica. tertia columna. in verſic. compoſitio. circa finem. & ideò nedum prædicti vtiles domini, qui indultus prædictos conceſſerunt, verùm etiam nec princeps potuiſſet tot reiteratos indultus concedere, permutando pœnam corporalem parte non concordata: imò nec remittere potuiſſet, quod parti pecuniariter intereſſet abſque vrgenti cauſa: imò ſi id
10 faceret, peccaret mortaliter: cùm id non iure, ſed † de abſoluta poteſtate faceret. Ita dixit Andræas de Iſern. in titulo, quæ ſint regalia. in verſi. committentium. & idem Andræas in cap. ſimiliter. de capitaneo qui curiam vendidit. & licet gloſſ. in l. reſcripta. C. de precibus Imperatori offerendis. videatur tenere contrarium. & ſimiliter in l. defenſionis. C. de defenſoribus ciuitatum. tamen gloſ. prædictæ intelliguntur de pœna applicanda fiſco ſuo, id eſt, ipſius principis, & non parti: per l. venia. C. de in ius vocando. ſecundum Baldum in l. finali. C. de precibus imperatori offerendis. & in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis. & ideò dicit pulchrè dicta gloſſ. & poſt eam Bald. in dicta l. venia. quòd reſcriptum, in quo princeps ius partis læſæ remittit, eſt nullum. Idem refert & ſequitur conſulendo dominus Bartho. Chaſſen. in ſuo conſilio xvij. ſecunda columna. vnde cùm non appareat in pluribus ex dictis vndecim homicidiis remiſsio partium, nec aliqua concordia, ſequitur quòd indultus ſibi conceſsi per prædictos vtiles dominos interemptorũ, euaneſcunt: & eidem Helyzeo minimè in aliquo opitulantur. Vnde concurrẽte maximè tanta reiteratione delictorum & homicidiorum, præſertim concluſum fuit ac decretum per magnam curiam eundem eſſe vltimo ſupplicio condemnandum: & ita executum fuit.

Ego Thomas Grammaticus Iudex magnæ curiæ vicariæ.

Votorum Thomæ Grammatici, Neapolitani Iuriſconſulti clariſsimi,

FINIS.

# CLARISSIMI IVRIS
## VTRIVSQVE DOCTORIS
### CONSVMMATISSIMI DOMINI
THOMAE GRAMMATICI NEA-
politani, ac Regij Conſiliarij meritiſsi-
mi, Conſilia Ciuilia, Nunc pri-
mùm in lucem edita fœ-
liciter incipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Maris iter incertum eſt, & periculoſum.*
2 *Mare homini crudeli æquiparatur.*
3 *Cato de tribus rebus pœnitentiam egit.*
4 *Citatus licet habeat breuius iter, ſeu viam veniendi per mare ad locum ad quem comparere debet, & breuiorem ad comparendum, tamen tenetur ire per terram & non per mare.*
5 *Periculo ſe exponens iuſtè perit.*
6 *Nauigare per mare eſt prohibitum à menſe Octobris, vſque ad menſem Aprilis. & num. 7.*
8 *Caſus fortuitus tunc dicitur, quando hominis prouidentia reſiſtere non poteſt.*
9 *Caſus fortuitus non dicitur, vbi diligentiſſimus præuidere potuiſſet.*
10 *Nauigans tempore prohibito dicitur eſſe in culpa.*
11 *Caſus fortuitus qui de iure excuſare poteſt habentem cuſtodiam rei, debet eſſe talis, qui præuideri non poſſit.*
12 *Teſtis dicens ſe ſcire quia ſcit, quia ratio eſt eadem cum dicto, non tenet eius dictum.*
13 *Pluralitas præſumitur in rebus, niſi probetur identitas.*

## CONSILIVM I.

SAluatoris gentium auxilio inuocato, A-
men. In cauſa magiſtri Pauli Bictini con-
tra Didacum Lopes ſuper petitione du-
catorum centumquinquaginta, virtute
obligationis penes acta magnæ curiæ, prætextu a-
miſsionis inſtrumentorum, ſatis adparet fundata
intentio eiuſdem Pauli, dum apparet in ea obliga-
tus prædictus Didacus, quòd ſi infra terminum duo-
rum menſium non conſignaſſet in vrbe Romæ in-
ſtrumenta prædicta ei cui deſtinebantur, quòd pro
intereſſe ipſius Pauli, necnon & pro expenſis in reaſ
ſumi faciendo iterum inſtrumenta prædicta, & aliis,
eidem Paulo ſoluiſſet ducatos centum quinquaginta,
Quo termino duorum menſium elapſo, prætenditur
per Conſaluum patrem, necnón & fideiuſſorem eiuſ-
dem Didaci, eundem Didacum vnà cum inſtrumen-
tis prædictis paſſum fuiſſe naufragium in mari, & ſic
occubuiſſe: ideo per ipſum non ſtetiſſe adimplere
contenta in obligatione prædicta, ſed ex iuſtiſsimo
impedimento impeditus, & morte præuentus eadem
deſtinata in Rota non præſentauit, prout ſe obliga-
uit, cùm naufragio periclitauerit, videtur vt de ca-
ſu fortuito iudicandum per iura vulgaria. Sed quòd
aliter ex iuris diſpoſitione dicendum ſit, adduco:
nam dum prædictus Didacus ſe obligauerit pete-
re Romam, & ſecum inſtrumenta prædicta defer-
re, & ſe cum eis præſentare in Rota pro recolligen-
dis debitis in eiſdem contentis, debuit petere Ro-
1 mam per terram, & non per mare, † cùm iter maris
incertum ſit, & periculoſum: textus eſt notabilis &
ibi Baldus in l. ſecunda. C. de nautico fœnore. Hinc
inquit pulchrè Seneca, quòd nauigia quæ de mane
2 lucebant, de ſero ſorbentur: † ex quo mare homini
crudeli æquiparatur. textus eſt notabilis in l. tertia.
ff. de donatione cauſa mortis. ibi, dum dicitur, ad-
uerſæ enim procellæ nemini parcunt, & inexorabi-
3 les ſunt. † Hinc Plutarchus in vita Catonis, de quo
meminit Iaſon in l. prima. ff. ſi quis cautio. refert ip-
ſum de tribus rebus per omnem vitam pœnitentiam
egiſſe. Primò, ſi quod arcanum mulieri tradidiſſet.
Secundò, ſi per aquam traieciſſet, quo poterat per
terram pertranſire. Tertiò, ſi aliquam diem per incu-
4 riam omiſiſſet. † Et præmiſsis ſuffragatur quod dici-
tur de citato habente duas vias, vnam per mare bre-
uiorem, & aliam per terram longiorem: nam debet
venire per terram, & non per mare, licet ſit breuior.
ita decidit Hoſtienſ. & Ioannes Andræas in capitulo
olim. de exceptionibus. Antonius de Butr. Imola &
alij in capitulo nonnulli. de reſcript. Imol. in l. conti-
nuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligatio. & eſt bo-
nus textus in l. ſecunda. §. penultimo. ff. ſi quis cau. Et
ideò voluit Lucas de Pen. in l. quoties. C. de naufrag.
5 libro vndecimo. † quòd iuſtè perit, qui periculo ſe
exponit. & ideò Iuriſconſultus in l. item Mela. ff. ad
legem Aquiliam. quòd imputatur ei qui vadit in loco
periculoſo, & ibi perit: cùm debuiſſet per prius præ-
uidere, & non accedere: & ſimiliter dicit textus in l.
putator. ff. eodem titulo. ad legem Aquil. quòd impu-
tetur



tetur illi, ſi tranſeundo per locum periculoſum ibi pe-
rit, quia debuit hoc præuidere, & abſtinere, ſicut im-
putatur illi qui habuit parum prudentem electio-
nem, & incidit in damnum, vt per gloſſ. in verb. præ-
iudicium. in l. finali. C. de acquir. poſſeſ. Et potiſsimè
præmiſſa procedunt à fortiori, cùm Didacus ipſe ne-
dum iuerit per mare, quo tutius poterat proficiſci,
6 † verùm etiam iuerit tempore prohibito nauigari,
videlicet de menſe Februarij, prout teſtes ad eius in-
ſtantiammet producti deponunt, † quo quidem tem-
7 pore eſt prohibita nauigatio, cùm à menſe Octobris
vſque ad menſem Aprilis ſit nauigare prohibitum, vt
dicit bona gloſſ. in l. prima. C. de milit. veſte. lib. xij.
l. quoties. C. de naufra. lib. xj. & optima gloſſ. iuncto
text. in l. qui petitorio. ff. de rei vend. vbi in terminis
dicit text. quòd culpæ reus eſt, qui nauem à ſe peti-
tam aduerſo tempore nauigatum miſit, ſi naufragio
perempta eſt. & dicit eſſe aduerſum tempus ibi gloſſ.
finali. à menſe Octobris vſque ad menſem Aprilis.
Hinc videmus in ſynodalibus præſertim celebratis
in cœna domini, Nauigium huiuſmodi tempore pro-
hiberi, imò nauigantes eo tempore excommunicari.
Quinimò & plus adparet ex meritis proceſſus, & pro-
priè ex depoſitione teſtium exaduerſo productorum,
quòd dum diſceſsiſſet per mare à ciuitate Neapo. tem
peſtas maris adeo vrgebat, quòd pluries coactus fuit
Didacus ipſe reuerti ad portum, & tandem delibe-
rans ſe ſummo periculo exponere, petiit Caietã, vbi
ſimiliter procellis inſtantibus, ac imminente maris
tempeſtate, receſsit à ciuitate Caietæ Romam verſus
periclitauit, ac ſe ſubmerſit, ob quod datur manifeſtiſ
ſimè intelligi, quòd eius culpa interitus proceſsit, &
ſubmerſio, quæ ſui prouidentia euitari potuiſſet, ac
præuideri, & ſic non poteſt iudicari caſus fortuitus,
8 prout in themate præſupponitur, † cùm tunc dicatur
caſus fortuitus, quando hominis prouidentia reſiſte-
re non poteſt, & non quando culpa hominis præceſ-
ſit: ita Bald. & Doctor. in l. quę fortuitis. prima colum.
C. de pignoratitia actione. per text. in l. ſi vendita.
ff. de periculo & commodo rei venditæ. & tunc dici-
tur caſus foruitus, quando hominis prouidentia reſi-
ſtere non poteſt. l. ſecunda. §. ſi eo tempore. ff. de admi
niſtratione rerum ad ciuitates pertinentium. & in di-
cta l. quæ fortuitis. & in c. Ioannes. de homicidio. &
plenè Alexand. de Imo. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum.
9 ff. ſi quis cautionibus. † Alibi enim non dicitur caſus
fortuitus, cui diligentiſsimus præuidere valuiſſet. di-
cto capi. Ioannes. de homicid. & Alexand. in l. quòd
nerua. prima colum. ff. depoſi. Et ſic nedum diligen-
tiſsimus, imò nec & diligens nedum non nauigaſſet
tempore prohibito, vt ſuprà, verùm etiam nec iuiſſet
per mare, dum potuiſſet per terram pergere, cùm ma
ris iter ſit periculoſum, ſed iuiſſet per terram, maximè
cum inficiari non poſsit, quin nauigans tempore pro-
hibito non dicatur eſſe in culpa, vt plenè dicit Excel.
doctor Ioan. igne. in rep. l. contractus. de regul. iur. &
10 etiam in iiij. char. † dicit, quòd leges loquentes de ca-
ſu fortuito, qui excuſare poteſt habentem cuſtodiam
11 rei, debet eſſe talis, qui præuideri non poſsit, † & cui
reſiſti non poſsit. l. in iudicio. C. loc. doc. in dicta l. quæ
fortuitis. C. de pign. action. aliàs ſi poſſet huic reſiſti,
& impediri, caſus tunc nõ excuſaret. tex. eſt in l. j. §. ſi.
verſic. non tamen ſemper. ff. ad ſyllan. Præterea poſſet
& non rugato ſupercilio attentari, quòd dicta inſtru-
menta non naufragauerunt, ex quo nõ probatur con
cludenter ipſum Didacum ipſa inſtrumenta ſecum
aſportaſſe: cùm duo teſtes ſuper eo examinati depo-
nant ſcire Didacum prędictum detuliſſe ſecum quod-
dam cannolum plumbeum, intus quod aſſerebat de-
ferre inſtrumenta prædicti magiſtri Pauli: nullam
aliam rationem aſsignando, niſi quòd ita ſciebant: &
12 ratio ſcientiæ teſtis aſſerentis ſe ſcire, † quia ſcit, non
tenet nec valet, cùm aſsignet eandemmet rationem
cum dicto: & ideò non probat. ita dicit Bart. in l. qui
interrogatus. ff. de pet. hæred. & idem firmat Bal. in l.
ſolam. ij. col. C. de teſti. vnde ex verbis teſtium, dicen-
do ſe ſcire, quòd in illo cannolo plumbeo erant ſcri-
pturæ & inſtrumenta magiſtri Pauli, quantum tamen
neceſſariò concludant, iudicantis diſcretioni relin-
quo cogitandum: præſertim cùm ſi forſan fuerint ibi
viſæ chartæ, potuerint fuiſſe aliæ quàm illæ: cùm iden-
titate non probata præſumenda ſit pluralitas ſcriptu-
13 rarum, ſeu inſtrumentorum: † cùm in rebus in dubio
præſumitur pluralitas, niſi probetur identitas, per
not. per Iac. Butr. & Bald. in l. j. ad finem. quemad. teſt.
aperi. & in l. demonſtratio. in princip. ff. de condi. &
demonſtr. per quæ in ſpecie ita conſuluit Alexand. de
Imo. in conſilio cxviij. j. volum. Cano. in c. auditis. de
præſcrip. vbi in ſpecie Ioan. Andr. ponit quæſtionem
de bidello, cui mortuus fuit equus conductus in iti-
nere & ſuccubuit, ex quo licet probauerit equum ſibi
fuiſſe mortuum in itinere, non tamen probauit in
ſpecie fuiſſe illum equum quem conduxerat: & ſic
non identitatem rei. & idem voluit ibidem Anton. in
pen. char. & Abb. in ix. Vnde cùm in ſpecie minimè
fuerit doctum prædictum Didacum ſecum aſportaſſe
eadem inſtrumenta, per aliquod medium neceſſariò
concludens, non bene adparere videtur de ſubmer-
ſione ipſorum: cùm etiam potuerit eadem per prius
tranſmiſiſſe per terram eius fratri Romam degenti: &
cum quo etiam fuerat conuentum cum eodem magi-
ſtro Paulo de recolligendo debita prædicta: vt ex fa-
cie alterius abſolutionis in actis magnæ curiæ adpa-
ret. Vltimò liquet prædictum Didacum expreſsè
promiſiſſe, & obligaſſe ſe teneri de amiſsione prædi-
ctorum inſtrumentorum: & exinde depoſuit pignora:
& cauit in obligatione, quòd caſu quo in termino
prædicto promiſſa non adimpleuerit, pro intereſſe
prædicti Pauli, & reaſſumptione prædictorum inſtru-
mentorum promiſit ſoluere dictos ducat. cl. & ſic ad-
paret in ſpecie promiſiſſe teneri de amiſsione: vnde
iudicari debet etiam æquitate concurrente prædi-
ctum Conſaluum patrem, & fideiuſſorem ipſius Di-
daci teneri ad quantitatem prædictam in obligatione
contentam: & ita cenſeo iuris eſſe, ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Precarium vbi confertur per poſſeſſorem poſt eius mortem, & conſtituit ſe precario nomine poſſidere, nihil operabitur precarium.*
2 *Poſſeſſio ſi traditur ſub conditione, nõ transfertur incontinenti ſed ſolùm eueniente cõditione, ſi tempore euenientis conditionis extrema ſunt habilia.*
3 *Precarij conſtitutio tanquam acceſſoria ex iuris diſpoſitione regulatur ſecũdum naturam principalis cõtractus cui accedit.*
4 *Prohibitus alienare extra familiam, poterit tamen ea lege alienare, vt incontinenti reſtitui debeat*

*familiæ, quia non dicitur tunc alienatio fieri extra familiam, quæ momento eſt penes illum duratura.*

5 *Vaſallus alienans feudum abſque aſſenſu domini, vt confeſtim redeat, non dicitur alienaſſe abſque aſſenſu, nec patitur pœnas alienantis eo modo.*

6 *Momentum temporis non curatur & vbi multa de geſtis per momentum temporis, quæ non ſunt in conſideratione.*

7 *Feudi bona præſumuntur data ſeu conceſſa vaſallo ſub conditione, vt à feudo ſeu terra non recedat.*

8 *Vaſalli perſonaliter obligati non poſſunt deſerere terram Baronis, & recedere.*

*Vaſallus dicitur pars feudi.*

9 *Spoliatus non dicitur qui alium ſpoliauit, & incontinenti deiectus eſt.*

10 *Poſſeſſio iuſtificata multum prodeſt ad victoriam nudæ poſſeſſionis.*

11 *Poſſeſſio non eſt reſtituenda ſpoliato, vbi notoriè conſtat de non iure ſpoliati.*

12 *Eccleſia eſt in facultate difficilis conueniendi.*

13 *Eccleſia connumeratur inter potentiores.*

14 *Emphyteoſis non poteſt alienari in eccleſiam tanquam in potentiorem.*

15 *Dominus poteſt reuocare vaſallum ſuum contumacem qui aufugit à feudo, poteſt etiam eius bona capere.*

*Dominus poteſt reuocare ad feudum vaſallum ſuum, qui alibi ſe contulit ad habitandum, etiam ſi fuiſſet effectus conuerſus, vel oblatus.*

16 *Dominus poteſt ab eius vaſallo inobediente, & contumace eius bona auferre: & maximè exiſtentia in eius iuriſdictione.*

## CONSILIVM II.

TRemendi Dei ſuffragio poſtulato, Amen, In cauſa mota aduerſus magnificum Iacobum de tufo per œconomos Hoſpitalis venerabilis eccleſiæ ſanctæ Mariæ annunciatæ de ciuitate Auerſæ ſuper prætenſo ſpolio quorundam bonorum feudalium titulo donationis tranſlatorum in eandem eccleſiam per Minicum de paulo, de villa Ceſæ, vaſallum eiuſdem magnifici Iacobi, qui à facie ipſius domini, & habitatione eiuſdem villæ aufugiendo receſsit ad Hoſpitale prædictum, ſe oblatum bona offerendo in eadem eccleſia, eidém que vſumfructum ſuorum bonorum eius vita durante reſeruando: de quibus bonis habita manus iniectione per eoſdem œconomos eodem die, & contextu perueniente ad notitiam prædicti Iacobi, bona ipſa in feudum tenta per prædictum vaſallum propria auctoritate apprehendit, etiam virtute pœnarum ex contumacia incurſarum per eundem, ex cauſa receſſus ipſius Minici, & ſubtractionis à ſeruitiis perſonalibus debitis per eundem feudo prædicto villæ Ceſæ: ob quod œconomi ipſi ſuſpicantes ſe legitimè repelli poſſe, receſſerunt à poſſeſsione prædicta, claues domus aſsignando eidem magnifico Iacobo vnde poſſeſsione ipſa ſic momentanea derelicta, dubitatur in præſentiarum an eis competat interdictum recuperandæ nouiſsimè intentatum in regia audientia nomine Hoſpitalis prædicti. Et certè dicendum eſt
quòd non: nam facta donatione per prædictum Minicum cum reſeruatione vſusfructus eius vita durante, apparet actum poſſeſsionis virtute donationis prędictæ, & eius effectus per retentionem vſusfructus fuiſſe collatum in Hoſpitale prædictum poſt mortem
1 ipſius Minici: ſed † ita eſt quòd vbi poſſeſſor confert
precarium poſt eius mortem, & conſtituit ſe precario nomine poſsidere, nihil operabitur precarium: ita voluit ſatis ſingulariter Angel. in l. quamuis. §. ſi conductor. ff. de acquirenda poſſeſsione. & quia confertur in tempus mortis, quo poſſeſsio defuncti extincta eſt. l. qui vniuerſas. §. quòd per colonum. ff. de acquir. poſſeſsion. cum vulg. vnde cùm prædictus Minicus expreſsè declarauerit ſibi reſeruare vſumfructum in inſtrumento donationis prædictæ, adparet quòd noluit ipſo viuente poſſeſsionem in dictum Hoſpitale, ſeu eccleſiam tranferri. facit l. qui abſenti. §. primo. & l. ſi me in vacuam. ff. de acquiren. poſſeſs. vbi ſi poſſeſsio traditur ſub conditione, non transfertur inconti-
2 nenti, ſed ſolùm eueniente conditione, † ſi tempore euenientis conditionis extrema ſunt habilia: ſed cùm ipſe Minicus conſtituens conſtituat ſe poſsidere nomine dicti hoſpitalis in inſtrumento, non transfert poſſeſsionem ex tali conſtituto, niſi præcedat cauſa habilis: ita Bartol. in l. quod meo. ff. de acquiren. poſſeſsio. per not. per gloſſ. in l. ei à quo. ff. de vſucapionibus. ſed ſic eſt quòd ad transferendum poſſeſsionem ante mortem Minici nulla interueniebat cauſa habilis, attenta præmiſſa reſeruatione vſusfruct. per ipſum facta: ideò nullatenus dici poteſt transſlatam fuiſſe poſſeſsionem in hoſpitale viuente ipſo Minico,
3 qui expreſsè ſibi vſumfructum reſeruauit: † præſertim cùm conſtitutio precarij tanquam acceſſoria ex iuris diſpoſitione reguletur ſecundum naturam principalis contractus cui accedit: vt not. Baldus in l. ex teſtamento. C. de fideicommiſsis. & in capitulo ſecundo. de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ reprobando. Ergo cùm principalis diſpoſitio eiuſdem Minici fuerit ſibi vſumfructum reſeruare eius vita durante, ſequitur de neceſsitate quod fuerit poſſeſſio ipſa collota in hoſpitale poſt eius mortem: & ita etiam intelligitur collatum precarium: vnde cùm reſiſtente titulo virtute cuius œconomi ipſi ſe intromiſiſſe in poſſeſsione prædicta aſſerunt: prout adparet ex tenore reſcripti ex aduerſo obtenti in principio litis, & ex quo lis primordium ſumpſit, cùm ſe in poſſeſsione prædicta intromiſerint, ſequitur quòd in nihilum poſſeſsio prædicta eiſdem ſuffragari poſsit: tum etiam quia proſſeſsio ipſa fuit momentanea: imò & paucisſimi momenti: vt adparet ex meritis probatorum: & de momento temporis non curatur. l. finali. & ibi Baldus. C. de bonis quæ liberis in poteſtate conſtitutis: ex matrimonio, vel aliter adquiruntur: & eorum adminiſtratione. Baldus in l. ſi pater. quæſt. viij. C. de inſtitu. & ſubſtitut. Bartol. in l. vltima. ff. de condi. inſtit. Angel. in l. voluntas. in fine.
4 C. de fideicommiſ. † vbi infert: quòd prohibitus alienare extra familiam, poterit tamen ea lege alienare, vt incontinenti reſtitui debeat familiæ, quia non dicitur tunc alienatio fieri extrà familiã, quæ momento eſt penes illum duratura, arg. prædictæ l. vltimæ. §. finali. & bene Iaſ. in l. filiusfamilias. §. diui. ſecunda lect. verſicu. quarto limita. columna x. & ſequitur Barb. in l. iiij. §. Cato. colum. xxj. de verbor. obliga. & idem de vaſallo



5 vaſallo alienante feudum, † vt confeſtim redeat, quòd
non dicitur alienaſſe, vt plenè per Card. Alex. in c. j. in tit. quid iur. ſit, ſi poſt alien. feu. vaſ. id recup. Angel. in conſi. xxxiiij. Conſtantinus. col j. vbi adducit multa ſimilia, & Paulus de Caſtro & poſt ipſum Iaſo. in l. frater à fratre. colum. ij. ff. de cond. indeb. & ideò dixit Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. in repet. col. penult. ff. de his qui not. infa. quòd de momentis non eſt curandum, vt eſt text. in l. non ſolùm. §. ſi. C. de bo. quæ lib. Et ideò ſatis pulchrè Iuriſcon. in l. lex cornelia. §. ſi tamen. verſic. cæterum ff. de iniur. diſpoſuit legem corneliam non habere locum, ſi quis intrauerit
6 domum in qua per momentum inhabitauerit. † Et
ideò pulchrè Flo. in l. quoties via. ff. de ſeruit. dixit, quòd poſſeſsio acquiritur per miſsionem in poſſeſsionem, ſi vſus poſtea ſequatur, ſed magnificus Iacobus ipſe poſſeſsionem ipſam dictarum domorum & bonorum legitimè adeptus eſt cum literis executorialibus ſui officialis ex cauſa incurſionis pœnarum prædicti Minici, † tum etiam quia bona ipſa ſunt red-
7 dititia feudo ipſius magnifici Iacobi, & ſic ſunt feudalia, & per receſſum prædicti Minici deuoluuntur eidem domino feudi, cum præſumantur bona feudalia data vaſallis ſub hac conditione, vt à terra, ſeu feudo non diſcedant, & etiam ſi non exprimatur conditio prædicta, quia communiter conſuetum eſt ſic dari, pro expreſſo habendum eſt. l. cùm quid. ff. ſi certum petatur. l. ſi is qui. §. finali. ff. commodat. ita in propriis terminis voluit Andræas de Iſernia, in conſtitutione ſi quis de burgenſi ſub titulo, de reuocand. tranſeun. ad alien. habita. & etiam in repertorio ſuo. in verſiculo vaſalli. accedit etiam capitulum Honorij Papæ quod incipit, ad nouas comminantias: † vbi dicitur, quòd vaſalli perſonaliter obliga-
8 ti non poſſunt deſerere terram Baronis ratione obligationis. cui bene ſuffragatur, quia vaſallus dicitur pars feudi: argument. l. quemadmodum. C. de agricolis & cenſitis. libro. xj. ita dicit Andræas de Iſernia in conſtitutione regni, probationum defectus: & alibi, vaſallus æquiparatur liberto: vt in capit. primo. quibus modis feudum amittatur. & ſic concurrentibus prædictis non valentes œconomi prædicti adipiſci poſſeſsionem dictorum locorum, † nõ poſſunt ali-
9 quo modo dicere ſe ſpoliatos: nec eis competit remedium intentatum recuperandæ poſſeſsionis: maximè cùm incontinenti, & eodem momento deiecti fuerunt, vt in l. prima. §. vim vi. ff. de vi & vi armata. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem aquiliam. glo. nota. in capitulo olim. el primo, de reſtitutione ſpoliatorum. maxime concurrente iuſtificatione poſſeſſionis ipſius Iacobi à iure cauſata, iuxta ea quæ declarat Bald. in repetitione l. data opera. C. qui accuſa-
10 re non poſſunt. † quod ad victoriam nudæ poſſeſſionis multum prodeſt iuſtificata poſſeſsio, & idem dixit in capitulo licet cauſam. de probationibus. Angel. poſt Iacob. de Are. in l. quoties. C. de rei vendicatione & ſic cõcludendo cùm præſumptio iniuſtæ poſſeſsionis aduerſarij ſit fundata de iure communi contra ipſos œconomos agentes poſſeſſorio recuperãdæ licet ſpoliatos poſſeſsio eiſdem reſtitui non debet, nec poſsit. per textum in capitulo ad decimas. de re-
11 ſtitutione ſpoliatorum in vj. † maximè in caſu noſtro, in quo notoriè conſtat de non iure ſpoliatorum, ita dixit Imol. & Baldus in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſsione. Innocen. in capitulo cùm eccleſia ſutrina. de cauſa poſſeſsionis & proprietatis. & ibi Abb. in verſiculo, ſed circa prædicta quæro, & quòd not. innocent. in cap. cõſtitutus. extrà de ſi. presb. Item ex quo œconomi ipſi, prout ex tenore regiarum literarum liquet aſſerunt ſe fuiſſe ſpoliatos poſſeſsione dictorum locorum, quam virtute donationis factæ per Minicum eandem aſſequuti fuerant, verùm quia huiuſmodi donatio ruit, cùm ſit de re feudali, & facta in eccleſiam abſque ipſius domini conſenſu, cum ſit domino multum præiudicialis, ex
12 quo eccleſia nunquam moritur, † & ſic nunquam eſſet ſpes quòd res ipſæ feudales poſſent ad dominũ reuerti, quod non ita eſt in priuato, iuxta text. in cap. j. & quæ ibi habentur, de aliẽ. feu. præſertim cùm eccleſia ſit in facultate difficilis conueniendi, cùm ſit priuilegiata, vt not. in l. j. ff. ſi quis in ius voc. non ier. & in
13 l. ij ff. qui ſatiſ. cog. † & faciunt not. per Bart. in l. j. in fi. ff. de alien. iud. mut. cau. fa. & in l. j. de his qui poten. nom. Bal. in l. qui ſtipendia C. de procu. & in l. per diuerſa. pen. quæſt. C. mand. Succedit inſuper, quia red-
14 ditur ius domini deterius, † ex quo dicta donatio cùm ſit facta in eccleſiã adparet quòd eſt facta tranſlatio in potentiorem, cùm eccleſiia numeretur, ſeu aſcribatur numero potentiorum. dixit bona gloſſ. in verb. prohibẽtur. in c. potuit. extrà de loca. Bar. in l. j. de his qui poten. nom. & inde eſt quòd emphyteuſis non poteſt per emphyteutam alienari in eccleſiam tanquam in potentiorem, vt conſuluit Alex. in conſil. cxx. in j. vol. refert & ſequitur d. Ant de Alex. in l. ij. in addi ad Bar. C. de iure emphy. Et potiſsimè procedit captura dictorum bonorum facta per prædictum magnifi. Iacobum, cùm bona ipſa ſint feudalia, vt præmiſi. & ex aduerſo non poteſt inficiari, quòd Minicus ipſe ſit vaſallus ipſius Iacobi, & notorius contumax, ac inobediens, quo caſu cùm dominus ipſe habeat iuriſdictionem in ipſum vaſallum, ſicut in cæteros vaſallos villæ prædictæ Ceſæ, licito iure potuit & licuit ſibi propria auctoritate ad ſe capere bona prædicta feudalia, & à prædicto eius vaſallo inobediente, ac contumace auferre, imò cùm à prædicta villa, & ſic feudo aufugerit, & receſſerit, & ita extra diſtrictum caſalis, & territorii perſiſtat, ac moretur poteſt magnificus Iacobus ipſe eundem Minicum iuris remediis opportunis coercere, & reducere ad villam prædictam, in qua degebat: ita in ſpecie tenet Luc. de pen.
15 in l. prima. C. de colonis palæſtinis. lib. xj. † ſi prætendit ſe liberum, grauiter coercendus erit, ſicut dicimus in ſeruo, vt in l. iij. ff. de ſeruis fugitiuis. id eſt, ꝙ ponatur in carceribus, vt eſt text ibi, & idem tenet Luc. de pen in l. j. C. de colonis illyricalis. lib. xj. & eſt bonus text. in l. ij. in princip. & in fine. C. de naturalibus liberis. vbi quis tenetur ad ſeruiendum, licet à ſe abdicauerit beneficium, & hoc quando eſt feudatarius Regis, vt ſcribunt Moder. in capitulo primo, de vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharii benefic. alienauit. & idem in terminis tenet Bart. in l. incola. ff. ad muni. quòd dominus poteſt reuocare vaſallum, qui alibi ſe contulit ad habitandum, etiam ſi fuiſſet effectus conuerſus vel oblatus. idem voluit Bald. in c. j. extrà de maio. & obe. & tenet gloſ. in auth. de man.
16 prin. §. ſed etiam ſuſcipientes, circa finem. col. ij. † & ꝙ dominus poſsit ab eius vaſallo inobediente & contumace, eius bona auferre, voluerũt etiã Iac. de bel. & Bald.

Bald.in c.ad hæc.in fi. de pace iura. firmand. & ſic iſta
compulſio fiat viribus præturæ, videlicet per manus
iniectionem ad bona etiam patrimonialia vaſallo
ipſo exiſtente in contumacia non redeundi, per text.
in conſtitut. Regni, ſi vaſallus.de fideiuſ.dom.à vaſal.
nam ſi bona exiſtunt in iuriſdictione ſua, poterit Ba-
ro bona retinere, vtendo retentione pro ſuo intereſ-
ſe, & ſeruitiis, quibus dominum ſpoliauerat: per nota.
in l.prima.C.de pignor.vbi gloſſ.& plenè Par.de Put.
in tract.ſyndi.in tit.de exceſ.baro.v.columna. in ver-
ſic.ego verò non memini legiſſe. Ex quibus omnibus
concludo prædictos conomos nedum non audiendos
ſed imò in expenſis condemnandos eſſe: & ita ex præ-
miſsis arbitror declarandum: ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ induſtria dicitur electa, vbi in commiſſione ſeu diſpoſitione aliqua dicitur, per te videas, ſeu, per te cognoſcas, & ſimilia.*

2 *Notarius iuſto impedimento impeditus, poteſt ſcribere inſtrumentum per manus alterius notarij, dummodò ipſe ſe ſubſcribat, & in ea faciat mentionem de impedimento infirmitatis ſeu alterius impedimenti. & numero 3.4.*

5 *Notarius ſcripto inſtrumento eo modo vt ſuprà manu alterius, debet illud ſtipulari & publicari partibus, aliàs non probat.*

6 *Notarius licet ſe ſubſcribendo inſtrumento ſcripto per alium, inſtrumentum illud probet, id intelligi debet, dummodo fidē faciat, quòd impeditus ipſe alteri commiſerit vt ſcriberet.*

*Et etiam alia requiruntur in inſtrumento ſcripto manu alterius, vt ſuprà, ob impedimentum, de quibus ibid. plenè videas.*

7 *Inſtrumentum ſcriptum manu alterius notarij quàm illius qui ſtipulatus fuit, propter aliquod impedimentum, debet fides in eo fieri de impedimento notarij rogati in ſubſcriptione quam facit. Vbi datur forma qualiter fieri debet.*

## CONSILIVM III.

REdemptoris gentium præſidio repetito,
Amen. Illuſtriſs. domini Regentes regiam
Cancellariam digniſsimi, in præſenti cauſa
mota per Magnif. Don Triſtanum de acu-
nea, & Commendatorem Roſa, vt prætenſos procura-
tores Illuſtr. Duciſſæ terræ Nouæ, aduerſus Excell.
dom. Ioannem de tuſo, debent prætenſi procuratores
probare ſe tales, quales ſe fecerunt. quod quidem ex
aſſerta chartula per eoſdem producta, nulla & inua-
lida non demonſtratur mandatum aliquod procura-
torium allegatum: nam dicitur in eo inter cætera circa
finem, ſuper quibus omnibus, &c. ſuprà dictæ domi-
næ petierunt per me infrà ſcriptum notarium ſibi fie-
ri publicum inſtrumentum: & demum ſubſequitur fi-
des modo infrà ſcriptor. Et ego Martinus Sanchus
publicus notarius, quia omnia & ſingula prædicta vi-
di & audiui ſic vt præmittitur, fierent & agerentur,
vna cum prædictis teſtibus interfui rogatus, ideò præ
ſens publicum inſtrumentum manu ſiquidem alterius
ſcriptum, me autem aliis occupato negociis, ad hanc
publicam redegi formam, vbi me ſubſcripſi. Sed
quòd mandatum aſſertum ſit nullum, quia non ſerua-
ta debita forma, adparet, ex quo dicitur in eo quòd pe-
tierunt, vt per me infrà ſcriptum notarium fieret
publicum inſtrumentum: & ſic dum fuiſſet electa in-
duſtria perſonæ ipſius notarij, vltra quòd fuerat roga-
tus, vt adparet per illam clauſulā, per me non pote-
rat per alium eius ſubſtitutum fieri, etiam de eius
commiſsione: licet etiam de commiſsione minimè
verbum fiat, nec notarius ipſe atteſtetur, per ea quæ
pulchrè dicunt Imo.& Bald.in cap.finali.extrà de of-
fic.deleg.de importantia huius clauſulę, per te, ſeu per
me. quæ vbi apponitur videtur perſonę induſtria ele-
1 cta; † nec poteſt actus per alium explicari: & videtur
clarus caſus in cap.cùm dilecta.de reſcrip.& in l. vni-
ca.C.de cad. tollen. & conſuluit Alexand. in conſilio
ccxxvij, in ij.volum. Secundò non adparet quòd de
prætenſo inſtrumento fuerit facta aliqua ſcriptura,
ſeu nota per ipſum notarium, qui ſe ſubſcripſit, cùm
2 id nullibi ipſe notarius atteſtetur: nec † quòd ex ſua
commiſsione ſcriptum fuerit per alium: & quòd ex
eius nota prædicta ſumpta fuerit: prout pulchrè dicit
Angel.in authen.de tabellio.in princip.per text.in l.j.
& quod ibi not.doct.C.de offic.conſul.& ibi plus ſub
dit hoc fieri poſſe dummodo notarius qui ſe ſubſcri-
pſit, fuerit iuſto impedimento impeditus: & rogatio
3 ipſa ſit completa in eius protocolo: † & nihilomi-
nus debet in ſpecie facere mentionem de impedi-
mento infirmitatis, abſentiæ aut alterius impedimen
ti: prout dicit Bald. in l.vnica. C. de caduc. tollend.
Angel. & Paul.de Caſt. in l.quædam.§.nihil intereſt.
ff.de eden. quæ omnia ceſſant in caſu iſto, cùm nulla
fuerit facta mentio, quòd aliqua nota ſeu ſcriptura
per prius facta fuerit per ipſum notarium ſubſcriben
tem, nec quòd inſtrumentum ipſum fuerit ab eius
originali penes ſe exiſtente extractum: & ſi volumus
dicere quòd notarius ipſe fortè commiſerit eidem
ſcriptori, vt pro eo ſcriberet dictam originalem no-
tam, cùm non meminerit, ſeu atteſtetur, quòd ipſe
ſcripſerit, dico principaliter quòd de ipſa commiſ-
ſione non adparet aliqua mentio facta in eo, nec po-
tuiſſet notarius ipſe hoc facere, etiā ſi fuiſſet impedi-
tus; ita voluit Bald. in rubrica, extrà de fide inſtrum.
4 in xij.columna. † Et nihilominus hoc ceſſat: quia nul-
la ſit atteſtatio quòd fuerit ſumptum ex nota. ſeu pro-
tocollo eiuſdem notarij ſe ſubſcribentis: nec quòd
fuerit de eo facta aliqua nota. & ſic nullum. Tertiò
non adparet quòd poſt ſcriptum aſſertum inſtrumen-
tum fuerit illud modo aliquo lectum, aut ſtipulatum,
ſeu publicatum eidem Illuſtriſs. dominæ Duciſſæ:
5 quo caſu nihil probat, & nullum eſt, dixit glo.in l.
fideicommiſſa. §.primo.& ibi Bart. ff.de leg. iij.Cyn.
in l.contractu.C.de fide inſtrumen. Luc. de pen.l. ru-
ra.C.de omni.ag.deſer.lib.xj. Alexād. in conſi.lxxvij.
primo volumine. cùm nulla ſit in eo mentio de ſtipu-
latione. aut publicatione eidem dominæ Duciſſæ fa-
cta de ipſa ſcriptura manu alterius facta, ergo &c.
Et licet dicatur per prædictum notarium in eius fi-
ne, dum ſic vt præmittitur fierent, & agerentur, de-
bet intelligi de prænarratis in eodem, id eſt, de ſcri-
ptura ſcripta per alium, & de rogatione eiuſdémmet
notarij: non autem de nota, quæ non atteſtatur facta
nec de publicatione, aut ſtipulatione, aut lectura
ipſius facta eidem Illuſt. dominæ de prætenſo inſtru-
6 mento, ergo &c. † ideo ſuccedit quod ſatis not. di-
xit



xit Ioan.de Imo.& Cardi.zaba.in c.fin.de offi.delega.
quòd licet notarius ſe ſubſcribendo inſtrumento ſcri
pto per alium, inſtrumentum illud probet, illud de-
bet intelligi dummodo fidem faciat, quòd impeditus
ipſe alteri commiſerit, vt ſcriberet. Item & ſecun-
dò, quòd inſpecta prius per ipſum ſcriptura præam-
bula diligenter inſtrumentum ipſum concordauit
cum originali, & ſic fidem faciet, & non aliter, idem
conſuluit Alexan.in conſilio cxxix. primo volumine.
vnde cùm vtrunque deficiat nedum vnum ex prædi-
ctis requiſitis, ergo &c. Et ideo dixit Angel.& Pau.de
Caſtro in l.quædam.§.nihil.ff.de edend. quòd extāte
impedimento notarij rogati ob quod non poteſt in-
7 ſtrumentum redigere in publicam formam, † ita de-
mum poterit per alium notarium redigere, ſi ipſe ro-
gatus ſe poſteà ſubſcribat, & in ſubſcriptione fidem
faciat de impedimento, & ita ſecundum Angelum
debet intelligi text. in §. in his. cum gloſſa. in verbo,
ſed per alium. in authenti. de inſtrument. cauſ. & fin.
& expreſsè firmat Ioannes de Imol.& Cardin. vbi ſu
prà in capitulo finali. de officio delegati. vbi expreſ-
ſè dicunt, quòd quando notarius rogatus facit ſcri-
bere inſtrumentum per alium, & poſteà ſe ſubſcri-
bat, vt valeat inſtrumentum, tamen requiritur ſe-
cundum eos quòd notarius ſe ſubſcribens dicat in
eius ſubſcriptione ſe examinaſſe diligenter ſcriptu-
ram, & ipſam inueniſſe concordare cum ſuis origi-
nalibus, & quòd inſuper ipſe notarius impeditus al-
teri ſcribendum commiſit. Ita etiam conſuluit Ale-
xander in præalleg. conſilio cxxix. tertia columna,
primo volumine. idem conſulendo tenuit dominus
Bartholomæus Socinus in ſuo conſilio xxiiij. in pri-
mo volumine. incipiente, viſis ac diligenter & ma-
turè. Nec obſtat, quòd pridie allegabatur, & mi-
nus aduertenter cùm reueren. Alexand. de Imol. dice
re in l.quædam.§.nihil intereſt.ff.de edend. nam cum
reuerentia non dicit illud ad quod fuit allegatus, ex
quo relatis opinionibus doctor. ipſe poſtmodum
formaliter hæc verba dicit, Vltimò puto concludi
poſſe quòd notarius non poteſt per alium primam
ſcripturam conficere, niſi ille alius fuerit de con-
tractu rogatus, ſed ſi notarius ſcripſit per ſe primam
ſcripturam, tunc etiam ſi ſit omnino impeditus,
non videtur quòd ſine commiſsione iudicis alius
notarius poteſt ſumere inſtrumentum ex illis pro-
tocollis non interueniente ſubſcriptione notarij ro-
gati de contractu. quòd ibi exemplificat Ioannes
Andræas & dominus Antonius etiam in notorio ad
quem ex voluntate primi notarij rogati tranſlatæ
ſunt rogationes, vt quia titulo legati, vel aliter, ſed
ſi primus notarius ſe ſubſcribat, etiam ſi non ſit im-
peditus, poteſt per alium ſumi facere inſtrumentum
ex ſuo protocollo, ita formaliter dicit Alexander in
aduerſo allegatus, & ſic ecce qualiter ex hoc inſtru-
mento non adparet quòd fuerit ille ſcriptor non no-
minatus, qui inſtrumentum ſcripſit, de dicto inſtru-
mento aliter rogatus. Item nō adparet quòd de dicto
inſtrumēto fuerit facta prima ſcriptura, ſeu nota per
notarium ſubſcribentem, ſeu per alium, ex quo nulla
ſit mentio de hoc, nec quòd dictum inſtrumentum
fuerit à nota ſeu protocollo aliquo extractum, nec
vnde extractum fuerit, prout requiritur, aut per
quem conſeruetur originalis nota. ad quod ſatis ad-
uertendum rogo attenta cauſæ arduitate, & impor-
tantia, & ſic adparet quòd dominus Alexander in no-
ſtri fauorem loquutus eſt, & non contra nos, & ita iu-
ris eſſe cenſeo ego,

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non agit contra procuratorem.*

2 *Procurator generalis ſeu ſyndicus, etiam habens ſpeciale mandatum, non poteſt rem auferre ab vno poſſeſſore, & alteri dare, ſi primus poſſeſſor tantundem offert, quantum alius obtulit.*

*Emphyteuta finita emphyteuſi non poteſt amoueri offerendo tantundem eius quod alius offerret.*

3 *Filius præſumitur eiuſdem intentionis fuiſſe ſicut & pater fuit: & præſumitur geſta ſui parentis imitari.*

4 *Prouiſio ſpecialis ſpecialem derogationem requirit.*

5 *Procuratori ſub quacunque magna poteſtate ſibi conceſſa in mandato non venit quòd poſſit dolum committere.*

6 *Maior pars quòd attrahat ad ſe minorem, debet intelligi dummodo conuocati vniti fuerunt inter eos ad illum actum.*

7 *Maior pars attrahit ad ſe minorem, quando non faceret id, quod eſſet iuri contrarium, aliàs non atraheret.*

8 *Maior pars attrahit ad ſe minorem, vbi minor pars non habet iuſtam cauſam contradicendi.*

9 *Opiniones vbi reperiuntur variæ, amplecti debemus rationabiliorem & æquiorem.*

10 *Aequitas vbi locum habere poteſt, errant homines diſcedentes ab æquitate ſequendo ſubtilitates: & ideo præcauendum eſt ne aduocati ſeu iudices, cùm ſequi poſſint æquiorem ſententiam, rigoroſam amplectentur, quia per nitioſè agunt, num. 11.*

12 *Opinio etiam antiquorum doctorum licet multorum, ſi iure non probatur, licitè ſperni poteſt.*

*Opinio noua etiam vnius doctoris contra communem teneri poteſt, imò debet, quando melioribus rationibus fundaretur.*

13 *Iudex inter vota diſcordantia debet eligere meliorem & æquiorem partem.*

14 *Creditorum plurium ſententiæ caſu quo ſtari debet maiori parti ipſorum, tamen vbi minor pars creditorum oſtenderet quòd ſententia illorum continet iniquitatem poterit reclamare coram ſuperiore & cum cauſarum inſertione, & ſic probabitur maiorem partem illud facere, & ſi factum fuerit aliter, euocabitur.*

15 *Maior pars creditorum quòd attrahat ad ſe minorem non procedit, quando minor pars eſſet diſcretior, vel ſanior aut prudentior.*

16 *Haberi debet pro expreſſo id de quo ſi eſſet interrogatus quis, ita veriſimiliter reſpondiſſet.*

17 *Depoſitioni principalis ſi quis ſtare ſe offert, denegari non poteſt quin examinetur, nec ſufficeret replicare, quòd adeſt procurator cum libera bene informatus, & quòd principalis eſt in longinquis partibus & nu. 18. & ita aliàs obtinui pro Illuſt. quodam magno Capitaneo contra* Marchionem *quarate. & nu ſequen.*

21 *Exceptiones omnes ſi ſunt excluſæ poſt lapſum termini virtute ſtatuti, & pariter probationes non ex hoc aufertur facultas faciendi articulos ad effectum examinandi principalem.*

21 *Procurator non poteſt à ſeipſo vendente emere nomine domini.*

Duo

23 *Duo iura quando concurrunt in perſonam vnius, idem eſt*
*iudicandum, ac ſi in perſonam duorum concur-*
*rerent.*

24 *Vendens ſibipſi palam, publicè. & bona fide, tenet & va*
*let venditio, ex quo auctorari quis poteſt in facto pro*
*prio, vbi ius alterius non læditur, ibid nu. 25.*

26 *Tutor rem pupilli palam & bona fide emere non pro-*
*hibetur.*

## CONSILIVM IIII.

EIuſdem Saluatoris mundi ſuffragio repeti
to, Amen. In cauſa eadem magnifici Ioan-
nis de tufo, cum mag. don Triſtano, & Cō
mendatore Roſa, vt prætentis procurato
ribus Illuſt Duciſſæ terræ Nouæ & Suexæ. Quæritant
feſtinanter procuratores aſſerti reemere terram Flu-
maris, necnon & terram caſtelli: & vallatæ à prædicto
magni. Ioanne, & eius coniuge, virtute pacti de retro-
uendendo. & hoc prætextu quòd maius pretium offe
ratur pro emptione ipſarum à barone Caietæ, & ab
Alphonſo carac. non obſtantibus oblationibus maio
ris precij per alios factis: & hoc prætextu clauſulæ cō
tentæ in mandato: videlicet, quod ſi in præmiſsis in eo
oriretur diſcordia inter tres procuratores cōſtitutos
inter quos eſt idem dominus Ioan. de tufo, vota duo-
rum præferantur, ita quod maior pars attrahat ad ſe
minorem. defenditur prædictus magni. Ioan. ex infrà
ſcriptis: & primò quòd aſſertis inſtrumētis productis
ex aduerſo nulla fides danda eſt, ex quo contra regni
conſtitutiones, & in viridi obſeruantia, dum inſtru-
menta producuntur ab extra ciuitatem Neap. ad hoc
vt probēt, debent produci in charta pergamena, aliàs
non probant, nec fidem aliquam faciunt. Secundò
idem magn. dominus Ioann. eſt procurator prædictæ
Illuſt. dominæ Duciſſæ ſicut & ipſi actores ſe præten-
dunt: & credunt per alia mandata quibus non fuit de-
rogatum per nouiſsimū, quòd nunc prætenditur, ſed
etiam virtute eiuſdem prætenſi mandati exhibiti ex
aduerſo, principaliter nominatur ipſe magnifi. Ioan-
nes procurator: iuris diſpoſitione cautum eſt quòd
1 procurator contra procuratorem non agit, † niſi il-
lud in mandato expreſsè contineatur. dixit Iuriſcon.
in l. qui proprio. §. ſi duobus. cū l. ſeq. quæ incipit. qui
duos. ff. de procur. Tertiò dato abſque veri præiudi-
cio quòd agere poſſent, prout nullatenus poſſunt, at-
tamen facta nedum conſimili oblatione per prædi-
ctum mag. Ioan. ſeu rectius per eius coniugem, quan-
tum alij obtulerant, verùm etiam & longè maiore,
prout facta fuit, non poſſunt terræ prædictæ ab eo,
ſeu ab eius coniuge auferri. prout in ſimili, & pene in
propriis terminis decidit Bar. in l. cotē ferro. §. agri
publici. ff. de publica. vbi dixit in ſpecie quòd procu-
rator generalis, ſeu ſyndicus etiam habens ſpeciale
mandatum nō poteſt ab vno poſſeſſore rem auferre,
& alteri dare, ſi primus poſſeſſor tantundem offert
quantum alius obtulit. per l. penult. & fin. C. de loca.
præd. ciui. lib. xj. quòd ſubdit eſſe no. idem voluit Bal.
2 in marg. in verbo, procurator ſeu ſyndicus. † Et idem
in ſimili in emphyteuta quòd non poteſt amoueri à
poſſeſsione finita emphyteuſi, tantumdem offerendo
quàm quilibet alius. tenet Salicet. in l finali. & ibi ple
nè Iaſ. C. de iure emphyt. & conſuluit Paul. de Caſtr.
conſilio lxiij. incipien. videtur dicendum &c. & plenè
Franciſ. Cur. conſilio xlvij. aliàs. xlvij. incipien. ſuper
controuerſia vertente inter Lanterninum. iij. colum.
vnde cùm nedum æqualis, verùm etiam & longè ma-
ioris pretij oblationes factæ fuerint pro parte ipſius
domini Ioan. & eius vxoris, & filij, quas vltra illam in
actis apparentem per fide digniſsimos teſtes compro
bare offerimus, prout pluries obtulimus: non pote-
runt terræ prædictæ ab eis amoueri, & in alios aliena-
ri, vt fieri ex aduerſo prætenditur, præter & contra
voluntatem, imò & contra commodum & beneficiū
prædictæ Illuſtriſs. dominæ Duciſſæ. Quartò præ-
tenduntur terræ prædictæ venditæ per prætenſos pro
curatores perſonis, & aliis nominatis vltra ſuprà
enumeratos, vt liquet actu requiſitionis ex aduerſo
factæ: quarum aliquæ ex eis ſunt proculdubio minus
acceptæ, imò odioſæ prædictæ Illuſtriſs. Duciſſæ, & à
quibus terræ ipſæ quas emere prætendunt, aliàs adem
ptæ, & reemptæ fuerunt ex ordine quondam Illuſtri.
domini magni Capi. eius viri: prout per authenticas
eius literas in actis demonſtratum extitit, & iam reco
gnitas & acceptatas. Nonnullæ vero ex perſonis præ-
dictis aliàs detentrices earundem terrarum adeò peſ
ſimè vaſallos ipſos tractauerunt, vt opus fuerit imò
neceſſariū virtute pacti, terras ipſas reemere de pro-
pria pecunia eiuſdem dominæ Vincentiæ coniugis
ipſius domini Ioan. quamobrem animo ſe vindican-
di de pauperibus vaſallis, ad quorum querelam dictæ
terræ redemptæ fuerant, & contra quos publicè mi-
nati ſunt velle eos caſtigare, ac malè tractare, vt obla-
tum eſt incontinenti verificari, terras ipſas, iterum
reemere nituntur: alij verò minus habiles ad regen-
dum vaſallos ad emptiones prædictas properant: de
perſonis verò odioſis, & minus acceptis conſtat per
prædictas authenticas literas prædicti quondam Il-
3 luſtr. domini magni Capi. † cuius Illuſtr. filia Duciſſa
principalis præſumitur geſta, & voluntatem pater-
nam imitari: vt dicit Spec. in proœm. Spec verſic. cæ-
terum. ex quo præſumitur filius eiuſdem intentionis.
& animi fuiſſe, ſicut & eius pater fuit: dicit Bald. in l. li-
berti. ſecunda columna. de oper. liber. & maximè
cum ſpecialiter prouiſum fuerit, & ordinatum ter-
rem ipſam Flumaris, ad quam Baro Gaietæ aſpirauit,
& aſpirat, vehementer detineri per ipſum dominum
Ioan. ſeu eius vxorem: vt liquet per præmiſſas authen
ticas literas prædicti quondam Illuſtr. domini, & au-
ferri, ſeu amoueri ab ipſo Barone Gaietæ: vnde ſpecia
lis hæc prouiſio, & prohibitio, ſpecialem derogatio-
4 nem † requirebat, prout requirit: vt tenet Salicet. in
l. finali. C. ſi contra ius vel vtili. publi. Ioan. de plate.
& Barto. in l. finali. C. de cano. frumen. vrbis Romæ
lib. libro vndecimo. Quintò cùm interſit vaſallo-
rum minimè dominos ſæpe mutare nulla legitima
cauſa ſubſiſtente, & pariter prædictarum domina-
rum pro earum commodo, & vtilitate, quòd terræ
prædictæ vendantur maiori pretio oblato: ſequitur
quòd quatenus contrarium prætenſi procuratores
exequi nitantur, ſit in damnum notorium prædictæ
Illuſtriſs. dominæ, ſeu dominarum: quòd id facere
non poſſunt: cùm procurator non poſsit, nec de-
beat conditionem domini deteriorem reddere, ſed
meliorem facere. text. eſt in l. ignorantis. ff. de pro-
curatoribus. cum vulgar. quòd procedit etiam ſi pro-
curatores ipſi magna fulſiti poteſtate fuiſſent, &
5 maiori quàm prætendant, etiam ſi dictaret † quòd
vendere poſſent pro minori pretio: quia eo caſu
non



non veniret, vt poſsint dolum cōmittere: vt dicit pul-
chrè Lanfran. de Oria. in tractatu de arbit. in prima
parte. xiiij. columna. & faciunt pro præmiſsis not. per
Bartol. in l. ſi procurator cui libera. de procur. Quis
enim negaret dolū abeſſe, dum facta oblatione trium
milium ducatorum pluſquā ab aliis fuerit oblatum,
& per ipſum dominū Ioannem amiciſsimum, ac cha-
riſsimum ſeruitorē prædictorum dominorum, prout
literæ Ducales productæ atteſtātur, & quæ longè poſt
dictum mandatum emanauerunt, vt ex earum calen-
dario liquet, in tātum quòd pro longè minori precio
perſonis odioſis, aliis malè tractantibus vaſallos,
ac inhabilibus ad ipſos regendum, venundentur: & ab
eodem mag. Ioanne, & eius coniuge redimātur: & ſic
amoueantur. Sextò nec ſuffragabitur eiſdem clau-
ſula contenta in mandato: videlicet, quòd in caſu di-
ſcordię inter procuratores ipſos, maior pars ipſorum
6 attrahat ad ſe minorem: quia † illud intelligitur dum-
modo conuocati, & vniti inter eos fuerint ad illum
actum, & diſcordauerint: quia tunc præfertur maior
pars: quòd non fuit in caſu prædicto, in quo nunquam
de prædictis loquuti fuerint adinuicem inter eos: quo
caſu maior pars non attrahit ad ſe minorem. per tex.
in l. ſi duo ex tribus. ff. de re iud. vbi adparet non tene-
re ſententiam duorum tertio abſente, & irrequiſito.
ita etiam in ſpecie tenet Bartol. in l. omnes populi. de
iuſt. & iur. Abbas in cap. venerabilem. de elec. ex quo
tertius potuiſſet alios trahere in eius ſentētiam. ſequi
tur etiam dominus Anton. de Alex. in addit. ad Bart.
in l. quòd maior. ff. ad munic. & ibi ſubdit, ꝙ debent
7 inſimul adeſſe, & non ſeparatim. † Item maior pars
tunc attrahit ad ſe minorē, quādo ipſa maior pars nō
faceret id, quod eſſet iuri contrarium: aliàs nón attra-
heret ad ſe minorem: ita voluit Innocen. in capit. hu-
milis. extrà de maio. & obed. Cyn. & Bartol. in dicta l.
omnes populi. in ij. quæſt. ff. de iuſt. & iure. & ſequitur
Barthol. Soci. in regu. cxliij. in iiij. fallen. Et ſatis ap-
paret ipſos velle facere id quod eſt iuri contrarium,
dum vendere intēdunt pro longè minori precio eius
quod offertur ab aliis: quòd facere non poſſunt: cùm
procurator teneatur facere conditionem ſui princi-
palis meliorem, non autem deteriorem: vt dicit Iuriſ-
conſul. in l. ignorantis. ff. de procur. quòd procederet
etiā ſi procurator quacunque ſuffultus poteſtate fuiſ-
8 ſet: vt ſuprà, plenè dictum fuit. † Item quòd maior
pars attrahat ad ſe minorem, intelligi debet niſi mi-
nor pars iuſtam habeat cauſam condicendi: dixit glo.
in capit. cupientes. de elec. in vj. in §. ſecundo. aliter in
dicta l. quod maior. ff. ad municip. Felyn. in cap. cum
omnes. x. colum. de conſtitut. vbi dicit, quòd geſtum
à maiori parte tenet, niſi per minorem partem oſten-
deretur de irrationabilitate. Hinc dixit Ioannes An-
dræas, & Hoſti. in capitulo ſecundo. de cogna. ſpirit.
9 † quòd vbi ſentētiæ ſeu opiniones ſunt varię, amplecti
10 debemus rationabiliorem & æquiorem. † & in tan-
tum hoc eſt verum, quòd errāt homines diſcedentes
ab æquitate, vbi æquitas locum habere poteſt, ſequen
do ſubtilitates, ſecūdum Petrum de Bel. pertic. quem
refert & ſequitur Franciſcus Curtius in conſilio liij. in
x. columna. & ideo pręcauendum eſt, ne aduocati, do-
ctores, & iudices cùm ſequi poſsint æquiorē ſenten-
11 tiā, rigoroſam amplectantur: † quia pernitioſè agunt:
ita nos monet Angelus per text. in l. ſequitur. in prin-
12 cip. ff. de verbor. obligat. † Et quando opinio, ſeu ſen-
tentia etiam multorum & antiquorū doctorum iure
non probaretur, poſſet licitè ſperni: vt dicunt An-
tonius de Butrio, & Abbas in capit. ſecundo, de vſur.
quia non debemus habere electionem perſonarum,
ſed magis credere opinioni illius qui melioribus ra-
tionibus fundatur. ita voluit dominus Abbas in cap.
capellanus. de fer. & ideo dixit Ioannes Andræas in
capi. primo. de conſtitut. & in dicto cap. capellanus.
13 † quòd teneri debet noua opinio etiam vnius docto-
ris contra communem, quando eſt melioribus ratio-
nibus: & ideo inter vota diſcordantia iudex debet eli-
gere meliorem, & æquiorem partem, vt pulchrè vo-
luit Baldus in l. prima. C. de nupt. Bartolus in l. finali,
ff. de appel. recip. vbi formaliter dixit, quòd caſu quo
ſtari debet ſententiæ plurium creditorum, iuxta l.
14 maior. ff. de pact. † vbi minor pars creditorum oſten-
deret quòd ſententia illorum continet iniquitatem,
poterit reclamare coram ſuperiore & cum cauſarum
inſertione, & ſic prohibebitur maior pars illud face-
re, & ſi factū fuerit, reuocabitur. idem ſequitur Bal-
dus in l. in coniunctione. ſecunda colum. C. de nupt.
15 vbi allegat Bartol. † Item quòd maior pars attra-
hat ad ſe minorem, id quidem ſecus erit, quando mi-
nor pars eſſet diſcretior, vel ſanior aut prudentior,
voluit Imola in l. Pompo. aliàs incipit, ſi vni. ff. de re
iudicata. capit. primo. & ibi Abbas, de his quæ fiu. à
maior. par. cap. & ſequitur Alexander in dicta l. quòd
maior. ff. ad munic. Quis enim dubitabit de inæquali-
tate maxima circa maiorem diſcretionē, & pruden-
tiam, ac ſanius iudicium ipſius domini Ioannis, qui
tam diu per continuata tempora tot prædeceſſorum
Sereniſsimorū Principū huius regni in eorum aula,
& audientia, vt Regius auditor, plurimum conſilio,
& auctoritate polluit. quod non eſt dicendum de iſtis
magnificis, qui penitus à rebus gerendis alieni, vix ali
quantulum bellorum furoribus incubuerunt. vt ſic
concurrentibus prædictis, & eorum ſingulis, & quæ
plenè verificare obtulimus in termino probatorio,
quem expreſsè petiuimus, licet etiam nonnulla iam
ex eis verificata appareant, ſi de eis haberetur notitia
ſeu conſultarentur prędictę Illuſtriſsimæ dominę, ſeu
altera ex eis, veriſimiliter nedum contradicerent, ve-
rùm etiam expreſſe ſub formidabili pœna inhiberent
prædictis prætenſis procuratoribus, ne talem redem-
ptionem facerent, aut prædictis ex aduerſo minori
16 precio venderent, † ex quo id eſt habendum pro ex-
preſſo, de quo ſi diſponens eſſet interrogatus, ita ex-
preſsiſſet, ſeu veriſimiliter reſpondiſſet. gloſſa eſt in l.
tale pactum. ff. de pactis. text. eſt in l. finali. ſecundum
Bartolum, Bald. & Angelum. ff. de hær. inſtitu. & in l.
Barbarius. & ibi Baldus. v. columna. ff. de offic. præt.
Et ideo non ab re fuit oblatum ſtari depoſitioni
& declarationi prædictarum Illuſtriſsi. Duciſſarum
principalium, ex quo non ignoramus earum volun-
tatem eſſe in cōtrarium, prout per earundem et de-
poſitiones verificare obtulimus, maximè cum offe-
ramus earundem depoſitioni ac declarationi ſtare.
17 † quod quidem denegari nullatenus poteſt. l. manife-
ſtæ. ff. de iureiurando. & ibi Paulus de Caſtro. & in l.
iuſiurandum & ad pecunias. §. ait prætor. eodem tit.
& Alber. in l. in bonæfidei. capitulo, de rebus credit.
Nec ſufficeret allegare, quòd ſit præſens procura-

tor

tor generalis, etiam ſi eſſet cum libera, quia non po-
teſt denegari, quin principalis tanquam melius in-
formatus deponat:ita Bald. in l. generaliter. §. his de
18 præſentibus. C. de rebus credit. † etiam ſi principalis
eſſet abſens in longinquis partibus, prout in caſu no-
ſtro, dummodo interim inſtantia non depereat. dixit
pulchrè Salycetus in dicta l. generaliter. præallegata.
16 quod etiam corroboratur, † quia licet ſtatutum re-
ſtringat modum probandi etiam per inſtrumentum,
non poteſt denegari depoſitio principalis: ita volue-
runt doctores communiter, maximè Felinus in capit.
primo, de probation. quod procederet etiam in iudi-
cio quantuncunque ſummario: & etiam ſi requirere-
tur eius depoſitio, vel confeſsio ſuper nouo articulo:
& etiam poſt concluſum in cauſa. voluit Antonius de
Butr. Imola, & Abbas in clemen. ſæpè. de verb. ſignifi.
20 † Quinimo ſi ex forma ſtatuti poſt lapſum terminum
eſſent excluſæ omnes exceptiones, ſeu probationes,
21 non ex † hoc aufertur facultas faciendi articulos ad
effectum examinandi principalem: ita Baldus in au-
thentica, ſed nouo iure. C. ſi certum petat. & Ludoui.
Romanus in l. admonendi. antepenultima columna.
ff. de iureiurando. & Moder. in rubrica. de probatio.
Non omitto quòd cùm maxima animi paſsione, &
mente odioſa ad id proceditur per prætenſos procu-
ratores: nam vt conſtat excellētibus dominis Regen-
tibus regiam cancella. dum anno elapſo altercaretur
in regia audientia inter Marchionem quarat, tunc &
nunc Baronem Flumaris, cum quo etiam in præſen-
tiarum certatur de tentione dictæ terræ Flumaris ex
vna, & prædictum magnificum Ioannem de tufo, ex
altera, vt procuratorē eiuſdem Illuſtriſsimæ ducillæ,
ſuper reemptione dictæ terræ, quam idē marchio re-
uendere recuſabat, Marchio ipſe tunc fuerit per diffi-
nitiuam ſententiam reuendere cōpulſus eidem mag.
Ioan. procuratori &c. in eademmet lite produxit in
teſtes prædictum reuerendum commendatorem Ro-
ſa: & quondam Capitan. Galiecum, ad teſtificandum
voluntatem eiuſdem Illuſtriſsimi domini magnifici
Capitanei eſſe in contrarium, id eſt, quod dicta terra
Flumaris non reemeretur ab eodem Marchione: &
ſatis fuerit inſtatū pro receptione depoſitionis ipſo-
rum, vt liquet per acta, quę in promptu producūtur:
& tamen venit declaratio eiuſdem Illuſtriſsimi Do-
mini per eius literas, quibus iniungebatur omnino
terram Flumaris redimi à prædicto Marchione: ob
quod prædictus Reuerendus commendator venit, ac
ſatagit ſupplere in eo quod tunc deficit. Nec mili-
tat requiſitio facta eidem magnific. Ioan. per præten-
ſos procuratores, vt ſe conferret Neap. & cum eiſdem
procuratoribus adeſſe ad contractandum ſuper præ-
miſsis: quia ad hoc non arctabatur ipſe magnifi. Ioan.
ex forma pręſentis mandati: & maximè in memoriam
præteritæ dignitatis, & officij: tum etiam ex tenore
literarum prædictæ Illuſtriſsimæ Duciſſæ terræ nouæ
productarum & exhibitarum eidem domino Ioanni,
in quibus apparet eiſdem prætenſis procuratoribus
iniunctum, vt ſe conferre debuiſſent ad eundem do-
minum Ioannē, vbicunque reperiri contigerit. Et ſic
fruſtra procedit requiſitio prædicta. Nec omittēdum
eſt ex tenore requiſitionis prædictæ, & per nos pro-
ductæ, apparere ſignificatum eidem magniſic. Ioan-
ni, quòd ipſi volebant reemere omnes terras ven-
ditas aliis: & eaſdem maiori precio iterum vendere:
& demum illas terras duntaxat quæ detinentur per
vxorem ipſius domini Ioannis reemere intendunt
omiſſa reemptione aliarum, de quibus longè maius
precium reperitur. Ex quibus omnibus conſtat de be-
niuola intentione ipſorū, & qua charitate ducti ſint.
Et quia inſuper audio ſuſurrari huiuſmodi vendi-
tiones factas prædictæ dominæ Vincentiæ non ſubſi-
ſtere, prætextu quòd ipſemet dominus Ioan. vt pro-
curator prædictæ Illuſtriſsimæ Duciſſæ, vendiderit
22 ſibiipſi, dum eius vxori vendit: † & ex iuris diſpoſi-
tione procurator non poteſt emere à ſe ipſo venden-
te nomine domini, vt in l. ſi in emptione. §. finali. ff.
de contrahen. emption. quia debet inter contrahen-
tes eſſe diſtinctio perſonarum, vt traditur in l. ſecun-
da. ff. de ſtipulationibus ſeruorū. Nam ad hoc reſpon-
detur dupliciter in iure, & alio modo in facto, quia
venditio fuit facta vxori, & non ſibiipſi, & ſic datur
diſtinctio perſonarum, vt ſuprà. item vēditiones fue-
runt factæ eidem dominæ Vincentiæ vxori ipſius ma-
gnifici Ioannis procuratoris prædictarum domina-
rum, & ſic in rei veritate, nedum iuris fictione repu-
tantur duæ perſonæ contrahentes, verum etiam cum
effectu ita ſunt, nam in quantum eſt vxor procurato-
ris repræſentātis perſonam domini, eſt vna perſona,
inquantum verò eſt vxor ipſius magnifici Ioannis, re-
23 pręſentat aliam perſonam iuris fictione, ſed † quando
duo iura concurrunt in perſonam vnius, idem eſt iu-
dicandum, ac ſi in perſonis duorum concurrerent. ar-
gumētum eius quòd habetur in l. tutores. ff. de his qui-
bus, vt indig. ita concordat Cynus in l. cùm ipſe. C. de
contrahend. emptio. vbi hoc voluit glo. in vna ſolu-
tione. ad idem text. & ibi gloſſa. & Bartolus in l. pu-
pillus. §. ſanè. ff. de admitten. tuto. vnde cùm in rei ve-
ritate ſit diuerſa perſona ab ipſo procuratore ſuo vi-
ro, tanto magis procedunt venditiones prædictæ. Et
ſi diceretur quòd procurator non poteſt nocere do-
mino contrahendo, ſeu contrahenti, cùm ipſemet ſit
procurator: vt eſt caſus in dicta l. ſi in emptione. Re-
24 ſpondetur nunc in iure, † quòd quando propriè ven-
didiſſet ſibiipſi, quòd ex quo talis venditio fuit facta
per medium theſaurarij ducalis ſubſtituti procurator
palam, publicè, & bona fide, potuit optimè huiuſmo-
di venditio fieri, & tenet, & valet. caſus eſt, & ibi glo.
& omnes nota. in dicta l. cùm ipſe. C. de contrahenda
empt. gloſſa, & Salyce. ibidem in §. finali. & eſt text.
& ibi Bart. in d. l. pupillus. §. ſanè. Item & ſecundò
terræ ipſæ fuerunt redemptæ per prædictā dominam
Vincentiā pro eodē precio, pro quo venditæ fuerant,
& plus, & ne laberetur terminus reuēditionis facien-
dæ, & ſic in nihilum fuit ius principalis læſum, & vbi-
25 cunque † ius alterius non læditur, poteſt quis in facto
proprio auctorari, voluit Ioannes Andræas in regul.
qui tacet. in fin. de regulis iuris. in ſexto. in mercuria,
bene facit textus in clementina vnica, extrà de con-
ceſsis præbendis. Item & tertiò adduco in termi-
nis conſilium Bald. numero 60. in quarto volumine.
incipiente. ſolut. matrim. vbi dicit in materia, an quis
poſsit autoritatem præſtare in facto proprio, diſtin-
guit, quòd aut quis auctoratur in facto proprio bona
fide, & tunc ſit vera opinio illorum dicentium, quòd
poteſt quis auctorari in facto proprio aut auctoriza-
tur in fraudem, & tunc ſecus. vnde cùm in caſu de quo
agitur



agitur nulla fraude ſubſiſtente fuerit dictus conſen-
ſus præſtitus bona fide: ergo &c. quòd ſatis probatur
per textum in l. cum ipſe. C. de contrahenda emptio.
26 † vbi tutor rem pupilli palam, & bona fide emere mi
nimè prohibetur. & pulchrè refert Ioannes Andræas
in addition. Speculator in titulo, de his quæ fi. à pręla.
Et ſic ex prædictis, & eorum ſingulis liquet nihil ſuf-
fragari parti aduerſæ hominis inuentio: & penitus a-
liena ab intentione, & voluntate prædictarum illu-
ſtriſsimarum dominarum, tanquam contra propria
commoda ipſarum.
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Verba indifferenter prolata debent intelligi in potiori ſi- gnificatu.*
2 *Ciuis verè dicitur ille, qui eſt originarius ciuis.*
3 *Ciuilitas originaria dicitur vera ciuilitas, & potentior, & quæ mutari non poteſt: & præfertur cuicunque al- teri ciuilitati, cùm naturalis ſit.*
4 *Verba vbi poſſunt ciuiliter & naturaliter intelligi, de- bent naturaliter intelligi.*
5 *Diſpoſitio hominis debet intelligi prolata in caſu vero, & non ficto.*
6 *Priuilegium debet intelligi, vt minus lædat ius commu- ne quàm poſſit.*
7 *Statutum loquens de ciue, intelligitur de vero & natu- rali ciue.*
8 *Priuilegio intelligitur iam præiudicatum, nedum per non vſum ſed etiam per contrarium vſum.*
9 *Priuilegia fori duo ſi quis habet, attenditur illud priui- legium fori quod eſt maius.*
*Ciuis cognoſcitur in participatione munerum, & one- rum.*

## CONSILIVM V.

SVmmi opificis præſidio iterato, Amen. In
cauſa magnifici ac ſtrenui militis Loyſij al
phonſi de ſylua, mei compatris honorādi,
ſuper officio capitaneatus ciuita. Capuæ,
prouiſo in eius perſonam, per Cęſaream maieſtatem,
reluctante vniuerſitate Capuæ, prætextu capituli Ca-
puanis conceſsi, quòd nullus admittatur ad officium
Capitanei regij in ciuitate ipſa, *quale ſia meno de vinte
meglia diſtante da dicta cita de Capua*: ſed cùm Loyſius
alphonſus ipſe ſit Neapolitanus, cùm habeat vxorem
Neapolitan. & domum propriam, & ibidem moram
traxerit per annos fere vigintiquinq;. & trahat, ergo
prætenditur minimè admitti debere ad prædictū of-
ficium. Quibus non obſtantibus contrariam ſenten-
tiam dico de iure veriorem, nam vt ſuprà, in themate
præſupponitur, & in facto liquido, conſtat prędictum
magnificū Loyſium alphonſum eſſe originarium Hi-
ſpanum, & propriè de Portogallo. Et licet verificetur
habere vxorem Neapolitanā, & domum propriam,
non ex hoc inferri poteſt quòd ſit ciuis Neapolitan.
non tamen ſequitur quòd ſit de ciuitate Neapolitana
propriè, & cùm effectu, ita quòd intelligi poteſt de
ciuitate Neapolitana, & ſic verè ciuis, nam verba ca-
pituli prædicti debēt intelligi neceſſariò de vera ciui-
litate, & ſic cum effectu. l. prima. §. hæc autem verba.
quòd quiſque iur. in gloſſa, & Cardin. in clemen. pri-
1 ma. de deciſion. † & maximè quia verba indifferenter
prolata debent intelligi in potiori ſignificatu, ita
Baldus in l. prima, circa med. de ſucceſsionib. edic. &
2 gloſſa in clemen. ſi. de cenſi. † His pręſuppoſitis liquet
quòd verè ciuis dicitur ille, qui eſt originarius, quod
non eſt ſic in aliis ciuibus. l. aſſumpti. ff. ad municipal.
in principio, l. origine. C. de municip. & orig. libro x.
3 † vbi apparet, quòd ciuilitas originaria dicitur vera
ciuilitas, & potentior, & quæ mutari non poteſt, imò
dicitur naturalis, vt ibi, & ideo præfertur cuicunque
alteri ciuilitati, vt dicit gloſſa in dicta l. aſſumptio. &
in l. ciues. C. de incol. libro x. & conſuluit Alexander
4 conſilio trigeſimoquarto. in quinto volumine. † & vbi
verba poſſunt ciuiliter & naturaliter intelligi, debēt
certè naturaliter intelligi. l. finali. C. de his qui veni.
ætat. impetra. capit. ſuſceptum. extrà de reſcript. in
ſexto. & conſuluit Alexander in conſilio iiij. in quar-
to volumine. vnde cùm cæteræ ciuilitates appareant
eſſe fictæ, & non verè naturales, prout eſt ciuilitas ori
ginis, quæ naturalis eſt, ſuccedit quòd huiuſmodi ca-
pitulum ſeu priuilegium Capuanis conceſſum debet
5 intelligi in caſu vero, & non ficto. † Ex quo in dubio
diſpoſitio hominis debet intelligi prolata in caſu ve-
ro, & non ficto. l. ex eadē parte. §. in inſulam. cum ibi
nota de verborum obligat. & voluit Baldus, & Imola
in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu.
Imola in l. prima. §. lex falcidia. ff. ad leg. falcidi. maxi-
mè cùm verba in dubio debeant accipi propriè. l. non
aliter. cum vulga. de legatis tertio. l. prima. §. ſi is qui
6 nauem. ff. de exercito. † Et potiſsimè concedenda
ſunt præallegata, cùm priuilegium debeat intelligi,
vt minus lædat ius commune quàm poſsit, dixit Bal-
dus in l. non ſine. C. de bonis quæ liber. capit. quod di
lectio. & ibi Panormit. de conſangui. & affinitate, &
conſuluit Alexander conſilio xv. ſecundo volumine.
Sed cū quilibet idoneus & exercitatus, prout eſt hic
magnificus Loyſius alphonſus. admittēdus ſit ex iuris
diſpoſitione ad officia prædicta, de quibus agitur, &
cautum dicatur in priuilegio prædicto quòd non ad-
mittatur ad dictum officium qui diſtaret minori nu-
mero viginti miliarum à ciuitate Capuæ, debet intel-
ligi de ciue vero & originario, vt minus lædatur ius
cōmune. Et ideo in propriis terminis poſt prædicto-
rum conſiderationem per me factam, reperio in ter-
minis tenuiſſe Baldū in l. tertia. §. hęc verba. ff. de neg.
7 geſt. † vbi in ſpecie dicit, quòd ſtatutum loquens de
ciue, intelligitur de vero & naturali ciue, & non de
eo qui ad ciuilitatem receptus eſt per priuilegium, vt
conſuluit Alexander de Imola in conſilio clx. incip.
an ille qui non poſsidet. in quinto volumine. & ſequi
tur Ludouicus Bolog. in ſua repet. extrauag. Theo. in
verbo, nec ſuos ciues, in quarta columna. in xj. parte.
Item liquet ex proceſſus meritis, nedū plures ciues
Neapolitanos fuiſſe in officio capitaniæ prædictæ ad-
miſſos, non oriundos Neapolitanos, ſed etiam in ſpe-
cie idem magnifi. Loyſius alphonſus, tunc ciuis, prout
in præſentiarum Neapolit. fuit aliàs præcedentibus
annis admiſſus in officio Capitaniæ prædictæ in eadē
ciuitate Capuę ob quòd ſatis apparet priuilegio præ-
8 dicto præiudicatum per non vſum prædictum, † imò
per contrarium vſum, & ſic per actum contrarium
clarè liquet priuilegio prædicto renunciatum, imò
prædicatum, quatenus de eo legitimè appareret, vt
dicit Innocentius in capit. accedentibus. & in cap. ſi

de terra.de priuilegiis.Baldus in margarita.in verbo
ſtatutum Angel.in l.vſum aquæ.C.de aquęd. libro xj.
Iacobus Rebuffus,poſt Bartolum in l.prima.C.de his
qui ſponte mune. public. ſuſcep. libro x. Et dicimus
etiam in ſimili,quòd ſi quis habet duo priuilegia fori,
9 attenditur priuilegium fori † quod eſt maius:ita Bal-
dus in authen. habita. C. ne filius pro pat. & Lucius
de Penna in l.ne ad diuerſa.C. de ſilen.libro xj.Et ma
ximè,quia ſi rectè aduertatur,minimè poteſt hic ma-
gnificus Loyſius alphōſus dici ciuis Neapolitanus ex
probatis ex aduerſo:cùm ciuis in muneribus & hono
10 ribus cognoſcatur.l.ciues.C.de incolis.libro.x.†qui
ergo non participat de muneribus & honoribus ciui
tatis,non dicitur propriè ciuis: quia non tractatur vt
ciuis,in eo quod eſt primum, & maximum. dixit for-
maliter Baldus in l.ſi non ſpeciali.C. de teſtam. Vnde
cùm hic nobilis per tot annos in quibus morā traxit
in ciuitate Neapolitana,nunquam fuerit creatus ele-
ctus in vrbe ipſa,nec Capitan.Plateæ,nec ad conſilia,
ſeu congregationes ciuitatis conuocatus; nec ad ali-
quod publicum munus vrbis,ſeu officium,prout ſatis
liquet re ipſa,cùm cōtrarium non probetur,ſed ſem-
per fuit reputatus aduena,& Hiſpanus, vt omnes te-
ſtes atteſtantur: ergo &c. Nec aliquid videtur ob-
ſtare fides Regiæ Dohanæ, per quam apparet eūdem
magnificum Loyſium alphōſum fuiſſe tractatum im-
munem in ea:ex quo in eadem fice nominatur caſtel-
lanus caſtri Capuanæ: & ſic tanquam Caſtellanus ap-
paret immunis tracta. Item liquet etiam quòd eſt re-
ligioſus, & commendator de ordine Chriſti: vt ex
longæua Crucis, & habitus delatione demonſtratur
per continuata tempora: ſicque poteſt tam ex cauſa
caſtellaniæ prædictæ,quàm ex religione, huiuſmodi
immunitate gauiſum fuiſſe, ac gaudere. In reliquis
ſuppleat ſupremum ingenium, religio, & doctrina
Excellent. dominorum Regentium Regiam Cancel-
lariam: & S. Collateralis Conſiſtorij: & ita de iuris
cenſura cenſeo ego:

Thomas Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Prior conceſſio attenditur in conceſſionibus princi-
pum.*
2 *Princeps concedens rem alteri conceſſam ad hoc, vt te-
neat ſecunda conceſſio, debet illi primæ conceſſioni de-
rogare cum clauſula, non obſtante.*
3 *Princeps ſi daret caſtrum alicui quod ſecundo loco alius
impetraret, talis ſecunda impetratio eſſet obreptitia
& nulla.*
4 *Gratia qualibet principis poteſt appellari priuilegium.*
5 *Conceſſio principis primo loco facta ſemper tenet: quo-
niam variatio, & inconſtantia in principe reproba-
tur, cùm in eo tanquam in fonte iuſtitiæ debet eſſe con
ſtans voluntas. & principibus conuenit illud verbum,
ſemel loquutus eſt Deus,*
6 *Princeps ſi reuocaret id quod per prius fecit, fingitur eo
caſu circumuentus, adeo vt contrarium probari non
poſſit.*
7 *Princeps quod vult fieri, habetur pro facto, & quod dari
mandat, habetur pro dato.*
8 *Maior temperantia præſumitur in ſeniore quàm in
iuuene.*
9 *Seniores præferuntur in conſequendis priuilegijs.
Et pariter in honoribus & dignitatibus nu.10.*
11 *Electio dum fit, debet fieri de digniore.*
12 *Dignitatibus præferuntur munera patriæ.*

## CONSILIVM VI.

REdemptoris gentium ſuffragio iterato,
Amen. Magnificus Antonius de Bononia
prouiſus per Capitaneū Maieſtatis Regis
Catholici de primo officio præſidentis
Regiæ cameræ, vacaturo in eadem regia camera, re-
ſcripſit illuſtriſsi. Proregi, vt dicto officio vacante
quamprimū eundem prouideret: ac certioraret eun-
dem Capitan. Maieſta. ex quo priuilegium expediri
mandaretur: demum dum vacante officio prædicto
per mortem Antonelli de ſtephano, vnus ex pręſiden
tibus ob multitudem agendorum nō recordatus for-
tè Capitanei Regis, dictum officium concedit magni.
Marino ſpinello, mediāte priuilegio nulla facta men-
tione de præcedenti conceſsione, nec cum clauſula,
non obſtante: dubitatur quid iuris. Et certè dicen-
dum eſt pręd ictum magnificum Antonium præferen-
1 dum in officio prædicto: † ex quo iure cautū eſt, quòd
ſi princeps alicui conceſsit aliquam gratiam, ſeu be-
neficium, quam per prius alteri conceſſerat: qui prior
fuit in tempore, potior erit in iure. l. in concedendo.
ff. de aqua pluuia arc. capit. primo. qui ſucced. ten. ita
in ſpecie inquit Baldus in titulo. de pace conſtant. co-
lumna trigeſimaprima. verſiculo, poſsideant. ſed cùm
per prius fuerit conceſſum officium primò vacatu-
rum eidem magnifico Antonio, & ſecundo loco fuit
conceſſum prædicto domino Marino abſque clauſu-
lo non obſtante, meritò venit Antonius ipſe præfe-
2 rendus in eo: † ex quo princeps concedens rem alteri
conceſſam per ipſummet, debet illi primæ conceſsio-
ni derogare, faciendo de ea expreſſam mentionem: &
cum clauſula non obſtante, aliàs non tenet ſecunda
conceſsio, ita voluit Bartolus in l. finali. per text. ibi
C. de locatio. prædiorum ciuil. libro xj. & plenè con-
ſuluit Ludouic. conſilio ccxcviij. incipien. circa præ-
miſſam dubij conſultationem. refert & ſequitur ple-
niſsimè Iaſon in l. ſi reus. penultima colum. ff. de pact.
& ideo dixit pulchrè Baldus. Fulg. & Paulus de Caſt.
in l. ſecunda. C. de legit. in tertio no. quòd ſi princeps
daret vnum caſtrum alicui, quod caſtrum demum a-
3 lius impetraret, † certè talis ſecunda impetratio eſſet
obreptitia, & nulla. Nec obſtaret quatenus pro parte
ipſius Marini ſecundo loco prouiſi obiiceretur, non
fuiſſe expeditum priuilegium per eundem magnific.
Anton. ſicut ipſe iam obtinuit, & ſic quòd tanquam
magis diligens in expediendo priuilegiū veniat præ-
ferendus, prout in particulari poſt longas argumen-
tationes concludit Lucius de Penna in l. prædia. C.
de locatio prædior. ciuili. vel fiſcal. libro vndecimo.
Ex quo ſufficit principem primo loco gratiam con-
4 ceſsiſſe, † cùm quælibet gratia principis poſsit appel-
lari priuilegium, cùm ita cenſeatur. dixit Ioānes An-
dræas in capitulo, olim. de verbor. ſignific. in noue.
5 Baldus in capitulo ſecundo, de no. for. fid. † tum ma-
ximè quia ſemper prima cōceſsio principis pręferri
debet, quoniam variatio & inconſtantia in principe
reprobatur, cùm in eo tanquam in fonte iuſtitiæ, de-
bet



bet eſſe conſtans voluntas: & principibus conuenit
illud verbum, ſemel locutus eſt Deus, Iob vigeſimo-
tertio. Et, quòd ſcripſi ſcripſi. Ioannis decimonono.
Et alibi ſcribitur in Pſalmo lxxxiij. quæ procedunt
de labiis meis non faciam irrita. vnde debet princeps
immobilis eſſe, ſicut lapis angularis, & ſicut Polus in
cælo: prout ſatis eleganter inquit conſulendo Bald. in
ſuo conſil. cclxxix. incipiente, pridie enim conſului.
libro tertio. & ibi concludit. quòd etiam ſi motu pro-
6 prio † princeps reuocaret quod prius fecerat. fingitur
eo caſu circumuentus, adeo vt contrarium probari
non poſsit. hinc conſuluit Ludouicus Roman. in con-
ſilio ccxviij. circa primam &c. quòd ſi princeps fece-
rit aliam nouam cōceſsionem contrariā alteri quam
per prius fecerat, talis conceſsio ſecundo loco facta
diuerſæ perſonæ non tenet: idem conſuluit Paulus de
Caſtro in conſil. clvj. viſo. & examinato puncto. Ale-
xander in conſilio tertio. in quinto volumine. ex his
quæ in themate. & in conſil. vigeſimotertio, viſo pro
ceſſu. columna tertia. eodem quinto volumine. Nec
militaret aduerſus eundem magnificum Antonium
allegari, quòd adhuc minimè fuerit ſibi facta conſi-
gnatio officij prædicti, & ſic adhuc non ſit in eum of-
7 ficium prędictum tranſlatū: † ex quo clarum eſt quòd
id quod princeps vult fieri, habetur pro facto. l. apud
eum. ff. de manu. & id quod princeps dari mādat pro
dato habetur. l. finali. C. de ann. ciui. libro vndecimo.
ita dicit Lucius de Penna in l. finali. C. de loc. prædio.
ciuil. libro vndecimo. concurrente maxime grauitate
ætatis ipſius magnifici Antoni. & fere lxx. annorum:
8 quod non eſt in prædicto Marino: † & ideo in eodem
Antonino tanquam ſeniore, maior temperantia præ-
ſumitur ratione ſenilis ætatis: teſtante philoſopho ſe-
cundo ethic. & probatur in l. clarum. C. de author.
præſtan. & in l. finali. §. filij autem. C. de bon. quæ lib.
Et pariter maior in ſene ineſt grauitas: vt probatur
in capitulo, quorundam. in princip. trigeſimaquarta
diſtinct. & in præallegat. l. finali. Et ſimiliter datur in
ſeniore ratione ætatis maior conſtantia, vt l. ex libe-
ro. §. primo. ff. de quæſtionibus. ita etiam notat Albe-
ricus de Roſa. in l. cùm quid, vltima charta. circa prin.
ff. ſi certum petatur. Et pariter in ſene præſumitur
maior feruentia in fide, & deuotione, ac ſpiritu, vt
probatur in capitulo primo, extrà de renunt. & facit
textus in capitulo ſecundo, de pœnit. diſtinct. prima.
in tantum quòd ſemper pro ſenili ætate præſumitur:
argumento capituli, fraternitatis. trigeſimaquarta di-
ſtinctione. & notat gloſſa in capitulo, cùm in iuuen-
tute. de præſumptio. & ideo non ab re ſenex magis ſa
piens præſumitur, nam teſtatur Cato maior ſub his
verbis, temeritas eſt florentis ætatis: prudentia verò
ſenectutis, canicies enim ſapientiam deſignat. habe-
tur octuageſimaquarta diſtinctione, capitulo porro.
& ideò habet ſenectus plus auctoritatis quàm labo-
9 ris, vt dicit Cicero in libro de ſenectute. † Et ideo ſan
ctiſsimè prouiſum eſt ex iuris diſpoſitione in conſe-
quendis priuilegiis ſeniores anteferri, textus eſt in l.
penultima, ibi, vel in conſequendis cunctis conſulum
honoribus, & priuilegiis. C. de conſulibus. libro duo-
decimo. & in l. & qui originem. §. finali. ibi, ſecundum
ætates. ff. de muneribus & honoribus. & pariter in pręe
lationis collatione. capitul. iuuenculas. vigeſima quæ-
ſtione prima. & notat Archidiaconus in capitulo, diſ-
finimus. decimaoctaua quæſtione ſecunda. & hinc eſt
quòd textus in l. præclaram. ibi, pollicetur ſenectus.
C. de primicerio. lib. duodecimo. diſponit vt in con-
10 ſequendis honoribus, & dignitatibus, † & ſic ad ali-
quem dignitatis gradum prius admittatur, & præfera-
tur ſenior: idem dicit textus in l. penultima. C. de con
ſulibus. eodem libro duodecimo. & concordat gloſſa
in l. cum quid. ff. ſi certum petatur. & ideo Licurgus in
duodecima & vltima lege, quam Lacedæmoniis tradi-
dit maximum honorem non diuitum, nec potentum,
ſed pro gradu ætatis ſenum eſſe voluit. Accedit in-
ſuper quia magnificus Antoni. ipſe eſt miles: & cum
maximo honore cingulo militiæ inſignitus per quon-
dam Sereniſsimum bonæ memoriæ Mathiam; Regē
Vngariæ, tempore quo aſſociauit ad partes Vngariæ
Sereniſsimam eius coniugem à ciuitate Neapolitana
de Aragonia felicis recordationis, nomine Beatricē
qui Rex Mathias vltra militaria inſignia quæ ſibi cō-
tulit, eidem quoque multa & quamplura dona elar-
gitus fuit: vt quamplurimorum teſtium adhuc ſuper-
ſtitum atteſtatione in continenti corroborari poteſt.
Ex quo ſuccedit, vt ex hoc quoque reſpectu omnino
11 veniat præferēdus in adeptione officij prædicti † cùm
in electione de aliquo facienda dignior præferendus
veniat: vt in capitulo, dudum ad audientiam. extrà
de election. & notat gloſſa in capitulo miramur. ſe-
xageſimaprima diſtinctione. & ideo dixit dominus
de ſancto Gemin. in capitulo, grandi. de ſupplenda
negligentia prælatorum. in principio, quòd in dan-
dis dignitatibus ſecularibus pōderatur dignitas, hinc
dixit gloſſa in §. ordinatione, in authentica de mona-
chis, in fine. in verſiculo, ſuffragantem quòd dat fauo
rem perſonæ auctoritas dignitatis, & ideo gloſſa in
capitulo miramur. ſexageſimaprima diſtinctione, in
verſiculo. inordinatum. tenet eligi debere eum qui
eſt in maiori ordine conſtitutus. ſic & Imperator in l.
ad ſubeunda. in verſiculo, digniſsimis. C. de decurio-
nibus. libro decimo. iuſsit patriæ munera dignioribus
12 conferenda. † Quamobrem Baldus in l. prima in fine.
C. de naturalibus liberis. appellat magnatem homi-
nem in dignitate poſitum. Et alibi textus cum gloſſa
in capitulo, lex eſt. ſecunda diſtinctione, vult homi-
nes in dignitate poſitos eſſe maiores. Ideo ex præmiſ-
ſis, & quolibet præmiſſorum concludo ſuffragante
ætate, maiori dignitate, ac militia ipſius magnifici
Antonini ipſum eſſe omnino præferendum in admiſ-
ſione officij prædicti, & ita conſulo ego.

Thomas Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Emptoris ius an ſit reſolutum oblato precio ab eo cui in-
fra certum tempus fuit promiſſa reuenditio.*
2 *Venditor ſi cauit contractu inito cum emptore, quod
emptor ipſe non poteſt in alium alienare, non ex hoc
impediretur alienatio.*
3 *Pacta legis commiſſoriæ, & adiectionis, in diem ita de-
mum operantur reſolutionem contractus, quando fie
rent per verba directa, vt quia diceretur quod res ſit
inepta & ſimilia ſecus ſi per verba obliqua importā
tia factum primi emptoris, vt quia eſſet appoſitum
in contractu, quod teneretur retrouendere. num. 4.*

*Promiſſa de vendendo nedum ſi ſit facta, verùm etiam ſi fuerit iuratum nemini alteri vendere, tamen ſi hoc non obſtãte venderet, & traderet, emptor ipſe ſecũdus non obſtante iuramento prædicto cõſequeretur rẽ venditam: ex quo inſtrumentum non habet vim impediendi tranſlationem dominij.*

5 *Vendere aliud eſt, & aliud promiſſio de vendendo.*

6 *Inſtrumentum non habet vim impediendi tranſlationem dominij.*

7 *Bona prohibita alienari, poſſunt alienari in remunerationem meritorum.*

8 *Præſumptio vna tollitur per aliam.*

*Coniectura vna euacuatur per aliam.*

9 *Coniectura, ſeu præſumptio doli ſiue fraudis vbi capi poteſt, quòd non ſit fraus vel dolus, ita capi debet.*

10 *Præſumptiones, ſeu coniecturæ duæ ſi concurrunt, quarum vna excluſiua delicti, & alia incluſiua, ſemper attenditur excluſiua delicti.*

## CONSILIVM VII.

IN comprehenſibilis Dei præſidio repetito, Amen. Bellus terribilis de luceria paganorum dum pro ſe & fratribus à quondam Nicolao Angelo de marinis, & Simona coniuge, quandam terram in loco vbi dicitur, *le camere*, titulo emptionis habuiſſet: & infra annos quindecim, eandem reuendere publico documento cauiſſet, superueniente poſtmodum diuiſione communionis inter eos, terra ipſa in portionem Manſij terribilis fratris Belli obuenta, & per eundem Manſium Iacobo Andreæ infanti, & Bernardino impuberi eius nepotibus ex prædicto Bello fratre donata, ac tradita reperitur. Contingit ergo hæſitari, an ſtante pacto de retrouendendo iurato facto eiſdem cõiugibus, donatio prædicta tenuerit in præiudicium prædictæ Simonæ nunc ſuperſtitis, & offerentis pretium pro conſequenda reuenditione præmiſſa.

Secundò, an habita ratione pacti de retrouendendo, & coniunctionis ſanguinis donatariorum, ac breuitatis temporis donationis poſt diuiſionem, necnon & retentionis dominij, & poſſeſsionis eiuſdem terræ penes eundem Bellum, & prætenſæ confeſsionis Belli, & fratrum, quòd eandem terram in pignus cœperant, præſumatur donatio ipſa in fraudem. Et circa primum non eundo per mendicata ſuffragia, ſed per veras iuris concluſiones, licet Paulus de Caſtro in l. ſi cum venderet. ff. de pignoratitia actione, tenuerit oblato precio reſolui ius emptoris ab eo, cui infra cer-
1 tum tempus fuit promiſſa reuenditio: attamen veritas ſe habet in contrarium: quia in dicta l. ſi cùm venderet. per quam Paulus de Caſtro ſe monet, eſt pactũ legis commiſſoriæ: ſed in caſu de quo agitur, eſt pactum de retrouendendo. l. ſecunda, & tertia. C. de pactis inter emptorem & venditorem. non fuit pactum reſolutiuum contractus, prout requiritur, per gloſſam & doctores in l. prima. ff. de donationibus.

Item & ſecundò, quia textus in dicta l. ſi cùm venderet. loquitur in caſu, in quo debitor non transtulerat à principio dominium in creditorem poſteà vendentem: ſed in caſu de quo agitur, in ipſum Bellũ fuit ab initio tranſlatum dominium per venditionem, & traditionem eidem & fratribus factam à prædicta Simona & quondam eius viro ex cauſa venditionis, & traditionis. l. traditionibus. C. de pactis. cum vulg. & ideo Manſius, in quem etiam fuerat tranſlatum dominium, & poſtea donans prædictis eius nepotibus filiis Belli, tranſtulit dominium in dictos donatarios non appoſito illo pacto, de quo in dicta l. ſi cùm venderet. ergo tranſlatio dominij in ipſos non fuit impedita:
2 † cùm eam impedire non potuit pactum de retrouendendo initum inter ipſam Simonam & eius virum, ac prædictum Bellum: & poſtea facta oblatione poſt donationem factam prædictis donatariis: quia etiam ſi actualiter vendidiſſet prædictæ Simonæ offerenti, & aſsignanti pretium, antequam ſibi traderetur, & fuiſſet poſteà donatio prædicta facta, & traditio ſubſequuta, prout fuit, adhuc eſſet trãſlatum dominium. l. quoties. cum glo. in verbo, priori. C. de rei vendicatione. l. qui tibi. C. de hæreditate, vel actione vendita. non enim conſonat rationi plus operari pactum de retrouendendo, quàm actualis venditio. Tertiò, quia textus in dicta l. ſi cùm vẽderet. loquitur in venditore, qui non erat dominus, ſed in creditore qui vendendo non videtur transferre dominium, ſed ius pignoris: quę mẽs creditoris colligitur ex pacto facto per creditorem eo tempore quo vendidit, dum cõuenit quòd debitori offerenti precium liceret recipere rem ſuam. qui textus ibi dicit, rem ſuam: & ita colligitur ibi, quòd voluit transferre ius pignoris, non autem plenum dominium. ita voluit Raphael Cumeo in l. prima, in fine. ff. de donationibus. ſubdens idem eſſe de mente gloſſæ & doctorũ in l. ſecunda. C. de pactis inter emptorem & venditorem. & ideo voluerũt Bartolus & Baldus in l. ea lege. C. de conditione ob cauſam. & in l. ſi ita quis. §. ſi quis ea lege. ff. de verborum obligationibus. quòd etiam ſi venditor cauiſſet in contractu inito cum emptore, quòd emptor ipſe non potuiſſet in alterum alienare, non ex hoc impe-
3 diretur alienatio: † quia id quod quis facere non poteſt, non debet præſtare cauſam. vt alius non faciat. l. ſi ſeruum. circa principium, de verborum obligationibus. l. in lege locationis. cum vulgari. ff. locati. quia ſecundum Baldum in prædicta l. ea lege. tranſlato dominio ex venditione & traditione, per l. traditionibus. C. de pactis, pactum ſolum de non alienãdo non debet poſſe auferre facultatem alienandi: quia potentior fuit venditio cauſata ex conſenſu & traditione: imò plus voluit gloſſa in l. prima. C. de pactis inter emptorem & veditorem. quam communiter ſequuntur doctores, quòd etiam pacta legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, ita demum operantur reſolutionem contractus, quando fierent per verba directa:
4 vt † quia diceretur, quòd res ſit inempta, & ſimilia, ſecus ſi per verba obliqua importantia factum primi emptoris, vt quia eſſet appoſitum in contractu, quòd tenetur retrouendere, idem etiam voluit Angelus in l. ſecunda & tertia. C. de pact. inter emptorem & venditorem compoſitis. & ita per multa ex præallegatis deciſionibus, & aliis concludentibus mediis ac ſolutionibus reſpondendo ad dictam l. ſi cùm venderet. & ad Paulum de Caſtro conſuluit Alexander de Imo. in ſuo conſilio decimo. in primo volumine. & idem in propriis terminis conſulendo poſt prædict. domi. Alexandr, tenet præclarus doctor Franciſcus Curt. ſenior in conſilio duodecimo. incipiente, Lucius Titius. Quibus accedat, in tantum prædictorum Illuſtriſsimorũ Doctorum concluſionẽ veriſsimam eſſe, & iuri conſonam, quòd nedum ſi fuerit facta promiſsio de reuendendo, vt ex præallegatis concludenter probatur, verum etiam ſi fuiſſet promiſſum iuratum alteri nemini vendere, ſi tamen hoc non obſtat, venderet, & traderet, emptor ille ſecundus,
5 † non obſtante huiuſmodi iuramento conſequitur rem venditam, ita voluit Ioannes de Imola in repetitione cap. cùm contingat. extrà de iureiurando. verſi. quantum autem ad ipſam rem. quem refert & ſequitur Iaſon in l. quoties. nona columna. C. de rei ven-
6 dicatione. † quia iuramentum non habet vim impediendi tranſlationem dominij, vt conſuluit pulchrè Baldus in conſilio cccccvj. in quinto volumine. in noua impreſsione incipiente, in tres Marchiones: vbi ſubdit, quòd ad tranſlationem dominij ſufficit ſola voluntas domini tradentis, & transfertur dominium, & inde eſt quòd aliud eſt vendere, & aliud promiſsio de vendendo. l. in bonæfidei. ſecundum vnam lecturam. ff. de eo quòd certo loco. & notat gloſſ. in capit. penultimo. in goſſ. fin. de electione. in ſexto. Bartolus in l. ſi pupillus. ff. ad legem Falcidiam. Alexander in conſilio ſeptuageſimotertio. ſecundo volumine. & in conſilio ſeptuageſimoſexto. iij. columna. in quinto volumine. Circa ſecundum, in quo videntur prima facie concurrere nonnullæ præſumptiones ad præſumendum donationem in fraudem fuiſſe factam de quibus ſuprà conſideranda ſunt quamplura, ac multa vrgentia in contrarium, & primò, quia prædictus Manſius donator erat, prout eſt iam ſenex. Secũdò quia ſolutus, & carens vxore, & filiis, nec obtinet ppinquiores, aut chariores ſucceſſores. Tertiò, quia vt probatum eſt, prædictos eius nepotes donatarios quamplurimum diligebat. Quartò, benemerita Belli fratris ipſius Manſij, ac patris donatariorum verſus ipſum Manſium, quæ quidam benemerita taliter pro-
7 bata apparent † ſufficientia ex iuris diſpoſitione ad alienandum, imò donãdum aliàs prohibita alienari, prout dicit Bart. in proœmio ffórum. in vlti. col. & in l. ambitioſa. prima columna. ff. de decretis ab ordine faciendis. Quintò conſiderandum eſt odium capitale, quod erat inter ipſum Manſium, & alterum eius fratrem, & cognatam ex eodem, reſpectu malorum verborum, verberum, & iniuriarum ab eiſdem habitatum. Sextò, reiteratæ requiſitiones eiſdẽ fratribus factæ, vt ad diuiſionẽ deuenire debuiſſent, & ſibi eius ratam conſignare, ex quo volebat & aſſerebat potius morari cum dæmone quàm cũ eis. Septimò, quòd pluries diuerſis tẽporibus dixerat velle recognoſcere, habere partẽ ſibi tangentem, ex quo intendebat viſitare limina apoſtolorũ, & accedere ad ſanctũ Iacobum de Galitia. Octauò, quòd filij Belli donatarij ſunt pueri, & infans vnus ex eis, adeò quòd indigẽt auxilio, & gubernio paterno. Nonò & vltimò, quia ex iuris diſpoſitione pater eſt legitimus adminiſtrator filiorũ ſuorũ. Quibus omnibus prænarratis pleniſsimè ex proceſſus meritis apparentibus, bene ruminatis, ſatis apparebunt eneruatæ, ac penitus excluſæ coniecturæ & præſumptiones in contrarium ſuprà adductæ, vnam & quamlibet ipſarum cum altera ex aduerſo præſup-
8 ponendo, † cum vna præſumptio tollatur per aliam. l. diuus. ff. de in integrum reſtitutionibus. l. ſiue poſſidetis. C. de probationibus. & alibi vna præſumptio, ſeu coniectura euacuatur, & purgatur aliis præſumptionibus, ſeu argumentis. gloſſ. eſt ſingularis. in l. penultima. C. de fideiuſſoribus. Baldus in l. prima. in fine. C. communia de legatis. Ludouicus Bologníenſis in ſuo conſilio trigeſimoſeptimo. quinta columna.
9 † vnde ad propoſitum vbi capi poteſt alia coniectura quàm fraudis, illa capi debet. l. meritò. ff. pro ſocio l. ſi cum aurum. ff. de ſolutionibus. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignoratitia actione. & conſuluit Alexander in conſilio decimooctauo. in tertio volumine. & in conſilio centeſimodecimotertio quarto volumine. & ideò vbi duæ ſunt præſumptiones quarum vna eſt incluſiua fraudis, † alia verò eſt excluſiua, ſemper attẽditur excluſiua. l. prima. C. ad legem Corneliam de ſiccariis. iuncta gloſſ. l. ſecunda. C. de petitione hæreditatis. ita conſuluit Ludouicus Roma. cõſilio ſexageſimooctauo. ſecunda columna. & ex his concludo vt ſuprà ſuccidendo telam quam orſus ſum; rectius ſentiens rectius iudicium proferat; ego

Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Princeps ſi concederet aliquid cum intereſſe, ſeu præiudicio tertij id expreſsè dicendo in conceſſione, debet intelligi quando eſſet paruum præiudicium: ſecus ſi magnum.*

2 *Princeps non præſumitur per ſuum actum voluiſſe ſibi præiudicare, niſi quatenus ſit expreſſum.*

3 *Princeps ſemper excipitur, ne ſibi legem imponere videatur.*

4 *Princeps poteſt conſtitutionem antea obſeruatam habere pro infecta, & facere factum pro non facto.*

5 *Principis perſona videtur excepta in omni diſpoſitione, imò etiam & iuramento.*

6 *In ſermone generali non venit perſona ipſius loquentis: nec videtur conſenſiſſe in iis quæ ſunt contra ſeipſum.*

7 *Princeps ſi conceſſit iuriſdictionem alicui, non ex hoc videtur à ſe ipſam abdicaſſe, imò maiorem ſibi reſeruaſſe, quàm conceſſerit.*

8 *Princeps ob remunerationem ſeruitiorum poteſt rem ſuam alteri auferre, & dare illi benemerenti. ibid. nu. 9. idem facere poteſt ciuitas. vbi multa de materia.*

10 *Principis deliberata voluntas apparet ex reſcriptorum geminationem.*

11 *Princeps apponens clauſulam, motu proprio, in reſcripto, excludit omne vitium ſubreptionis, & obreptionis. & num. 24.*

12 *Gemina conceſſio præſumitur emanata motu proprio concedentis.*

13 *Princeps quòd reſcripſit cum clauſula ex certa ſcientia, tenendum eſt, nec debet in dubium refricari. ibid. nu. 14. Imò videtur illud geſſiſſe de plenitudine poteſtatis, adeò vt de eius viribus, & validitate diſcuti non poteſt.*

15 *Princeps cum clauſula, ex certa ſcientia, poteſt rem alterius concedere, & derogare iuri alterius.*

16 *Geminatio reſcriptorum ſapit præciſion coarctationem & omnimodam ſuperioris deliberationem, & maximè in principe præſumi poteſt aliqua ſubſiſtentia cauſa nume. 17. & 18.*

19 *Omnes qualitates ſunt exprimendæ principi, ex quibus moueri poſſet ad non concedendum, vel difficilius concedendum.*

20 *Impetratio vt ſaluetur à ſubreptione, vel obreptione, requiritur quòd notabilis expreſſio facta ſit non ita in genere, nec ſufficit generaliter exprimi factum niſi exprimatur modus facti: num. 21.*
21 *Subreptio, ſeu obreptio modica vitiat reſcriptum.*
22 *Princeps videtur conceſſiſſe motu proprio, vbi concurrunt bene merita, & ſeruitia. ibid. num. 22. Et licet aliter ſonarent verba, videlicet, quòd ad poſtulationem partis fuiſſet facta, tamen non excluditur quin etiam motu proprio facta non fuerit.*
24 *Conceſſio motu proprio principis facta excludit omne vitium ſubreptionis, & obreptionis.*
25 *Subreptio in vna parte reſcripti non vitiat reſcriptum, ſi adeſt alia pars in eo non ſubreptitia.*
26 *Reiteratio actus facit præſumere deliberationem.*
27 *Deliberatio plena præſumitur, vbi interuenit ſecunda conſideratio.*
28 *Geminatio actuum validat actum priorem, licet inualidum.*
29 *Princeps vbi aliquid concederet in præiudicium dignitatis ſuæ, licet non enorme, non tenetur illud ſeruare, vbi multa circa prædicta.*

## CONSILIVM VIII.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato, Amen. Super puncto literarum productarum pro parte Illuſtrium Duciſſarum terræ nouæ, & Suexæ, vltra alias præcedentes, mandatur tranſmitti informatio ſuæ capitu. Maieſt. de cauſis ipſarum quæ agitantur, & de perſonis quæ ipſas intentarunt, & de eorum prætenſis iuribus: & interim in eiſdem minimè procedi, imò admirata ſua Maieſtate, qua de re non fuerit ſuis præcedentibus literis delatum, iterum mandat ſuæ Maieſtati referri, qua de re obſtantibus dictis primis literis fuerit in cauſis ipſis proceſſum, & interim nec ex prædictis, nec ex alio reſpectu minimè in eis procedi, quouſque habita plena informatione, aliter ſua Maieſtas mandauerit. non obſtant. qualibet informatione ſeu cõſultatione trãſmiſſa ſuæ Maieſtati. Nec obſtant capitula Neapo. conceſſa, quòd ſuperſeſſoriæ non teneant contra Neapolitanos, cùm ſint conceſſa per quondam capitulum Regem glorioſæ memoriæ, & minimè adhuc confirmata per Cæſarem, ob quod poſsit dici obligatus ad ipſorum confirmationem, ſeu obſeruantiam. Et quando abſque veri præiudicio, ipſemet Cæſar noſter conceſsiſſet capitula prædicta, & quòd ſuperſeſſoriæ aliquæ ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ obtentæ non teneant contra Neapolitanos, etiam vbi verteretur intereſſe Regij fiſci dico quòd illud fortè intelligendum eſſet de aliquo intereſſe pecuniario, ſeu alio leuiori, non autem foret quando pro ſuo aliquo regio ſeruitio, quod conſiderare non poſſumus. prout in literis expreſsit, ita ſuo regio ſeruitio compellere, & quòd intelligi debeat de modico præiudicio, non autem de magno, ſeu cõſiderabili, adduco quòd dixit gloſſ. in l. ſed cùm ab hærede. in gloſſ. fin. ff. ad trebellianum. quam ad hoc ponderat Iaſ. dicendo perpetuò attende &c.
1 †dicens, quòd ſi princeps expreſsè diceret ſe aliquid concedere, & cum intereſſe, ſeu præiudicio tertij, id debet intelligi, quando eſſet paruum præiudicium illius tertij, ſecus ſi magnum, ita ponderat illam gloſſam Iaſon in l. beneficium. ſexta columna. ff. de conſtitutione principum. & facit quòd dicit gloſſa in l. ſeruitutes. §. publico. in verſic. incommodo. ff. de ſeruitute legata. ita notat Cardinalis in cap. mandatum. de reſcriptis, per illum textum. & Barthol. veronenſis in titulo, de aquæductu. idem voluit Ludouicus bolognienſis in repetitione extrauagã. Theodoſij, decima parte. verſi. & hæc ad poſtulationem. ſecunda colum. non autem intelligendum eſt ſe priuaſſe, non poſſe quando opus erit reſcribere pro aliquo ſuo regio ſeruitio, quod conſiderare non poſſumus. cùm illud in dictis literis non exprimat, & nunquam præſumitur
2 † quòd princeps per ſuum actum voluerit ſibi præiudicare, niſi quatenus ſit expreſſum, argumento capituli ſuper eodẽ de officio delegati. dixit Antonius de Butrio in capit. vt debitus. de appellationibus. & Alexander in conſilio lxxxvj. in primo volumine. in
3 fine. nam princeps ipſe ſupremus ſemper † excipitur, ne ſibi legem imponere videatur. capit. primo. in fine de prohibita feudi alienatione per Federicum. poteſt enim princeps conſtitutionem ante obſeruatam habere pro infecta. gloſ. communiter approbata in cle.
4 j. in verſic. pro infectis. de immunitate eccleſiæ. † & poteſt facere factum pro non facto. ca. his qui fidem.
5 extrà de ſponſalibus. † maximè cùm in omni diſpoſitione, imò & iuramento intelligatur excepta perſona ipſius principis, & ſuperioris. ita Nicolaus de Neapoli, in l. imperatores. ff. ad municip. argumento capituli conſtitutus. de reſcriptis. & capit. veniens. de iureiurando. ita pulchrè dixit Antonius Corſetus in tractatu de poteſtate & excellentia princip. in verſic.
6 quærô &c. ſecunda columna. † nam & in generali ſermone non venit perſona ipſius loquentis, nec videtur conceſsiſſe in his quæ ſunt contra ſeipſum. ſecundum Baldum in l. j. prima columna. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. per l. inquiſitio. C. de ſolutionibus. Nam princeps per ſuum actum nunquam videtur voluiſſe ſibi aut ſuæ dignitati præiudicare, niſi quatenus expreſsit. argumento capituli ſuper eodem. de officio delegati. Ita dixit Antonius de Butrio. in capit. vt debitus de appellationibus. Alexander conſilio octuageſimoſexto. in fine, primo volumine. item quia quis non poteſt ſeipſum ligare. l. penultima. ff. de arbitris. & l. prætor. ff. de tutoribus & curatoribus datis ab his qui ius dandi habent. & ideo ſtatuentes non videntur in dubio ſeipſos ligare, ſecundum Baldum in l. ſi conſul. ff. de adoptionibus. maximè quia quando, abſque veri præiudicio, noſter Cæſar prædicta capitula conceſsiſſet, prout minimè conceſsit. non tamen videtur abdicaſſe poteſtatem ſeu facultatem quin pro ſuo regio ſeruitio non potuiſſet reſcribere aliter, quando ſibi expediret. text. eſt ſing. in cap. dudum. de præben. in vj. imò maior poteſtas remanſit penes ipſum principem, quàm conceſſerit, ita conſuluit Petrus de Ancharano in ſuo conſi. xxviij.
7 †Nec ſunt huiuſmodi capitula ipſa quę poſsint dici tranſiuiſſe in contractum, cùm non ex cauſa oneroſa, ſed ex gratia appareãt cõceſſa, ob quod non poſsit Rex, nec Cæſar ſucceſſor dici aſtrictus ad eorum obſeruantiam, tum quia longè per prius præcedit priuilegium primo loco cõceſſum de ipſa terra Gyoye, & Baronia ſancti Georgij Illuſtri quondam magno Capitaneo, in remunera-



tionem ingentium, & notoriorum ſeruitiorum: vt ex actis liquet. quibus non reperitur per dicta capitula in ſpecie, nec in genere derogatum, nec ipſi priuilegio, aut eiuſdem authenticis, & amplisſimis clauſulis derogatum, per quam remunerationem nedum poteſt princeps in dilatione conſultationis habendæ partem grauare, imò quod maximum eſt, poteſt do-
8 minium rei ſuæ alteri auferre: † vt not. Bartolus in procemio ffforum, columna tertia. per l. ſi priuatus. ff. qui & à quibus. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædio. cum ſimilibus. & iuſta cauſa dicitur, quando reſpicit vtilitatem publicam: vt notat Barto. in l. quicunque. in fine. C. de iure fiſc. libro x. & notat Baldus in l. reſcripta. colum. fina. C. de precib. impe. offeren. & tradit Alexand. conſilio xciiij. colum. penultima. quinto volumine. & in ſpecie in propoſito latè ſcribit Romanus in conſilio cccx. in caſu propoſitæ conſultationis. vbi pluribus mediis concludit etiam ciuitatem poſſe rem priuati auferre ex cauſa remunerationis factæ alicui, qui ſit benemeritus de republica: allegat l. item ſi verberatum. §. item ſi fortè. ff. de rei vendi. & l. Lucius. ff. de euictio. & in l. ſi quis in graui. §. ij quoque. ff. ad ſille. & in cap. in noſtra. de iniur. & ibi plura ſimilia adducit, in quibus à communi regu. receditur ob remunerationem eius qui de republica bene meritus ſit. & idem pro tali remuneratione concludit Paulus de Caſtro in conſilio cv. incipien. donatio prædicta. in fine. & facit quod not. Bartol. in l. ambitioſa. colum. xj. ff. de decre. ab ord. facien. & Alexander conſilio xxxiiij. incipiente: conſultus aliàs. in quarto volumine. & idem in ſpecie conſuluit Philippus Decius in conſilio cclxxj. tertia colum. Vlterius dico, quòd ſi rectè conſiderentur capitula ipſa Neapolitanis conceſſa, apparebunt loqui in mera ſuperſeſſoria, quod non eſt in caſu de quo agitur, cùm in eo non fuerit ſimpliciter reſcriptum eſſe ſuperſedẽdum. ſed quòd vult Cæſar ipſe informari pro ſuo regio ſeruitio, vt prouidere poſsit. Et ita aſſerit in literis,
9 ſuo ſeruitio compellere, ita geminando in eiſdem. †Ex quarum geminatione apparet enixa ac deliberata vo
10 luntas, ſeu mens noſtri Cæſaris reſcribentis: † vt in ſpecie per multa conſuluit Alexander in conſilio cj. decima columna. primo volumine. per textum valde ſing. in l. Baliſta. ff. ad trebellianum. per not. per gloſſ. in clemen. prima. in verſic. quibuſcunque. de iudi. & conſuluit etiam in ſpecie Philippus Decius in conſil. cxcj. quibus accedit quòd geminatio reſcripti habet vim clauſulæ non obſtante. dixit Antonius de Butrio in cap. j. columna quarta. verſic. ſaluari. de reſcriptis. & in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. penultima columna. verſic. quandoque eſt dubium. imò habet etiam vim clauſulæ, motu proprio: dixit Bald. in l. nec damnoſa. C. de precib. impe. offer. quam extollit Lud. in l. ſi verò, §. de viro. xxxj. fallen. ff. ſolu. matrimonio. Præpoſ. in cap. per tuas. quarta colum. extrà de diuor. Alexander in l. tertia. in principio, quòd quiſque iur.
11 † Ex qua clauſula, motu proprio, excluditur omne vitium ſubreptionis & obreptionis. cap. ſi motu proprio. cum ibi notatis in gloſſ. de præbendis. in ſexto. & pulchrè Baldus in l. fin. de crimine ſacrilegij. & no. Dominicus in cap. vltimo. de confirmatione vtilitatis vel inutilitatis. Bartol. in l. conficiuntur. de iure codicil. Alexander conſilio xlj. vltima colum. quinto volum. Et alibi geminatio reſcripti habet vim clauſulæ ex certa ſcientia. text. eſt cum glo. in cap. ſi quando. de reſcrip. gloſſ. in cap. primo. in ver. noſcatur. de conſtitutione in ſexto. & ideò dixit pulchrè Ioannes Andræas, quem communiter ſequuntur doctores in
12 cap. porrecta. de confir. vti. vel inut. † quòd geminata conceſsio intelligitur emanata ex certa ſcientia concedentis, & quando princeps ex certa ſcientia reſcripſit, credendum eſt ei. & illud quod aſſerit, tenendum eſſe verum, nec debet in dubium refricari, dixit Bart. in l. conficiuntur. de iure codicill. Innocentius in cap. innotuit. extrà de electio. Bal. in l. fin. C. ſenten. reſcin. non poſſ. Et intantum quòd vbi reſcribitur cum dicta clauſula in literis, videtur clarè illud gerere de
14 plenitudine poteſtatis, adeò † quòd de eius viribus & validitate non poteſt in dubiũ refricari, idem conſuluit Old. in conſilio clvij. incip. factum tale eſt, dominus Nicolaus papa quartus. Bald. in l. eos. C. de appel. Imol. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. Alexand. in conſilio ccxiij. nec arguendi ſumus. ſexta columna. in ſecundo volum. Imò plus quando princeps vtitur dicta clauſula, apparet voluiſſe præiudicare illi, cui erat ius quæſitum, ita tenet Paulus de Caſtro in ſuo conſilio cv. incipiente, donatio prædicta. allegando glo. in cap. ad hæc. de reſcript. & Idem conſuluit Ioan. de Ana. in ſuo conſil. lxxxj. viſo inſtrumento. vbi ſubdit, quòd cum dicta clauſula poteſt princeps rem alterius concedere, & pariter derogare iuri alterius.
15 †& ideo ad effectum & propoſitum geminationis voluit ſatis pulchrè Baldus in titu. de pace conſtan. in ver. caſſetis, irritetis. quem ſequitur Cardinalis Alex. aliàs Præpo. in cap. quoniam. in princi. xviij. diſtinct.
16 † quòd geminatio ſapit præciſam coarctationem, & omnimodam ſuperioris deliberationem: & potiſsimè procedunt ſuprà dicta, vbi in principe poteſt præſumi aliqua ſubſiſtentia cauſæ, vt dixit pulchrè Antonius de Butr. & Imo. in cap. nam concupiſcentiam. extrà de conſtitu. ſi ergo cauſa eſt quæ ſubſiſtit, nemo eſt qui ignoret notoria, ac ingentia ſeruitia præſtita per Illuſtriſsimum quondam magnum Capitaneum in remunerationem quorum fuerunt bona de quibus lis vertitur, conceſſa, vt priuilegia in actis producta cantant. quæ remuneratio vltra prædicta facit, vt bona aliàs prohibita alienari, poſsint etiam ſi eſſent bona eccleſię, concedi in remunerationem, vnde ad propoſitum. Conſtat namque ad inſtantiam ipſarum Illuſt. Duciſſarum fuiſſe reſcriptum per Cæſa. maieſt. Illuſtriſ. domino Proregi, nedum per geminatas, imò quadruplicatas iuſsiones, vt eandem ſuam Cæſaream maieſt. informaret de perſonis litem mouentibus, & de iuribus eorum prætenſis, & de quibus rebus litigatur, vt habita informatione prouidere potuiſſet, ex quo ita complebat ſuo ſeruitio, & quòd interim ſuperſederetur in eis, & vltimo loco de menſe proximo præterito certiorata ſua Maieſtate de obſeruantia prædictarum literarum, ſatis commendat id ſeruatum fuiſſe, & de nouo idem ſeruari, ac ſuperſederi mandauit, vt literæ clariſsimè cantant, & ſic quatenus prætendatur fuiſſe tot geminatis literis per vltimas ex aduerſo obtentas derogatum, ſatis ſupérque ſatis aduertendum eſt, nam vltimæ literæ ex aduerſo obtentæ nullam mentionem faciunt de prædictis geminatis, imò triplicatis, & quadruplicatis literis, nec
de

de contentis in eis circa informationem trãſmitten-
dam eidem Cæſareæ maieſtati, de tot ſupraſcriptis
particularitatibus, nec quòd ſemper reſcripſerat, ita
complere ſuo ſeruitio: ſed ſolùm fundatur in ſuppli-
catione electorum ciuitatis Neapolitanæ in qua ex-
ponebatur in hoc verſari maximum præiudicium
vniuerſitatis prædictæ: & vltra præallegata de gemi-
natione reſcriptorum, & quòd per ipſorum ingemi-
nationem præſumatur deliberatio, eſt text. in capi. ſi
17 quis iratus. ſecũda quæſtio. j. † Et ideò vbi interuenit
geminatio, præſumitur plena deliberatio: ita dicit
Baldus in conſilio ſchiſmatis, per textum in authen.
18 vt nulli iudi. §. ſi verò iubemus. & ibi ſubdit, † quòd
contra id quod quis geminatè fecit, minimè contra-
uenire poterit, idem refert & ſequitur Antonius Cor
ſetus in ſuo tractatu de ver. geminatis, poſito ſub tra-
ctatu de poteſtate & excellentia princip. Et ideò pro-
pter geminationem reſcriptorum declaratur mens
ipſius principis: ita conſuluit Socinus in conſilio iij. in
iiij. columna. in primo nouiſsimo volumine, nouiter
in lucem edito: & ſic cum in literis obtentis ex aduer
ſo in die receſſus regij à partibus Hiſpaniarum, in illo
conflictu negociorum, in quibus mandauit in cauſis
procedi ſine aliqua conſultatione, non fiat mentio
aliqua de qualitatibus, & clauſulis noſtrarum litera-
rum maximè regij ſeruitij: & informatione quam
princeps ipſe per tot literas, & iuſsiones petierat, ap-
paret clariſsime de literarum partis aduerſæ notoria
19 ſubreptione & obreptione: † cùm ex iuris cenſura
omnes qualitates ſunt exprimendæ principi, ex qui-
bus poſſet princeps ipſe moueri ad non conceden-
dum vel difficilius concedendum. cap. poſtulaſti. de
reſcrip. Abbas in cap. in præſentia. & in ca. cæterum.
eodem titulo. Baldus in cap. cùm dilecta. de reſcrip.
Ludouicus conſilio cccxxvj. & conſilio xxxvj. vbi
ſubdunt, quòd requiritur notabilis expreſsio, & non
ita in genere, vt impetratio ſaluetur à ſubreptione,
20 vel obreptione: † imo dico & plus, quòd ad hunc ef-
fectum, nedum etiam ſufficit generaliter exprimi fa-
ctum, niſi exprimatur modus facti. glo. eſt not. in cap.
dilectus filius. extrà de reſcri. & tenet Old. in ſuo con
21 ſilio xiiij. † nam modica obreptio ſeu ſubreptio vi-
tiat reſcriptum, capi. ſi motu proprio. de præbend. in
vj. Baldus in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil.
publi. & in cap. de cauſis. de offi. deleg. & pulchrè Be
nedictus de plumb. in l. j. ff. de nata. reſtituen. Ioannes
Andræas in additio. Specu. in rubrica qui filij ſint le-
gitimi. Et ideo interim ex præmiſsis præferendæ ſint
literæ reſcripti mãdantes informari ſuam Cæſaream
maieſtatem de tot qualitatibus pro intereſſe eius re-
gij ſeruitij, vt in eiſdem literis aſſerit. & interim ſu-
perſederi præſertim cùm dicantur emanatæ motu
proprio ipſius principis, tum ob illam clauſulam, vi-
delicet, quòd ita fieri complet ſuo ſeruitio Regio, tũ
etiam concurrentibus benemeritis, & ſeruitiis ipſius
Illuſtri. quondam magni. Capitanei de quibus in ge-
nere ſit in literis ipſis mentio, & ex iuris diſpoſitione,
vbi concurrunt bene merita & ſeruitia, cenſenda eſt
impetratio motu proprio proceſsiſſe. dixit Guliel. de
Cune. in l. iij. in §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris.
22 † & ibidem Alexan. reputat menti tenendum. & idem
tenet Alber. de Roſa. in l. j. eo. tit. Et licet primæ literæ
videantur conceſſæ ad poſtulationẽ ipſarum illuſt. Du
ciſſarum, tamen non ex hoc excluditur quin etiam
fuerint motu proprio conceſſæ. ita dicit ſimpliciter
Baldus in cap. niſi. de offic. delega. & conſuluit Decius
23 in conſilio lj. iij. colum. † & ideò infertur, quòd cùm
dicantur literæ prædictæ conceſſæ motu proprio, ex-
cluditur omne vicium ſubreptionis & obreptionis.
cap. ſi motu proprio. cum ibi not. in gloſſ. de præben.
24 in vj. Baldus pulchrè in l. fin. de crimin. ſacrileg. † not.
doctores in cap. vltimo. de confirmatio. vtili vel
inut. Innocen. in cap. examinata. eodem tit. Alexand.
conſilio xlj. colum. vltima. in v. volu. Nec opitula-
bitur parti aduerſę quòd priores noſtræ literæ fuerint
fundatæ ſuper regia pragmatica, extra quam nos eſſe
apparet. nam reſpondetur quòd licet dictæ primæ li-
teræ faciant mentionem de regia pragmatica, tamen
in eis Cæſar noſter aſſerit, ita complere ſuo regio ſer
uitio, vt tranſmittatur ſibi informatio. & dato abſ-
que veri præiudicio, quòd quantum ad caput expreſ-
ſionis regiæ pragmaticæ eſſet ſubreptio, attamen ſub-
25 reptio in vna parte reſcripti non vitiat † reſcriptum
ſi eſſet alia pars in eo non ſubrepta: textus eſt in cap.
ſi eo tempore. de reſcriptis in ſexto. quem ad hoc ex-
tollit Abbas in cap. ſedes. de reſcript. & in cap. cæte-
rum. eodem titulo. & ideo dixit ſatis not. Antonius de
Butr. Domin. Abbas & Imola in cap. conſtitutus. de
reſcript. quòd dum Papa reſcripſiſſet, vt quidam ad-
mitterentur ad ſocietatem tertij ordinis in hoſpitali
de pœnitentia Florentiæ, & prouideretur ſibi de bo-
nis hoſpitalis tanquam vni ex aliis: certè ſi reperi-
tur quòd hoſpitale non habeat bona, valebit tamen
reſcriptum, & recipietur in ſocietatem ſeipſum ali-
mentaturus: quòd maximè concedendum eſt in ca-
ſu præſenti, in quo per geminatas literas, in quibus
reſcriptum fuit, ita complere ſuo ſeruitio regio ſuam
Cæſaream maieſtatẽ informari, & ſic in actu iſto tan-
quam reiterato, & geminato, non cadit error, ſed
præſumitur ex certa ſcientia: vt dicit gloſſ. in cap. ex
literis. in ver. admonita. de diuor. quia vbi actus reite
26 ratur, ibi præſumitur deliberatio: † prout dicit Bald.
in conſilio ſchiſmatis. xviij. columna. verſic. ſuprà al-
lega. reſpondeo ſæpè in matrimonio. dum dicit, quòd
vbi interuenit ſecunda conſideratio, ibi præſumitur
plena deliberatio, per textum cum gloſſ. in authen.
vt nulli iudicum, in §. & hæc verò iubemus. columna
27 nona. per quem dixit, quòd † qui facit actum bis, non
videtur contra illum poſſe opponi: vnde dato abſ-
que veri præiudicio, quòd primæ literæ eſſent fun-
datæ ſuper cauſa non ſubſiſtente, ex ſecundis & ter-
tiis iuſsionibus Cæſareis ſubſequutis cõualidarentur
28 cùm geminatio actuum validet actum priorem, † li-
cet inualidum. l. talis ſcriptura. & ibi docto. & Angel.
ff. de legatis primo. l. legata inutiliter. & ibi Bart. eo-
dem titulo. & Baldus in dicto conſilio ſchiſmatis. de-
cimaoctaua columna. Vltimò conſidero, quòd ſi
huiuſmodi conceſsio capitulorum, videlicet, quòd
nulla ſuperſeſſoria teneat contra Neapolitanos, obli-
garet in tantum Regem concedentem, quòd mini-
mè poſſet pro ſuo regio ſeruitio reſcribere ſe infor-
mari de negociis aliquibus, & interim ſuperſederi
in eis, eſſet ſatis ſupérque ſatis in ſui honoris & digni-
tatis regiæ præiudicium, vnde ſuccederet in eis nota-
tis diſpoſitio, quòd vbi princeps aliquid concede-
29 ret in præiudicium dignitatis ſuæ regiæ, † licet non
enorme,



enorme, non teneretur illud ſeruare, ita inquit domi-
nus Abbas in cap. ſicut. el ſecundo. per text, ibi, extrà
de iureiur. vbi ſubdit, quòd ſi Cardinales ante crea-
tionem Papæ aliquid ſtatuunt, & promittat quilibet
ſi fuerit electus illud obſeruare, ſi eſt in præiudicium
dignitatis ſuæ, non tenetur electus ad illius obſeruan-
tiam, idem not. Calder. in titu. de iureiur. conſilio iij.
facit cap. cùm veniſſent. in verſicu. ipſe non timens.
extrà de inſtitutio. idem ſequitur Felynus in cap. j. iiij.
colum. extrà de probat. verſi. ſubdit. & hoc bene not.
ad infringendas promiſsiones factas per principem
in principio ſuæ creationis, quia ſi ſint præiudiciales,
non tenetur ad ipſarum obſeruantiam. & ita dicit dif-
fuſè aliàs conſuluiſſe, & ideò voluit Andræas de Iſer-
nia in capitu. imperialem. de prohib. feud. aliena. per
Federic. in verſ. nec dominus feudi. ſecunda columna.
verſic. circa hoc videtur, quòd ſi in graue pręiudicium
Regalis dignitatis ipſe princeps aliquid faceret, adeò
vt dignitas Regia læderetur, non valet illud quod fe-
cit. Et ſic ex his omnibus, & eorum ſingulis conſulo
literas Regias obtentas ex aduerſo, nullatenus admit
tendas, tanquam ſubreptitias & obreptitias: & obten
tas ad inſtantiam prædictarum Illuſtriſ. Duciſſarum in
eorum robore, & firmitate permanere.

Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Procurator ſi fuit litem conteſtatus, cum ipſo ſemper procedi poteſt, & non cum domino, cum quo non fuit lis conteſtata.*

2 *Sententia lata cum procuratore cum quo non fuit lis conteſtata, eſt ipſo iure nulla.*

3 *Sententia lata cum procuratore qui fuit litem conteſtatus, ſed non citatus ad videndum iuramenta teſtium, pariter eſt nulla, imò nec principalis dominus, nec alius nouus procurator poſt litis conteſtationem poteſt in iudicio comparere, niſi omnia acta renouentur.* 4.

5 *Dominus præſumitur habere iuſtam cauſam ignorantiæ eorum quæ ſunt geſta per procuratorem.* 6.

7 *Dominus poſtquam eius procurator fuit litem conteſtatus, non poteſt ipſe de per ſe in illo iudicio comparere in abſentia dicti procuratoris.*

## CONSILIVM IX.

SVmmi opificis ſuffragio repetito, Amen.
Super puncto, an ſi fuerit conteſtata lis
cum procuratore, teneat ſententia lata
contra principalem, aliter procuratore
non citato ad ſententiam? Et dicendum eſt, quòd non:
nam ex iuris diſpoſitione lite conteſtata cum procu-
ratore, etiam cum domino principali procedi non
1 poſſet, † ſed ſemper citari requiritur ipſe procurator,
cum quo lis fuit conteſtata, dixit Bartol. in l. procu-
ratoribus. ij. lectur. C. de procurato. & in l. mutari. ff.
eodem titulo. vbi etiam Barto. & Bald. in l. ſi quando.
C. de teſtbus. & maximè in caſu præſenti, in quo non
eſt clauſula in ſolidum, & ita quòd non ſit melior con-
ditio occupantis, & ſic ſuccedit quòd ſententia lata
non cum procuratore cum quo fuit lis conteſtata, eſt
2 ipſo iure nulla. † Bartol. in l. prima. ſecunda columna.
verſic. breuiter pro huius declaratione. C. de ſenten.
& interloc. vbi formaliter dicit requiri, quòd ille in
quem fertur ſententia, habeat ius inſtantiæ, aliàs rę-
periretur ſententia lata ſine inſtantia, quæ eſſet ipſo
iure nulla: vt in l. prolatam. C. de ſenten. idem voluit
magiſtraliter Bartol. in dicta l. procuratoribus. & in
dicta l. mutari. in fina. verbis. ff. de procurato. vbi for-
maliter dicit, quòd debet citari ille qui erat dominus
inſtantiæ, aliàs ſententia eſt nulla, & ſubdit quòd ita
determinauit dominus Lamber. de rampo. & ibi etiã
ſubdit aliud quod vrget in præſenti cauſa, quòd pa-
riter erit nulla ſententia ſi procurator qui fuit litem
conteſtatus non fuiſſet citatus ad videndum iuramen
3 ta teſtium, † ſed dominus ſeu alius, ita etiam in hoc
vltimo tenet Baldus in l. ſi quando. C. de teſti. penult.
columna. in vij. quæſtione. Bartol. in l. furioſo. ff. de re
iudica. & ideo dicit Bartol. in prædicta l. procurato-
ribus. quòd procurator qui conteſtatus fuit litem,
ſemper debet citari ad omnes alios actus, & non do-
4 minus, † imò plus dico, quòd nec principalis domi-
nus, nec alius nouus procurator poſt litis conteſta-
tionem poteſt in iudicio comparere, ſeu interuenire,
niſi omnia acta renouentur, ita magiſtraliter, & quo-
modo fieri debeat, tradit Bartol. in dicta l. mutari. ff.
de procuratoribus. ſubdens ibidem hoc tenere gloſſ.
& in quantum fuit allegatum prædicta eſſe de ſolen-
nitate, quæ videntur ſublata per cap. deteſtãtes. iuxta
ea quæ dixit Bartolus in verſic. figura. in extrauag. ad
reprimendum. Reſpondeo, quòd rectè intuenti Bart.
non loquitur in his terminis, maximè cùm in regno;
licet ſint cauſæ ſummariæ, tamen in eis non procedi-
tur ſine figura iudicij. prout in terminis Bartol. item
Bartol. loquitur in his quæ ſunt inducta pro ſolenni-
5 tate iudicij, † ſed in caſu iſto ſumus in his quæ ſunt in-
ducta pro ſubſtantialitate iudicij, & non ſolennitate,
ita pulchrè dixit Baldus in l. prima, ſecunda columna.
C. de ſentent. & interlocut. vbi ſubdit, quòd cùm pro-
curator ſit effectus dominus litis, ergo nec dominus,
nec alius nihil haberet facere in iudicio exercendo,
quia plures in ſolidum domini eſſe non poſſunt.

Nec eſt verum cum reuerentia, quòd dominus,
ſeu eius principalis procurator ſciuerit, & ſi paſſus
fuerit ea quæ geſta ſunt per alios procuratores, cùm
de huiuſmodi ſcientia & patientia non adpareat: &
in dubio per regulam iuris vulgatam, præſumitur
ignorantia, vbi ſcientia non probatur, quod maxi-
mè dicendum eſt in caſu præſenti, ex quo agitaba-
tur lis in audientia, quæ degit ciuitate Cuſeneræ, &
ibi vt plurimum regitur, diſtante à comitatu militi,
vbi principalis permanet, per multas & quamplures
6 dirtas, † & nihilominus ex iuris diſpoſitione domi-
nus præſumitur habere iuſtam cauſam ignorantiæ
eorum quæ geſta ſunt per procuratorem. l. quod vul-
go. ff. pro emptio. & notant gloſſ. & doctores. in l. ſi
res ff. de legatis primo. & conſuluit Alexander in con
ſilio ſexageſimonono. in tertio volumine. & tamen
quando poſſet apparere de huiuſmodi ſcientia, non
7 ex hoc ſibi præiudicium afferre poſſet, † cùm etiam
ipſe dominus poſt litis conteſtationem per procura-
torem non poſſet ipſe de per ſe illo abſente in cauſa
ipſa procedere ad actus incumbentes, per ſupraſcri-
pta, multò minus ſubſtituere alios procuratores. Et
ita tenendum conſulo aduerſus Illuſtriſsimum domi-
num Vgonem de moncada Gubernatorem prouin-
ciæ Calabriæ, & pro excellentiſ. domina Ioanna de
piccolominibus, ego

Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Ratificatio venditionis inualidæ ex defectu ſui conſenſus, confirmat actionem, & non nouam producit.*

2 *Promittens vendere rem immobilem, deceſſit relicto filio pupillo, ſi demum pupillus fecit ipſam venditionem, non requiritur decretum iudicis, quia non eſt alienatio ſed executio promiſſionis defuncti de alienando.*

3 *Ratificans venditionem non alienat, & ideò ſi pupillus factus maior ratificat alienationem, non requiritur decretum in ratificatione.*

4 *Aſſenſus regius requiritur in compromiſſo de re feudali, ſed non in laudo.*

5 *Idem eſt iudicium de his quæ veniunt in conſequentiam, quod de ipſo principali.*

6 *Alienatio rei feudalis licet fieri non poteſt abſque aſſenſu domini nec directè, nec indirectè, tamen quando fieret in augmentum feudi, valeret abſque aſſenſu. 7.*

8 *Alienatio tenet abſque aſſenſu domini, quando non præiudicaret reipublicæ nec ipſi domino*

9 *Alienatio feudi ſi fieret in augmentum ſeruitij, vt quia fieret in perſonam eius, qui melius ſeruiet, valet, & tenet ſine aſſenſu domini.*

10 *Contractus alienationis rei eccleſiæ licet nullus abſque aſſenſu prælati, & alijs requiſitis in ca. ad audientiam. de rebus eccleſ. non alienan. tamen ſi cedit in vtilitatem eccleſiæ valet.*

11. *Pupillus licet non poteſt abſque auctoritate curatoris ſpecialiter obligari, dico efficaciter, tamen quando obligatio eſt facta in eius commodum, valet & tenet. num. 12. & idem in minore ſi ex ſtatuto non poſſet ſe obligare abſque præſentia conſanguineorum. & idem in muliere. 13.*

14 *Reuocatio alienationis rei feudalis fieri poteſt propria authoritate ante impetratum aſſenſum virtute conſtitutionis Regni quæ debet intelligi quando Princeps requiſitus denegauit alias non.*

15 *Reuocatio alienationis feudi non poteſt fieri ita paſſim & indiſtinctè, niſi appareat fraudem præceſſiſſe, & quòd venditio doloſè facta ſit.*

16 *Arbitrandi poteſtas conceſſa alicui intelligitur pro vna vice tantum.*

17 *Arbitris ſi fuit conceſſa facultas prorogandi terminum compromiſſi, intelligitur pro vna vice tantum. nume. 18. vbi infinita adducuntur.*

## CONSILIVM X.

Redemptoris gentium ſuffragio iterato,
Amen. In cauſa nobilis Petri Vetrani de
Neutono cum Tutio de perſona ſuper feu
do temerani, prætenditur per ipſum Tu-
tium virtute reuocationis factæ per eundem de ven-
ditione feudi prædicti facta eidem Petro, contractum
ipſum venditionis de feudo prædicto inter eoſdem
minimè ſubſiſtere: cùm obtentus appareat Regius aſ-
ſenſus poſt illam reuocationem: attamen poſt reuo-
cationem prædictam Tutius prædictus iterum ven-
ditionem ipſam ratificauit: annullando ante omnia
1 præcedentem reuocationem: & † ſic non poteſt dici
noua venditio, quæ nouum requirat aſſenſum, vt pro-
bat text. in l. mater tua. C. de rei vendicatione. vbi ra-
tificatio venditionis inualidæ ex defectu ſui conſen-
ſus confirmat actionem, & non nouam producit, &
ex antiqua deſcendente ex primo contractu agitur
ad pretium. Accedat inſuper quod habetur in l. ſi præ
dium. C. vbi decret. opus non eſt. & in l. prima. §. pri-
mo. & in l. magis puto. §. ſi pupillus. & in l. fina. ff. de
2 rebus eorum. † vbi ſi ille qui promiſit vendere rem
immobilem, mortuus eſt relicto pupillo, ſi pupillus
vendidit, in tali venditione non requiritur decretum
iudicis: quia non eſt alienatio, ſed executio promiſ-
ſionis factæ per defunctum de alienando, & ideò dixit
gloſſa, in l. Lucius Titius Caium. ff. de adminiſtratio-
ne tutorum. quam ad hoc allegat Baldus in l. finali.
§. ſi autem. in fine. C. de bonis quæ liberis. quòd ſi pu-
pillus factus maior venditionem factam ratificauit,
3 non requiritur decretum in ratificatione: † nam ille
qui ratificat alienationem, non alienat: ita Baldus in
in l. cùm pater. §. libertis. ff. de legatis ſecundo. Vnde
ex prædictis optimè infertur, quòd non requiritur in
dicta ratificatione alius Regius aſſenſus: quia dicta in
præcedentibus dicuntur repetita in ſequentibus. l.
Item quia. §. idem Iuliano. ff. de pactis. & ideo dixit
pulchrè Andræas de Iſernia in conſtitutione Regni,
diuæ memoriæ. quòd in compromiſſo de re feudali
4 requiritur aſſenſus Regius, & non in laudo, † quia lau-
dum eſt executio compromiſsi, & ex compromiſſo
deſcendit, & ideo Paulus de Caſtro in l. inſtitor. §. non
tamen. ff. de inſtitor. dixit, quòd idem eſt iudicium de
his quæ veniunt in conſequentiam, vel ſequelam,
5 † quod eſt de ipſo principali. l. ſi quis ex argentariis.
§. rationem. in fin. ff. de edendo. & faciunt plenè dicta
Alexan. in conſilio cxlj. quinto volumine. & in con-
ſilio iij. verſiculo, ſextò. in quarto volumine. Item
liquet ex proceſſus meritis ipſum Tutium eſſe vilem,
& humilis conditionis, filium cuiuſdam inciſoris la-
pidum, & eundem Tutium eſſe tabernarium, ac bren-
tatorem vini, & inſuper apparet ſatis diminuiſſe feu-
dum prædictum, & eius redditus, ac introitus eiuſ-
dem feudi territoria diſtrahendo, ac alienando diuer
ſis perſonis, adeo quòd vix ex eo percipiebat duca-
tos viginti annuatim. & econtra probatur prædictum
Petrum eſſe nobilis proſapiæ, armigerum, ac bene in
exercitio armorum inſtructum, & aptum, & habi-
liſsimum ad præſtandum militare ſeruitium, prout
feudatariis incũbit, & alias vtilliſsimè inſeruiſſe cap.
Maieſta. in occurrentibus neceſsitatibus in prouin-
cia Ydrõtina pro regio ſeruitio, ex quibus neceſſariò
infertur alienationem ipſam factam fuiſſe per eun-
dem Tutium in augmentum feudi, tum reſpectu per-
ſonæ ipſius Petri, vt ſuprà, non habentis filios, nec
vxorem, ac maioris ætatis ipſo Tutio iam vxorato, &
iuniore, tum etiam cùm multa, & quamplura bona
occupata ipſius feudi Petrus ipſe tam breui reinte-
grauerit, & eidem feudo vniuerit, quæ Tutius ipſe diſ-
ſipauerat, & amiſerat, adeo vt in præſentiarum reddi-
tus ipſius feudi ex xx. ducatis quos Tutius annuatim
vix percipiebat, nũc excedant ducatos ſexaginta de
fertili ad infertile. & ſic conſtat venditionem can-
dem ceſsiſſe in augmentum feudi. Et licet alias alie-
natio feudi fieri non poteſt abſque aſſenſu domini
6 feudi, † nec directè, nec indirectè, tamen quando fie-
ret in augmentum feudi valeret abſque aſſenſu, ita
voluit Andræas de Iſernia in cap. primo. §. præterea.
in prima additione. de capitulis corradi. & melius in
cap. imperialem. ſeptima columna in principio. de
prohibita feudi alienatione per Federicum, vbi in
7 ſpecie dicit Andræas formaliter, † quòd ſi meliorare
condi



conditionẽ domini feudatarius, ſecus erit eius quod
continetur in dicta conſtitutione diuæ memoriæ pro
hibet alienationem feudorum, ne diminuantur feu-
da: & dicitur fieri melior conditio domini, vt ſi feu-
datarius habens filios vendat feudum non habenti fi-
lios: vel ſi iuuenis vendat ſeni, qui iuris præſumptio-
ne non præſumitur tantum viuere: & ſic citius poſſet
feudum aperiri domino. argumento. ff. ad legem fal-
cidiam. l. hæreditatum: vel ſi pro præſtatione ſerui-
tij aptior eſſet is in quem alienatur. quæ omnia & ſin-
gula ſatis apparent manifeſtè procedere in caſu præ-
ſenti, in quo probatur Tutium iuniorem, & haben-
tem filios, & vxorem, quos Petrus non habet. item ap-
paret Tutium minimè aptum in exercitio militari,
& Petrum in armis expertiſsimum: vt experientia
docuit, cùm pluries electus fuerit per Gubernatorem
prouincialem caput equitum leuis armaturæ tempo-
re bellorum. Item Tutium vilem, Petrum autem no-
bilem: & idem tenet Andræas in dicto capitulo im-
perialem. quarta columna: poſt medium ibi, dum di-
cit, vel eſſet inutilis ad ſeruitium is in quem aliena-
tur, non ita vtilis: & ideo debet dominus ſcire cùm
lædatur, vel lædi poſſet: vt C. de auctoritate præſtan-
da. l. fina. & ideo ſemper attenditur ne fiat ex aliena-
tione præiudicium domino. & ideo dixit idem An-
dræas in dicta conſtitutione, diuæ memoriæ: quòd
alienationes tenent, quando non præiudicant reipu-
8 blicæ, nec ipſi domino: † quia eo caſu non eſt aliena-
tio. & idem tenet gloſa in dicta conſtitutione, diuæ
memoriæ. in verbo, minuendis. ibi, dum dicit, ſecus
ſi pro eis acreſcendis: & quod ſi feudi alienatio fie-
ret, & tenderet in augmentum ſeruitij, vt quia fieret
in perſonam eius, qui melius ſeruiret, valeat, & teneat
9 † etiam ſine aſſenſu principis, & non haberet locum
prædicta conſtitutio, diuæ memoriæ, tenet in ſpecie
Illuſtriſsimus doctor dominus Antonius de Alexand.
ſuper dicta conſtitutione, diuæ memoriæ. in quadam
apoſtilla ſua propria manu ſcripta, quam exemplaui,
& poſui in conſtitutionibus meis, & allegat Andræ.
de Iſernia in titulo, de prohibita feudi alienatione
per Federicum, tertia columna, & in titulo de capi-
taneo qui curiam vendidit. & in capitulo primo. §.
præterea. de capitulis corradi. & eundem Andræ. in
dicta conſtitutione, in ſecunda columna. accedit præ-
10 dictis, † quòd licet contractus alienationis rei immo-
bilis eccleſiæ celebratus abſque aſſenſu prælati, &
aliis requiſitis ſit nullus. iuxta textum, & quæ ibi ha-
bentur, in capitulo ad audientiam. de rebus eccleſiæ
non alienandis. id tamen non habet locum. quando
ceſsiſſet in vtilitatem, & ſic in augmentum eccleſiæ,
dixit gloſſa, Gulielmus, & Baldus in l. cùm hi. §. eam
tranſactionem. ff. de tranſactionibus. Baldus in l. qui-
cunque. per gloſſam, ibi. C. de bonis quæ liberis. idem
Baldus in l. contra iur. ff. de pactis. Iaſon plenè in l.
potuit. ſecunda columna. C. de iure deliberandi, ſub-
dens ita eſſe, & idem Iaſon in l. non eo minus, ſecunda
11 colum. C. de procuratoribus. † Et pro hoc etiam bene
facit: nam licet pupilus non poſsit abſque auctorita-
te tutoris efficaciter obligari, tamen quando obliga-
tio eſt facta in eius commodum, & augmentum, te-
net. ita voluit gloſſa ſingularis in l. ſecunda. ff. de acce-
ptilatione, quam Bartol. & Angelus, ibi multum not.
& ideo cõſuluit pulchrè Ludouicus in conſil. cccclij.
12 incipiente, viſa principali conſtitutione † quòd ſtan-
te ſtatuto quòd minor non poſsit contrahere ſine præ-
ſentia officialium mercantiæ, & auctoritate trium
eius conſanguineorum, tamen ſi contraxerit in eius
vtilitatem, valebit contractus abſque præmiſsis. Iam
accedit quòd probat textus in l. neque. C de contra-
henda emptione. quem memoriæ commendat Bald.
ibi, ad hoc, quòd ſtante ſtatuto, quòd contractus mu-
lierum non teneant, niſi interueniente conſenſu pro-
13 pinquorum, † quòd tamen ſi mulier contraxerit vtili-
ter, contractus erit validus, quia tale ſtatutum habe-
bit locum in contractibus damnoſis, & non in vtili-
bus & tendentibus in augmentum mulierum. & idem
ſequitur Panormit. licet de Baldo nullã faciat men-
tionem, in capitulo, relatum. el primo, ſexta colum-
na, de teſtamentis. Idem tenent Angelus & Imola in l.
multum intereſt. ff. de acquirenda hæreditate. & ta-
men ſumus in ſtatutis, quæ ſunt ſtrictiſsimi iuris. &
14 ſtrictè interpretari debent. † Item nec eſt ita indi-
ſtinctè verum, quòd huiuſmodi reuocatio iure pro-
prio fieri poſsit, niſi quando princeps fuiſſet inter-
pellatus, vt aſſentiret, & expreſsè renuerit aſſentire,
quia tunc non obſtante iuramẽto reuocatio fieri po-
teſt, quia iuramentum videtur habere tacitam condi-
tionem, videlicet, ſi dominus alienationi conſentiat,
argumento capituli venientes. extrà de iureiurando.
Ita determinat Lucas de Penna in l. nulli. C. de fundis
patrimonialib. libro vndecimo. & ſic antequã prin-
ceps ſit requiſitus an velit conſentire, & antequam
recuſet conſentire erit prohibita reuocatio eide con-
trahenti, vt ſuprà. Item nec ita paſsim, & indiſtin-
ctè erit prohibita reuocatio alienationis feudi, imò
15 nec permiſſa, niſi adparet fraudẽ præceſsiſſe. † & quòd
doloſè facta fuerit, venditio, vt eſt de mente gloſæ in
dicta conſtitutione, diuæ memoriæ. in verbo, reuoca-
re. & ſequitur Afflictus in ſua deciſione tertia: vbi re-
fert quòd antiqui practicãtes, videlicet dominus An
tonius de Alexand. & dominus Andræas maricunda
dicebant vidiſſe, quòd de huiuſmodi reuocationibus
præcedentibus regium aſſenſum interdum non fuit
habita aliqua ratio, ex quo videntur in fraudem factæ.
nec debet aperiri via huiuſmodi fraudibus, aut per-
mitti quòd pluries quis poſsit reuocare contractus
alienationum feudorum, & venire contra factum pro
prium, maximè cùm diſpoſitio ipſius conſtitutionis,
diuæ memoriæ, permittẽtis reuocationes, non debet
intelligi, aut extendi, vt pluries eidemmet perſonæ ſit
ipſa reuocatio circa eandẽ rem permiſſa, per id quod
in ſimili dicimus, quòd ſi fuerit conceſſa alicui facul-
tas arbitrandi, intelligenda erit pro vna vice tantùm
16 quòd poſsit arbitrari, & non plus, † & ſic quòd ſemel
tantum arbitrari habeat, voluit Baldus in l. ſi vt pro-
ponis. la prima, ad finẽ. C. quomodo & quando iudex.
Innocentius in capitulo veniens. de iureiurando. &
ideo dixit Abbas Siculus in ſermone habito in Con-
cilio Baſilienſi incipiente, maximum. vigeſimaquar-
ta columna: quòd facultas data patribus Concilij ge-
neralis de eligendo locum in Concilio, intelligitur
17 de prima electione tantum, † & ideo dicit Baldus in
§. final. decima columna. de conſuetudine recti feudi.
& in capitulo olim. de reſcriptis. quòd ſi eſt data fa-
cultas ſimpliciter arbitris, vt poſsint prorogare ter-
minum compromiſsi, intelligitur de vna prorogatio-
ne, &

ne, & ſic vna vice tantùm. & quòd quælibet ſimplex iuris diſpoſitio verificetur in vna vice tantùm, & non pluribus, cumulat infinita ſimilia Iaſon, in l. duobus
18 reis. §. ſi ei qui. ff. de iureiurãdo. † Ex quibus cõcludo quòd facultas iſta reuocandi virtute dictæ cõſtitutionis, diuæ memoriæ. debet intelligi in caſu permiſſo, & pro vnica tantùm vice, & & non pluries, prout fecit iſte Tutius qui bis reuocauit tam primum cõtractum alienationis dicti feudi, quàm alium ſecundũ ratificatum per eundem, & ſucceſsiuè debet iudicari contractũ alienationis prædictæ ſubſiſtere, nec reuocari poſſe. Et ita de iuris cenſura eſſe arbitror ego,

Thomas Grammaticus.

Et tandem in ſacro Regio Conſilio referente magnifico domino Ioãne Loyſio de artaldo Regio Conſiliario, & cauſæ prædictæ relatore, qui multũ fauebat prædicto Tutio, domeſtico magnifici Ioãnis Baptiſtę de dulce, cum quo commiſſarius ipſe affinitatẽ contraxerat, fuerunt enim in votando voto diſparia, nam domini Antonius capice, & Ioannes marchialis, & Cicus de Ioffrido votauerunt contractum validum, nec potuiſſe reuocari. prædictus verò dominus Ioannes Loyſius. & dominus Antonius de palmerio, & Nicolaus Maiorana tenuerunt contrarium, magnificus præſidens ſtetit per tres dies, & demum applicuit voto commiſſarij, & ſequacium, contra præallegata.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum non dicitur inſtrumentum ſi non eſt factum ſecundum formam, & ideò aliud eſt dicere, quòd contra contractum dotis nulla admittatur probatio in conſilium, & aliud quòd contra inſtrumentum.*

2 *Quòd contra inſtrumentum nulla admittatur probatio virtute ſtatuti. vel conſuetudinis, debet meo iudicio intelligi, quando quis vellet probare contra vigorem inſtrumenti ibidem.*

3 *Inſtrumentum virtute iuramenti habet executionem paratam.*

4 *Inſtrumentum quòd virtute iuramenti nullam admittit exceptionem, intelligi debet quando eſſet exceptio, quæ contrariaretur iuramento oppoſita per illum, qui iurauit. ſecus ſi compatitur cum iuramento.*

5 *Contra inſtrumentum quòd nulla admittatur probatio in contrarium, intelligendum eſt, quando ageretur contra illum cum quo fuit celebratum inſtrumentum: ſi contra hæredem ſeu alium.*

## CONSILIVM XI.

INdiuiduæ Trinitatis auxilio recto corde inuocato. Soluto matrimonio inter nobilem Andræam curialem ex vna & Lauram Miraballem ex altera, & ob mortem ſubſequutam ipſius Andręæ factus caſus reſtitutionis dotium, producitur cõtractus dotalis in charta bambacina aduerſus Iulium filium & hæredem dicti Andrææ, obiicitur de donatione antifati facta per eandem Lauram prædicto Iulio communi filio, & etiam de dilatione conceſſa per eandem mulierem ad ſoluendum dotem duorũ annorum vltra annum à conſuetudine introductum, offerendo vtrumque probare. Replicando obiicitur de conſuetudine Neapolitana qua cauetur, vt contra inſtrumentũ dotale nulla probatio admitti poſsit in contrarium, & ſic contigit hæſitari an iſto caſu dari debeat terminus ad probandũ obiecta & allegata, ita vel ne. Et certè nulli dubium quòd omnino terminus dari debet ex pluri-
1 bus. & primò præſuppono in facto, † quòd conſuetudo Neapoli. dictat, vt contra inſtrumentum dotale nulla admittatur probatio in contrarium: & ſic requiritur quòd ſit ſecundum formam, aliàs non eſſet inſtrumentum: ita dicit gloſſa Neapolitana, in eadem conſuetudine, in verbo, inſtrumẽtum. vnde aliud eſt dicere quòd contra contractum dotis non admittatur probatio in cõtrarium, aliud eſt dicere quòd contra inſtrumentum dotis nulla admittatur probatio in contrarium: ita diſtinguit Bald. in l. finali. C. de falſa cauſa adiecta legato. Probatur rectè intuenti, conſuetudo non dictat quòd contra inſtrumentum dotale non admittatur probatio in contrarium: ſed illa particula contra, intelligitur, id eſt præter: nam conſuetudo dicit formaliter hoc modo: Dos, & quartula peti non poſſent abſque inſtrumẽto dotali: & inſtrumento quo Neapolitan. quartula nuncupatur: & ſubdit immediatè, contra inſtrumentum autem dotale nulla admittitur probatio in contrarium. ſuper qua particula in verbo contra, dicit Neapod. contra, id eſt, pręter inſtrumentum dotale non admittitur probatio in contrarium: & ſic exponitur contra, id eſt, præter: quaſi dicat concordando ſe cũ principio conſuetudinis, quod mulier petendo dotem, & quartam: illam petere non poſsit abſque inſtrumento dotali: & præter inſtrumentum dotale nulla probatio admittatur. Prætereà quando verus eſſet intellectus partis aduerſæ, quod contra inſtrumentum dotale nulla admitteretur probatio in contrarium, illud eſſet ve-
2 rum, quando quis vellet probare cõtra vim † & vigorem inſtrumenti: vt in l. prima. §. primo. ff. quę ſententiæ ſine appellatione reſcindantur. & in l. certa ratione. C. quãdo prouocare nõ eſt neceſſe. Ita dicit Neapoda. in dicta conſuetudine, Dos & quart. in verſicu. contin. in prima columna: pro quo bene facit quod voluit Bartolus in l. iuſiurandum. la prima. ff. de iureiurando. & ibi Fulgoſius & Alexander de Imola: vbi
3 dicunt † quòd inſtrumentum virtute iuramenti habet executionem paratam. Idem tenet Bartolus in l. ſed ſi poſſeſſori. §. finali. ff. eodem titulo. & ibi Salycetus,
4 Fulgoſius, Alexander, & Angelus, & Ludouicus. † Modo ego habeo quòd licet contra iuramentum præſtitum nulla exceptio oppoſita admittatur per eum qui iurauit, illud eſt verum, quando contrariatur iuramento, & ſic detegitur periurium, ſecus ſi compatitur cum iuramento. Ita notabiliter declarat Bartol. in l. eum qui. §. finali. ff. de iureiurando. & ibidem Iaſon.

Vltimò quando verus eſſet intellectus partis aduerſæ ſuper conſuetudine Neapolitana, videlicet, quòd contra inſtrumentum dotale nulla admittatur probatio in contrarium, hoc ſanè intelligendum eſſet,
5 † quando ageretur contra illum cum quo fuit celebratum inſtrumentum, ſecus enim in caſu noſtro, in quo agitur contra hęredem eius, cum quo factum fuit inſtrumentum. Ita determinat Ioannes de Imola in l. finali. ff. qui & à quo appellandum ſit. in antepenultima columna, in charta magna, in verſiculo aduerte tamen: vbi dixit, quòd ſtante ſtatuto quod contra inſtrumentum publicum non poſsint opponi niſi certæ exceptiones, tale ſtatutum habet locum quando agitur contra illum cum quo factum eſt inſtrumentum, ſecus ſi ageretur contra aliã perſonam. Ita dixit Ioannes de Imola in loco præallegato: per textum in l. ſi vnus ex argentariis. §. ante omnia. ff. de pactis. Idem Ioannes de Imola in clementina prima, in quarta columna de re iudicata. & optimè Angelus in prædicto §. ante omnia. & idem voluit Iaſon per quamplura media id comprobando in l. certi condictio. §. quoniam, quarta columna. ff. ſi certum petatur. vnde cùm in caſu de quo agitur, exceptio iſta remiſsionis antiqui facti, necnon & dilationis prorogatæ ad ſoluendũ dotem ſe compatiantur cum iuramento, cùm non ſit contra iuramentum, nec contra inſtrumentum dotale, non video quomodo denegari poſsit quòd non admittatur probatio ipſa, concurrente maximè quia non agitur contra perſonam nominatam in particulari in inſtrumento dotis, ſed contra aliam perſonam ibi non mentionatam: & ita de iuris cenſura eſſe cenſeo ego:

Thomas Grammaticus.

Et ita prout concluſum eſt, fuit iudicatum per Sacrum Conſilium: & datus terminus ad probandum, referente magnifico Iacobo de la quadra Regio conſiliario, & cauſæ relatore.

SVMMARIVM.

1 *Vaſalli non poſſunt obligari ad ſeruitia perſonalia perpetua eorũ vtili domino, ſeu alteri, abſque aſſenſu* Re*gio: cùm ſolus* Rex *ſit dominus perſonarum in præſenti* Regno. *& nu. 2.*

3 *Id quod non apparet eſſe in alicuius bonis, cenſendum eſt ad generale dominium* Principis *pertinere.*

4 *Amiſſio ſeu perditio regiſtrorum qualiter ſit probanda. ibidem.*

5 *Amiſſa ſeu deperdita quòd ſit res, quando eſt cauſa actionis tunc qui agit, id probare debet manifeſtis probationibus.*

6 *Teſtes deponentes ſuper aliquo facto, quod non ſit memoria hominum in contrarium, qualiter deponere debeant.*

7 *Teſtes deponentes quòd nõ ſit memoria hominum in cõtrarium, non ſolùm debent deponere de auditis, verùm etiam de fama. & nu. 8.*

9 *Poſſeſſio à iure damnata non iuuat poſſeſſorem, niſi probet de priuilegio vel titulo.*

10 *Teſtibus paucis affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus.*

11 *Teſtibus deponentibus ſe conformando cum diſpoſitione iuris magis creditur quàm alijs.*

12 *Lex, ſtatutum, vel pragmatica non obſeruata tollitur, & abrogatur per contrarium vſum.*

13 *Aſcriptitij per curſum temporis libertatem præſcribunt. ibidem.*

14 *Lex licet per non vſum non tollatur, tamen tollitur per contrarium vſum tacitum vel expreſſum.*

15 *Supplicans regulariter fateri videtur omnia contenta in ſua ſupplicatione porrecta. & nu. 16. 17.*

16 *In genere non ſufficit aliquid proponere, quando quælibet ſpecies generis illum non ſequitur effectum, ad quem proponitur.*

18 *Teſtes angarij & perangarij non probant pro domino ipſorum in teſtes producti.*



## CONSILIVM XII.

SVmmi Opificis adiutorio repetito, Amen. In cauſa vniuerſitatis & hominum Cutrofiani cum magnifico Hieronymo de dulce eorum vtili domino: prætendit Baro ipſe prædictos eius vaſſallos eidem teneri ad ſeruitia perſonalia, & etiam abque mercede: & ſic quòd tãquam angarij, & perangarij minimè recedere poſsint à terra Cutrofiani: & ſe alibi transferre, virtute conſtitutionis Regni, ſi quis de Burgen. permittentis Baronem reuocare poſſe vaſſallum ad alienam habitationem tranſmigrantem: & cõſtitutionem clarè loqui appa-
1 ret in vaſallis ad perſonalia ſeruitia obligatis: † cùm aliàs reſiſtente iuris communis diſpoſitione, etiam pacto expreſſo ſe ad ſeruitia perſonalia obligare nequeant abſque Regis aſſenſu, per conſtitutionem Re-
2 gni, † quia frequenter. ſub titulo, de homi. non ten. cùm princeps in hoc Regno Siciliæ ſit dominus perſonarum omnium in prædicto Regno degentium, vt ibi. & in capitulo Regni, ad regale faſtigium. coniuncta etiam ratione exiſtente in conſtitutione, probationum defectũ. in fine: videlicet, generalis dominij Principis: quæ & in ſimili adducitur in conſtitutione
3 Regni, prædeceſſorum de occupatis &c. † vbi quod non apparet eſſe alicuius, cenſeri debet ad generale dominiũ Principis pertinere: & ſic erit aſſenſus Principis de ſubſtantia, prout eſt etiam in feudorum alienatione: quo ceſſante actus ruit: ergo &c. Præterea intentio prædicti Baronis eſt per prædictam conſtitutionem, quiſquis. ſub titulo. de reuocand. transeun. quæ requirit deberi ſeruitia perſonalia, vt ſuprà, & quòd ipſi ad ea obligati apparent, vt quia teneantur ſubire officia errarij, baiulij, & ſimilium: & ideo excipitur quòd hæc non habentur ad inſtar operarum, ſed ſunt munera ad tempus. Vlterius non apparet ex meritis probatorum ex quo in dicta terra ſit aliquis, qui acceperit aliquam terram ab ipſo domino, quo remoto remouetur id quod ſentit Andręas in dicta conſtitutione, videlicet, quòd dum dominus dat terram vaſſallo, videtur dare ea conditione ne abinde diſcedat, & etiam ſi non exprimatur, ſubintelligitur hæc conditio, & ideo, cùm de hoc aliquid non conſtet, imò potius appareat de contrario, ſcilicet, quòd in ipſa terra Cutrofiani libera ſit ipſis vaſſallis dominis ſuarum terrarum, & prædiorum alienandi facultas, abſque aliquo Baronis aſſenſu, vt ex meritis proceſſus liquet, ſequitur quòd intentio ipſius Baronis non ſit in aliquo fundata contra ipſos conuentos. Nec militabit pro ipſo domino prætenſa combuſtio ſcripturarum allegata, ſeu priuilegiorum, cùm ex eius ſcripturis & priuilegiis multa producta appareãt in actis & præſertim cùm non conſtet ibidem in loco incendij extitiſſe, ſeu conſeruari priuilegia ipſa, ſuper qui-
4 bus ſua fundatur intentio, † tum etiam quia huiuſmodi priuilegia ſolent, ac conſueuerunt, ſemper in cancellaria Regia regiſtrari, & pariter in Regia camera ſummariæ, & deperditio ipſorum regiſtrorum probanda

banda eſſet eo modo, quo traditur per doctores in l.
ſicut. & in l. emancipatione. C. de fide inſtrumento-
rum. doctores in capitulo. cum olim, el primo, extrà
de priuilegiis. & in l. ſi quis ex argentariis. §. penulti-
mo. ff. de edendo: & ibi etiam cautum eſt, quòd quan-
do rem eſſe amiſſam eſt cauſa actionis, qui agit, debet
5 probare manifeſtis probationibus. † Nec ſuffragatur
eidem vtili domino inquantum prætendit probaſſe
tales ſeruitutes ſibi deberi, & præſtitas fuiſſe à tanto
tempore, in cuius initij contrarium memoria homi-
num non exiſtit, quod habet vim priuilegij, & ſic ti-
tuli, per ea quæ habentur in capit. ſuper quibuſdam.
de verborum ſignification, & in l. ſi arbiter. ff. de pro-
bationibus. Nam aduerſus teſtes quatuor hoc depo-
6 nentes apparet validiſsima repulſa. † Et nihilominus
minimè teſtes ipſi deponunt, quod ſemper viderint,
& audierint ita eſſe, & quod nunquam viderunt, ſeu
audierunt contrarium: & præſertim quòd communis
opinio ita ſit, memoriam non extare in contrarium,
prout requiritur de neceſsitate quod teſtes deponere
debeant ad hoc vt probent. Ita dicit gloſſa fin. & ma-
giſtra. & ibi doctores, in capitulo primo. de præſcri-
ptionibus in ſexto. textus indict. l. ſi arbiter. ff. de pro
bationibus. notat Bartol. in l. ſecunda. §. item Labeo.
ad finem, de aqua pluuia arcenda. Baldus in l. conuen-
ticulam. C. de epiſcopis & clericis. Innocentius in ca-
pitulo, veniens. de verborum ſignification. Alexãder
in conſilio cxxxv. ſexta columna, in principio, ſecun-
do volumine, imò plus dicit pulchrè Franciſcus de
Aretio in capitulo, licet ex quadam. prima columna,
7 de teſtibus, † quod in huiuſmodi caſu teſtes ad hoc vt
probent, non ſolum debent deponere de auditu, ve-
rùm etiam de fama. idem refert & ſequitur Felynus
in capitulo, ſi diligenti. penultima columna. extrà de
8 præſcriptionibus. † Et ideo dixit pulchrè Baldus in l.
vis eius. C. de probationibus. in fine. & in l. ſecunda.
verſiculo, quæro nunquid. C. de ſententiis. quod poſ-
ſeſsio à iure damnata non iuuat poſſeſſorem, niſi pro-
bet de priuilegio vel titulo: & ideo dixit Andræas de
Iſernia in titulo, quæ ſint regalia. §. extraordinaria.
9 † quod poſſeſsio iniuſta, ſeu violenta non habet poſ-
ſeſſorē tueri: & nihilominus probatur per teſtes vni
uerſitatis ſuper decimaoctaua exceptione, quòd ipſi
de Cutrofiano exercentes huiuſmodi officia habent
mercedem de exercitio dictorum officiorum quæ ge-
runt pro domino: vnde cùm prætendamus nos liber-
tatem. & pars aduerſa ſeruitutem eſſe abſque merce-
de, & prædictus dominus neget mercedem eiſdem de-
beri, quæ æquipollet negatiuæ, & nos probamus ſolu
tiones quamplures dictæ mercedis nobis factas per
dominos qui pro tēpore fuerunt, vt etiam per ipſum-
met magnificum Hieronymum, per teſtes noſtros
10 hoc affirmantes vidiſſe ſolui: † certè prædicti teſtes,
ita affirmantes, præferri debent: prout in propriis
terminis tenet gloſſa in capitulo primo: de præſcri-
ptionibus, in ſexto; in vltimis verbis. & facit, quia plus
creditur paucis affirmantibus, quàm mille neganti-
bus: vulgata gloſſa in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de
11 arbitris. cum ſimilibus: † & maximè cùm teſtes noſtri
deponant ſe conformando cùm diſpoſitione iuris cō-
munis: quod tanto magis confert, vt aliis negantibus
ex aduerſo præferri debeant: ita in ſpecie tenet Inno
centius in capitulo, auditis. de præſcriptionibus, Bal-
dus in capitulo primo, de controuerſia inueſtituræ,
Petrus de Ancharano, & dominus Antonius in capi-
tulo primo: de præſcriptionibus, in ſexto. & Ludoui-
cus Romanus in repetitione rubricæ de arbitris.

Item ex ſuperabundanti liquet ex meritis proba-
torum ſemper cō ſueuiſſe in prouincia vaſſallos quo-
rumcunque Baronum dictæ prouinciæ, & ſignanter
homines dictæ terræ Cutrofiani recedere ad eorum
libitum: & tranſmigrare cum eorum domiciliis ad
aliena loca, & nouas comunãtias abſque aliqua con-
tradictione, ſeu obſtaculo eorum vtilium domino-
rum illorum locorum vnde recedūt: adeò quòd con-
ſtitutio, ſeu pragmatica Regia non reperitur admiſ-
ſa, nec obſeruata, aut recepta in eadem prouincia: &
quatenus forte reperiretur recepta, prout minimè
12 apparere poterit in ęternū, † reperitur abrogata per
contrarium vſum quod de iure procedit, per plenè
relata per Felynum in capitulo primo, extrà de treu-
ga & pace. quæ videre poterunt illi quos quotarum
13 multitudo delectat. † Suffragatur inſuper quod etiam
aſcriptitij per curſum temporis libertatem præſcri-
bunt. l. cum ſatis. C. de agricolis & cenſitis, libro vn-
decimo: & pariter ſerui: vt in l. prima. C. de ſeruis fu-
gitiuis. & ibi Baldus, quærit de vaſſallo. & textus con-
iuncto final. ibi in l. prima. C. de longi temporis præ-
ſcriptione, dicit non præſumi quem eſſe malęfidei,
eo quòd aliquando fuerit ſic: & ſi ibi non fuiſſet con-
feſsio propria, non præſumeretur mala fides per il-
lum textum, iuncta gloſſa: vnde cùm probatum fue-
rit quòd per longum tempus vaſſalli Baronum in di-
cta prouincia ſint conſueti transferre ſecum eorum
domiciliis à locis eorum originis ad alienas habita-
tiones, ſcientibus & patientibus eorum dominis, vi-
detur ex prædictis dicendum, aut conſtitutionem re-
gni, ſeu pragmaticam Regiam à principio non fuiſſe
receptam: aut receptam, & poſteà abrogatam. & ideo
bene dicit Felynus in dicto capitulo primo de treuga
& pace. quod ſecundum Ioannem Andræam in ca-
14 pitulo Ioannes. de clericis coniugat. † vbi exempli-
ficat de hermaphrodito. & Bartolus in prooemio di-
geſtorum: quòd licet per non vſum non tollatur lex,
tamen ſecus eſt per deſuetudinem, quæ diuertit à vero
vſu legis: & ſic per contrarium vſum tacitum, vel ex-
preſſum circa aſſertos quinternos productos quate-
nus dici poſſet contra facere nihil probant, ex quo
non in forma publica, ſecundum quod requirit Re-
gni conſtitutio, publica documenta fieri: nec ſunt
libri authentici: ſed ſcripturæ priuatæ abſque teſti-
bus, item ſunt propriæ, quia factæ per ipſum Baro-
nem ad ſui commodum, & ſic notoriè fidem non fa-
ciunt ex his quæ vulgariter habentur per Salycetum
& docto. in l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis. & la-
tè per moderniores in l. admonendi. ff. de iureiuran-
do. & in capitulo ſecundo. & in capitulo, cùm dile-
ctus. extrà de fide inſtrumentorum. Prætereà fate-
tur ipſe Baro in ſuis articulis, prout etiam quamplu-
res eius teſtes atteſtantur, quòd omnes de dicta terra
Cutrofiani ſunt angarij, & ſibi ſeruire perſonaliter
obligati abſque mercede &c. & tamen contrarium
apparet per confeſsionem in ſcriptis quondam do-
mini Nicolai de dulce ſui prædeceſſoris & fratris in
quibuſdam originalibus prouiſionibus, & memoria-
libus regiæ Cameræ per nos in actis productis, ins
quibus



quibus demonſtratū eſt eundem magnificum Ni-
colaum ſupplicaſſe Regi, enarrando habere in dicta
terra Cutrofiani aliquos ex eius vaſſallis angarios, &
ſic non omnes angarios eſſe enarrauit, & regulariter
ſupplicās videtur fateri omnia contenta in precibus
15 porrectis, † & expreſſa. vulgata l. vnica. C. de con-
feſsis. l. cùm precum. de liberali cauſa. & in l. alia. &
ibi Bald. de his quibus vt indignis. & conſequenter ex
generali probatione, quòd omnes de Cutrofiano ſint
angarij, debet ſuccumbere ex illa iuris diſpoſitione,
videlicet, quòd non ſufficit in genere aliquid propo-
nere, quando quælibet ſpecies generis illum non ſe-
16 quitur effectum, ad quem proponitur, † vt plenè pro
bant iura de quibus per gloſſam in capitul. pia. de ex-
ceptionibus. in ſexto. contra iſtos particulares præ-
ſertim conuentos de vniuerſitate prædicta non con-
cluderet generalis probatio obſtante cōfeſsione prę
deceſſoris Baronis in precibus ſuis, quòd non omnes
17 ſint angarij, † cùm ex particularibus nil inferatur, vt
dicit Bartolus in l. non videtur. C. de in integrum re-
ſtitutio. Paulus de Caſtro in l. Labeo. quæ eſt ſecunda.
ff. de pactis. quia non ſequitur, dicit Paulus ibi, Titius
currit, Sempronius currit, ergo tu curris, quia homo.
18 † Item conſidero quòd ſeruitia perſonalia vaſſal-
lorum quæ ex aduerſo prætenduntur, aut habent cau-
ſam, & conditionem aſcriptitiorum, aut liberto-
rum, aut per ſtipulationem debentur, cùm ſeruo-
rum dici non poſsint caſu iſto. ſi ergo aſcriptitiorum,
oportet pro ſubſtantia actus vt appareat ſcriptura. l.
cùm ſcimus. C. de agricolis & cenſitis, libro vndeci-
mo, gloſſa in authentica de nuptiis. §. aſcriptitio. col-
latione quarta. quod in caſu iſto indubitanter cre-
do deficere, ſi libertorum, niſi conſtet per plenam
probationem, non poteſt dici fundata intentio a-
ctoris, cùm quilibet præſumitur liber iure naturali
primæuo. Si autem per ſtipulationem, conſtat quòd
operæ quæ debentur per ſtipulationem, poſſunt de-
legari, & per alium fieri: Baldus in lege liberti.
C. de operis libertorum. & ſic ſequitur promiſſo-
rem alibi vbicunque eſſet, quòd per alium ſeruire
poteſt.

Vltimò pro complemento huius materiæ apparet
ex tenore depoſitionis teſtium Baronis, ipſos eſſe de
dicta terra Cutrofiani. & ſic aut ipſi tanquam de terra
prædicta non ſunt angarij aut perangarij, vt domi-
nus ipſos eſſe prætendit, & eo caſu habemus intentum
noſtrum, aut ſint angarij & perangarij, vt ipſe aſſe-
rit: & eo caſu non probant in eo quod deponunt pro
eorum domino, in teſtes producti pro ipſo: ita in
propriis terminis tenet Andræas de Iſernia in con-
19 ſtitutione Regni, proſequentes. † & ita fuit aliàs iu-
dicatum per Sacrum conſilium in cauſa Baronis de
Machia, quòd vaſalli angarij in teſtes adducti per eo-
rum vtilem dominum, non probent. Et faciunt opti-
me dicta per Alexandrum in conſilio nonageſimo. in
quarto volumine. vbi dicit, quòd teſtis mercenarius
vel qui operat alicui ſub diurna mercede, non pro-
bat: & quòd ita fuerat deciſum, in conſilio in præmen
tionata cauſa, commemorat Afflictus in deciſione tre
centeſima quarta: & fuiſſe in anno Domini milleſimo
quingenteſimo decimo quinto.

Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Vaſallus non iurans fidelitatem non poteſt dici homo ligius: in tantum quòd nec præſtatio alicuius rei longo tempore reddit aliquem vaſallum, niſi præcedat cauſa obligationis, vt pro laborerio quod tenet à domino, & ſimilibus.*

2 *Seruitium præſtans alicui per decennium præſtatio ipſa non eſt ſufficiens ad præſtandum ius vaſſallagij.*

3 *Status perſonæ non mutatur ex diutina præſtatione, nec ex cauſa quòd quis degat in terra, ſeu baronia alterius, adeò vt dici poſſit eius vaſallus.*

4 *Poſſidere quilibet præſumitur pro ſuo, & non alterius nomine. & num. 5.*

*Nec vt vaſallus, nec vt emphyteuta nemo poſſidere præſumitur.*

5 *Seruitia perſonalia poſſunt deberi, nedum ex conditione libertorum, ſed colonariæ conditionis aſcriptitiæ, vel curialis, vel precij participandi cauſa obligationis ſequutæ, & etiam ex contractu locationis, & conductionis. & numero 6.*

7 *Probatio dubia ſemper contra producentem interpretabitur, & num. 8.*

9 *Confeſſus ſe teneri ad ſeruitia perſonalia, non concludens certam cauſam ipſius obligationis, non noceret confitenti, nec huiuſmodi confeſſio ſine alijs talem conditionem probaret.*

10 *Nemo loqui præſumitur ad impugnationem proprij ſermonis, & ſuæ defenſionis.*

12 *Articulans non videtur fateri ea quæ in articulis continentur.*

13 *Confeſſio propria ciuis dici non poteſt, ſi facta ſit per vniuerſitatem, cùm vniuerſitas fiat non ex omnibus perſonis vniuerſitatis. & num. 14.*

15 *Confeſſio procuratoris non obeſt in alio iudicio domino: quia non dicitur vera confeſſio domini illa quæ eſt facta per procuratorem, ſed ficta & interpretata.*

16 *Priuilegium in quo conceditur caſtrum cum angarijs, & perangarijs, iſta verba, cum angarijs, &c. non diſponunt inducendo obligationem, & cauſam obligationis perpetui ſeruitij, ſed inducit conceſſionem iuriſdictionis in angaria & perangaria, quæ non competunt* Baronibus, *niſi concedantur ex priuilegio.*

17 *Dictum doctoris ſemper debet intelligi ſecundum iura quæ allegat ipſe.*

## CONSILIVM XIII.

IN Chriſti nomine, Amen. In eademmet præcedenti cauſa Cutrofiani cum magnifico Hieronymo de dulce eius vtili domino, vt recta ſuccedat conſideratio, nec reſideat in ipſius cauſæ deciſione materia dubitandi, pinguius allegare non ſum veritus. Et primò nulli dubium, quòd ad ipſum dominū incumbit principaliter demonſtrare pro ſuæ intentionis fundamento, quòd vaſalli contra quos ipſe egit, ſint eius vaſalli reſpectu feudi ab eo, ſeu eius prædeceſſoribus recepti cum præſtatione iuramenti homagij, ſeu fidelitatis, conſtituendo ſe homines concedentis feuda: & cum obligatione ad ſeruitium: vt in vſibus feudorum habemus: &

in Speculo de feudis.§.quoniam ferè.in vſibus feudo
rum. vbi ſubdit, quòd vaſſallus non iurans fidelita-
1 tem non poteſt dici homo ligius, in tantum † quòd
nec præſtatio alicuius rei longo tempore reddit ali-
quem vaſſallum, niſi præcedat cauſa obligationis: vt
pro laborerio quod tenet ab aliquo, & ſimilibus: ſe-
cundum Bartolum in l.cùm de in rem verſo. circa
finem.ff.de vſuris.& ibi doctores, & cæteros ſcriben-
tes in l.ſolent.ff. de officio proconſulis. Bartolus in l.
litibus. in verſiculo, & ex hac litera. C.de agricolis &
2 cenſitis. libro vndecimo † dum ibi dicit, quòd præſtãs
alicui ſeruitium per decennium, quòd ipſa præſtatio
non eſt ſufficiens ad probandum ius vaſſallagij, cùm
ageretur per hoc de mutatione ſtatus perſonæ, quæ
non mutatur ex diuturna præſtatione, nec ex cauſa
quòd quis degat in terra, caſtro, ſeu baronia alicuius
efficiatur ex hoc eius vaſſallus: vt dicit Cardinalis in
clementina, paſtoralis.in verſiculo, denique: de re iu-
3 dicata. adeo † quòd de iure feudorum ſecũdum ipſum
ibidem, dominus non habet iuriſdictionem in per-
ſonam vaſſalli: nam reſpectu domicilij non probatur
quem eſſe vaſſallum ex eo quòd de iure non præſumi-
tur aliquem poſsidere bona, tanquam ſibi vel præde-
ceſſoribus ſuis in feudum conceſſa. capitulo finali. de
leg.corradi.capitulo vaſſallus. ſi de feudo fuerit con-
4 trouerſia. † & alleganti quòd ſit in feudum conceſſa
incumbit onus probandi: cùm quilibet in dubio præ-
ſumatur poſſidere pro ſuo, vt dominus illius rei. l.fi-
liusfamilias.§.diui.verſiculo, iidem Principes.in fine.
5 ff.de lega. primo. † & ibi Angelus notat illum textum
ad hoc: & doctores in l.titia.ff.de ſolutionibus & Bal-
dus per illam legem, in l.ſecunda, quæſtione nona. C.
de ſeruitutibus, & aqua.gloſſa & doctores in l.ſecun-
da. C.de acquirenda poſſeſsione. Nemo enim præſu-
mitur poſsidere, nec poſſediſſe alieno nomine, ſeu al-
terius contemplatione.l. tertia.§. ex contrario. ff. de
acquirenda poſſeſsione. ſed quòd non poſsidet tan-
quam vaſſallus, vel emphyteuta, & ſimiles: vt in dicto
§.ex contrario.& in l.ſi vt certo.§. ſi duobus.ff. com-
modati.requiritur enim in feudis inueſtitura. vt in ti-
tulo, ſi de inueſtitura inter dominum & vaſſallum. in
vſibus feudorum. & homagium pro fidelitate: capi-
tulo grauem, de exceſsibus prælatorum.capitulo fi-
nali: de regulis iuris. & vtrobique nota. cum concor-
dantiis, de quibus omnibus prænarratis. tanquam re-
quiſitis ad fundandum intentionem, erit aduerten-
dum ſi teſtes aliqui deponerent de ſeruitiis perſona-
libus: ſi ex prædictis apparent in eorum depoſitioni-
bus concludere in cauſa ſcientiæ: ex quo quòd aliqua
res ſit in feudum data, vel quòd ex ea debeatur ſerui-
tium perſonale, ex quo dici poſsit non præſtari tan-
quam pro feudo, nec iure obligationis: nam in hoc
teſtis habet deponere per rationem ſui dicti de obli-
gatione tanquam à vaſſallo per alterum ex ſenſibus
corporis: vt quòd fuit præſens inueſtitutæ factæ per
anuli traditionem, per dicta in capitulo cùm cau-
ſam.extra de teſtibus. & in capitulo cum oporteat.de
accuſationibus. Bartolus, & doctores in l.ſolam.C.
de teſtibus. Baldus in l.penultima. in fine. C. de ſen-
tentiis quæ ſine certa quantitate.& in l.cùm hi.§.ſi in
tegra. ff. de tranſactionibus. & in l, conuenticula. C.
6 de epiſcopis & cleric. † Et huiuſmodi perſonalia ſer-
uitia poſſunt deberi non ſolùm ex conditione liber-
torum, ſed colonariæ conditionis, aſcriptitiæ, vel cu-
rialis, vel precij participandi cauſa obligationis ſe-
quutæ, & etiam ex contractu conductionis & loca-
tionis, prout pulchrè ponit Azo in ſumma in titulo.
C.de agricolis & cenſitis, & colon. libro vndecimo,
in principio: declarando colonos de quibus ibidem
eſſe diuerſos ab aliis dicit quòd tractatur ibi, de agri-
colis, vel de colonis, non autem de illis quorum ſit
mentio ſub titulo locati, ſed de alligatis, ſeu deuinctis
cenſi. conditioni, qui cenſum, vel fructum dantes do
mino colonaria quadam conditione à dominis eo-
rum detinentur. Si ergo in huiuſmodi tam diuerſis,
vſque ad contractum meræ voluntatis, vt locati &
conducti, qui cognoſcitur præcipuè ex mercede con-
ſtituta, licet modica, cùm plures poſsint eſſe vtilitatis
cauſæ modicæ mercedis, & reſpectu loci, & reſpectu
conditionis perſonæ locantis operas, vel donationis,
vel deceptionis, cùm contrahẽtes inter ſe decipi iura
non prohibeant, non tamen mutare naturam con-
tractus, vt eſt videre ex materia tractata per doctores
in l.ſecunda. C. de reſcindenda venditione. ſi ergo te-
ſtis nõ deponeret, cauſam eius dicti aſsignãdo etiam
non interrogatus, certè concludenter non diceretur
deponere, & ſic tanquam probatio non concludens
non releuaret. l. neque naturales. C.de probationi-
bus.capitulo in præſentia, extrà eodem titulo. vbi do-
ctores dicunt quòd probatio dubia ſemper contra
producentem interpretabitur, & videtur in tantum
7 dubia, † quod etiam de obligatis ad ſeruitia perſonalia
in locis, in quibus de perſonali obligatione legitimè
conſtaret, poſſet inferri, quòd eſſet de non redeundo,
ſeu non ſtando in certo loco, etiam ratione promiſsi
ſeruitij perſonalis, vt in operis libertorum, qui non
coguntur ratione operarum ſtare in loco cum domi-
nis ſuis. l. penultima. cum gloſſa ibi, & doctores. C. de
operis libertorum, & ideo Andræas de Iſernia in con-
ſtitutione illa, quiſquis. ſub titulo de reuocandis tran-
8 ſeun. oppoſuit de illa l. vt infrà, † & ſic infertur non
ſufficere probari quòd ſeruitium perſonale ſit præ-
ſtitum ad finem, vt illud præſtans detineatur in certo
loco, niſi probetur cauſa concludens neceſſarium
ſeruitium, & operas: & ex cauſa concludẽte homines
illos teneri ad ſtandum, ſeu morandum in certo loco:
vt ſi eſſet in conditione aſcriptitia, ſeu colonaria ma-
læ fortunæ, vt dicunt doctores, & Bartol. in prædicta
l. litibus. C.de agricolis & cenſitis, qua conditione
homines in aduerſam Fortunam trahãtur iura prohi-
bent, etiam contra eorum propriam confeſsionem,
dummodo abſque alio adminiculo eis minimè offi-
ceret dicta l. cùm ſcimus. C. de agricolis & cenſitis, &
quę conditio huiuſmodi perſonarum non poteſt abſ-
que terra data ad colendum perpetuo per ſe, & po-
ſteros ſuos. l. cùm ſatis. eodem titulo, vt per Azonem
in ſumma ibi ex quo ex obligatione ipſa apparent
conſtitui tanquam pars rei ad perpetuam agricultu-
ram veluti coloni ad agricultutam ipſam, & ſic non
ſolùm ſimplex probatio, verùm etiam nec ſola ſcri-
ptura, imò nec propria confeſsio ſine aliis probat
9 huiuſmodi virorum conditionem, † quod maximè
conſiderandum eſt fauore libertatis. l. nec ſi volens.
& l. liberos. & l. interrogatam. C. de liberali cauſa.
Quibus ſuffragatur quòd apparente re immobili in
feudum data ſimpliciter, non ex hoc induceretur ſer-
uitium



uitium perſonale, ſed poſſet quandocunque refutari:
vt dicit Bartolus in l. is cum quo. ff. de aqua pluuia
arcenda. Cardinalis in clementina paſtoralis. verſic.
10 denique. de re iudicata. & ſic † nec confeſsio propria
per quam aſſereret ſe teneri ad ſeruitia perſonalia,
veluti non concludens certam cauſam ipſius obliga-
tionis, non obeſſet confitenti: maximè cùm nemo
præſumatur loqui ad impugnationem proprij ſui ſer
monis, & defenſionis. gloſſa in conſtitutione Regni:
11 priuilegia † à cur. Capu. prout in caſu de quo agitur,
tum etiam, quia non ſubeſt cauſa permanendi in cer-
to loco, vnde datum eſt, & conceſſum à iure confi-
tentibus aliquid, quod diuerſimodè intelligi poteſt,
quòd ipſimet confitentes poſsint eorum confeſsio-
nem exponere, ad id etiam quod non indicat obliga
tionem vel pœnam, capitulo, cùm dilecti. extrà de
accuſationibus. quanto magis & iudices fauore liber-
tatis interpretantur confeſsionem ad non obliga-
tionem, iuxta intentionem agentis, vt perpetuò per-
12 maneat perſona libera in loco, & † licet poſſet con-
cedi ſeruitium perſonale, tamen non tale per quod
inducatur obligatio in loco certo permanendi, vt
in operis libertorum: imò poſſet dari inſtantia de
ſeruitio perſonali ex titulo locati & conducti tem-
poraliter, iuxta naturam contractus, vt ſuprà, & par-
ui facienda eſt prætenſa confeſsio conuentorum, præ
textu quòd facta fuerit in alia inſtantia inter vni-
uerſitatem met Cutrofiani, & prædeceſſorem Baro-
nem immediatum, nam dicitur vniuerſitatem ipſam
articulaſſe de ſeruitiis perſonalibus duplici ex ratio-
ne, ſcilicet, quia quilibet articulans non videtur fa-
13 teri ea, quæ in articulis continentur, † vt dicit Ioan-
nes Andræas in capitulo finali, extrà de iureiurando.
in ſexto. in nouella. Antonius de Butrio in capitulo
quoniam. nona columna. extrà de probationibus.
Alexander in conſilio octuageſimo. examinato pro-
ceſſu querelæ. vltima columna, in ſecundo volumine.
14 Et inſuper dicitur, quòd † non poteſt dici propria
confeſsio ciuis, ſi facta ſit per vniuerſitatem, cùm
vniuerſitas fiat non ex omnibus perſonis ciuitatis, &
iſti particulares conueniuntur tanquam alibi domi-
cilium habentes in alienis locis, & vniuerſitas eſt no-
men iuris non perſonarum. Bartolus in l. aut facta. §.
finali. ff. de pœnis. Innocentius in capitulo grauem.
extrà de ſententia excommunicationis. Si verò conſi-
derantur perſonæ, cùm maximè verteretur præiudi-
cium, & dedecus ſingularium perſonarum, deberet
de perſonis ſigillatim quæ interuenerunt, conſtare.
argumento eorum, quæ habentur in capitulo cùm
omnes. extrà de conſtitutionibus. & maxime in caſu
ſeruitutis ingerendæ ex libertate, prout limitauit il-
lam regulam, quòd maior pars. dominus Alexander
de Imola in l. quod maior. ff. ad municipalem. Moder-
ni in dicto capitulo cùm omnes. & eſt textus ſingula-
ris in l. ſi quis hac lege. §. quoties. ff. qui & à quibus ma
numiſsi liber. non fiant. conſiderando maximè quòd
conuenti alibi inhabitent, vt intendit dominus ipſe:
& ideo ſibi incumbit onus probandi certas perſonas
quæ proprio ore confeſſæ fuerant, cùm regulariter
vltra prædicta, confeſsio vnius alteri non nocet. &
accedit inſuper, quòd confeſsio aſſerta vniuerſitatis
non probando perſonas certas, ſed procuratoris in
cauſa, prout facere conſueuerunt vniuerſitates, com-
parere, ſcilicet per procuratores: de iure confeſsio
procuratoris non nocet in alio iudicio, maximè do-
mino principali, ita Compoſtellanus & doctores com
muniter in capitulo per inquiſitionem, extrà de ele-
ctionibus: per rationem quam adducunt doctores
& Abbas ibi: quia per procuratorem non poteſt præ-
iudicari domino, niſi in illa lite in qua eſt procura-
tor. per capitulum, cùm olim. extrà de officio dele-
gati. concurrente inſuper, quia ceſſat ratio ſuper qua
ſe fundat capitulum per tuas. extrà de probationibus.
& l. generaliter. C. de non numerata pecunia. ſcilicet,
quòd quiſque voce ſua dilucidè, &c. Copulata & alia
ratione per doctores ibi, quia confeſsio procurato-
ris non eſt vera confeſsio domini, ſed ficta & inter-
pretata, quæ propterea non poteſt præiudicare in
alio iudicio. & adducit dominus Abbas ibidem Bar-
tolum in l. cùm filius. ff. de verborum obligationibus.
& in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci. & ſic nulla
haberi debet ratio de confeſsione prædicta, tanquam
facta per procuratorem, ita & minimè de prætenſo
priuilegio cum conceſsione vaſallorum, & cum an-
gariis & perangariis: quia vltra quòd verificari de-
bent concludenter perſonæ vaſallorum conceſſo-
rum, & quæ fuerint, vel ſint in loco velut vaſalli ra-
tionibus & cauſis ſupraſcriptis. ad hoc ergo vt poſ-
ſint compelli ad redeundum ad locum habitationis,
deberet apparere, & conſtare aliter quàm probatum
extitit de cauſa & obligatione ad ſeruitia perſona-
lia, quàm per verba huiuſmodi priuilegiorum ob fa-
uorem libertatis, vt per ſcripturam neceſſariam cum
aliis, &c. & non ſolùm per quam conſtet de conſti-
tuta conditione aſcriptitia, & colonaria in princi-
pio factæ obligationis, vel de obligatione curiali,
vel decurionali: cùm aliàs non eſt ſeruitium perſo-
nale, quòd arctet aliquem perpetuò in loco certo
permanere, etiam in conditione libertorum, qui non
ſunt obligati iure propter operas debitas in loco cer-
to permanere, præallegata l. penultima. C. de operis
libertorum. Imò nec propria verba confitentium ſe
ſeruituti obnoxios, nocet ipſis, per iura præallegata.
l. nec ſi volens. l. interrogatam. & l. liberos. C. de li-
15 berali cauſa. cum ſimilibus. † Ex quo huiuſmodi con-
feſsiones ſecundum gloſſam in dicta l. nec ſi volens.
ſunt quaſi contraria, vnde legiſlator princeps & com
pilator ſacrarum conſtitutionum huius Regni, in
conſtitutione, quia frequenter. ſub rubrica, de ho-
micidio non tenen. ratione terræ vel feudi. iuſsit ne-
minem obligari perſonam, ſeu de perſona ſeruitiis
aut conditionibus perpetuis abſque ſuo aſſenſu, con-
ſiderando conuentionem in principio obligationis,
ibi, conuentione qualibet, quauis iuris ſolennitate
vallata, perſonam perpetuam aliquibus ſeruitiis obli
gare, &c. Et ſic huiuſmodi verba in priuilegiis, vide-
licet, cum angariis & perangariis, non diſponunt
inducendo obligationem, & cauſam obligationis,
16 perpetui ſeruitij, ſed † inducunt conceſsionem iu-
riſdictionis in angaria & perangaria: quæ non com-
petunt baronibus tanquam regalia, niſi concedan-
tur ex priuilegio, ita voluit Baldus in l. cùm multa,
C. de bonis quæ liberis. circa finem. & ideò Paris de
Puteo in tractatu ſyndicatus, dixit, angaria & peran-
garia tanquam regalia principum ſolum exigere poſ-
ſe: ſed cùm interdum in priuilegiis baronum de ca-

ſtris emptis apponantur iſta verba, videlicet, cum
regaliis, angariis & perangariis, eo caſu poſſunt ipſi
Barones eas extorquere ex cauſa talis iuriſdictionis
eis conceſſæ: ſicut & ipſe princeps concedens poſſet,
cùm aliàs barones ex ſe non poſſent: non autem in-
telligi debet quòd per huiuſmodi verba in priuile-
giis contenta, videlicet cum angariis & perangariis,
ſit conſtituta per principem obligatio perſonarum
in conditione aſcriptitiorum & colonorum, ſeu li-
bertorum non apparente cauſa à principio volun-
tariæ obligationis perſonarum ad prænarratas con-
ditiones: & ideo Andræas de Iſernia in dicta conſti-
tutione regni, quiſquis de Burgen. in rubrica, de re-
uocand. tranſeun. ad alien. habitatio. poſt gloſſ. ibi,
in verbo, minimè. intellexit illam l. in terminis ſuis:
vt reuocari poſsint propter ſeruitia perſonalia de
perſonis obligatis per cõditiones malæ fortunę aſcri-
ptitiorum, colonorum, & curialium. dum allegauit
ibi gloſſ. ſuper illo verſic. conſtitutionis. in textu de
perſonalibus ſeruitiis, minimè allegauit gloſſ. in l.
coloni. cum l. ſequenti. C. de agricolis & cenſit. libro
vndecimo. & l. generali. C. de decurionibus, lib. deci-
mo, & dictum doctoris ſemper intelligi debet ſecun-
dum iura quæ ipſe allegat, ſeu ſecundum mentem
17 ipſorum iurium, capitulo cum nuncius. † & ibi Ioan-
nes Andræas: extra de teſtibus. Bartolus in l. non ſo-
lum. §. ſi liberationis verba. ff. de liberatione legata,
& ideo in iſta quæſtione, dixit Andræas vbi ſuprà,
quòd illa diſpoſitio videtur contra libertatem, cùm
etiam & liberti habitant vbi volunt: niſi conditio
fuerit appoſita tempore manumiſsionis, quòd non
diſcedant à patrono: & ſic apparet quòd Andræas in-
tendit reſpicere cauſam, & principium obligationis;
nam ſi aliud diceretur, ſi licitum eſt in iure argumen-
tum ab abſurdo prætendere; vnde eſſe ſyndicum lo-
ci, item camerarium in loco, item dare plauſtrum
cum hominibus in curſu publico, & ſimilia, per iſta
induceretur ſeruitus perſonalis, & perpetua obliga-
tio in locis permanendi: ex quo nemo de iure excu-
ſari poteſt à talibus muneribus curſus publici: & ſi-
militer etiam perſonæ in dignitate conſtitutæ, imò
nec perſonæ eccleſiaſticæ exceptuatæ minimè repe-
riuntur: & vbique in ciuitatibus inſignibus, & illu-
ſtribus principes faciunt officiales ſuos, & dohane-
rios ſecretos portulanos ſyndicos in ciuitatibus, &
camerarios, & ſimiles, ita quòd nemo ex prædictis
excuſari poteſt, per l. nullus. C. de curſu publico &
angariis & perangariis. l. maximarum. C. de excuſa-
tionibus munerum, libro decimo. l. neminem, C. de
ſacroſanctis eccleſiis. & ſic ex cauſa dictorum ver-
borum videlicet, cum angariis & perangariis con-
ſuetis in priuilegiis vt plurimum apponi, inducere-
tur debitum ſiue obligatio ſeruitiorum perſonalium,
vt perpetuò ex his quis cogeretur in loco permane-
re, non eſſet aliqua perſona hic Neapoli, Romæ,
& alibi, nec in quibuſuis inſinibus ciuitatibus, in
quibus iſta officia, & publicus curſus qui quotidie
per principes indicuntur, quòd non ſint aſcriptitiæ
conditionis & colonariæ inductio. ad colendos fun-
dos per agriculturam ex ſpeciali contractu, & pro-
miſsione, & libertorum factorum ex ſeruis obliga-
torum ad operas perſonales, quæ nec cum dominis
etiam morari tenentur; propterea vt ſuprà, & ideò
prædictus dominus Paris in dicto tractat. ſyndicatus,
in §. excedunt etiam Barones. circa finem, in verſi-
culo, quia & ideo hodie Barones. dicit apertiſsimè
quòd huiuſmodi conatus eſt illegitimus, & homi-
num pertinacium, & excedentium freno, & tempe-
rie iuris non ſe comprimentium, ex quibus omni-
bus concluditur minimè prædictum dominum Hie-
ronymum baronem poſſe, nec debere prædictos eius
vaſſallos reuocare, vt redeant ad commorandum in
dicta terra Cutroſiani, & iuris eſſe conſulo ego

Thomas Grammaticus.

Svmmarivm.

1 *Sententia allegata nulla ex defectu in ea exiſtente, ſeu in concernentibus ipſam ſententiam, & non in reliquis ſubſtantialibus proceſſus, reformari poteſt in melius.*

2 *Iudex nullitatis poteſt ſententiam ipſam nullam in melius reformare, nec eſt neceſſe per prius pronunciari ſuper reformatione, ſed procedi ad vlteriora ad ſententiam. num. 3.*

4 *Sententiam nullam quia lata parte non citata, poteſt iudex appellationis confirmare, ipſam pronunciando parte citata.*

5 *Sententia quando reſpicit acta, & ſententiam vniformiter, vt ſi litigatum fuerit cum minore non habente curatorẽ, tunc omnia acta debent reintegrari, & pariter ſi procedit ex ineptolibello, vel ex litis cõteſtatione.*

## Consilivm XIIII.

SVmmi opificis præſidio iterato, Amẽ &c.
In cauſa Antonij cagnal. ſuper planca no-
uiter per ipſum conſtructa in foro veteri
ciuitatis Neapoli. in eius domibus, fuit al
legatum de nullitate ſententiæ latæ per Magnificos
electos ciuitatis Neapolita. prætextu quòd Magnific.
Capita, Spes contradictor, & pars aduerſa, non fuerit
citatus ad audiendum ipſam ſententiam, ex cuius ci-
tationis omiſſæ defectu prætenditur per prædictum
Capitaneum Spes, dictam ſententiam declarari nul-
lam per ſacrum Regium Conſilium, coram quo fuit
cauſa per remedium appellationis introducta. dubi-
1 tatur ergo quid iuris. † Et ne incaſſum formando
obſtacula membranas occupem, reperio commu-
nem concluſionem ſcribentium tenere quod quando
ſententia allegatur nulla ex defectu exiſtente in ipſa
ſententia, ſeu in concernentibus ipſam ſententiam,
& non in reliquis ſubſtantialibus proceſſus, ex qui-
bus ſententia ipſa emanauit, reformari poteſt, per l. j.
§. ſed ſi huius. ff. quæ ſentẽtiæ ſine appellatione reſcin
duntur. ita dicit Innocentius in cap. cum contingat,
in gloſſ. magna. ff. de officio delegati, Bartol. in l. ſi vt
proponis. la prima. C. quomodo & quãdo iudex. vbi
dicit, quòd ſicut cauſa appellationis deuoluit totam
cauſam, & totum negotium ad iudicem appellatio-
nis, ita quòd poſsit primam ſententiam reformare. l.
2 fin, ff. quòd cum eo. † ita etiam facit cauſa nullitatis
quòd poteſt ipſe iudex cognoſcens de nullitate ipſam
ſententiam reformare, cum totum negociũ deuoluat
ad eum, & ſubdit Bartol. hoc dictum eſſe notandum
& menti tenendum formaliter dicendo, nota & tene
menti



menti hoc dictum, quia à me amplius non audiuiſti
tale verbum. & idem tenet ipſemet Bartol. in l. prima.
C. quando prouocare non eſt neceſſe. & in l. ſi expreſ-
ſim. de appellatio. circa penulti. colum. Antonius de
Butrio. & Abb. in cap. dilecto. de appellatio. & conſu-
luit Alexander de Imola in conſilio lxxix. ſecunda
columna. ſecundo volumine. vbi in fi. concludit poſt
Bartol. quòd non erit neceſſe: vt prius pronuncietur,
3 an ſit reformanda vel non: † ſed ſatis eſt procedere ad
vlteriora, id eſt, ad ipſam reformationem, & ſenten-
tiam. l. à procedente. & ibi not. Bartol. C. de dilationi
bus. cap. ex parte. el tertio. extrà de appellationibus.
4 † & in ſpecie quando ſententia eſſet nulla, vt quia lata
parte non citata, prout in caſu iſto, poteſt iudex ap-
pellationis ſententiam ipſam confirmare ipſam pro-
nunciando, parte prius citata: quia tunc ceſſare ap-
paret cauſa nullitatis primæ ſententiæ ex cauſa cita-
tionis omiſſæ: ita conſuluit Alexander in conſilio liij.
prima columna. circa medium in quinto volumine.
& talis iudex appellationis ſententiam ipſam nulli-
ter latam confirmabit ex eiſdem actis, quando cauſa
nullitatis reſpicit ſolùm ſententiam, prout in caſu
præſenti, vt quia lata parte non citata ad eam au-
diendam, vel die feriata, prout ſuprà, ita dicit gloſſ.
in l. ſi vt proponis, la prima. C. de appellationibus.
præallegata, & quod notatur in dicta l. ſi expreſsim.
eodem titulo. & voluit Bartolus in dicta l. ſi vbi pro-
ponis la prima. C. de appellationibus. vbi magiſtrali-
5 ter loquitur. † Sed quando reſpicit acta. & ſententiam
vniformiter, vt ſi litigatum eſſet cum minore non ha-
bente curatorem, tunc omnia acta debent reintegra-
ri, & pariter ſi nullitas proueniret ex inepto libello,
ita Bartol. in dicta l. ſi vt proponis. Bald. in l. ſecunda.
decimaquarta quęſtione. C. de reſcindenda venditio-
ne. ſentit etiam Barto. in l. quando prouocare non eſt
neceſſe. in l. iudex poſtquam. ff. de re iudicata. Et quan
do defectus nullitatis procederet ex litis conteſtatio-
ne & aliis ex primordio litis, tunc debent omnia acta
ex integro fieri, & ita intelligitur Innocentius dum
ex aduerſo allegari contingat. prout dicit Alexander
in l. cùm quærebatur. ff. de re iudicata. & ita conſulo
iuris eſſe ego

Thomas Grammaticus, Iuris Vtriuſque Doctor,
& tandem per ſacrum Regium Conſilium confirma-
ta fuit ſententia.

Svmmarivm.

1 *Res minoris poteſt alienari abſque decreto, vbi apparet de debito.*

2 *Decretum non requiritur in alienatione rei minoris, vbi apparet in inſtrumento cum quodam patre minoris data facultas pro debito in eo contento ingrediendi propria authoritate & ideo eo caſu tutores & curatores poſſunt immittere manum ad quam rem velint, quia non requiritur decretum.*

3 *Decretum vbi venit interponendum in alienatione rei minoris requiritur ſolennitas, & ideo vbi ceſſat interpoſitio decreti, ceſſat ſolennitas.*

5 *Pro ſententia præſumitur, quando eſt antiqua, & lata partibus præſentibus, & non contradicentibus, quia tunc pro ea præſumitur etiam quo ad acta, licet de eis non conſtet.*

6 *Sententia facit vt in tantum pro ea præſumatur, quòd ſi eſt lata poſt lapſum biennij exequi poteſt, etiam non productis actis, quia per lapſum biennij præſumitur pro eius rectitudine. num. 7.*

8 *Decretum præſumitur interueniſſe in alienatione rei eccleſiæ, quando fuit alienata ex contractu defuncti longi temporis, licet de eo non appareat.*

9 *Tempus longum in præmiſſis dicitur decennium, id eſt in alienatione rei eccleſiæ & ſimilium.*

10 *Minoris res quando alienatur in alium per ſententiam, non eſt neceſſarium decretum.*

11 *Decretum non requiritur in alienatione rei minoris, quando ſit alienatio ex contractu defuncti qualitercunque defunctus contraxerit.*

## Consilivm XV.

REdemptoris gentium ſuffragio repetito,
Amen. In cauſa Magnifici Alphonſi gal-
ga. cum Marco ſaxo & fratre, prætenditur
per prædictum Marcum, quòd extante
ipſo pupillo non potuit per eius tutorem fundus, de
quo lis intentata eſt in ſacro cõſilio, alienari in quon-
dam nobilem Diomedem patrem ipſius Alphonſi
abſque decreto, maximè cùm aſſerat tunc temporis
multa mobilia extare in eius bonis, de quibus potuiſ-
ſet eidem quondam Diomedi tunc creditori ipſius
pupilli ſatisfieri, vt aſſerit ex inuentario prætenſo, li-
cet minus legitimè in actis producto liquere, licet
minimè probentur bona in ipſo aſcripta tunc tem-
poris extitiſſe, ſeu extare, & licet in eo ſint multa bo-
na mobilia deſcripta, attamen longè maiora ſunt de-
bita quæ exolui tenebantur ipſi hæredes pupilli mer-
catoribus de Medicis, & aliis contentis in dicto in-
1 uentário. Et ſubintrando materiam † dico quòd ex
quo pro vnciis quinquaginta per dictum quondam
notarium Rennam patrem Marci debitis prædicto
quondam Diomedi, cum poteſtate propria appre-
hendendi, in ſolutum habendi, alienandi &c. & cum
conſtitutione precarij, iuxta formam l. tertię. C. de pi
gnoribus. cum ſua materia, & ex quo in dicto contra-
ctu demum inito inter Diomedem ipſum credito-
rem, & Marcellam vxorem dicti notarij Rennæ, ac
Petrum, & Matthæum Saxi illius filios de ipſa vendi-
tione ſeu in ſolutum datione, & præſtatione terrę prę
dictæ pro perfectione contractus prædicti, & ſatisfa-
ctione debiti prædicti inſtrumentalis, non erat ne-
ceſſarium præſidiale decretum propter ipſius notarij
Rennæ patris voluntatem, ex cuius bonis prædictis
dicta terra ad prædictum quondam Diomedem per-
uenit. text. eſt in l. magis puto. §. ſi pupillus. verſiculo,
ſed ſi pater. cum ſequentibus. ff. de rebus eorum. & in
l. prima. §. primo. eodem titulo. & ibi gloſſa, in verbo,
cauerint, quia tunc ſufficit forma in contractu pater-
no data, per l. tutelam. C. de adminiſtratione tuto-
rum. & eſt text. in l. tertia incipit, prædium ruſticum.
C. quando decreto opus non eſt. vbi gloſſa per illam
legem dicit, quòd propter voluntatem patris, vel de-
2 functi, † & ideo propter formam in inſtrumento da-
tam, tutores & curatores, & ſimiles perſonæ poſſunt
mittere manum ad quam rem velint, & cùm ita ſit,
quòd non requirebatur decretum, & per conſequens
etiam potuerunt mittere manum ad quam rem vo-
lue

uerunt, neceſſario ſequitur quòd non requirebatur
aliqua alia ſolennitas, nec inquiſitio, an tūc ſuberant
bona mobilia vel immobilia vel minus vtilia:ſicut re
gulariter requiritur in aliis alienationibus minorum
iuxta.l. lex quæ tutores. C. de adminiſtratione tuto-
rum. cum ſimilibus. & ſic ceſſat primum & ſecundum
3 dubium. Accedit † prædictis, quòd in alienatione
minorum, vbi venit interponendum decretum, re-
quiritur ſolennitas:vt probatur in l.ob æs.C.de præ-
diis minorum. vbi permittitur alienatio ob æs alie-
num: & ſimpliciter loquitur de decreto: quaſi velit
inducere,quòd ſolennitates præuiè & tacitè ad inter-
poſitionem decreti veniunt, & ideo quæritur an ſi
conſtito de decreto in alienatione minorum, omnia
tanquam tacitè incluſa in eo videātur ſolēniter acta:
prout latè ponit Speculat. ad quem ſemper recurri-
tur in tit.de emptore & venditore.§. nunc dicendum.
ſecunda columna.verſic. hoc quoque. cum verſic. ſe-
quenti.& breuiter per Alexand. latiſsimè in conſilio
quinquageſimoſecundo.primo volumine. & conſilio
octuageſimo.& nonageſimoſecundo.in quinto volu-
mine. igitur cùm in caſu præſenti ceſſet interpoſi-
tio decreti, ceſſare debet præuia ſolennitas ad ipſius
interpoſitionem: & ſufficit, vt dictum eſt, quòd ſo-
lum ſuberat cauſa alienandi, videlicet dictum debi-
tum inſtrumentale de quo notoriè conſtabat pro-
pter voluntatem patris, iuxta formam datam in ipſo
inſtrumento, per prædicta. Confirmantur præ-
miſſa, quia in omnibus iuribus poſitis in titu. prædi-
4 cto, videlicet † quando decreto opus non eſt. ponun-
tur vniformiter caſus cum interpoſitione decreti, &
tamen in l. fin. illius titu. ponitur quòd alienatio ve-
ſtium detritarum, & ſuperuacuorum animalium fit
abſque decreti interpoſitione. & nihilominus ex hoc
vult lex, quòd non requiratur aliqua ſolennitas in di-
cta alienatione, vt in dicta l. lex quæ tutores. in fin. &
cùm ſuprà proximo verſic. iam ergo regulariter di-
xerit, quòd aliàs venditio tutoris nulla eſt abſque in-
terpoſitione decreti exceptis &c. quia tunc validatur
venditio tutoris, igitur conſequens eſt dicere, quòd
idem ſit in caſu noſtro de quo in dicta l.tertia.eodem
titulo. quando decreto opus non eſt. vt valeat alie-
natio, ex quo non requirebatur decreti interpoſitio,
& per conſequens nec præuia ſolennitas, vt ambo di-
cti caſus poſiti ſub eadem regula pariformiter deter-
minarentur.concludendum igitur erit, quòd non re-
quirebatur ſolennitas, & per conſequens tenuit alie-
natio, ſeu in ſolutum datio, & acceptio dictæ terræ
pro debito paterno iam dicto, cùm fuerit ſeruata in
inſtrumento debiti data, per præmiſſa. Prætereà
conſideretur in præſenti cauſa actum fuiſſe in dicto
conſilio actione tutelæ aduerſus tutores vendentes,
ſeu in ſolutum dantes, & demum contra prædictos
conuentos, ita quòd ſi dicta alienatio fortè vt figura-
tur, eſſet nulla, à dictis tutoribus omne & totum quic
quid eorum intereſt, conſequetur, pro certo non
poſſet vendicare ab ipſis conuentis dictam terram,
& contractus fortè aliàs inutilis conualeſcit, vt eſt
text.cum ibi plenè not.in l.illicitè.ff.de rebus eorum.
Vltimò quando prædicta ceſſarent, dato abſque veri
præiudicio, eſt aduertendum quòd vlterius ad vendi-
candum non admittitur, quia ſuper dicta venditio
ne, ſeu in ſolutum datione, circa dationem & aſsigna-
tionem poſſeſsionis vacuæ & expeditæ, fuit data ſen-
tentia dicto conſilio & dictis conuentis licuiſſe tem-
pore executionis dictæ ſententiæ reſtituere, & aſsi-
gnare eidem Diomedi vncias quinquaginta ab eo re
ceptas, iuxta formam inſtrumenti venditionis apud
acta producti, partibus præſentibus, & non contra-
dicentibus, quæ poſtea in rem iudicatam tranſiuit,
& fuit executa, & captà poſſeſsio virtute executoria-
lium, ideò præſumendum eſt quòd ſciuerunt vali-
dam venditionem prædictam, vel ſaltim quòd ei ſta-
retur cum illa qualitate iam finita, quia pro ea præ-
5 ſertim tanquam antiqua lata partibus † præſentibus,
& non contradicentibus, præſumitur etiam quo ad
acta, licet de eis non conſtet, nec producantur, & ma-
ximè quia fit in ea mentio de dicto inſtrumento ven-
ditionis, ita dicit Cynus & omnes doctores in l. eman
cipatione.vbi de ratione.C.de fide inſtrumentorum.
Bartol.in l.admonendi.ff.de iureiurando.verſic. quid
ſi reperiuntur dicta teſtium.Innocentius in cap.quo-
niam contra.de probationibus.& in cap. cùm in iure.
de officio delegati. & in cap. bonæ. de electionibus.
Abbas in cap.cùm inter. tertia columna. verſic. not.
vltimò.de re iudicata.& in cap. ſicut. ſecunda colum.
verſic.& ex his. eodem titulo. & in caſu non ſuffraga-
tur ex quo ſumus poſt biennium, prout dicit Hoſtien
ſis in dicto cap.cùm inter. & Baldus in cap.primo. de
milite vaſallo qui contumax eſt. verſic. quæro quid ſi
appareat, vbi allegat Ioannem Andræ. in cap. in præ-
ſentia. de renunciatio. in nouel. & voluit Alexander
6 in l.illud. ff. quando appellandum ſit. vbi † dicit tunc
poſt biennium poſſe exequi ſententiam etiam non
productis actis. quod etiam voluit Antonius de Bu-
trio in cap.quoniam contra de probationibus. verſi.
venio ad illam opinionem, & apud omnes eſt com-
munis, & idem tenet & ſequitur Felynus in cap.Al-
bericus.de teſtib. nam pro ſententia ipſa præſumi-
7 tur, & pro eius rectitudine & certitudine, † & ſufficit
etiam ſi acta non producantur.not.in cap. cùm inter.
& ibi doctores & præſertim Abbas in tertia column.
de re iudicata. & idem Abbas in cap.ſicut.verſi. nota
8 vltimò. eodem titulo. & ſic † ex lapſu longi temporis
etiam in alienatione rei eccleſiæ præſumitur decre-
tum interueniſſe, licet non appareat, ita pulchrè con-
ſuluit Petrus de Ancharano conſilio centeſimotrige-
ſimoſexto incipiente, ex conſiliis excellentium do-
ctorum.Et ideo ſi emptor rei eccleſiæ poſſedit longo
tempore rem alienatam per eccleſiam, licet in inſtru
mento de ſolennitate adhibita nil dicatur, tamen præ
ſumitur interueniſſe. ita dixit Antonius & Imola in
cap.ea noſcitur.de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen.
cap.idem Antonius de Butr.in cap.cura, ſecunda co-
lumna.de iure patr. & ſequitur Felynus in cap. Albe-
ricus.de teſti. ſecunda columna. vbi dicit eſſe diligen-
9 ter not.& ibi ſubdit, quòd in propoſito † dicitur lon-
gum tempus decennium, ita etiam ante eum voluit
Antonius de Butrio & Imo.in cap.illud.de præſump.
in cap.ſecundo.extrà de in integr. reſtit.Et ſaltim te-
nendo opinio. quorundam quòd ſit arbitrarium in
pectore per l. j. de iure delib. pro certo nullus iudex
arbitrabitur, quòd pro ea non præſumatur, maxi-
mè apud Illuſtriſsimos dominos dicti Regij conſilij.
Conſiderandum eſt inſuper ex alio reſpectu mi-
10 nimè fuiſſe neceſſarium decretum, nam quando † per
ſenten



ſententiam alienatur prædium minoris in alium, non
eſt alia ſolennitas neceſſaria, text.eſt no.in l.ſed ſi pe-
cunia. §.primo. de rebus eorum. Præterea † quan-
11 do fit alienatio ex contractu defuncti, qualitercun-
que defunctus contraxerit, ita quòd ex eo contractu
perueniri poteſt ad alienationem, & actum eſt in iu-
dicio, prout in caſu noſtro, poſſunt bona quæ fuerunt
patris ſui capi, & vendi, nec requiritur aliquod decre-
tum.tex .eſt nota.in l.apud Iulianum.in fin. quibus ex
cauſis in poſſeſ. ea. Nam vt inquit text. not. per hæc
verba formalia referendo Marcellum, Marcellus au-
tem not. perquam iniquum eſſe eum qui nihil cum
pupillo contraxit expectare eius pubertatem, quę ſen
tentia, dicit text. habet rationem, ideóque contractus
cum ex perſona patris deſcendat, dicendum erit non
eſſe expectandam pupilli pubertatem. Et ita iuris eſſe
conſulo, ego Thomas Grammaticus de Neapo. Iuris
Vtriuſque Doctor. Et in eandem ſententiam concur-
ro cum Magnific. collega, vt ſuprà allegata in cauſa.
Pamphilus molius de Capua Vtriuſque Iuris Do-
ctor.

SVMMARIVM.

1 *Renunciari non poteſt iuri publico.*
*Iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale.*
2 *Ciuitas ex ſe, & iure ſuo defendit ciuem ſuum: ex quo vniuerſitas habetur loco domini in ciuem ſuum: & ideò poteſt petere quòd fiat emenda ſubdito ſuo, maximè quando reſpicit actus iniuriam. & diminutionem iuris ipſius vniuerſitatis. num.3. & eo caſu agit nomine proprio ſuo num.4.*
5 *Iuramentum contra publicam vtilitatem non eſt obligatorium.*
6 *Priuilegia principum ſunt latiſſimè interpretanda.*
7 *Iuramentum priuati non arctat ipſam vniuerſitatem & ciues.*

## CONSILIVM XVI.

REdemptoris gentium auxilio petito, A-
men. Super puncto dilationis morato-
riæ conceſſæ vniuerſitati Brunduſij per
priuilegia retro ſtrenuorum Principum
huius regni, quibus cauetur, quòd debitores quarum-
uis perſonarum confugientes ad eandem vniuerſita-
tem ſint tuti, quòd infra quinquennium moleſtari
non poſsint ab eorum creditoribus, inhabitando ta-
men per dictum quinquennium in eadem ciuitate
Brunduſij. Contigit dubitari, an huiuſmodi priuile-
gium extendatur ad debita iurata, per ea quæ plenè
referuntur per Iaſon. in l.quoties. C.de precibus Im-
peratori offerendis. ex quibus concludi apparet re-
ſcripta & priuilegia principum non extendi ad debi-
ta iurata, per infinitas quotas ibi per ipſum relatas.
Ego tamen aliter de iure ſentiendum arbitror,
conſiderans maximè quòd priuilegium ipſum fuit
conceſſum ciuitati Brunduſij, non autem debitori-
1 bus priuatis: qui † propterea non poſſent renunciare
iuri publico, per doctores Bart. & Baldum in l.ſi quis
in conſcribendo. C. de pactis. vbi Bartol. diſtinguit,
quòd quando eſt ius publicum, & continet principa-
liter vtilitatem publicam, licet in conſequentiam
priuatam, non poterit priuatus præiudicare vtilitati
publicæ, quando maximè non poteſt ſeparari ſine
præiudicio publicæ vtilitatis, vt in caſu iſto: in quo
ceſſaret ipſum priuilegium, conſequenter & publica
vtilitas ſi non admitterentur ciues aliunde debitores,
cùm hoc ſit conceſſum ipſi ciuitati, & ideo alterius
renunciatio præiudicare non poteſt, pariter nec al-
terius iuramentum, per rationem, quia iuramenta ex
parte iurantium ſunt perſonalia. Innocentius in cap.
veritatis. extra de iureiurand. & ideo ſi iurauit debi-
tor, non aſtringitur ipſa ciuitas, cum ſit iuramentum
2 perſonale, vt ſuprà. Accedat: quòd ciuitas ex ſe, &
iure ſuo ſibi innoxio defendit ciuē debitorem poſtea
factum ciuem, & priuilegium ſuum, ex quo vniuerſi-
tas habetur loco domini in ciuem ſuum. l. de iure.
ff. ad municipalem. & l. generaliter. C. de decurioni-
bus. & propterea petit vniuerſitas, quòd fiat emenda
ſubdito ſuo, vigeſimaquarta quæſtione ſecunda. cap.
dominus. & not. Innocentius capit. ſi iudex. extrà de
3 ſenten. excommu. lib. ſexto. † & maximè quando re-
ſpicit actus iniuriam, & diminutionem iuris ipſius
4 vniuerſitatis, † quo caſu agit nomine ſuo proprio.
Hoſtienſis in cap. vt famæ. extrà de ſententia excom-
municationis. & in ſumma eodem titu. §. ſed qualiter
hæc abſolutio, & quod not. in cap. cùm deſideres. ex-
tra eodem tit. facit cap. ſecundum, extrà de foro com-
petenti. & cap. ſi diligenti. extra de ſententia excom.
ex quibus remanet concluſio, quòd ipſa ciuitas vtitur
priuilegio ſuo nomine, iuréque proprio, non obſtan-
tibus iuramentis debitorum, & maximè cùm priui-
legium ſit conceſſum pro tutela, & conſeruatione to-
tius Regni, & pro ſtatu Regio, cùm permaneat ad fau-
ces Turcarum inimicorum fidei, & conſiſtat in mo-
dicis habitatoribus, indigeátque permaximè repleri
pro ſubſidio fidei chriſtianæ contra Turcas, qui de fa
cili poſsint vniuerſitatem ipſam populoſam non re-
pertam expugnare, & ſic cùm priuilegium ipſum fue-
rit conceſſum eidem vniuerſitati ex cauſa publica, vt
ſuprà, niſi reciperet debitores exteros in ciues, non
5 eſſet vtilitas aliqua ex hoc priuilegio. † & iuramen-
tum contra publicam vtilitatem principaliter non
eſt obligatorium. Barto. in l. ſi quis pro eo. in ſecun-
do membro ſuæ diſtinctionis. ff. de fideiuſſorib. Item
vniuerſitas ipſa cuius principaliter vertitur præiudi-
cium, non aſtringitur iuramento alterius debitoris
in vtendo ſuo priuilegio, admittendo ciues exteros
debitores indiſtinctè, largè interpretādo priuilegium
ratione publicæ vtilitatis, cùm de iure communi ſem
per vtilitas publica præferatur priuatæ, & pariter de
6 iure communi priuilegia † ſunt latè interpretanda, vt
dicit domin. Antonius in cap. olim tibi. extrà de ver-
borum ſignificatio. & plenè Iaſon in l. fin. C. ſi contra
ius vel vti. publi. & in l. reſcripta. C de precib. impe.
offer. & l. beneficium pleniſsimè. ff. de conſtitutio.
7 princi † Et facit etiam, quia iuramentum priuati non
arctat ipſam ciuitatem, ſeu vniuerſitatem, & ciues per
doctrinam Baldi in l. non dubium. columna penulti.
decimaſeptima oppoſitione. C. de leg. vbi formaliter
dicit, quòd quando agitur de efficacia iuramenti re-
ſpectu iurantis ſunt vera præmiſſa per ipſum, vbi ſu-
prà ſed quando prohibitio concernit alium quàm iu
rantem, iuramentum vnius alij obeſſe non poteſt, vt
not. in l. ſi. C. de bonis quæ lib. in §. filius autem. & ita
videtur mihi conſulendum de iure.

Thomas Grammaticus.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Aetas plenè probatur per vicinos, & conterraneos.*
2 *Aetas etiam probari poteſt per aſpectum, & ſic oculari inſpectione.*
3 *Minor læſus reſtituitur in integrum, maximè in contrahendo, in quo præſumatur lædi, niſi probetur per creditorem quòd ex tali contractu minor ipſe fuerit effectus locupletior.*
4 *Minor pro alio ſe obligando dicitur circunuentus, & ſic reſtituitur.*
5 *Filiusfamil. in poteſtate conſtitutus, iuuatur ſenatuſconſulto* Macedoniano.
6 *Inſtitor dicitur qui præponitur certæ adminiſtrationi quæſtuariæ & vniuerſali.*
*Procurator autem dicitur qui conſtituitur ad vnum actum & non inſtitor. ibidem.*
7 *Procurator contrahens pro domino, ipſum dominum obligat, & non ſe, niſi expreſsè ſe obligando diceret, obligo me & hæredes meos, ex quo per clauſulam hæredes exceditur à notiſſimis terminis officij.*
*Nuncius dicitur ille qui ad certam perſonam mittitur.*
*Inſtitor alterius promittendo non videtur contrahere animo ſe obligandi.*
8 *Diſpoſitio iuris qualibet generaliter loquens, non extenditur ad minores, & in cauſa pia, & fauorabili.*
9 *Confeſſio creditoris ad liberandum debitorem præiudicat creditori, etiam ſi fieret tertio qui nomine abſentis reciperet talem confeſſionem. num.* 10.
11 *Debitor pro modico debito non poteſt iurari ſuſpectus.*
12 *Confeſſio facta ad liberandum abſente debitore per creditorem, non poteſt reuocari prætextu erroris.*
13 *Debitoris deterioratio per quam inducatur ſuſpicio fugæ, requiritur quòd ſuperuenerit poſt contractum debitum.*
14 *Debitor vt capi poſſit tanquam ſuſpectus, plura requiruntur.*
15 *Suſpicio fugæ, id eſt, cauſa ſuſpicionis, requiritur quòd de nouo ſuperuenerit, nec ſufficit ſi per prius inerat.*

## CONSILIVM XVII.

IN Ieſu Chriſti nomine, Amen. Andræas
de Niſi de Sicignano, diſcipulus in apotheca
magiſtri Thomæ librarij, tranſmiſſus
ad nundinas Lanzani per prædictum
eius magiſtrum, vt ibidem quandam librorum quantitatem
ac ſummam ſeptuaginta ducato. aſcendentem
à magiſtro Franciſco mercatore in creditum caperet
infra ſex menſes ſoluendam; in aſsignatione quorum
librorum voluit prædictus creditor apodiſſam ab eodem
Andræa, vt etiam nomine proprio ſolutionem
prædictam promitteret, & tandem ſubſequuta fuga
prædicti magiſtri Thomæ, fuit Andræas ipſe iuratus
ſuſpectus, & carceribus mancipatus ad inſtantiam
eiuſdem Franciſci creditoris, quod minimè fieri potuit
ex infrà dicendis, imò tanquam indebitè captus,
1 & detentus liberari. † Et in primis liquet ex meritis
proceſſus, ipſum Andræã eſſe minorem xviij. ann.
vt doctum eſt per vicinos, & conterraneos eiuſdem
Andrææ, habentes plenam notitiam de eius ætate,
quibus plenè credendum eſt, vt dicit Bartol. in l. de
ætate. ff. de minoribus. Bald. & Salyc. in l. ſi minorem.
C. de in integrum reſtitutione. Bartol. & Bald. in l. de
tutela. C. eodem titulo. Bal. in l. teſtium. ff. de teſtibus.
concurrente maximè aſpectu Magnificorum Iudicum
ipſius magnæ curiæ Vicariæ, qui eundem Andræam
inſpexerunt, ex qua oculari inſpectione inducitur
alius modus probandi ætatem vt dicit Bartol.
in prædicta l. minor. ff. de minoribus xxv. ann. Bald.
2 in l. deo nobis. C. de epiſcopis & clericis. † Et minori
læſo aduerſus obligationem per ipſum factam, ſuccurrendum
eſt, & in integrum reſtitui debet, vt in l. denique.
§. vnde illud. ff. de minori. & in l. minoribus. ff.
eodem. & in l. acta. §. contra indefenſos. ff. de re iud. &
in l. j. ff. de minoribus. & in l. quod ſi minor. & in l. non
omnia. ff. eodem titulo. & conſtitutio regni, minorum
iura. & alia incipiens, obſcuritatem, maximè
quia minor in contrahendo præſumitur lædi, niſi pro-
3 betur per creditorem, † quòd ex tali contractu minor
ipſe fuerit effectus locupletior. bonus eſt tex. in l. j. C.
ſi aduer. credi. & ibi ſignanter Baldus & doctores, qui
ſubdit, quòd præſumitur minor in contrahendo læſus,
niſi probetur contractum per minorem verſum
in rem minoris: & apparet omnino læſus, quia in hoc
nihil quæſiuit, ſed oneri ſe implicuit, quo caſu non
obligatur, ſed eidem ipſo iure abſque aliqua reſtitutione
ſuccurritur, per textum not. in l. non omnia. ff.
de minoribus. & in l. quòd ſi minor. §. non ſemper. ff.
eod. titu. præſertim dum non modice læſus extitit. ita
pulchrè declarat Andræas de Iſernia in conſtit. incip.
minorum iura. Secundò patet ex veriſimilibus, imò
vrgentibus coniecturis, quòd Andræas ipſe pro ſuo
Magiſtro prædicto contraxit, ſed ſui facilitate ductus
ſcripturam illam confecit, ſe obligando eidem magiſtro
Franciſco, dum nihil haberet, aut poſsideret, vt
plenè demonſtratum extitit. *& mal da, chi non ha: hoc
dicit la campana de ſan Piero*: dicit Barto. in l. vniuerſæ.
C. de legi. bene facit l. traditio. ff. de acquirẽdo rerum
dominio. vnde dicendum eſt quòd prædictus Franciſcus
eidem Andrææ tanquam diſcipulo, ſeu famulo
eiuſdem magiſtri Thomæ, dictos libros conſignauerit,
prout aliàs conſignare conſueuerat & ſi ipſum
obligauerit pro ſuo magiſtro, tanquam obligatio per
4 minorem facta, nulla eſt, † ex quo minor pro alio ſe
obligando dicitur circunuentus. bonus eſt text. in l.
ait prætor. §. non ſolum. iuncta gloſſ. ff. de minoribus.
& in l. ſi Titius & Seia. ff. de fideiuſſoribus. bene facit
text. in l. quoties. iuncta glo. ff. qui ſatiſdare cogantur.
& in l. de die. eod. tit. Et dato abſque veri præiudicio,
quòd minor ipſe pro ſe dictos libros recepiſſet, non
pro eius magiſtro, certè imputandum erit ipſi creditori
committenti tot librorum quantitatem minori,
& quod deterius, filio familias in poteſtate patris con-
5 ſtituto, † qui tutus ſenatuſconſulto Macedoniano eundem
creditorem à poteſtate dicti debiti excludat, vt
dicit glo. in l. penultima. ff. ad ſenatuſconſultum Macedonianum.
pro qua eſt text. in l. iij. in fin. ff. ad Macedonianum.
Nec obſtat ſi diceretur, quòd erat Andræas
ipſe inſtitor eiuſdem magiſtri Thomaſij, cùm
6 id minimè dici poſſet, † cùm inſtitor dicatur ille,
qui præponitur certæ adminiſtrationi quæſtuariæ &
vniuerſali. l. ſi cum villico. ff. de inſtito. & dixit Baldus
in l. mandati. C. mandatoria. Paulus de Caſtro in
l. inſtitor. ff. de inſtitoria, & ibi ſubdit de eo eſſe text.
ſed ſi prædictus Andræas mutaſſet nomen diſcipuli,
ſeu nuncij, poſitus in dicto contractu nuncupandus
eſſet



eſſet procurator, quàm inſtitor, cùm fuerit conſtitutus
ad vnum actum, videlicet, capiendi libros à
prædicto Franciſco: & conſtitutus ad vnum actum
dicitur procurator, & non inſtitor: vt not. per Innoc.
in c. ſi. extrà de fideiuſ. ita dicit Bart. in l. ſi inſtitorem.
ff. ſi cer. pet. & tamen cùm ſit procurator,
& minor, obligat dominũ non autem ſe. l. cum mãdato.
ff. de minor. ita Pau. de Caſt. in l. ſi inſtitor. §.
ſi ab alio. ff. de inſtito. & ſic non poterit Andr. ipſe
dici inſtitor: ex quo ad hoc vt inſtitor dici poſsit,
requiritur quòd fuerit præpoſitus vniuerſali negotiationi:
nam ſi vni tantũ præpoſitus fuit, inſtitor
dici nõ poteſt, vt probatur in l. cuicunque. §. ſi quis
pecuniis. iuncta glo. de inſtito. dicetur ergo procurator,
vt ſuprà. & qui quando contrahit pro domino,
ipſum dominũ obligat, & non ſe, niſi expreſsè
ſe obligando diceret, obligo me, & hæredes meos:
* ex quo per verbum hæredes, exceditur à notiſsi-
7 mis terminis officij: ita not. Bald. in l. ei qui. ij. col.
C. quòd cũ eo. & ſic clarè infertur quòd ſi eſt procurator
nõ obligatur: & minimè ſi eſt nũcius: quia
non videtur ipſe cõtrahere, ſed dominus, vt dicit
gl. not in l. ei qui. C. quòd cum eo. & ibi Bal. in l. licet.
ff. de conſt. pec, & præſertim cũ nuncius ſit ille,
qui ad certã mittitur perſonam: vt in caſu præſenti.
dicit gl. in d. l. ei qui. & ſic tanquam nuncius dominum
obligat, & nõ ſe: vt dicit Bal. in l. ſi pupilli.
§. ſi procurator. ff. de neg. ge. & maximè qua dato
ꝙ Andræas ipſe potuiſſet dici inſtitor, nequaquam
obligatus eſſet: ex quo inſtitor promittendo nõ videtur
cõtrahere animo ſe obligandi: vt dicit in terminis
Paul. de Caſt, in l. fi. de inſtit. vbi dicit de hoc
eſſe ibi text. valde notab. Nunc autem dato abſq;
veri præiudicio, quòd omnino præfatus Andræas
potuiſſet dici inſtitor, dico quòd negari nõ poteſt
quin ſit minor; & quando aliquo caſu inſtitor teneretur
pro domino, non habebit locum in minore,
ex quo magis ætatis, quàm edicti, & ſic iuris diſpoſitionis
ratio habenda eſt. ſicut in ſimili dicimus
quòd magis ætatis, quàm ſenatuſconſulti ratio habetur.
l. verum. §. fin. ff. de minor. glo. iuncto text. in
in l. iij. ff. ad ſenatuſconſul. Macedon. glo. in l. pen.
iuncto tex. ff. eod. tit. & ideo lex ætati minori deferens,
quamplura in minorum fauorẽ induxiſſe vo-
8 luit. * Et ideo qualibet iuris diſpoſitio in aliquo
caſu etiam generali diſponens, non extenditur ad
minores, etiam ſi loqueretur per dictionem quibuſcunque,
quæ alterat naturam actus, ita inquit gl. ſingul.
in l. promittendo. ff. de iure dotium, quam glo.
pro peregrina & ſingul. exclamat Iaſ. in l. ſi fideiuſſor.
§. prætor ait. ff. qui ſatiſda. cog. & tamen ibi loquitur
in cauſa dotis, quæ pia eſt, & fauorabilis, vt
in l. cum his. §. mulier. ff. de conditione indebit. &
not. Bart. in l. ſi conſtante. nona quæſtione. ff. ſolu.
matrimo. Et pro complemento materiæ, vt nihil
deficiat, probatũ apertiſsimè cõperio, quòd dum
ſtaret Andræas ipſe carceratus, & alloqueretur adinuicem
cum præfato Franciſco creditore, creditor
ipſe de plano confeſſus eſt ſibi fuiſſe ſatisfactum
de dicta ſcriptura ab eodem magiſtro Thomæ
eius principali, ſed quòd ipſo Andræa intendebat
ſolùm recuperare tarren. ſex in vna manu,
& alios quatuor tarren. in alia manu; quæ confeſſio
ſatis adparet præiudicaſſe eidẽ Franciſco in debito
per eundem à prædicto Andræa petito, per gl.
in l. non ſolùm. §. ſi liberationis verba. ff. de liber.
9 lega. & textus in l. publia. ff. depoſi. * Et in tantum
præiudicat dicta confeſsio ad liberandum, quod
dicit Bart. in dicto §. ſi ſi liberationis, quòd nedum
ſi debitor in fauorem cuius facta eſt cõfeſsio prædicta,
verùm etiam ſi alius tertius eandem recipe-
10 ret nomine abſentis, obeſſet confitenti. * & idem
tenent Canoni. in c. ſi cautio. de fide inſtrumentorum.
maximè dum facta fuerit ipſa parte præſente,
11 & acceptante, * quo caſu etiam prætextu erroris
reuocari non poſſet per ipſum confitentem. vt dicit
Bald. in l. gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & poſth.
Ludo. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verborũ obligatio.
Alexander in conſilio xc. incipiente, omnis
12 ferè vis. lib. j. * vnde ſuccedit quòd pro tam minimo
debito non poterat Andræas ipſe iurari ſuſpectus,
aut carcerari, vt dixit Cyn. & Bald. in authen.
ſed iam neceſſe. per gloſſam ibi. C. de donatio. ante
nupt. quos refert & ſequitur Ludo. Roma. in conſilio
cccxx. incipiente, hæc iſtorum quinq; captura,
& in l. j. ff. ſi certum petatur. Item nec ex alio poterat
iurari ſuſpectus, aut carcerari, quia non conſtitit
ipſum deterioraſſe conditionem ſuam, cùm
in eodem ſtatu in præſentiarum permaneat, prout
13 inerat tempore dicti contractus. * Et deterrioratio
in debitore per quam inducatur ſuſpitio fugæ, requiritur
quod ſuperuenerit poſt contractum debitũ,
vt dicit Angel. in l. ſi ab arbitro. ff. qui ſatiſd.
cogan. & ſubdit ibid. Ludo. quòd debet eſſe magna
calamitas quæ ſuperuenerit, vt poſsit debitor ſuſpectus
iurari, vt in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſda.
cogan. & in glo. quæ dicit de magna egeſtate, &
ſubdit Angel. in dicta l. ſi ab arbitro. quod requiritur
vt poſt contractum ſuperuenerit deterioratio,
ſeu calamitas magna, & non parua, & quòd nõ diu
creditor tacuerit paupertatem quæ ſuperuenit, ſecundum
Bart. in l. ſi is à quo. §. fin. ff. vt in poſſe. legato.
Angel. in l. nemo carcerem. C. de exactor. tributo.
libr. x. & ideo iudex non debet de facili procedere
ad capturam perſonæ, niſi creditor probet,
quòd ſuſpicio fugæ emerſerit poſt debitũ contractum,
vt voluit Angelus in l. damni. §. de illo. ff. de
14 damno infecto. * Cùm imò & plura alia requiruntur
ad hoc, vt debitor ſit ſuſpectus, vt capi poſsit.
Et in primis requiritur, quòd tempore quo debitum
fuit contractum, debitor, ipſe erat idoneus,
& ſoluendo, aliàs imputandum erit creditori, qui
cum minus idoneo contraxerit. l. cum mandato. in
princip. ff. de mino. quòd non fuit in caſu noſtro,
quia à principio fuit, prout eſt, filius fam. minor, &
nihil poſsidens, Secundò requiritur, quòd debitor
ipſe poſt contractum debitum mutauerit conditionem
ſuam, quòd hîc non probatur. Tertiò
quòd ipſi debitori ſuperuenerit deterioratio conditionis,
& ſic calamitas & magna. Quartò, quòd
creditor de prædictis faciat apparere per ſummariam
informationẽ. Quintò & vltimò, quòd præmiſsis
prædictis iuret debitorem ſuſpectum, & niſi
omnia præmiſſa copulatiuè interueniant, captura
debitoris non tenet, & debet carceratus talis relaxari.
Ita de præmiſsis omnibus requiſitis decidit
Angel. in dicta l. nemo carcerem. C. de exact. tribu.
lib. x. Imol. in l. ij. in principio, in vltima colum. ff.

15 ſoluto matrimoni.* & quòd requiratur cauſam ſu
ſpicionis de nouo ſuperueniſſe, eſt tex. in l. qui bo-
na.& ibi Bart.ff.de dam.infect.in §.de illo. Bart. in
l.ait prætor.§.ſi debitoré.ff.quæ in frau. cred. & in
l.quæſitum.ff.de pignorib.Bald. & Paul.de Caſt. in
l.apertiſsimi.C.de iudi.Abb.in c. quemadmodum.
extrà de iureiur.& in c.ij. extrà de ſequeſtr. poſſeſ.
& fru. vnde cùm defecerit creditor ipſe in ſalutari
ſuo, debet Andræas ipſe liberari, & abſolui:& cre-
ditor ipſe in expenſ.damnis, & intereſſe proculdu-
bio condemnari. Et ita de iure conſulendum arbi-
tror ego Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Accuſatores naturæ ſeu eorum quæ à natura proue-
niunt, eſſe non debemus.*

2 *Vitium paternum non nocebit filio, ſi filius virtuoſus
fuerit.*

3 *Baſtardum quem eſſe non eſt vitium naturæ.*

4 *Baſtardum quem eſſe ſi alicui dicatur, tu es baſtar
dus, eſt infamia, & iniuria.*

5 *Baſtardus eſt infamis infamia facti.*

6 *Hæreditas quòd non deueniat ad infamatam pro-
lem cuiuſcunque intereſt, vt dignitas, & fama con-
ſeruetur illæſa.*

7 *Et ſi non proſunt ſingula, multa iuuant.*

8 *Iuramentum ſuppletorium defertur etiam concur-
rentibus pluribus coniecturis.*

9 *Aequitas & non rigor eſt ſeruandus in negotiis mer-
cantilibus.*

## CONILIVM XVIII.

IN Chriſti nomine Amen. Vertente
lite inter honorabilem Hironymum
de Fulgore, de ciuitate Auerſæ ex
vna, & honeſtam mulierem Hippo-
lytam relictam quondam Bernardi-
ni Sfroſati ex altera, in curia Regij Capitanei eiuſ-
dem ciuitatis ſuper debito ducat. quadraginta per
prædictum Hieronymum petito: ad quod proban-
dum vltra nonnullas probationes produxerat vnũ
teſtem, nomine Ioannem de valla, qui in rei veri-
tate erat, prout eſt, baſtardus: & in eius defectum
petebatur per prædictum Hieronymum ſibi defer-
ri iuramẽtum ſuppletorium: econtra reſpondeba-
tur non poſſe deferri: cùm ex iuris diſpoſitione ad
hoc vt in defectum ſemiplenæ probationis deferri
poſsit iuramẽtum ſuppletorium, requiratur quòd
de illa ſemiplena probatione appareat per teſtem
omni exceptione maiorẽ, & ille dicitur omni exce
ptione maior, cui nulla exceptio obiici poſsit, per
gl. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu.
cum vulga. ſicque re in dubium deducta requiſitus
à Magnifico Capitaneo ciuitatis Auerſæ, vt ſibi re-
ſcriberẽ quid in præſenti caſu de iuris cenſura ſen-
tirem, ex infraſcriptis apparebit. Et prima facie vi-
detur de iure dicendum huiuſmodi maculam te-
ſti prædicto, & ſucceſsiuè prædicto Hieronymo
1 actori non officere,* ex quo quem eſſe baſtardum,
licet videatur eſſe vitium naturæ, tamen nos non
debemus eſſe accuſatores naturæ, ſeu eorum quæ
à natura proueniunt. tex. eſt in l. maximum vitium.
C.de libe.præte. ibi, qui enim tales differentias in-
ducunt. Alibi text. in l. fluminum. §. quamquam. ff.
de dam. infect. dicit parcendum eſſe vitio naturali,
& ideo Cyn. Alber. & Angel. in d. l. maximum vi-
tium. ſuprà allegata, dicunt, quòd in his quæ bene-
ficio naturæ obueniunt, neminem laudari, aut vi-
2 tuperari decet * præſertim cùm vitium patris, ſi
filius virtuoſus fuerit, non nocebit in aliquo ipſi
filio, cùm multi pontifices, & viri clariſsimi fue-
rint ſpurij & baſtardi. c. & ſuis. & c. vndecunque.
& c. nunquam. lvj. diſtin. vbi dicitur, quòd vnde-
cùnque filius naſcatur, non obeſt ſi vitium patris
3 non ſequitur.* Sed præmiſsis non obſtantibus di-
co principaliter, quòd quem eſſe baſtardum, ſeu
ſpurium, non videtur eſſe vitium naturæ, nec eſt
defectus naturæ: vt dicit Andr. de Iſern. in c. j. §. in-
iuria. ij. col. in addit. de pa. iura. firman. verum di-
4 xit Bart. in l. turpia. ff. de leg. j. in fi. * quòd videtur
infamia & iniuria ſi alicui dicatur, tu es baſtardus.
ſeu ſpurius. Quia quanto magis hoc erit, ſi cum ve-
5 ritate dicitur: attamen * quòd baſtardus ſit infamis
infamia facti, tenet Azo in ſumma. ff. ex quib. cauſ.
infami. irroga. in prin. & facit l. fratris. C. de inoffi.
teſta. Adde quòd per depoſitionem vnius teſtis ſpu
rij non poteſt deferri iuramentum ſuppletorium
producenti in defectum ſemiplenæ probationis.
ita voluerunt Rom. & poſt ipſum Ioan. baptiſta de
ſancto Seuer. in repe. l. admonendi. col. 60. ff. de iu-
reiur. & hoc cùm ſpurius ſit infamis, & vilis. & idẽ
tenet Fran. Curt. ſenior in ſua repetitione eiuſdem
l. admonendi. in ij. col. & ſequitur Marſil. in ſuo ſin
gul. cclxxiij. notiſsimum eſt in iure. poſt princip.
plus ſubdunt prædicti Ioan. bapt. & Curt ſenior. in
dicta l. admonendi. quòd eadem ratione non defer
retur tale iuramentum ſpurio principali in defe-
ctum ſemiplenæ probationis factæ per alium te-
ſtem. quod not. & tenet Alex. in conſil. lx. & lxxx.
& c. iiij. in iij. vol. idem conſuluit Bal. in conſ. cxl. ij.
vol. & in l. j. C. de iure aureo. annulo. & in l. genera-
liter. §. cùm autem. C. de inſtitu. & ſubſtit. & cuiuſ-
cunq; intereſt hæreditatem ſuam non deuenire ad
6 infamatam prolem, * vt dignitas & fama eius con
ſeruetur illæſa, vt plenè proſequitur Angel. in ſua
diſputatione incipiẽ. nobilis quidam genere. idem
ſequitur Barba. in rubrica, extrà de fide inſtru. col.
lvj. & Bal. in conſil. cxl. in ij. volu. Martin. de laude,
in tract. ſuo legitimatio. ij. col. Alex. in conſil. ij. vi-
ſis codicilis. nu. 5. conſil. xxv. circa primum. nu. 4.
& conſil. lxvij. conſideratis his quæ in primo the-
mate. nu. 5. in j. vol. & in cõſ. clxxij. in vij. vol. & ibi
dicit, quòd ita not. Azo. in ſumma. C. ex quib. cauſ.
infami. irro. circa princi. & ſequitur tandem Iaſ. de
may. in l. fratres. vlt. colum. C. de inofficio. teſtam.
Verùm quia vltra depoſitionem prædicti teſtis ba-
ſtardi, concurrunt multæ aliæ coniecturæ & indi-
cia pro ipſo Hieronymo actore, prout eſt, quia
mercator, & bonæ famæ, item concurrit partita
prædicta ſcripta in eius libro ſunt iam duo anni e-
lapſi, & in medio multarum partitarum, & ſic non
in loco ſuſpecto, & ante ipſam & poſt ipſam ſunt
infinitæ partitæ deſcriptæ. Item accedit confeſsio
ipſius Hippolitæ, licet abſente Hieronymo ipſo
de debito prædicto, ex quibus omnibus ſimul iun-
7 ctis ſuccedit regula, * &, ſi non proſunt ſingula,
multa



multa iuuant. l. ſpadonem. §. qui. iura. ff. de excuſat.
tut. l. ſancimus. in fin. C. de teſtamen. & in c. primo.
8 de teſtib. * vnde concurrentibus coniecturis præ-
dictis & indiciis ſum voti deferendum eſſe iura-
mentum ſuppletorium prædicto Hieronymo. cùm
ita concludat Bald. in l. j. C. de ſumm. trinit. & fide
cathol. glo. in c. literis. de teſtib. gloſſ. in l. iij. §. j. de
mino. & in l. non veriſimile. ff. quod met. cauſ. quas
ad hoc allegat Ludo. Roma. in l. admonendi. ff. de
iureiur. & ibi dicit, quòd licet in cauſa criminali
hoc locum non habeat, tamen in ciuili poteſt dari
iuramentum ſuppletorium concurrentibus pluri-
bus indiciis: Nec omitto quod dixit Bart. in l. ſi fi-
deiuſſor. ff. manda. quem ſequitur Bertha. in reper.
ſuo in verbo, mercatores. * qui dixit, quòd in ne-
9 gotiis mercantilibus non eſt ſeruandus rigor, ſed
æquitas. Et quòd ex pluribus coniecturis aut indi-
ciis poſsit deferri iuramentum ſuppletorium, con-
ſuluit Alex. de Imo. in ſuo conſil. liij. incip. in cau-
ſa vertente. iiij. col. in j. vol. Thomas Grammat.

### SVMMARIVM.

1 *Vendere ſi quis promiſerit alicui rem, ſi eundem re-
quirat, vt emat, ſequuta negligentia & mora poſt
dictam interpellationem per duos menſes libera-
tur à promiſſione vendendi, & poteſt vendere cui-
cunque voluerit.*

2 *Mora vbi purgari poteſt, intelligitur, ſi fiat infra mo-
dicum tempus: quia poſt longum interuallum mora
purgari non poteſt, ibidem.*

3 *Dies vbi eſt expreſſa in obligatione, etiam ſi tacitè in
ſit ex diſpoſitione legali, tunc non poteſt purgari
mora, niſi infra modicum tempus.*

4 *Emptor ſi fuit in mora in implendo ex parte ſua
contractum, poteſt moram purgare infra modi-
cum tempus.*

5 *Vendere ſi quis tenebatur ad tempus, ſi elapſo termi-
no requirit eum qui debebat emere, quòd ſoluat
precium, ex quo paratus eſt vendere, non adiecto
aliquo termino infra quem ſoluere debeat, intelligi-
tur, dum tamen infra modicum tempus moram
purgando ſoluerit.*

6 *Moræ purgatio non admittitur, ſi in præmiſſo caſu
fieret proteſtatio cum comminatione, quòd de cæte
ro eſſet in facultate ipſius proteſtantis ſi volebat
vendere, ita vel ne.*

7 *Moræ purgatio fundatur ſuper æquitate.*

8 *Mora purgari non poteſt, vbi ita conuentum eſt inter
partes.*

9 *Moræ purgatio non admittitur poſt litis conteſta-
tionem.*

10 *Mora purgari non poteſt re non exiſtente in-
tegra.*

11 *Moræ purgatio non admittitur in præiudicium tertij,
& ſic vbi agitur de præiudicio tertij.*

## CONSILIVM XIX.

IEſu Chriſti ſaluatoris ſuffragio itera-
to. Amen. In cauſa Ioannis Frãciſci, &
Vincentij victicani ſuper diuiſione do-
mus paternæ, quam pro cõmuni, & in-
diuiſo poſsident cum eorum fratribus conuentis
in hoc iudicio diuiſorio: quia clarum eſt dictã præ-
tenſam conuentionem per quam aſſeritur dictos
actores promiſiſſe ratam eis tangẽtem in dicta do-
mo dictis eorum fratribus vendere, præſuppoſito
quòd hoc ſit probatum, prout in veritate non eſt,
ſublatũ eſſe per proteſtationẽ factam à dictis acto-
ribus, per quam requiſiuerunt dictos eorũ fratres
quòd prædictam domum, ſeu eorum partem eme-
re debuiſſent, quia ipſi parati erant vendere iuxta
conuentionem initam, ex quo facta proteſtatione
prædicta dicti fratres fuerũt negligentes in emen-
do, & ſoluendo pretiũ debitum ex cauſa prædicta
1 per plures annos. * Et ſic ſuccedit, quòd ſi obliga-
tus vẽdere alicui, ſi ipſum requirat vt emat, ſequu-
ta neglígẽtia, & mora poſt dictã interpellationem
per duos menſes, liberatur à prędicta promiſsione:
& impunè vendere poteſt cuicunque voluerit. ca-
ſus in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de ver. oblig. vbi
hoc not. cõmuniter doc. Ang. & Saly. in fi. C. de iu.
emphyt. vbi ſubdit Angel. hoc eſſe vtile pro eo qui
promiſit non vendere niſi tali, nam ſecundum eum,
ſi ille non vult emere, conſiliũ eſt quòd ſibi fiat de-
nunciatio, ſeu proteſtatio: & expectetur proteſta-
tus per duos menſes: quibus elapſis poterit ſecurè
promittere nõ obſtante promiſsione, & vendere
cuicunq; voluerit: & dicit ꝙ ita ſemel fecit practi-
cari: ſequitur Lud. in ſuis ſing. in ſing. dcclxv. inci-
piente, facio tibi pactũ ꝙ ſi voluero vendere &c. in
ſuo cõſ. xxvij. viſo themate. col. ij. & in cõſ. clxxxij.
in caſu propoſito. in fi. ſed quia poſſet dubitari, an
in caſu præmiſſo mora poſsit purgari offerẽdo pre-
tium, & offerendo velle emere: prout in terminis
voluit Paul. de Caſt. in d. §. cohæredes. in fi. ver. quẽ
refert & ſequitur Alex. ibi, & voluit Io. And. in ad-
dit. Spec. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua. verſi. cen-
teſimoquinquageſimoprimo. Iaſ. de may. in l. fi. C.
de iu. emphy. col. clxxix. ideo diſcutiendũ eſt an in
terminis noſtris dicti fratres poſsint dictã eorum
morã purgare? & breuiter dicendũ eſt ꝙ non, infra
2 ſcriptis rationibus, & * primò, vbicunq; mora pur-
gari poteſt id intelligitur, ſi fiat infra modicũ tem-
pus, quia poſt longũ temporis interuallũ mora pur
gari nõ poteſt, vt voluit Bal. in l. & ſi poſt tres. in re-
pet. col. viij. ff. ſi quis cautio. & ibi etiam Iac. But. &
Ang. in vlt. col. Bar. in l. ſi inſulam. ff. de verb. obli.
Pet. & Cyn. in l. ſi maior annis. C. de tranſa. & in l. ſi
pacto quo pœnã. C. de pac. facit tex. in d. l. & ſi poſt
tres. ff. ſi quis cautio. & regula quæ vult, quòd paria
ſunt aliquid fieri in termino, vel incontinenti poſt.
gl. eſt no. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procu. quam
reputat ſing. Imo. in l. ex conſenſu. §. eũ qui. vj. col.
ff. de appel. & eſt ſimilis in l. ij. in prin. in ver. narra-
tionem. C. de iur. calumn. & prædicta opi. ſine du-
bio procedit in actore, licet in reo videantur eſſe
opiniones, vt voluit Guil. de Cu. in dicta l. & ſi poſt
tres. Saly. in d. l. ſi pacto. Ang. Imol. Roma. & Alex.
in d. l. ſi inſulam. Bart. Rapha. in l. ita ſi quis. §. Seia.
de verb. oblig. quod maximè procedit, vbi dies eſt
expreſſa in obligatione, etiam ſi tacitè inſit ex diſ-
3 poſitione legali, * quia tunc indubitanter non po-
teſt purgari, niſi infra modicum tempus, per text.
in l. ſi in lege. §. colonus. ff. loca. & in c. propter ſte-
rilitatem. in fin. & in capit. potuit. de loca. voluit
Bal. & Angel. Rapha. & Paul. de Caſt. in d. l. ſi inſu-
lam. vbi etiam Alex. in iiij. column. qui dicit, quòd

iſta opinio ſeruaretur in practica propter auctori-
tatem prædictorum doctorum, & plus ſubdit in
pen. colum quòd iſtud procedit, maximè in acto-
re, qui habet aliquid offerre, quia debet moram
purgare infra modicum tempus, per textum in di-
cto §. Seia. vbi videtur eſſe caſus quæſtionis noſtræ
ſed in propoſito ſumus in actore habēte offerre ex
parte ſua pretiū pro dicta emptione facienda, iux-
ta textum in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt.
Item ſumus in obligatione, in qua ineſt dies, quia
facta dicta proteſtatione ex iuris diſpoſitione in-
eſt tempus duorum menſium, per quos debet expe
ctari is cui facta fuit proteſtatio, iuxta textum in
dicta l. fina. C. de iure emphyt. per quem ita dicunt
doctores in dicto §. cohæredes. & alij præallegati.
item non ſumus infra modicum tempus, quia iam
elapſi ſunt quinque anni, vt ex calendario prote-
ſtationis apparet, prout arbitrio iudicare deben-
tis diſcerni poteſt, ad quem ſpectat interpretari
quid dicatur longum, & breue tempus. l. j. in princ.
de verborum. obligationi. l. iij. §. eum igitur. de vi
& vi arma. per quæ iura ita in terminis voluit Frāc.
de Are. in dicto §. Seia. in princ. ergo non eſt locus
purgationi moræ, ad quod accedat quod voluit
Baldus in l. ij. in vij. quæſtione. C. quando licet ab
4 empt. diſce. qui dicit, * quòd ſi emptor fuit in mo-
ra in implendo contractū ex parte ſua, poteſt mo-
ram purgare infra modicum tempus, & ſic nō poſt
longum tempus, facit etiam quod voluit Ludo. in
conſil. xxvij. qui dixit, quòd ſi is qui tenebatur ven-
dere ad tempus, elapſo termino requirat eum qui
debebat emere, quòd ſoluat pretium, quia pactus
eſt vendere nō adiecto aliquo termino infra quem
5 ſoluere debeat, intelligitur, * dum tamen infra mo-
dicum tempus mora purgando ſoluerit. allegat glo.
quam ad hoc ponderat ibi Bart. in l. Aemylius Lar
gianus. ff. de mino. Et hoc maximè procedit in caſu
propoſito, ex quo in dicta proteſtatione fuit ex-
preſsè appoſita dies, infra quam debuiſſent dicti
fratres ſoluere pretium, & emere ſi voluiſſent, & ſic
in iſta obligatione inerat dies tacita ex diſpoſitio-
ne legali, & etiam dies expreſſa in dicta proteſta-
tione, & per conſequens tantò difficilius mora pur
gari poteſt, per id quod voluit Bar. in d. l. Aemylius
Largianus. vbi dicit cautius eſſe, quòd in proteſta-
tione tempus apponatur, maximè quia terminus
appoſitus in huiuſmodi requiſitionibus, & actibus
extraiudicialibus in dubio iudicatur perempto-
rius. voluit Angel. in l. ſi tempora. C. de fide inſtru.
& iure haſtæ fiſca. libro x. præcipuè quia terminus
prædictus præfixus in dicta proteſtatione, cum
comminatione quòd de cætero eſſet in facultate
ipſorum fratrum proteſtantium ſi volebant ven-
6 dere ita vel ne, * quo caſu non admittitur moræ
purgatio, vt ſingulariter voluit Paul. de Caſt. & cla-
rius Franc. de Aret. in d. §. Seia. licet ſecus ſit in ter-
mino ſtatuto à iudice, quia etiam ſi ſtatuatur cum
dicta comminatione, tamen admittitur moræ pur-
gatio, vt voluit Bald. in l. ſi quis hæres inſtituatur.
§. j. ff. de hęred. inſtituen. alleg. Innocen. in c. cùm in
tua. extrà qui matri. accuſa. poſſ. quia cùm præce-
ptum iudicis debeat magis fundari ſuper æquitate.
l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco, magis de
7 facili debet admitti moræ purgatio, * cùm purga-
tio moræ ſit fundata ſuper æquitate. l. ſi ſeruum. §.
ſequitur. de verborum obligatio. ad quod not. per
Bart. in l. mancipiorum. ff. de optio. legat. per Bald.
in l. diffamari. C. de ingen. manu. in l. ſi ea. C. qui ac-
cuſar. non poſſ. in authent. ad hæc. C. de vſuris. per
Modern. in l. finali. cum concord. ff. de fer. Accedit
etiam ad prædicta quod voluit Angelus in conſi-
lio cxcix. incipiente, Titius rem quam emit &c.
qui dixit, quòd ſi promitto tali reuendere rem in-
fra certum tempus, elapſo termino non teneor
amplius vendere, ſi non fuit oblatum pretium tem-
pore congruo, allegat textum in l. ſecunda. C. de
pactis inter emptorem & venditorem, ad quod
etiam facit quod voluit Baldus in repetitione di-
ctæ l. Aemylius Largianus. in viij. colum. qui dixit,
quòd emptor non poteſt purgare moram, vbi in
contractu emptionis & venditionis eſt appoſitum
pactum legis commiſſoriæ, ex quo lapſus termini
8 contractum abſorbuit, * Item mora purgari non
poteſt, vbi ita conuentum eſt inter partes, vt vo-
luit Baldus per illum textum in l. ſancimus. C. de
fideiuſſoribus. ſed in dicta proteſtatione fuit com-
minatio quòd poſt lapſum termini in ea præfixi nō
potuiſſet mora purgari, vt ex verbis ſuis rectè in-
telligenti colligitur, cùm proteſtationi videntur
dicti fratres tacitè conſenſiſſe ei non reſponden-
do, per id quod volunt Angelus & Paulus de Ca-
ſtro in l. ſi fideiuſſor. in principio. ff. qui ſatiſdare
cogantur. Bartolus in l. non ſolùm. §. morte. ſexta
colum. ff. de noui operis nunciatione. & in l. finali.
§. finali. ff. nautæ, caupones, ſtabularij. Canon. in c.
cùm M. ferrarienſis. extrà de conſtitutionibus. &
9 præcipuè Imola. ibi. * Confirmatur prædicta opi-
nio, nam vbicunque poteſt mora purgari, pro-
cedit, ſi lis non eſt conteſtata, quia poſt litis con-
teſtationem non admittitur purgatio moræ, vt eſt
textus in dicta l. ſi inſulam. vbi hoc ibi firmant om-
nes doctores. & in dicto §. Seia. ſed in propoſito
dicti conuenti paſsi fuerunt nedum litem conte-
ſtari, ſed etiam fabricari totum proceſſum, ergo
ſerò veniunt ad dictam moræ purgationem, & ideò
10 repelli debent. * Inſuper & tertiò re non exiſten-
te integra non poteſt mora purgari, vt in terminis
quæſtionis noſtræ voluit Paulus de Caſtro, & Ale-
xander in dicto §. cohæredes. & alij doctores præ-
allegati, ſed in propoſito res non eſt integra, pro
eo quia poſt dictam proteſtationem, & moram
commiſſam fuit deuentum ad nouam conuentio-
nem, per quam promiſerunt dicti fratres alter al-
teri partem quam habent in dicta domo non ven-
dere abſque alterius conſenſu, prout conſtat pu-
blico documento in cauta & ſolenni forma, er-
11 go &c. * Vltimò non omitto quòd vbi agitur de
præiudicio tertij, nunquam admittitur purgatio
moræ in præiudicium tertij, vt voluit Abbas in
conſilio cccxxx. incipiente, in cauſa in quam ver-
titur &c. in ſecundo volumine, colum. ſecunda: al-
legat notab. in capitulo quamuis. ſed hîc agitur de
præiudicio tertij ratione dictæ obligationis initæ
ex poſt facto, vt ſuprà dictum eſt, ergo &c. Et ſic
ex his clariſsimè apparet prædictos conuentos ad-
mitti non poſſe ad dictæ moræ purgationem, quo
ſubſiſtente remanet ſublata dicta prætenſa conuen-
tio per iura ſuperius allegata: & per conſequens
deuen



deueniendum eſt ad dictam diuiſionem iudicio ex-
pertorum. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem à tranſeunte nomine veri domini non amittit pretium, ſi reperitur ſubtracta, & quando hoc, & quomodo locum habeat, & quomodo intelligitur. nu. 2.*

3 *Emens rem à tranſeunte, ſeu incognito tunc demum recuperat pretium à vero domino, ſi emit rem nomine veri domini, & minus quàm res ipſa valebat: aliàs non competit ſibi vtilis actio negotiorum geſtorum ad repetendum pretium. & idem firmat Anton. de Alexand. in l. ſi pretium. C. de procuratoribus.*

## CONSILIVM XX.

IN Chriſti nomine. Amen. Dum Do-
minicus de vito ponte latrone emiſ-
ſet quoddam iumentum à tranſeun-
te ducatis ſex, nomine veri domini,
quod iumentum non maioris pretij,
aut valoris erat: reperitur iumentum fuiſſe, & eſſe
honorabilis Angeli de lo burdo de ciuitate Auer-
ſæ: & eidē furto ſubtractū fuiſſe, moto iudicio per
prædictum Angel. in curia regij Capitanei ciuita-
tis Auerſæ aduerſus prædictum Dominic. Requiſi-
tus à prædicto Magnifico Capitaneo in defectū ſui
aſſeſſoris, vt ſibi conſulerē quid faciendū ſuper the
mate propoſito debuiſſet, reſpōdi quòd de hoc eſt
cautela Barthol. Cepo. nu. x. incip. ſi quis emit rem.
in qua tenuit quòd emēs nomine veri domini, pre
1 tium non amittat. * Ego tamen dixi hoc non eſſe
ita indiſtinctè verū, ſed ita demū ſi iumentum ipſum
fuiſſet emptum per ipſum Dominicum minori pre-
tio quàm valuiſſet, ex quo eo caſu ſibi competeret
vtilis actio negotiorū geſtorū ad repetendum pre-
2 tium prædictū, * cùm vtiliter geſſerit negotiū præ
dicti Ang. emēdo à trāſeunte, & minori pretio veri
valoris, per text. in l. ij. in fi. cum concord. ff. de neg.
geſt. & facit tex. in l. neſennius. eo. tit. & in l. pro ſo-
cio arbiter. ff. pro ſocio. ita in propriis terminis, &
in particulari decidit Pet. de Anch. in regula, non
remittitur peccatū. de reg. iu. in vj. licet ante ipſum
non ita particulariter & diſtinctè tenuerit in ſpe-
cie Hoſtien. in tit. de pœnit. & remiſ. §. fi. Et ſucceſ-
ſiuè Maſtrutia in verbo reſtitutio, & ita quotidie
practicatur, præſertim in magna curia vicariæ, &
rectè intuenti eſt tex. ad literam in l. ſi pretium. C.
de procur. & ibi pulchrè excellens doctor do. An-
3 tonius de Alexā. vbi formaliter dicit, * & ſic not.
quòd licet emptor rei furtiuæ teneatur illam reſti-
tuere domino nō recuperato pretio, vt in l. inciui-
lem. C. de fur. illud verū, niſi pretium fuerit conuer
ſum in domini vtilitatē, ꝙ perpetuo no: vnde cùm
empto iumēto prędicto quāti valebat, & nō mino-
ri pretio ſui valoris, nō fuerit actū vtiliter negotiū
ipſius Ang. domini iumēti prædicti nō poteſt cōpe
tere eidē Dominico vtilis actio negotiorum geſto-
rum, ideóq; conſulo partes Magnifici regij Capita
nei Auerſani eſſe in condemnando prædictū Domi
nicum, ad tradendum prædictum iumentum eidem
Angelo pretio aliter ſibi non reſtituto, & huius vo-
ti ac conſilij ſum ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Conſummatio copulæ cum puella non viri potenti non tranſit in matrimonium tanquam immaturum.*

*Donatio facta per virū uxori minoris ætatis duodecim annorum, tenet & valet.*

2 *Maritus cognoſcens carnaliter uxorem minorem duodecim annorum, tenetur de ſtupro de iure ciuili: quod ſecus eſt de iure canonico.*

3 *Mulier minor xij. annis tanquam non viripotens non habet velle, nec nolle. nu. 4.*

5 *Matrimonium plenè cognoſci poteſt in x. anno: quia tunc dicitur matrimonium valere, cùm mulier ſit viripotens, id eſt, cùm pati poteſt ſe à viro cognoſci.*

6 *Pupilla deſponſata & tradita ſponſo debet educari apud ſponſum, nec ab eo amoueri, niſi eſſet minor ſeptennio, maximè vbi eſſet nupta æquali ſuæ conditionis & cum interuentu legitimæ perſonæ pro ea. nu. 7.*

8 *Pupilla nuptui tradita ſi reperitur alibi quàm penes virum, poſſet per virum vendicari, & donec de aptitudine diſcuteretur, eſſet viro reſtituenda.*

9 *Sponſalia præſumuntur ratificata per pupillam per eius acceſſum ad habitādum cū viro ad eius domū.*

11 *Præſentia conſanguineorum puellæ facit ceſſare præſumptionem deceptionis & læſionis.*

12 *Pupilla ſi virtute ſtatuti non poteſt ſine auctoritate tutoris ſui contrahere, & tamen matrimonium contraxerit, tutor eius non poteſt illud dirimere, etiam ſi ſtatutum diceret, quòd nullum contractum facere poſſit pupilla abſque conſenſu tutoris.*

## CONSILIVM XXI.

COnditoris machiæ Mundialis auxilio re
petito. In facti cōtingentia proponitur
ꝙ honeſta virgo Franciſca Capoceſaro
pupilla decē annorum reperitur nuptui
tradita honorabili Ioāni Frāciſco follerio de Nea-
po. cū interuentu Vincētij Capoceſari eius patrui,
ac proximioris in agnatione, necnon & aliorum cō
ſanguineorum, & affinium puellæ prædictæ. Pen-
dente iudicio tutelæ inter auiam maternam ipſius
pupillæ & ipſum Vincentium eius patruum, quis
ipſorum præferri debeat in tutela prædicta, Et tan-
dem infra paucos dies per prædictum eius virum
ad eius domū cohabitandū traducta extitit, ex qui-
bus præmiſsis plura inſurgere videntur dubia. Et
primò an matrimoniū prædictum, ſeu ſponſalia te-
nuerint, præſuppoſito defectu cōſenſus propter pu
pillarem ætatem, cùm ſit ætatis x. ann. vt prætendi-
tur per ipſam auiā, & ſic habens ampliſsimū patri-
monium tanquā læſa & decepta ad huiuſmodi ma-
trimonium ſit inducta. Secundò ſtante dubietate
eius conſenſus in matrimonio prædicto, vt de eius
libera intentione liqueat, an debeat prædicta eius
auia audiri in eo quòd petiit pupillam eſſe in ali-
quo monaſterio, ſeu penes tertiū deponendā. Ter-
tiò, an poſsit matrimoniū prædictum retractari per
prædictam auiam, vt tutricem, ſeu ad quam fortè
tutela deferenda venit. Et circa primū inquantum

prætẽdatur Franciſcam ipſam non excedere ætatẽ
annorum decem, & ſic de defectu eius conſenſus
dubitari contingat:& ſic reſpectu ætatis dici poſſet
1 dictum matrimonium immaturum * & per con-
ſequens conſummatio copulæ ſubſequuta, ex quo
matrimoniũ immaturum non dicitur, nec dici po-
teſt matrimonium.l.cùm hic ſtatus.§. ſi quis ſpon-
ſam.ff.de dona.inter virum & vxorem.cum vulgari
bus. intãtum quòd ſi donatio fieret per virum mu-
lieri huius ætatis minoris xij.annorum, valet, & te-
net ob inualiditatẽ matrimonij.l.quod vir ei. ff.de
2 donat.inter virum & vxorem. * & intantum quòd
vir cognoſcens huiuſmodi vxorem minorem carna
liter, teneretur de ſtupro:vt not.in §. j. inſtitut. de
3 nupt.in principio. Et adeo * ætas duodecium anno-
rum eſt de ſubſtantia ad matrimonium, quòd mu-
lier prædicta ætate minor, tanquã non viripotens,
non habet velle, nec nolle contrahendi matrimo-
nium.l.pater Seuerinam:primo reſponſo. cum vul
garibus.ff. de condit. & demonſtr. Nam præmiſsis
reſpondeo procedere de iure ciuili: ſecus enim di-
cendum eſt de iure canonico, quòd in matrimo-
niis præualet, vt dicit glo.ſingularis in l.j. C.de ſe-
cundis nuptiis. & ibi Cyn. & in authentica de ec-
cleſiaſti.titul.§.j.Bald.in l.j. C. de inſtitutio. & ſub-
ſtitutio.Bart.in l.priuilegia.C.de ſacroſanct. eccle.
Badus in l. ij. ff. quemadmodum teſtamenta ape-
riantur. Ioannes de Imola in l. quoties. ff. ſoluto
matrimonio. Vnde malitiæ puellæ minoris duo-
4 decim annis cognitæ ſupplet ætas: * & ideo pro-
pter carnalem copulam perficitur matrimonium:
ergo non committitur ſtuprum, per textum in ca-
pitulo puberes, & ibi. Hoſtienſis extrà de deſpon-
ſa. impuber. per textum in capitulo, continebatur:
& ibi Innocentius: & in capitulo, de illis. & in
capitulo finali. eodem titulo. ita ad literam in pro-
priis terminis obiectis reſpondendo ſatis notanter
inquit Neapolitanus Sebaſtianus in conſuetudine
Neapolitan. quartam. xvj. columna, ſub titulo de
iure quartæ. & ante ipſum Andræas de Iſernia, in
conſtitutione regni, in aliquibus: & pro ipſo ego
allego textum in capitulo finali, extrà de eo qui
5 cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. * vbi de-
ciditur, quòd in decimo anno plenè matrimo-
nium cognoſci carnaliter poteſt:& ideo Iuriſcon-
ſultus in l.penultima. ff. quando dies legati cedat.
& ibi plenè gloſſa dicit, quòd tunc dicitur matri-
monium valere, cùm mulier eſt viripotens: id eſt,
cùm pati poteſt ſe à viro cognoſci, ob quod atten-
tari poteſt quod etiam de iure ciuili mulier decem
annorum ſi poteſt pati ſe cognoſci à viro, dice-
tur viripotens. Circa ſecundum, an ſtante dubie-
tate conſenſus debeat penes tertium, ſeu in mona-
ſterio deponi, vt exploretur de libera eius volun-
6 tate. * Et certè dicendum eſt quòd non: cùm pu-
pilla deſponſata & tradita ſponſo, debet educari
apud ſponſum, nec ab eo amoueri: vt dicit Ange-
lus poſt Baldum in l prima. ff. vbi pupillus educari
debeat. & Bartol. in ſuis quæſtionibus, in quæſtio-
ne decimaſexta. incipiente, quæritur vtrum iu-
dex debeat iuſtè decernere. & hoc niſi ſit minor
ſeptennio: quo caſu ſponſalia etiam non valerent:
vt etiam pulchrè Baldus in l. prima. C. de nuptiis.
quæ maximè procedunt, cùm appareat nupta con-
digno, & pari ſuæ conditionis, ac cum interuen-
tu legitimæ perſonæ pro eius parte:& maximè prę
dicti Vincentij eius patrui carnalis, & de propria
agnitione, necnon & aliorum conſanguineorum.
vt in propriis terminis tenuit Angelus poſt Bal-
dum in dicta l.prima. ff. vbi pupill. educari debet.
quem ibidem refert & ſequitur Alexander de Imo-
la: & conſuluit idem Alexander in conſilio cente-
ſimoſexageſimoprimo: vltima colũ. in quinto volu.
& Bartolus in l.prima. C. de nuptiis. idem ſequitur
Bertachinus in repertorio ſuo, in verbo, pupilla
deſponſata. verſicu. quadrageſimooctauò: licet de
præallegatis omnibus mentionem non faciat. &
idem in ſpecie reperio nouiſsimè conſuluiſſe Cur-
tium iuniorem in conſilio nonageſimoquarto. &
Baldum conſilio quadringenteſimooctuageſimo-
7 ſeptimo: quinto volum. ſer Franciſcus &c. * Quin-
imò & plus, ſi talis vxor pupilla reperirietur in præ-
ſentiarum alibi quàm penes virum, poſſet per ip-
ſum vendicari, & ſibi reſtitui deberet: textus eſt
in capitulo ex parte, cum ſimilibus, extrà de reſti-
tutione ſpoliatorum. Nec militaret ſi obiiceretur,
ratione ætatis non eſſe aptam ad copulam, & quòd
ideo non deberet fieri reſtitutio, ex quo donec de
8 aptitudine diſcuteretur, eſſet * interim viro reſti-
tuenda, ſaltem quo ad alia obſequia præſtanda
per vxorem viro, ita ſatis pulchrè voluit Ioannes
de lignano, quem refert & ſequitur Abbas in præ-
dicto capitulo, ex parte. iij. columna. Et præmiſſa
maximè procedere debent per acceſſum ipſius pu-
pillæ de domo propria ad cohabitandum cum vi-
ro, & ad domum ipſius viri, per quod ceſſare ap-
paret falſum fundamentum, videlicet, quòd ma-
trimonium fuerit contractum contra eius volun-
9 tatem, * quia per dictum acceſſum ad cohabitan-
dum cum eius viro, apparent ratificata ſponſalia.
textus eſt in capitulo vnico. & ibi Geminianus in
medio, & in fine. de deſponſation. impuberum. in
ſexto. & tanto magis militant præallegata, cùm
liqueat iam de matrimonio conſummato, ob quod
datur manifeſtè intelligi matrimonium iſtud ef-
fectum iam indiuiduum in omnem euentum, nec
quouis quæſito colore ſubtiliter inueſtigato, vt
ſuprà, ſeparari poſſe, per textum in capitulo, ex
publico. extrà de conuerſatio. coniugato. ita dixit
Baldus in l. Deo nobis. tertia columna. C. de epi-
ſcopis & clericis. Ioannes porc. in rubrica. ff. ſolu-
to matrimonio. quarta columna. vbi plus ſubdunt,
quòd vbi conſummatum reperitur matrimonium
etiam cum diſpenſatione ſummi pontificis mini-
mè ſeparari poſſet, maximè cùm fuerit per eius pa-
truũ carnale tradita ſponſ. & diſtat à veriſimili ma-
trimonium prædictum fuiſſe contractum contra
voluntatem pupillæ prædictæ, cùm appareat pu-
blicè, & palàm cum interuentu penè omnium con-
ſanguineorum pupillæ fuiſſe contracta ſponſalia,
aſsiſtẽte ſacerdote parrochiali, & cum anuli ſub-
10 arrhatione, * & cum verbis ipſius pupillæ expri-
mentis liberum, & expreſſum conſenſum, ob quod
dubitari non poteſt de eius validitate, prout di-
cit Innocentius, de quo meminit Archidia. prout
refert & ſequitur Geminianus in dicto capitulo
vnic. §. porro. de deſponſatione impuberum. libro
vj. Et ſic nequaquam prætendi poteſt læſio, ſeu de-
ceptio



ceptio ipſius puellæ, & quòd decepta fuerit, vt a-
uia aſſerit ad contrahendum: ex quo data præſen-
tia proximiorum, & conſanguineorum contraxit.
11 * Et præſentia prædicta facit præſumptionem de-
ceptionis & læſionis ceſſare: ita Bartol. & ſatis pul
chrè Salycet. in l.tranſactionem. C. de tranſaction.
quem ſequitur & refert Iaſon in l. pactum dotali.
quarta colum. C. de collation. vbi dicit de hoc eſſe
proprium textum in dicta l. trãſactionem. & quod
ibi eum ad hoc notant doctores. idem Iaſon in l.
Polla. ſecunda colum. C. de his quibus vt indignis.
Et per hoc apparet reſponſum ad ſecundum dubiũ
propoſitum. Circa tertium, an poſsit auia vt tutrix
legitima matrimonium prædictum retractari face-
re, & ſic infringere? & dicendum eſt quòd non, per
textum in l. ſi puellæ. & ibi expreſſè Bartol. ff. de
12 ſponſali. * Et hoc non procederet, etiam ſtante ſta
tuto, quòd pupilla non poſsit ſine auctoritate tu-
toris contrahere. argumẽto eius quòd voluit Bal.
in l.in copulandis. C. de nuptiis. vbi dixit, quòd
ſtante ſtatuto quod adulta non poſsit facere nul-
lum contractum abſque aſſenſu curatoris, poterit
tamen abſque ipſius conſenſu matrimonium con-
trahere, & tenebit matrimonium, & idem erit in
pupilla: quia adulta curatorem habens æquipara-
tur pupillæ: vt dixit Bald. in loco præallegato in
caſus poſitione. Ex quibus omnibus & eorum ſin-
gulis conſulo dubiis præmiſsis enucleatis, ac dilu-
cidatis, matrimonium ipſum ſubſiſtere, nec poſſe
pupillam ipſam à domo eius viri amoueri, nec ali-
ter deponi penes tertium, ſed quod fælicibus an-
nis adinuicem fruantur, & ita matrimonium fir-
mum remanſit.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Euictione promittens videtur promiſiſſe, ſi de iure res fuerit euicta, ſecus ſi de facto.*

2 *Euicta re empta per commiſſum, & non per ſententiam iudicis, ſed per laudum arbitrorum, non tenetur promittens euictionem.*

3 *Euictionem promittens non tenetur, ſi res non fuerit euicta per ſententiam rit è & rectè latam, adeo quòd ſi per imperitiam, vel alio modo malè lata fuiſſet, non haberet locum euictio.*

4 *Euictionem promittens ad hoc vt teneatur, requiritur vt lata fuerit ſententia contra emptorem præſente ipſo emptore & defendente cauſam aliàs ſi ipſo abſente, præſumitur lata contra eum, quia cauſam non defendit.*

5 *Euictionem promittens ad hoc vt teneatur, requiritur quòd emptor defenderit cauſam cum bono procuratore, & aduocato, adeò quòd ſi ex imperitia ipſorum cauſam amitteret, non haberet locum euictio.*

6 *Euictionem promittens non tenetur ſi de facto res fuerit euicta, & ſi fuiſſet promiſſum de facto, & cum armis defendere, niſi fuiſſet ſuperior qui poſſet promittere etiam cum armis defendere. num. 7.*

8 *Euictionem promittenti debet denunciari tempore quo lis mouetur, ſeu aliquid fit ſuper re empta, vt poſſit illam defendere.*

## CONSILIVM XXII.

Redemptoris gentium auxilio poſtu-
lato, amen. Caſus ſuper quo conſi-
lium petitur, talis eſt. Ioannes torri-
cella de Auerſa Barbitonſor in ven-
ditione quorundam boum interceſ-
ſit, ac promiſit emptori ipſorum teneri de euictio-
ne infra octo dies, *ſi tè ſon leuati*, an ex his verbis, *ſi
te ſon leuati*, videatur promiſiſſe ſi de iure, vel de fa-
cto *li foſſero leuati.* Et certè neſcio quis dubitare
poteſt, quin per illa verba non videatur promiſsio
facta ſi de iure tantum boues ipſi fuiſſent euicti, &
1 per decretum ſeu ſententiam iudicis, * ex quo pro-
mittens de euictione ſimpliciter, videtur promiſiſ-
ſe ſi de iure res fuerit euicta, & per iudicis ſenten-
tiam, vt eſt textus cum ibi notatis per gloſſ. & do-
ctores in l. prima & ſecunda, iuncta l. non tamen,
& l. habere licere. ff. de euictio, & quod in eis nota-
tur, & bonus eſt text. & ibi Bald. in l. finali. C. de
2 actione empti. * adeò quòd ſi dicti boues fuiſ-
ſent euicti per compromiſſum, non teneretur
promiſſor euictionis. textus eſt in l. ſi dictum. §. ſi
compromiſſor. ff. de euiction. Et plus ad hoc vt
quis teneatur de euictione, non ſolum ſufficeret
rem fuiſſe euictam per ſententiam, ſed requiretur
3 talem ſententiam fuiſſe ritè & rectè latam, * adeò
quòd ſi per imperitiam iudicis, vel alio modo lata
fuiſſet, non haberet locum euictio. text. eſt in l. ſi
per imprudentiam. in principio, & quòd ibi nota.
per gloſam & doctores. ff. de euiction. & per Bal-
dum in l. exceptione. ff. de fideiuſſo. Quinimò ad
hoc vt promittens de euictione teneatur, requiri-
tur vt ſententia lata contra emptorem fuerit lata
4 emptore præſente, & defendente cauſam,* ex quo
ſi fuiſſet lata eo abſente, præſumitur magis lata cõ-
tra eum, quia cauſam nõ defendit, quàm quod ma-
lam cauſam habuerit, vt eſt text. in l. ſi ideo. in prin-
cipio, & ibi Bartol. ff. de euictio: quem communi
5 ter ſequuntur doctores. * Accedat & fortius quòd
ad hoc vt emptor habeat regreſſum de euictione,
requiritur quòd defenderit rem emptã cum bo-
nis procuratoribus, & aduocatis, adeo quòd ſi pro
pter imperitiam aduocati cauſam amitteret, non
haberet regreſſum de euictione. gloſ. eſt ſingularis
in l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædili. edict.
ſed cùm ex proceſſus meritis non appareat boues
fuiſſe per ſententiam euictos, neque aduerſarium
prædicti Ioannis ſe geſsiſſe modo aliquo iſtorum,
defendendo dictos boues, Ioannes ipſe non appa-
ret ad euictionem obligatus, maximè cùm liqueat
boues ipſos fuiſſe de facto, & per vim ereptos à Bar
6 buto Francigena. * Et promittens de euictione, nõ
tenetur, ſi de facto res fuerit euicta, etiam ſi promi
ſiſſet de facto, & cum armis defendere rem vendi-
tam, vt dixit Bartol. in l. ſtipulatio iſta. ff. de verbo.
oblig. quem cõmuniter ſequuntur doctor. maximè
Modern. Idem voluerunt Cyn. Bald. & Salycet. in
l. fina. de action. empti. & facit vrgens ratio, quia
talis promittendo de facto videretur promittere
factum alienum, quòd eſt vltra naturam contrã-
ctus, & ſic non valeret ſtipulatio, vt in d. l. ſtipula-
tio iſta. & quia iſte eſt caſus fortuitus non venit ex
natura contractus emptionis. l. Lucius. ff. de euicti.

 nec

neceſt ſpecialiter enumeratus, vt in l.ſed & ſi quis
§. quæſitum. ff. ſi quis cautio. quod certè mihi ſa
tis rationabile videtur. idem tenuit Bald. in l. non
ſolum.ff. de procurato.& in l.prima. in lectura an-
tiqua.ff.de euictio. Petr. de Anchar. & Ioã. de imo.
in c.ſi.de empt. & ven. Iaco. but. in ſuo conſilio in-
cipiente, in Chriſti nomine, amen, quæſtio propo-
nitur ſub his terminis. idem conſuluit Angel. in
conſil. incipiente, præmittendum, &c. & Petr. de
ancharano in ſuo conſilio incipiente, omiſſo du-
bio.limitando ſatis pulchrè hoc procedere in pri-
7 uato, ſecus in ſuperiore, * & ſic qui poſſet hoc fa-
cere:quia talis promittendo teneretur: argumento
eorum quæ habentur in c.j.de officio deleg.& not.
per doctores in c.pro illorum.de præbendis.quod
8 rectè intuenti ſatis æquum videtur.* Accedit in-
ſuper,quia tempore quo fuerunt erepti boues præ-
dicti ab emptore, per prædictum Barbutum fran-
cigenam, non fuit hæc captura ſeu ereptio denun-
ciata eidem Ioanni, vt potuiſſet boues prædictos
in tempore defendere: & ad hoc vt habeat locum
euictio, debet tempore quo quis inquietatur ſuper
re empta, denunciare illi,qui promiſit, ſeu tenetur
de euictione, ad hoc, vt eius ius ſit ſaluum:& poſsit
ille qui tenetur de euictione, facere defenſiones
ſuas:vt in l.ſi rem. §. finali. & ibi glo.& Bartolus.ff.
de euictio.bene facit textus, & ibi Bartol. Bald. &
Saly. in l. prima. C. de periculo & commodo rei
venditæ. quinimò tenent, quòd debet fieri denun-
ciatio per quædam verba ordinata, de quibus per
Barto.in d.l.prima. & in l.non ſolum. & ibi docto-
res. ff. ſoluto matrimo. & in l.non ſolum. §. morte.
de operis noui nunci. Et niſi per illa verba fiat de-
nunciatio, ipſa non valebit: vt per Bartol. in locis
prædictis: & plus debet plenariè inſtruere de lite
mota,& re euicta: vt per copiam libelli, &c. Ita di-
xit Bartol. Bald.& Saly.in l.empti.actio. C. de eui-
ctio. Ex quibus omnibus & eorum ſingulis conſu-
lo eundem Ioannem torricella minimè de euictio-
ne teneri: ſed abſoluendum ab impetitione prædi-
cti emptoris:ego. Thomas Gramma.

SVMMARIVM.

1 *Habitandi animum alibi quàm in propria patria quis habere præſumitur, dum ab ea diſceſſit, & alibi acceſſit.*

2 *Ciuis dicitur nedum originarius, ſed etiam is qui contrahit domicilium in aliquo loco: & ſtatutum, loquens de ciuibus, comprahendit etiam contrahentes domicilia in loco.*

3 *Ciuis etiam dicitur, qui ſubit onera vel munera ciuitatis.& num.4. &5.*

6 *Ciuis propriè appellatione non continetur niſi ciuis originarius:ſed dicetur incola, & dicetur ſemper incola non obſtante ſua longa habitatione. numero 7.*

8 *Conceſſa per principem, & non motu proprio, ſed ad partis poſtulationem, debent ſtrictè interpretari.*

9 *Priuilegium conceſſum per Principem priuans legem communem debet ſtrictè interpretari.*

10 *Ciuis appellatione venit etiam commitatenſis, quod intelligendum eſt in priuilegiis, & conceſſionibus conceſſis ſecundum ius commune, ſecus in priuilegiis factis per principes.11.*

## CONSILIVM XXIII.

IN Ieſu Chriſti redemptoris nomine,
amen. In cauſa vertente inter Ioannem
de Florentia ex vna, & Nicolaũ de caſa
de Roma de Salerno ex altera, ſuper di-
latione moratoria obtẽta per ipſum Ioannẽ ad ſol-
uendũ infra quinquennium eidem Nicolao credi-
tori ducatos ducentum, ad quos ſibi tenetur: Ni-
titur idem Nicolaus, vt ciuis Neapolitanus, vt aſ-
ſerit, ſibi non officere virtute capituli Neapolita-
nis conceſsi, quòd non poſsint huiuſmodi dilatio-
nes moratoriæ concedi per principem ad inſtan-
tiam exterorum contra Neapolitanos. pro parte
autem ipſius Ioannis dicitur, quòd imò ipſe eſt ci-
uis Neapolita. & non exterus: vt ex aduerſo obii-
citur, imò Nicolaus ipſe eſt de Salerno. Et licet Ni-
colaus ipſe conetur probare ſe ciuem Neapolita-
num per habitationem decennij in eadem ciuitate
Neapolita.& plus, attamen virtute regiæ pragma-
ticæ Sereniſsimi quondam Regis Ferdinandi pri-
mi, ex quacunque longæua habitatione non ſorti-
tur quis forum ciuilitatis Neapolitanæ niſi habue-
rit vxorem, & domum propriam in ciuitate præ-
dicta: quòd non apparet in prædicto Nicolao cre-
ditore. Et tamen quantumcunque Ioannes ipſe
probetur originarius Nolanus, attamen diſceſsit
à ciuitate Nolæ ſunt quamplures anni elapſi cum
ſuis rebus vxore, & familia:& venit huc Neapo. ad
habitandum: & hîc in præſentiarum contrahit do-
micilium, prout etiam per multos, & quamplures
1 annos contraxit.* Et vbi quis diceſsit à ſua patria,
vel loco, vbi deguit, dicitur habuiſſe, & habere ani
mum alibi mutandi domicilium, dicit Bartolus in
l.aſſumptio.§. iuris. & in l.domicilium.ff.ad muni-
cip. & conſuluit Alexand. in conſil. xxxiiij. ij. col.
in v. volu. incipiente, viſis & ponderatis. num.4.
verſic. & in dubio cùm quis recedit. & ſic trahen-
do hic domicilium dicitur ciuis, ex quo non ſo-
2 lùm originarius, * ſed etiam qui contrahit domi-
cilium in loco aliquo dicitur ciuis illius loci. gloſſ.
eſt not.in c. ſtatutum.§.cùm verò.in verb. eiuſdem
ciuitatis. de reſcrip.in vj. quam ſequitur ibi Domi.
de ſancto Geminiano, & plus in ſpecie ſubdit per
eam probari, quòd ſtatutum loquens de ciuibus,
comprehendit etiam habentes ſimpliciter domici-
lia in loco. idem etiam per prædicta conſulendo
tenet Alexand. in conſi. xvj. iiij. columna. in v.vo-
lum. incipien. in cauſa & lite. inter magnificam
communitatem. verſicul. præterea etiam dictum
inſtrumentum. vnde cùm prædictus Ioannes hic
domicilium trahat, ſubeundo inſuper onera realia
& perſonalia, prout cæteri ciues, vt ex proceſſus
3 meritis clarius apparet.* Et vbi quis ſubit onera
vel munera ciuitatis, dicitur ibi ciuis, licet ibi
ortum non habuerit.l.finali. C. de munici. & origi.
libro decimo.l.ciues. cum ibi notand. C. de incol.
l. incola. la ij. ff. ad munici. ita dicit Bartolus in l.
prima. ij. columna. in verſiculo,ad declarationem
huius quæſtionis.eod.titu. & idem Bar.in lege ſi.§.
item reſcripſerunt, & in l. aſſumptionis.d.Anto.in
cap



capitulo accedens. el ſecundo, vt lite non conte-
4 ſta.* Et inſuper fuit Ioannes ipſe gauiſus muneri-
bus ciuitatis, quia fuit receptus vt ciuis in re-
gia dohana:& maiori fundico ciuitatis Neapoli. vt
per ſcripturas authenticas regiæ dohanæ iam exhi-
bitas in actis liquet, quod ſemper tanquam ciuis
Ioan. ipſe tractatus fuerit immunis: ſequitur quòd
debet teneri pro ciue, cùm gauiſus fuerit muneri-
bus ciuitatis: ita dixit Bald. in l. ſi non ſpeciali. ſe-
cunda columna.in verſi.quæro hic dicitur. C. de te
ſtamentis & pariter ſuſtinuit onera, vt ſic receptus
* vt ciuis, oneráque ſubiens dicitur ciuis illius ci-
5 uitatis,dixit Bart. in ſuo conſil.incipiente, quidam
eſt effectus ciuis. Bald.in l.ſiue poſsidetis. C.de pro-
batio. Bal in titulo de pace conſtan.in verbo, com-
munia. Pet.de anchara. in repetitione capituli, ca-
nonum ſtatuta. in verſiculo, ſecundò pono.de con
ſtitutionibus. Vlterius aduertendum rogo, nam in
rei veritate, tam Nicolaus, quàm Ioannes ambo
impropriè dici poſſunt ciues Neapolitani largè ſu-
mendo:ſed non ſtrictè, cùm non ſint oriundi Nea-
6 poli. * nam propriè appellatione ciuis non conti-
netur, niſi ciuis originarius.l.ciues. vbi hoc expreſ-
ſius dicit Bal. C.de appellatio. l.ciues. C.de incolis.
lib.x.& eſt gloſ.nota.in l.prima.in fine.ff.de tuto.&
curato.da. ab his. quam ad hoc allegat, & ſequitur
Bald.in authen. ſed omnino. C. ne vxor.pro mari.
* vnde cùm iſte Nicolaus non ſit originarius, non
7 dicitur propriè ciuis: ſed dicitur incola, non ob-
ſtante ſua longa habitatione, nam licet quis diu ha-
bitauerit in aliqua ciuitate, nõ ex hoc dicetur verè
ciuis in ea, ſed incola, ità glo. in proœmio conſuet.
Neapo. in verbo, ciuitate. quam refert & ſequitur
ibi Neapo.pro qua videtur bene facere text.in ter-
minis in l.ciues. cum vulga. C. de incol. ſed capitu-
lum ex aduerſo allegatum Neapolitanis conceſ-
ſum, ne dilatio moratoria impetrari poſsit contra
Neapolitanum, debet intelligi ſtrictè, id eſt, vt non
poſsit impetrari contra veros & originarios ciues.
& non alios, cùm veri ciues, vt ſuprà demõſtratum
eſt, dicantur originarij, ex quo huiuſmodi capitu-
lum ſeu priuilegium eſt ſtrictè interpretãdum, cùm
fuerit conceſſum ad poſtulationem Neapolitano-
rum, vt ex ſerie capitulorum conceſſorum Neapo-
litanis clarè patet. Et ea quæ non fuerunt conceſſa
8 per principem motu proprio, * ſed ad poſtulatio-
nem partis, debent ſtrictè interpetrari, vt voluit
Ioan. And. in c.ij. in fi.de immuni. eccleſi. & ibi do-
minus Abbas in penul. colum. vbi in ſpecie dixit,
quòd priuilegia principum conceſſa motu pro-
prio, ſunt ſeruanda ſicut ſonant, ſecus ſi ad poſtula-
tionem fuerint obtenta, quia tunc bene ſtrictè in-
terpretantur. Quinimò debet ex alio conceſsio ca-
pituli prædicti ſtrictè interpretari, vt locum ha-
beat in originariis, & ſic veris ciuibus, ex quo di-
cta conceſsio eſt contra legem communem permit
tentem ceſsiones bonorum, & dilationes morato-
9 rias: * & priuilegium conceſſum per principem
priuans legem communem, debet ſtrictè interpre-
tari, vt dicit Anto.de but. in c.olim tibi. de verbo-
rum ſignificatio. quem refert & ſequitur dominus
Iaſon de may. in l. beneficium. vij. columna. ff. de
10 conſtitutio.principum. Accedat* etiam præmiſsis
quòd appellatione ciuis, venit etiam comitaten-
ſis, vt eſt tex. in l.qui ex vico.ff. ad munic. per quem
ita in terminis dicit Bartol. in l. non dubito. ff. de
capti.& poſtli. reuer. idem Bartol.in l.ſi quis. C.de
natura.libe.& in l.nulli.C.de epiſcop.& cler. Bald.
in l.j. C. quæ ſit longa conſuetudo. Nicol.de Nea-
poli. in l. ſed reprobari. ff. de excuſa. tuto. Petr.de
ancha.in c. felicis de pœn. domin. Anton.in proœ-
mio decreta. Bartolus in conſilio cxcvj. incipien-
te, ciuitati Camerini, libr. j. hoc tamen quod di-
ctum eſt, quòd appellatione ciuis venit etiam co-
mitatenſis, habet locum in priuilegiis, & conceſsio
nibus conceſsis ſecundum ius commune, dixit Io-
11 an.de imol.in rubrica ſolut.matrimo.ſed * in con-
ceſsionibus ſeu priuilegiis factis per principem
contra ius commune, appellatione ciuis non ve-
niet comitatenſis, ita dicit Baldus in l. finali. ff. de
conſtituta pecunia.& in l.prima.§.primo.ff. de of-
ficio præfecti vrb. ſed plenius Ioan. Andræ. & Pe-
trus de ancharano in capitulo ſi ciuitas. extra de
ſententia excommunicatio.in ſexto. Ioan. de Imo.
in l.ſi finita.§.ex hoc.ff. de damno infect.& in capi-
tulo rodulphus. de reſcriptis. Ludouicus Romanus
in dicta l. ſi finita.§.ſi de vectigalibus. Baldus in ti-
tulo de pace conſtant. in verbo, communia. in ver-
bo nos, verſicu. ſed hic dubitatur, & idem Baldus
in capitulo primo, in titulo de capitaneo qui cu-
riam vendidit. tertia columna, in vſibus feudo-
rum. Alexand. in rubrica. ff. ſoluto matrimonio.
vnde pariter dicendum erit, & in caſu præſenti,
cùm capitulum huiuſmodi Neapolitanis conceſ-
ſum, ſit contra ius commune, permittens dilatio-
nes, & moratorias, concedi per principes, cùm in
modico parti officiant, per iura vulgaria, debet
ſtrictè interpretari, & ſic non comprehendere, niſi
veros ciues, & ſic originarios. & cùm prædicti Io-
annes debitor, & etiam Nicolaus creditor, licet di-
cantur ciues, non tamen propriè ciues: cùm origi-
narij non ſint, non poterit inter eos capitulum
prædictum militare, maximè quia prædictus credi-
tor non poteſt gaudere ciuilitate Neapolitana:
cùm non habeat vxorem, nec domum propriam
iuxta tenorem regiæ. pragmaticæ, vt in principio
ſuprà dictum eſt. Et ſic aut ſunt æqualiter priuile-
giati, & non poterit vnus obiicere de priuilegio
aduerſus alium, aut ambo reputari, ſeu haberi de-
bent, vt priuati, & ceſſat capitulum prædictum,
& habet locum ius commune, vt ſuprà dictum
fuit, ſicque conſulo Ioannem ipſum debere gau-
dere moratoria, ſeu dilatione ſibi conceſſa non
obſtante contradictione prædicta Nicolai credi-
toris. Thomas Gramma.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio erronea poteſt prætextu erroris reuocari, & non ſolùm ſemel, ſed etiam pluries numero ſecundo.*

3 *Confeſſio erronea poteſt prætextu erroris reuocari, etiam ſi fuiſſet ſtatutus terminus confitenti ad deliberatè reſpondendum.*

4 *Confeſſio etiam iurata poteſt prætextu erroris reuocari.*

5 *Capta in bello in diſcurſu territorij fiunt capientis.*

6 *Inimicus meus ſatis dicitur contrahens amicitiam cum inimicis meis.*
7 *Vaſallus contrahens amicitiam cum inimico domini poteſt feudo priuari.*
8 *Officiali ſeu eius literis credendum eſt in pertinentibus ad eius officium.* 11
9 *Perſonæ nobiliſſimæ, ſeu clariſſimæ credendum eſt aſſerenti aliquid ſibi commiſſum à principe: quod maximè procedit, dum Princeps eſt in loco. & ſic de facili explorari poſſet. numero* 10.
11 *Officiali credendum eſt in ſuo officio.*
12 *Teſti notabili, & probatæ vitæ, licet ſoli, credendum eſt.*

## CONSILIVM XXIIII.

REdemptoris gentium præſidio ite-
rato, amen. Et quia nihil ita abſque la-
bore manifeſtam facit veritatem,
quàm breuis, & pura narratio: vt in-
quit philoſophus: idcirco in cauſa
Montis rubei Ianuenſis contra Malpago Ianuen-
ſem, ſimiliter breuibus me expediam: & antequam
vltra progrediar, tria mihi occurrunt principaliter
demonſtrare pro defenſione Montis rubei: & par-
tis aduerſæ ſilentio. Et primò, quod confeſsio præ-
dicti Montis rubei tanquam erronea, poteſt per ip-
ſum reuocari, prætextu erroris, & per conſequens
admitti ad probandum errorem confeſsionis præ-
dictæ. Secundò, quòd præda per ipſum exiſtentem
ſub vexillis ſereniſ. Regis Federici primi in inſula
Iſclæ capta in bonis exeuntibus à ciuitate Neapo.
tunc exiſtẽte ſub dominio Gallorum fuit iuſta: nec
aliquo modo ad eius reſtitutionem teneri. Tertiò,
quod aſſertioni literarum Illuſt. Comitis montis
Odoriſij Viceregis inſulæ Iſclæ eſt ſtandum: nec ab
eis recedendum. quibus tribus enucleatis partes
Magnifici Iudicis Iſclæ non poterunt in eundem
1 Montem rubeum abſoluendo negari. * Et in pri-
mis quòd confeſsio prædicti Montis rubei erro-
nea poteſt prætextu erroris reuocari, reprobata o-
pinione glo. in c. ex literis. extrà de diuor. & ſequa-
cium, tenet Baldus in c. fin. in ſexta col. in fine, de
confeſ. Bald. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. ff. de
iureiurando. Bart. in l. error. ff. de iuris & facti igno
ran. Ludo. Roma. in l. ſi verò. §. de viro. 31. fallentia.
ff. ſoluto matrimonio. vbi dicit hoc ſe de facto con
ſuluiſſe Florentiæ, & eſt in ſuo conſi. trecenteſimo-
nonageſimoprimo incipiente: vt propoſita conſul-
tatio. & non ſemel quis erroneè confeſſus admit-
tendus eſt ad reuocandum errorem ſuæ confeſsio-
2 nis: * verum etiam & pluries confeſſus. tex. eſt op
timus in l. prima. & ibi Baldus & Modern. ad hoc
3 notant. C. de errore calculi. * Quinimò etiam ſi eſ-
ſet ſtatutus terminus ad deliberatè reſpondendum
& confitendum, poterit quis prætextu erroris ad-
mitti ad ſuam confeſsionem deliberatè factam re-
uocandum: ita tenet Iaſon de may. in d. l. error. cir-
ca finem. & hoc quia in deliberando poteſt etiam
quis errare. per tex, in d. l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de
interrogato. actio. & videtur ſentire Ioannes Andr.
in addit. Specul. in titu. de depoſi. §. 9. verſic. ideo in
additione, quæ incipit, videtur dubitari: & proce-
dit nedum præmiſſa opinio in confeſsione ſim-
4 plici, * verum etiam & iurata: vt in caſu præſenti
ſecundum Bal. in d. l. erro. Anto. de but. in. c. fi. xiij.
col. de confe. Lud. Rom. in d. §. de viro. xxxj. fallen.
& in d. conſil. 391. ex quibus præmiſsis negari non
poteſt quin admitti non debeat ad probandum er-
rorem ſuæ confeſsionis, cùm dixerit id fuiſſe tem-
pore quo ciuitas Neapolitana erat ſub rege Ferdi-
nando ſecundo Aragoneo, & in rei veritate fuerat
tempore, quo erat ſub dominio Gallorũ, ideſt, tem-
pore regis Caroli. viij. regis Frãciæ. Vnde ipſe Mõs
rubeus exiſtens in inſula Iſclæ ſub dominio Arago-
num licitè, & iuſto bello potuit deprædare bona
de Mal Pago, quæ tunc exiuerant à ciuitate Neapo
litana iam rebelli, ſeu hoſti Aragonenſibus, & vehe
bantur per mare ſub vexillis prædicti Regis Gallo-
rum, & Principis Salerni, tunc rebellis. & ſic talis
prȩda iuſtè capta per ipſum efficitur ipſius Montis
5 rubei, * & ipſi acquiſita dicitur, tanquam capta in
diſcurſu, ita dicit Saly. in l. ab hoſtibus. C. de capt.
& poſtil. reuer. Barto. in l. ſi quid in bello. ff. eo. titu.
& Bald. in l. ſi quis pro redemptione. C. de donat.
Angel. in ſua diſput. incipien. renouata guerra. Et
licet poſſet dici bona prædicta non fuiſſe Neapo-
litanorum, ſed ipſius Mal pago, qui erat Ianuenſis,
dico, quòd in illa naui in qua vehebantur bona
prædicta, aderant vexilla regis Gallorum, & Prin-
cipis Salerni, tunc rebellis, & hoſtis, ob quod ſatis
bona inimicorum, ſeu hoſtium dici poterant, aut
erant. Et exeundo nauis prædicta à portu Neapoli.
vbi bona ipſa onerauerat abſque aliquo guidatico,
ſeu ſaluo conductu, ſatis apparuit adhæſiſſe ciuita-
ti prædictæ Neapol. & hominibus in eadem degen-
tibus, cum quibus diu ſteterat, vt probatum eſt, &
6 cum eiſdem amicitiam contraxiſſe. * Et ſatis dici-
tur inimicus meus ille, qui contrahit amicitiam cũ
inimicis meis, tex. in l. liberti. C. de inof. teſt. ſecun-
dum Bal. & Saly. ibi, qui ſubdunt, quòd ſatis dicun-
tur inimici mei cõfœderati cum inimico meo, quia
præſumuntur eſſe eiuſdem intentionis. bene facit
tex. in c. repellantur, & in c. cum oporteat. de accu.
& ibi Cano. idem tenuerunt Cy. & Bal. in l. ſi quis
teſtibus. vlti. col. C. de teſti. hinc dixit ſatis not. glo.
7 in d. l. liberi. * quòd vaſſallus faciens amicitiam
cũ inimico domini ſui, poteſt feudo priuari, & eſt
iuſta cauſa priuandi, idem ſequitur Bal. & Saly. ibi.
pro quibus vltra eos facit text. in terminis in c. j.
quot teſtes ſunt neceſ. ad probandũ ingratitudinẽ.
concurrente maximè quia tunc etiam Ianuenſes e-
rant alligati cum rege ipſo Gallorũ, & eiuſdem con
fœderati, ex quibus clarè patet dictam prædã fuiſſe
iuſtè captam, & ſic apparet ſecundum dubium pro-
poſitum iam euacuatũ, concurrente inſuper proba
tione, quòd bona prædicta fuerunt conſumpta in
ſeruitio ſereniſ. regis Ferd. ſecũdi Aragonei, prout
liquet per literas, ſeu ſaluum conductũ productum
manu excel. Comitis montis Odoriſij tunc prore-
gis inſulæ Iſclæ, quarum literarum aſſertioni ſatis
ſtari debet de iure, tã in quãtum aſſerit ſibi ita fuiſ-
ſe ſibi à prædicto Sereniſ. Rege Ferdinan. commiſ-
8 ſum, quàm vt teſti ita aſſerenti. * Cùm credendũ ſit
literis officialium in pertinentibus ad eorum offi-
cium, per ea quæ tradunt doc. in c. poſt ceſsionem.
de prob. Inn. in c. j. de fide inſtr. Ioan. And. in tit. de
inſtru. edi. §. nunc dicendum. verſicul. ſecundum
ſupple



ſupplementum. Bal. in rub. C. de fid. inſtru. colum.
pen. Pau. de Caſtr. in conſil. xxxiij. incip. priuſquam
&c. iij. col. & Philip. Deci. in ſuo conſil. lxix. v. colũ.
*Et maximè cùm prædictus Illuſt. Comes Montis
9 Odoriſij ſit clariſsima perſona, merito de commiſ-
ſione ſibi facta à principe ſuo ſolo verbo credi de-
bet, per tex. in c. nobiliſsimus. xcvij. diſt. & c. cùm
olim. extrà de priuileg. cum ibi not. ſicut dicimus
in ſimili de legato aſſerẽte ſibi commiſſum aliquid
à ſummo Pontifice vinȩ vocis oraculo, vt per Spec.
in tit. de le. §. ſupereſt. ver. ſed ſi. per Io. Andr. in c. j.
de offi. leg. in vj. & Lap. in alle. ſuis, all. xxxiiij. & ita
in propriis terminis ex aliquibus præmiſſorũ con-
ſuluit Ludo. Roman. in ſuo conſil. lix. ad diſcutien-
dum veritatem, refert & ſequitur Lud. bolog. in re-
pet. extrauag. Theo. in viij. parte, in verſi. dominus
vel poteſtas, in ij. colũ. quòd potiſsimè conceden-
dum, * vbi princeps eſſet in loco, & non longè ab
10 ſens, & ſic poſſet de facili explorari, ſi ita iuſſerit,
quia dato quòd non ſit credendum officiali aſſe-
renti ſibi aliquid commiſſum à principe, maximè
quando eſſet valde in præiudicium alterius, ſed re-
quiritur apparere de huiuſmodi commiſsione per
literas, & ſic in ſcriptis apparere: vt in l. j. C. de mã.
prin. & l. j. & l. prohibitum. C. de iure fiſ. lib. x. & l.
ſi qua per calumniam. vbi per Bal. C. de epiſ. & cle.
tamen vbi princeps non eſſet abſens, ſed in loco
vbi de facili recurri poſſet ad ipſum, etiam in præ-
iudicialibus, officiali ita aſſerenti credendam erit,
ita voluit pulchrè Specu. in titu. de proba. §. viden-
dum. in verſic. auditoribus, de quo ſatis lætatur Lu
doui. Roma. in l. ſciendum. ff. de verbo. obliga alle-
gans pro hoc caſum in §. quia verò. in authenti. vt
liti. iur. refert & ſequitur Iaſo. de may. in l. ex qua-
cunque. ij. colum. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. &
11 etiam * quòd officiali credendum ſit in ſuo officio,
tenet Barto. in l. ſi librarius. ff. de regul. iur. Et ſic ex
præmiſsis conſulo prædictum Montem rubeum
minimè moleſtari poſſe à prædicto mal pago, &
probat bene tex. in l. ſi quis decurio. de fal. C. & in
authenti. de inſtrument. cau. §. ſi verò moriantur.
12 * Et tanto magis, quia etiam vt teſti debet credi
prædicto excellen. Comiti, cùm teſti notabili, &
probatæ vitæ, prout ipſe, ipſi ſoli credendum eſt de
eo quòd ipſe dicit. glo. eſt ſatis not. & peregrina. in
l. Titio fundus, quam ibi Bar. commẽdat. ff. de con-
ditio. & demon. & facit text. rectè ponderanti in l.
ſi à bonȩ fidei. ff. de rei vendic. & not. per ſcriben-
tes in c. in noſtra. de renunciatio. & in c. j. extrà de
noui oper. nunciatio.

Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento contractus, in quo fuit iuratum non petere abſolutionem à iuramento, attamen peti poteſt non obſtante iuramento: & debet primò peti ab ipſo ſecundo iuramento ad effectum agendi, vt demum peti poſſit à primo iuramento ſimilis abſolutio ad reſcindendum contractum.*
2 *Per clauſulam, ius & iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo, &c. videtur omne remedium, & ius competens introductum:*
3 *Renunciatio per quam renunciatur non petere abſolutionem à iuramento, ipſa non obſtante peti poteſt abſolutio.*
4 *Salutis æternæ nemo immemor eſſe præſumitur.*
5 *Obligatio nulla oritur quando ius reſiſtit actui.*
6 *Cogitatum non intelligitur de inſolitis.*
7 *Iuramentum non operatur extenſionem ad incogitata.*
8 *Iuramentum non trahitur ad id, de quo veriſimiliter tempore iuramenti non cogitauit.*
9 *Renunciatio inſolita reddit contractum ſuſpectum.*
*Renunciaſſe quis non videtur iuri quod ignorabat ſibi competere.*
10 *Cauillatio vbi eſt abundantior, ibi euidentior eſt fraus.*
11 *Iuramentum licet ſit obligatorium ex parte iurantis, tamen vbi altera pars incideret in peccatum, tenetur ad relaxationem iuramenti.*
12 *Iurans non denunciare malefactorem facit, vt iuramentum iſtud non teneat.*

## CONSILIVM XXV.

REdemptoris gentium ſuffragio repe-
tito. Amen. In cauſa honorabilium
Michaelis Alamagna, Iaymi viues, Mi-
chaelis campi rotundi, & ſociorum,
aduerſus Bernardum viues, & Ioan-
nem plecamans, ſolum pro nunc videndum audio
an prædicti mercatores, & ſocij poſsint abſolui à
iuramento, cuius abſolutioni vltra iuramentum
appoſitum in contractu renunciauerunt, & iura-
uerunt non petere, & ne contra doctri. Philippi
plura ſint extra opera, quàm opera, quod illis con-
tigit, qui à principali themate diuertentes, vt lõ-
gos faciant commentarios, verborum prolixitate
in præcipitium deueniunt, idcirco omiſsis quæ
hinc inde adduci poſſent, aliter per mendicata ſuf-
1 fragia non eundo. * Quòd huiuſmodi abſolutio
peti poteſt à iuramento, in quo fuit iuratum abſo-
lutionem non petere, tenet in propriis terminis
Bal. in. l. iuſiurandum. in repe. xlij. col. ff. de iureiur.
vbi magiſtraliter dicit, quòd licet huiuſmodi iura-
mentum de non petendo abſolutionem teneat, ta-
men agi poteſt, vt relaxetur, & abſoluatur, quo re-
laxato petetur abſolutio alterius iuramenti de ſol-
uendo appoſiti in contractu, vt in c. j. extrà de iure-
iur. quia tot ſunt neceſſariæ relaxationes, quot &
iuramenta, & ex fine vnius relaxationis alterius pe
titionis origo proficiſcitur l. Iulianus. in fi. de con.
inde. Idem tenet Bal. & Imo. in l. hæc ſcriptur. ff. de
condit. inde. Imo. in c. j. iij. colum. extrà de iureiur.
Fely. in c. debitores. vj. columm. extrà de iureiuran.
Eadem opinio. rectè intuenti reperio tenuiſſe Abb.
in c. j. v. colum. in verſicul. quid dicendum in tan-
ta varietate, & patet ſuprà. in ea. co. extrà de iureiu.
& idem Ab. in c. cùm contingat. xxiij. col. in ver. vn
decimus caſus. eod. titu. vbi ſe refert ad c. j. in loco
præalleg. ideo in ſpecie voluit gl. ſing. in verſi. deſi-
ſtere. in c. tuas dudum. extrà de vſur. per text. in c.
quemadmodum. extrà de iureiur. quam glo. ſing. fa
cit Imo. in c. quintauallis. de iureiur. & idẽ meminit
Fely. in c. conſtitutus. in verbo, auctoritas papæ,
extrà de reſcriptis, vbi allegat idem conſuluiſſe
Ludouicum Romanum, in ſuis conſiliis. Et licet
prædicta

prædicta glo. & Ludoui. loquantur per verbum de-
nunciare, & ſic quòd per viam denũciationis hoc
fieri poteſt, tamen quomodocunque huiuſmodi iu-
ramentum relaxetur, id petitum per nos euidenter
apparet tam in prima petitione, quàm in reſpon-
ſione: vbi ſufficienter fuit iudicis officium implo-
ratum de opportuno remedio melius ſibi viſo ad
dicti iuramenti relaxationem: quod eligere debet
ipſe iudex per clauſulam in petitione poſitam, om-
2 ni meliori modo ius & iuſtitiam, &c. * ex ſubſtan-
tia quorum verborum videtur omne ius & reme-
dium competens introductum, ſeu deductum: vt
dicit Imo. in l. ſed cùm nulla. ff. de re iudic. Io. cald.
& Abb. in c. cum dilectus. de ordi. cogni. & in c. fi.
de offi. ordi. Anto. de Butr. & Abb. in ca. j. in verbo,
iuſtitiam exhiberi. de offic. deleg. Angel. de Aret. in
§. ij. Inſti. de actio. Et quod omnino huiuſmodi ab-
ſolutio peti poſsit non obſtante renunciatione de
3 ipſam non petẽdo, * adduco: nam ea facilitate qua
quis inducitur ad iurandum, eadem facilitate in-
ducitur ad renunciandum: ſicut dicimus in ſimili
de eo qui confitetur ſpe futuræ numerationis pe-
cuniam recepiſſe. & inſuper renunciauit exceptio-
ni non numeratæ pecuniæ, non ex hoc ſibi præiu-
dicaret, quia ea facilitate qua quis inducitur ad
confitendum, eadem inducitur ad renunciandum.
l. fi. C. de non nume. pecun. ita dixit Cyn. & doct. in
l. ſi ex cautione. C. de non numer. pecu. facit etiam
quòd in ſimili voluit Bartol. in d. l. ſi ex cautione.
quem pro ſingu. ſequitur & commendat Imo. in c.
ſi cautio. de fide inſtrum. vbi dicit, quòd ſi debitor
tempore quo per contractum confitetur recepiſſe
mutuo, diceret, plus facio hanc cõfeſsionem, quia
verè recepi, & non quòd ſperem recipere, his non
obſtantibus poterit opponere exceptionem non
numeratæ pecuniæ. Et militant præmiſſa præſer-
tim in caſu præſenti, in quo licet fuerit dictum ſu-
per corpore, & naulis, tamẽ dictum cambium fuit
rei veritate aſſecuratum ſuper mercibus vehendis
per dictam nauim, & non in mercibus prohibitis,
videlicet, lanceis, & telis vehendis ad partes Tuni-
ſij, & ſic ad locum infidelium, quod quidem ſi præ-
dicti mercatores ſciuiſſent, certè nedum iuramen-
tum hoc, & renunciationem minimè feciſſent, ve-
rum nullo modo dictum cambium aſſecuraſſent
propter periculum imminens animæ ex conuer-
ſione cambij prædicti ſuper mercibus prohibitis,
4 necnon & amiſsionis bonorum, * cùm nemo præ-
ſumatur immemor ſalutis æternæ. per textum in l.
fina. C. ad leg. Iul. repet. per quem ita dixit Petr. de
bella perti. quem ſequitur Cyn. in l. generaliter. C.
de non nume. pecu. cùm anima quibuſcunque re-
bus præponenda ſit. l. ſancimus. C. de ſacroſanc. ec-
cle. c. præcipimus. xij. q. j. & text. in ca. Matthæus. in
fi. de ſimo. tum etiam quia nemo præſumitur iacta-
re ſua. l. cùm de indebito. ff. de proba. cum vulgar.
quòd quidem ſatis feciſſent prædicti mercatores,
ſi dictum cambium ſcienter aſſecuraſſent, quia vt
dixi, arma vehebantur ad infideles, quod etiam per
canonicas ſanctiones prohibitum eſt, quia contra
bonum animæ, & conſcientiam, & poſſent impu-
nè capi, & ipſi delatores puniri, & ſic cùm prohibi-
tum ſit arma ad infideles deferre, & mercatores
ipſi id ignorauerant, cùm de iure ignorantia præ-
ſumenda ſit, cùm de ſcientia nõ probetur, per vul-
ga. iuris regulam, non ſunt in aliquo obligati ex
5 ſucceſſu, * quia ius prohibendo reſiſtit, & quando
ius reſiſtit actui, nulla ex eo oritur obligatio. l. ſi
non ſortem. de condictio. indebi. l. cum lex. vbi ita
not. Barto. ff. de fideiuſſo. ita fundamentaliter dicit
Petr. de bella perti. in l. cùm quis. C. de iur. & facti
ignor. vnde ſi dicti mercatores & ſocij hoc cogitaſ
ſent, nullo pacto huiuſmodi renunciationem de
non petẽdo abſolutionem feciſſent, maximè cùm
inſolitum ſit deferre arma infidelibus, imò prohi-
6 bitum, vt ſupra dixi. * & de inſolitis non intelligi-
tur cogitatum. l. Mela. §. primo. de ali. & ciba. lega.
l. ſi prius. §. placuit. verſicu. non enim, vbi caſus ad
literam. de aqua pluuia arcenda. Et licet fuerit in-
ſuper iuratum, tamen quia hoc incogitatum fuit,
iuramentum huiuſmodi ad incogitata non exten-
7 ditur, * ex quo iuramentum non operatur, vt ea
quæ aguntur, ad incogitata extendi poſsint. glo. eſt
in c. ad noſtram. el ij. de iureiuran. Inno. in c. debi-
tores, eodem titulo. & melius Barto. in l. ſciendum.
ff. de verbor. oblig. quem ſequitur & refert Alexan.
in l. ſi quis pro eo. in verſic. prædicta quæ dixi. ff. de
fideiuſ. Et alibi iuramentum non trahitur ad illud,
de quo quis veriſimiliter tempore iuramenti non
cogitauit. bonus eſt text. in l. fi. ff. ad municipalem.
Et ſic ſi prædictus Ioan. plecamans, ſeu Bernardus,
aut alter ex ſociis dictum cambium aſſecurari ſu-
per prædictis prohibitis mercibus prædictis mer-
catoribus notificaſſent, certè dictam ſecuritatem
minimè feciſſent per ſupradicta, imò nedum hoc
eis notificare neglexerunt, verùm etiam eos cir-
cunueniendo, vt ita dicam, cum ſimilibus clauſu-
lis, & renunciationibus inſolitis obligari volue-
runt, ob quod magis dictus ſecuritatis contractus
ſuſpectus redditus eſt, & hoc ob præmiſſam inſoli-
8 tam renunciationem, * vt dicit glo. not. in l. ſi quis
ſub conditione. de condi. inſtitutio. quam not. fa-
cit Bald. in l. emptione. C. plus valere quod agi. idẽ
dixit Bal. Salycetus, & Paulus de Caſtro in l. teſta-
mentum. C. de teſtamentis. Bald. in l. etiam. ſecun-
da colum. C. de executio. rei iudic. & in l. cùm de
conſuetudine. & in l. nam ad ea. ff. de legibus, & in
capi. j. ad finem princip. de feu. dato in vicem legis
commiſſo. & not. in additio. Specu. in titu. de arbi-
tris in verbo, nimia cautela, Imo. in c. ad noſtram.
de emptio. & venditio. xij. colum. & plus in ſpecie
dixit Bal. in c. tertio loco. vltim. colum. de probat.
9 per iſtam gloſſ. * quòd ex renunciationibus inſoli-
tis præſumitur inſtrumentum ſuſpectum, & ſic ita
ignorantes mercatores ipſi non videntur eorum
iuri ignorato præiudicaſſe, nec renunciaſſe, ex quo
iuri quod quis ignorat, nunquam renunciare intel-
ligitur. l. mater decedens. cum vulgari. ff. de inoffi-
cio. teſtamen. l. fina. §. ſi autem. & ibi Barto. & Bal.
C. de furtis. præſertim cum prædictis inſolitis clau-
ſulis & cautelis, & quæ clauſulæ inſolitæ, & nimiæ
cautelæ quæ potius cauillationes dicuntur, faciunt
præſumere dolum, ita formaliter dicit Bal. in capit.
quia veriſimile. de præſumptio. inde dixit idem
Bald. in c. ex literis. ſecunda column. in fin. de con-
ſuetud. quòd vbi abundantior cauillatio, ibi eui-
10 dentior fraus. * Et ſic licet iuramentum ſit obliga-
torium ex parte iurantis, tamen vbi altera pars in
pecca



peccatum prætenditur, tenetur ad relaxationem
iuramenti: vt conſuluit Fed. de Sen. in conſi. cclxij.
11 * quem refert & ſequitur Abb. in ca. cùm contin-
gat. iiij. colum. extrà de iureiuran. ſed cùm pars ad
cuius inſtantiam fuit ita iuratum, peccet, meritò
tenetur ad relaxationem iuramenti: maximè cùm
ex præmiſsis ita inuitaretur ad delinquendũ frau-
12 dando proximum: * quo caſu tale iuramentum ſer
uari nõ debet: bene facit l. conuenire. ff. de pactis.
& quod voluit Inn. in ca. ad noſtram. extrà de iu
reiuran. quem refert & ſequitur Bald. in c. primo.
§. item ſacramenta. vltim. colum. de pace iuramen.
firm. vbi ſubdit in ſpecie, quòd iurans non denun-
ciare malefactorem, facit vt iuramentum huiuſ-
modi non valeat: ita etiam voluit Iaſ. de may. in l.
ſi quis. §. illud nulla. ff. de pactis. vnde cùm in caſu
præſenti inducantur prædictus Ioãnes Plecamans,
& ſocij ad delinquendum, prædictos honorabiles
mercatores ita fraudando cùm prædictis renun-
ciationibus tacito de mercibus prædictis prohibi-
tis deferri ad Mauros, tenentur omnino ad relaxa
tionem iuramẽti prædicti: & ſtante potiſsimè cùm
nihil amiſerint, & fuerit ſibi plenè de dicto cam-
bio ſatisfactum. Et licet prædicta de mercibus &
ſatisfactione veniant in facto verificanda, indulta
competenti, imò breui dilatione, præmiſſa omnia
pluſquam verificare offerimus.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Notarium, qui venit cauſa faciendi teſtamentum alicuius expellens, videtur factionem teſtamenti prohibuiſſe.*

2 *Inſtitutus hæres in primo teſtamento, ſi demum prohibuit fieri aliud teſtamẽtum per teſtatorem, facit vt primum teſtamentum factum in nihilo ſibi ſuffragetur, & ſic non tenet inſtitutio de ipſo facta, ſed venit ſucceſſio deferenda venienti ab inteſtato. nu. 3.*

4 *Impediens ne quis inſtituatur hæres per teſtatorem, tenetur ad intereſſe.*

5 *Impediens aliquem quominus cõſequatur aliquam commoditatem, etiam ſi ad illam non competeret aliquod ius agendi, tenetur tamen ad totale intereſſe.*

6 *Impediens ſeu prohibens aliquem teſtari, tenetur in duplum habenti intereſſe in eo.*

## CONSILIVM XXVI.

REdemptoris gentium auxilio inuoca-
to, amen. In facti contingentia propo-
nitur, prout etiam ex proceſſus meri-
tis apparet, quòd dum domina Smiral
da de ciuitate Liparis teſtamento inter viuos con-
dito Bernadinum eius legitimum, & naturalem
filium vniuerſalem hæredem inſtituiſſet, præterito
Preſto bonanno altero filio: demum decurſo certi
temporis ſpacio infirma euadens, præuidẽnſq; mi-
nus debitè dictum alterum eius filium præteriiſſe,
conſcientia ducta, aliúdque teſtamẽtum facere in-
tendẽns, & ambos filios vniuerſales hæredes relin-
quere, vocatiſq; ad eam notario, iudice, & teſtibus
id propalando, ſuperueniẽte prædicto Bernardino
cum impetu, & furore notarium ipſum, iudicẽ, ac
teſtes expulit à domo, aſſerendo teſtamentum id
fuiſſe alias factum. Dubitatur ergo an ex præmiſ-
ſis dici poſsit prædictum Bernardinum eandem te
ſtari prohibuiſſe. Item, an ex hoc teſtamento con-
dito inferatur præiudicium prædicto Preſto bo-
nanno, conſtito modo præmiſſo de prædicta teſta-
tricis voluntate. Circa primum liquet ex meritis
proceſſus pleniſsimè quòd Smiralda ipſa intende-
bat teſtamentum mutare, & quòd ipſe Bernadi-
1 nus prohibuit teſtamenti factionem, * cùm nota-
rium expulerit, ex quo ſatis demonſtratur de pro-
hibitione iam d. l. j. in prin. ſi quis aliqu. teſt. prohi.
l. Marcellus. in fi. ad treb. l. eum qui. in fi. de his qui
bus vt indign. per quæ duo plenè apparet de pro-
hibitione cõſtare, ita dixit Bar. in l. fi. ff. ſi quis aliq.
teſt. prohib. vlti. col. Bal. in l. j. C. eo. titu. Et ſic ſtan-
te dicta prohibitione prędicti Bernardini facit, vt
prædicta Smiralda ſic de nouo teſtari impedita, pe
nitus à primo teſtamento per eam condito receſ-
ſiſſe dicatur, ſic quòd dictum teſtamentum in ni-
2 hilum ſuffragatur prædicto Bernardino, * ſed ab
eius inſtitutione omnino remotus exiſtat. bonus
eſt textus in l. ſi ſcriptis hęredibus. ff. de his quibus
vt indig. & in l. ij. ff. ſi quis aliqu. teſt. prohi. & in l.
ij. C. eo. tit. & in §. cauſas. in authenti. vt cum de ap-
pellatione cognoſci. Et ſic ſucceſsio prædictæ Smi-
raldæ venit deferenda prædicto Preſto bonanno
tanquam filio, & venienti ad ſucceſsionem prædi-
ctam ab inteſtato, & tanto plus quòd dictus Ber-
nardinus impediendo prædictam teſtatricem teſta
ri, videtur ipſam cogere, vt relinquat venientibus
ab inteſtato. l. conficiuntur. in prin. & l. ſi quis cum
3 núllum. ff. de iure codicil. * Ita dicit not. Bar. in l.
fi. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. Ad propoſitum ergo
de quo ſuprà prædictus Bernardinus nihil perci-
pere debet de dicta hæreditate, prout etiã dicit in
ſpecie glo. not. in d. l. ſi ſcriptis hæredibus ſuprà al-
leg. quòd talis inſtitutus impediẽs teſtatorẽ de no-
uo teſtari, nihil habebit, nec percipiet ex teſtamen
to, in quo inſtitutus fuit, ex quo ei omnis actio de-
negatur, cùm videatur dolo teſtamentum prædi-
ctum impediuiſſe de nouo fieri. l. j. §. fin. & l. ij. ff. ſi
quis aliq. teſta. prohibu. accedat etiam prædictis
quòd voluerunt in ſpecie Pau. de Caſtr. & Alex. de
Imol. in l. dedi. §. quanquam. ff. de conditi. ob cauſ.
4 * vbi dixit, quòd ſi aliquis volebat me inſtituere, &
tu impediuiſti, certè teneris ad intereſſe. ita etiam
voluit gloſſ. not. & poſt eam Cyn. in l. quicquid. C.
arbi. tute. glo. not. in l. Lucius. §. Sempronia. in ver.
actionem. ff. de leg. ij. glo. & doct. in l. Titio. in verſ.
incidiſſet. ff. ad munici. quinimò & plus, impediẽs
in aliquem quominus conſequatur aliquam com-
5 moditatem, etiam ſi ad illam ei non * competeret
aliquod ius agendi, tenetur ad totale intereſſe, ita
voluerunt Rayn. Paul. de Caſtr. & Alexãd. in d. §.
quanquam. Or quanto magis ei cui ius competit, vt
in caſu de quo hîc, tum propter expreſſam volun-
tatem, vt probatur, prædictæ Smiraldæ volentis te
ſtamentum mutare, & ambos filios vniuerſaliter
in eius hęreditate inſtituere, tum etiam quia ex iu
ris diſpoſitione præſumitur æqualitatem voluiſſe
inter filios ſeruare, quod eſt præſumendum in ma-
tre & patre. l. cùm pater. §. pater pluribus. & §. dul-
ciſsimis. ff. de lega. ij. & in §. illud, in authẽ. de trien.

& ſemi.& not.in authenti.ex teſtamento. C. de col
latio.Et alibi inter filios debet fieri diuiſio hęredi-
taria, & rerum æqua lance.l.inter filios.C.familiæ
erciſc.ibi, æquo iure.l.ſi maior. in fin. C. communi
diui. & hoc ad remouendum odium quòd poſſet
oriri inter fratres, & filios, ex inæqualitate ſer-
uata ob hoc quòd vnus haberet pluſquã alius abſ-
que cauſa.l. cùm oportet. in prin. vbi eſt text. ſing.
C.de bonis quæ lib. ita dixit Petr. de Ancharan. in
6 conſi.xxxij.ante omnia. * Vlterius attentari poſſet
prædictum Bernardinum ob tale impedimentum,
ſeu prohibitionem teneri in duplum prædicto Pre
ſto bonanno per tex. in auth. vt nulli iudic. §. pen.
& gl.in d.l.ij.C.ſi quis aliq.teſt.prohi. & licet text.
in d.§.pen.loquatur in adminiſtratore ciuitatis, at-
tamen non ſolùm in adminiſtratore, verum etiam
in quocunque alio impediẽte quem teſtari locum
habet:ita voluerunt glo.Bar.& Imo.in l. Lucius.§.
Sempronia ſuprà alleg.ff.de leg.ij.eandẽ opinionẽ
tenent Fulg & Ang.in l.ij.C.ſi quis aliq.teſta. pro-
hib.& ne plura ſint extra opera, quàm opera, quòd
illis cõtingit, qui à principali themate diuertẽtes,
vt longos faciant commentarios, verborum pro-
lixitate in præcipitium deueniunt, idcirco ex præ-
miſsis conſulo prædictum Preſto Ioan. filium prę-
dictæ quõdam Smiraldæ ſuæ matris venire ad eius
ſucceſsionem excluſo prædicto Bernardino, ob
prohibitionem prædictam, ego Thomas Gram.

SVMMARIVM.

1 *Turpe eſt aliorum ſcripta referre, vbi nihil habes aliquid additione dignum.*
2 *Citatio ad videndum iuramenta teſtium omiſſa, reddit proceſſum nullum. quod locum habet nedum vbi proceditur ad querelam, verùm etiam vbi procederetur ad inquiſitionem.*
3 *Proceſſus in quo proceditur per inquiſitionem, & per accuſationem.*
4 *Teſtis dictum inualidatur ob malam redditionem cauſæ ſcientiæ ipſius teſtis,*
*Teſtis ratio ſi eſt friuola, & non concludens, deſtruit dictum teſtis.*
5 *Pluralitas præſumitur vbi non probatur indẽtitas.*
6 *Teſtes mulieres in criminalibus contra presbyterum ſeu clericum non probant.*
7 *Teſtes mulieres in foro canonico in criminalibus non probant, etiam contra laicum, niſi in ſubſidium, quando veriſimiliter ex natura facti alij teſtes adeſſe non potuerunt.*
8 *Teſtis aſſignans eandem rationem cum dicto, vt dicens ſe ſcire, quia ſcit, non probat.*
9 *Iudex non veriſimili non debet fidem dare.*
10 *Trahi ſeu intelligi quæ poſſunt in malum, & in bonum, maximè aduerſus ſacerdotem, ſemper in bonum trahenda ſunt, cùm ſemper capiẽda ſit via, vt excludamus delictum.*
11 *Indicium licet ſufficiens ad torturam, vbi non eſt niſi vnum, ſubſiſtente bona fama inquiſiti, ſeu delati, euacuatur, & eneruatur.*

CONSILIVM XXVII.

REdemptoris gentium Præſidio iterato,
amen. In cauſa vertente inter venera-
bilem presbyterum Marcum Iulianum
de Auerſa ex vna, & eremitam denun-
ciantem, ac etiam curiæ epiſcopalis Auerſanæ co-
adiutorem ex altera, ſuper inquiſitione formata
contra pædictum presbyterum Marcũ, de mixtu-
ra vini: licet per Magni. collegã qui cauſam ipſam
inſtruxit, fuerit optimè in iure, & in facto allega-
tum, in eo quod dixit: tamen quia fortè in maiori-
1 bus occupatus aliqua neceſſaria præteriit. * Cùm
Turpe ſit, aliorum ſcripta referre, vbi nihil habes
aliquid additione dignum: vt dixit præclarè Bald.
in l.j.in repe.in fi.C.de ſacroſan. eccl. & Ioan. Fab.
in §.adeo.inſtitu.loca.idcirco neceſſaria adducen-
do quæ omiſſa fuere, & demum dictis, & allegatis
per eum addendo, paucis vt conſueui, quoad po-
tero, debitum exoluam pro explorata cauſę victo
ria: & clientis ſatisfactione. Et primò antequam
ad probatorum merita deueniam, videtur meo iu-
dicio proceſſum fabricatum contra prædictũ preſ-
byterum Marcum, fuiſſe & eſſe nullum: & ſucceſ-
ſiuè ſententiam ex eo contra ipſum latam, & pluri-
bus nullitatibus laborare. Et in primis apparet
ipſum presbyterum Marcum minimè citatum, aut
monitum fuiſſe ad videndum iuramenta teſtium,
cuius citationis omiſsio reddit proceſſum nullum.
tex.in c.ij.extrà, de teſti.tex.in l.ſiquando.C.de te
ſti.& in §.ſancimus.in auth.de teſti. §. pen. & facit
l.iudices. C. de fi. inſtru. & ſic ſi huiuſmodi citatio
fuerit omiſſa, nihil valet quod geſtum eſt, per d. c.
ij.ita in ſpecie dixit Alber.in tract.de teſti.in verſi.
2 videndum eſt principaliter de ſolennitatibus, * &
non ſolùm hoc procedit vbi proceditur ad quere-
lam, verùm etiam vbi ad inquiſitionem, ita dixit
Iaco.But.& Bar.in l.ij.§.ſi publico.ff.de adul.Bald.
in l.iiij.§.j.ff.de cond.ob tur.cau. per c.inquiſitus.
de elect & ibi ſentit Innoc. per tex. in c.paſtoralis.
3 de re iudi.in clemẽt. * accedit inſuper & alia nulli-
tas, quia in proceſſu prædicto procedit per accuſa-
tionem & per inquiſitionem: quo ſimiliter red-
ditur proceſſus nullus: vt voluit not. Bal. in l. edi-
ta.xxij.col.verſi.x.quęro.in rep.padua. C.de eden.
idem Bal. quem refert & ſequitur Iaſo.in l.j. in fin.
C.de furt. Et ſic ambobus præmiſsis exiſtentibus,
nemo eſt ſani iudicij qui de proceſſus nullitate du-
bitare poſsit. Nunc autem ſubintrando proceſſus
merita, nihil habent obſtare eidem donno Marco
depoſitiones Pedochynæ, Sperantiæ, & Mideæ te-
ſtium productarum per denuntiantem, ſeu accu-
ſantem. Pedochyna quidem non reddit aliam cau-
ſam ſcientiæ ſuo dicto, niſi quòd affrontauit dictũ
vinum cum quadam ſua acquata, & ſi talis affron-
tatio ſit ſufficiens ad probandum mixturam vini,
de quo dictus Marcus ipſe inquiritur abſque ali-
quo alio guſtu vini prædicti, cuiuſlibet iudicio
committẽdum non vereor, maximè iudicantis di-
ſcretioni. Sperantia verò deponit, ꝙ audiuit ere-
mitam conquerentem de vino. Midea autem depo
nit, quòd ſe reperit in domo eremitæ, quando mu-
lieres detulerant vinum à domo donni Marci, vt
aſſerebant, & ſubdit vinum non eſſe bonum. De
primis duabus non eſt in aliquo verendum ob ma
lam reditionem cauſæ ſcientiæ eorum dicta cor-
4 ruere, cùm mala ratio ſit illa, * quæ inualidat di-
ctum teſtis: cùm in teſte ſolum ratio attendatur:
ita vltra allegata per Magnificum prædictum ad-
uocatum in cauſa principali, voluit Bal. in l. con-
uenticula.vj.colum. C.de epiſc.& cler. & ibi dixit,
quòd ſi ratio teſtis eſt friuola, & non concludens,
deſtruit dictum teſtis, ex quo tota virtus probatio-
nis ſtat in ratione teſtis. Idem tenet Bald.in l.ſo-
lam. C.de teſti.quem ſequitur & refert Alexand. in
conſi.xc. colum.iij.& conſi.lxxxv.in ij.volum. viſo
themate, &c. Et idem dicendum eſſet de Midea &
Andræa celẽtano teſtibus, dum dicunt reperiſſe in
domo eremitę tinellos onuſtos vino empto à preſ-
bytero Marco, aliam rationem eorum dicto non
aſsignando quomodo ſcirent illud fuiſſe de vino
donni Marci, vnde potuit illud eſſe aliud vinum,
& aliunde aſportatum, quàm à domo donni Mar-
ci, poſtquam teſtes nihil dicunt vnde vinum præ-
dictum ibi delatum fuerit, & cùm non probetur
de identitate vini, potuit illud eſſe aliud vinum, &
5 ita præſumendum eſt, * cùm in dubio identitate
nõ probata præſumatur pluralitas rerum, & ſic vi-
ni, per nota.per Iac. but.& Bal. in l.j.ad fin.ff.quem
admo.teſta.aperian.& in l.demonſtratio.in princ.
ff.de condi. & demonſtr. per quæ ita in ſpecie con-
ſuluit Alexan. de Imol. in conſilio ſuo cxviij. idem
voluerunt Canoni. in ca. auditis. extrà de præſcri-
ptio.& ibi in ſpecie Ioan.Andr.ponit quæſtionem
de bidello, cui mortuus fuit equus conductus in
itinere Bononiæ, & tamen ſuccubuit, ex quo licet
probauerit equum ſibi mortuum fuiſſe, nõ tamen
verificauit fuiſſe illum quem cõduxerat, & ſic non
probauit de identitate equi. idem voluit ibidem
Anton.de Butr.in penult.char.& Abbas in ix.prę-
dictis etiam accedit maximum adminiculum, cui
neſcio quonam modo reſponderi poſsit, quod de
eodemmet vino prædicti presbyteri Marci exiſtẽ-
te in palmento, ſeu vſitorio, à quo plures vegetes
exiuerunt. emit etiam honeſta mulier Soriana in te
ſtem producta, prout ipſemet eremita depoſuit, ac
etiam eademmet Soriana, quæ examinata dicit, ꝙ
eodem contextu inſimul cum eremita, & Petro,
cæpit vnam vegetem vini prædicti & palmento
prædicto, & fuit optimum, & idem deponit Pe-
trus, & alij teſtes. Præterea quando mulieres præ-
dictæ deponentes contra prædictum dominũ Mar-
cum optimè in eorum depoſitionibus conclude-
rent, nihil probarent contra eundem, nec fidem fa
cerent, ex quo ſunt mulieres, & productæ in cri-
6 minalibus contra presbyterum & ſacerdotẽ, * quo
caſu mulieres non probant contra clericum pro-
ductæ.text.eſt not.& peregrinus in c. ipſi apoſtoli.
ij.quæſtion.vij.gloſ.not.in capit.mulierem.iuncto
text.xxxiij.quæſt.v.gloſ.in cap.forus.extrà de ver-
7 borum ſignificatio. * imò & fortius mulieres non
ſolùm contra clericum, verùm etiam contra lai-
cum in criminalibus non probant in foro cano-
nico, in quo ſumus, vt dicit gloſ.in dicto capitulo,
forus. & ibi communiter docto. Ioan.Andr.in ad-
dit.Specul.in tit. de teſt.§.j.verſiculo. item excipi-
tur. niſi in ſubſidium, & quando alij teſtes veriſi-
militer actu & habitu interuenire non potuerunt,
ita Ioannes Andræas in loco præallegato, quem re
fert & ſequitur Alexand. de Imo.in conſilio xxiiij.
libro ſecundo incipien.animaduerſis. & conſi.lxv.
incipient. viſis proceſsibus. in fin.eod.lib. Item in-
ualidatur & alio modo dictum Andrææ de celen-
tano, videlicet ob malam rationem, quam aſsignat
in eius dicto, dum interrogatus quonã modo ſcit,
reſpon.quia ſcit: quo caſu non probat: quia vide-
tur eandem rationem cum dicto aſsignare: vt in
ſpecie dicit Bartol. in l. qui interrogatus. de petit.
8 hære.vbi dixit, * quòd ſi teſtis aſsignãdo rationem
dicto ſuo, nihil aliud dicat, niſi ſe ſcire nulla alia
aſsignata ratione cauſæ ſcientiæ, non probat.idem
tenet Bald.in l.ſolam. ij.colum.C.de teſti.Bar.Bal.
& Alber. in l.curatores.ff.de offi.procu.cæſ.& hoc
per text.ibi, qui quotidie allegatur ad hoc, quòd ra
tio aſsignanda per teſtem non debet eſſe eadem
cum dicto. idem voluit gloſſ. in l. Labeo Neratius.
ff.de vſucap.glo.in l.j.ff.de exce.text.in l.qui inter-
rogatus. & ibi Bartol.ff.de peti.hæred.Bal.in l.non
omnium.ff. de legibus. Præterea capiunt præmiſſa
incrementum ex alio: nam omnes teſtes ſuper ter-
tia exceptione deponunt dictum vinum eremitæ
fuiſſe repoſitum in duabus vegetibus: & in vna ve-
gete euaſit vnum vinum melius quàm in alia. quis
ergo aliud diceret hoc malum ex culpa niſi vege-
tum perueniſſe, & non vini? certè nemo, prout
etiam clariſsimè deponunt prænominati teſtes in
9 iiij.exceptione: quòd veriſimilius eſt: * cui veriſi-
mili debet iudex fidem dare potius quàm non ve-
riſimili. l.iij.in princip. & l.ob carmen.§.fina.ff.de
teſti.l.non eſt veriſimile.ff.quòd met.cau.cap.quia
veriſimile. de præſump. & voluit Bald.in l.teſtium.
vltim.colum.C.de teſti. Alexan.in conſi.cxx. pon-
deratis, &c.& in conſ.cliij.viſis & narratis, colum.
iij.v.volumi. Petr.de Ancharan. in conſi. lvij. extra
ordinem contractuum. vlti. colum. & in alio con-
ſilio clvij. viſa facti narratione. Et procedunt præ-
miſſa in caſu præſenti, vbi impingitur crimen preſ-
bytero & ſacerdoti, contra quem nihil ſiniſtrum
putandum eſt.cap.abſit.xj.q.iij.& hoc verum dicit
gloſſ. ibi, in his quæ poſſunt trahi ad malum & ad
10 bonum: * nam ſemper in bonum interpretanda
ſunt. per text.in capi.j.xij.diſtinctio. & in c. eſtote.
de regulis iuris.hinc voluit not.Innocen.in ca. du-
dum eccleſia.de election. quòd ſi probatum fuerit
per teſtes contra prælatum, quòd concedebat ec-
cleſiaſtica ſub annuo cẽſu, quòd propter hoc non
poterit puniri tanquam committens ſimoniam:
quia fiet interpretatio in partem benigniorem, ob
notabilem præſumptionem quæ eſt, vt non delin-
quat prælatus: & intelligetur quòd cõcedebat tem
poralia eccleſiaſtica ſub annuo cenſu, & non eccle
ſiaſtica ſpiritualia: vnde pariter & in caſu noſtro
interpretandum & intelligendum erit malitiam
vini procedere ex vegetibus, & nõ ex vino, ex prę-
miſsis, & maximè per gloſſ.in prædicto capi.abſit.
cùm capienda ſit ſemper via, vt excludamus deli-
ctum eſſe, vt dicit Bartol. in l. non ſolùm. §.ſed vt
probari.ff.de noui oper.nuncia. quem refert & ſe-
quitur Abb.in capi. in præſentia. de probat. per id
quod voluit Innocent. in capi.dudum.el primo:de
11 electio. * Vltimò concludendo dico, quòd ſi quod
indicium reſultaret ex adductis contra prædictum
do. Marcum, illud fuit plenè eliſum per eius defen
ſiones, de quibus ſuprà: & pleniſſimè euacuatum
per optimam vitam, conditionem & famam ipſius
donni Maci, vt dicit Bartolus in l. deſertorem. ff.
de re milit. quem ſolùm allegat Magni. collega.
addo quòd idem tenet Bartolus in l.non omnes.

§.à barbaris.eod.titul.Bald.in l.fi.vltim.colum. de proba.in l.j.C.de fur.idem Bald.in l.j. C.loca. & in l.ea quidem.C.de accuſat.circa antepe.colum. Angel.in l.milites.C.de quæſtio. Gand.in tract.malefic.in rubr.de indic. indubit. circa fin. & Angel. in tract.malefic.in verbo,fama publica.colum.iiij. ex quibus omnibus, & eorum ſingulis ſentio de iuris cenſura fuiſſe per curiam reueren. epiſcopi Auerſani iniquè cum reuerent. pronunciatum contra prædictum venerabilem presbyterum Marcum, imò & quodammodo voluntariè ni fallor ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei eccleſiæ ad hoc vt teneat, requiritur quòd eccleſia vtiliter contraxerit.*

2 *Vtilitas contractus alienationis ſatis apparet eo tunc, quòd de contrario non liquet.*

3 *Eccleſia licet poſſit venire contra contractum geſtum omiſſis ſolennitatibus, licet vtiliter contraxerit, cùm eo caſu contractus non teneat, id tamen intelligendum eſt, quando ex illo contractu eccleſia modo aliquo læderetur: ſecus ſi vtiliter contraxiſſet.*

4 *Eccleſia poteſt ſibi facere contractum fauorabilem abſque aliqua ſolennitate canonica, vel legali.*

5 *Pupillus licet non poſſit abſque auctoritate tutoris efficaciter obligari, tamen quando talis obligatio venit ad ſuum commodum, tenet obligatio.*

6 *Minor ſi virtute ſtatuti non poteſt contrahere abſque præſentia officialium mercantiæ, & auctoritate trium eius conſanguineorum, tamen poterit facere contractum ſibi vtilem: & valebit abſque tali ſolennitate à ſtatuto requiſita.*

7 *Minor & eccleſia æquiparantur.*

8 *Mulierum contractus ſtante ſtatuto quòd non teneant niſi cum interuentu conſenſus propinquorum, intelligendum eſt de contractibus damnoſis: ſecus, de vtilibus ipſis.*

9 *Interpretatio in ſtatutis regulariter fit ſtrictiſſima, cùm ſint ſtricti iuris.*

10 *Conſenſus patris non præſtitus in iudicio filij, reddit proceſſum nullum, tamen quando ſententia proferretur pro filio, & ſic eſſet proceſſus vtilis filio, valebit abſque conſenſu patris.*

11 *Id putare debemus pro expreſſo, de quo ſi quis fuiſſet interrogatus, idem reſpondiſſet.*

12 *Conſuetudo tollens ſolennitatem in alienatione rerum eccleſiaſticarum non tenet, niſi eccleſia id longo tempore conſueuiſſet.*

13 *Decretum iudicis requiritur in alienatione rei minoris, tamen induci poteſt per longa tempora, vt non requiratur.*

14 *Conductor eccleſiæ antiquus offerens tantundem penſionis, quantum nouus, non debet à conductione amoueri, imò non debet augeri penſio oblata per alium colonis eccleſiæ. num.15.*

16 *Conductor rei à fiſco ſi eſt ſibi aucta penſio conductionis per alium, & ipſe offerat tantundem quantum nouus conductor, poteſt compellere fiſcum vt ſibi locet tanquam antiquo conductori.*

17 *Emphyteuta ſi expulit antiquum conductorem fundi, cùm bonus eſſet, debet priuari emphyteuſi.*

18 *Emphyteuſis ſi ſit finita morte, & dominus velit de nouo emphyteuſim concedere, deſcendentes primi emphyteutæ poſſunt petere quòd eis confirmetur emphyteuſis, & hoc de facili impetrabunt. Et ſi eiſdem denegabitur, poſſunt appellare ad ſuperiorem. nume.19.*

20 *Conductor in locatione non habet dominium nec poſſeſſionem, ſed nudam detentationem.*

21 *Emphyteuta ſi cecidit à iure ſuo, & eccleſia tamen ſingulis annis recepit penſionem ab ipſo, & non proteſtatur de caducitate, ex hoc videtur caducitatem remiſiſſe.*

CONSILIVM XXVIII.

REdemptoris gentium præſidio iterato, amen. In cauſa venerabilis monaſterij ſancti Sebaſtiani de Neapo. cum Vincentio nobile ſuper petita reſciſſione contractus locationis domus, factæ patri eiuſdem Vincentij de quinquennio ad quinquénium, ad renouandum ad annos xv. cum pacto, quòd in fine xv. annorum non poſsit amoueri, ſi tantundem penſionis offerret, quãtum quilibet alius nouus conductor comparens. Dubitatur an dicta locatio teneat, cùm facta fuerit ad longum tempus, vt prætenditur, & contra tenorem Paulinę: & maximè cùm præſupponatur facta non adhibitis debitis ſolennitatibus à iure requiſitis. Et certè procul dubio dicendum eſt dictam locationem tenere, & viribus ſubſiſtere ex infraſcriptis: cùm mo-
1 naſterium ipſum ſatis vtiliter contraxerit: * quod
principaliter attendendum eſt in alienatione ſeu
locatione rei eccleſiaſticæ. bonus eſt text. in clem.
j.de reb.eccl.non alien. & in c.ſine exceptione.xij.
2 q.ij.cum vulg. * Et de vtilitate ipſa conſtare appa-
ret, eo tunc quòd de contrario non probatur, &
ſic ex iuris diſpoſitione: vt dicit gloſ. notab. in l.in
pupillo.ff.de ſolutio. quam refert & ſequitur Lau-
ren. de rodulph.in repetitio.capi.ſine exceptione.
ix. colum.xij.quæſtione.ij. Secundò liquet ex pro-
batorum meritis de d. vtili contractu monaſterij:
& quòd monaſterium ipſum eo modo vt locauit,
vtiliſsimè cõtraxit pro eo, vnde dato abſque veri
præiudicio, quòd aliquæ ſolennitates defeciſſent,
3 tamen contractus non deſinit eſſe validus. * Quia
licet aliàs eccleſia poſsit venire contra cõtractum
celebratum omiſsis ſolennitatibus, cùm reputetur
inualidus, iuxta text.& quæ ibi habentur in cap.ad
audientiam. de rebus eccleſ. non alie. & in capi.j.
de integ. reſtit. illud tamen intelligitur, quando
monaſteriũ ſeu eccleſia ex illo cõtractu eſſet dam-
nificatum, vt in prædictis iuribus, ſecus enim quan
do vtiliter contraxiſſet, licet aliæ ſolennitates non
interuenerint, ita voluerunt gloſſ. Guli. & Bald.in
l.cùm ij.§.eam tranſactionem.ff.de tranſa.Bal.in l.
quicunque. per gloſſ.ibi.C.de bon.quæ lib. * ſub-
4 dens in ſpecie, quòd eccleſia poteſt facere ſibi con
tractum fauorabilem abſque alia ſolennitate ca-
nonica, vel legali.idem in ſpecie tenet Baldus in l.
contra iuris. ff.de pact. & ſequitur Iaſo. de may. in
l.potuit.ij. colum. C.de iur. deliber. vbi ſubdit ita
eſſe. & idem Iaſo.in l.non eo minus.ij.columna.C.
de procur. cùm ad hunc finem adhibeantur ſolen-
nitates,



tates, & tractatus, & alia, vt liqueat de vtilitate eccleſiæ cuius res diſtrahitur. ſed vbi vtilitas eſt notoria, non eſt opus coniecturis.l.continuus.§.cùm ita.ff.de verb. obliga. ita propriis terminis conſuluit Petr. de Ancharan. in conſi. cxcvij. incipiente,
ſubtiliter & ad plenũ * Quibus ſuffragatur, quòd
5 licet pupillus non poſsit abſque auctoritate tuto-
ris efficaciter obligari, tamen quando talis obliga
tio ſpectat ad ſuum commodum, valet & tenet, vo
luit gloſſ.in l.ij. ff.de accepti. quam Bartol. & Ang.
6 ibi multum notant. * Et alibi in ſimili ſtante ſtatu-
to, quòd minor non poteſt cõtrahere abſque præ-
ſentia officialium mercantiæ, & auctoritate trium
eius conſanguineorum: tamen hoc non obſtante
poterit minor facere contractum ſibi vtilem, * &
7 valebit abſque alia ſolennitate requiſita à ſtatuto:
& tamen videmus quòd minor & eccleſia æquipa-
rantur: & pari iure cenſentur: Bartol. in l. ſi pupil-
lorum. ff.de re.eor.Spec.in titu.de loca.§.vj.verſi.
xiiij.& ſeq.c. auditis.& c.j.de in inte.reſtit.& Cãr-
dina.in Clement. j. eod. titul. Et præmiſsis accedat
quod dicimus de ſtatutis dictantibus, quòd con-
tractus mulierũ non valeant, niſi interueniat con.
8 ſenſus propinquorum, * nam nihilominus dicta
ſtatuta vendicabunt ſibi locum in contractibus
damnoſis, non in vtilibus: ita probat text. in l. ne-
que. C.de contrahend.emp. quem memoriæ com-
mendat Bald. ibi ad hoc. & ſequitur Panor. licet de
Bald.non meminerit in cap.relatum.el j.vj.colum.
de teſta.huic opin. etiam accedat quòd voluerunt
Ange.Imo.& Mod.in l.mutum.ff.de acquiren. hæ-
red.vbi dixit, quòd ſtante ſtatuto quòd mulier nõ
poteſt ſe obligare ſine conſenſu duorum propin-
quorum, quòd tamen ſi ſit delata hæreditas mulie-
ri ſine onere, poterit tamen eam adire ſine ſolenni-
tate dicti ſtatuti, & valebit aditio, cùm fuerit vtilis
mulieri. * Et fortius eſt aduertendum quòd præ-
9 miſſa relata ſunt ex diſpoſitione ſtatuaria; quòd
fortius eſt: ex quo in ſtatutis regulariter fit ſtrictiſ-
ſima interpretatio, cùm ſtatuta ſint ſtricti iuris, vt
dixit not. Bartol. in l. quicquid aſtringendæ. in fin.
princi.ff.de verbo.obliga. gloſa & Bartol. in l.non
dubium.iij.col.iij. q.C. de legi. Iaſ.de may. in l.qui
ſe patris.xxx.colum.C.vnde lib. & tamen non ob-
ſtante ſtricta & propria ſignificatione ſeu interpre
tatione quæ debet fieri in ſtatutis, contractus vti-
les aliter facti tenent, quòd ſatis relinquo Magni.
iudicanti ponderandum. * Vltimò non omitten-
10 dum cenſeo, quod in ſimili dicimus, quòd licet a-
liàs conſenſus patris non præſtitus filio agenti in
iudicio, vel conuento, reddat proceſſum nullum,
tamen fallit quando filius obtineret in illa cauſa,
quia tunc proceſſus teneret etiam non adhibito pa
tris conſenſu, ex quo in ſui vtilitatem: ita voluerunt
Cyn. Salycet. & Rapha.in l.non ideo minus. C. de
procur.& ſequitur Alexand. in conſil. lix. in ij. vo-
lumin. & ſic cum monaſterium vtiliter contraxe-
rit, non poteſt nunc contra ſuum contractum ve-
nire, & petere ſe in integrum reſtitui, prout habe-
tur in cap.cùm vos.de his quæ fi. à præla.ſine con-
ſen. cap. & in cap. cùm dilecti. de emptio. & vend.
& latius per Hoſti.in ſum. de rebus eccleſ. nõ alie.
maximè cùm principale propoſitum ſummi Pon-
tificis prouidentis ſolennitatem ſeruari, fuerit ne
eccleſiæ læderentur, ſed ꝙ vtiliter contraherent,
quod principale propoſitum attendendum eſt: vul
ga.l.ſi quis nec cauſam. nec propoſitum. ff.ſi certũ
peta. Et ſi ſummus Pontifex hodie interrogaretur,
an ſi eccleſia contraxerit cum eius magna vtilita-
te, licet abſque ſolennitatibus, contractus ille ſit
validus, certè indubitanter & omnino reſponde-
ret quòd ſic.quia id putare debemus pro expreſſo,
11 de quo ſi quis eſſet interrogatus, * ita reſpondiſſet,
ſeu reſponderet.gloſſ.eſt not.in l.tale pactum. ff. de
pact. & tamen loquitur in ſtatuentibus, quòd for-
tius eſt.text. eſt etiam in l.fin. ſecundum Bart. Bal.
& Ange.ibi.C.de poſt.hære.inſtituen.text.in l.Bar
barius.& ibi Bald.vltim.colum.ff.de offi. præto.&
iſta etiam quòd ſi vtiliter contrahit, tenet contra-
ctus vt ſuprà, apparet eſſe de intẽtione Paulinæ ibi
dum dicit, & cum eccleſiarum euidenti vtilitate.
12 Præterea * liquet ex proceſſu pleniſsimè monaſte-
rium prædictum conſueuiſſe longiſsimo tempore
ſimiles locationes facere, & licet aliàs conſuetudo
tollens ſolennitates in rebus eccleſiaſticis non te-
neat, tamen fallit quando eccleſia illud conſueuiſ-
ſet longo ſeu longiſsimo tempore, prout in caſu
noſtro.gloſſ.eſt not.in l.diuturna.ff. de legi. gloſ.&
Bald.in rubric.C.quæ ſit long.conſuet.gloſſ. in au-
thent.hoc ius porrectum. in fin. C.de ſacr. ſanc. ec
13 cleſ.Paul.de Caſtr. in l.etiam. ff. ſoluto mat. * ſicut
in ſimili dicimus de minore. Nam licet aliàs requi
ratur decretum iudicis in alienatione rei minoris
tamen per longam conſuetudinem induci poteſt,
vt poſsit alienari abſque aliquo iudicis decreto, di
xit Ange.in d.l.diuturna.ſuprà allegata.Bald.in ca.
j.j.colũ.per quos fiat inueſtit.Præterea demonſtra
tur etiam oculari inſpectione prædictum Vincen-
tium feciſſe, ac erogaſſe multas, & quamplures ex-
penſas vtiles & neceſſarias dictæ domui, quæ iam
erat ruinoſa, & in collapſum, adeo quòd ex prædi-
ctis expenſis meliorata, nimirum ſi penſio venit au
genda, & ideo de ea nunc maior penſio reperitur,
& tamen Vincentius ipſe offert tantundem quan-
tum alius obtulit, quòd denegari non poteſt, tum
ex tenore contractus initi inter ipſas partes, quòd
pro ſimili penſione non poſsit expelli, tum quia ap
paret illud augmentum penſionis fuiſſe cauſatum
propter expenſas erogatas in refectionem domus
per eundem Vincentium, ad quas minimè obliga-
tus erat, & ſic quòd fauore ſui geſtum eſt, redunda-
ret in eius odium, quod non eſt dicendum. vulga-
ta l. quòd fauore. de legi. & pariter contra iuris re-
gulam ex ſuo beneficio quis damnum pateretur,
& ſic incideret in euangelij dictum, de bono ope-
re lapidamus te, quod eſſe non debet ex præmiſsis.
tum virtute pacti initi in contractu, tum etiam ex
iuris communis diſpoſitione, qua cauetur quòd
14 antiquus * conductor offerens tantundem penſio-
nis, quantum nouus, non debet à locatione amo-
ueri. text. eſt not. in l.congruit. C.de loca. prædio.
ciui. libr.xj.Salycet. in l.fin. C.de iure emphyt. re-
fert & ſequitur Iaſ. ibidem. in quæſtio. an emphy-
teuta alienans irrequiſito domino. idem in pro-
priis terminis conſuluit Paulus de Caſtro in con-
ſilio lxiij. incipien. videtur dicendum. vbi fortius
15 tenet, * quòd non debet augeri penſio oblata per
alium colonis eccleſiæ. & idem conſuluit Petr. de

Ancharan.in conſi.cxxxiij. plenè & ſubtiliter. Lu-
douic.Roma.in conſil. xxij. vbi dicit ſe ita habere
communem opinionem. Bal.in c. in præſentia.vij.
colum. de probat. & plenè in particulari Franciſ.
Cur.in conſi.xlvij. incipien. ſuper contreuerſia. &
Alexan.in conſi. x.in iij.volu. & idem tenet Alexã.
16 in l.coté ferro.§.qui maximos.ff.de publica.*vbi
fortius dixit, quòd etiam fiſcus compelli poteſt, vt
locet antiquo conductori, ſi tantũ vult dare quan-
tum nouus. & hoc per prædicta iura: adeo quòd di-
xit not. Barto.in l.cognouimus.C. de manci.& co-
17 lo.lib.xj. * quòd ſi emphyteuta expulit antiquum
conductorem ſeu colonum fundi, cùm bonus eſ-
ſet, debet priuari emphyteuſi, per rationem: quia
ſit iniuria primo conductori, quòd pati nõ debet.
Hinc voluit Bartol. in l. j. §. permittitur. per illum
18 text.cum glo.not.ff.de ſeruit.& aqua.* quòd ſi em
phyteuſis ſit finita morte, & dominus vult de no-
uo emphyteuſim concedere, deſcendentes primi
emphyteutæ poſſunt petere quòd eis confirmetur:
& hoc de facili impetrabunt, & eſt iniuria eis, ſi
non refirmatur, adeo quòd ſi eis non refirmaretur
poterunt dicti deſcendentes appellare ad ſuperio-
19 rem, vt cogat dominũ emphyteuſis, *quòd eis re-
firmet. per text.in c.bonæ memoriæ.de poſtu.prę-
la. idem tenet Barto.in l.j.in fi.ff. de priuileg. cred.
quòd tamen fortius à maiori hoc procedit in caſu
noſtro, cùm ex emphyteuſi transferatur vtile do-
miniũ: quod non videtur in locatione, in qua con-
ductor non habet dominium, nec poſſeſsionem,
20 *ſed nudam detentationẽ: vt dicit bona gl.in ſuprà
allegata l.congruit.C.de loca.prædio.ciui.libr.xj.
in verbo poſſeſſores. & ſic à maiori poterit prædi-
ctus Vincentius hoc petere, tum vigore contra-
ctus, cùm pater ipſius ſtipulatus fuerit pro ſe & hę-
redibus ſuis: tum etiam ex iuris communis diſpo-
ſitione; cùm mortuo patre ſciente, & patiente mo-
naſterio permanſerit in dicta locatione, per quod
videtur cum eiſdem conditionibus reconduxiſſe.
per l.item quæritur.§.qui impleto.ff.loca.& in l.in
rebus.§.fin. ff. de preca. & in l.legem. cum ibi not.
maximè per Baldum.C.loca. Nec obſtat quòd di-
citur ex aduerſo, quòd cùm ipſe Vincentius non
reuocauerit infra terminum xv.annnorum, & la-
pſus fuerit terminus, quòd excluditur à commo-
do reuocationis: nam reſpondetur quòd dato abſ-
que veri præiudicio, quod non fuerit facta reno-
uatio, tamen in contractu inito inter prædictum
monaſterium, & patrem ipſius Vincentij, non fuit
appoſita pœna, vt caderet à locatione non facta
reuocatione infra tempus prædictum. xv. annorũ,
& ideo etiam quia aliquo iure hoc non cauetur.
Item infra decimumquintum annum, & ante eius
lapſum prædictus pater Vincentij deceſsit, & Vin-
centius ipſe vt filius, & hæres habuit veriſimilem
ignorantiam contractus prædicti initi cum eius
patre: quia qui in alterius locum ſucceſsit, iuſtam
habet ignorantiæ cauſam per vulg. regul. qui in al-
terius. cum vulg. de regul.iur. Vltimò licet Vincen
tius ipſe non reuocauerit, & tamen ſingulis annis
ſoluit liberaliter: & monaſterium ſemper recepit
penſionem, & nunquam proteſtatum fuit de ca-
ducitate, ſeu de eius iure, ob reuocationem non fa
ctam, per quod videtur ſibi in illo iure præiudicaſ-
ſe, ſi quod ſibi competeret. per id quod in ſimili, &
in fortioribus terminis dicimus de emphyteuta
qui cecidit à iure ſuo, & eccleſia ab eo recepit pen-
ſionem, & non proteſtatur de caducitate: nam per
hoc videtur caducitatem remiſiſſe. ita voluerunt
Cyn.& Salycet.in l.ij.C. de iure emphyt. Iacob. de
Are.& Alb.ibidem. quos refert & ſequitur Iaſ. ibi-
dem. Petr. de Anchara. & Cardi. Flor. in ca.potuit.
de loca. Iaſ.in l.ſeruus.C.de pac. Ex quibus ſum vo
ti prædictum Vincentium eſſe admittendum ad
petitam renouationem, dum offerat tantundem,
quantum nouus conductor, & ita conſulo iuris eſ-
ſe, nec aliter dici poſſe, maximè cùm eccleſia de-
beat eſſe cultrix iuſtitiæ & æquitatis.

Thomas Grammaticus

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi reliquit aliquid arbitrio alicuius, ſi per annum ille non declarauit ſuum iudicium, expirat arbitrium, & maximè in vltimis voluntatibus. nume. 2.*

3 *Verbum*, fa come te pare, *videtur commiſiſſe arbitrio boni viri.*

4 *Conſcientiæ alicuius ſe remittens, intelligitur de conſcientia legibus munita, adeo quòd non poteſt iura tranſgredi.*

*Vbi multa de commiſſis conſcientiæ.*

5 *Anima quibuſcunque rebus præponenda eſt.*

6 *Salutis æternæ nemo immemor eſſe præſumitur.*

7 *Conſtitutus in vltimis, & ſic vicinus morti, præſumitur habere bonam conſcientiam.*

8 *Clericus tanquam publica perſona poteſt alteri ſtipulari, intellige tamen in cauſa vſurarum, & ſic in concernentibus magnum præiudicium ſpirituale, quod eſt quando quis promiſit ſacerdoti reſtituere vſuras omnibus quibus debet, quia poterit ſacerdos ſtipulari nomine omnium.*

9 *Sacerdos ad hoc vt poſſit alteri ſtipulari pro reſtitutione vſurarum, requiritur, quòd in actu confeſſionis ſtipuletur.*

10 *Sacerdotis ſtipulatio non probaret in foro iudiciali, cùm fiat in actu cõfeſſionis, cùm cenſeatur* Deo *facta. & ſecundum aliquos requiritur quòd ſit ſacerdos parochialis.*

11 *A regulis iuris eſt recedendum propter periculum animæ.*

## CONSILIVM XXIX.

IN Chriſti nomiue Amen. Viſo proceſ-
ſulo mihi tranſmiſſo per Magnificum
Capitaneũ inſulæ procitæ inter Nucciũ
Scoptã actorẽ ex vna, & Paduanã filiã,
& hæredẽ quondã Bernardini ſcoptæ prædictę ex
altera, ſuper petitione ducatorũ xxv. eſt vidẽdũ an
dictus Nuccius ſit modo aliquo inprobatis per ver
ba prolata per quondam Bernardinum teſtatorem
in perſonam presbyteri Ioãnis, dum eidem dixit,
loquendo de dictis duca. xxv. *va & fa come te pare,
ſeu come te par à te*, & nunquam fuit aliter factum,
nec declaratum per prædictum presbiterum Ioan
nem, ob quod fuit cauſa ipſa deducta in præſenti iu
dicio. Ex quo elapſis quampluribus annis à tẽpore
dati arbitri prædicti, & non aliter arbitrato, ſuc
cedit in præſentiarum iudicium Magnifici Capi-
tanei



tanei ipſius inſulæ: Ex quo vbicunque eſt reli-
ctum per teſtatorem, ſeu in vltimis conſtitutum
1 aliquid iudicio alicuius, ſeu arbitrio, * certè ſi
per annum ille non declarauit ſuum iudicium, ex-
pirat arbitrium prædictum, ita conſuluit Barto-
lus in ſuo conſilio incipiente, talionis. vbi in ſpe-
cie dixit, quòd poteſtas arbitratoris tacentis an-
no finitur, argumento l. nonnulli. C. de epiſcopis
2 & clericis. & in l.finali.§.j.C.com.de lega.*. Et præ
ſertim procedit hoc in vltimis volũtatibus, prout
in executione voluntatis defuncti, quæ non de-
bet teneri in ſuſpenſo, ſed celeritatem deſiderat, vt
magis in ſpecie tenet Baldus in l. finali. iij. colum.
C.de contrahend.emption. Vnde prædictus Ber-
nardinus quondam, reſpondendo prædicto preſ-
3 bytero Ioanni, * & idem dicendo, *fa come te pa-
re*: videtur ſe commiſiſſe iudicio ſeu arbitrio ip-
ſius, vt arbitrio boni viri. arbitrium ergo boni vi-
ri debet eſſe in iure fundatum. l. vir bonus. ff. iudi.
4 ſol.* Et pariter eſſet ac ſi prædictus quondam Ber-
nardinus ſe commiſiſſet conſcientiæ eiuſdem preſ-
byteri Ioannis: quia nequaquam poſſet iura tranſ-
gredi; & intelligeretur de conſcientia legibus mu-
nita, non autem priuata: ſecundum Baldum in
quadam ſua diſputatione incipiente, ſtatuto caue-
tur quòd fœnerator. vlti.colum. quem refert & ſe-
quitur Alexander de Imo. in conſilio ccclix. inci-
piente, viſis verbis teſtamenti. iij. colum. Hinc eſt
quòd qui habet poteſtatem diſponendi & proui-
dendi ſecundum conſcientiam ſuam, debet ſequi
conſcientiam publicam legum, & non priuatam.
text. eſt iuncta glo. in cap. iudicet, iij. quæſtione vij.
ita dixit Cynus in l. quiſquis. C. ad legem iul. maie.
Bald. in l. j. C. qui accuſa. non poſſ. & ſi per illa ver-
ba præſupponatur dictum Bernardinum ſe com-
miſiſſe arbitrio illius presbyteri Ioannis, ſiue con-
ſcientiæ ipſius, vnum & idem important: cùm ar-
bitrium boni viri, & conſcientia idem ſint. dixit
Baldus in l.fina.in fin.C.de iur.domi. impetran. &
patet ex not. per glo. & doctores in clemen.prima.
in verbo, veniamus. de iure patrona. ſed cùm in ca
ſu propoſito nulla de iure appareat probatio debi
ti prædicti, meritò venit Paduana ipſa abſoluen-
da, per regulam iuris vulgatam, vt actore nõ pro-
bante reus abſolui debeat. Præterea accedat præ-
dictis, quòd ſi prædictus quondam Bernardinus
fuiſſet omnino debitor in dictis ducatis viginti-
quinque prædicto Nuccio, proculdubio pro exo-
neratione animæ, & conſcientiæ ſuæ illud expreſ-
ſiſſet videns ſe in vltimis conſtitutum, & de proxi-
5 mo moriturum: *ex quo anima quibuſcunque re-
bus præponenda eſt. l. ſancimus. C. de ſacr. ſanct. ec
cle. §. ſi verò liberi. in fin. in authent. de ſanctiſ. epi-
ſcop. c. cùm infirmitas. in fin. de pœnit. & remiſsio.
6 * cùm nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.
l. fin. C. ad leg. iul. repetun. per quam ita dixit Petr.
de bellapert. quem refert & ſequitur Cyn. in l. ge-
7 neraliter. C. de non nume. pecu.* ſubdens hoc per-
maximè locum habere in vltimis conſtituto, quia
cùm ſit vicinus morti, præſumitur habere bonam
conſcientiã, & facit bene illud in ca. Matthæus. de
ſimo. in fin. dum dicit, quid enim prodeſt homini
ſi vniuerſum mũdum lucretur, animæ verò ſuæ de-
trimentum patiatur? Nec ſuffragaretur dicto Nuc-
cio allegare prædictum quondam Bernardinum
fuiſſe confeſſum debitum prædictum ex illis verbis
prolatis verſus presbyterũ Ioannẽ, cùm nullo pa-
cto per verba ipſa ita ambiguè prolata dici poſsit
debitum prædictum confeſſatum. Et dato abſque
veri præiudicio, quòd poſsit dici certo modo ac-
ceptatum, non ex hoc apparet ius aliquod acqui-
ſitum Nuccio prædicto vigore ſtipulationis præ-
dictæ, per regulam vulga. quòd alteri ſtipulari ne-
mo poteſt, & maximè cùm clericus non reperia-
tur numeratus in numero perſonarũ quæ poſſunt
alteri ſtipulari, de quibus habetur in §. ſi quis alte-
ri. inſtit. de inuti. ſtipu. Et licet bene verum ſit, quòd
clericus tanquam publica perſona poſsit alteri ſti-
8 pulari, * tamen illud habet locum in reſtitutione
vſurarum, & ſic in concernentibus magnum præ-
iudicium ſpirituale, vt in exemplo, quando quis
promitteret ſacerdoti reſtituere vſuras omnibus à
quibus accepit, nam hoc caſu poterit ſacerdos ſti-
pulari nomine omnium quorum intereſt, & vale-
bit ſtipulatio, per textum in capit. quamquam. de
vſuris, in ſexto. ita declarat magiſtraliter Bartolus
in l. prima. §. huius ſtudij. ff. de iuſtitia & iure. idem
tenet Anton. de but. in prooemio decreta. penulti.
colum. Ioannes Andr. in cap. ſicut. ne cler. vel mo-
nach. Panor. in cap. finali. de ſepultu. videtur text.
in c. dudum. & ibi Innoc. Hoſtien. & Panor. in vlt.
9 colum. de conuerſio. coniuga. * Quinimò & plus
requireretur, quòd talis ſacerdos in actu confeſ-
ſionis ſtipularetur dictã reſtitutionem vſurarum.
ita voluit Specul. in tit. de inſtrumen. edit. §. nunc
videndum. verſic. ſed pone. & ibi plenius Ioannes
Andr. in addit. & Bartolus in d. §. huius ſtudij. Bal-
dus in l. rationes. ad finem. C. de probationib. Ab.
10 in dicto c. fin. de ſepultu. * Quinimò talis ſtipula-
tio non probaret in foro iudiciali, cùm conceſsio
facta ſacerdoti cenſeatur facta Deo, & ſic non pro-
deſt in foro iudiciali. cap. ſi ſacerdos. de offic. ordi.
& notanter Baldus in l. archigerontes. C. de epiſc.
audien. Imò & plus ſecundum aliam opinionem
doct. ad hoc vt ſacerdos poſsit alteri ſtipulari mo-
do prædicto, requiritur quòd ſit ſacerdos parro-
chialis, ita dominus Abb. & Panorm. in c. dudum.
de conuer. coniu. quę omnia ceſſant in caſu de quo
agitur. Vltimò concludendo ſtimulatur ſindereſis
per verba prædicta ipſius teſtatoris ipſum eſſe in
aliquo debitotem prædicto Nuccio, licet non in
toto debito prædicto vt opinor, attamen non re-
perio modum vt poſsim me inclinare ad modera-
tionem debiti prædicti in aliqua particulari quan-
titate, idcirco pro exoneratione animæ defuncti
quatenus æs alienum detineret, cùm propter peri-
11 culum animæ, *quòd eſt damnum irreparabile, ſit
à regulis iuris communis recedendum, vt dixit ſa-
tis not. Alexand. de Imol. in l. fi. §. donec. C. de iur.
delibe. ideo ſum voti prædictam Paduanam fore
& eſſe abſoluendam ab impetitione prædicti Nuc-
cij, ſaluo iure eidem Nuccio cogendi prædictum
presbyterum Ioannem remedio competenti, vt
declaret, ſeu arbitretur ſuum arbitrium, iuxta vo-
luntatem teſtatoris, neutram partium in expenſis
condemnando, & ita conſulo iuris eſſe vobis Ma-
gnifico Capitaneo inſulæ Procitæ, ego

Thomas Grammaticus.

Svmmarivm.

1 Teſtes ſi ex vna parte ſunt mulieres, & mares ex altera, præferuntur mares.

2 Teſtes rei & actoris ſi ſunt numero pares, præferuntur teſtes rei.

Ratio eſt illa quæ dat eſſe rei, id eſt, teſtimonio.

3 Teſtis non aſſignans rationem dicto ſuo, dicitur vt pecus, & non vt homo deponere.

4 Paria ſunt non aſſignare rationem, & aſſignare non bonam ſeu non concludentem.

Teſtis dictum debet de neceſſitate concludere, & præſumptiuè ibidem.

5 Teſtes reddentes rationem eorum dicto præferuntur ipſam non reddentibus. nu. 6.

7 Teſtibus deponentibus veriſimilia & conſona veritati, magis ſtandum eſt.

8 Teſtium probatio illa præfertur, in qua datur exceſſus.

9 Teſtibus etiam clarè deponentibus, ſi iudici videbitur non fore fidem adhibendam, poterit non adhibere, ſed debet exprimere cauſam quare fidem non adhibeat.

10 Pro ſententia ſemper præſumitur, cùm iudex potuerit ſe ex multis informaſſe.

11 Teſtes vbi ſunt pares numero, eo caſu iudex poteſt iudicare, prout ſibi videtur, & præſertim pro actore.

## CONSILIVM XXX.

IN Chriſti nomine, Amen. In cauſa Vincẽtij cũ Paulo de donno Sãtillo ciuitate Auerſę ſuper corrigia argẽtea, quã prętẽdit idẽ Vincẽtius eſſe ſuã, prætẽditur probatum per prædictum Paulum per pares teſtes numero dictã corrigiã eſſe ipſius Pauli, & data paritate probationis inter actorẽ & reum, reus venit abſoluendus, vt in c. ex literis. & in c. licet cauſam. extrà de proba. Item & ex alio dicitur apparere, ꝙ teſtes ipſius Pauli ſunt omnes mares, & econtra teſtes prædicti Vincentij actoris ſunt omnes mulieres, & quando ſunt teſtes mares ex vna parte, & te
1 ſtes mulieres ex altera, *teſtes mares præferuntur teſtimonio mulierũ, vt dicit Bal. in l. fi. ff. de fi. inſtr. & in l. in multis. ff. de ſta. ho. ad quod. l. j. ff. de ſena.
2 & quod ibi not. per Bart. * Accedat prædictis proximè, ꝙ quando teſtes rei & actoris ſunt numero pares, potius pro reo præſumendũ eſt, quàm pro actore, gl. eſt not. in c. in noſtra. de teſti. in fi. Bart. in ſuo conſil. xliij. incip. in q. d. Cioli. & ꝙ not. Bar. in l. j. §. fi. in fi. vti poſ. Inno. in c. j. extrà de eo qui mit. in poſ. in vj. & quod not. in l. pro legato ſecundum vnam lect. ff. pro legat. & ita dixit perpetuò not. & quod ita practicauit Alex. de Imo. in l. ſi duo. ff. vti poſsi. Pro parte verò prædicti Vincentij obiicitur, ꝙ licet prima facie videatur data paritas probationis inter prædictos actorẽ & reum, attamen rectè intuenti datur exceſſus in probatione ipſius actoris, ex quo teſtes pro eius parte producti aſsignant optimã, & concludentem rationem eorũ dicto, & ratio eſt illa, quæ dat eſſe rei, id eſt, teſtimo-
3 nio, vt not. in l. ſolã. C. de teſt. *& teſtis nõ aſsignãs rationẽ eius dicto, non dicitur vt homo, ſed vt pecus deponere, dixit Bal. in l. edita. xxxij. co. in repe. Padua. C. de eden. Et teſtes pro parte prædicti Pauli producti, licet videãtur aſsignare rationẽ tamen non aſsignant concludentẽ, ex quo vnuſquiſq; ipſorum deponit cognoſcere dictã corrigiam eſſe dicti Pauli, quia interfuit & vidit &c. quæ rationis aſſignatio quantũ generalis ſit, & nihil concludens,
4 vniuſcuiuſq; iudicio me ſubmitto, * & tamen paria ſunt non aſsignare rationem, & aſsignare non bonam, ſeu non concludentẽ. dixit Spe. in tit. de teſt. §. j. ver. itẽ ꝙ interrogatus. maximè cùm dictũ teſtis debeat in ratione cõcludere neceſſario. & præſumptiuè, per tex. in l. nõ hoc. C. vnde cogna. vt inquit Bar. in l. j. ff. ſi cer. pe. Bal. in l. ij. C. quãdo fiſ. vel priua. Ang. in autẽ. de hære. & falc. collat. j. ſed quia teſtes dicti Vincẽtij reddunt concludentẽ, & optimam rationẽ, dum dicunt dictã orrigiam conſtare bene in poſſe vxoris prædicti Vincẽtij, cũ qua quotidie cõuerſabantur, *& tanto piu che ce ſtauano cinque appontatori: & doue ſe afibiaua ce era vno perſuto*: vt ad oculũ hæc omnia in dicta corrigia reperiuntur: ſequitur de neceſsitate teſtes prædicti Vincẽtij præferendos eſſe teſtibus prædicti Pauli rationẽ mini-
5 mè aliter aſsignantibus. * Ex quo de iure teſtes reddentes rationẽ præferũtur ipſam nõ reddentibus. ita dicũt Iac. but. & Bal. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cle. Nec militat, ꝙ teſtes prędicti actoris fuerint mulieres, nam in caſu de quo agitur, in rei veritate præferri debẽt maribus; ex quo agitur de corrigia muliebri, & quæ per mulierẽ, & ſic vxorẽ prædicti Vincentij deferebatur, & ſic magis veriſimile eſt corrigiã ipſam cognoſci per mulieres cõuerſantes cum vxore prędicti Vincẽtij ipſam deferẽte, quàm per mares nullã habentes conuerſationẽ cũ ipſa: &
6 ſic tanquã deponẽtes veriſimilius, *& conſonũ veritati ſtandũ potius eſt mulieribus prædictis, vt dicit elegãter Inn. in c. auditis. extrà de pręſcr. Bal. in c. j. de cõtro. inueſt. Pet. de Anch. & d. Ant. in c. j. de præſcrip. in vj. & faciũt bene not. in l. ob carmẽ. ff. de teſt. & in c. in noſtra. e. ti. & iiij. q. iij. can. ſi teſtes ver. nõ enim. vnde extãte probatione dicti Vincẽtij per teſtimoniũ mulierũ, quæ magis præſumũtur in ſimilibus cognoſcere dictã corrigiam, quàm homines, meritò pręferẽda eſt probatio ipſius Vincẽtij. Itẽ datur exceſſus in probatione prædicti Vincentij, ex quo eius teſtes aſsignãt rationẽ, vt ſuprà dictũ eſt, optimã reddẽdo cauſam ſciẽtiæ, ob quod
7 pręfertur probationi ipſius Pauli, *& eius teſtibus rationẽ non reddẽtibus, ita dicit ſingulariter Iac. but. in quadã ſua diſputatione de qua meminit Bal. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cle. Bald. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & in l. obſeruare. §. proficiſci. de offi. proconſ. & ſic habita præmiſſorũ ratione apparet omnino dari exceſſum in proba-
8 tione prædicti Vincentij actoris, * & ſic illa probatio præferenda erit, in qua datur exceſſus, vt in c. in noſtra. & in c. j. extrà de teſt. ita etiã dixit gl. in c. cũ eccleſia ſutrina. de cauſ. poſ. & prop. & in c. j. de præſcrip. in vj. & in l. ob carmen. §. fin. ff. de teſt. Et ſic dato quòd daretur paritas probationis teſtiũ, tamen pręualere debent ij teſtes qui cõcludentem rationem aſsignant, prout ſunt teſtes ipſius actoris, ita Baldus not. in c. fin. §. item ſacramentum. de conſuetu. recti feud. quem refert & ſequitur Iaſon



in l. cùm ij. §. vult ergo. iiij. colum. ff. de tranſactio. Ex quibus videtur mihi optimè fuiſſe pronunciatum in fauorem prædicti Vincẽtij per curiam Magnifici Regij Capitanei ciuitatis Auerſæ: maximè cùm iudex ſi ſibi viſum fuerit teſtibus vnius partis
9 etiam * clarè deponentibus non eſſe fidem adhibendam, id facere poteſt, & fidem non adhibere. ita Bartolus & poſt eum Paulus de caſtro. in l. Lucius. ff. de infam. quem communiter ſequuntur doctores vbi ſubdit, quòd debet exprimere cauſam quare fidem non adhibeat. & idem tenet Paulus in l. admonendi. ff. de iureiurã. & conſuluit Socin. in conſilio xcviij. antepenul. colum. in iiij. volum. vbi ſubdit hanc doctrinam Bartol. eſſe ſingular. idem ſequitur Barba. inter conſil. Calc. conſilio lxiiij. j. col. præclarè ſcripſit apoſtolus &c. & ſubdit hoc dictum Bart. eſſe ſtupendum Bald. in l. cùm magiſtratus. C. quando prouoc. non eſt neceſ. ſequitur idem Par. in tract. ſyndic. in verſic. poteſtas. ij. col. verſi. conſulo. vbi ſubdit quòd cùm cauſa ipſe conſulit, vt hoc fiat, ne iudex teneatur in ſyndicatu faciendo ſcribi in actis, vel in ſententia hoc modo, videlicet nullam adhibendo fidem teſtibus ex tali cauſa, ipſam exprimendo: idem ſequutus ſum in votis meis in voto xiiij. in fin. vbi plenè ſcripſi. & idem ſequutus eſt Par. de pu. in tract. ſyndic. in verbo, arbitrium. cap. ſi iudex. vbi ſubdit ſe hoc aliàs practicaſſe, quòd vbi vidit teſtibus in proceſſu productis non fore fidem adhibendam, ex verbis, & redditione cauſæ ſcientiæ: hoc quinimò expreſſit in ſententiis: quòd etiam ſequutus bonus aſſeſſor Auerſanus idem obſeruauit, & bene: & ita optimè iudicatum conſulo ego Thomas Grammat.

Et maximè potuit Magnificus aſſeſſor bene iudicaſſe pro prædicto Vincentio: cùm præſumendũ
10 ſit omnino pro ſentẽtia iudicis: cùm * iudex potuit ſuum animũ ex multis informaſſe, per text. in c. in præſentia. de renũ. & in c. bonæ. cum ſimil. de elect. ita inquit dominus Abb. in cap. cùm ad ſedem. de reſtitu. ſpolia. circa finem. Et plus in caſu præſenti patet licitè iudex iudicaſſe pro prædicto Vincen-
11 tio actore, * ex quo, licet detur paritas teſtium in numero, tamen iudex debet iudicare prout ſibi videtur, præſertim pro actore: ita dicit Baldus in l. cùm magiſtratus. in fi. C. quando prouoca. non eſt neceſſe. vbi ſubdit, quòd debet facere ſcribi in actis, quare adhæſit parti actoris.

Thomas Grammaticus.

Svmmarivm.

1 Patronus iuris patronatus licet poteſt in electione per ipſum facta de capellano variare: tamen illud intelligitur cumulando primo, non autem prorſus à primo recedendo.

2 Patronus ſi plures capellanos præſentauit vnum poſt alium, poteſt Epiſcopus inſtituere quem vult, & ſic gratificare, maximè eum qui maioribus meritis iuuaretur.

3 Donationes inofficioſas in extraneum licet ius reuocet in coniunctum, tamen pro parte reuocat, & non in totum.

4 Legatum rei alienæ tenet, quando legatur c[illegible]ſanguineo, ſed quando legatur extraneo, non tenet.

5 Teſtamenta duo ab eodem confecta, quorum primo loco factum eſt validum, & ſecundum inualidum, verùm in ſecundo ſint inſtituti coniuncti, & in primo extranei, ſecundum tenebit fauore coniunctionis. & num. 6.

7 Affectio maior habetur ad agnatos, quàm ad extraneos.

8 Promittens habere quid ratum & firmum, nec de facto, nec de iure contrauenire, non poterit demum contrauenire.

10 Minor excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum per iuramentum, quia ad iuramentum quis præſumitur accedere certioratus. & num. 11.

12 Iuramentum ſecundum contra primum iuramentum, non ligat iurantem, quia ſolùm primum valet.

13 Iurans non reuocare procuratorem, ſi demum reuocat, tenet reuocatio, tamen iurans eſt periurus.

14 Contra iuramentũ quæ fiunt, an valeant, & quæ ſint.

15 Ad periurandum quis non admittitur, vbi eſt alteri ius quæſitum vel quærendum.

16 Baldi auctoritas multum vrget in practica.

17 Bald. nihil in iure ignorauit.

18 Iurans ſe non repetere reſtitui ad beneficium quo ſpoliatus fuit, non poteſt amplius petere reſtitutionem.

19 Minor licet promiſerit non venire contra alienationem rei ſuæ venditæ, & pariter mulier contra alienationem rei dotalis contrauenire poſſunt, tamen ſi iurauerunt in alienatione non contrauenire, impediuntur agere & venire contra iuramentum.

20 Iurans te non accuſare non poteſt contrauenire iuramento.

21 Periurus eſt infamis.

22 Præſentatio ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, valet, & tenet.

23 Ius patronatus ex ſola præſentatione acquiritur.

24 Præſentatio facta de duobus, vnus poſt alium, facit vt primus præferatur.

25 Poſſeſſio non attenditur in beneficialibus, ſed qui primò præſentationem ſeu collationem habuerit, præfertur.

26 Mulier dotata quæ excluditur à ſucceſſione virtute conſtitutionis Regni ſeu ſtatuti, intelligitur à ſucceſſione ipſius dotantis.

## CONSILIVM XXXI.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato, Amen. Vincentius, Neapolis, & Violans filij & hæredes Chriſtophori de lagerno de Neapo. habentes vocem præſentandi capellanum in capella ſanctæ Mariæ nouæ de porchiano, præſentauerunt presbyterum Confortum eorũ fratrẽ conſobrinũ, vnà cum Santutia de lagerno ſimiliter patrona capellæ prædictæ: iurando dictã præſentationẽ habere ratã, & firmã, & nõ contrauenire, nec variare. Demũ decurſo certo tẽporis ſpacio prorſus recedendo à præſentatione prædicta, nulla ſaltẽ legitima cauſa ſubſiſtente, prædicti Vincentius & Neapolis vnà cum duabus aliis eorũ ſororibus minoribus ſeptennio, ſuaſu tutoris ipſarũ ſecundo loco præſentauerunt presbytẽrũ Andr. Scolareia, filiũ tutoris prædicti: hæſitatur ergo quis ipſorũ pręſentatorũ præferendus ve

dus veniat: & an potuerint à primo præſentato
prorſus recedendo variaſſe, & præſertim obſtante
iuramento. Et certè nulli dubium quòd non: ex
1 quo licet patronus poſsit in electione variare, *ta-
men illud intelligitur cumulando, non autem
prorſus à primo recedendo, vt probatur in cap.
cùm autem. & in cap. paſtoralis. de iure patron. ita
in ſpecie tenet Ioan. Andræas in regula, in re com-
muni. in mercur. domi. Abb. in cap. quod autem. in
ſecundo notab. & in cap. cùm autem. extrà de iure
patrona. & hoc per rationem, quia ſi patronus poſ-
ſet ex toto recedere à priori, non daretur facultas
Epiſcopo inſtituendi quem vellet, prout in prædi-
cto cap. clarè apparet, & præſertim in dicto capit.
cum autem. & ibi per gloſſ. & Abba. dicentes quòd
pluribus exiſtentibus præſentatis vnus poſt alium,
2 poteſt Epiſcopus gratificare* cui vult inſtituendo
vnum ex præſentatis, & præſertim eum qui maiori-
bus meritis iuuaretur. ita Abb. in prædicto ca. cùm
autem. per text. in cap. ſi fortè. lxiij. diſtinctio. ibi,
præferendus eſt is, qui maioribus meritis iuuatur,
ſubdens pro hoc videri ſibi text. in cap. quoniam.
de iure patrona. prout in caſu de quo hîc præferri
debet prædictus presbyter Confortus, cùm vltra
alia conſanguinitatis merita cum præſentantibus,
accedit, quia eſt eis frater conſobrinus, vt ex præ-
ſentationis inſtrumento, iunctis etiam teſtium de-
poſitionibus, manifeſtiſsimè liquet, & conſangui-
nitatis intuitu multa reperiuntur à iure fauorabi-
3 lia inducta, quæ aliàs nõ fuiſſent introducta. *Hinc
eſt quòd licet donationes inofficioſas in extraneũ
ius in totum reuocet, in coniunctum tamen pro
parte reuocat, & non in totum, textus eſt in l. pri-
ma. iuncta l. ſi vnquam. C. de reuocand. donation.
& dixit Archidiaconus in capitulo finali. vltima
quæſtione finali, & alibi, *licet legatum rei alie-
4 næ teneat, quando legatur conſanguineo, tamen
quando legaretur extraneo, non teneret. l. cùm
alienam. C. de legatis. l. vnum ex familia. §. ſi rem.
ff. de legat. ij. Et alibi, ſi ſunt duo teſtamenta ab eo-
dem cõfecta, quorũ primo loco factũ eſt validum,
& ſecundum inualidum, verum in ſecundo ſunt
5 coniuncti inſtituti, & * in primo extranei, ſecun-
dum tenebit, & hoc fauore coniunctionis, voluit
Bartolus in l. milites. §. veterani. ff. de teſtamento
militari. & in l. filius. ff. de liberis & poſthumis. &
eſt textus in l. hac cõſultiſsima. §. fi. C. de teſtamen-
6 tis. & * facit, quia maior affectio habetur ad agna-
tos, quàm ad extraneos, dixit Bald. in l. precibus.
C. de impuberum & aliis ſubſtitutionibus. Et ali-
bi, ſi ſit legatum factum Titio non expreſſo cogno-
mine, duo ſunt Titij, quorũ vnus eſt teſtatori con
7 iunctus, alter non, * certè intelligitur illi coniun-
cto factum legatum, & eidem deberi, & hoc fauore
coniunctionis, & probatur in l. ſi fuerit. à contra-
rio ſenſu. ff. de rebus dubiis. ita etiam voluit Affli-
ctus in ſua repetitione conſtitutionis, ſancimus. de
iure protom. vj. colũ. vbi plenè cumulat materiam
coniunctionis præferendæ, quæ quidem non mo-
dicum ſuffragari apparent prædicto presbytero
Conforto, quando dato abſque veri præiudicio, à
pari cum prædicto presbytero Andræa procede-
ret, ſed quia vt ſuprà demonſtratum extitit, præ-
dicti patroni non potuerunt niſi cumulando va-
riare, non autem prorſus recedere. apparet igitur
primam præſentationem tenere, & non ſecundam,
8 *maximè cùm in inſtrumento ſe obligauerint, nec
de facto, nec de iure contrauenire: ſed ipſam tene-
re ratam & firmam, & dixit Bartolus in l. metum.
§. volenti, ſecunda columna. in verſiculo ratum. ff.
quod metus cauſa. & in l. id quod pauperibus. C.
de epiſcopis & clericis. Alexander in l. ſi quis ma-
ior. C. de tranſactionib. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis
fortè. ff. de verborum obligatio. Accedit inſuper,
quia fuit in ſpecie expreſſa clauſula & non contra-
uenire, per quam minimè cõtrauenire potuerunt,
vt dicit Bartolus in authentica, ſacramenta pube-
9 rum. C. ſi aduerſus vendi. * Et vltra prædicta ſtrin-
git, imò vrget iuramentum, cùm fuerit iuratum
per prædictos patronos non contrauenire, nec
variare &c. quo caſu etiã quando abſq; veri præiu-
dicio fuiſſent prædicti patroni minores, vt præten-
ditur ex aduerſo, tamen iuramentũ eos maiores re
præſentat. tex. eſt in prædicta authẽtica, ſacramen-
ta puberum. gloſſa in l. ij. C. de reſcindenda vendi-
tione. & in capitulo penultimo, de emptione &
venditione. Bartolus in l. ſi duo. §. Iulianus. ff. de
iureiurando. & in l. ſciendum. ff. de verborum obli-
10 gationibus. inde eſt, quòd per iuramentum *exclu
ditur minor à beneficio reſtitutionis in integrum.
ita Bartolus, Angelus, & Paulus de Caſtro in præ-
dicta l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. Bartol. An-
gel. Rapha. & Roman. in prædicta l. ſciendum. Ar-
chidiaconus & Ioannes Andræas in cap. ij. de pa-
ctis, in ſexto: argumento illius textus. Baldus in l. j.
de rebus creditis. & in l. j. C. ſi aduerſus vendi. Pau.
11 in l. fi. §. fin. ad velleianum. *& præſertim, quia per
iuramentum præſumitur quis deliberatè accedere
ad actum. cap. ex reſcripto. de iureiurando. Hinc
infertur, quòd per talem actum, licet iuratum, non
potuit nec poteſt reuocari, & annullari primus a-
ctus præſentationis prædicti presbyteri Conforti,
12 cùm fuerit iuratus, * ex quo iuramentum ſecun-
dum contra primum de non reuocando non ligat
iurantem, quia ſolùm primum valet. gloſſa eſt ſin
gularis in cap. licet mulieres. & ibi Hoſtienſis ante
eam, extrà de iureiurando. in vj. textus in cap. ve-
niens. & in cap. intellecto. extrà de iureiur. Cardi.
in clem. j. §. j. extrà eodem titulo. Alexander in l.
ſtipulatio hoc modo concepta. vij. colum. ff. de ver
bor. obliga. & ibi dicit, quòd iuramentum filiæ de
nõ renunciãdo ſucceſsioni paternæ, impedit poſt-
eà renunciationem ipſius filiæ, etiam cum iuramen
to factam: & hoc per dictam gloſſam, de qua me-
minit idem Alexander in l. mæuia. ff. ſoluto matri-
monio. Poſſet tamen ex aduerſo vnũ inferri, quòd
prima facie videtur obſtare, videlicet id quod di-
13 cit glo. in cap. finali. de procuratorib. in vj. * Nam
dicit ibi, quòd ſi ego promitto & iuro non reuoca-
re procuratorem, ſi tamen poſtea reuoco, reuoca-
tio tenet: tamen ego ſum periurus. & ſic idem vi-
detur dicendum in caſu præſenti, ꝙ dicta reuocatio
primi præſentati teneat, tamen quòd patroni reuo
cantes ſint periuri. nam huic & ſimilibus breuiter
reſpondetur, prout magiſtraliter reſpondet Specu
lum iuris canonici, Io. And. in regula, in re commu
ni. in mercurialib. vbi dixit, ꝙ ideò in caſu de quo
loquimur, procurator poteſt à domino reuocari:
quia



quia fauore ipſiuſmet reuocantis conſtitutus eſt,
non autẽ tertij. Vel reſpõdeo & aliter, prout idem
Io. And. & ſatis pulchrè in regula, quòd ſemel. pen.
colum. eodem titu. vbi dixit, quòd ſunt aliqua quæ
non requirunt miniſterium hominis, vt eſt iudi-
cis: ſed de per ſe ſortiuntur effectum: vt bapti-
ſmus, matrimonium, profeſsio, teſtamentum
14 &c. *& in his valent quæ fiunt cõtra iuramentum.
Ea autem quæ requirunt miniſterium hominis, vt
reuocatio rei alienatæ minoris, vel dotalis, que-
rela inofficioſi, & his ſimilia: & in his denegat mi-
niſterium ſuum, ne aperiat viam periurio: & in his
non valent quæ fiunt contra iuramentum: vnde
pariter in caſu de quo hîc dicendum eſt. Vel & ter
tiò reſpondeo prout pulchrè Baldus in l. pactum
dotali. xviij. quæſtione. C. de collatio. vbi notanter
15 dixit, quòd * vbi eſt alteri ius quæſitum, vel quæ-
rendum, non admittitur quis ad peierandum: &
plus ſubdit, quòd id quod dicitur in dicta gloſſa
16 capituli fin. *non eſſe verum, prout eſt in caſu iſto,
cui multum confert iſta auctoritas Bald. cuius Bal.
auctoritas ſatis vrget in practica: vt dicit Alex. de
Imo. in l. gallus. §. ille caſus. ff. de liberis & poſthu-
mis. quem refert & ſequitur Iaſon de may. in repe
17 titione l. admonendi. cv. col. ff. de iureiur. * quem
Baldum nihil in iure ignoraſſe, dixit idem Iaſon
in l. lecta nona colum. ff. ſi certum petatur. pro quo
facit quod voluerunt domini de Rota in deciſion.
nouis, in deciſione ccccj. aliàs eſt deciſ. xviij. inci-
piente, ſi agenti interdicto vnde vi. titu. de reſtitu.
18 ſpoliat. quòd * iurans ſe non petere reſtitui ad be-
neficium, quo ſpoliatus eſt, non poteſt amplius
petere ſe reſtitui. & facit quia tanta eſt vis iura-
19 menti, *quòd licet permittatur minori venire cõ-
tra alienationem rei ſuæ: & pariter vxori contra
alienationem fundi dotalis. l. j. de rebus eorum. &
in l. lex iulia. ff. de fundo dotali. & l. vnica. C. de rei
vxor. actione. tamen ſi iurauerunt in alienatione,
proculdubio eam reuocare impediuntur. l. j. C. ſi
aduerſus venditionem. & in dicta auth. ſacramen-
ta puberum. cap. cùm contingat. extra de iureiu-
rando: capitulo ſecundo. eodem titulo. & capitulo
quamuis. de pactis. in ſexto. & ſic attento iuramen
to apparet dictam reuocationem fieri nõ potuiſſe:
& præſertim cùm iuramentum quod ſine interitu
ſalutis æternæ emanatum eſt, ſeruari debet. cap. ſi
verò. extrà de iureiurã. c. cùm dilecti. quod metus
cauſa. cùm ſit de iure naturali, & ex præcepto obli
get. capitulo, ſi peccatum. xxij. quæſt. j. c. & ſi Chri-
ſtus. de iureiurando. cap. magnæ. de voto. & præſer
tim cùm nihil fuerit in eo illicitum, ob quod re-
uocari mereatur. pro hoc etiã bene facit, nam qui
ſemel ſepulturam in aliqua eccleſia ſibi elegit, &
iurauit aliam non habere, ſeu non contrauenire,
certè ratione iuramenti non poterit ſibi aliam eli-
gere, textus eſt in capitulo primo. & ibi Archidia-
conus, de ſepulturis, libro ſexto. Sicut in ſimili di-
20 cimus de eo, qui iurauit te non accuſare. *Nam ra-
tione iuramenti amplius te accuſare impeditur. ca
pitu. veniens. de accuſa. capit. quemadmodum. de
iureiuran. & voluit Specula. in titulo de accuſat. §.
item quòd iurauit. Prædictis omnibus ſuffragatur:
nam clarum eſt quòd quamprimum prædicti pa-
troni contrauenerunt primæ præſentationi, ſunt
21 effecti periuri, *& tanquã periuri ſunt iam infames
effecti, & quaſi. capitulo infames, ſexta quæſtione
prima, cum ſequen. capit. conſtituimus. tertia quæ
ſtione quinta. ca. querelam. & ibi Abbas antiquit.
extrà de iureiuran. Bartolus & Angel. in l. Lucius.
ff. de infami. Baldus in margarita, in verbo, periu-
rium. ſed patroni præſentãdo dicuntur legitimum
actum exercere, & actus legitimi ſunt infamibus
interdicti, per cap. licet. lo ij. de teſtib. & regula
infamibus. de regulis iuris in ſexto. ergo apparet
quòd prædicti patroni dictum presbyterum An-
dræam tanquam periuri ex contrauentione primæ
præſentationis, quem iurauerunt non reuocare,
ipſum præſentare non potuerunt modo aliquo, &
ſic non valet dicta pręſentatio ſecundo loco facta,
& ſi aliter diceremus, eſſet viam periuriis, & ini-
quitatibus aperire, quod concedendũ non eſt, cap.
ſi vero. extrà de iureiur. cap. verum. & ca. mulieri.
& cap. cùm contingat. eod. tit. & tex. in l. j. C. ſi ad-
uerſus venditionem. & in cap. iiij. extrà de diuor-
tiis. & voluit Specula. in tit. de offic. omn. iudic. §.
poſtremo. verſic. vj. ibi, quærendum. Et vltra præ-
miſſa apparet presbyterũ Confortum habere etiã
præſentationẽ Santuriæ filiæ Roſæ de ſalerno, quæ
etiam habet ius præſentandi in dicta capella, & eſt
22 in poſſeſsione, ſeu quaſi præſentandi, * quo caſu
valet, & tenet pręſentatio ab exiſtẽte in quaſi poſ-
ſeſsione præſentandi, ita dicit Butri. poſt gloſſam
in ca. ex literis. de iure patronatus. & ibi dominus
23 Abbas in c. conſultationibus. eod. titu. *præſertim
cùm ius patronatus ex ſola præſentatione acqui-
ratur. Innoc. in c. quoniam. de iure patronatus. &
Baldus in margarita in verbo, ius. & ſic tanquam
potior apparet prædictus presbyter Cõfortus pręe
ferendus, argum. cap. ſi à ſede. de præben. in ſexto.
& dixit dominus Antonius in cap. paſtoralis. de iu
re patronatus. non diſcedo tamen ab eo quod in
terminis tenuit Ioannes Andræas, quem commu-
niter ſequuntur in regula, in re communi. in mer-
24 curia. *quòd duobus præſentatis vnus poſt alium
primus præfertur, prout eſt in presbytero Confor
to, qui primo loco fuit præſentatus. Nec ex hoc
ſuffragatur prædicto presbytero Andrææ ſua quaſi
poſſeſsio, cùm obſtante iuramento primo loco
præſtito non poterat præſentari, & ſucceſsiuè nec
inſtitui, exiſtente maximè inhibitione, & manda-
to Curt. Reuerendi domini Vicarij, & præſertim
25 cùm in beneficialibus nõ attentatur poſſeſsio, *ſed
quis primò præſentationem ſeu collationem ha-
buerat, quoniam ipſe primus præfertur, licet ſe-
cundus poſſeſsionem obtinuerit. c. capitulum ſan-
ctæ crucis. vbi plenè not. de reſcriptis. c. quia cun-
ctis. & cap. ſi tibi. de conceſ. præbend. in vj. & cap.
ſi tibi. & cap. duobus. de reſcriptis. in ſexto. & ra-
tio eſt, quia in eis nõ requiritur traditio, vel quaſi.
vt plenè not. Dyn. in reg. qui prior. de reg. iu. in vj.
Nec opitulatur presbytero Andrææ allegare quod
Violans fuerit dotata, & ſic excluſa à ſucceſsione,
per conſtitutionem regni, in aliquibus. & ſic ve-
lut excluſa non habet aliquod ius in præſentan-
do. nam reſpondetur ipſam Violantem fuiſſe do-
tatam de bonis maternis, & non paternis, vt ple-
nè probatum eſt. vnde ſuccedit quòd mulier dota
ta quæ vigore ſtatuti, ſeu cõſtitutionis excluditur à
ſucceſs

26 ſucceſsione, * certè intelligitur à ſucceſsione do-
tantis,& non alterius, prout conſuluit Pet. de An-
cha.in conſilio cclxxxviij. Baldus in l.mater. C. de
iure dot.& in l.j.C.de legit.hæred.idem conſulen-
do tenuit Angel.in conſilio cxxiij.incipien.in no-
mine domini,teſtamenti factio. Alex. conſil. xxix.
incip.quoniam abundè &c.j.volu. & in conſil. clj.
ij.volu.& Ioan.bapt.de ſancto Seue. in repet.l.om
nes populi.col.cxx.ff.de iuſtit. & iure. & in ſpecie
in regno, And.de Iſern.in dicta conſt.regni, in ali-
quibus.& in capitulo j. de natura ſucceſsio. feudi,
in reliquis ſuppleat Magnifici iudicantis religio,
& ſuo ſaniori iudicio. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Ius vbi alteri quæſitum eſt, non admittitur quis ad deierandum.*
2 *Præſentato in iure patronatus acquiritur ius ad remouendum malum institutum.*
3 *Paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel factum eſſe, & perperam & nu. 4.*
5 *Præſentatus ſe ingerens adminiſtrationi iuris patronatus ante inſtitutionem, perdit omne ius quod habet ex præſentatione.*
6 *Præſentatus in iure patronatus à maiori parte patronorum, præfertur.*
7 *Præſentare non poteſt in iure patronatus qui reperitur minor ſeptennio.*
9 *Poſſe quid aliquis facere intelligendum eſt, dum de iure poteſt, & non aliter.*
11 *Doctor intelligi debet ſecundum iura quæ ipſe allegat.*
12 *Doctori licet magno credendum non eſt, niſi dictum ſuum probet per authenticam ſcripturam.*
13 *Gloſa, licet ſummæ auctoritatis, credendum non eſt, quando leges non allegat.*
14 *Singulares opiniones non ſunt ſequendæ in iudicando. imò Bartolo non eſt credendum in ſua noua fantaſia. nume. 15.*
16 *Regula tenaciter eſt ſeruanda, vbi in contrarium diſpoſitio ſpecialis non apparet. Et multa de regula, & eius obſeruantia, vide ibidem per extenſum in fine conſilij.*

## CONSILIVM XXXII.

INcomprehenſibilis Dei præſidio re-
petito, Amen. In eadem cauſa presby-
teri Cōforti cum presbytero Andræa
ſcoloreia vltra allegata per me in prę-
cedentibus allegationibus, cenſui neceſſariò fore
infraſcripta ſubiiciēda. Et in primis clarū eſt quòd
prædicti patroni præſentantes promiſerunt, & iu-
rauerunt non variare: vnde quæſito iure ex præſen
tatione prædicta prædicto Conforto, non potue-
runt patroni prædicti in eius præiudicium deiera-
1 re: * iuxta doctrinam Bal. allegatam in præceden-
tibus allegationibus in l.pactū. dotali. xviij. q. C.
de colla. vbi dicit, ꝙ vbi eſt alteri ius quæſitum vel
quærendum, non admittitur quis ad deierandum.
Et quòd ex præſentatione ſit ius quæſitum prædi-
cto Conforto, apparet: quia ex præſentatione tri-
buitur ius præſentato: vt dicit Ioan. And. in c.dile-
ctus.de offi.deleg. Archi.in c.j.de inſtit.in vj.Spec.
in tit.ne ſede vacan.in tertia forma libe. Abb. in c.
cùm vos.de offic.ordi.vlt.col.& in c.pe.de poſtul.
prælato.& non dicitur ei acquiſitū ius in re, ſed ad
rem, dicit d.Abb.in c.cùm Bertoldus.de re iudica.
idē tenet in ſpecie Steph.de gaeta, magnus can. in
repe.c.quoniā.de elect. in vj.xlv.col.vbi plus ſub-
2 dit, * quòd acquiritur ius præſentato ad remouen-
dum malum inſtitutum.idem voluit ante eum Ho-
ſtien.in ſumma de poſtul.præla.§.fi.verſi.ſimile in
præſentato.Domi.in c.ij.de offi.vica.poſt Io.And.
in c.quia diuerſitatē.de cōce.præ.quod quidē ſatis
ſuffragatur prędicto presbytero Cōforto ad remo
uendū prædictū presbyterū And.malè inſtitutum:
3 * ex quo non præcedente edicto,& abſq; cauſæ co
gnitione fuit inſtitutus: quo caſu irrita & nulla fuit
inſtitutio.tex.eſt in propriis terminis in c.quoniā.
de elect.in vj.Ab.in c.poſtquā.extrà de elec.Imo.
in c.ij.de iure patron. refert & ſequitur prædictus
d.Stepha.in loco prędicto.vlt.col. Quinimò & for
tius ita malè inſtitutus ipſe presbyter Andr. ſe in-
tromiſit in adminiſtratione, & ſic poſſeſsione di-
cti iuris patronatus: vt ipſemet articulariter confi
tetur,& probat: quo caſu apparet ac ſi ſine inſtitu
tione ſe intromiſerit, vel cum mala, vel nulla inſti-
tione: iuxta illud, paria ſunt aliquid non eſſe fa-
ctum, vel eſſe factū,& perperam, ſeu nulliter.ff. eo.
no.in l.ij.ff.de aucto.tuto.l.quāuis.§. ſi cōuenerit.
& ibi Bart.hoc not.ff.ad velleia.& in l. nō putauit.
§.non quæuis.ff.de contratab.vnde apparet ex diſ
poſitione præallegati c.quoniā. inſtitutionem non
4 præcedentem edicto factam eſſe nullam: * cùm ni-
hil & inualidum æquiparētur.l.ſi aut nullum.& ibi
Bal.not.C.de legit.hære.ita voluit etiā Iaſ.de may.
in l.ſi auiæ frater.C.de ſucceſſ.edic.& in l.quotiés.
ij.col.ff.qui ſatiſ.cog.Et plura ſimilia allegat, vt pa-
ria ſunt vitiosè ſatiſdare,& nō ſatiſdare: paria ſunt
nō adire, vel nulliter adire. modò ego habeo quòd
ſe ingerens adminiſtrationi iuris patronatus ante
5 inſtitutionē, perdit omne ius * quod habet ex præ
ſentatione. Frāciſ.in c.cùm iam dudū.ij.col.de prę
ben.& in c.noſti.& in c.qualiter.de elect.docto.in
c.auaritiæ.eod.tit.lib.vj.& ibi Dom.in fi. Hoſtien.
in ſumma de iure patronat.in ver.pœna: & prædi-
ctus d.Stepha.in repetitio.d.c.quoniam.xliiij.col.
vnde cùm prædictus presbyter Andræas nulliter
ſe intromiſerit cum mala & inualida inſtitutione,
habetur.ac ſi nō fuiſſet inſtitutus,& per conſequēs
cadit à ſua præſentatione,& perdit omne ius quod
ex ea habuit. Accedit prędictis pro explorata vi-
6 ctoria ex vno latere poſitis, * nā presbyter Cōfor-
tus apparet prę ſentatus à maiori parte patronorū
quo caſu præfertur. Pet.de Anch.in c.j.de arbitris.
Abb.in c.venerabili.& in c.in geneſi.de elect.Imo.
in cle.ij.de iure patr. Nam apparet ꝙ Santutia, vt
filia Roſæ præſentat pro vna parte, & ſic pro me-
dietate reſpectu Roſæ, quæ erat in poſſeſsione præ
ſentandi, vel quaſi: cuius exiſtentis in poſſeſsione
7 * præſentatio valet & tenet. Abb.in c. conſultatio-
nibus.de iure patronatus. Ant.de butr.in capitulo,
cùm Bertoldus.de re iudic. Feder.in conſi. ccxxvj.
Extat & alia præſentatio Violantis, quæ minimè
reuocata apparet per eam, ſed ſolùm illi duo ma-
res reuocauerunt. Habet necnon prædictus preſ-
byter



byter Andræas duas alias voces duarum puella-
8 rum, * quæ ſunt minores ſeptennio, vt probatum
eſt, quo caſu præſentare non potuerūt, quia minor
ſeptennio non poteſt præſentare. Abbas in c.fina.
de conceſſ.præben. Nihil obſtat conſilium domini
Alexan.xvj.in iij.volu.qui in terminis concludere
videtur, actus factos contra iuramentum tenere,
& quòd præſentatio ſecunda teneat non obſtante
iuramento, nam dicit ipſe hoc modo, Aut ſumus in
actu qui non poteſt cadere in laicū, & tunc factum
contra primum iuramentum non tenet. Aut ſumus
in actu ſpirituali, vel quaſi, qui poteſt in laicum ca-
dere, vt in electione, præſentatione & ſimilibus, &
tunc tenet actus factus contra iuramentum. Re-
ſpondeo, ſalua eius pace, ſuum fundamentum eſſe
falſum cū exemplificatione præſentationis. * Nam
9 patet quòd verbū poteſt, intelligi debet quatenus
de iure qui poteſt.tex.eſt in c.cùm teneamur.& ibi
bona gloſ.de præbendis. & in clementina ſępe. de
verb.ſignifi. & in l.nepos proculo.ff.eodem titu. &
in c.exceptionem.& ibi Ioan.Andr. Anto.de Butr.
& Pet. de Ancha.extrà de exceptio.ſed ius præſen-
tandi competit ex gratia ſedis apoſtolicæ laico, &
non de iure, vt no.in capitu.Andrianus.lxiij.diſtin.
10 Felyn.& docto.in capit.quanto.extrà de iudi. * er-
go cum competat de gratia, apparet quòd non de
iure: & ſic inepta, cum reuerētia, videtur exempli-
ficatio præſentationis facta per dominum Alexan.
Præterea clarum eſt, quòd gratia videtur eſſe quid
extraordinarium iuris, quia ſi eſſet de iure, fruſtrà
imploraretur de gratia, ſed id quod quis facit per
remedium ertraordinarium, non dicitur quòd de
iure id poteſt: per id quod dicimus de reſtitutio-
ne in integrum, quod eſt remedium extraordina-
rium: nam quòd quis facit per beneficium reſtitu-
tionis in integrum, non id de iure facere poteſt. vt
dicit Cardinalis in clementina prima. xiiij. quæ-
ſtione. de cauſa poſſeſsio.& proprieta.& Bertachi.
in repertorio ſuo., in verbo, poteſt. verſiculo, viij.
ergo apparet. propterea non procedit exemplifica
tio domini Alexandri dum dicit, quòd præſenta-
tio poteſt cadere in laicū, non diſtinguendo quòd
ex gratia cadat,& non de iure. Præterea ex alio ca-
pite apparet non eſſe attendendum id quod dicit
11 dominus Alexandex: * ex quo nihil allegat, quod
ſit ſuæ opinionis fundamentum, & doctor debet
intelligi ſecundum iura quæ ipſe allegat. Bartol. in
l.non ſolum.in §.ſi liberationis verba.ff. de liberis
lega. Bald.in authentica, ſi omnes. C.vt ſe ab hære-
ditate abſtin. & in authenti.ſed iam neceſſe. C.de
donationib.ante nuptias. Salycet. in l.ſi ex cautio-
ne.C.de non numerata pecunia. Alibi dicit pul-
chrè Archidiacon. in capitulo nolite. vndecima
quæſtione tertia, quòd non debemus credere Do-
11 ctori * licet magno, niſi dictum ſuum probet per
authenticā ſcripturam.& facit ante eum tex. in ca-
13 pitu.ego ſolus.ix.diſtinct.imò gloſæ * quæ eſt ſum-
mæ authoritatis credendum non eſt, quando le-
ges non allegat. dixit Bald.in l. res publica. C. ex
quibus cauſis maior.quem refert & ſequitur Iaſo.
de May. in l.illam. iij.columna. C.de collat. intan-
tum quòd licitè iudicatur contra communem opi-
nionem doctorum, & etiam gloſſæ, quando illa
opinio iure nō probatur. voluit ſingulariter Ioan.
Andr.in capit.primo.extrà de conſtit. Abb.in cap.
14 tua nos.ij. colum. extrà de vſur. * Præterea tertiò
& vltimò apparet Alexan.eſſe in ſingulari opinio-
ne.& certum eſt quòd in iudicando non debemus
ſequi ſingulares opiniones.tex.eſt in l.prima.de ſe-
natori.ff. vbi Bald. in vltimo nota. arguit per illum
tex.cōtra ſingulares, & peregrinas opiniones: imò
diceretur iudex per imperitiam iudicare, ſi inhæ-
reret ſingulari opinioni.idem tenet Alex.in conſi.
15 ccxxvij.viſis proceſsibus. ſecunda colum. * Quin-
imò, & fortius etiam Bartol.credendum non eſſet
in ſua noua fantaſia, dixerunt Paulus de Caſtro,&
Bald.in l.fina.C.de inſtitu.& ſubſtit. Et ſic ex præ-
miſsis apparet minimè credendum domi. Alexan.
ſalua eius reuerentia: cum eius dicta circa hoc non
iure, nec authoritate fulcita dicantur, extante re-
gula de qua ſuprà, quòd iuramentum quod abſque
interitu ſalutis æternæ emanatum eſt, ſeruari de-
bet. vulg.cap.cùm contingat. cum vulgar.de iure-
16 iuran.& regula tenaciter eſt ſeruāda, * vbi in con-
trarium diſpoſitio ſpecialis non apparet, ſecūdum
Bal.in l.ſi tutor.in fine. C.de ſeru.pig.dat.manum.
Et ideo dixit Bald.in capit.iij.colum.de alien. iud.
mutan.cauſa fac. quòd pro regula ſemper eſt iudi-
candum, niſi probetur in contrarium. ita dixit ele-
ganter notari.in l.qui reſtituere.ff.de rei vendic. Et
dixit Alberic.de roſa. in ſecunda parte ſtatut.quæ-
ſtio.clx.incipiente, ſi ex forma ſtatuti. quòd ſtan-
dum eſt regulæ donec de exceptione doceatur. &
ideò dixit Bar.in l.quoties.ff.ſi quis cau. quòd non
dicitur eſſe dubium, de quo eſt regula iuris, vnde
cùm regula ſit, vt iuramentum ſit ſemper ſeruan-
dum, vbi non vertitur interitus ſalutis æternæ: cer
tè ſeruari debet, ne præſertim via periuriis aperia-
tur, vt in aliis pręcedentibus allegationibus dictum
fuit contra formam capit. ſi verò.& cap.verùm. &
cap.mulieri.extrà de iureiuran.concurrente maxi
mè deciſ. Ioan. Andr. de qua ſuprà, in mercur.quæ
ſatis in propriis terminis adaptari poteſt ibi, dum
dicit, nam quædam ſunt quæ poſſunt expediri ſine
iudicis miniſterio, vt matrimonium, profeſsio, te-
ſtamentum, & ſimilia: & tunc valent facta contra
iuramentum. Quædam verò quæ non poſſunt ex-
pediri ſine iudicis miniſterio, vt reuocatio rei alie-
natæ minoris, querela inofficioſi, & his ſimilia: &
tunc iudex denegat miniſterium ſuum, ne aperiat
viam periurio: & eo caſu non tenent facta contra
iuramentum. in reliquis ſuppleat religio Magni.
iudicantis.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Pater tenetur alimentare filium baſtardum.*
2 *Pater tenetur præſtare alimenta prædicta in domo eius matris, dū baſtardus ipſe fuerit minor triennio quia indiget auxilio materno.*
3 *Alimenta quæ debentur in domo alicuius, debentur etiam extra domum, & hoc quatenus expenderet in ſua domo pro illis.*
4 *Filius infra triennium indiget auxilio materno.*
5 *Nouerca ſemper conſueuit eſſe odioſa priuigno.*
6 *Nouerca non cogitur habitare cum priuigno, & poteſt accuſari de furto ab eo, ſi eius expilauit hæ-*

 *redit.*

*reditatem, & repellitur à tutela priuigni.*

7 *Alimentarius cui alimenta debentur, ſi ob ſiniſtram ſuſpicionem eius qui tenetur ad ea, non poſſet in eius domo habitare, an poſſit petere alibi ſibi præſtari.*

*Alimenta relicta per teſtatorem vxori, vt in domo habitaret, & illa non poteſt in domo teſtatoris commodè habitare, poſſet vbi permanet alimentari.*

8 *Filius baſtardus non eſt in poteſtate patris.*

9 *Alimenta petuntur abſque libello, & ſolennitate, & etiam coram iudice eccleſiaſtico peti poſſunt.*

## CONSILIVM XXXIII.

REdemptoris gentium Suffragio repetito, amen. In cauſa dominæ Ioannæ Dyas, Hiſpanæ habentis filium à quodam ſuo amaſio, à quo petit ipſum alimentari, hæſitatur de duobus. Et primò an prædictus amaſius teneatur ad alimenta prædicti eius filij baſtardi. Secundò, dato quòd ad ea teneatur, an tenetur ipſa præſtare in domo prædictæ eius matris, prout ipſa iam petiit.
1 *Et quò ad primum nulli dubium quòd pater ex
iuris diſpoſitione tenetur ad alimenta prædicto
eius filio baſtardo, per tex. in authen. licet patri. §.
hi ergo. & ibi Bart. & docto. C. de natura. liber. Bal.
in authen. res quæ, C. commu. de lega. tex. in c. cùm
haberet. de eo qui dux. in matrimo. quam per adul.
poll. Et hoc per vrgentem rationem, quia denegare
alimenta filio prædicto eſſet ipſum necare:
quod non licet, per tex. in c. dicat aliquis. xxxij. q.
iiij. per text. in l. necare. & ibi Bart. ff. de libe. agnoſcen.
vnde debet pro hoc omnino eum alere. ita in
ſpecie dixit Ioan. Bapt. de ſancto Seueri. in repet.
2 l. ſi qua illuſtris. penul. colum. C. ad officia. * Quò
verò ad ſecundum, quòd teneatur dicta alimenta
in domo prædictæ eius matris præſtare, adduco:
nam mater infra triennium inuito patre filium penes
ſe retinere poteſt. gl. eſt ſing. in l. j. circa princi.
in verbo, iuſtiſsima cauſa. de libe. exhiben. ita conſuluit
Ludoui. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæ-
3 uiſsimo. ff. ſoluto matrimo. * Secundò adduco certum
eſſe, quòd alimenta quæ debentur in domo
alicuius, debētur etiam extra domum: & hoc quatenus
expendiſſet in domo: vt dicit Barto. in conſi.
ccxj. incip. quidam ſibi filios. in ij. dub. lib. j. & conſilio
iiij. & v. lib. ij. per text. in l. libertis. §. primo. ff.
de alimen. & cibar. lega. & in l. j. C. de lega. Et licet
Bartol. videatur loqui in alimentis quæ debentur
ex diſpoſitione teſtatoris, & ſic hominis, nihilominus
habet locum hoc etiam ſi eſſet ex diſpoſitione
iuris; cùm rectè procedat, argum. de diſpoſitione
hominis ad diſpoſitionem iuris. l. non impoſsibile.
ff. de pact. l. fina. C. de fideiuſſ. & §. diſponat. in authen.
de nupt. & not. glo. in rub. C. de decre. decur.
lib. x. & gloſ. in l. domini prædiorum. C. de agric. &
cenſi. libr. x. Et ſic cùm alimenta de iure nō poſsint
denegari à patre filio baſtardo, videtur quòd poſſit
ea in domo eius matris in qua moratur pete-
4 re: quia cùm adhuc filius ſit infra triennium * &
ſic in tempore ablactationis, & lac ſugit; præmaximè
indiget auxilio materno: vt magiſtraliter docet
Abb. in dicto ca. cùm haberet. ſecunda colum.
Et alimentarius cui alimenta debentur, debent ſibi
præſtari vbi vult: dixit Bart. in l. libertis. §. Lucius.
in fin. ff. de alim. & cib. lega. & in l. iij. ij. col. ff. eo. &
in l. diuortio. j. col. in fin. in verſi. quæro quid ſi mulier.
ff. ſolu. mat. modò ſi filius loqui ſciret, & interrogaretur
extante nouerca in domo ſui patris, ſi
vellet ibidem alimēta ſuſcipere, vel morari in domo
eius matris, proculdubio reſponderet, quòd in
domo matris, cùm eius auxilio indigeat ratione
ætatis: quia nemo præſumitur velle lupo pecudem
obiicere: & ſic iactare ſua vulgata. l. cùm de indebito.
ff. de proba. & c. non eſt veriſimile, de præſumptio.
Ex quo accedendo ad domum patris ibi nouercam
comperiret, quæ omni æuo lōgè priuignis
conſueuit eſſe odioſa, & econtra, iuxta textum notabilem
in l. non eſt conſentiendum. ff. de inofficio.
teſtam. Hinc Virgili. in buccoli. Eſt nāque mihi domi
pater, eſt & iniuſta nouerca. ad quod ſatis legum
latores animaduertere. Hinc voluit Bal. in authen-
5 tica, hoc locum. C. ſi mulier ſecundò nupſe. * quòd
nouerca non cogitur habitare cum priuigno, idem
voluerunt Bald. & Ange. in l. ij. ff. vbi pupil. educa.
debet. vnde æqualitate ſeruata idem econuerſo videtur
concludendum, nequaquam priuignum cogi
poſſe ad habitandum cum ea, cùm rectè à contrario
ſenſu procedat argumentum, iuxta notabilem
textum in l. inter ſocerū. §. cum inter. ff. de pactis
dotalibus. & in l. Pomponius. §. ſed is qui. cum
6 vulgaribus. ff. de procurato. * Hinc huius antiqui
odij nō immemores Imperatores nouercis terrorem,
& meritò, incutiendo, voluere nouercam hæreditatem
viri expilantem, quæ ad priuignos pertinet,
furti actione teneri, vt eſt textus in l. de his,
& ibi Barto. C. de furtis. Hinc etiam Iuriſconſulti
fraudum non inſcij, quæ ob odioſum animum nouercarum
in priuignos poſſet exerceri, eas à priuignorū
tutela penitus profugare iuſſerunt, ſic quod
id habendum eſſe debet pro expreſſo, de quo veriſimiliter
ita reſpondiſſet interrogatus. gloſſ. in l.
tale pactum. ff. de pactis. tex. in l. fi. ſecundum Bartolum,
Baldum, & Angel. C. de poſthum. hæred. inſtituen.
text. in l. Barbarius. & ibi Bald. quinta colum.
ff. de offic. præt. Et ideo ſuccedit quòd in par-
7 ticulari videtur dixiſſe Bald. in l. j. C. de lega. * quòd
ſi ille cui debentur alimenta, ob ſiniſtram ſuſpicionem
ea dare debentis non poſſet in eius domo habitare,
poſſet ea alibi petere ſibi præſtari? idem ſequitur
Alexand. in additio. ad l. Caio. ff. de alimen.
legat. & pro hoc adduco quod voluit Bartol. in d.
ſuo conſi. ccxj. incip. quidam ſibi filios. lib. j. qui dixit,
quòd extra domum non debentur alimenta, ſi
alimētarius poſſet in domo commodè inhabitare.
ergo recta ſit illatio, quod ſi ibi non poteſt, alibi
debeantur, & hinc in ſpecie dixit Bar. in l. Caio. §. j.
ff. de alimen. & cib. lega. quòd ſi ex diſpoſitione teſtatoris
relinquerētur alimenta vxori, vt in domo
habitaret, & ibi illa non poſſet commodè inhabitare,
poterit tamen vbi degit alimenta petere. per
8 textum in l. penul. vbi pup. educa. debet. * Præterea
conſidero quòd pater baſtardi minimè poteſt filiū
ipſum ad ſe aduocare à prædicta eius matre auferendo,
cùm non ſit in eius poteſtate tanquam baſtardus.



ſtardus. per text. in §. fina. inſtit. de nuptiis. & in l.
vulgo concepti. ff. de ſtatu hominum. & dixit Abb.
in c. ex literis. de conuerſ. infidel. ij. col. Et ſic cùm
pater omnino ad ipſum filium alimentandum teneatur,
nec poſſet filius ipſe in domo patris morari
nouerca exiſtente, & maximè cùm propter ætatem
materno auxilio indigeat: ſum voti patrem ad dicta
alimenta præſtandum penes matrem cogi poſ-
9 ſe, * etiam ſine libello, & ſummariè, & abſque aliqua
iuris ſolēnitate: vt ſatis no. dixit Guil. de monte
laud. & poſt eum Petr. de Anch. in clem. j. de iure
patronat. Bart. in l. j. §. fin. ff. de præto. ſtipula. Alex.
in l. ſi quis à liberis. ff. de libe. agnoſcen. Adito tamen
pro conſequutione dictorum alimentorum
iudice eccleſiaſtico, & non ſeculari: prout ſingulariter
conſulendo nos docet Franc. de Aret. in ſuo
conſi. xlvij. Et ita de iuris cenſura conſulo ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Subſcribens ſe ſcripturæ per alium ſcriptæ, habetur ac ſi totam ipſe ſcripſiſſet.*

2 *Principalis quando non poteſt conueniri prætextu exceptionis ſibi competentis, exceptio ipſa denegabitur fideiuſſori, quia ipſi non competit modo aliquo.*

*Creditor quando certum eſt non poſſe conſequi à debitore, & habet regreſſum contra fideiuſſorem, exceptionem diſcuſſionis non habet, nec ſibi competit diſcuſſio, quando notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo.*

## CONSILIVM XXXIIII.

IN Chriſti nomine amen. In cauſa Gaſparis Coſtæ cum Magniſi. V.I.D. Gabriele de riſio, ſuper recognitione ſubſcriptionis propriæ manus in ſcriptura Ioannis Pauli marzati, in qua ſcripſit dare ipſum dominum Gabrielem in principalem promiſſorem, & inſolidum obligatū: non video cur per dictam ſuam ſupſcriptionem non poſsit prædictus dominus Gabriel, vt principalis, & in ſolidum conueniri: cùm ad hoc ſit conditus titulus de duobus reis, & non aliter appareat ipſe obligatus quam prædictus Ioannes Paulus vigore ſuæ ſubſcriptionis in ſcriptura ipſius Ioānis Pauli.
1 *Et ſe ſubſcribens ſcripturæ per alium factæ, ita
æquè ſibi præiudicat obligando, ac ſi toam ipſe
manu propria ſcripturam feciſſet, texus eſt not. in
l. fideiuſſor. §. j. ff. de pignorib. & in l. ſi quis ex argētariis.
§. j. verſ. ſubſcribere. ff. de eden. & in authentica,
quòd ſine. C. de teſtament. ita in propriis terminis
voluerūt Bar. Saly. Pau. de Caſt. Ang. & Fulg.
in l. emptor. §. Lucius Titius. ff. de pact. Ange. Paul.
Saly. & Alex. in l. cum antiquitas. §. cum autem. C.
de teſtamentis. & in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus.
ff. de verb. oblig. & conſuluit idem Alex. conſi.
cxlvij. pōderatis his de quibus. lib. ij. vnde cùm ipſe
dom. Gabriel ſe ſubſcripſerit huiuſmodi ſibi præiudiciali
ſcripturæ, videtur ac ſi totā ſcripturā ipſam
ſua propria manu ſcripſiſſet, & per conſequens inſolidum
obligatus vt principalis tenetur, & cōueniri
poteſt ſuper ipſius ſcripturæ recognitione vt
principalis. Sed nunc dato abſque veri præiudicio,
ꝙ fuiſſet vt fideiuſſor ibi ſubſcriptus, adeo quòd
ex hoc prætenderet exceptionem diſcuſsionis ſibi
competere, cùm non fuerit renunciatum authen.
præſenti. C. de fideiuſſoribubus. dico, quòd ex quo
prædictus Ioannes Paulus qui principalis prætenditur,
quaſdam regias literas ſibi dilationem cōcedentes
ad certum tempus ſoluendi impetrauit, ob
quod eſt huiuſmodi dilatione tutus, non poterit
eidem domino Gabrieli dicta exceptio moratoriæ
2 competere, nec diſcuſsionis, * ex quo quādo principalis
non poteſt conueniri prætextu alicuius exceptionis,
ſeu priuilegij ſibi competentis, exceptio
ipſa, ſeu beneficium diſcuſsionis fideiuſſori denegatur,
nec ſibi aliquo modo competit. ita in terminis
tenet Bar. in l. iij. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſque
iuris. Hinc dixit ſignanter gl. in l. niſi hoc actū. ff. de
pact. quòd quādo certum eſt creditorem nō poſſe
debitū conſequi à ſuo debitore, & habetur regreſſus
in fideiuſſorem, tunc nō habet locum exceptio
diſcuſsionis, ita vltra gl. reperio tenere Ange. in authentica,
præſenti. C. de fideiuſſorib. Bart. in l. Marcellus.
circa fineem. ff. eo. titu. & in l. fi. circa principium.
ff. de verb. obli. & in d. l. iij. præallegata. Confirmo
per id quod not. dixit in ſpecie gl. & Bar. in l.
fi. ff. ſi cer. pet. qui dixit, quòd quando notorium eſt
principalem nō eſſe ſoluendo, & agitur cōtra fideiuſſorem,
nō poterit fideiuſſor exceptionē diſcuſſionis
opponere, & ſic ex præmiſsis negari non poteſt
dictā exceptionē minimè poſſe prædicto d. Gabrieli
competere cui ſaltē volendo ob ſuā ſubſcriptionem
ſeruare prædictū Gaſparē indemnem minimè
apparet exceptionem prædictam competere
poſſe, per id quod in ſpecie ſatis no. voluit Bar. in l.
quæro. in prin. ff. loca. Et ita conſulo iuris eſſe ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Ineptè factum id quod à lege facere non arctabatur, non ex hoc vitiatur actus.*

2 *Sententia ſuper cauſa in qua ſunt duo capita, vnum pertinens, aliud autem impertinens ſi iudex in ſententiando expreſſit impertinens ſuper eo ſe fundando, non ex hoc vitiaretur ſententia. vbi multa ſimilia.*

3 *Teſtis ſi aſſignat cauſam ſcientiæ cum dicto, non tenetur amplius aſſignare ipſam.*

4 *Teſtes ſuper æſtimatione deponentes, ſi non addant illa verba, ſcilicet communi æſtimatione, tamen validatur eorum dictum: quia videntur omnino de communi æſtimatione ſenſiſſe.*

5 *Iudex de qualitate rei, & communi æſtimatione poteſt à teſtibus informari ex officio, etiam ſi de ſingulari æſtimatione teſtes ipſi ſenſerunt, dum dixerunt, quòd ipſi tantùm darent.*

6 *Pluralitas non præſumitur in actibus hominū, nec ſententiarū, nec teſtamentorū, nec in nomine proprio.*

## CONSILIVM XXXV.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato, amen. In cauſa Baptimi cum Nicolao Franciſco de Abitabulo, ſuper liquidatione precij muli, audio dubitari, an fuerit probatum precium valoris

muli per teſtes deponentes, *che era bono, & graſſo, & che valea trenta ducati de oro*: & quòd ipſi teſtes tanti emiſſent. Et proculdubio dicendum eſt probatum fuiſſe precium, ac valorem muli prædicti: nec obſtat in aliquo dum dicitur teſtes ipſos non depoſuiſſe de communi æſtimatione, ſed de ſingulari: vt ibi dum dicunt, quòd tanti emiſſent ipſi, nam rectè intuenti iam videntur in primo eorum dicto reditionem optimam cauſæ ſcientiæ aſſignaſſe, ibi dum omnes fere dicunt de bonitate, & qualitate muli formaliter, vt ſuprà & ſic videntur deponere de valore huiuſmodi aſſignatis rationibus, vt ſuprà & licet demum adiiciant, & tanti ipſi emiſſent, certè non ex hoc dictum eorum corruit: quia ſemel aſſignata ratione valoris muli per eos,
1 licet demum ſubiiciant, * quòd tantum ipſi darēt, non ex hoc eorum dictũ inualidatur: ex quo quantuncunque quis non teneatur à lege quid facere, ſi tamen illud faciat, & ineptè, illud non vitiat actũ. tex. eſt in l. j. C. de rei vxo. actio. & ideo teſtes quòd mulus erat bonus, fortis, & pulcher, & eſt valoris xxx. aureorum. videntur ex illa ratione bonitatis, & pulchritudinis ſe inferre ad preciũ prædictum, ſeu valorem, & licet demum ſubdant, quòd tanti ipſi teſtes emerēt, non ex hoc habēt vitiare eorum dicta: quia dicta ſecunda ratio non eſt nociua, & ideo non vitiat. ita in terminis de teſte ſubdēte in eius dicto inualidam rationem vltra ſuam bonam aſſignatam, dixit Iaſ. de May. in l. curatorem. ff. de offic. procur. cæſ. pro cuius opinione adduco quòd voluit Innocen. in ca. in præſentia. de renun. quem refert & ſequitur Bal. in l. ij. ff. de his qui not. infam. vbi dixit, quòd ſi in aliqua cauſa ſunt duo capita,
2 vnum pertinens, & alium impertinens, * ſi iudex in ſententiando expreſsit impertinēs, ſuper eo ſe fundando, non ex hoc vitiabitur ſententia: cùm de neceſsitate illud in ſententia non requirebatur: huic etiam accedat quòd voluit Ioã. And. in c. quia propter. de elect. vbi dixit, quòd ſi in aliquo actu debēt ſolùm vocari canonici, ſi in eo fuit vocatus aliquis, qui non erat canonicus, nõ ex hoc vitiabitur ille actus. Prædictis etiam ſuffragatur gloſ. ſingu. in l. vinum. ff. ſi certum petat. quæ dicit, quòd ſi in aliqua cauſa non requirebatur libellus, ſi tamen porrigatur, & ineptus, iudiciũ valet & tenet. concordat gloſſ. ſingula. in verbo, in tranſitu. inſtitu. de liberti. quam pro ſing. allegat Bal. in l. conſentaneũ. C. quomodo & quando iudex. & quod ibi dixit Ange. & ſic ſi dicti teſtes fuiſſent in ſpecie interrogati de ratione magis in ſpecie, adhuc eã bene reddidiſſent. Nec obſtat ſi diceretur, quòd hoc caſu etiam non interrogati eam reddere tenentur, cum deponant ſuper æſtimatione: prout dicebat Bart.
3 in tract. de teſti. * Nam illud intelligitur, quando opus eſſet magno diſcurſu rationum, vt verbi gratia, in æſtimatione fundi, in quo eſt diſcutiendum de redditibus fundi, & circunſtantiis, quarum rerum non eſt communis notitia, ſecus enim erit in æſtimatione aliarum rerum, prout hîc, ita dixit Bald. in l. ſolam. de teſtib. quem refert & ſequitur Alexan. in l. precia rerum. ff. ad legem falcid. Præterea poſſet etiam attentari, quòd ſemel admixta cum dicto fuerit ratio aſſignata ibi, *che lo mulo era forte, bello, & graſſo*, non tenebantur ad vlteriorem rationem aſſignandam, ex quo quando teſtis vnà cum dicto aſſignat cauſam ſcientiæ, non tenetur amplius ad vlteriorem aſſignationem, adeo quòd ſi etiam interrogatus eam non reddat, non vitiabitur eius dictum, quia iam in eius dicto eſt expreſſa, ita Innocen. Bald. & domi. Anton. & Imo. quos refert Felyn. in capit. cùm cauſam. ſecunda colum. extrà de teſtibus. Nec militaret obiicere, quòd teſtes ipſius Baptimi non videantur depoſuiſſe de communi æſtimatione, prout requirit Barto. in l.
4 ſecunda. C. de reſcind. vendi. * Nam in rei veritate non communiter eius dictum tenetur, cùm aliter apparet tenuiſſe Nico. de Matth. quem refert & ſequitur Bal. in dicta l. ij. & ibi in ſpecie dicunt prædicti docto. quòd etiam ſi teſtes ſuper æſtimatione deponentes, non addant illa verba, ſcilicet, pro communi æſtimatione, quòd tamen validatur eorum dictum, quia videntur omnino depoſuiſſe de communi æſtimatione, quòd homines præſumuntur facere id quod communiter fit. l. ſi pactum. ff. de probatio. & facit ratio de qua in l. cùm de indebito. in princip. eodem titu. Et fortius procedent præmiſſa in caſu præſenti, in quo teſtes non ſimpliciter omnes deponunt quòd ipſi tanti emerent, ſed ſubdunt, quòd tantum darent, *quando ne aueſſero biſogno*, quod ſatis apparet ponderandum, quia non videntur de ſingulari affectione deponere, & eo magis, cùm ſint tot & tanti teſtes hoc aſſerentes, & quãdo fortè dubitaretur an de ſingulari æſtimatione teſtes ſenſerint, poterit iudex ex ſuo offi-
5 cio de hoc à prædictis teſtibus ſe informare, * cùm poſsit iudex de qualitate rei, & ipſius æſtimationis ſe informare, per tex. not. in l. fina. in fine. C. de iure domi. impetr. per textum optimum in l. ſi quod ex pamphila. & ibi Barto. ff. de lega. ij. ita voluit etiam Bartol. in l. prima. ad finem de reſcin. vend. Abb. in capitu. cum cauſam. el ſecundo. de teſtib. Præterea ſuffragatur huic liquidationi, & valori depoſitio ipſiuſmet principalis aduerſarij in obligatione ex aduerſomet præſentata, in quod Franciſcus ipſe aſſeruit reperiſſe ducatos viginti pro mulo prædicto, ſi ipſum vendere voluiſſet. Et licet poſsit attentari quod non probetur identitas muli, & ſic quòd præſumatur alius mulus, Nã huic obiectioni duplex datur reſponſio, prima, quòd ſicut pars aduerſa nixa eſt probare eo tempore habuiſſe alios mulos, & beluas, ita etiam probaſſet, ſi potuiſſet probare habuiſſe alium mulum dicti coloris, ſeu pili caſtanei. Secundò reſpõdeo, quòd cùm id minimè probauerit dicto tempore alium mulum habuiſſe dicti pili, in dubio præſumitur ꝙ ille idem mulus fuerit, ex quo in dubio non præſumitur pluralitas, ſed identitas, ſicut dicitur quòd in dubio non præſumitur pluralitas actuum, vt dicit Bal. in l. teſtium, quinta columna. in fin. C. de teſtib. Saly. in l. ſecunda. C. de errore aduocat. & alibi dicit Bal. in l. neque natales. ſecunda columna. C. de probat,
6 * quòd non præſumitur pluralitas in actibus hominum, niſi probetur, ſicut nec etiã præſumitur pluralitas in nomine proprio, ſecundũ Bar. in l. ſi rem. ff. de rei vend. do. Anto. in c. ij. de libelli obla. Alibi enim dixit Bal. in l. ij. C. de erro. aduoc. quòd in dubio non præſumitur pluralitas ſententiarũ nec teſtamentorum, vt in l. omnium. iuncta glo. in verbo,

compro



comprobatur. C. de teſtamentis. & in l. fi. C. ſi cer. pet. bonus eſt tex. in c. in præſentia. el. ij. & ibi An. de But. hoc no. expreſſe, extrà de proba. & idem ex præmiſsis voluit Iaſ. de May. in l. bonorum. vj. col. C. de bono. poſ. ſecundum tabulas. vbi plus ſubdit per binas vices in eadem col. reiterando, ſe nõ putare verum illud quod in contrarium dixit Alexã. nullam faciens mentionem de prædictis, in conſil. cxxxiiij. incip. in cauſa & lite vertēte inter Albertinum de Maynardis. ij. col. lib. ij. & plus ſubdit Iaſon quòd doctores relati per Alexandrum, pro ſua opinione contra iſtam, illud non dicunt, hoc contra morem do. Alexandri dicit ipſe, in cæteris ſuppleat Magnif. iudicantis religio.

Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Emens à tranſeunte rem nomine veri domini, tunc recuperabit precium à domino, quando apparet rem ipſam emiſſe minus quàm valebat. ſecus ſi tantundem quantum emit, vel plus valebat.*

2 *Teſtis qui bene depoſuit circa ſubſtantiam negocij principalis, licet in alijs diſcordet, non ex hoc reputari poteſt varius, aut reprobari.*

3 *Teſtis etiam quòd ſcienter addat aliquam falſitatem dicto ſuo, quæ non tangit ſubſtantiam negocij principalis, tamen eius dictum valet.*

4 *Teſtes dato quòd contradicerent ad inuicem, ſi talis contradictio eſſet in modico, etiam quòd eſſet in eo ſuper quo conſiſtit ſubſtantia negocij principalis, non ex hoc eſſent varij, nec ex hoc reprobarentur.*

5 *Teſtium dicta ſunt interpretanda ad bonum intellectum, & non calumnianda.*

6 *Teſtes contra quos opponitur quòd ſint domeſtici, vel infames, vel alia elidibili exceptione att incti, non ſufficit ita indiſtinctè, & ſimpliciter opponere, ſed in ſpecie articulari, & probari quòd ita fuerint tempore eorum depoſitionis.*

7 *Teſtis conditio inſpicitur ſecundum tempus productionis teſtium, & præſtiti iuramenti.*

## CONSILIVM XXXVI.

EIuſdem Redemptoris nomine repetito, amen. In eadem cauſa Baptimi rubei cum Ioãnello de Auliua ſuper mulo: certè negari non poteſt quin d. mulus ſit litigioſus: adeo ꝙ reſtitui nõ debeat prædicto Baptimo, nedum ex forma vulg. c. Regni, conuētus rei vend. &c. verùm etiam ex iuris communis diſpoſitione: iuxta text. in l. iij. C. de litigio. & in l. j. ff. eo. tit. cum vulga. & præſertim apparente manifeſta fraude, ac dolo ipſius Frãciſci in deſinendo poſsidere mulum prædictũ, eundem in prædictũ Ioannellũ transferendo: qui Ioannellus mulum ipſum nomine domini emit à quodam tranſeunte ſuppoſito: & ſic cùm ex ſententia magnæ curiæ lata in fauorem Baptimi mulus erat ſibi reſtituendus, fruſtrà videtur cogitatũ in alium transferri, ad euitandum executionem contra formam dicti capituli Regni: nec cautela quòd nomine domini emerit ſibi, ſuffragari poteſt eidē Ioannello, cùm nõ vtiliter negocium prædicti Baptimi geſſerit: ex quo ſibi cõpetere poteſt vtilis actio negotiorum geſtorũ prout requiritur: vt cautela ipſa locum habeat: & ſic quòd minus emiſſet precio de-
1 bito: * quod nõ fuit caſu præmiſſo: ita magiſtraliter decidit Pet. de Anch. poſt Hoſt. per ipſum relatum in regula, nõ remittitur peccatum. de reg. iur. in vj. ſed Hoſt. id dicit in §. fi. de pœnit. & remiſ. Nec obſtat quòd ex aduerſo aſſeritur, nõ fuiſſe fundatã intentionem ipſius Baptimi prætextu quòd Michael teſtis per eundem productus depoſuerit dictũ mulum fuiſſe in poſſe prædicti Franciſci per quinque vel ſex menſes: & donec fuit venditũ: & ſic patet ꝙ intentio teſtis prædicti fuit dicere, prout dixit, ꝙ mulus ſtetit penes ipſum Franciſcum tempore litis motæ & conteſtatæ: & ſic tempore ſubſtantiali: & poſtea ſubdit, & donec fuit venditũ: vnde licet demũ dixerit, vel antea, quòd ſtetit per quinque menſes in poſſe dicti Franciſci, non enim illud erat de ſubſtantia exprimi: & ſic ſuccedit diſpoſitio, quòd teſtis qui depoſuit bene circa ſubſtantiam negocij
2 principalis, * licet in aliis diſcordet, nõ ex hoc reputari poteſt varius, nec reprobari. tex. eſt in ca. nihil obſtat. & ibi cano. de ver. ſig. & facit tex. in c. cũ eccleſia. iuncta gl. in verbo, vacillaſſe. de cau. poſ. & propri. & in l. qui ſententiam. ſecundũ Bar. & Ang. C. de pœnis. & illum tex. ante eos no. Old. quem refert, & ſequitur Bal. in l. j. ad fi. C. ſi plures vna ſent. ita etiam tenet Io. de Ana. hoc per regulam firmando in conſi. lxxvj. viſis & conſideratis atteſtationibus. vbi plus ſubdit, ꝙ eo caſu teſtes vidētur melioris fidei, quia vidētur melius deponere, & nõ apparent depoſuiſſe præmeditato ſermone. * Quinimò
3 & plus, ſi teſtis ſciēter addidit aliquã falſitatē dicto ſuo dũmodo illa falſitas non tangat ſubſtantiã negocij principalis neceſſariã, tamen eius dictum valet, vt dicit pulchrè Anto. de But. in c. cauſam. in fi. de teſt. poſt Spec. in tit. de teſte. §. j. ver. idem quòd addit aliquid de ſuo. & refert ita contigiſſe in perſonam Io. And. & ſequitur etiam ibi Ioan. de Imo.
4 * Accedat & fortius, quòd etiam ſi teſtes contradicant ad inuicem, & talis cõtradictio eſſet in modico, etiam ſuper eo in quo conſiſtit ſubſtantia negocij principalis, non ex hoc eſſent varij, nec per hoc reprobarentur eorum dicta. ita dicit An. de But. in c. ij. de regula. per illũ tex. & Alex. in cõſil. v. inci. in cauſa inquiſitionis. nu. 10. lib. j. cõſi. 24. inci. animaduerſis his quæ tam per teſtes. col. fi. nu. 43. li. ij. & conſi. xlvij. nu. 5. & conſi. cxxij. incip. viſo proceſſu
5 vtriuſque cauſæ. nu. 10. eo. lib. ij. * Et pro præmiſsis facit, quòd dicta teſtium ſunt interpretanda ad bonum intellectũ, & non calumnianda, ſecundũ Bal. in c. cauſam quę. vlt. col. de reſcri. & in c. ij. de cõſt. quinimò eorum dicta debēt ſemper coadiuuari, & non calũniari, vt plenè per Bal. in l. de quibus. vlti. col. ff. de legi. & in c. cùm dilectus. in fi. de cõſue. & vltra dictum teſtem idē atteſtantur alij duo teſtes ſequentes, & vltra eos prædictus Frãciſcus, qui nõ poſſet exceptione aliqua elidi ex aduerſo, cùm rectè intuenti omne id quod ipſe deponeret in fauorem prædicti Baptimi, eſſet in eius proprium detrimentum, cùm ipſe ſit primus autor muli prædicti, & tenetur de euictione. Et minimè eidē Ioannello ſuffragatur repulſa aduerſus teſtes ipſius Baptimi

 prætex

prætextu domeſticitatis ipſorum teſtium, nam re-
ctè intuẽti non apparet articulatũ, nec probatum,
quòd teſtes prædicti tẽpore lati teſtimonij in præ-
6 ſenti cauſa fuerint domeſtici prædicti Baptimi,*&
ex iuris diſpoſitione opponens contra teſtes præ-
textu quòd ſint domeſtici, vel infames, vel alia eli-
dibili exceptione attincti, non ſufficit contra eos
ita ſimpliciter, ac indiſtinctè opponere, ſed debet
in ſpecie probari, quòd tempore depoſitionis ita
ille teſtis fuerat, voluit in ſpecie Ang. conſulendo
in conſi.j.incip.porrecta fuit petitio.ij. colũ. Idem
Ang. in conſi. cccviij. factum tale eſt &c. Imò plus
dico, quòd minimè obſtarent dicta teſtium, ſi de-
poſuiſſent quòd dicti teſtes fuerunt, & ſunt dome-
ſtici, quia illud verbũ fuerunt, poteſt intelligi poſt
7 teſtificatum, ita dicit Angel. in prædicto conſi.*Et
hoc, quia cõditio teſtis inſpicitur ſecundũ tempus
productionis teſtium, & præſtiti iuramenti, per l. ſi
arbiter. C. de ſenten. Idem voluit Bar. in l.j. per tex.
ibi, C. de teſtam. quem refert & ſequitur ibi Iaſ. de
May. & idem conſuluit Ang. in cõſi. ccxcvj. in pro-
poſita quæſtione. Spec. in tit. de teſte. §.j. ver. quòd
ſi teſtis errat. Archi. in c. conſtituimus. in q.v. alleg.
Floria. in l.iij. in prin. ff. de teſti. Bal. in l. ſi iure. ff. de
teſt. mili. & ne per longa pergam itinera, his paucis
& breuibus effuſis ſit finis. Cum ſcriptũ ſit, Sapien-
ti pauca. In reliquis ſuppleat religio veſtræ Magni-
ficen. apta ad dolum repellendum. Tho. Gramma.

## Svmmarivm.

1 *Procurator debet admitti in cauſa in qua pro crimine venit pœna pecuniaria.*
2 *Pœna corporalis vbi fieret pecuniaria per ſtatutum, poteſt & eodem modo procurator interuenire.*
3 *Procurator debet admitti in omni crimine, in quo venit imponenda pœna minor relegatione.*
4 *Procurator debet admitti vbi cauſa criminalis incidit cum ciuili.* Et *ideò* Ang *dat cautelam, vt in citatione dicatur, vt compareat perſonaliter, & non per procuratorẽ, tamẽ loquitur vbi dubiũ eſt, an poſſit interuenire procurator. ibi. & nu.5.*
6 *Procurator debet admitti vbi dubium eſt an ſit admittendus in cauſa.*
7 *Eiectus ſi quis eſt nomine meo poſſeſſione per familiam meam, & ego mandaui, vel ratum habui, ego teneor.*
*Vbi multa ad intellectum* Bart. *in l. pen. § ad crimen. ff. de publi. iudic. vbi materia iſta digeritur. ibid. nu.8. & 9.*
10 *Mitior pars teneri debet ſtante diuerſitate opinionum inter doctores.*
11 *Excuſator comparens in quocunque crimine pro inquiſito abſente admitti debet.* Et *iſta eſt vera & communis ſententia. & nu.12.*
13 *Iudex parte cõtumace abſente poteſt de cauſis eam releuantibus ſe informare.* Multo *magis ſi compareret excuſator offerens illas verificare. ibidem.*
14 *Vis tunc dicitur cum armis inferri, quando conſtat quòd ad offendendum alium quis arma teneat. & ſic qui allegat quòd cauſa offendendi arma deferebat, probare debet.*
15 *Vis publica tunc dicitur inferri, quando arma interuenerunt ad offenſionem accuſantis.*

## CONSILIVM XXXVII.

Diſputatio coram domino Illuſtr. Cardinali Ara-
goneo, tunc præſidente S. Regij conſilij tẽpore Se-
reniſsimi Regis Federici.

REdemptoris gentium præſidio poſtu-
lato, amen. Illuſtri. ac Reueren. domi-
ne, quantò ex tui præſentia grauior
ſit ſarcina, qua tyrunculus ego pre-
mor, quantò maiori negociorum faſce
vrgeor, tantò maioris erit clementiæ mecũ beni-
gnius agere. Et ex veſtræ Reueren. dominationis
iuſſu replicatione omiſſa non obſtat, quòd ex ad-
uerſo per Magnificum concurrentẽ obiectum fue-
rit, cauſam ipſam eſſe criminalem: & per cõſequẽs
quòd procurator in ea interuenire non poterat:
& ſic remanet iuſtificatum decretum Capit. vgen-
ti, ſuper contumacia prædicti Bernardini citati:
& ſucceſsiuè aliud decretum prouincialis audien-
tiæ cõfirmatorium decreti prædicti, à quibus am-
bobus appellatum extitit ad hoc S. Regium Conſi-
lium, coram quo apertiſsimè demonſtrabo de no-
torio grauamine, & quòd Bernardinus ipſe nulla-
1 tenus condemnari potuerit ex infrà dicendis.*Et
primò cõſtat quòd vbi ex crimine venit imponen
da pœna pecuniaria, eo caſu procurator admitti
debet: text. eſt formalis in l.j. ff. an per alium cauſa
appel. ita per illum tex. voluerunt etiã Iac. But. Ia.
de Are. Odo. Bar. & Bal. in l. pen. §. ad crimen. ff. de
publ. iud. Ab. in c. veniens. de accuſ. Imo. in c. tuæ.
2 extrà de procu.*Hinc eſt, ꝙ vbi per ſtatutũ pœna
aliàs corporalis ſit pecuniaria, admittitur procu-
rator, voluit Bal. in l. ſeruũ quoque. §. publicè. ff. de
procu. Saly. in l. reos. vlti. col. C. de accuſ. Imo. in d.
c. tuæ. Et quòd pœna imponẽda prædicto Bernar-
dino, & ſociis, quando abſq; veri præiudicio ſe ex-
cuſare nõ poſſent, eſſet aut nulla, aut modica pecu-
niaria: oſtendo authoritate iuris cõmunis, authori
tate cõſtitutionis Regni, quæ incipit, violẽtias no-
ſtrorum ſubditorũ. vbi datur pœna quadrupli, au-
thoritate etiã capitulorum inclitæ ciui. Neapo. cõ-
ceſſorũ, & viridis obſeruãtiæ. Et primò authorita-
te iuris cõmunis oſtẽdo, per te. in l. ſi. in ſi. ver. ff. de
vi & vi arma. vbi datur actio ei cuius intereſt con-
tra violentũ poſſeſſore. & magis ſtrictè probat tex.
no. in l.j. C. de appe. ibi, prius de poſſeſsione pronũ
ciari oportet, & ita crimẽ violẽtiæ excutere pręſes
prouinciæ debuit, aliàs iuſte ab eo prouocatũ eſt.
ꝙ ſatis in particulari adaptatur ad caſum noſtrũ, in
quo prætẽditur vterq; dominus, & vterque poſſeſ-
ſor, & ſic tractatur de dominio & poſſeſsione. Se-
cũdò authoritate conſtitutionis Regni prædictæ.
Tertiò authorita. capitulorũ Neapo. cõceſſorum,
quibus mandatur magiſtris actorum fiſcalibus ſub
pœna priuationis officiorũ, ne capiant querelas,
vbi de poſſeſsione, ſeu dominio alicuius terræ, vel
domus quæſtio verteretur. & ita inconcuſsè ſerua
tur, & iudicatur quotidie, ne ſub clipeo fiſci, & cu-
riæ delati ſeu accuſari vexẽtur. Prætereà quòd tan-
quã cõtumaces nõ potuerũt Bernardinus ipſe, &
ſocij cõdẽnari, aut cõtumaces reputari, per Ca. ter
ræ vgẽti, cùm debuerit omnino procuratorem per
eos conſtitutũ admittere: ex quo quãdo poſſet ali-
qua violẽtia eiſdẽ delatis imputari, illa eſſet minor
relegatione, & hoc clarũ eſt: & vbi venit imponẽda
*pœna



*pœnaã religatione. j. procurator admitti debet,
3 tex. eſt in præal. l. ff. an per aliũ cau. appel. gl. bo. in
l. ſeruũ quoque. §. publicè. ff. de procur. & in præal.
§. ad crimen. & ibi Iac. But. & Guil. de Cun. idẽ vo-
luit Fede. de Sen. in ſuo conſi. xciiij. gl. Hoſt. & do.
Abb. in c. veniens. iiij. col. extrà de accu. vbi ſubdit
do. Abb. ſecundũ hanc opi. fore conſulendũ. Præ-
terea & ex alio grauauit & Ca. Vgẽtinus, & audiẽ-
tia prouincialis, in nõ admittendo procuratorẽ: ex
quo dato quòd cauſa ipſa poſsit aliquo modo cri-
minalis figurari, attamẽ negari nõ poteſt, quin nõ
ſit admixta cũ ciuili, cùm pars petat ipſos delatos
puniri, & ſibi poſſeſsionẽ ablatã reſtitui, & per con
ſequẽs eſt videndũ ſi fundus erat ipſius delati, & ſi
potuit dominus mandare ſuæ familiæ accuſatæ, vt
poſſeſsionẽ terræ prædictæ cõtinuarẽt, & quatenus
opus eſſet de nouo apprehenderent: ſed in iure ex-
peditũ comperimus Illuſtr. ac Reueren. domine, ꝙ
vbi* cauſa criminalis incidit cũ ciuili, debet in ea
4 procurator admitti: dixit Domi. de ſanc. Gemin. in
c. ex antiquis. ij. col. in verbo, not. j. liiij. diſt. refert
& ſequitur Felyn. in c. meminimus. v. col. extrà de
accu. vnde cùm hic tractetur de priuatione domi-
nij, ſeu poſſeſsionis vi admixta, debuit procurator
admitti. & pro hoc bene facit quòd voluerunt do-
mini de Rota in deciſ. ccccxx. aliàs eſt deciſ. xxxv.
inci. ſi cõmittatur auditori. tit. de procur. in nouis.
quòd vbi tractatur de priuatione beneficij, admit-
titur procurator: quia hoc caſu cauſa non dicitur
criminalis. Nec militat quòd dicebat Angel. vt ex
aduerſo allegatur, in tract. malefic. in verbo, qui iu
dex. & ibi Auguſti. ibi dũ dicit, quòd quando erat
dubiũ an admitti debebat procurator, ipſe vteba-
tur cautela, quòd citabat principalẽ, vt tãquã me-
lius informatus perſonaliter, & nõ per procurato-
rem cõparere debuiſſet. per gl. in l. ſi. C. de procu. &
5 ibi plenè per doct. quæ dicit,* quòd etiã in cauſa in
qua procurator debet admitti, tamen principalis
cogi poteſt perſonaliter cõparere, & ibi Bar. appro
bat illã gl. & ſubdit, quòd aſſeſſores rarò vel nũquã
admittunt excuſationẽ per procuratorẽ, etiã ſi ha-
beat ſpeciale mandatũ: quia per aſpectũ iudex po-
teſt cognoſcere quo vultu, qua trepidatione, & in-
cõſtantia &c. Nam ego dico, quod iſta practica &
cautela Ang. nihil habet prædictis obſtare, nec cõ-
tradicit, ex quo ponderãdo eius verba dicit, quòd
ipſe vtebatur iſta cautela, vbi erat dubiũ, an procu
rator admitti debuiſſet, ſed nos ſumus in caſu cla-
ro, vt ſuprà dixi, & demoſtraui quòd admitti de-
beat omnino. Et dato, abſq; veri præiudicio, quòd
hoc nõ demõſtraſſem, dico quòd hæc cautela Ang.
nõ ſapit rationem, & videtur eſſe cõtra cõmunem
regulam doctorũ, ex quo vbi eſt dubiũ, an procu-
6 rator ſit admittẽdus, veluti ſi eſſet dubiũ,* an vul-
nus ſit mortale ita vel ne, certè debet eo caſu pro-
curator admitti, ita dixit Bartol. in l. prætor ait. in
prin. ff. de dam. infe. Bal. in l. elegãter. §. pen. per illũ
tex. ff. de dolo, & in l. pen. §. ad crimen. ſuprà allega
ta. or quantò magis dicẽdum eſt in hoc caſu claro.
Nec militat id quod dicit dicta gl. & Bart. in d. l. ſi.
ꝙ ſi iudex citauit vt perſonaliter, & nõ per procu-
ratorem quis cõparere debuiſſet, quòd eo caſu tan
quã melius informatus teneatur perſonaliter com
parere, vt inſpiciatur, quo vultu, trepidatione, &
7 inconſtãtia &c.* Nã huic reſpondeo dupliciter, &
primò id procedere quando adeſſent indicia, & eſ-
ſemus in cauſa in qua poſſet deueniri ad torturam,
ita dixit Bald. in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de
procur. Alber. Bald. & Alex. de Imo. in d. l. fin. C. de
procura. prout ibi etiam Iaſon refert & ſequitur.
quòd quidem longè diſtare apparet à caſu in quo
ſumus, in quo etiam per procuratorem iam fate-
8 tur accuſantem,* ſeu deferentem deieciſſe à poſſeſ
ſione illa mandato domini dictæ terræ, quiquidem
dominuſmet atteſtatur idem in proceſſu, & ipſe te-
netur de eo quòd bene, vel male geſtum fuiſſe ap-
parebit. per tex. in c. ſæpè. extrà de reſtitu. ſpolia. &
in l.j. §. de ieciſſe. ff. de vi & vi arm. ibi, familia mea
voluntate mea deiecit, ego deieciſſe videor. ita in
ſpecie dixit etiam Hoſtien. quem refert & ſequitur
dominus Abb. in cap. j. de reſti. ſpoliat. & ita in ſpe
cie tenet Andr. de Iſern. in conſtit. circa violentia-
9 rum. v. colum.*vbi formaliter dicit, quòd ſi nomi-
ne meo eſt facta deiectio, & ego mandaui. vel ratũ
habui, teneor. Prætereà reſpondeo & aliter ad glo.
& Bartol. quòd dictum eius procedit in illis cauſis
criminalibus, in quibus procurator nullo modo
poteſt interuenire. hoc patet ex illis verbis, quo vul
tu, trepidatione, & inconſtantia. quæ videntur cla-
riſsimè, & de neceſsitate hoc inferre, ſecus in cri-
minalibus illis in quibus procurator interuenire
poteſt, quia in eis dominus nullo modo per aliqua
verba poteſt à iudice compelli, vt perſonaliter
compareat, ita voluit Salyce. in l. reos. C. de accuſ.
in fin: & Imol. in d. §. ad crimen. refert & ſequitur
Alexan. in d. l. fin. & mouentur ratione vrgentiſsi-
ma dicendo, quòd ſi aliter eſſet beneficium à iure
conceſſum, vt in certis cauſis criminalibus expreſ-
ſis in iure quis poſsit per procuratorem compare
re, eſſet eluſorium, & iudex ſemper poſſet illud be-
neficium auferre dicendo principalem eſſe melius
informatum, contra regulam, indultum. de regul.
iur. in vj. & ſic ita diſtinguendo remanent euacua-
ta in contrarium adducta. Et ſuffragatur præmiſsis
quòd licet iſtæ diſtinctiones rationabiliter proce-
dant, tamen coadiuuantur eis, quia ſtante præmiſſa
10 diuerſitate inter doctores, debet* iſta pars tanquã
mitior amplecti, & ſequi. per tex. in l. ſanctio legũ.
& in l. ſi de interpretatione. de pœn. ita dixit glo. in
c. de cauſis. extrà de offic. delega. Accedit inſuper,
quia vltra procuratorem comparuit excuſator, ſeu
defenſor ad allegandum cauſas abſentiæ, offerẽdo
inſuper de innocentia delatorum demonſtrare: &
minimè fuit auditus, ſed prorſus repulſus per præ-
11 dictum Capitaneum, & clariſsimi iuris eſt,* quòd
qualecunque ſit crimẽ, & comparet excuſator pro
inquiſito abſente, admitti debet, regula eſt in l. ſer-
uum quoq;. §. publicè. de procu. ſecundũ intellectũ
Barto. peregrinum. & idem voluit Bartol. in d. §. ad
crimen. vij. col. & in extrauag. ad reprimendum. in
verbo, legitimè. Innocen. in c. meminimus. extrà de
accuſa. & licet aliqui modicæ authoritatis contra-
dixerint, tamen iſta eſt vera, & communis ſenten-
tia, vt refert Iaſo, in l. ſi is. C. qui teſtamẽ. face. poſſ.
12 *, quam etiam amplectitur Franç. de Aret. in conſi.
cxlvij. iij. colum. Bened. de Plum. in d. §. ad crimen.
13 & hoc per rationẽ à fortiori, quia certũ eſt, quòd
iudex parte contumace & abſente poteſt de cauſis

eam releuantibus ſe informare. l. properandum.
§.ſin autem. de iudic. & in authen. at qui ſemel.C.
quomodo & quando iudex. ergo multò magis ſi
comparet excuſator,& etiam offerat id verificare.
& ideo ſubdit ibidem Benedi. de plumbi. quòd iu-
dex debet ſuper talibus ad informationem proce-
dere, & omnino veritatem inquirere. Vltimò non
poteſt modo aliquo dici, quòd violétia aliqua fue-
rit cum armis illata, & tunc dicitur vis cum armis
inferri, quando conſtat quòd ad offendendum ali-
14 quẽ quis arma teneat,& ſic qui allegat* quòd cau-
ſa offendẽdi arma deferebat, illud probare debet.
ita dixit And.de Iſer.in conſtit.regni, intentionis.
ſub rub.de illici. porta. armo. & ſic cùm non appa-
reat arma aliqua fuiſſe delata ad offenſionẽ, ergo
15 &c. * Prætereà tunc dicitur vis publica inferri,
quando arma interuenerunt ad offenſionem accu-
ſantis.l.fina.C.ad legem iuliam de vi public. ſed hic
interuenerunt pro aptanda clauſura, vt teſteſmet
curiæ deponunt, quòd trucidabant quaſdam pora-
tias ſilueſtres. ergo &c. præſertim cùm illud non
ſit genus armorum principaliter aptũ ad pugnan-
dum: nec obſtat capitulum Regni, ſi quis cum ron-
cha accepta vel manaria &c.nã ibi loquitur ſi per-
cuſsit: quòd non fuit in caſu de quo agitur. Et ſi Il-
luſtr. domine fimbrias dilataui pluſquàm decebat,
tuæ reueren.dominationis humanitate incredibili
fretus,ac vt cliẽti morem gerã, erraui: ſi quid enim
minus congruè dictum eſt, ſupplex vt ignoſcas, ro-
go: conſiderans plerunque ſummum rerum opifi-
cem per nos quamplura perperàm geſta tolerare:
animaduertens nõ animo malè gerẽdi proceſsiſſe.
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio per ordinem debitum qualiter deferatur.*
2 *Legitima ſucceſſio ceſſat in fœminis.*
3 *Pupillus debet dari ſub tutela auiæ, non autem alterius, qui ſuccedet.*
4 *Agnati proximiores in gradu ſuccedunt charioribus deficientibus.*

## CONSILIVM XXXVIII.

IN Christi nomine amen. In facti con-
tingentia proponitur quòd defuncto
Macciulo calabria de Cirigliano ſu-
perſtite Barnardino calabria eius fra-
tre conſobrino, nec non & Domini-
ca auia materna prædicti Macciuli proximioribus
in gradu, cæteris in æquali gradu, ac charioribus
deficientibus ab inteſtato, dubitatur quis ipſorum
an prædictus frater cõſobrinus, an autem auia ma-
terna in eiuſdẽ Macciuli ſucceſsione præferatur?
& certè proculdubio dicendum eſt prædictũ Ber-
nardinum calabria tanquam legitimum ſucceſſo-
rem, & proximiorem agnatum præferendũ ſecun-
1 dum ordinẽ legitimæ ſucceſsionis: * qui eſt, vt ſuc-
ceſsio legitima primo loco filiis in poteſtate defe-
ratur, per tex.in l.in ſuis.ff.de lib. & poſth. & in §.
ſui.inſtit.de hæred. quali.& diffe. Ceſſantibus verò
filiis ſecundo loco nepotes,& pronepotes ex filiis
admittuntur: vt in §.j.& in §. admonendi. inſti.de
hære.quæ ab inteſt.defer.& in §. poſthumorũ.In-
ſti.de exhæreda.lib.& in l.poſthumorũ. ff.de iniu.
rup. & irri.teſt. Tertio autem loco parentes, & alij
deſcendentes per lineam maſculinam turbato or-
dine ſuccedunt.l.nam & ſi parentibus. ff. de inoffi.
teſta.l.octaui.ff.vnde cog.l. cùm ratio.ff.de bo.dã.
Quarto verò loco admittuntur omnes agnati, hoc
eſt qui per lineam maſculinã coniunguntur, prout
eſt in caſu iſto.text.eſt in l.legitimis.ff.vnde cog.&
inſtit.de legiti. agna. ſucceſ.in prin.& parum infrà
in §.item patruus fratris. vbi decidit in ſpecie ca-
ſum iſtum, dicendo, quòd deficientibus iſtis tribus
locis ſucceſsionum ſuprà relatis, admittuntur alij
agnati per lineam maſculinam, prout ſunt iſti fra-
tres patrueles, ideſt, conſobrini, & ſic ceſſantibus
omnibus prædictis ſucceſsionibus ita in ordine
relatis meritò ſuccedit prędictus Bernardinus præ
dicto Macciulo ſuo fratri cõſobrino excluſa præ-
dicta Dominica eius auia tanquam in gradu pro-
ximior, & legitimus ſucceſſor, non ſic enim dici
2 poteſt in auia in qua legitima ſucceſsio ceſſat, * cũ
in fœminis ex iuris diſpoſitione ceſſet legitima ſuc
ceſsio.inde eſt quòd quamuis mater admittatur ad
ſucceſsionem filij, & econtra filius ad hæreditatem
matris per Senatuſconſultum, & ſic de iure, tamen
exceptis filiis alij liberi vel deſcendentes non ve-
niunt per aliquod Senatuſconſultum, & ſic in eis
ceſſat legitima ſucceſsio, & ideo plures nepotes in
hæreditate aui materni, vel auiæ maternæ non ſuc-
cedunt, nec econtra, & ſic in eis ceſſat legitima ſuc-
ceſsio de iure ciuili.l.nepotibus.cũ gl. C. vnde leg.
& inſti.ad ſenatuſconſul.orfi. in prin. cum gl.ibi in
verbo, liberi vocantur. & hoc vt dictum eſt de iure
ciuili procedit: ſecus autẽ de iure prætorio, vt ibi-
dẽ. quo quidẽ iure licet permittatur nepotes auiæ
ſuccedere poſſe, & fortè econtrà, attamen nõ præ-
iudicatur legitimæ ſucceſsioni agnatorum, nec ex
hoc facit eas præcedere: vt ex inſpectione ipſorum
iurium eſt apparere, & in eis patet, quòd cùm ne-
potibus fuiſſet incognita ſucceſsio auiæ, & ecõtrà
de iure ciuili per aliquod ſenatuſconſultum, de iu-
re tamẽ prætorio fuit prouiſum, vt ſuccedere poſ-
3 ſent. Nec* poſſet ſuffragari prædictæ auiæ, quòd de
iure auia præferatur patruo in tutela: meritò & in
ſucceſsione præferri deberet, quia illud quod præ-
feratur in tutela, eſt reſpectu educationis pupilli,
vt penes ipſam debeat educari, cùm tutius perma-
neat penes ipſam auiam quæ ad eius ſucceſsionem
non venit, non autẽ eo reſpectu ꝙ ipſa ſuccedat ex-
tantibus proximioribus agnatis. Hinc eſt prouiſio
l.fi.C.vbi pupil.educa.debet. ſecundum cõmunem
intellectũ, ꝙ nepos pupillus detur ſub tutela auiæ,
nõ autẽ alterius in quẽ eſt ſuſpicio ſucceſsionis, &
hoc quia timeretur inſidiari vitæ pupilli pro ſuc-
ceſsione. & ibi dicũt doc. & ſic iſte eſt vnius ex caſi
bus, in quibus penes vnũ eſt tutela, & penes aliũ eſt
ſucceſsio: & vt meis detur audacia verbis, ꝙ debeat
omnino prædictus Bernardinus præferri in ſucceſ
ſione prædicta, ſuffragatur authoritas veteris teſta
4 menti quæ traditur nu.27.ca. * vbi dicitur, ꝙ cha-
rioribus agnatis deficientibus proximiores in gra
du agnati ſuccedant, de qua authoritate meminit
Ang.in conſi.cxcj. incip. ſuper puncto videtur pri-
ma fronte. in vlti.col. & ſic ex præmiſsis concludo
prædictum



prædictum Bernardinum præferendum in ſucceſ-
ſione prędicta ipſius Maciuli excluſa omnino prę-
dicta Dominica eius auia materna: & ita conſulo
iuris eſſe ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio nuda operatur, quòd ſi ex ipſius obſeruantia quis damnum conſequeretur, tunc promittens tenetur ad emendam damni. & nu.2.*
3 *In promiſſione nuda quando deducitur id, ad quod quis de iure tenebatur, tunc ex dicta promiſſione tanquam à iure fomentata, actio competit.*
*Teſtium dicta non ſunt calumnianda, ſeu cauillanda, ſed interpretanda ad bonum intellectum,*
4 *Teſtium dicta intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam.*
5 *Teſtium dicta concurrendo ad ſubſtantiam negocij principalis per diuerſa verba inter eos, maior fides adhibenda eſt eis, quia videntur non præmeditato ſermone dixiſſe.*
6 *Teſtium contrarietas ſeu diuerſitas inter eos etiam quòd eſſet in ſubſtantia negocij principalis, dummodo modica, non inualidat dicta teſtium.*
7 *Teſtes diuerſimodè deponentes probant, ſi ad concordiam reducuntur.*
8 *Teſtis iuratus dicere veritatem in cauſa, ſi quod dixit extra articulum facit ad cauſam, valet & tenet eius dictum, quia deponit ſuper eo, ſuper quo iurauit. nu.9.*
10 *Teſtes producti ſuper certis articulis, non videtur pars eorum productioni renunciaſſe ſuper eo quòd teſtes ſciunt in cauſa.*
11 *Teſtis licet aliàs non poſſit deponere ſuper non contentis in libello efficaciter, tamen poteſt deponere ſuper circunſtantijs petitorum.*
12 *Pluralitas actuum præſumitur in dubio, & maximè vbi tractatur de concordandis teſtibus.*
13 *Hæres quis præſumitur ex poſſeſſione domus hæreditariæ ſeu aliorum bonorum hæreditatis. & num. ſequenti.*
15 *Poſſeſſor bonorum habetur pro domino ipſorum bonorum.*
16 *Nemo cogitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis.*
17 *Ex retentione rei venditæ ſeu donatæ poſt alienationem præſumitur contractus ſimulatus, niſi fuerit donatio omnium bonorum. nu. 18.*

## CONSILIVM XXXIX.

REdemptoris gentium Præſidio poſtu-
lato, amen. In cauſa Ioannelli aduer-
ſus Franciſcum ſoptanum de ciuitate
Ariani, philacteriarum fimbrias ſuc-
cidendo, quod expedit in cauſæ fun-
damento tangam. Et in primis videtur per omnes
pa ronos cauſæ Ioannelli redargui modus agendi
dicti Franciſci, cùm eidem non cõpetat actio man-
dati, nec ex ſtipulatu, nec alia: & per cõſequẽs tan-
quam carẽs actione experiri non poteſt: Ego verò
dico, quòd quando ipſorum fundamentum abſque
veri præiudicio eſſet verũ, ſaltem nõ poteſt negari,
quin iſta dicatur nuda promiſsio, & in rei veritate
cum cauſa vt demonſtrari neceſſariò oſtẽditur re-
ſpectu probati furti: & licet aliàs promiſsio nuda
ſine cauſa ſit inefficax, per l.vulga.cum indebito.ff.
1 de proba.& in c.ſi cautio.extrà de fide inſtru. *ta-
men cũ cauſa promiſsio licet nuda, valet & tenet:
ita probant tex.præalle.à contrario ſenſu: & dicunt
expreſsè omnes in d.ca.ſi cautio.vt refert & ſequi
tur Fely.ibidẽ. & quòd hæc ſit cauſa expreſſa, appa
ret tam in poſitionibus principalis, quàm in depo-
ſitionibus teſtium: & in hoc eſt aduertendum per
eos qui omnia curſim, & properãter tranſmittũt,
memoriam in alphabetis habentes, nec deguſtãtes
quòd opus eſt, quòd promiſsio hæc tenet & valet
ex alio, quia ſi non obſeruaretur dicta promiſsio,
Paulus ſoptanus cõſequeretur damnum, amittẽdo
id quod eidem circa hoc ex hæreditate prædicta ſi-
bi deberetur: & quando ex inobſeruãtia nudæ pro-
miſsionis ſeu pacti nudi ille cui facta eſt, conſequi-
tur damnum, tunc promiſſor ſaltẽ ratione ſui doli
2 tenetur ad damnũ: deciſio eſt ſing.* quæ iuris angu
los,& non fundamenta petentibus eſt incognita.
Ange.in ſuo conſi.j. Alex.in cõſi.xlj.viſo pũcto: &
his quæ.ij.col.lib.iij.& videtur de mẽte Bal.in l.cũ
mota.iij.col.C.de trãſact.& voluit Archi.in c. qui-
cunque ſuffragio.in fin.xij.qõ.ij.dicens, quòd licet
apud catelanos nõ detur actio ex promiſſo, tamen
catelanus qui detinet quẽ variis promiſsionibus,
licet nudis, tenetur ei: alleg. ita tenere Vincentium
Hiſpanum in proœ.decretal. quem etiam ibi refert
Io.And.ſuper verbo.fratrem Raymundum. refert
& ſequitur Iaſo.de Mayn.in l.lecta.viij.colum.ff. ſi
cer.petat. Prætereà ſtringit & aliud quod minimè
3 deguſtatum cõperio, * quòd quando in promiſsio
ne nuda deducitur id, ad quod quis de iure teneba-
tur, tunc ex ea promiſsione tanquam à iure fomen
tata actio competit: ita colligitur ex gl.no.in l. legi
tima.circa prin.& ibi clarius no.Bar.Ang.& Mod.
ff.de pac. ſed ex deductis in proceſſu patet do.Leo-
nardum teneri de iure ad dictam reſtitutionem ſe-
ptuaginta ducatorũ, meritò & eius ſucceſſores: iſta
ergo ponderanda ſunt ſtricto ore, & auribus arre
ptis: & non ita effuſo ſermone, prout occurrit, ver-
ba emittere. Nec vidẽtur teſtes ipſi de aliqua diuer
ſitate ſeu contrarietate redargui poſſe: vt proponi-
tur tam inter coſmet quàm etiam inter eos,& arti-
culum: nam teſtes pro maiori parte formaliter di-
cunt illum dixiſſe, *che Leonardo me laſſo li denari: che io li reſtituiſca per mano de lo Guardiano*: & teſtis ille
qui parti aduerſæ diuerſus videtur, deponit: *che la intentione mia: e de* Leonardo *mio fratre: ſi è che ve ſiano reſtituiti, andate al* Guardiano *&c. che ipſo da parte mia, & de dicto* Leonardo *&c.* Ecce ergo qualiter ne-
ceſſariò infertur per omnes teſtes inſimul, quòd re
ſtitutio erat faciẽda per manus Guardiani pro par
te prædicti Frãciſci & Leonardi: & ſic patet quòd
teſtes contrarietatem ſeu diuerſitatem minimè im
plicare videntur cum articulo, nec inter eos, ità
bene intelligendo prout intelligi de iure debent,
ex quo teſtium dicta non ſunt calumnianda, nec
cauillanda, ſed ſunt interpretãda ad bonum intel-
lectum: ſecundum Bal.in cap.cauſam quæ. vlti. co-
lum.de reſcrip.& hoc vt actus magis valeat, quàm
pereat, vulg.l.quoties.de reb.dub. Nec debent di-
cta teſtium recipere interpretationẽ ceruonicam
ſeu erro

ſeu erroneam tranſgredientem terminos ſuos, ſe-
cundum Baldum in capi.primo.vij.colum. de con-
ſtitu.quinimò ſemper debent eorum dicta adiuua-
ri,& non cauillari:prout plenè per Bald.in l.de qui-
bus.vlti.colum.ff.de legi.& in capitu. cùm dilectus.
4 penult.colum.in fin.de conſuetud.*quia eorum di
cta debēt intelligi ſecundum ſubiectam materiam,
& ſic ſecundum articulum,dixit Bald.in l.ſi vno. §.
5 j.ff.loca.& licet* omnes teſtes vnica & eadem at-
teſtatione id non deponant:tamen circa ſubſtan-
tiam negotij rectè ponderanti apparebit in idem
concurrere,& ſic concurrendo ad ſubſtantiam ne-
gocij per diuerſa verba inter eos, ex hoc datur in-
telligi maior fides in eis, ex quo non videntur vno
eodem & præmeditato ſermone deponere. ita di-
xit Ioan. de Anania in ſuo conſil. lxxvj. viſis & con-
ſideratis atteſtationibus. vbi dicit, quòd tali caſu
teſtes videntur maioris fidei deponentes non per
eadem verba:& idem conſuluit Alexand, in conſil.
ccccxcvij.viſo & diligenter examinato proceſſu.vl-
tima colum.& ſic patet quòd teſtes ipſi non poſſunt
modo aliquo varij ſeu contrarij reputari inter eos:
prout etiam maximo fundamēto roboratur ex ad-
uerſo pro parte Ioannelli. & licet abſque veri præ-
iudicio teſtes poſsint reputari aliquantulum varij,
ſeu contrarij,attamen ſi id dici modo aliquo poſsit,
eſſet in modico ſubſtantiali, quod quidem non in-
6 ualidat* dicta teſtium etiam ſi in ſubſtantialibus
contrarietas, ſeu diuerſitas eſſet, dummodo eſſet
modica, ita ſingulariter tenet Anto.de Butr.in c.ij.
de regula.per illum textum, ſequitur Alex.in conſi.
xxiiij. animaduerſis,&c.lib.ij.& in conſi. ccvij.viſis
proceſsibus.ij.colum.& conſil. ccxlvij. Reuerende
domine. & quòd teſtes diuerſimodè deponentes
probent, ſi ad concordiam reducuntur, not.domi.
7 Anto.in c.in *noſtra.extrà de teſti. Bart. in l. Gal-
lus. §.ille caſus.ff.de liber. & poſthum.& in l.ſi inſu
lam.§.j.ff.ſoluto matrimonio.Imol.in l.inter ſtipu
lantem.§.j.ff. de verborum obliga.& ſentit gloſ.in
can.ſi teſtes.iij.quæſtio.iij.& præſertim hoc proce-
dit, cùm ſint inæquales, quia plures dicunt vno
modo quàm alio, videlicet, *che Leonardo me ha laſ-
ſati li denari*: nam plures teſtes ita dicunt, & ſic ma
ior numerus,ita dixit Barto.in dicto §.ille caſus. &
voluit Ange.in l.in ambigua.ff.de legi.& Bal.in ru-
bric. C.ſi ex falſ.inſtrument. & ſentit gloſ. in dicto
capitulo, in noſtra. dominus Antonius in dicto ca-
pitulo, in literis.vltima columna. extrà de ſponſa.
Nec obſtat obiectum,quòd teſtes videantur in hoc
caſu extra articulum deponere, nam imò ſatis ap-
paret conformis eorum depoſitio cum articulo, ſi
rectè ruminabitur, cùm tendant in eundem rei fi-
nem, tamen poſito abſque veri præiudicio, quòd
ita eſſet,dico,quòd dicti teſtes optimè in eorum di
8 ctis probarent* ex quo teſtis includit in ſe ea per
quæ peruenitur ad ipſum directè, vel indirectè, vt
dicit Bald.in l.non nudis.in fine. C. de probatio. &
hoc fundamentaliter attentatur, cùm teſtis pro-
ductus in cauſa videatur productus vt omnia quæ
ſcit, in veritate exprimat, & præſertim hoc in re-
gno procedit,in quo proceditur in cauſis facti ve-
ritate inſpecta, & ſummariè,per capit.deteſtantes.
9 Nunc* habeo quòd teſtis iuratus in cauſa dicere
veritatem, ſi illud quod dicit extra articulum facit
ad cauſam, valet & tenet eius dictum, quia depo-
nit ſuper eo ſuper quo iurauit, vt dicit Speculator
in titulo de teſte. §. primo.verſicul.item quòd de-
ponit. Bartol.in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus.
10 ff.de iureiurando. * Et poteſt eſſe potiſsima ratio,
quia pars producendo ſuos teſtes ſuper certis arti-
culis, non videtur renunciaſſe eorum productioni
ſuper eo quòd teſtes ſciunt in cauſa, vt dicit domi-
nus Ant.in c.de teſtib.extrà de teſtibus. Et pro iſta
opinione bene facit, quòd licet aliàs teſtis non po-
teſt deponere ſuper non contento in libello effi-
11 caciter, *tamen poteſt deponere ſuper circunſtan
tiis petitorum: & facit bene quòd illud quod eſt de
appendiciis,dicitur ad propoſitum,& pertinens ad
articulum:ita Bald.in l.teſtium. iij.col.C.de teſtib.
Angel.in l.iam dubitari.ff.de hæred.inſtit.Et poſſet
inſuper audacter attentari, quòd in dubio dictus
actus fuerit reiteratus, & ſic quòd illi duo teſtes
depoſuerint de vno tēpore,& alij tres de alio tem-
pore, & præſertim cùm non appareat omnes fuiſſe
12 cōteſtes,*& in dubio præſumatur pluralitas actuū.
ita Alex.in conſi.cclxxvj. Canoniſt. in c.auditis. de
præſcript.per quem text. dicit ibi Ioan.And. fuiſſe
determinatum contra quendam bidellum, qui con-
duxerat equum,qui equus in itinere perierat,&ita
probant,ſed non in ſpecie,quòd perierat ille equus
quem conduxerat, & ſic ſuccubuit, quod eſt bene
not. ad inſtructionem aduocatorum iuuenum, &
idem ſequitur Anto. de Butr. in penultima colum.
& Panormit.in ix. Alexan. conſil.cxviij. in cauſa &
lite vertente. & maximè cùm ſimus in confeſsione
quæ eſt actus reiterabilis. vt dicit gloſ. in l. ob car-
men.ff.de teſtibus.& Inno.in c.qualiter & quando.
de accu.& in c.licet ex quadam. de teſtibus.& præ-
miſſa præſertim procedere debent in caſu præſen-
13 ti,in quo * agitur de concordandis dictis teſtium
contrariis, ſeu diuerſis, ita dicit Fely. in c.cū Ioan-
nes.v.colum.extrà de fide inſtrumentorum.& hoc
dicit ipſe per capitul. cùm tu. extrà de teſtibus. qui
text. ſecundum Cardina. ibi in princip. & ante fin.
ponit caſum ſingula. in quo præſumitur pluralitas
actuum,& hoc quia ita ſuffragantur,ac ſuadēt con-
iecturæ ſtantibus dictis cōtrariis teſtium, qui non
præſumuntur falſum dicere, vnde vna præſumptio
tollit aliam,& illum modum ſaluādi teſtes, declara
ſecundum ibi dicta.quibus adde Bald. in l.in exer-
cendis.quarta columna. verſicu. adde in iſta mate-
ria.C.de fide inſtrumentorum. vbi dicit, quòd pro-
pter diſtinctionem temporum vel locorum in actu
reiterabili ſaluantur probationes, niſi per confeſ-
ſionem partium vel teſtium conſtet de vnico actu.
Aliud eſt ergo ſubſtātiale in cauſa, an ſit prædictus
Ioannellus hæres, & an appareat hæreditatem adi-
uiſſe, & certè non video cur non probatū apparet,
& primò ex poſſeſsione domus hæreditariæ quam
ipſe vt hæres tenet & poſsidet, vt dicit Bald.in l.de
14 his. C.de furtis.*quòd ex poſſeſsione domus hære
ditariæ apparet hæreditas adita,& eſt tex. rectè in-
tuenti in l.gerit. ff.de acquirenda hæreditate. pro-
batur inſuper per detentionem rerum quæ reman-
ſerunt à defuncto. dixit Bartolus in lege ex annuo.
ff.de donationibus inter virum & vxorem. maxi-
mè dum



mè dum teſtes deponunt, *che trouo lo caldaro ca-
poſochi: & altre robbe*: & ad ſe cœpit & licet obii-
15 ciat quòd illa bona erant Ioannelli, *non tamen
id probauit: quamobrem præſumuntur fuiſſe de-
tentoris ipſorum bonorum,& ſic Franciſci fratris:
ex quo poſſeſſor habetur pro domino.gloſ.Bartol.
& docto.in l.quidam in ſuo.ff. de conditio.inſtitu-
tio. Baldus in l.apud antiquos. C.de furtis.in verſi.
item not.hinc eſt quòd poſsidens dicitur dominus
poſſeſsionis etiam in ſtatuto loquente de domino:
& tamen eſt ſtricti iuris: vt dixit Bald.in l.prima.
ff.de relig.Alexan.in conſilio.cxxix.in ſecundo vo
lumi. Butr.in cap.j.de poſtulatio. præla. & ſic ſi di-
cta bona fuiſſent prædicti Ioannelli, prout dixit,
potuiſſet de facili demonſtrare de ſuo dominio:ſed
quia non apparēt eſſe de ſuis bonis,meritò præſu-
muntur detentoris ſeu poſſeſſoris ipſorum,per tex
tum in ſpecie in l.tertia.ff. de acquiren. rerum do-
min.& ſentit Bartol.in l.ſi duo.in principio.ff. vti
poſsidet.hinc eſt quòd nemo cogitur oſtendere ti-
tulum ſuæ poſſeſsionis.l.cogi.& ibi Bal.de petitio.
hæredita.Innocen.in cap.cum cauſam.eodem titu.
Paulus de Caſtr. in conſilio quadrageſimoprimo.
16 *Hinc dicitur quòd etiam prædo tuendus eſt in
ſua poſſeſsione, in tantum quòd poſſeſſor præſu-
mitur.vulg.c.licet epiſcopus. de præbendis. Pon-
deranda igitur bene ſunt præmiſſa omnia:quia alia
ſunt quàm membranas in caſſum occupare: & nun
quam metam petere. Nec militat dicere, vt audio,
quòd Ioannellus poſſedit domum titulo donatio-
nis: nā talis donatio apparet ſimulata,ex quo pro-
batur donantem poſt donationem retinuiſſe do-
minium, & poſſeſsionem penes ſe: cùm locauerit
pluribus annis dictā domum, & penſionem perce-
17 perit:& expeditū eſt in iure,*quòd ex dominij rei
donatæ, ſeu venditæ retentione poſt alienationem
præſumitur contractus ſimulatus.dixit Spe.in titu-
lo de donatio.§.j. verſiculo, item pene. Dyn. in l.
omnes.§. lucius.ff.de his quæ in fraudem credito-
rum. Pau.de Caſt.in conſilio lxx.& conſi.lxxxviij.
& conſil.cccxxx.in cauſa mota per dominam Do-
roteam.Cyn.& Ange.in l.ſecunda.de repudia.hæ-
redita. & aliquid per Alexan.poſt Bart. in l.ſicuti.
§.ſuperuacuum.ſecunda columna.ff.quibus modis
18 pign.vel hipothe. ſolu. * ſecus eſſet ſi fuiſſet dona-
tio omnium bonorum: quia tunc ex retentione
dominij penes donantem non eſſet contractus ſi-
mulatus: ita dixerunt domini de Rota in deciſio.
ccccl xxxiij.alias deciſ.j.incip.extra rotam.titu. de
donatio. in nouis.Butr.in capitu.primo: de poſtu-
latione prælatorum. & tamen contractus ſimula-
tus habetur pro non facto. ita Paul.in conſilio ſe-
ptimo: per l. imaginaria. de regulis iuris. imò nec
etiam ſi iuramentum interueniſſet fuiſſet validus.
gloſſ.& doctores in l.emptione.C.plus vale. quod
agitur. Bald. in l.nec patronus. & in l.prima. circa
medium,de operis libertorum.Pau. de Caſtro in l.
ſi quis pro eo.de fideiuſſoribus.Butr.& Imo. in ca-
pitulo, cùm contingat. octauo membro, extrà de
iureiuran. Et ex præmiſsis concludo cum iſto reu-
barbaro rege medicinarum cui nihil obſtat medi-
cina tua cum aſſerto antidoto porrecto in alle-
gationibus, egregie doctor, quiſquis es, qui ita
effuſo ſermone loquutus ſis, & ſi in vnum quen-
quam maledicis, ne mireris aliorum inter male-
dicentiam.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis ſi iudicium mouere intendit contra vniuerſita-
tem ſuam, debet petere veniam antequam illam
in ius vocet.*
2 *Rempublicam dicuntur habere villæ & caſtra.*
3 *Materia ex parte perſonarum quæ debent in ius vo-
cari præcedente venia, eſt fauorabilis, & per con-
ſequens extendenda.*
4 *Filius vocans in ius patrem ſine venia, ſi vellet ſol-
uere pœnam, non ex hoc poſſet conualidare pro-
ceſſum.*

## CONSILIVM XL.

IN Chriſti nomine Amen. Viſo præ-
ſenti proceſſu mihi tranſmiſſo per Ma-
gnificum Capitaneum terræ Grictæ
Minardæ ſuper cauſa vertente inter
vniuerſitatem Grictæ prædictæ ex vna, & Fran-
ciſcum Sabinum de eadem terra ex altera, ſuper
oppoſita nullitate proceſſus prædicti: cùm Fran-
ciſcus ipſe in ius vocauerit vniuerſitatem prædi-
ctam eius patriam abſque venia. Et antequam ad
deciſionem propoſitæ nullitatis deueniam, duo
dubia oriri videntur. Primò an ciuis vniuerſitatis,
& patriæ in ius vocans eandem teneatur de iure ve
niam petere. Secundò, an ſi omittat dictam veniæ
petitionem, reddatur ex huiuſmodi omiſsione pro
ceſſus nullus. Et quò ad primum nulla oriri poteſt
dubitatio, quòd ciuis vniuſcuiuſque vniuerſitatis,
& dū ipſam in iudicio euocare intēdit, debet præ-
1 cedente veniæ* petitione ipſam in ius vocare: ita
dicit Ang.in l.generaliter.ff.de in ius voc. Ang. de
Are.in §.pœnales.vij.col.inſti. de actio. per ratio-
nem,quia ciuitas in qua quis eſt oriundus,loco pa
rentis habetur.text.eſt in l.j.§.& quia.ff.de vent.in
poſſeſ.mitten.& in l.veluti. ff.de iuſtit.& iure. & fa
cit quod not.glo.in l.iiij.§.j.in glo.ij.ff.eodem tit.
quem refert & ſequitur dominus Alexander in di-
cta l.generaliter. & eandem opinionem tenuit Ber
tachinus in ſuo repertorio, in verbo, venia. Et li-
cet loquantur hi vltimi Modern. in republica, ta-
men terra Grictæ dicitur habere rempublicam,
2 quia *caſtra & villæ dicuntur rempublicam habe-
re, ita dixit Andræas de Iſern.in principio conſti-
tutio.per textum in l.fin. C.de diuerſ. reſcrip. in fi.
Nec obſtat, quòd videtur prima facie ſubſiſtere in
contrarium, videlicet, quòd vniuerſitas non ſit de
perſonis enumeratis in edicto prætoris, vt patet ex
not.in §.pœnales.ſuprà allegato, & iſtæ prohibi-
tiones pœnales non habent locum niſi in caſibus
expreſsis, ex quo pœnalia non ſunt extendenda.
3 Nam*reſpondetur quòd iſta materia ex parte per
ſonarum quæ debent in ius vocari, eſt fauorabilis,
& per conſequens extendenda, ita dicit in l. ſed ſi
hac.in §.prætor.ff.de in ius vocan. gloſſ. & docto-
res in l.venia. C. eodem titulo.gloſſ.in l.qui bona.
§.ſi alieno.ff.de damno infecto. gloſſ. in lege apud
Celſum. §.ſi aduerſus.ff.de dotis exceptione.Vltra
quos

quos eandem opinionem ſequutus adduco:nam ex iuris præcepto ſancitum eſt vt patriæ, & parentibus pareamus: imò præponitur patria parentibus: & ſic iudicandum eſt: prout de correlatiuis iudicamus, quòd diſpoſitio ſuper vno emanata, cenſeatur in alio: & tanto magis patriæ cui magis tenemur, & hæc quo ad primum. Quò verò ad ſecundum an ob carentiam petitionis veniæ proceſſus dici poſsit nullus: & dicẽdum eſt quòd ſic. vt dicit in ſpecie Bar.in l.quamuis.ff.de in ius vocan.quem refert & ſequitur Alexand.in l.qui in poteſtate.C.
4 eo.titu.* in tantum quòd ſi filius qui vocauit ſine venia patrem, vellet ſoluere pœnam.l.penul.ff.eo. nõ propterea ex hoc valeret proceſſus.l.exceptiones.vltima col.inſtit.de exceptio.ſecundum Cynũ Rayn.Alber.Fulgo. & Mod.in d.l.qui in poteſtate. Cy.in l.ſi per alium.§.in eum.ff.ne quis eum qui in ius.Ioã.fab.in l.venia.C.de in ius vocan. & no.iiij. quæſtione ſecunda.cap.ſi teſtes.§.item liberti.& licet Barto.alibi videatur tenere contrarium,tamen iſta opinio videtur melior:prout refert,& ſequitur Iaſo.ibidem: & quam ego quoque intrepide ſectatus dico meo iudicio partes Magnifici Capitanei terræ Grictæ Minardæ eſſe in declarando proceſſum prædictum abſq; petitione veniæ intentatum & proſequutum, fore & eſſe nullum, & ita conſulo iuris eſſe ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis habens conſimilem cauſam, nedum non probat, verùm etiam à teſtificando repellitur. numero 2.*

3 *Teſti deponenti ſe releuando, & ſic pro ſuo intereſſe, non creditur. & num. 4.*

5 *Teſtis eſſe non poteſt particeps litis, quia ratione affectionis dicitur habere ſimilem cauſam.*

6 *Teſtis eſſe non poteſt qui fuit procurator, ſeu aduocatus in illa cauſa.*

7 *Teſtis idoneus eſſe non poteſt habens veriſimiliter affectionem ad cauſam.*

8 *Teſtis conditio & ſtatus inſpicitur tempore depoſitionis, & non poſt,* Et *ideo opponens contra teſtem, quòd ſit infamis, vel non omni exceptione maior, erit inepta exceptio: quia debet dicere quòd tempore iuramenti ſeu depoſitionis ita erat. numero 9.*

10 *Iudex poteſt vſque ad ſententiam interrogare ad clarificãdum dubia circa merita cauſæ, & præſertim circa ea quæ acta ſunt ante concluſionem.*

11 *Iudex poſt concluſum in cauſa poteſt ad omnem finem ex proprio officio interrogationes facere: quia ſibi non ligantur manus in ordinarijs, in ſummarijs autem etiam ad partis inſtantiam poteſt hoc facere.*

12 *Iudex poſt concluſum in cauſa poteſt facere interrogationes non ſolùm ad declarandum dubiam probationem, ſed etiam ad fundandum intentionem aduerſarij.*

13 *Teſtis licet eſſe poſſit frater pro fratre in ciuilibus, tamen ſi cohabitat cum fratre non poterit eſſe teſtis pro eo.*

14 *Cohabitatio aliquid operatur, & ex ea acquiritur maior amicitia, dilectio, & affectio, quæ inducit præſumptionem quòd frater ſemper teſtificaretur in commodum fratris.*

15 *Iuramentum ſuppletorium non defertur, niſi probanti per teſtem omni exceptione maiorem.*

16 *Teſtis omni exceptione maior dicitur ille, cui nulla exceptio obijci poteſt, ſeu qui ſuperat omnem friuolam exceptionem. ibid. num. 19.*

17 *Probatio ſemiplena impeditur per modicum defectum in teſte. ibid. nume. 19.*

18 *Teſtes non ſunt idonei fratres in cauſa, vbi requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*

## CONSILIVM XLI.

IN Ieſu Chriſti redemptoris nomine, amen. Et quia ex inordinata proceſſus præpoſteratione non ita facilimè in maioribus occupato abſque labore facti continentia datur intelligi, idcirco caſu breuiſsimè propoſito ad meæ prolationis fundamenti cauſam deuenio. Dum Vincentius de thoro inæqualem portionem bonorum paternorum obtinuiſſet, facta diuiſione inter eum, & Donatum, Ioannem, Franciſcum, & donnum Vitum fratres: & ex eorum conuentione, ac concordia Vincentius ipſe in duodecim ducatis pro quolibet creditor remanſiſſet: ipſos tandem in ius vocãdo, ſatisfeciſſe obiiciunt, idque vnuſquiſque per vnumquenque ipſorum probare nixus fuit: & ſic vnus frater pro alio teſtificando. dum igitur iuramentum ſuppletorium ab eiſdem fratribus, & vnoquoque ipſorum peteretur, denegaui: & ex infraſcriptis motus prædictos fratres conuentos ad ſoluendum prædicto Vincentio actori condemnaui. Et in primis indubitati iuris eſt, quòd prædicti fratres conuenti in conſimili cauſa vnus pro alio teſtificari oſtẽditur: cùm conſimilem cauſam, imò eandem cum prædicto Vincentio habeant: prout ex depoſitione ipſorummet tam in cauſa principa-
1 li, quàm in repulſa affirmari demonſtratur. *Et teſtis enim qui conſimilem cauſam habet, nedum ſemiplenè non probat, verum etiam à teſtificando repellitur. tex. eſt notab. in capitul. perſonas. extrà de teſtibus. & in cap. ſi teſtes. §. liberi teſtes. quarta quæſtione tertia. & in l. quoniam. C. de teſtibus. facit tex. in capitulo, cauſam. de iudiciis. & Alexand. in conſi. xlv. ij. volu. & videtur tenere Spec. in titu. de teſte. §. j. verſ. item quod habet. & tenet in particulari Albe. de maner. in ſuo tracta. de teſti. in titu. quando teſtes repellantur ratione affectionis. vbi plus ſubdit in fine, concludendo poſt relationem Ioan. And. aſſerentis ſe hoc relinquere arbitrio iu-
2 dicis, * quòd concludendum eſt ſi verſatur commodum, vel intereſſe teſtis habentis conſimilem cauſam, ille nõ erit idoneus teſtis. & hoc etiã ſubdit ipſe quod voluit Ioannes And. in prædicto capitulo, perſonas. & nedum dicitur repellendus ha-
3 bens cauſam conſimilem, * verùm etiam habens conſimilem litem, vt in caſu iſto. ita tenet gloſſ. in dicto c. perſonas. per textum in prædicto cap. cauſam. de iudic. & plenè Specu. in dicto titulo, de teſte. §. j. in fin. in verſicu. item qui habet conſimilem cauſam



cauſam. & ſequitur in ſpecie Felynus in prædicto c. perſonas. vbi plus ſubdit referendo Ioan. Andr. & Abb. ibidem, quòd ſi iudicium ſimilis cauſæ alibi penderet pro tali teſte producto, non probat: prout eſt in caſu præſenti de donno Vito ex dictis fratribus in teſtem producto, qui pro eadem & conſimili cauſa litigat cum prædicto Vincentio in Curia epiſcopali: vt patet ex depoſitionibus teſtium productorum per eoſdemmet conuentos in cauſa repulſæ: ſic prædictus donnus Vitus repellitur. Et quòd ſit conſimilis, cauſa apparet: quia de eadem re lis eſt, & eodem iure agendi: apparet necnon per affectionem quam vnuſquiſque ipſorum veriſimiliter in caſu iſto præſumitur habere ad cauſam: quia vnus idem pro alio teſtificando releuari ſe ab onere ſoluendi prædicto Vincentio prætendunt, & ſic commodum & intereſſe ſentiunt:
4 * & teſti deponenti pro ſuo intereſſe, & præſertim ſe releuando non creditur. l. deferre. in §. item decreuerunt. ff. de iure fiſci: & ibi Bartol. in princip. Innocen. in c. non ſine. & glo. ſua in verbo, clerici. de arbit. Bald. in margar. in verbo, teſtis. iij. colum. & quòd habeant affectionem prædicti rei conuenti ad cauſam, ſuadet aliud vrgens & manifeſtum: nam apparet ex petitione prædicti Vincentij, necnon ex atteſtatione eorundem conuentorum omnes ipſos conuentos reos, & litis participes eſſe, cùm vnum ſit corpus debiti, pro cuius rata vnuſquiſque ipſorum in ducatis xij. conuenitur, & ſic vnus pro alio teſtificãdo eſt reus pro correo teſtificari, quòd quantum ſit probabile, ne longior ſim, iuribus vulgaribus me ſubmitto, non tamen omittendo vnum dictum Bal. in l. dictantibus. C. de te-
5 ſtamentis. ver. quatuor enim modis. vbi dixit * ꝙ particeps litis teſtis eſſe nõ poteſt. & ſic ratione affectionis dicuntur ſimilem cauſam habere, ita dixit Felynus in dicto c. perſonas. referens ita tenere Imol. & Abb. ibidem. & Bald. in d. l. dictantibus. & Feder. de ſent. in conſilio lxij. Et quòd habeant dicti fratres affectionẽ ad cauſam, patet, quia ſi vnus ex eis reportat victoriam ad depoſitionẽ alterius, alter etiam reportaret, & ſic veriſimiliter affectionem prætendũt. pro iſta opinione bene facit quod voluit Bartol. in l. deferre, in §. item decreuerunt.
6 ff. de iure fiſci. * vbi dixit ꝙ qui fuit procurator vel aduocatus in cauſa, vel proxeneta, licet commodum cauſæ non ſpectet ad eos, tamen non poſſunt eſſe teſtes, & hoc quia veriſimiliter habẽt affectionem ad cauſam. ita Bart. & etiam glo. in loco præ-
7 dicto, * imò qui fuit procurator in cauſa principali, non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis, & hoc propter affectionem. ita textus in cap. romana. de teſtib. in ſexto. & ibi gloſſ. Baldi in cap. ſi inter pares. de lege corra. Innocentius, Ioannes Andr. & alij in cap. inſuper. de teſtibus. glo. in cap. ſtatutum. in verbo, vel cognitor. ſecunda quæſtione ſexta. & quòd veriſimiliter habens affectionem ad cauſam non ſit idoneus teſtis, concludit in ſpecie Iaſon de may. in dicta l. dictantibus. penultima colum. C. de teſtamentis. Nec militat quatenus dicatur de Franciſco effecto monacho, qui liti ceſsit, & ſic non videtur habere affectionem ad cauſam, cùm nullum ſperet commodum ob ceſsionem factam, nam reſpondetur, quòd ceſsio litis apparet facta poſtquàm fuit ipſe in teſtem productus ab aliis fratribus, quo tempore, & ipſe quoque reus conuentus erat, & ſic eandem affectionem, & conſimilem, cauſam habebat cum ipſo Vincentio. Item apparet dictam ceſsionem factam poſt ſuam depoſitionem ad inſtantiam ſuorum fratrum prædictorũ in præ-
8 ſenti proceſſu, & clarum eſt in iure, * quod conditio & ſtatus teſtis inſpici debet tempore teſtificationis, & non poſt, ita in ſpecie dicit Lanfran. de ori. in repe. cap. quoniam contra. in verbo, teſtium. xxxj. colum. extrà de probatio. & alibi Baldus in l. prima. C. de teſtamen. ponendo formam exceptionis contra teſtes dicit inſpiciendum eſſe tempus in quo tulit teſtimonium, & ideo dixit ſingulariter Angelus in ſuo conſilio primo, incipiente, porrecta fuit petitio. ſecunda columna: quòd ſi ſit oppoſitum contra teſtes, quòd non ſunt omni exce-
9 ptione maiores, vel quòd ſunt infames: * iſta exceptio eſt inepta: quia debet dicere, quòd tempore iuramenti teſtis, & depoſitionis ipſius ita erat: ex quo conditio teſtis inſpicitur tempore depoſitionis, & iuramenti per l. j. C. de teſta. & l. ſi arbitrer. C. de ſent. idem & notabilius tenet idem Angelus in conſil. cccviij. incipiente, factum tale eſt, Chriſtophorus &c. Et quòd Franciſcus teſtificatus fuerit ante ceſsionem litis per ipſum factam de præſenti cauſa, apparet per eius depoſitionem vltimo loco factam: vbi ex officio curiæ interrogatus ſi ante, vel poſt ceſsionem prædictam fuit teſtificatus, reſpondet quòd ante ceſsionem. Nec dubitan-
10 dum eſt an ex iudicis officio fieri potuerit: * cùm poſsit iudex vſque ad ſententiam interrogare ad clarificandum dubium, ſeu dubia circa merita cauſæ: & præſertim circa ea quæ acta ſunt ante concluſionem, licet ad vtilitatem priuatam illud faciat, textus eſt in cap. cùm Ioannes. & ibi expreſsè ſolenniter Innocentius extrà de fide inſtrum. vbi etiam dom. Card. qui ſubdit hoc eſſe ignotum dictum, & quòd ſæpe vidit eos qui reputabantur in iure peritiſsimi, hoc ignorare, & non eſt alibi: & ſubdit plus eſſe ſingulariter ſignandum. idem voluit Specu. in titu. de poſitio. §. iiij verſi. ſed ſi ante. Baldus in l. per hanc. circa princi. C. de tempo. appellat. & ibidem Pet. de Anchar. dicens ſe ita conſuluiſſe in cap. primo. prima colũ. de confeſ. in ſexto. Ludo. roman. in l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infe. Card. in conſilio lxxiiij. & ſequitur Iaſ. de may. in repet. l. admonendi. xxx. col. ff. de iureiu. vbi in particulari dicit, quòd iudex poſt concluſum in cauſa poteſt ad omnem finẽ ex proprio
11 officio interrogationes facere, quia ſibi non ligantur manus, & hoc in ordinariis locum habet, in ſummariis etiam ad inſtantiam partis poteſt hoc facere. glo. eſt not. iuncto text. in clementina ſæpe. de verborum ſigni. ver. interrogabit. quam Ludo. roma. in repetit. d. l. reputat ad hoc ſingul. Addit aliam Iaſ. ibidem in cap. quoniam contra. de probatio. in verbo, interrogationes. & ibi latè doct. & plus dicit Anton. de But. ſe in facti contingentia
12 conſuluiſſe, in cap. primo. de iudic. * quòd iudex etiam poſt concluſionem in cauſa poteſt facere interrogationes non ſolùm ad declarãdum dubiam probationem, ſed etiam ad fundandam intentionem aduerſarij. per regulam l. vbicunque. ff. de in-

terrog.actio.& l.generaliter.§.primo. C.de rebus
credi. eandem opinionem ſequitur Ioan.de Imol.
in prædicto cap.primo.de iudic.Anton.de butr.&
Ioannes de Imola.in cap.cùm cauſam.de iuram.
calum.& in terminis Bald.in l.ampliorem.C.de ap
pellat.& l.per hanc.C.de tempo.appella.& in l.ſe-
cunda.§.quod obſeruari.vj.col.C.de iura.ca. Imo.
in l.iiij.§.hoc autem iudicium.de dam.infec.ita di-
cit Iaſon in loco præallegato communiter teneri:
& præſertim hoc locum habet in cauſis ſummariis:
prout omnes ſunt hodie ſummariæ in regno,per ca
pit.deteſtantes.ita vltra Iaſ.allego Domini.de ſan.
Geminiano idem per prius tenuiſſe in cap.primo.
penultima columna:de confeſsis, in ſexto.& in ca-
pitulo ſecundo.vltima colum. de in integr. reſtitu-
tio.Imo.in l.hactenus.§.fin.ff.de aqua pluu.arcen.
Præterea alio iure motus iuramentum non detuli:
quia vltra ſimilitudinem cauſæ,& affectionem,in-
ſimul cohabitant omnes fratres prædicti ſeorſum
à prædicto Vincentio actore, prout ex eorundem-
met depoſitione ſuper interrogatoriis in repulſa
13 apertius demonſtratur:* licet in ciuilibus frater
poteſt teſtificari pro fratre, tamen ſi frater coha-
bitat cum fratre, non poterit tunc alter pro alte-
ro teſtificari:dixit Baldus in l.prima.in verbo,ope-
ratur.C.de epiſcopis & clericis. quem refert & ſe-
quitur Felynus in cap.literas.ſecunda colum.extrà
de teſtibus cog.verſicu. & hoc quia idem Felyn. in
cap.tertio loco.ſexta colum.extrà de præſumptio.
14 * Et hoc, quia cohabitatio aliquid operatur, & ex
ea acquiritur maior amicitia, dilectio & affectio,
quæ inducit præſumptionem, quòd frater ſemper
teſtificaretur in commodum fratris. ita puchrè di
cit Bald. in l.parentes.C.de teſtibus.per caſum ſin-
gula.in l.ſi vt allegas.C.de caſtren. pecu. libro xij.
idem voluit Baldus in l. prima. C.de epiſcopis &
clericis.& in tracta.de duobus fratribus. idẽ tenet
Ioan.de Imo.in conſil.decimotertio,aliàs cxxxiij.
quem refert & ſequitur Barba. in capitulo, repel-
lantur,extrà de accuſat.& ſic ſi ex præmiſsis repel-
li debent, & ſic fidem non faciunt, or quantò ma-
gis non poteram iuramentum ſuppletorium defer-
15 re,cùm non deferatur, niſi probanti per teſtes* o-
mni exceptione maiores:ita Bartol. Alber.Baldus,
& Angel.in l.admonendi. ff. de iureiurando. & di-
citur omni exceptione maior, cui nulla exceptio,
neque macula impingi poteſt.gloſſa in §.item ver-
borum.inſtitu.de inuti.ſtipulatio.& in cap.primo.
verſic.maiores.vbi cano. de conſangui. & affinita.
16 * Alibi dicitur omni exceptione maior, qui ſuper-
rat omnem friuolam exceptionem,not. Bald. in l.
optimam.C.de contrahenda & cõmittenda ſtipul.
Abb.in c.at ſi clerici.col.xvj.de iudiciis.Alex.con-
ſilio xviij.in j.vol.And.de Iſern.in c.j. ſi de inueſt.
fue.controuer.idem Andr.in conſtit.regni, ſi quis
17 in poſterum.* Et modicus defectus impedit ſemi-
plenam probationem, conſuluit Alex. in conſilio
xxxij.in primo vol.Franciſ.cur.in tracta. de teſtib.
in trigeſima concluſione, vbi plenè: & in tantum
hoc eſt verum, quòd modicus defectus impedit in
teſte, vt non poſsit parti illum producenti deferri
iuramentum ſuppletorium,ita Baldus multum no.
in cap.j.§.ſacramentum.colum.ij.de conſuet. recti
feudi.ſequitur & refert Marſil.in ſingu. ſuo cxcvij.
incipiente, quo ad hoc. Sed quid opus eſt ire per
ambages, aut per mendicata ſuffragia,vbi in parti-
18 culari deciditur, * quòd vbi requiruntur teſtes o-
mni exceptione maiores,tunc fratres non ſunt ido
nei teſtes. voluit Baldus in l.fi. ij.colum.C. de pro-
batio.refert & ſequitur Fely.in c. literas.ij.colum.
extrà de teſtib.cogen.idem Felyn.in cap.tertio lo-
co.vj.colum. de præſumptio. & præſertim quia vt
ſuprà etiam dixi, modicus defectus vitiat teſtem,
qui requiritur quòd ſit omni exceptione maior,di
xit etiam Baldus in cap.cùm Ioannes.extrà de fide
inſtru.quem ibidẽ refert & ſequitir Felyn. in xvij.
19 col.verſicu.quintò declara.* vbi plus ſubdit,quòd
ille dicitur omni exeptione maior, qui ſuperat o-
mnem friuolam exceptionem, adeò quòd nulla ex-
ceptio vera vel legitima opponi poteſt,vt etiam di
cit Baldus in ſuprà allegata l.optimam.& in hoc ta-
men multum verſatur officiũ iudicis: vt dicit Abb.
in dicto cap.cùm Ioannes.quem ibidem refert Fe-
lyn. Et ſic ex omnibus ſuprà relatis ſuccido telam
quam orſus ſum declarando tanquam Vicedux ci-
uitatis Ariani, & generalis auditor totius ſtatus il-
luſtriſ. Ducis Ariani, nullatenus eſſe deferendum
iuramentum ſuppletorium petitum, ego in anno
1498. Thomas Grammaticus.

Et dum fuiſſet appellatum à ſupradicto meo de-
creto,& cauſa appellationis per prædictum Illuſtr.
Ducem commiſſa Magnifico domino Honofrio
de auãtagiis de manfridonea, reuocauit decretum
meum motus ex infraſcriptis ſuis allegationibus:
verùm non viderat præallegatas meas allegatio-
nes, & iuſtificationes decreti per me interpoſiti.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa conſimilis dicitur, quando eſt idem medium concludendi, & eadem cauſa obtinendi.*
2 *Res inter alios acta, probata vel iudicata nullum alijs præiudicium infert.*
3 *Lis ſi cum vno ex cohæredibus agitatur pro parte ſua, cum alijs cohæredibus, rectè agetur, quia cauſa vnius cenſetur alia; & diuerſa à cauſa alterius.*
4 *Collegatarius productus in teſtem per legatarium, probat.*
5 *Teſtis conſimilem cauſam habens admittitur, ſed non adhibetur ſibi plena fides.*
*Quòd capit. perſonas. de teſtib. inhabilitans teſtem habentem conſimilem cauſam, habet locum in cauſa criminali. num.6.*
7 *Teſtium inhabilitas ſuppletur per numerum teſtium.*
8 *Teſtium reprobatio non admittitur in ſummarijs reſpectu perſonarum.*

## CONSILIVM XLII.

ET quòd non dicatur cõſimilis cauſa
in caſu de quo agitur, oſtendo,* nam
conſimilis cauſa dicitur quando eſt
idẽ mediũ concludẽdi, & eadẽ cauſa
obtinẽdi:ita not.in l.à ſentẽtia.ff.de
appel. quæ loquitur de habẽte conſimilem cauſam
adeo ꝙ ex victoria & condẽnatione vnius reſulta-
ret



ret cõmodũ, vel intereſſe alteri, ita ſentit glo. in l.
à ſentẽtia.& in l.iij.§. ibidẽ. & in l.Titia.de carbo.
edi.& in l.ſi quis libertatẽ.de pet.hær.vel ſaltẽ qua-
lequale præiudiciũ,per exempla quæ ponit in d. l.à
ſentẽtia.facit l.ſi duo.de iure patro. cùm ergo dicti
fratres ſeparatim cõueniantur ex diuerſis obliga-
tionibus, & diuerſis ſummis, vnuſquiſq; pro parte
ſua diuidua, nõ dicitur conſimilis cauſa ad finẽ re-
pellẽdi teſtẽ vnũ pro alio: quia dicitur cauſa vnius
diuerſa à cauſa alterius: & non eſt eadem cauſa de-
fenſionis, & idẽ medium cõcludendi.facit l. ſi qui
ſeparatim.§.fi.ff.de appel.in verſic.ita demum pro
bandum eſt, ſi vna eadémq; cauſa fuerit defenſiõ-
nis:cæterũ ſi diuerſa, alia cauſa eſt.clarè perpendi-
tur quòd ſi vnus ex fratribus probaret ſatisfeciſſe
ratam ſuam, nõ propterea releuaret alium fratrẽ
2 prætendentẽ ſatisfeciſſe, * cùm res inter alios pro
bata, vel iudicata, nullum aliis præiudicium faciat:
vt dicit text. in l.j. de except. rei iudic. & in l.ſæpè.
de re iudic. & ad hoc vt iudiciũ cum vno agitatum
aliis afferat præiudicium, inſpiciendũ eſt, vt dicit
Iuriſconſultus, an idem corpus ſit, an eadem quan
titas, idem ius,eadẽ cauſa petendi, & eadẽ cõditio
perſonarum, & quòd omnia concurrant,aliàs non
dicitur eadem cauſa.l. cùm quæritur.cum duab. ſe-
quen.de exce.rei iudicatæ.Et de iure expeditũ eſt,
quòd ſi cum vno ex cohæredibus agatur pro parte
3 ſua,cum aliis cohæredibus rectè agetur: * quia cau
ſa vnius cẽſetur alia, & diuerſa à cauſa alterius.tex.
eſt in l.ſi cum vno. ff. de exceptione rei iudic. cùm
ergo ſint diuerſæ ſummæ petitæ, & diuerſæ obliga-
tiones, & diuerſæ perſonæ cõuentæ, nõ poteſt dici
eadẽ, nec conſimilis cauſa, cùm ex facto vnius nul
lum alteri afferatur præiudicium, & commodum.
dicta l.ſi cum vno. & l. ſi qui ſeparatim. ſicut dici-
mus in duobus ſtipulantibus, ſeu promittentibus,
vnus decem, & alius ſimiliter alia decem ex inter-
uallo, quo caſu non poſſunt dici duo rei credendi,
vel debendi, nam tunc duæ obligationes, & diuer-
ſæ ſummæ: licet ſit æqualitas in quantitate, quo ca-
ſu factum vnius ſiue ſit in condemnatione, ſiue in
abſolutione, non nocet, nec prodeſt alteri.l.j.C.de
duobus reis.Inſtit.eodem titulo, in principio. l. ex
4 duobus. vbi per Bartol. ff. de duobus re.* & pro-
pterea dicimus, quòd ſi legatarius producit colle-
gatarium in teſtem contra heredem:licet prima fa
cie videatur habere conſimilem cauſam, attamen
admittitur in teſtem: vt nota.in §. ſi legatarius. in-
ſtitut. de teſtamentis. & in l. dictantibus. C.de te-
ſtamentis. Vnde cùm non ſit medium cõcludendi,
quia factum vnius ex dictis fratribus non prodeſt,
nec nocet alteri fratri in cauſa prædicta, nõ eſt idẽ
medium concludendi, nec eadem cauſa defenſio-
nis, quia non poteſt dici eadem,nec conſimilis cau
ſa, & per conſequens ceſſat ratio repellendi dictos
teſtes,qui fuerunt conuenti, vt ſingulares perſonæ
& quilibet pro rata: & in quantitate diuerſa: quod
fieri potuit vno libello, vt not. per Bartol.& alios
in l.edita. in materia cumulationis.C.de eden. & in
l.ſecunda.C.ſi plures,vna ſententia.non propterea
in ciuilibus repellerentur omnino à teſtificando,
nam licet glo. in dicto capitulo perſonas.de teſti-
bus. quam ſequuntur Ioannes Andr. & Specu. ibi-
dem.in titu.de teſte.§.primo. teneat quòd teſtis ha
bens conſimilem cauſam repellatur à teſtimonio,
tamen Hoſt.& Ant. de but. ibi tenent contrarium,
5 & Abb.* pro concordia dicit ſic debere intelligi
quòd admittitur,ſed non adhibetur plena fides, &
hoc approbat, & propterea conſuluit Franciſc.de
Are.conſilio octauageſimoſecundo. In Chriſti no-
mine, Amen. factum ſuper quo petitur. Præterea
ſubiungit quòd d.cap. perſonas. inhabilitãs teſtem
habentem conſimilem cauſam, loquitur in cauſa
criminali, & facit quod dicimus de teſte infame,
6 cui diminuitur ſolùm de fide, * & facit ratio, quia
dictum de teſtibus eſt prohibitorium, quando te-
ſtis non reperitur prohibitus teſtificari à iure, de-
bet admitti.l. prima.§.primo.de teſtibus.& habẽs
conſimilem cauſam nõ reperitur in ciuilibus pro-
hibitus teſtificari, & materia probationis non eſt
anguſtanda.l.quoniam.C.de hæreti.facit, quia cau
ſa de qua agitur non eſt ardua, imò modicæ quan-
titatis, quo caſu ſufficiũt probationes quæ aliàs in
cauſis arduis non ſufficerent, per not. in l. admo-
nendi.ff.de iureiurãdo.& in l.in bonæfidei. C.eod.
7 titu.* Accedat, quia teſtes tales ſunt vltra nume-
rum biennarium requiſitum ad plenam probatio-
nem, quòd ſit vt licet aliqua inhabilitas ſit in teſti-
bus, ſuppletur per numerum teſtium ſuperfluum.
vt not.in l.ſi quis ex argentariis. ff. de edendo.& in
l.ob carmen.ff.de teſtibus.facit, quia in regno ſunt
omnes cauſæ ciuiles ſummariæ hodie, & debet at-
tendi pura veritas per Regias pragmaticas, & in
8 * cauſis ſummariis non admittitur reprobatio te-
ſtium reſpectu perſonarũ: vt dicit ſingulariter Io-
annes Andr.quem ſequuntur Modern. in capitulo,
veniens. lo ſecundo, de teſtibus. refert & ſequitur
Franciſcus de Aret. in dictis ſuis conſiliis in ordiñ.
lxj.in cauſa illorum &c. & frater in cauſa fratrum
ratione affectionis non repellitur, quia par eſt af-
fectio ad vtrunque litigantium.l.penult.§. de vno.
de ritu nuptiarum,nec ratione domeſticitatis,quia
quando domeſtico non poteſt imperari in pari ra-
tione patriæ vel dominicæ poteſtatis, vt quia mer
cenarius ſeruus,vel libertus, vel ratione ſtatus per
ſonæ præeminentiam habentis in domo,cui debe-
retur reuerentia, tunc omnino non repellitur do-
meſticus,ſed quanta fides adhiberi debeat: eſt in iu
dicis arbitrio: ita dicit gloſſ. in capitulo, in literis.
de teſtibus.& Abb.ibi, & Salicet.in l.etiam.C.eod.
titu. & ibi Bart. ex quibus concludo iuramentum
ſuppletorium eſſe omnino deferendum ipſis fra-
tribus conuentis, & huius voti ſum ego

Honofrius de Auantagiis de Manfrido-
nia Iuris vtriuſque Doctor.

Et tandem interpoſita ſimiliter appellatione à
prædicto ſimiliter decreto domini Honofrij, &
fundato voto meo cum præcedentibus meis alle-
gationibus in ciuitate Ariani fuit per prædictum
Illuſtriſ. Ducem tranſmiſſus proceſſus Magnifico
Ioanni Loyſio de artaldo regio conſiliario, & do-
ctori præclariſsimo, per quem adhibito ſecum Ma
gnifico V.I. Doct. domino Antonio Viuaia Siculo
reginali conſiliario ſuo vicino, & ruminatis alle-
gationibus vtriuſque decreti declarauerunt bene
per me fuiſſe iudicatum, & malè decretum per præ
dictum magnificum Honofrium.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas reſultans ex incompetentia iuriſdictio*
*nis etiam ſi fuerint latæ tres ſententiæ conformes,*
*debet talis exceptio admitti, quod maximè pro-*
*cedit quando aliter probari non requiritur, ſed*
*apparet ex actis met. ibidem. & nu. 2.*
3 *Exceptio nullitatis reiecta per ſtatutum, non vide-*
*tur reiecta, ſi conſtat ex actis met.*
4 *Nullitas contra ſententiam quæ tranſiuit in rem*
*iudicatam, licet ex actis non apparet, ſi tamen*
*in promptu probatur etiam aduerſus executionem*
*dictæ ſententiæ admitti debet. ibidem.*
5 *Iudex appellationis an poteſt ſuper nullitate cogno-*
*ſcere.*

## CONSILIVM XLIII.

IN Chriſti nomine, Amen. In cauſa
Abbatis Florilli dum fuiſſet pro eius
parte à ſententia lata per Vicariū Sa-
lernitanū de nullitate dictū, tāquā lata
à iudice incompetēti, declinato foro per ipſum vt
capellano ſummi Pontificis, tādē decurſis fatalibus,
ſeu quia in termino Apoſtoli petiti nō fuerāt, fuit
ſentētia ipſa confirmata per Vicarium Nolanū, &
vltimò per remediū appellationis deuoluta coram
Reuerēdo Epiſcopo Liparēſi ſedis Apoſtolicæ de-
legato, Hæſitatur in prȩſentiarū an lata ſententia
ipſe & cōfirmata poſſet in prȩſentiarū de eius nul-
litate diſcuti & tractari, & ſic an predictus Reuerē-
dus Vicarius tanquam iudex appellationis poſsit
de nullitate cognoſcere & iudicare. Et quò ad pri-
mum reperio quòd etiam ſi fuerint latæ tres ſen-
tentiæ conformes, & ſic oppoſitum de nullitate re-
ſultante ex incompetentia iuriſdictionis, certè ad
1 mitti debet talis exceptio, * ex quo huiuſmodi nul
litas nunquam videtur excluſa. glo. eſt ſing. ſecun-
dum Canon. in clementina vnica. de ſequeſtratio.
poſſe. & fru. Cui addo tres alias de iure ciuili, vnā
in l. tamen ſi. ff. ad macedonianū. aliam in l. ab exe-
cutione. in glo. excedat. C. quorum appell. non re-
cip. vltimā. in l. j. C. de iur. & facti ignoran. & fa-
ciunt nota. per Baldum in l. prima. C. ne lice. tertiò
2 prouoc. * quòd præcedit præſertim quando nulli-
tas aliter probari non requiritur, ſed ex actis appa
ret: nam ſemper executio etiam trium ſententia-
rum conformium impediretur, ita conſuluit Ol-
dra. in conſilio centeſimoſeptimo, incipiēte, quòd
literæ executoriæ. idem voluit Salycetus in l. pri-
ma. C. ne lice. tertiò prouoca. Ludo. roma. in l. ſi ve-
rò. § de viro. vigeſimaſecunda fallentia. ff. ſoluto
matrimonio. & in l. ſi feriatis. ff. de feriis. faciūt no-
ta. per Baldum in l. vnica. verſic. denuo. C. ſi de mo-
ment. poſſeſſ. fuer. app. & nota. per Bart. in l. prima.
tertia colum. verſicu. opponitur. ff. ne quis eum qui
in ius. & ideò dixit pulchrè Petr. de Ancharano in
ſuo conſilio ducenteſimoſeptimo. In Chriſti no-
3 mine, Amen. * quòd ſtatutum reiiciens exceptio-
nem nullitatis nunquam videtur reiicere illā nul-
litatem, quæ conſtat iudici ex actis, per nota. in l.
vbi pactum. C. de tranſactionibus. & in capitulo
primo de officio vicar. Et plus voluit Bartolus in
4 l. quarta. §. condemnatum. de re iudicata. * quòd ſi
opponitur nullitas contra ſententiam quæ tranſ-
iuit in rem iudicatam, licet ex actis non appareat,
ſi tamen in promptu probatur etiam aduerſus exe
cutionem dictæ ſententiæ admitti debet. & hoc
quo ad primum. Quò verò ad ſecundum, an iu-
dex appellationis poſsit ſuper nullitate cognoſce-
5 re, * & ſic iudicare. & certe nulli dubium quòd
ſic. textus eſt in l. quidam. & ibi Bartolus. ff. famil.
erciſcun. idem voluit Bartolus in l. finali. ff. de iure
patron. & ſentit idem Bartolus in l. abſentem. C. de
accuſat. Baldus in ſua marga. in verbo, appellatio:
verſic. penult. in fin. Innocentius in cap. dilecto. de
appell. Archid. in cap. cordi. eodem tit. in vj. & per
hæc videtur ſatis ſufficienter probari quòd Reue-
rendus dominus Epiſcopus Liparēſi. Vicarius Nea
polit. & ſedis apoſtolicæ delegatus, poteſt de dicta
nullitate cognoſcere, & iudicare: & ita conſulo
ſuæ Reueren. d. ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Opinio illa eſt bona, quæ plurimorum teſtimonio ro-*
*boratur.*
2 *Sententiæ iniquitas ſi apparet per facti euidentiam,*
*nunquam tranſiuit in rem iudicatam.*
3 *Ocularis inſpectio omnes alias probationes antece-*
*dit. nu. 4.*
5 *Pluralitas in rebus præſumitur in dubio, vbi non pro-*
*batur identitas.*
*Pluralitas non præſumitur in actibus hominum, ſi-*
*cut nec in teſtamentis nec in ſententiis, niſi dun-*
*taxat in rebus quibus præſumitur pluralitas, niſi*
*probetur identitas.*
6 *Aſſiſtentia dum petitur, requiritur probari quòd*
*obligans bona illa tēpore obligationis poſſidebat*
*illam rem ſuper qua aſſiſtentia petitur.*
7 *Tempus quando eſt fundamentum intentionis alicu-*
*ius debet in ſpecie probari.*
8 *Hypothecæ iuri præſcribitur per tertium poſſeſſo-*
*rem ſpacio decennij.*

## CONSILIVM XLIIII.

REdemptoris gentium poſtulato ſuffra-
gio, Amen. Viſo & ruminato proceſſu
cauſæ vertētis inter Pucellam de Cay-
uano cum Angelillo capaſſo & fratri-
bus, licet ſuperabundantia ſuppletione non indi-
geat, cùm per originalem Magnificum Aduoca-
tum, qui cauſam inſtruxit ad metam, petitum fue-
1 rit, * tamen quia illa eſt bona opinio, quæ pluri-
morum teſtimonio roboratur. l. prima. verſic. ſane
& crebrior. & ibi ad hoc not. Baldus, ff. de officio
quæſto. textus in cap. nouimus. in verbo, opinio.
& ibi Anton. de butr. extrà de verborum ſignifica.
textus in capitulo prudentiam. & ibi pulchrè do-
minus Abb. extrà de officio delegati. idcirco ean-
dem ſententiam veluti iuri conſonam, ac veridi-
cam ſequutus dico vltimæ declarationi teſtium ſu-
per loco deponentium ſtandum eſſe ob ocularem
inſpectionem, quæ cæteris probationibus præfer-
tur. Hinc eſt, quòd vbicunque per facti euiden-
tiam poteſt conſtare de iniquitate ſententiæ latæ,
certè talis ſententia nunquam tranſit in rem iudi-
2 catam, * quin ſemper retractari poſsit: ita dixe-
runt Innoc. & cano. in cap. fraternitatis. per illum
textum extrà de frig. & maleſi. Bald. in l. j. C. ſentē.
reſcind. non poſſ. Alexand. conſilio lxiij. ſtantibus
his quȩ ſuprà narrata ſunt. viij. colum. lib. iiij. Hinc
eſt, quòd licet poſt didicita teſtificata non admit-
tatur quis vlterius ad probandum, tamē ſi per eui-
dentiam facti, & ſic ocularem inſpectionem vo-
luerit aliquid probare, certè admittetur, ita Bal. in
l. ſi quis teſtibus. in fine. de teſti. Iaſ. in l. eum qui. §.
in popularibus. iij. colū. ff. de iureiurādo. vbi plus
ſubdit referendo Bal. in rubrica de probat. * quòd
3 allegans ocularem inſpectionē poteſt petere quòd
accedatur ſuper loco per iudicem: & ſic petere à iu
dice vt ſe cōferat ad videndū locum. Et quòd ocu-
laris inſpectio præualeat cunctis probationibus,
tenet pulchrè Alexand. poſt Ludoui. in l. qui bona.
§. qui damni. ff. de dam. infe. & pulchrè idem Iaſ. in
l. fina. ff. de in litem iuran. Et ſic videtur præferen-
da teſtium depoſitio ſuper loco facta, cùm non de
identitate eiuſdem terræ de qua depoſuerant, per
ipſorum declarationē ſuper loco appareat. Quare
ſequitur quòd de alia terra videantur in eorū de-
poſitionibus depoſuiſſe, quā de terra prȩdicti An-
gelilli & fratrum. * Ex quo in rebus idētitate non
4 probata, pluralitas præſumitur, vt conſuluit Alex.
de Imo. in cōſilio cxxxiiij. ſecundo volumine, aliàs
cclxvj. in cauſa vertente inter Albertinum de mai-
nardis. & idem Alex. in conſi. lxxxviij. v. col. v. vol.
& conſi. cxviij. primo volum. cum ſequen. vbi latè
5 concludere videtur, * quòd licet in actibus homi-
num, vt in teſtamentis, ſententiis, & ſimilibus non
præſumatur pluralitas niſi probetur, per textum in
c. in præſentia. §. verum. el ſecundo. & ibi Anto. de
butr. decimaſeptima col. de probatio. Bal. Salycet.
& Iaco. but. in l. ij. C. de erro. aduoc. tamen in rebus
præſumitur pluralitas, niſi identitas probetur. pro
quo adduco tex. in c. auditis. verſi. ſi per illa conſti-
terit, quòd vallis ſit ille locus. de præſcript. Acce-
dat bene quod pulchrè dicit Ioan. And. in dicto c.
auditis. ſe practicaſſe in ciuitate Bononiæ, & obti-
nuiſſe contra quendam bidellum, qui conduxerat
equum ad vecturam pro eundo ad certum locum,
& probauit per ſocios itineris quod equus quem
equitabat, naturaliter periit, nam hæc probatio, di
cit Ioan. Andr. nihil eum releuauit, quia non pro-
bauit, quòd fuerit ille equus quē conduxerat, quod
probare debebat per ſigna &c. & ſic alius potuit
eſſe equus, & idem ibi ſequitur Ant. de butr. in pe-
nult. colum. & Panorm. in ix. & ſubdunt quòd iſta
ſunt vtilia ad inſtructionem aduocatorum iuue-
num, & ſequitur Alex. in conſil. cxviij. in cauſa &
lite vertente inter peregrinum. vlti. col. lib. j. Et da
to quòd abſq; veri præiudicio, præmiſſa non pro-
cederent, ſuffragatur eidem Angelillo potiſsimè
quod prædicta Pucella nō probauit id quod ei de
neceſsitate probari incumbebat, id eſt, de tēpore,
videlicet quòd tēpore contracti matrimonij Phi-
lippus eius vir poſsidebat terram ipſam, ſuper qua
6 aſsiſtētia petitur, & poſtmodum alienauit, * prout
fundamētaliter requiritur, per tex. in l. cùm res. &
ibi not. Bart. in fina. verbis. C. ſi alie. res pigno. data
7 ſit. * Et quando tempus eſt fundamentū intentio-
nis alicuius, debet tempus in ſpecie probari. gl. eſt
ſing. ſecundū Bal. ibi in l. ij. C. de petitio. hære. Bar.
in l. matrem. C. de probatio. Bal. in l. ampliorē. §. ſi.
C. de appel. & in l. ſi minorē. C. de in integ. reſtit. &
quod in ſimili dixit Bal. in l. poſt dotem. in fine. ff.
ſoluto matrim. & latè Bart. in l. non ſolùm §. ſed &
probari. ff. de operis noui nuncia. & conſuluit An-
gel. in conſil. cxvj. incipiente, de monaſte. priuato.
& in conſi. cxciiij. incip. de quadam ſententia. & in
conſi. clxxvj. incip. de ſtatuto diſponente, & Alex.
de Imò. conſi. clxxij. in ij. vol. incip. an calligarij, &
in conſil. iij. incip. ſuper proceſſu cauſæ. in iiij. volu.
& in conſil. xvj. v. volu. xiij. col. incip. de effectu pa-
cis conſtantiæ. Accedat inſuper quod quando abſ-
que veri præiudicio, ipſa eadem eſſet terra illa de
qua litigatur, apparet prȩdictos tertios poſſeſſores
8 conuentos ipſam poſſediſſe vltra x. annos, * & ſic
hypothechæ intentatæ per prædictā, Pucellam ap-
paret eſſe præſcriptū cum titulo & bona fide, l. j. &
ij. C. ſi aduer. cred. cum vulga. quia ſemper ſubintel
ligitur inſtrumentū hypothecariū vel precarium,
ſecundum formam l. quod meo. in princ. & l. inter
dum. ff. de acquir. poſſ. Nec etiam apparet intenta-
tum remedium. l. ſi. C. de acquir. poſſ. quia præſcri-
ptum eſt. Nec intelligitur præſcriptionem proce-
dere à tempore mortis Philippi viri Pucellæ, ſed à
tempore alienationis, quæ ſatis poterat ſibi præca
uere Pucella ipſa dum viderat eius virum prædi-
ctum ad inopiam vergere, ac malè vti ſubſtātia ſua,
iuxta l. vbi adhuc. in princ. C. de iure dotium. & in
l. ſi conſtante. in princ. ff. ſol. ma. & ſic ex præmiſsis
liquet prædictum Angelillum & fratres abſoluen-
dos à petita aſsiſtentia, & ita iuris eſſe conſulo ego
Thomas Grammaticus.



SVMMARIVM.

1 *Minæ factæ per ſolitum minas executioni mandare,*
*probant factum ſubſequutum.*
2 *Coniecturæ habentur loco plenæ probationis in his,*
*quæ ſunt difficilis probationis.*
3 *De nocte facta dicuntur ſecretè & occultè fieri, & ſuf*
*ficit in his probatio per præſumptionem nu. 4.*
5 *Secretè fieri dicitur quod probari non poteſt.*
6 *Coniecturæ habentur loco plenæ probationis in clan-*
*deſtinis, & occultis.*
7 *Filius præſumitur geſta parentis imitari, & præſu-*
*mitur eiuſdem voluntatis ſicut & pater fuit.*
*Homo mortuus ſi reperitur in ſtrata & neſcitur à quo,*
*præſumitur occiſus ab eo qui in illa ſtrata conuer-*
*ſari conſueuerat. ibidem.*
8 *Loci qualitas ſatis attenditur ad præſumendum*
*quem ſuſpectum.*
9 *Singula ſi non proſunt multa iuuant.*
10 *Sententia iudicis venit temperanda, dum iudex iudi*
*care habet ex indicijs.*

## CONSILIVM XLV.

REdemptoris gentium iterato præſidio,
Amen. Viſo ac bene diſcuſſo præſenti
proceſſu mihi tranſmiſſo per illuſt. Du
cem Ariani, licet res ſit de modico, at-
tamen quia ſua illuſt. dominatio ita in magno ſicut
in modico vnicuique ex ſuis ſubditis æqua lance
ius tribui deſiderat, iuxta illud, ita magnum ſicut
paruum iudicabis, quia omnis ſpiritus laudat Do-

 minum,

min um, idcirco meritis cauſæ ruminatis plura re-
perio quæ pro victoria Iacobi Sabatini contra Da
nielem de celillo de Marigliano ſe offerunt. Et in
primis minæ factæ ſero præcedenti iuncta proba-
ta conſuetudine eiuſdē Danielis probata ex quam-
plurimorum teſtiū depoſitionibus, quæ minæ per
1 conſuetū eas exécutioni mandare, * & ſic ſimilia
facere optimè factum ſubſequutum probant, vt di
cit Bald. in l. fin. de hæred. inſtit. relatus per Magni
ficum allegantem in cauſa, qui alleg. etiam d. Anto.
de Alexand. in l. metū. C. quod metus cauſa. Addo
ante d. Anto. idem voluiſſe. Bal. in prædicta l. metū.
Angel. in l. j. C. ſi quis impera. maledi. Imo. in præ-
dicta l. fi. de hær. inſt. Iaſ. de may. in l. j. xv. col. de of
fic. eius cui mād. eſt iuriſd. & quæ habetur per Pau.
de Caſt. in l. j. C. quando licet ſine iud. ſe vindi. Se-
cundò apparet dictū iumentū fuiſſe interemptum
extra terrā Mariglani, videlicet in ceſina, quo caſu
apparet eſſe difficilis probationis verificare à quo
2 interemptum ſit. * & in his quæ ſunt difficilis pro-
bationis coniecturæ habentur loco plenæ proba-
tionis, dixit Ang. in conſil. ccxviij. incipiente. viſa
facti narratione. Paul. de Caſt. in conſi. cclxviij. vi-
ſo proceſſu. & in conſi. cccxxvj. incip. in cauſa mo-
ta. Alex. in conſil. xxiiij. in ij. vol. animaduerſis his,
&c. Spec. in tit. de pign. §. j. verſic. & nota. Accedit
inſuper, quia præſupponitur id fuiſſe de nocte per-
petratum, vt ex facie querelæ iunctis teſtium depo
ſitionibus, dum deponunt de minis prædicti Da-
nielis de occidēdo iumentū, & quòd nocte ſequen
3 ti fuit interemptum, * & ea quæ de nocte fiunt, di-
cuntur ſecretè & occultè fieri, dicit Angel. in l. ſi
cū exceptione. §. in actione. ff. quod metus cauſa.
Bal. in l. cùm fratrem. C. de his quibus vt indig. An-
4 gel. in l. j. §. occiſorum. ff. ad ſillen. * Et in his quę de
nocte, vel ſecretè fiunt ſufficit probatio per præ-
ſumptiones. no. Bar. in l. ſi quis ex argētariis. §. pe.
ff. de eden. & in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.
ff. de oper. noui nuncia. Federi. de ſen. in conſil. cix.
5 nulli dubiū &c. * & dicitur ſecretè fieri, quod pro-
bari non poteſt. Card. in clém. prima, in verbo, no
tari, ſecundo not. extrà de hære. & ibi de hoc dicit
eſſe tex. ſing. & ideo dicit diuus Tho. in ſecunda ſe-
cundæ. q. lxvij. articulo primo, in fin. quòd non di-
citur omnino ſecretū id quod per teſtes ſufficien-
tes probari poteſt. & iſtud ſatis vendicabit ſibi lo-
cum in caſu de quo hic, tanquā clandeſtinè & oc-
6 cultè facto, * quo caſu ſufficient coniecturæ, vo-
luit Bal. in præallegata l. ſi quis ex argētariis. §. pe.
Bart. in l. ſi quando. C. vnde vi. cano. in c. fina. quod
met. cauſa. Hinc dixit Bart. in l. in illa ſtipulatione,
ſi calendis. in fi. ff. de verborum obligatio. quòd in
his quæ non poſſunt liquidò probari, ſufficiat pro-
batio ex vehementi præſumptione ſeu opinione.
7 per l. non omnes. §. à barbaris. de re mil. * Accedat
prædictis quòd nedum ipſe Daniel conſueuit ſimi-
lia facere, verum etiam eius pater, & iuris præſum
ptione cautū eſt filium geſta parentis imitari. Bal.
in l. liberti. ij. colum. C. de operis liberto. Et alibi
præſumitur filius eiuſdem mētis eſſe, ſicut & pater
fuit, dixit Specu. in procœmio Spec. in verbo, cæ-
terùm, & vulgo dici conſueuit, talis filius qualis
pater. Suffragatur prædictis quod ipſe Daniel con-
uerſabatur in ceſina ſua, & ex eiuſdemmet depo-
ſitione perpēditur quòd nocte præcedēti ibidem
fuerat. Et in ſimili dicimus, quòd ſi reperitur ho-
mo mortuus in ſtrata, & ignoratur à quo, certè
præſumitur occiſus ab eo qui per illā ſtratam con-
ſueuerat pertranſire. per id quod dixit Ray. Ang. &
doct. in l. iuſto. ff. de vſucap. ad quod not. per Bart.
in l. ædiles. ff. de via public. & in l. nequid. ff. de in-
cen. rui. naufra. & per Angel. in tracta. maleficio. in
8 verbo, fama publica. colum. decimatertia. * Con-
currit etiam qualitas loci, quæ ſatis attenditur ad
reddendum quem ſuſpectum. not. Bart. in l. præſi-
dibus. C. de cur. publico. libro duodecimo. & in l.
qui fiſcales. C. de nauicul. libro vndecimo. not. Ia-
cob. but. & Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
epiſcopis & clericis. & in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis
fugit. Adminiculatur vltimò inſpectio teſtium ſu-
per loco, necnō ocularis inſpectio curiæ, quæ ocu-
laris inſpectio quantum præualeat, eſt text. in §. ha
ctenus. inſti. de grad. cogna. Baldus in l. ciues. C. de
appellatio. & in rubrica de probatio. C. & in auth.
at qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. & ple-
nè Iaſon in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iure-
9 iuran. & ſic ſuccedit diſpoſitio illius vulgaris, * &
ſi non proſunt ſingula, multa iuuant. l. ſancimus. in
fine. C. de teſtamentis. l. ſpadonem. §. qui iura mul-
ta. ff. de excuſatio. tutorum. & in cap. præterea. cum
10 ſimilibus. extrà de teſtibus. * Sed quia dum iudica-
tur ex indiciis ſententia iudicis eſt temperanda, vt
voluit Innocent. in cap. ſicut. de ſimon. Baldus in l.
non eſt veriſimile. quod metus cauſa. & in l. exci-
piuntur. ff. ad ſillanianum. Abbas in cap. auditis. de
præſcriptio. & hoc dico, quia pars petit ipſum pu-
niri & caſtigari conſtito quòd iumentum interfe-
cerit. Et quia inſuper teſtes deponentes de valore
iumenti prædicti non ſe referunt ad communem
æſtimationem, prout requiritur ad hoc vt probēt,
iuxta textum in l. precia rerum. ff. ad legem falcid.
& ibi Bart. & doctor. glo. & Bart. in l. ij. de reſcin-
denda vendit. Bart. in l. vnica. de ſenten. quæ pro eo
quod intereſt. vltima colum. idcirco ſum voti Da-
nielem prædictum fore cōdemnandum ad ſoluen-
dum, & emendandum prædicto Iacobo Sabatino
iumentum prædictum, ſeu precium ipſius, & valo-
rem liquidandum, neutram partium &c. ex cauſa
eundem Danielem abſoluendo à qualibet impeti-
tione Curię ex cauſa prædicta. Et ita refero Vtriuſ
que Iuris Doctor, ac conſulo iuris eſſe, cui me com
mendo &c. ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Falſa grammatica. ſeu falſa latinitas reſultans ex vi
tio ſcriptoris in reſcripto, vel ex nimia occupatio-
ne, non vitiat reſcriptum.*
2 *Mutatio literæ loco alterius non reddit reſcriptum
nullum.*
3 *Culpa maior ſeu defectus committitur in faciendo,
quàm in omittendo.*
4 *Reſcriptum magis redditur ſubreptitium propter
expreſſionem, quàm propter omiſſionem.*
*Falſitas tacendo non committitur, niſi à teſte, & ſic
non poteſt præſumi falſitas ex omiſſione.*
5 *Falſitas eſt mutatio veritatis.*
6 *Reſcriptum ſuſtinetur vbi apparenter non conſtat
de falſa latinitate.*

Reſcrip



7 *Reſcriptum nō vitiatur ex latinitate imperfecta.*
8 *Falſitas dici non poteſt, vbi conſtat de primordio
veritatis.*
9 *De corpore vbi conſtat, etiam ſi ſit erratum in re-
ſcripto in nomine, non ex hoc vitiabitur reſcri-
ptum, ſed imò erit validum.*

## CONSILIVM XLVI.

IN Chriſti redemptoris nomine amen.
Viſo reſcripto commiſsionis cauſę vo
bis venerabilib. Pyrrho Thomaſio gal-
gana decano, & Melchioni de donato
canonicis Auerſanis: viſis quoque iurium allega-
tionibus vtriuſque partis ſuper validate, & nul-
litate ipſius reſcripti, vt prætenditur ex cauſa o-
miſsionis literę, id eſt, quia vbi debebat dicere Mel
chioni in datiuo: dicitur Melchion: in primis non
eſſet os in cælum ponere, firmare quòd hoc nomē
Melchion ſit indeclinabile: tamen vt magis iuris
clypeo quàm grammatici tutamur, prę ſertim cùm
diſceptatio de nominibus propriis ſit pertinaci-
bus relinquenda: iuxta textum in l. fi. cum glo. ff. ad
municip. dicendum arbitror ex deficientia illius
literæ, i, huiuſmodi reſcriptū nō vitiari, cùm vna
duntaxat litera deficiat. text. eſt not. in cap. ex par-
te, extrà de fide inſtr. vbi optima glo. Et licet vnus
ex magnificis aduocatis in cauſa afferat, quòd ſi re
ctè aduertatur, dicta glo. dicit, quòd ſi eſſet falſum
latinum, etiam quòd deficeret vna litera, quòd vi-
tiaretur reſcriptum: ego tamē dico quòd ſalua pa-
ce ſi rectè verba gl. ponderentur: contrarium po-
tius innuit: nam apertiſsimè ſentit dicta glo. quòd
vbi falſum latinum reſultat ex alio, quàm ex defe-
ctu vnius literæ, tunc vitiatur reſcriptū: aliàs cum
omiſsio vnius literæ ſit modicus defectus, ſi in cæ-
1 teris appareat reſcriptum legitimum, * cum ex vi-
tio ſcriptoris id proceſſerit, vel ex nimia occupa-
tione, non vitiat: & hoc in effectu dicit gl. rectè in-
tuenti. & idem ſequitur Fely. in d. c. ex parte. de fi-
de inſtru. vbi plus formaliter ſubdit, quòd genera-
liter in omni defectu ſiue ſyllabæ, ſiue dictionis, ſi
ſenſus ſcribentis non mutatur, literæ ſortiuntur ef
fectum ex ipſa bulla, pro cuius ſolennitate conſti-
to de conſenſu tales defectus non ſunt in conſide-
ratione, & ca. ad audientiam. reſtringitur, quando
falſa latinitas procedit ex alio defectu, quàm vnius
literæ: quia talis exiguus defectus poteſt continge-
re etiam ſi ſæpè inſpiciatur vnum reſcriptum: &
idem ſed non ita clarè videtur tenere Felyn. in d. c.
ad audientiam. ij. colū, de reſcri. quem in vtroque
refert & ſequitur Cardin. in conſi. xcv. incipiente,
nobilis & præſtans amic. Cui deciſioni Card. ex re
ſponſione magnifici Aduocati prædicti minimè ſa-
tisfactum comperio: ibi dum dicit in illa particu-
la in verſi. duraturis, cùm debuiſſet dicere duratu-
2 ras: * quod potuit ex trāſcurſu pennæ eueniſſe, &
mutatio literæ loco alterius nō reddit reſcriptum
nullum: prout dicit Panor. quem ipſe allegat in d.
c. ex parte. cuius auctoritas ſatis pro ſubſtētatione
dicti reſcripti ſe offert, nam ſi ex mutatione vnius li
teræ loco alterius, vel ex tranſcurſu pennæ non vi
tiatur reſcriptum, ergo multo minus vitiari debe-
ret ex omiſsione vnius literæ, cū maior ſit defectus
3 * & culpa qui committitur in faciendo, quàm qui
committitur in omittendo. gl. eſt not. in l. ſi mora.
ff. ſol. matr. & in l. quod autē. in prin. ff. quæ in frau.
credit. & in l. diuus. ff. ad ſill. & in l. ij. & in l. in lege.
ff. eo. tit. & in l. alienationis. de verb. ſign. & And. de
iſer. in procœ. conſtit. vj. col. Suffragatur bene, quia
reſcriptum magis redditur ſubreptitium propter
expreſsionem, quàm propter omiſsionē. Inde eſt
quòd nō redditur ſubreptitium ex eo omiſſo, quòd
Papa potuit ſcire ex diſpoſitione iuris, ita dixerūt
do. de Rota in deciſi. cccclxviij. aliàs deciſi. xxxij.
4 tit. de reſcript. in nouis, incip. extra rotam. * Et fa-
cit bene, quia falſitas non poteſt præſumi ex omiſ-
ſione, cùm falſitas tacendo non committatur, niſi
à teſte. gl. eſt not. in c. ne quis arbitretur. ad fi. xxij.
q. ij. Alex. in l. qui romę. §. duo fratres. vij. char. ff. de
ver. obl. & ſic minus debet reſcriptum vitiari ex o-
5 miſsione, quàm ex mutatione literæ. * Et magis de
bet iudicari falſa grāmatica in mutatione, quàm in
omiſsione, cùm falſitas ſit mutatio veritatis, & ſic
in mutatione vnius in alterū conſiſtat, ita Spec. in
tit. de aduoca. §. vtriuſque. verſi. nam falſitas. Azo
in ſumma de crimi. falſi. & eſt tex. in auth. de inſtr.
caut. & fide. in prin. & tamen licet ſi mutata litera
in aliqua parte reſcripti, quæ tamen falſam grāma-
ticam contraheret, ſi tamen conſtat de mente ſum
6 mi Pontificis, * ex quo non apparenter conſtat de
falſa latinitate, ſuſtentatur reſcriptū, dixit pulchrè
Panor. in d. c. ex parte. in fi. verbis, poſt Inno. quem
ibidem ſequitur Fely. idem Fely. in c. ad audiētiam.
7 de reſcriptis. * Accedit inſuper, quia ex ſcriptura
ſeu latinitate imperfecta non vitiatur reſcriptum,
dum tamen conſtet de mēte ſcribentis. l. ſi quis te-
ſtamento. & ibi Dy. ff. de lega. j. & facit tex. in l. qui
habebat. de manumi. teſtamen. Et quòd conſtet de
mente, apparet ex primordio veritatis, quia cauſa
cōmittitur Pyrrho Thomaſio decano, & ipſi Mel-
chioni canonico, nec alius eſt qui ita canonicus
vocetur in dicta eccleſia Auerſana nec diœceſi.
Quis ergo abneget aliter ſummum Pōtificem ſen-
ſiſſe, & id ex ſcriptoris vitio nō proueniſſe extante
veritatis primordio, quod inſpiciendū eſt, vt dixit
not. Neap. Sebaſt. in conſue. Neap. incipiēte, ſi quis
8 vel ſi qua. in ver. materna. * & alibi non poteſt dici
falſum, quod iuuatur primordio veritatis. l. cum fi
lius. §. hæres meus. & ibi Bar. ff. de lega. ij. & in l. iij.
ff. de pecu. lega. §. idem Iulian. aliàs, §. ſed ſi filius. &
Pau. de Caſt. in ſuo conſ. cl. & Neap. in loco prædi-
cto. Et quod de mente Pontificis omnino liqueat
prædictum Melchionem fuiſſe delegatum, apparet
per clauſulam ibi, Canonico Auerſano, & ſic quia
nominat eum ſub nomine canonicatus, & ſic offi-
cij, ſeu dignitatis, ſi ita dici fas eſt, quo caſu cùm cō
9 ſtet de corpore ſub nomine canonicatus, * & nemo
alius appareat canonicus in eccleſia prædicta, non
poteſt reſcriptum redargui vitioſum, dixit Bart. in
l. qui habebat. ff. de reb. dubiis. Bal. in l. ſi Fortidia-
num. C. de legat. Imò plus quando conſtat de cor-
pore, etiā ſi eſſet erratum in nomine, quòd plus eſ-
ſet, non vitiaretur reſcriptum, voluit Hoſti. in ſum
ma de reſcript. præſentati. §. quæ poſſunt, iiij. colū.
Spec. eod tit. §. fi. verſi. quid ſi indubitatè. idē Spec.
in tit. de libe. cōcep. §. iuxta propoſitionis ordinē.
verſi. quid ſi hominē. & ſentit Bar. in l. patronus. §.
libertis. ff. de le. iij. & voluerūt do. de Rota in deciſ.

 deci

deciмaſexta. in nou.in titulo de reſcript. & in an-
tiquis in deciſio.xlviij.j.colum. ibi, quia conſtat de
certo corpore.& eſt etiam in tit. de reſcript. in xij.
antiquis. Ex quibus omnibus concludo non ob-
ſtantibus oppoſitis eſſe per vos dominos delegatos
procedendum ad vlteriora in cauſa, declarando
ante omnia vos iudices competentes. Et ita conſu-
lo de iuris cenſura vobis dominis Pyrrho Thoma-
ſio, & Melchioni delegatis. Thomas Gram.

SVMMARIVM.

1 *Regnum hoc Siciliæ dicitur de patrimonio Petri, & eiuſdem Regni Rex eſt feudatarius eccleſiæ.*
2 *Rex huius regni dicitur habere directum dominium in bonis Comitum, Ducum, & Baronum ipſius, & ipſi habent vtile.*
*In regno Siciliæ ex pacto inito cum eccleſia, primogenitus ſuccedit in regno, & ſi poſt mortem Regis non extat primogenitus, Regnum deuoluitur ad eccleſiam, licet poſtmodum dicta conceſſio fuerit ampliata fauorabilior.*
3 *Rebellis punitur in amiſſione bonorum, & vitæ.*
4 *Pœna non habet locum, niſi præcedat per prius declaratio.*
5 *Declaratio non requiritur in facto notorio.*
6 *Declaratio non requiritur in eo qui notoriè tenuit caſtrum rebellatum.*
7 *Rex poteſt filium ſuum Regem cōſtituere in vita.*
8 *Rex non poteſt feudum publicatū ob delictum Baronis ad ſe reuerſum detinere pro ſe, ſed tenetur illud alteri concedere.*
9 *Dictio, præſertim, comprehēdit caſum expreſſum.*
*Pater præſumitur æqualitatem voluiſſe ſeruare inter filios.*
10 *Cauſa ceſſante ceſſat & ipſius effectus.*
11 *Præſentia coniunctarum perſonarum excludit omnem præſumptionem doli, & fraudis in contractu inito per minorem ſeu mulierem.*
12 *Mulieres facillimè ſubducuntur minis, & blanditiis.*

## CONSILIVM XLVI.

IN Ieſu Chriſti nomine amen. Excellens
Magnus huius Regni Seneſcallus Pe-
trus Iuara ob notoriam eius rebellionē
in Aragoneum Ferdinandū primum
huius Regni Siciliæ Regē, cæterorum rebellionē ſe-
quutus, omnibus eius bonis, & ſtatu priuatus exti-
tit: decedente poſtmodum prædicto rege, ex pacti
& iuris diſpoſitione ſucceſsit Rex Alphonſus eius
filius, approbatus & coronatus ab eccleſia, cui de-
nique ſucceſsit in vita Rex Ferdinandus ſecundus
eius filius à Pontifice approbatus per paternam re-
nunciationem eidem factam, qui Rex Ferdinādus
ſecundus inter alia reperitur alienaſſe ciuitatē A-
riani Illuſt. Alberico Carrafe, nunc Duci Ariani,
& ex quo adueniente Chriſtianiſsimo Rege Caro-
lo viij. in Regno aſſeritur conceſsiſſe ſtatum præ-
dicti quondam magni Seneſcali Illuſtr. do. Men
ſcial de gie prætextu matrimonij contrahendi in-
ter ipſum & do. Camillā filiam prædicti quondam
magni Seneſcalli, dubitatur an poſsint prædicti Il-
luſtriſ. domini vnuſquiſque pro eius ca. alienatio-
nem per prædictum Regem Ferdinandum ſecun-
dum factam infringere? Et proteſtatione præmiſſa
quòd ſi quid poſſet ex ī. dicendis aduerſus prædi-
ctos Sereniſsimos retro Reges, & ſignanter Chri-
ſtianiſsimi Regis Caroli octaui nunc regnātis, in-
ferri, quòd minimè congruè, vt decet de Principi-
bus magnis loqui, illud pro non nedum dicto, ve-
rum nec cogitato habeatur, ſed pro cauſæ & Illu-
ſtriſ. clientis defenſione duntaxat interrogationi
propoſitæ reſpondēdo dicto habeatur. Et præmi-
to primò quòd poſt conuocationē factam per Re-
ginam Ioannam Regis Alphonſi primi ſubſequuta
inueſtitura, ac approbatione eccleſiæ Romanæ,
omnes pariter præmentionati eius ſucceſſores fue
runt inueſtiti, approbati, & coronati de regno præ
dicto ab eccleſia, à qua regnum hoc in feudum re-
cognouerunt, cum dicatur eſſe de patrimonio Pe-
1 tri,* & Rex eius dicitur feudatarius eccleſiæ, text.
eſt in c. ad apoſtolicæ. §. præter. de re iudi. in vj. glo.
& Cardi. in Clem. j. §. j. de iureiur. in vj. & in c. re-
latum x. q. iij. Idem dixit Bald. in l. j. C. ſi plu. vna
ſenten. Bald. & Alex. in l. j. C. vnde cogn. Bald. in l.
2 j. C. de cōfeſ.* vbi plus ſubdit, quòd Rex huius Re
gni dicitur habere directum dominium in bonis
Comitum, vel Baronū, & ipſi domini habent vtile.
idem tenet Bald. in c. j. de fili. nat. ex matri. contra-
cto ad morganat. vbi in ſpecie dicit, quòd in re-
gno Siciliæ ex pacto inito cum eccleſia, primoge-
nitus ſuccedit in regno: & ſi non extat primogeni-
tus poſt deceſſum regium ſeu Regis, regnum de-
uoluitur ad Papam, licet poſtmodum dicta conceſ
ſio fuerit ampliata, & lōgè fauorabilior, prout di-
cit idem Bald. in l. cum in antiquioribus. C. de iure
delibe. vbi commemorat quaſdam conuentiones
initas inter Papam Clementē, & Regem Carolum.
refert & ſequitur Nicol. de peruſ. in ſuo tracta. ſuc-
ceſ. xlvij. col. Et ſic cum prædicti Reges regnū hoc
recognouerint ab eccleſia, dicti ſunt veri Reges,
vnde ſequitur quòd notoria rebellio prædicti ma-
gni Seneſcali in eos minimè domui Franciæ ad-
3 hærendo,* facit vt iuſtè potuerit ſtatu & bonis pri-
uari, cùm rebelles regię Maieſt. nedum poſsint bo-
nis omnibus, & quibuſcunq; priuari, verum etiam
pœna capitis plecti, imò vltimo ſupplicio condem
nari. tex. eſt in l. iij. §. fi. ff. ad le. Corn. de ſica. & in l.
proditores. de re mili. l. amiſsione. de capi. dimi. l. ſi
quis aliquod. §. trāsfugæ. ff. de pœn. & in l. pen. & fi.
ad le. Iuliā maieſt. & plenè Bar. in verbo, rebellan-
do. in glo. ſua, in tit. qui ſint rebel. Et ſi diceretur, ꝙ
nulla præceſsit declaratio de rebellione prædicta,
& ſic de pœna ipſius rebellionis incurſa per prædi
ctum magnum Seneſcallū, & iura imponentia pœ-
4 nam ipſo facto non habent locū * niſi præcedat de
claratio ipſum incurriſſe pœnam, vt dicit pulchrè
Dom. in c. j. de homi. §. fi. in vj. Bal. in ca. j. de feu. ſi-
ne culpa nō ami. & in auct. at qui ſemel. C. quomo-
do & quando iu. & ſic conſequenter non exiſtente
dicta declaratione pœnæ incurſæ alienatio iam di-
cta non videtur ſubſiſtere, per id quod in ſimili di-
xit Lap. in ſuis alleg. alleg. cxxvij. quòd beneficium
quo quis eſt priuatus ipſo iure, non poteſt alteri
conferri, niſi præceſſerit declaratio, nam præmiſ-
ſis facillimè reſpondetur, ꝙ rebellio iam dicta prę-
dicti magni Seneſcalli fuit adeo notoria, quòd nul
5 la indiguit declaratione,* ex quo in facto notorio
non



non requiritur declaratio: ita in terminis tenet do.
Abb. in c. cùm non ab homine. extrà de iudic. & in
clem. præſenti. de cenſi. Bald. in l. iubemus. la ij. §. j.
C. de ſac. ſanct. eccl. dum dicit, ſi factum reuocatur
in dubium, requiritur declaratoria ergo in facto
notorio ſecus, & ſic non obſt. quòd dicit Lapus in
ſua allegatione prædicta: & tanto plus quòd in rei
veritate ſatis intricate loquitur, & eius dictum nō
eſt omnino verum. & contrarium tenet glo. aucto.
non modicæ, in c. commiſſa. in verbo, iuſto. in fi. de
electio. in vj. & faciunt dicta Spec. in tit. de loca. §.
item aliqua. verſi. xlij. non omitto quòd in particu
lari decidit And. de Iſern. in c. ſancimus. lo ij. quo
6 tēp. mil. * vbi dicit, quòd in eo qui notoriè tenuit
caſtrum rebellatum nō requiritur alia declaratio:
prout in caſu de quo agitur, in quo nedū caſtrum,
verum etiam & totum ſtatum ſuum conſiſtens in
ciuitatibus, terris, & caſtris quampluribus tenuit
prædictus quondam magnus Seneſcallus rebella-
tum contra prædictum Regem Ferdinandum pri-
mum: Reges ergo prædicti fuerunt inueſtiti, appro
bati & coronati ab eccleſia: per quæ ſatis apparet
eiſdem fuiſſe conceſſa regalia: vt dicit Bal. in c. j. in
fi. vltimo not. quę ſint rega. & per conſequens ſuos
Barones rebellionem committentes rebelles repu
tare, & priuare: & ſignanter prædictum magnum
Seneſcallum rebellem notoriū: & ſic licuiſſe etiam
dicendum eſt prædicto Regi Alphonſo ſecundo
7 Ferdinādum filium ſuū Regem conſtituere, * cùm
Rex poſsit filium ſuum Regem conſtituere, dixit
Archi. in ca. obiicitur. ij. q. j. qui Rex Ferdinandus
ſecundus vltra renunciationem regni ab eius pa-
tre ſibi factam, etiam ob dicti eius patris mortem
in regno ſucceſsit. Et ſic ſequutus quòd auus & pa
ter fecerunt ciui. Ariani in ipſum Albericum Du-
cem alienauit eidem regi, & prædeceſſoribus de-
8 uolutam, vt ſuprà, & ad quam alienationem de iu-
re accedere debebat, cùm rex non poteſt feudum
publicatum ob delictum Baronis ad ſe reuerſum
penes ſe retinere, ſed debet illud alteri concedere,
ita Bal. in c. j. §. ſi verò vel in totū. quali. feud. olim
pote. alien. Et ſic prædicto magno Seneſcallo ita le-
gitimè, & de iure priuato minime in aliquibus iu-
ribus poterat eius filiæ ſucceſsiſſe, maximè domi-
na Helionora, per cuius ſucceſsionem ſub ingredi
tur in præſentiarum Illuſtriſſ. dominus de Alagni
virtute Capitulorum initorum inter ipſum, & do-
minam Iſottam vxorem prædicti quondam magni
Seneſcalli, & matrē prædictæ Helionoræ, cùm præ
dicta Iſotta promiſerit in dotem idem Illuſtr. do.
de Alagni bona omnia ſpectantia, & pertinentia
eidem Helionoræ ex ſucceſ. paterna & materna, &
ſignanter ſtatum quondam Principis Altemuræ, ꝙ
replicauit, & reiterauit per duplicia capitula, qui
ſtatus eſt longè maioris redditus, & valoris, quàm
ſtatus prędicti magni Seneſcalli, vnde dato abſque
veri præiudicio quòd rebellio prædicta ceſſaret,
promiſſa dote de ſtatu prædicto per dictionē, præ-
ſertim, ſatis apparet quòd ſtatus duntaxat princi-
pis Altemuræ ſit obligatus pro dictis dotibus, cùm
dictio præſertim, comprehendat caſum expreſſum
tātum. tex. eſt in c. j. de excep. & in c. diſcretionem.
de eo qui cogno. conſang. vxor. ſuæ. Et ſic videtur
inferri ſtatum magni Seneſcalli fuiſſe reſeruatum
pro domina Camilla, alia eius filia, & ſorore prædi
ctæ Helionoræ propter æqualitatem ſeruandam
inter filios: cùm præſumantur parentes æqualita-
tem velle ſeruare inter filios, ad euitandum odium
9 *quod inter eos oriri poſſet ex inæqualitate ſerua-
ta. tex. eſt ſingu. in l. cum oportet. in prin. C. de bo-
nis quæ lib. l. cùm pater pluribus. §. dulciſsimis. de
leg. ij. & in §. illud. in auth. de trien. & ſemi. & not.
in auth. ex teſtamēto. C. de colla. & in l. inter filioſ-
fami. erciſc. & in l. ſi maior. C. communi diui. & ita
dicit Pet. de Ancha. conſulendo in conſil. xxxij. in
Chriſti nomine amen, ante omnia. Nec obſtare po
teſt modo aliquo prædicto Duci aſſerta donatio
facta prædicto Illuſtr. Meneſcial de gie, quia pro-
teſtatione præmiſſa ſemper loquēdo, donatio præ
dicta fieri non potuit per prædictum Regem Caro
lum in præiudicium prioris, & anterioris inueſti-
turæ regni factæ primo loco per eccleſiā prædicto
Sereniſsi. Regi Ferdinando ſecundo, cuius appro-
bati, & tollerati in regno geſta tenent & valent. l.
Barbarius. de of. prætor. & in l. ſi arbiter. C. de ſen
ten. Accedit inſuper, quia donatio ſeu conceſsio
præmiſſa præſupponitur facta prætextu matrimo-
nij contrahendi cum prædicta Domina Camilla,
quæ cauſa cùm ceſſauerit, & matrimoniū effectum
non habuerit, ceſſat & conceſsio prædicta. ca. cum
ceſſante. de app. c. cum infirmitas. de pœnit. & re-
10 miſ. & in l. adigere. §. quāuis. de iure pat.* quinimò
do. Camilla prædicta cùm matrimoniū prædictum
minimè executum fuerit, cum alio ſe matrimonio
copulauit, & dotata fuit in ducat. tribus mille de
propria Regis Federici pecunia, do. Regina Iſabel
la eius conſorte intercedente, tanquam eiuſdē con
ſobrina, contemplatione cuius matrimonij, & do-
tis receptæ cum interuentu prædictæ dominæ Iſot
tæ, matris, & prædictæ Sereniſsimæ Reginæ eius ſo-
roris omnibus iuribus ſibi fortè competētibus, ac
ſpectātibus ſuper ſtatu prædicto renunciauit, tam
prædicto Sereniſsimo Regi, quàm habentibus cau
ſam à ſua Maieſtate, vnde in præſentiarum mini-
mè allegare poteſt ſe ſubductā ad renunciandum,
11 cùm interuentus prædictæ eius matris,* & Reginæ
ſororis, vt proximiorū, & coniunctarum perſona-
rum, excludat omnem ſubductionem, & metū, per
tex. in l. tranſactionē. C. de tranſact. ſecūdum Saly.
& doct. communiter ibidem. Hinc eſt quòd licet
actus reſcindi poteſt ob metum reuerentialem, ta-
men hoc non procedit, quando interuenit præſen-
tia coniunctarum perſonarū, ita Bar. in l. fi. j. col. ff.
ſi quis aliquem teſt. prohib. Bal. in l. fi. C. eo. tit. An.
de Butr. in c. cauſam matrimonij. & ibidem Felyn.
in offic. deleg. Et ideo rationabilia ſunt ſtatuta, &
æquiſsima diſponentia, vt in contractibus mulie-
rum vel minorum interueniat præſentia coniun-
ctorum ad excludendum omnem præſumptionem
12 metus, & doli, cùm mulieres * facillimè ſubducan-
tur minis vel blanditiis, ita dixit Bart. in d. l. tranſa-
ctionem. Bal. in l. ij. circa fi. per illū text. C. de ado-
ptio. & in l. ij. in decima quæſtione. C. de reſcind.
vendi. Ex quibus concluditur his ſic in facto præ-
miſsis, neutri prædictorū Illuſtr. dominorum ius
aliquod cōpetere aduerſus prædictū Illuſtr. Albe-
ricū Carrafam Ducē Ariani ſuper ciuitate Ariani
prædicta, & ita ſentio de iuris cenſura, rectius antē
ſentiens

ſentiens rectius iudicium proferat: & illud iuſtitiæ
emolumentum attuliſſe contentus ero, ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium lite pendente obtentum non ſuffragatur impetranti.*

2 *Impetrare lite pendente eſt innouare.*

3 *Priuilegium poſt ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam impetratum, non valet.*

4 *Lis dicitur pendere, etiam per ſententiam à qua fuit appellatum.*

5 *Priuilegium tacens de reſcripto præcedenti non valet.*

6 *Priuilegium tacito de reſcripto, ſeu proceſſu facto cum impetrante non tenet.*

7 *Principis de intentione non præſumitur eſſe velle præiudicare iuri alterius ſibi incognito.*

8 *Principi debet exprimi qualitas, qua expreſſa, aut ipſe non concederet, quod petitur, vel difficilius concederet, aliàs non tenet conceſſio.*

9 *Poſſidens iniuſtè beneficium ſi impetrat literas ad illud, non facta mentione de ſua poſſeſſione, literæ erunt ſubreptitiæ.*

10 *Reſcriptum ſeu priuilegium obtentum non facta mentione de ſententia lata contra impetrantem, nec de condemnatione expenſarum non tenet. Et ſimiliter ſi non meminit de tranſitu in rem iudicatam. & nu.* 11.

12 *Reſcriptum ſeu priuilegium non faciens mentionem de appellatione interpoſita à ſententia lata, non tenet.*

13 *Baſtardus ſeu ſpurius eſt infamis, & de ipſo requiritur fieri expreſſa mentio, vt reſcriptum, ſeu priuilegium teneat.*

14 *Princeps ad hoc vt dicatur promouiſſe ſcienter inhabilem, oportet quòd de certa eius ſcientia apparuerit, aliàs non præſumitur.*

15 *Clauſula, ſupplentes omnes defectus, ex plenitudine poteſtatis non tollerentur defectus concernentes perſonam, vt ſi ille eſſet ſpurius, vel baſtardus.*

## CONSILIVM XLVIII.

REdemptoris gentium Præſidio repeti-
to, amen. In cauſa venerabilis clerici
Iacobi de tufo aduerſus Marcum An-
tonium de Riccardis de Auerſa, com-
miſſa cauſa Reuerẽdo capellano maiori ad inſtan-
tiam ipſius Marci Antonij, fuit contra eundẽ agen
tem lata ſententia etiam cum condemnatione ex-
penſarum, à qua in rem iudicatam tranſacta, fuit
per eundem Marcum Antonium appellatum: nec-
non à taxatione expenſarum ad S. regium Conſi-
lium: & ſic appellatione ab vtroque pendente præ-
tenſum priuilegium ſuper collatione iuris patro-
natus S. Mariæ Magdal. de quo lis agitur ſuper poſ
ſeſſorio, ab illuſtriſsim. d. Prorege, licet obreptitiè
ac ſubreptitiè impetrauit innouando: ſicque ante
omnia fuit petitum innouata & attentata ad priſti-
1 num reſtitui: * ex quo in preiudiciũ predicti Iacobi
huiuſmodi priuilegium lite pendente impetratum
non ſuffragatur eidem Marco Anto. tex. eſt not. in
c. cauſamque. lo ij. extrà de teſti. & ibi docto. com-
muniter: & ibidem optima gl. in verbo, nouiter. &
tex. in c. vlt. vt lit. pen. & in ca. dudum. extrà de pri
2 uileg. * Ex quo lite pendẽte impetrare eſt innoua-
re: dicit gl. optima in cle. ij. vt lit. pend. Et in ſpecie
3 * quòd priuilegium poſt ſententiam quæ tranſiuit
in rem iudicatã impetratum, non valet, eſt tex. in l.
j. C. vt lit. pend. gl. in c. ſi. extrà eo. titu. & bene pro
batur in rub. ibi, dum dicitur, vt lite pend. vel poſt
prouocationẽ, vel poſt ſententiã non licet suppli-
4 care. * Et pariter quòd per ſententiã à qua fuit ap
pellatum, dicatur lis pendere, eſt gl. not. in clem. ij.
in verbo, poſtquam: & ibi etiã Cardi. vt lit. pend. &
iſta eſt veritas. Et præſertim cùm huiuſmodi priui-
legium, vt ex eius exemplo accepimus, fuerit ſub-
reptitiè & obreptitiè obtentum, vt ex eius tenore
datur clarius apparere. Hinc eſt quòd nullo pacto
ipſum amplius exhibere, aut in actis relaxare intẽ-
dit: & quòd ſit ſubreptitium, & obreptitium appa-
ret in primis tacitum in impetratione ipſa de pri-
mo reſcripto, per quod cauſa fuit commiſſa Reue-
rendo capellano maiori, cuius taciturnitas vitiat
5 dictum priuilegium: * ex quo priuilegium tacẽs de
reſcripto præcedenti non valet: vt dicit pulchrè
Abb. in c. j. in fin. de reſcript. Fely. in c. cæterùm. iij.
col. eo. tit. & præſertim procedit in literis ad bene-
ficia: prout in caſu in quo ſumus, in quibus tacitur
nitas ſtatuti vel reſcripti, ſeu alterius iuris vitiat:
voluit Imo. in d. c. j. de reſcript. Philip. in c. dilecto.
de appellati. & hoc per rationem: quia tales literæ
creant ius de nouo: & ideo facilius inualidantur:
dixit pulchrè Imo. in c. cum ordinem. de reſcript.
iij. col. quem refert & ſequitur Felyn. in prædict. c.
j. x. colũ. Et nedum tacere voluit de reſcripto, ſed
6 etiam de proceſſu fabricato ſuper eo. * Quamob-
rem minimè eidem dicta impetratio opitulatur,
per tex. in c. inter monaſterium. de re iudi. & eſt bo
na gl. in c. ſuper literis. de reſcript. & vbi reſcriptũ
præcedit priuilegiũ, quia priuilegiũ tunc non præ-
dominatur reſcripto, nõ nocet cauſæ inchoatę, niſi
fiat mentio proceſſus, voluerunt Butri. Domin. &
Imo. & Abb. in c. j. de reſcrip. per tex. in c. dilectus.
vt lit. pen. & in c. cauſam. lo ij. extrà de teſtibus. Or
quanto magis in caſu iſto, vbi extat proceſſus, &
ſententia, ex quibus apparet de iuribus prędicti Ia
cobi, de quo quidem nec de eius iuribus prędictus
aduerſarius nullam fecit mentionẽ, & certè nõ eſt
de intẽtione principis præiudicare iuri alterius ſi-
bi incognito, vt dicit Io. de ana. & Domi. in c. ſi mo
7 tu. de præben. in vj. * & pręſertim cùm in ſpecie di-
xerit in priuilegio prædicto, iuribus alienis ſem-
per ſaluis, & ſic ſuccedit ꝙ expreſsis iſtis difficul-
tata fuiſſet impetratio priuilegij, & gratia fuiſſet
nulla, per tex. in c. poſtulaſti. de reſcript. cum vulg.
Item & tertiò minimè prędictus aduerſarius noti-
ficauit Principi, ꝙ ipſe ſpoliauit prædictum Iaco-
bum, quod quidẽ ſi Principi ipſi fuiſſet expreſſum,
8 non conceſsiſſet, * vel difficilius cõceſsiſſet, ſi qua
litatem hãc ſciuiſſet, videlicet ꝙ impetrator alium
ſpoliaſſet, cùm hoc tacere vitiet gratiã. Ita in pro-
priis terminis voluit pulchrè Felyn. in c. in noſtra.
v. col. extrà de reſcri. per tex. in præallega. c. poſtu
laſti. Ad idem quod not. Calde. in tit. de reſcri. cõſ.
xiij. in ti. de præbẽ. conſ. xj. vbi dixit, ꝙ ſi poſsidens
9 iniuſtè beneficium impetrat literas ad * illud, non
facta mentione de ſua poſſeſsione, eo modo literæ
impetratæ dicuntur ſubreptitiæ, idem refert & ſe-
quitur Fely. in prædicto c. in noſtra. v. col. Item &
quartò in dicto priuilegio nulla fuit facta mentio
de ſententia lata & contra ipſummet impetrantem
etiam in expenſis condemnatum: quo etiam * caſu
10 dicta impetratio non ſubſiſtit, arg. c. inter dilectos.
extrà de fi. inſtru. & l. vlti. C. ſenten. reſcin. non poſ.
ita in ſpecie per prædicta iura tenet glo. communi
ter approbata in ca. ſuper literis. in verbo, literas.
extrà de reſcrip. imò * & plus minimè fuit dictum
11 quòd erat ſententia ipſa tranſacta in rem iudicatã.
ex quo etiã capite clarius apparet impetrationem
prædictam minimè tenere: vt dicit glo. in d. c. ſuper
literis. de reſcrip. in verbo, literas. bonus eſt text.
& ibi doct. in c. expoſita. de arbi. gloſ. in c. j. in ver-
bo, finita. de lit. conteſt. in vj. & l. impetrata. C. ſen-
ten. reſcin. non poſ. Card. in c. cùm olim. ad finem.
de præſcript. referens ita conſuluiſſe, & eſt dictum
conſi. lxvij. idem referendo tenet & ſequitur Fely.
in c. j. x. colum. extrà de reſcri. & in prædicto c. ſu-
per literis. ix. colum. eod. tit. Item & quintò tacuit
etiam pars aduerſa appellationem à ſe fuiſſe inter-
12 poſitam: * ex quo etiam redditur impetratio præ-
dicta obreptitia: vt dicit gl. pluries allegata in præ-
dicto capit. ſuper literis. per text. extrà de reſcrip.
idem voluit Rota de reſcriptis. xxv. incipiente, ſi
reus. in nouis. refert & ſequitur Fely. in d. ca. ſuper
literis. viij. col. Vltimò vrgentiſsimè obſtat prædi
cto Marco Antonio parti aduerſæ defectus nata-
lium, cùm fuerit, & ſit natus ſpurius, & filius ſacer-
dotis, & per conſequens infamis, ſecundum Azon.
in ſumma, de his qui not. infam. Bald. in l. generali-
ter, §. cùm autem. de inſtitut. & ſubſtit. & in l. j. pri-
ma colum. C. de iure au. anul. Hoſti. in ſumma, in
titul. de fil. presbyt. in §. quæ eſt cauſa. & Nicol. de
Vbal. in tract. ſucceſ. ab inteſt. xxvj. colũ. in quarta
ſpecie. Fely. refert & ſequitur Iaſ. in l. fratres. vlti.
colum. C. de inoffic. teſta. ſed infamis repellitur ab
omni officio, & dignitate eccleſiaſtica, vt dicit
Bal. in l. Caſsius. de ſena. & Fely. in cap. j. iij. colum.
extrà de teſtib. cog. imò ſi indignus patitur ſe eligi
ignoranter, de ſua indignitate ſi conſentit electio-
ni punitur, dicit Bal. in d. l. Caſsius. & Fely. in loco
prædicto. Nec apparet quòd Illuſtriſ. dominus Pro-
rex ipſum ſcienter promouerit, cùm nulla appa-
reat facta mentio de ſpurietate prædicta, nec quòd
aliter ſuper ea diſpenſatũ fuerit. Et ad hoc vt prin-
ceps dicatur ſcienter promouere inhabilem, opor-
tet quòd de certa eius ſcientia apparuerit, alias nõ
præſumitur. Rota in concluſ. cccxxij. incipi. ſi ro-
mana Curia informis. per Bald. in c. j. ij. colum. per
quos ſi. inueſt. refert & ſequitur ita in ſpecie Fely.
in d. cap. prætereà. iij. col. de teſtib. cogend. & in tan
tum requiritur quòd dicta ſpurietas notificetur
principi, quòd etiam ſi Princeps apponeret clauſu-
lam, ſupplentes omnes defectus, ex plenitudine po
teſtatis non tolleretur defectus concernens perſo-
15 nam, * vt ſi ille eſſet ſpurius. voluit Specu. in tit. de
loca. §. nunc oſtendendum. verſicu. xvj. & ibi Ioan.
Andr. in addit. qui pro hoc allegat text. in c. paſto-
ralis. de re iudic. & ſequitur Alex. de Imol. in l. qui-
dam conſulebant. ij. col. ff. de re iudic. imò & plus
etiã per clauſulam, motuproprio, non tollitur vi-
tium concernens perſonam, ita dicit gl. & ibi Ioan.
Andr. in c. ſi motu. de præben. in vj. Bald. in l. fin. de
crimin. ſacrileg. & Alexand. in d. l. quidam conſule-
bãt. In reliquis ſuppleat ampliſsima ſacri Chriſtia-
niſsimi Conſiſtorij religio, ac conſueta iuſtitia.
Thomas Grammaticus.



SVMMARIVM.

1 *Res inter alios acta alijs non præiudicat.*

2 *Statuto extante quòd ſententia contra vnum lata poſſit exequi contra alium, non tenet.*

3 *Sententia lata contra vnum, licet præiudicet tertio, debet intelligi tunc præiudicare, quando ille tertius fuiſſet in cauſa ipſa citatus.*

4 *Sententia lata contra vnum, licet poſſit tertio nocere, id tamen non habet locum, quando ille tertius fuiſſet abſens, & ignoraſſet dictam ſententiam, nec ad eam citatus fuiſſet.*

5 *Sententia non poteſt exequi, niſi conſtet de præſentia partis in ſententia, vel quod fuerit citata pars tempore latæ ſententiæ.*

6 *Sententia ſi eſt lata contra aliquem, qui demum moritur non facta executione contra ipſum, non fiet demum contra hæredem, niſi ipſo hærede citato, & cognoſcatur ſummariè an ſua interſit num.* 7.

8 *Executio ſententiæ non poteſt fieri contra hæredem condemnati, niſi hæres ipſe citetur, & in ipſa cauſæ cognitione liquidetur, an hæres habeat cauſam à condemnato.*

9 *Statutum quòd inſtrumentum guarentigiæ poteſt mandari executioni contra hæredem defuncti, ſicut ſi eſſet ſententia, oportet quòd per prius citetur hæres, & liquidetur, an ſit hæres: & idem erit ſi debet fieri contra tertium poſſeſſorem, ſeu detentorem. num.* 10.

11 *In executione licet non requiratur citatio, maximè vbi ſit in eadem re, de qua eſt facta condemnatio, tamen fallit vbi ſit contra ſucceſſorem, quia debet citari.*

12 *Tertius poſſeſſor vbi fuiſſet citatus in iudicio, eo caſu poſſet exequi contra ipſum.*

## CONSILIVM XLIX.

REdemptoris gentium Repetito ſuffra-
gio, amen. In facti contingentia pro
ponitur, quòd clericus Loyſius caye-
tanus de Neap. producit executoria-
les literas diu etiam expeditas ſuper abbatia ſancti
Ioan. maioris de Neap. contra quendam abbatem
Franciſ. cimnum, tunc dictę abbatiæ Rectorem, in
eius contumaciam tenente nunc & poſsidente Ab-
bate Carolo follerio, recuſante expreſsè eiſdẽ lite-
ris obtẽperare, tanquam in eiſdẽ minimè ipſo Ca-
rolo poſſeſſore cõprehenſo, nec nominato. Hæſita-
tum igitur fuit an poſſent exequi cõtra ipſum ab-
batem non citatũ, nec vocatum, aut nominatũ, ſeu
comprehenſum in eis. Et certè intrepidè dicẽdum
1 eſt ꝙ non: incipiẽdo in primis à vulgaribus, * cùm
res inter alios acta aliis nõ præiudicet. vulg. l. ſæpè.
cùm vulg. ff. de re iudi. & plenè Alex. de imo. ibidẽ
in iij. col. c. quãuis. extrà eo. ti. vbi ſententia contra
vnũ lata nõ nocet tertio. & hoc ex naturali ratio-
ne: quia geſta debent ad authores ſuos reſtringi, &
nõ extendi. l. ſancimus. C. de pœn. c. quæſiuit. de his
quæ fi. à maior. par. cap. ij. Anton. & Abb. in capit.
2 penulti. extrà eod. titulo. * Imo etiam ſi ſtatutum
dictaret

dictaret quòd ſententia contra vnum lata poſsit
exequi contra alium, huiuſmodi ſtatutum non te-
neret: ita Alexand. in præallegata l.ſæpe.& præſer
tim quia prædictus Abbas Carolus non fuit mo-
do aliquo nec in iudicio, nec in ſententia prædicta
3 citatus.* Et licet in aliquibus caſibus ſententia la-
ta contra vnum præiudicet tertio, tamen id habet
locum quando fuiſſet ad eam citatus ille tertius:
prout tenent Imol.& Ioan.Andr.in capit.fin.vt lit.
pend.in vj.in nouel. quos refert & ſequitur Alexã.
4 in præallega.l.ſæpè, iij. colum.* Et licet in aliqui-
bus caſibus ſententia lata contra vnum poſſet ter-
tio nocere, tamen illud nõ habet locũ quando ter-
tius fuiſſet abſens,& neſciuiſſet dictam ſentẽtiam,
ſed ipſam ignoraſſet, nec ad eam citatus fuiſſet. l.
qui repudiantis.C.de inofficio.teſta. Bart.in l.cùm
filius. de verb. obligat. Alexand. in l.licet. §.idem
ſcribit:ff.de pecu. Hinc eſt, quòd ſententia non po
teſt exequi, niſi conſtet de præſentia partis in ſen-
5 tentia, vel * quòd fuerit citata pars tempore latæ
ſententiæ, ita dicit Guliel.de Cun.in l.j. ff.de in ius
vocan.Inno.in c.cùm in iure.in gloſ. ſua, in verſic.
de mandato. de offic.delega. & Bald.in margar. in
verb.ſententia.colum.v.poſſet ex aduerſo inferri,
quòd in caſu de quo hic, vltra ſententiam fuerunt
diu eſt expeditæ literæ executoriales aduerſus quõ
6 dam Abbatem Franciſcum Ciminum:* & ſic non
rectè infertur, quòd poſsint exequi in præſentia-
rum contra prædictum Abbatem Carolũ non no-
minatum in iudicio, nec in ſententia, nec in præce-
dente aliqua cauſæ cognitione contra ipſum Ab-
batem Carolum, aut intimatione, ſeu citatione ali-
qua, ita dicit ſingulariter Inn.in c. quia V. extrà de
iudi. quem ibidem referunt & ſequuntur do. Ant.
& Cardin. Abb.in c.abbate ſanè. de verbo.ſignific.
Angel.in l.j. C.ſi vnus ex plur. & in l.ſi binæ. & ibi
Bald.& Imol.ff.de iniu.rup. & irrit.teſt. Bald.in l.ſi
pro te. C.de dotis promiſ.& plus dicit Innocen.in
7 loco prædicto,* quòd ſi contra aliquẽ eſt lata ſen-
tentia, & moritur non facta executione, quæ ſola
reſtabat fieri, certè executio talis non fiet contra
hæredem, niſi citetur & cognoſcatur ſummariè, an
ſua interſit: facit pro hoc optimè doctrina Bartol.
8 in l.creditores.C.de pigno.* vbi dicit, quòd etiam
contra hæredes condemnati poteſt fieri execu-
tio, niſi citetur, & in iſta cognitione liquidabi-
tur an hæres habeat cauſam ab eo, qui fuit cõdem-
natus. Accedat bene, quòd ſi ex forma ſtatuti in-
ſtrumentum guarentigiæ non poteſt mandari exe-
cutioni etiam contra hæredem defuncti, ſicut eſ-
9 ſet ſententia, oportet quòd prius citetur hæres* &
quòd liquidetur an ſit hæres, & talis perſona con-
tra quam fieri poteſt executio: prout dixit Bald. in
10 l.per diuerſas.vj.colum.C.mand.* tamen iſtud eſt
verũ non ſolùm quando debet fieri executio con-
tra hæredem, ſed etiam ſi deberet fieri contra ter-
tium detentorem: ita dicit Franciſc. de Aret. in d.
ca. quia V.de iudic.referens ita ſingulariter dicere
Bartol.in l.j.ff.ſi mulier ven.nomi.Bald.in l.j.C.de
executio.rei iudic. Adduco & fortius quod voluit
Angel.in l.j.in repetit.in iij.char.C.de iudic. quem
refert & ſequitur Felyn.in d.cap.quia V. vbi dixit,
quòd licet in executione non requireretur citatio,
& maximè vbi ſit in eadem re de qua eſt facta con-
demnatio: vt dicit Innoc. in c. ex ratione. extrà de
appel. doct.in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de
11 re iudic.* tamen fallit vbi executio fit contra ſuc-
ceſſorem, quia debet citari, nec videtur poſſe ob-
ſtare, quòd prædicto Abbati Franciſco fuerunt da
tæ plures dilationes, tamen ſucceſſori adhuc dabi-
tur vna alia, vt dixit Ange.in l. oratione. ff. de feri.
Ange.& Imo.in l.iiij.§.ex conuentione.ff.de re iu-
dic. Barto.in l.tale pactum.§.qui procurauit.ff.de
pact. Imola in l. intra dies. ff. de re iudic. & tamen
prædictus Abbas Carolus non fuit immediatus
ſucceſſor prædicti Abbatis Franciſci. Poſſet vltimò
ex aduerſo attentari quòd eſſemus in caſu litigio-
ſi, & propterea videretur permiſſa executio contra
prædictum Abbatem Carolum, licet tertium poſ-
ſeſſorem, prout videtur de mente Bald.in l.j.C.de
12 alien.iudi.* nam reſpondeo, quòd iſtud vendicat
ſibi locum, quando Abbas Carolus, vt tertius poſ
ſeſſor, fuiſſet citatus in hoc iudicio: ita Bald.in loco
prædicto, & ante ipſum Innoc. in prædicto c. quia
V.de iudic. Philip.in cap.ex ratione. 50. colum.de
appel. Et hęc pauca raptim data temporis anguſtia
ſcripſiſſe volui, in cæteris ſuppleat ſuprema facun-
dia tot patrum conſcriptorum S.Regij Conſilij.

Thomas Grammaticus.

## Svmmarivm.

1 *Mulier attenta ſexus fragilitate & inconſtantia, citius delictum confitebitur, quàm homo: cùm habeat cor inſtabile propter ſexum fragilem. numero 2.*

3 *Tormentorum probabilis ſuſpicio idem operatur, ac ipſorum illatio.*

*Teſti torto longè maior fides per torturam adhibetur ſibi.*

*Teſtis qui aliàs non faceret indicium, ſi tortus bene probat.*

4 *Crimen ſeu peccatum licet aggrauet delictum, tamen illud procedit in peccato continuato, ſecus in tranſitorio.*

5 *Fornicatio eſt crimen ſine quo pauci inueniuntur.*

6 *Teſtis ſi conuincitur de crimine, non tamen notorio, ſeu manifeſto præſumitur emendatus, niſi aliud in oppoſitum probetur.*

7 *Teſtis & alius quiuis criminoſus, ſi bene vixit per triennium, præſumitur emendatus, licet per prius malè vixerat: & ſic mali mores præteriti præſumuntur purgati, ſi per triennium continuauit in bonis moribus.*

8 *Status vltimus rei conſiderandus eſt.*

9 *Ex præterito non præſumitur in præſenti, nec in futuro.*

10 *Teſtes meos approbare poſſum, quos aduerſarius meus reprobauit.*

11 *Teſtes meos probare poſſum bonæ famæ, quos aduerſarius probauit malæ famæ.*

12 *Teſtis pauper non repellitur ex hoc, quòd ſit pauper.*

13 *Teſtium defectus ſuppletur in numero eorundem.*

14 *Teſtes inhabiles probant, vbi ex natura facti veriſimiliter alij teſtes adeſſe non potuerunt.*

15 *Coniecturæ in caſibus clandeſtinis, & occultis habentur loco plenæ probationis.*

Occultè



16 *Occultè factum dicitur, quando non eſt peruentum ad notitiam illius cuius intereſt. num. 17.*

18 *Probatio per coniecturas ſufficit in ſecretis.*

19 *Secretum non dicitur, quod per ſufficientes teſtes probari poteſt.*

20 *Teſtes pro matrimonio filiæ poſſunt eſſe mater puellæ, & conſanguinei, licet plebeiæ, aduerſus nobilem amore ipſius puellæ captum.*

*Paritas contradictionis, ſi apparet probata, multum operatur in matrimonio inter coniuges, ibidem.*

24 *Mendacium facit magnum indicium contra mendacem, & magnam ſuſpicionem.*

25 *Cauſæ matrimoniales æquiparantur cauſis criminalibus.*

26 *Indicia plura coniunguntur ad perficiendum vnam integram probationem.*

27 *Probatio plena reſultat ex multis indicijs iunctis ſimul.*

28 *Teſtes ſufficit eſſe concordes in ſubſtantia principalis negocij, licet in alijs diſcordent: quia ex hoc non poſſent reputari varij ſeu ſuſpecti.*

29 *Teſtes varij qui in diuerſum eant, non probant vt ſingulares, ſed ſi conferunt in eundem rei finem, dicuntur conteſtuales & conferentes in vnam concluſionem. Et eo caſu videntur tunc teſtes ipſi melius deponere.*

30 *Teſtes etiam quòd in ſubſtantia negocij in modico contradicant adinuicem probabunt.*

31 *Teſtes poſſunt hodie recordari de eo, de quo pridie non recordabantur.*

32 *Teſtes poſſunt per iudicem repeti, vt addant eorum dictis.*

33 *Teſtis poteſt addere eius dicto id, de quo non habuit memoriam in primo dicto, ſi cum primo dicto ſe compatitur. Et an & quando ſit permiſſum teſti addere. num. 34.*

35 *Teſtis varius reducendus eſt ad concordiam in quantum poteſt, vt probet. nu. 36. 37.*

38 *Teſtium dicta non ſunt cauillanda, ſed reducenda ad bonum intellectum. num. 39.*

40 *Teſtium dictis ſatis eſt quòd non reperiatur varietas inexcuſabilis.*

41 *Teſtium dicta debent impropriari, & latè intelligi vt ſuſtineantur.*

42 *Teſtes licet non dicant formiter, prout in articulo continetur, probant: reprobata opinione Anto. de Butr. quæ ſola intelligitur in verbis teſtatoris. vel vbi ſe aſtrinxit ad probandum verba formalia ipſius. & num. 43 & 44.*

45 *Iudicandum in dubio ſemper eſt pro matrimonio.*

46 *Opinio vnius doctoris pro matrimonio eſt ſequenda, & ſecundum eam iudicandum, licet multorum opinio ſit in contrarium.*

## CONSILIVM L.

IN Ieſu Chriſti redemptoris nomine,
Amen. In cauſa Nicolai Franciſci mer-
catant. de Neap. cum Iacoba Cicada, ſu
per matrimonio, vt prætenditur con-
tracto inter eos. Difficultas conſiſtit, an ex pro-
batorum meritis appareat matrimonium prędictũ
fuiſſe contractum. Et dubium faciebat quòd non,
conſiderata repulſa teſtium in ſpecie de matrimo-
nio iam contracto deponentium: prout infrà ſigil-
latim demonſtrabitur, tam circa impugnationem,
quàm releuationem ipſorum. Et concluſiuè auda-
cter ac iuridicè teneo teſtes ipſos remãſiſſe illæſos
omnes, & minimè repulſa aliqua attinctos ex infrà
dicendis. Et in primis quo ad Andriellam de Ci-
priano teſtem productam, quæ accuſata de falſo in
magna Cur. Vicariæ, & carcerata, ac demum ducta
ad locum torturæ, & monita per regentem & iudi-
ces, reſpondit verum eſſe dictum matrimonium
fuiſſe contractum inter ipſos: & tandem ligata ma-
nibus poſt terga reuinctis, idem monita affirma-
uit, & pluries, & verbis & minis monita in idem
perſeuerauit, licet etiam fuiſſet irato vultu alguze-
riis iniunctum, vt ipſam altiarent & torquerent:
ex quibus quidem ſatis apparet torta: maximè at-
tenta mulierum fragilitate & inconſtantia, quæ ci-
1 tius confitentur:* cùm habeant cor inſtabile. l. fi-
lia. de inoffic. teſta. c. forus. de verbo. ſignifi. l. defer
re. & ibi Bart. de iure fiſci. Ita ex præmiſsis dicunt
Modern. in tracta. ſyndi. in verbo, tortura. Io iij. in
c. officialis. iij. colum. in ver. & quando pater, & in
verbo tortura. Io ij. in c. officialis. iij. col. & in c. vi-
ſo. de iudiciis. vbi melius not. l. in multis. ff. de ſta-
2 tu hominum.* & his poteſt ratio aſsignari, cùm
mulierum ſexus fragilis ſit, vt dicit Spec. in titu. de
acto. verſic. item opponitur contra actorem. & ma
ximè cùm idem operatur probabilis ſuſpicio tor-
3 mentorum,* quod & ipſorum illatio, vt dicit pul-
chrè Dyn. in l. nouiſsimè. ff. quod falſ. tut. auct. Bal.
in l. interpoſitas. in fi. C. de tranſact. & in c. j. §. item
ſacramenta. de pace iura. firman. & in c. ſi. in fin. de
appel. & plenè Iaſ. in l. ſi ob turpem. iij. colum. ff. de
cond. ob turp. cau. Et ſic ſuccedit ſatis eſſe creden-
dum teſtimonio prædictæ Adriellæ tanquam tor-
tæ, cùm teſti torto longè per torturam ipſam fides
augeatur, vt not. Dy. & Bal. in l. ſi. C. de quæſti. & in
l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. & in l. j. C. de
fur. vnde teſtis qui aliàs nõ faceret indicium, tor-
tus bene probat. dixit pulchrè Bal. in ſuo conſilio
lxxij. quem referunt & ſequuntur Modern. in l. ad-
4 monendi. fol. xiiij. ff. de iureiur.* Accedit inſuper
& Lucia alia teſtis, quæ repelli ex aduerſo nititur
prætextu quòd ſemel ſe carnaliter cognoſci paſſa
fuit. Dico enim, quòd nõ ex hoc repelli debet, nec
poteſt: quia licet crimen, ſeu peccatum aggrauet,
tamen illud procedit in peccato continuato, ſecus
in tranſitorio, quia illud non tantum: aliàs pauci
teſtes reperirentur, quia ſepties in die cadit iuſtus,
& nunquam in eodem ſtatu permanet. c. ſepties. de
pœn. diſt. iij. & facit illud, ſi dixerimus quòd pec-
catum non habemus &c. & aliud, nemo ſine crimi-
ne viuit: facit c. quia tua. l. diſtin. ibi, ſine quo pauci
5 inueniuntur, & loquitur in ſpecie de crimine* for-
nicationis, ita etiã ſentit Innoc. in c. teſtimonium.
de teſti. quem refert & ſequitur Fely. ibidem. in iij.
colũ. Quibus addo quòd ſatis apparet Lucia præ-
dicta emẽdata de fornicatione prædicta, quia quã-
do producitur teſtis, & non in cauſa criminali, tũc
6 ſi conuinceretur de aliquo crimine,* non tamen
notorio, ſeu manifeſto, prout in caſu præſenti, præ
ſumitur in dubio emendatus, niſi aliud in oppoſi-
tum probetur. not. gloſſ. ij. q. vij. capi. ipſi apoſtoli.
Specu. in titu. de teſte. §. j. verſicu. item opponitur.

Pau.d leaza. in commẽto.c.teſtimonium. de teſti.
vt refert ibi Anto. de Butri. & cõſuluit in propriis
terminis Alex.de Imol.in conſil.cxlix.in v.volu.ij.
colum. Suffragatur præmiſsis, quòd Lucia ipſa ab
annis quinque, imò ſex elapſis, quo tempore in ſo-
ueam dictæ fornicationis, & ſemel duntaxat ceci-
dit, ſemper poſtmodum vitam duxit caſtiſsimam:
& bene ac optimè vixit vſque in præſentiarum ab
annis ſex elapſis, quo fit vt nedum ſi per quinquen-
nium, verum etiam ſi poſt triennium à die commiſ
7 ſi criminis quis bene vixit, *mali mores præteriti,
& ſic crimen ipſum intelligitur purgatum, ita in
terminis dixit pulchrè Saly. in l.ſi minorem. C. de
in integ.reſti.idẽ voluit Iaſ.de de may.in l.ſi prius.
col.xiiij.ff.de nou. ope. nun. attribuens hoc ſibi di-
ctum, & de Salyc.non meminit, quem credo quòd
8 non viderit:& hoc corroboro: * quia vltimus ſta-
tus rei eſt conſiderandus:vt dicit Fely.in c.eam te.
9 pen.colũ.de reſcri. * & ideo ad illud iudex aduer-
tere debet, & non ad præteritum:maximè cùm ex
præterito non præſumatur in præſenti, nec in futu
rum:vt inquit Bar.in l.in confirmãdo.ff.de confir-
man.tuto. & ibi dicit, ꝙ iſta præſumptio nõ eſt de
neceſsitate:quia non ſequitur, olim fuit talis, ergo
hodie præſumitur talis, vt conſuluit Alex.in conſi.
xlvij.col.v.j.volu. & in conſi.lxxij.eo. vol. & plenè
Fely.in c.cùm deputati. de iudi. & in c.ſcribam. de
præſump. Concomitatur præmiſsis, quia licet Pe-
trillus Cicada pater prædictæ Iacobæ nixus fuerit
teſtes prędictas repulſare, tamen ſatis eaſdẽ appro
baſſe apparet, permittẽdo eas aſsiduè cõuerſari cũ
prædicta eius filia in eius domo, & extra domum,
accedendo aſſociatæ cum prædicta Iacoba per ci-
uitatem Neapo.in pleriſque locis:quinimo eaſdem
admiſit ad habitandum, & morandum in eius do-
mo exiſtente ad latus propriæ habitationis ipſorũ
Petrilli patris, & Iacobæ filiæ, ob quæ ſatis videtur
eas approbaſſe, & pręſertim cum iura ſpecialiter ſe
coarctent in teſtium approbatione quo modo re-
quiratur, ſeu intelligatur. Accedit & aliud, quia di
cti teſtes licet fuiſſent repulſati eo modo per præ-
dictum Petrillum, attamen per prædictum Nico-
10 laum Franciſcum fuerunt approbati in ſpecie, * &
cum maxima approbatione, cùm de iure poſsim te
ſtes meos approbare, quos aduerſarius meus re-
probauit:vt dicit do.Abb.in c.teſtimoniũ.de teſti.
quem ibidem refert & ſequitur Fely.in vlt. colu. &
11 pariter probare poſſum* teſtes meos eſſe bonę
mæ, quos aduerſarius eſſe malæ probauit, dicit Ar-
chid.in c.omnibus.ij.q.v.Spec. in tit.de inquiſitio.
§.nunc tractemus.verſi.quid ſi teſtes.Barto.in l.de
minore.§.tormenta.ff.de quæſt.Abb. in c.cũ opor
teat.extrà de accuſa.Fely.in c.in noſtra.vlti.col.de
teſti. Et pariter eodem modo illæſa remanet depo-
ſitio Franciſcæ, quæ, vt pauper probata repelli ex
aduerſo prætenditur, quæ quidem minimè ex hoc
12 repelli poteſt, * ex quo paupertas non facit quòd
teſti non credatur, ſi aliter non ſit minus honeſtæ
vitę, vt in c.ſi qui. & ibi not.de teſti. & in c.ſi teſtes.
iiij.q.iij.Spec.in tit. de teſte.in verſi. item quod eſt
pauper.& conſuluit in ſpecie Alex.in cauſa matri-
moniali, in conſi.cxlix.ij.col.verſi.nõ obſtat etiam
ſi dicatur. in v.volu. Nunc autẽ poſito abſque veri
præiudicio, quòd teſtes prædicti omnes non fuiſ-
ſent approbati, prout pleniſsimè approbati fuerũt
13 attamen attento numero ipſorum, * cùm ſint qua-
tuor, plenè probabũt, cùm numerus ſuppleat defe-
ctum teſtiũ, vt dicit glo.no.in l.iij.in verſ.numerus.
ff.de teſti.quam ibi not. ſequitur Iac.But.Bal.in l.ſi
quis ex argentariis, §.j.ff.de edendo. & in ca.ſi qui
teſtium.pen.colum.extrà de teſti.& ibi dicit per il-
lam gl. quòd teſtes licet non ſint multum boni, ta-
mẽ quòd deficit in fide, ſuppletur in numero.idem
voluit Fely. in c.in noſtra. vlti.colum. extrà de te-
ſtib. dicens hoc perpetuò not.Ioan.Andr. in addi.
Spec.in tit.de teſte crimi.§.fama.in additio.inci.
allegato &c.& no. Nico.de Neap. in l.excuſantur.
in prin.de excuſa.tut. Bald.in l.j.iij.col.C.de teſti.
Salyc.in l.in bonæfidei.xiij.colum. de rebus credi.
Ioan.de Imo.in l.qui teſtamento. in prin.j.colũ.ff.
de teſta.Alexã.in prædicto conſi.cxlix.ij.colũ.viſo
proceſſu cauſæ &c. vnde conſiderandum venit, ꝙ
attenta conuerſatione teſtium prædictorum cum
ipſa Iacoba, Iacoba ipſa confidere voluit veriſimi-
liter in eis, cùm in alios exteros non confidiſſet, ex
quo intendebat clandeſtinè, & in abſentia patris
contrahere cum prædicto Nicolao Franciſco ma-
trimonium, prout contraxit, & ſic ex natura ipſius
facti veriſimiliter alij teſtes honeſtiores non in-
14 terueniſſent, * & vbi ex natura facti veriſimiliter
alij teſtes interuenire non potuerunt, teſtes etiam
quòd ſint inhabiles, probant, vt ſingulariter volue
runt do.Anto.&Imo.in c.iij.loco.extrà de proba-
tio.quem do Abb. & cæteri ſcribentes ſequuntur,
& veriſimiliter tenendum eſt prædictam Iacobam
voluiſſe potius ſe confidere de illis mulieribus, tan
quam vicinis, & ſecum aſsiduè conuerſantibus, &
habẽtibus notitiam de amore prædicto inter præ-
dictos coniuges, quàm de aliis exteris teſtibus, &
maximè dum deliberaſſet ita clandeſtinè, & occul-
tè contrahere, quòd abſque teſtibus prædictis id
commodius exequi non potuiſſet, & ſic in caſibus
15 clãdeſtinis * & ocultis, nedũ ij teſtes, verum etiam
coniecturæ habentur loco plenæ probationis, vt
inquit Bar.in l.ſi quando, C. vnde vi. Cano. in c.ſi.
quod met.cauſ.Iaſ.plenè in l.cum ea quæ.ij.col.C.
16 de tranſact. * & ſatis dicitur occultè factum, cum
in abſentiam parentũ quorum intererat, id factum
17 fuerit, * & ſic non peruentum ad notitiã illius cu-
ius intereſt.doctri.eſt Bartol. in l.j.C.de his qui ex
propri.ratio.lib.x.quam refert & ſequitur Felyn.in
18 c.porro.extrà de ſent.excom. * Et idem dicendum
eſt, cũ fuerit id ſecretè factũ, & in ſecretis pariter
ſufficiant probationes per coniecturas, dixit Bart.
in l.ſi quis ex argẽtariis.§.pe.& ibi docto.de eden.
& in l de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori.viij.q.ff.de
oper.nou.nunc Fede.in conſi.cix. nulli dubiũ &c.
Alex.conſi.xxiiij.ij.volu.animaduerſis.&c.& dici
tur ſecretè factum, quod probari non poteſt. Car-
din.in Clem.j.in verbo, notari.ij.not.per illũ text.
de hæreti.& ideo dixit bea.Thom.ſecũda ſecundę.
19 q.lxvij.articu.j.in fin. * quòd non dicitur omnino
ſecretum, quod per ſufficientes teſtes probari po-
teſt.& faciunt bene dicta Baldi in tit. de pace con-
ſtan. in verſicu.in nomine Chriſti ad denotandum
omnino, & ſic dum ſecretè contrahere voluiſſet,
fecit vt prædictus Nicolaus Franciſcus de nocte
ingrederetur domum prędictarum teſtium, in qua
matri



matrimonium contractum fuit. Accedat inſuper
quòd pleniſsimè probatum eſt prædictã Iacobam
ſtetiſſe per triennium, & plus, captam amore præ-
dicti Nicolai Franciſci, quinimò adinuicem plu-
ries viſi fuerunt alloqui tam à vicinis. quàm ab a-
liis tranſeuntibus, & actus amatorios adinuicẽ fa-
cere:prout generaliter inter amaſios conſueuit, de-
ſignantes maxima & intrinſeca amoris ſigna: quæ
quidem ad verificãdum matrimonium fuiſſe con-
tractum, & potiſsimè coniectura amoris multum
20 attenditur. *Hinc eſt quòd eius reſpectu teſtimo-
nium matris puellæ & conſanguineorum probat
pro matrimonio filiæ plebeiæ aduerſus nobilem a
more captum prædictæ filiæ, iuxta tex.in ca. ſuper
eo.extrà de teſti.vbi pulchrè id tenet Abb. & Ioã.
de Imo.originaliter tamen ibidem Hoſti.quem re-
fert & ſequitur Fely.in vlti.col.in verſi. in ea. gloſ.
21 in fi.ſubdens hoc exemplum eſſe bene not. *Acce-
dit inſuper paritas cõditionis inter prędictos con-
iuges, quę multum conſideratur in matrimonio eo
modo contracto per text.in d.c.ſuper eo. & ibi do
cto.imò probatur quòd prædictus Nicolaus Fran-
ciſcus eſt longè melioris conditionis & parentelę:
& ex dicto matrimonio nullũ honorẽ, ſeu adeo in-
22 crementum conſequitur, *ex quo poteſt veriſimi-
liter dubitari, & quando ex contractu matrimonij
cum filia, ſeu filio, honor, vel incrementum non
23 accreſcit, mater, * & ſic parentes ſunt idonei te-
ſtes, qui aliàs eſſent inhabiles:iuxta text.in l.paren
tes.cum vulgaribus.C.de teſtib. & eſt not. dictum
Abb.in præallega.c.ſuper eo.in verſic.not.quartò:
vnde pariter eſt dicendum in propoſito, vt dato
abſque veri præiudicio, quòd teſtes ſuprà relati eſ-
ſent inhabiles tamen admitti deberent, & debent,
cum nullum honorem ſeu incrementum Nicolaus
Franciſcus ipſe conſequatur. Concurrit & aliud,
nam prædicta Iacoba negauit ſe captam fuiſſe amo
re ipſius Nicolai Franciſci. & ſic conuincitur de
24 mẽdacio:quod* quidem etiam in criminalibus eſt
maximum indicium contra mendacẽ:vt dixit Bar.
in l.ſi.de q.per l.vnus.§.teſtes.eod.titu.&per c.lite
ras.de præſumptio.Alexã.conſi.lxij.lib.j.& in tan
tum quòd torqueri poteſt mendax:Ange.in tracta.
maleſi.verſic.fama publica.verſic.nonò quæro.Lu-
doui.Roma.in conſi.viij.viſo facto.Bar.in ſuo tra-
cta.de quæſtio.vbi dicit, quòd inducitur magna ſu
ſpicio ex mendacio: & conſuluit Franciſc. Curt. in
conſi.xlj.in fi.& tenet Fely.in c.literas.de præſum-
25 ptio.j.col. * & cùm cauſæ criminales & matrimo-
niales æquiparẽtur:vt inquit Bald.in c.ad noſtram.
extrà de probatio.j.col.& Alex.conſi.cxliij. ij. vo-
lumi.ſuccedit quòd ſtantibus teſtium depoſitioni-
bus quatuor de matrimonio prædicto, & coniectu
ra maximi amoris, & antiqui, & triennalis inter
26 eos, & paritatis perſonarum, *& mendacij, ſaltim
vt plura indicia coniungi debent ad perficiendum
integram probationem, vt not.Bald.in l. ſi quis ex
argentariis.§.j.ff.de eden.Alex.in conſi.cxxxj.j. vo
lumi.& conſi.xj.ſentio in dubium reuocari.& con
ſil.xix.his quæ in themate.circa fi.in iiij.volumi, &
27 Cæp.in conſil.xxxij.colum.ix. * & quòd ex multis
indiciis ſimul iunctis reſultet plena probatio, vo-
luit Bald.in l.excipiuntur. ff. ad ſillani. vbi dixit ibi
eſſe text.meliorem de iure, iuncta gloſſ.in l.partici
pes. & facit bene illud vulgatum, & ſi non proſunt
ſingula, multa iuuant.l.ſancimus.in fin.C.de teſta.
l.ſpadonem.§.qui iura multa.ff.de excuſ.tutorum.
& in c.præterea.cũ ſimilibus de teſti. Nec aliquid
officere habet ꝙ ex aduerſo infertur, teſtes ipſos
eſſe ſuſpectos, cùm non videãtur in formalitate ver
borum ſe conformare, iuxta textum in c. nihil ob-
ſtat.de verborum ſignifi.cum vulga. nam nulli du-
bium eſt ſufficere teſtes eſſe cõcordes in facto prin
cipali ſuper eo, in quo conſiſtit ſubſtantia negocij
28 principalis, *licet in aliis diſcordent, nam non ex
hoc reputari poſſunt varij, ſeu ſuſpecti. text. eſt. in
dict.c.nihil obſtat.vbi docto.communiter. & in c.
dudum.& ibi optima gloſſ.in verbo. ſubſtantia. de
conuer.coniug.& in c. cum eccleſia. iuncta glo. in
verbo, vacillaſſe.de cauſa poſſeſ.& propriet. & in l.
qui ſententiam.& ibi Bar.& Ange.expreſsè not.de
pœn.Bald.poſt Old.in l.j.C. ſi plures vna ſent. vbi
ſubdunt ſatis eſſe quòd concurrant in eundem rei
finem, per d.l. qui ſententiam. & idem repetit Bal.
poſt Oldra.in c.cum cauſam.ij.colum.de probati.
29 & ibi dixit, * ꝙ teſtes varij qui in diuerſum eunt,
non probant, vt ſingulares, ſed ſi conferunt in eun
dem rei finem, dicuntur conteſtuales, & conferen
tes in vnam concluſionem. Quinimò hoc in ſpe-
cie pro regula tradit.Io.de Ana.conſi.lxxvj.incip.
viſis & conſideratis. quòd imò tunc teſtes viden-
tur melius deponere, nec videntur eundem præ-
meditatúmque ſermonem attuliſſe, contra l.iij.§.j.
30 & ibi Bar.ff.de teſti.cum vulg. Imò * & plus etiam
ſi in facto principali in quo conſiſtit ſubſtantiam
negocij teſtes in modico contradicerent, adeo ꝙ
illa contrarietas etiam nõ eſſet cõcordabilis, non
ex hoc deberent tales teſtes, nec debent reputari
varij, nec reprobari, ita ſingula.voluit Anto. de Bu
tri.in c.ij.extrà de regula. quem refert & ſequitur
Fely.in c.cùm tu.v. colũ. extrà de teſti. & ſequitur
Alex.conſulendo in mille locis, prout refert & ſe-
quitur Iaſ.in l.bonorum.pen. col.C. de bonorum
poſſeſ.ſecundum tab.Nec militat quatenus dican-
tur apparere duo teſtes diuerſi in ſecunda eorum
depoſitione à prima, nam verba ipſorũ rectè pon-
derando apparebunt concordata.& primò quò ad
Luciam, quæ primo loco examinata dixit, E *lo dit-*
*to* Cola *Franciſco diſſe a* Iacoba, *voi me per marito? &*
*la dicta* Iacoba *diſſe voglio, e lo prædicto* Cola *Franciſ-*
*co diſſe, & io te voglio per mogliere.* In ſecunda verò
depoſitione dixit, *che* Cola Franciſco *diſſe a* Iacoba
*che me hai fatto venire a fare qua? e la ditta* Iacoba
*diſſe, che the voglio per marito, & lo ditto* Cola *Fran-*
*ciſco replico, & io te voglio per mogliere, & coſi ſe de-*
*dero la fede,* quibus ſic ſtantibus verbis ex prima
depoſitione non ex eis neceſſariò concluditur,
quòd Nicolaus Franciſc. primò fuerit alloquutus,
ex quo ſolùm dixit, Cola *Franciſco diſſe,* & mini-
mè de neceſsitate infertur, *che* Iacoba *haueſſe reſpo-*
*ſto,* ex quo dicit, *&* Iacoba *diſſe, io te voglio per mari-*
*to,* & ſic apparet quòd ab vtroque fuerit prolatum
verbum volo, prout requiritur ad ſubſtantiam ma
trimonij, nec apparet quis primò dixerit, vel re-
ſponderit, & ſic liquet manifeſtè dictum teſtis con
cordabile de ſeipſo ad ſe ipſum. Et licet in ſecun-
da depoſitione addiderit quòd Nicolaus Franciſ-
cus dixerit, *per che me hai fatto venire qua?* non ex

hoc infertur varietas, ſeu contrarietas aliqua in
depoſitione ipſius teſtis:cùm melius recordata ali
quid addiderit dicto ſuo non contrarium ſuæ pri-
mæ depoſitioni,imò conforme cum cæteris teſti-
31 bus, * quia poſſunt teſtes hodie recordari de eo
quod pridie non recordabantur,vt dicit gloſ. vlti.
in c.cùm cauſam.de teſtibus.gl. ſecunda.in c. cum
32 cauſa.eod.titu.*Hinc eſt quòd iudex poteſt teſtes
repetere,vt addant eorum dicto:ita Fely.in c. cùm
clamor.ij.colum.verſi.prima eſt.vbi ſequitur glo.
prædictas:& ſic teſtis habuit memoriam de eo in
ſecundo dicto, & addidit de quo in primo memor
33 non fuerat:quod quidem* teſtibus permiſſum eſt
de iure, quando ſecundum dictum ſe cum primo
compatitur,& non eſt contrarium: prout in ſimili
dicunt Imo.& Roma.in l.qui bona.§. ſi quis ſtipu-
latus.ff. de damno infecto. per id quod ibi not. Ia-
co.de Are.Bartol.& Angel.dicentes, quòd ſi teſtis
interrogatus de loco,dixerit ſe non recordari, &
iterum alio tempore interrogatus dixerit id fuiſ-
ſe in certo loco: ipſe non ex hoc incurrit falſum:
quia poteſt eſſe quòd tempore ſecũdi dicti de hoc
habuit memoriam,& ſic non mutat,ſed potius ad-
dit,idem probatur in cap.primo.quid ſit inueſtitu.
& ibi Bald.facit illum text. ſingu. ad hoc in verbo,
reminiſci.& Ange.in l.quidã tabularum. ff. de fur.
& plenè Felyn.in ca.prætereà.extrà de teſt.cogen.
34* & tantò magis cum addere dicto ſatis ſit permiſ-
ſum teſtibus, & quandiu atteſtationes ſunt clauſæ:
ita not.glo.fin.c. cum cauſam. extra de teſti. etiam
ſi ex tanto interuallo in quo potuiſſent cum parti-
bus loqui, ſecundum Innocenti. domin. Anton. &
Imola & Abb.in c.prætereà. de teſtibus cogendis.
& hoc,quia memoria labilis eſt.in c.prætereà.cũ ſi
milibus.xxiij. diſtinctio. Et pariter erit dicendum
circa depoſitionem Andriellæ quę etiam hoc vlti-
mo addidit ſuo dicto. Et præmiſſa omnino conce-
denda ſunt ad euitandum varietatem, ſeu contra-
rietatẽ in teſte, & ſic vt reducatur ad concordiam
35 ad effectum,vt probet, quod * ſemper fieri debet,
quando teſtis apparet varius,ſeu contrarius,ita ex
preſsè firmat Bald.in pulchra quæſti.in l.data ope-
ra.xvj.colum.verſicu.ſed hîc quæro.C.qui accuſa.
non poſſ.Bald.in l.ſi defenſor. ff. de interrogat. a-
36 ctio. & hoc quia diuerſitas * ſeu contrarietas quæ
reperitur in actis,proceſſu & teſtibus,debet redu-
ci ad concordiam quantum eſt poſsibile. capitulo
cùm tu. de teſti.ita Bartol. in l. inter ſtipulantem.
§.primo.de verborum obligatio.cum ſimili. Bald.
poſt Cy.& Petr.in l.falſa.C.de iur. & fac. ignoran.
& ibi bene Iaſo.in fina.verbis. Et bene facit, quia
ſicut eadem ſcriptura reducitur ad concordiam
vt fidem faciat.capit.inter dilectos.§.cæterùm.de
fide inſtrumentorũ. idem eſt dicendum & in teſte,
argu.l.in exercendis,de fide inſtrument.ita in par-
ticulari tenet Felyn.in capit. cùm tu.extrà de teſti.
vbi refert idem firmare dominum ſuum Franciſc.
de Are.qui ſubdit in prædictis multum verſari of-
37 ficium iudicis, *vt bene conſideret qualitatem di-
38 ctorum, & difficultatem concordiæ. * Et maximè
militant præmiſſa, cùm dicta teſtium non ſint ca-
uillanda, vel calumnianda, vt dicit Baldus in cap.
prętereà.de teſtibus.per illum textum in verbo,fa
ma viciniæ.Item quia verba teſtium ſunt interpre-
tanda ad bonum intellectum, & non calumnian-
da,ſecundum Bald.in capi.cauſam quæ.vltima co-
lumna.de reſcriptis. nec debet recipere interpre-
tationem extraneam,vel ceruonicam,ſeu tranſgre
dientem terminos ſuos.dixit Bald.in capi. primo.
ſeptima columna. de conſtitut. & ſic debent adiu-
uari.dixit Bald.in l.de quibus.vlti. colum. de legi.
& in c.cùm dilectus.penultima columna.in fin. de
39 conſuetu. * & ideo ſunt adiuuanda & adaptanda,
ad id quod teſtes deponunt ſe ſcire, vt inquit Bald.
40 in l.ij.C.de tẽpo.appel.*vnde ſatis eſt quòd in eo
rum dictis non reperiantur varietates inexcuſabi-
les, ita dicit conſulendo Alexand. conſilio cxlix.
41 in tertia columna,primo volumin. * Et facit bene
quia teſtium dicta debent impropriari, & latè in-
telligi, vt ſuſtineatur eorum dictum. gloſſ. eſt in l.
ſtipulatio iſta.§.hæc quoque.ff.de verborum obli-
gatio.cum multis concordan.quas ibi ſignat dom.
Alexand.ad idem eſt text.& ibi Barto.ad hoc not.
in l.ij.C.de his qui ex public.rationi.libr. decimo.
Bartol.in l.prima.in fin. C. de vſufruct. Iaſo.in l.ſi
tibi pecuniam.ij,colum.ff.ſi cert.peta.& pręſertim
cum in omnibus aliis,tam inter coſmet, quã etiam
inter alios conteſtes concordantur ad ea, in qui-
bus vera ſubſtantia matrimonij plus conſiſtit: ma-
ximè dum dicunt,*che ſę donaro la fede,& che ſe baſaro*,
quòd maximum ſubſtantiale fuit. Quo vero ad id
quod dictum fuit ſuprà, quòd teſtes non videntur
formaliter depoſuiſſe, prout in articulo contine-
tur,contra dictum capi. nihil obſtat. de verborum
42 ſignifica.*de quo ſuprà in themate, dico quòd hu-
iuſmodi deciſio ita indiſtinctè non eſt omnino ve-
ra,cùm ſit nimis dura, prout pulchrè decidit inſi-
gnis doctor Matheſi. in prædicto ca. cùm tu. extrà
de teſti. qui dixit, quòd cùm dicta deciſio Anton.
de Butr.ſit nimis dura,nõ ſeruatur in practica Bo-
noniæ, & contra eam bene facit dictum Bartol. in
l.mutum.ff.de acquirend.hæredit.verſic.ſed quali-
ter hoc probaretur,dum dicit quòd ſatis eſt pone-
re effectum, licet non verba. & quòd dixit Bald. in
l.prima.octaua quęſtione.C de teſtibus.& de broc
ca contrarium tenet glo.in c.dudum.in verbo,ſub-
ſtantia veritatis de conuerſ. coniuga. Et ita ego in
practica contra ſupradictam deciſionem obtinui
proximis diebus elapſis in magna Cur. Vicariæ in
fauorem reuerendi Epiſcopi Liparenſis,& Vicarij
Neapo.authenticari teſtamentum quondam domi
ni Nicolai carduini eius patris de quodam legato
facto eidem Epiſcopo,ſuper quo teſtes formaliter
omnes de verbis teſtatoris prædictis formalibus
non deponebant,ſed diuerſimode, tamen idem in
ſubſtantia ad eundem rei finẽ cõcurrentes, quæ al-
legationes infra ſcribẽtur.Et quatenus deciſio prę
dicta poſsit retineri pro vera per illos qui ipſam
43 ſequuntur,illa ſanè intelligi deberet, * vbi produ-
cẽs teſtes videretur ſe omnino reſtrinxiſſe ad pro
bandum verba formalia teſtatoris, prout pulchè
tenet Butr.in cap.cùm eccleſia.§.nos igitur.de cau
ſa poſſeſsio.& proprieta.Alex.in l,tertia.§. idém-
que.ff.de teſtibus,vnde ſecus in caſu de quo hic,ſu-
per quo principaliter teſtes ſunt ad probandum
matrimonium inducti iam contractum, in quò
etiam quo ad ſubſtantiam ius nõ curat, nec refert
quis primò an mulier vel vir loquutus ſit, vt decla-
rat



rat Abb.in ca.ſi inter virum.extrà de ſponſali. Se-
cundò reſpondetur dictum capi.nihil obſtat. pro-
cedere in teſtatore,& in eo qui ſe aſtrinxit ad pro-
bandum verba formalia teſtatoris, in quem multa
ſpecialia concurrunt,cùm eius vnquã amplius re-
deat arbitrium,vt dicit tex.in l.prima.C. de ſacro-
ſanctis eccleſ.& præſertim in hæredis inſtitutione:
prout loquitur Anto. de Butr. in quo conſiſtit ca-
put,& ſubſtantia teſtamenti,nam ibi erant duo te-
ſtes deponentes quòd teſtator dixerat, inſtituo te
hæredem:& duo alij, quòd dixerat, facio te hære-
dem:& ſic non fuerunt probata verba formalia te-
ſtatoris articulata,& ad quæ pars ſe aſtrinxerat.Et
quòd dicta deciſio locum habet ſolũmodo in ver-
bis teſtatoris, ſatis apparet ex exẽplificatione do-
ctorum allegantium deciſionem prædictam: quia
omnes ponunt exemplum in ſe aptante ad verba
formalia teſtatoris: prout dicit Iaſon in prædicta
l.bonorum.penulti.colum. C. de bonorum poſſeſ-
ſio.ſecundum tabula.& Felyn.in capitulo, licet ex
quadam.iiij.columna.de teſtibus.Secus enim eſſet
44 dicendum in caſu iſto matrimoniali,in quo *pro-
cedi debet ſecundum puram veritatem, & æquita-
tem,expulſis terminis rigoroſis:vt dicit Anton.de
Butr.in capi. cùm in tua. de teſtibus. tertia colum.
& Cardina. poſt Lapum in clementi. ſæpè. de ver-
45 borum ſignificatio.* maximè cùm in dubio ſem-
per ſit iudicãdum pro matrimonio: vt in capitulo
licet ex quadam.de teſtibus.& in capitul.fin. extrà
de re iudicata. & dixit domin. Abb. in capitulo ex
46 literis.extrà de ſpõſ. *Hinc eſt quòd opinio vnius
doctoris pro matrimonio eſt ſequenda, & ſecun-
dum ipſam iudicandum, licet multorum opinio
ſit in contrarium.dixit not.Hoſtien.in capi. ſuper
eod.de cogn. ſpir. & Abb. in capitulo duobus. de
ſenten. & re iudi. quòd quidem matrimonium ſa-
tis apparet probatum vltra dictos teſtes de viſu,
adeo vt de eo plenè conſtare dici poſsit ex pari-
tate conditionis inter eos,& longo amore,de quo
infiniti teſtes teſtantur.In reliquis ſuppleat religio
iudicare debentis,ne quos Deus coniunxit contra
ipſius tremendi Dei iudicium homo ſeparet, & ita
conſulo iuris eſſe, nec aliter fieri modo aliquo poſ
ſe ſecundum iuris cenſuram,ego

Thomas Grammaticus.

Audi & cordi fige diſcrete lector magnum Dei
iudicium ſuper hoc caſu, Lata fuit ſententia in fa-
uorem prædicti Nicolai Franciſci mei clientis pro
matrimonio de conſilio magnificorum domini
Collutij Copulæ de Neapoli. conſultoris Curiæ
Archiepiſcopalis Neapolita.necnon & eximij do-
mini Pamphili molli de capua.Vtriuſque iuris do-
ctor. & auditoris Illuſtriſsimi Principis Roſſani
tunc Neapoli commorantis: & pariter conſul-
toris electi per eandem Curiam in præſenti cauſa.
quod pater prædictæ Iacobæ moleſtiſsimè ferens
appellauit, & quamprimum ipſam cum alio mari-
to copulare tentauit: quod ego præſentiens con-
ſului interdici per mandatum dictæ Curiæ ne cau-
ſa appellationis pendente cum alio contraheret.
Die verò ſequenti contra interdictum eccleſiæ
contraxit: Et tandem corrupto prædicto Nico-
lao Franciſco pecuniarum copia, opera præſer-
tim cuiuſdam magni Domini, cuius ſecundus con-
trahens alumnus erat, renunciauit liti & cauſæ ap-
pellationis ex aduerſo interpoſitæ declarando eam
nolle amplius in vxorem.Demum infra paucos an
nos magnus Dominus ille,vir quippe prudens, ac
ſagax, veneno interiit, dimiſſo iam alumno præ-
dicto diuite: cùm multa & quamplura bona eidem
condonauerit, vereor tamen quòd Dei iudicio fa-
cultatibus penè omnibus, & dote ampla vxoria
penè conſumptis,nec valens,proſequutus à credi-
toribus,vrbi, nec propriæ domui tutè permanere,
in paupertate interiit: filius autem ex matrimonio
prædicto,ſi ita dici poteſt,ſuſceptus,& maior effe
ctus, anno proximo decurſo M. D. xxxvj. quan-
dam puellam nobilem, & ſuę conditioni longè im-
parẽ,patre ac proximioribus abſentibus, & igno-
rantibus,ſibi matrimonio copulauit, quo peruen-
to ad aures patrui puellę ſequenti die eundem gla-
dio interemit. vltimò Nicolaus Franciſcus ipſe ve
ra vxore,ac legitima repudiata,vt ſuprà,aliam pul
chriorẽ ſuperduxit, quæ certis annis cum eo com-
morata occubuit, & tandem ipſo quoque nedum
pecunia,vt ſuprà, ſed etiam morbo gallico corru-
ptus,aliàs correptus, ad egeſtatem perueniens in-
feliciter deceſsit,& vt opinor Dei iudicio, ne tan-
tum facinus inultum reperiretur.

SVMMARIVM.

1 *Mater tranſiens ad ſecunda vota poteſt petere quem maluerit dari tutor filio ſuo.*

2 *Auia in tutela præfertur cæteris agnatis poſt matrem volentem.*

*Et id quod dicitur, quòd ſicut agnati in ſucceſſione præferuntur,ita,& in tutela procedit in cæteris agnatis,vel cognatis, quibus tutela contemplatione ſucceſſionis iniungitur.*

*Secus in matre, cui tutela non defertur eò quòd hæreditas ei deferatur, ſed quia mater eſt. & numero* 3.4.5.

6 *Matri non datur tutela contra eius voluntatem, ſed ſi velit, ſibi permittitur.*

7 *Mater & auia excludunt agnatos etiam patruos in tutela.*

8 *Auia præfertur cæteris legitimis tutoribus, & datiuis.nume.*9.

## CONSILIVM LI.

IN Chriſti nomine amen. Ex thema-
te propoſito eliciam duo, an mater
tranſire intendens ad ſecunda vota
poſsit petere tutorem dari filiæ ſuæ
pupillæ, item & an exiſtentibus aliis
agnatis,debeat auia in eius tutela præferri. Super
præmiſsis igitur quid de iuris cenſura ſentirem à
partibus longinquis rogatus, & in maioribus oc-
cupatus ex temporis anguſtia, aliàs fimbrias non
extendens veritatis concluſionem breuibus eli-
ciam. Et circa primum dubitari non opus eſt,
1 *quòd mater tranſiens ad ſecunda vota poſsit pe-
tere, & eligere quem maluerit tutorem dari filiæ
ſuæ,vt voluit gloſſ.not.in l. ſi quis ſub conditione,

in gloſſ. magna in fin. verbis. ff. de teſta. tutel. &
text. in l. omnes. C. ad Tertullian. & tenet Specu-
lat. in titulo de tutoribus. §. nunc dicendum. verſi-
culo, quid ſi nondum. & hoc quò ad primum.
Quò verò ad ſecundum, quòd concurrentibus a-
2 liis agnatis * auia veniat cæteris præferenda poſt
matrem in tutela, eſt text. vulgar. in authentica,
matri & auiæ. C. quando mulie. tutel. offic. fungi
poteſt. Nec obſtaret quod dicit Bartolus in l. pri-
ma. in principio. ff. de legiti. tutel. quòd ſicut agna-
ti in ſucceſsione præferuntur, ita & in tutela, nam
3 illud procedit in cęteris agnatis, vel cognatis, * qui
bus tutela contemplatione ſucceſsionis iniungi-
tur: quia eo caſu præſumuntur bona ipſorum pu-
pillorum melius conſeruari ob ſpem futuræ ſuc-
ceſsionis per dictos agnatos, vt dicitur in dicta l.
prima. quod quidem non eſt in matre, quæ non
ſperat, imò abhorret luctuoſam filij hæreditatem.
l. fina. C. de inſtitution. & ſubſtitutio. ſub conditi.
fac. & inſtitu. ad Tertullia. in principio. * & idem
4 dicendum eſt in auia, cùm authentic. illa de vtra-
que loquatur. ad idem non omitto quòd pulchrè
tenet Salyce. in dicta authenti. matri & auiæ. quin-
ta columna. verſiculo nono quæro. vbi dicit, quòd
ſi ſtatutum excludit matrem à ſucceſsione ſui filij
impuberis, & alium præfert, cùm ipſa mater de iu-
re communi præferebatur, an & ſimili modo ex-
5 cludenda veniat à tutela: & arguit quòd * ſic, cùm
tutela hæreditatem ſequatur, per authenti. ſicut. C.
de legit. tutel. attamen contrarium firmauit, ex
quo non defertur tutela matri eo quòd ei hæredi-
tas deferatur, ſed quia mater eſt, & dictum Barto-
li, de quo ſuprà. poteſt dici procedere in agna-
tis, quibus onus tutelæ etiam inuitis imponitur
propter commodum ſucceſsionis, & ita proce-
dunt & loquuntur iura allegata per Bartol. ſecus
in matre, cui tutela contra eius voluntatem non
6 datur, * ſed ſibi permittitur, ſi velit ratione affe-
ctionis, & charitatis præſumptæ à lege, vt ſuprà. di-
7 ctum eſt. Et ſic concluſio firma remanet, * quòd
mater excludat agnatum etiam patruum in tutela,
Et ea quæ dicta ſunt in matre, per omnia locum
habent in auia cùm in iſta materia pariter iura lo-
quantur de matre & auia, in dicta authentica, ma-
tri & auiæ, ita in particulari conſulendo formali-
ter tenet Philippus Decius in ſuo conſilio decimo
8 ſexto. in tertia columna. * Et quòd auia præferatur
cæteris legitimis tutoribus, & datiuis, tenet gloſa
in l. ſi quis ſub conditione. circa medium. ff. de te-
ſtamenta. tutel. & clarius ibidem Bartolus in ter-
tia columna. in verſiculo, tertiò eſt immutatum. &
in hoc ſanctiſsimè iura aduerterunt ad euitandum
inſidias vitæ pupillorum, ne ad agnatos proxi-
miores aſpirantes ad ſucceſsionem ipſorum tutela
deferretur, ne auiditate ſucceſsionis ſiniſtrum
ſuccederet, prout dicit textus. in l. prima. circa fi-
nem. ff. vbi pupill. educ. deb. ibi, vt ſine vlla mali-
gna ſuſpicione. & in l. ſecunda. C. eodem titulo. &
quòd mater & auia cæteris cognatis, & agnatis
præferantur, conſuluit in ſpecie Bald. in conſilio
ccclxxviij. viſo prædicto puncto in ſecundo vo-
lumine. & idem Baldus in conſilio lxxxv. in quin-
to volumine. & ſic concludendo in præſenti con-
ſultatione idem de iure breuiter mihi conſulen-
dum occurrit, cùm veritas in paucis conſiſtat. in
cuius fidem manu propria me ſubſcripſi, & cum
ſigilli quo in ſimilibus, impreſsione & munimine,
ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes ſuper verbis teſtamenti debent eſſe concordes, aliàs non probant.*
2 *Teſtes non requiruntur eſſe conteſtes in ſenſu proprio, ſed in re quam ſenſu percipiunt.*
*Niſi pars ſe reſtrinxiſſet ad probandum verba formalia. nu. 3.*
4 *Teſtes licet vnus ipſorum dicat quod alius non dicit non ex hoc ſunt varij.*
5 *Teſtes aliqui licet non deponant ſuper aliquo, vel non recordentur, tamen ſi alij conteſtes, qui ibidem interfuerunt, id deponant, plenè probant.*
6 *Teſtes duo ſufficiunt in teſtamento condito à patre inter liberos.*
7 *Teſtes omnes ſi præmeditato ſermone deponant, non carent ſuſpicione.*

## CONSILIVM XLII.

IN Chriſti Saluatoris nomine amen.
In cauſa Reuerendi ac Magnifici V-
triuſque iuris doctoris domini Iaco-
bi Carduini Epiſcopi Liparenſis, &
Magnifici Andrææ eius fratris ſuper
examinatione teſtium in publicatione teſtamenti
quondam domini Nicolai Carduini, eorum pa-
tris, contigit dubitari per magnificos Iudices ma-
gnæ Curiæ Vicariæ ſuper depoſitione duorum te-
ſtium quorum vnus depoſuit, quòd prædictus
quondam Nicolaus Carduinus pater teſtando re-
liquerat prædicto domino Epiſcopo, & Andreæ
quoddam feudum ruſticum ſuum in pertinentiis
Auerſæ, alter verò dicit, quòd reliquerat quod-
dam feudum dictis fratribus, & quoddam aliud
feudum domino Ioanni Carduino alteri fratri:
ſed non recordantur de cognomine feudi. Inſur-
1 gebat * ergo dubium quòd teſtes ſuper teſtamen-
to deponentes debeant eſſe concordes omnino,
& in aliquo non diſcordes in eorum dictis, aliàs
non probant, vt dicit Antonius de Butrig. quem
refert & ſequitur Abbas in capitulo, nihil obſtat.
extra de verborum ſignificatione. vbi dixerunt,
quòd ſi ego volo probare me hæredem inſtitutum
per verba formalia teſtatoris, & per duos teſtes
probaui quòd teſtator dixit, facio te hæredem, &
per alios duos probaui, quòd teſtator dixit, inſti-
tuo te hæredem, huiuſmodi inſtitutio non eſt
probata, nam huic facillimè reſpondetur, & pri-
mò quòd huiuſmodi deciſio non eſt omnino vera,
cùm ſit nimis dura, prout refert Matheſi. vir non
modicæ auctoritatis in capitu. cùm tu, extrà de te-
ſti. vbi dixit, quòd talis deciſio eſt nimis dura, &
non ſeruatur in practica Bononiæ, & contra eam
facit bene dictum Bartol. in l. mutum. ff. de acqui-
renda hæreditate. verſicul. ſed qualiter hoc proba-
retur. dum dicit, quòd ſatis eſt ponere effectum,
licet



licet non verba: & quòd dixit Bald. in l. j. viij. q. C.
de teſta. dicens non requiri teſtes eſſe conteſtes in
2 ſenſu proprio, * ſed in re quam ſenſu percipiunt,
& rectè intuenti contrarium videtur in ſpecie te-
nere gloſſ. in cap. dubium. in verbo, veritatis ſub-
ſtantia. extrà de conuerſio. coniugat. Et quando
abſque veri præiudicio talis deciſio eſſet vera, &
mereretur in practica ſeruari, illa ſanè procedit,
& intelligi debet, * vbi producens teſtes prædictos
3 ſe reſtrinxiſſet ad probandum verba formalia teſta
toris. quia tunc verbis illis formaliter non pro-
batis, ſed diuerſimodè, habebit locum deciſio prę-
allegata. dixit nota. Butr. in cap. cùm eccleſia. §. nos
igitur. de cau. poſſ. & proprie. Alex. de Imo. in l. iij.
§. ideóque. ff. de teſtib. & ſentit Iaſ. in l. ij. C. de bon.
poſſeſ. ſecundum tabu. bene facit gloſſ. in cap. du-
dum. in verbo, veritatis. extrà de conuer. coniuga.
vnde ſecus in cauſa de quo agitur, nam in eo fue-
runt inducti teſtes ad probandum principaliter le
gatum ſeu relictum feudi de Auerſa fuiſſe factum
dictis fratribus, quod quidem ſatis probatum eſſe
apparet ex depoſitione duorum teſtium id in ſpe-
cie deponentium, & licet alij duo examinati non
recordentur, & ſic non deponant ſuper eo, tamen
ſe referunt ad ſcripturam teſtamenti, in quo ipſi
ſe ſubſcripſerunt, & eorum inſcriptionem reco-
gnouerunt, & ſic ſuccedit, quòd licet vnus teſtis
dicat quod alius non dicit, & ſic licet plus vel mi-
4 nus vnus, quàm alter * deponat, non ex hoc po-
teſt varius reputari, vt dicit Ant. de butr. quem re-
fert & ſequitur Imo. in cap. j. iuncta gloſſ. extrà de
officio delega. Alexander in l. ob carmen. §. j. ff. de
teſtib. & idem Alexand. conſil. ccxxiiij. in ij. volu-
mine. Et pariter vendicant ſibi locum in caſu præ-
ſenti, in quo licet teſtes aliqui non deponant ſuper
aliqua, vel non recordentur, tamen ſi alij conte-
ſtes qui ibidem interfuerunt, illud deponunt, ple-
5 nè probabunt, ita in particulari in * teſtibus pro-
ductis ſuper teſtamento tenet Cyn. in l. ſi præſidi.
in fine. & ibi Baldus C. de donationibus. ante nup.
vbi ſubdit Baldus hoc eſſe bene notan. idem tenet
Alexander in l. cùm antiquitas. C. de teſtamentis.
6 * & tanto magis in teſtamento huiuſmodi condi-
to à parte inter liberos, in quo duo tantum teſtes
ſufficiunt. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. &
ibi Bartolus & Doctores. C. de teſtamẽtis. cùm in
eo attendatur ſolum ius gentium: gloſſ. eſt in au-
thentica, quod ſine. & ibi Baldus & alij. C. de teſta-
mentis. glo. in §. quod ſæpè. in authẽtica de trien.
& ſemi. bona gloſſ. in l. fina. C. famil. erciſcun. vnde
cùm teſtes prædicti, idem videantur deponere. ſa-
tis apparet probata intentio dictorum fratrum, li-
cet non omnes ita concordes videantur ad eſſe. gl.
eſt notabilis in capitulo, cùm eccleſia. in verbo,
vacillaſſe. de cauſa poſſeſ. & proprieta. quam ſequi-
tur dominus Anton. in capitulo, quoniam in ple-
riſque. de officio ordinarij. imò plus, ſi omnes te-
7 ſtes eodem ſermone depoſuiſſent, * certè vt præ-
meditato inter eos ſuſpicione elidibili non care-
rent: iuxta textum in l. tertia. §. tu magis ſcire po-
tes. & ibi Bartolus in. §. ideóque. ff. de teſtibus. Bal-
dus in titulo de pace conſtant. in §. hæc ſunt nomi-
na. Bal. in l. teſtium. in verſic. venio ad examinatio
nẽ. C. de teſtibus. Specula. in titulo de teſta. §. pri
mo. verſiculo, item quòd teſtis. & ſi eo modo de-
ponendo videntur melius probare, vt ad eundem
finẽ concurrentes per diuerſa: ita conſuluit Ioan.
de Anan. in ſuo conſilio ſeptuageſimoſexto. Et eo
magis, quia omnes teſtes ſe remittunt ad dictam
ſcripturam teſtamenti, quam recognouerunt cum
eorum ſubſcriptionibus munitam, & cantantem
de dicto feudo de Auerſa ręlicto dictis fratribus:
ſicque non remanet dubitari. In reliquis ſuppleat
doctrina Magnificorum Iudicum magnæ Curiæ,
ac conſueta religio.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Volo, verbum hoc, an inducat diſpoſitionem in contractibus, & an in vltimis voluntatibus. nume. 2. & 3. & melius in nu. 5.*
4 *Verborum geminatio multum operatur, quia demonſtrant enixam voluntatem.*
6 *Teſtes ſuper teſtamento diuerſimodè deponentes non probant.*
7 *Teſtis deponens extra articulum non probat.*
8 *Notarius vbi debet interuenire, vt quia alia ex partibus dixerit,* portate lo notario domane, &c. *non dicitur perfectus contractus quouſque non venerit notarius.*
9 *Filia ſi non ſuccedit virtute ſtatuti exiſtentibus maſculis, ſi fuerit dotata, & moritur remanentibus maſculis, qui patri ſucceſſerunt, ſi aliquis ipſorum moritur, ſoror ipſa ei ſuccedit.*
10 *Filia ſi tempore quo maritatur renunciat hæreditati patris, ſi pater moritur, & ſuccedunt fratres, ſi demum moritur aliquis ex eis, ſoror ſuccedit, licet renunciauerit, quia deſierunt illa bona dici paterna, & dicuntur fraterna.*
11 *Filia ſi renunciauit hæreditati paternæ, & in illa hæreditate ſit feudum, filia non poterit ſuccedere feudo ob ipſam renunciationem factam: ſi tamen moritur pater, & feudum perueniat ad fratres, ſi moritur aliquis ex fratribus, quia deſinit eſſe feudum patris, & dicitur feudum fratris.*

## CONSILIVM LIII.

IN Ieſu Chriſti Saluatoris nomine, Amen. In cauſa hæreditatis honeſtæ quondam Simonæ, concurrit monaſterim ſanctæ Catarinæ de formela ex vna, magiſter Cæſar nepos prædictæ Simonæ ex altera: & nepotes quondam viri ipſius Simonæ. Prætendit monaſterium prædictum hæreditatem & bona Simonæ prædictæ ad ſe ſpectare prætextu aſſertæ donationis cauſa mortis, ſeu inter viuos ſibi factæ per Simonam prædictam: nepotes viri ipſam prætendunt tãquam bona prędicti olim eorum patrui mariti virtute conſuetudinis Neap. ſi quis vel ſi qua. magiſter Cæſar prætẽdit venire ad eam, vt nepos Simonę, & proximior & ad quem iudicio meo ſpectare apparet. Et ad excluſionẽ monaſterij quod magis infeſtat, dico quòd dicta bona ſiue in vltima voluntate, ſiue donationis

 cauſa

ċauſa mortis, vel inter viuos titulo præſupponerē-
tur relicto prædicto monaſterio, apparēt relicta per
verbum, volo relinquere, ſeu volo donare, dicta 4
aſſerta donatio fuit facta eo modo: & ſic ſumus in
verbo volo, iuncto infinito, quod reſpicit actum
explicandum ab ipſo proferente: & qui explicari
1 poteſt ſola voluntate proferentis: * quo caſu cùm
ſimus in contractibus diſpoſitionem aliquam non
inducit; ita mirabiliter dicit diſtinguendo tenet
Bartolus in l.j.C.de ſumma trinit.& fid.cath.Bart.
2 & glo.in l. ſerui electione. ff. de legatis.j.* vbi ſub-
dit ſecus eſſe ſi eſſemus in vltimis volũtatibus, quia
tunc diſpoſitionem induceret. textus dicit ipſe in l.
3 Pamphilo.§.propoſitum. ff.de lega.iij.* Ego tamē
dico, quòd ſiue ſimus in contractibus, ſiue in vl-
timis voluntatibus, verbum, volo relinquere, ſeu
donare, diſpoſitionem aliquam non inducit, quia 5
ſicut in contractibus verbum volo, iunctum infi-
nito nihil diſponit, pariter eſt dicendum & in vl-
tima voluntate, cùm bona ratio diuerſitatis reddi
non poſsit: ita contra Bartolum tenuerunt Imol.
Paulus de Caſtro, & Alexand. in dicta l. ſerui ele-
ctione. Paul.de Caſtr.& Moder. in d,l.j. C. de ſum-
ma trinit. vbi ſubdunt quòd merito in hoc Bartol.
reprehenditur. Nec obſtat textus in dicto §.propo
ſitum. quia ille textus decepit diuinum ingenium
Bart. quia in illo text. multa ſpecialia concurrunt,
quæ faciunt diſpoſitionem valere, & in primis ad-
erat ibi conuocatio amicorũ facta ad illum finem:
vt probat textus ibidem in verbo, accerſitis ami-
cis. ex qua conuocatione apparet deliberatio, vt
dicit idem Bartolus in l.gerit. ff. de acquirenda hæ-
reditate. & in l. fina. de teſtamentis. Secundò erat
ille miles, & contubernalis, vt apparet ex textu. &
ſic videtur in perſonam dilectã veriſimiliter. Ter-
tiò erat teſtator infirmus, & prope mortem, vt di-
cit text. ibi, in vitæ diſcrimine conſtitutum, cuius
voluntati, vt arbitror, lex multum fauet, per tex-
tum in l.j.C. de ſacroſanctis eccleſiis. ibi in verbo,
quod vnquam amplius redit arbitrium, & facit
bene l. libertus. ff. de operis liberto. Quartò con-
ſidero & fortius, quòd in dicto textu concurrit
carentia cognatorum, cui iura ſatis indulgent, ex
quo non ita conſiderant diſpoſitionem bonorum,
vbi extant coniuncti, quibus magis bona noſtra 6
debentur. per textum in l.cùm ratio.ff.de bonis da
mnatorum.& in l.in ſuis.ff.de liberis & poſthumis.
& quod aderat carentia cognatorum apparet bene
ex textu ibi in verbo, non haberent liberos, vel
cognatos. Quintò interuenit etiam ſcriptura fa-
cta ad inſtantiam dicti Caij Beij, cui relinqueban-
tur prædia, vt optimè exprimitur in dicto textu,
in verbo ibi in teſtatione Caium Seium redegiſſe.
quorum verborum vis eſt, vt importent ſcriptu-
ras continentes dicta teſtium, vt in l.damus. C. de
fallen.& in l.acceptum. C.de vſuris.& in l.qui Ro-
mæ.§.cohæredes. de verborum obligationibus. &
in l.in eadem §.igitur ſciendum.ff.ex quibus cauſis 7
maior. quaſi dicat, & vere dicit quod ſcripta fue-
runt ea prædia præſentibus, & vocatis teſtibus.
Sextò interuenit nedum geminata, ſed etiam trina
diſpoſitio teſtatoris, & primò præambula quædam
voluntas teſtantis, licet non perfecta: quia dixit
quòd vellet relinquere Caio Seio prædia, ſecundò

interuenit ſtatim nominatio prædiorum diſtinctè,
& interuenit dictæ denominationi ſcriptura facta
per illum Caium Seium, * quorum verborum ge-
minatio multum operatur: quia demonſtrant iam
enixam voluntatem. l. baliſta. ad trebel. argumen.
l.ſi mulier. C. ad Velleia. quod pro ſingulari dicit
Bartolus in l. cùm ſcimus. in fine. de agricolis &
cenſitis. libro vndecimo. Septimò & vltimò inter-
uenit poſteà interrogatio ex parte dicti Caij Seij
ſcribentis erga dictum teſtatorem dicentis an ea
prædia dixiſſet primò, vt Caius Seius ſcripſerat,
vt patet ibi in verbo, & ipſo teſtatore interrogato
an ea dixiſſet, & ſic patet in textu dicti §.propoſi-
tum. omnia ſuprà dicta ſpecialia concurrere, quæ
faciunt diſpoſitionem illam valere, quæ quidem
longè diſtant à caſu de quo hîc, vnde ſtat vera &
firma concluſio, * quòd tam in contractibus quàm
in vltimis voluntatibus verbum volo, iunctum
infinito nihil diſponat. ita etiam rectius loquutus
tenet Bartolus in l.finali. C.de teſtamentis. & in l.
gerit. quem ibi doctores ſequuntur. ff. de acquirē-
da hæreditate, quarta columna, verſiculo quæro
quid ſi conuocatis. Nec obſtat quatenus dicatur,
quòd ſumus in cauſis piis, in quibus verba enun-
ciatiua videntur diſpoſitionem inducere, nam cla-
rum eſt plura eſſe genera verborum enunciatiuo-
rum, ex quibus poteſt diſpoſitio induci in cauſis
piis, ſed in his verbis prolatis per verbum volo,
iunctum infinito, diſpoſitio non inducetur, vt ſu-
prà demonſtratum eſt. ergo ex illo dicto generali
quòd verba enunciatiua diſponant in cauſis piis,
non rectè infertur ad verba prolata per verbum
volo, iunctum finito, ſuper quo in ſpecie docto-
res præallegati volunt diſpoſitionem non induce-
re, & ſic eſſet opus docere de ſpeciali fallentia hu-
ius verbi, volo in cauſis piis diſpoſitionem indu-
cere. Et minimè obſtare poſſet, ſi diceretur ex ad-
uerſo, quòd imò ſunt & alij teſtes, qui dicũt, quòd
dum prior alloqueretur dictam Simonam, ipſa re-
ſpondit *vna volta le robbe, ſo le voſtre portarete do-
mane ouer amente poſt domane lo notario, che faremo lo
inſtrumento*, nam certè ſatis apparet quod in hac
cauſa teſtes fuerunt producti pro monaſterio ad
probandum verba formalia ipſius Simonæ teſta-
6 tricis, & in vltimis conſtitutæ, * & ſic teſtes diuer-
ſimodè deponendo non probant, vt pulchrè te-
nent Canoniſtæ, maximè Anto. de but. & Abbas
in capitulo, nihil obſtat. de verborum ſignificat.
& Iaſon in l.ſecunda. C.de bonorum poſſeſsion.ſe-
cundum tabul. vbi dant exemplum in eo qui pro-
bauit per duos teſtes. quod teſtator dixerat, inſti-
tuo te hæredem, & per alios duos, quod teſtator
dixerat, facio te hæredem, nam huiuſmodi teſtes
ita verij fuerunt irritati. Accedat inſuper, quia in
articulis rectè intuenti non fuit ſuper eo articula-
tum, ſuper quo teſtes d.monaſterij deponunt, ob
quod apparet dictos teſtes deponere extra articu-
7 los, quo * caſu minimè probãt, gloſſ. eſt notab. in
cap.de teſtibus.& ibi doctores, extrà de teſtibus.&
voluit Bartolus in l. ſi quis libertatem. v. colum.ff.
de petit. hæred. facit etiam, quia quilibet teſtis ſeu
plures teſtes prædicti monaſterij deponunt, quòd
Simona reſpondebat: *portate lo notario, non do-
mane, che è lo mercato, ma poi domane, che faremo,
lo inſtr*



*lo inſtrumento*, & ſic ſe referebat ad notarium; quo
caſu nunquam dicetur perfectus contractus, niſi
venerit notarius: vulg.l. cõtractus. & ibi Baldus &
doctores. C.de fide inſtrum. Hinc optimè ſubdunt
8 Modern. in dicta l.j. C.de ſumma trinita.* quòd ſi
animus deliberatus eſſet ſic relinquere, non dice-
ret, ſeu dixiſſet, volo relinquere, ſed dixiſſet, re-
linquo. pariter & in caſu iſto ſi Simona voluiſſet
relinquere, non dixiſſet primò, volo relinquere:
& minimè dixiſſet, *portate domane lo notario. ſeu
poſt domane*, ſed dixiſſet, *portatelo mo, ſeu al preſen-
te*, & ſic apparet quòd teſtes producti pro mona-
ſterio omnes inter ſe ſunt varij, & diſcordantes
inter eos, & ab articulis & quando abſq; veri præ-
iudicio huiuſmodi diſpoſitio valeret, non valeret
niſi pro medietate: quia dicta Simona non potuiſ-
ſet diſponere niſi pro medietate, cùm prædicta bo-
na ſibi obuenerint ex hæreditate ſui filij. vt pro-
bant teſtes producti per coniunctos quondam viri
Simonæ, quo caſu cùm ei obuenerint à coniun-
ctis, non potuiſſet diſponere niſi pro medietate:
& hoc per conſuetudinem Neapolitanam inci-
piente, Et ſi tenor. in titu. de ſucceſſ. mori. ſine fi-
liis. Quò verò ad coniunctos quondam viri Si-
monæ clariſsimum eſt minimè ipſos venire poſſe
ad ſucceſsionem dictorum bonorum virtute con-
ſuetudinis Neapolitanæ ſi quis vel ſi qua. cùm in
ſpecie Neapodan. ſuper dicta conſuetudine in xij.
colum. verſi. item quæro circa medium, quid ſi eſt
controuerſia. limitat in ſpecie, quòd vbi mater ſuc
cederet filio in bonis paternis, & ſic in eo caſu ceſ-
ſet dicta conſuetudo, vbi mater ſuccederet filio:
& ſic apparet etiam ex diſpoſitione iuris commu-
nis, quòd dicta bona non dicuntur amplius pater-
na, & ſic mariti Simonæ, ſed filij cui ipſa ſucceſsit
in his bonis tanquam exiſtentibus in bonis filij, &
non eius viri, quia deſierunt eſſe prædicti ſui viri,
& ſunt effecta bona filij. Hinc voluerunt Ludou.
Roma.& Alexand.in l.j.§. veteres. ff. de acquirēd.
9 poſſe. * quod ſtante ſtatuto, quòd exiſtentibus ma
ſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, ſi fuit filia do-
tata, & moritur pater remanentibus maſculis, qui
patri ſucceſſerunt, ſi aliquis eorum moritur, certè
ſoror ei ſuccedet, quia hæreditas illa non dicitur
amplius paterna, ſed fraterna: idem tenet Baldus
in cap.j. §. cùm etiam. in vſibus feudorum. Secun-
dò adducitur quod in ſimili conſuluit Angelus in
10 ſuo conſilio lij. dominus Gilius. * vbi dixit, quòd
ſi filia tempore quo maritatur à patre, renunciat
hæreditati patris, ſi pater demum moritur, & ſuc-
cedunt fratres, & ſic filij patris ſi demum morian-
tur aliqui ex eis, ſoror veniet ad ſucceſsionem, li-
cet renunciauerit, quia renunciatio extenditur ad
bona patris, & nunc deſierunt eſſe paterna, & di-
cuntur fraterna: cui ſucceſsioni ſoror non renun-
ciauit, licet fratres non habuerint in bonis alia,
quàm bona patris: quia ſemel eſt effectum patri-
monium fratrum. ita etiam conſulendo ſequitur
Ludo. Roman. conſilio clxviij. incipiente, circa
primum, quo quæritur an renunciatio. Tertiò &
vltimò adduco, quod in ſimili voluit Baldus in l.
j.& ij. ff. de rerum diuiſione. dum dixit, quòd ſi fi-
11 lia renunciauit hæreditati paternæ, * & in illa hæ-
reditate adſit feudum, filia non poteſt ſuccedere
illi feudo per renunciationem factam. ſi tamen mo
ritur pater, & feudum perueniat ad fratres, ſi mo-
ritur aliquis ex fratribus, filia, & ſic ſoror ſucce-
deret in illo feudo, quia deſinit eſſe dici feudum
patris: & dicitur feudum fratris. idem voluit An-
dræ. de Iſer. in c.j. nona col. de natura ſucceſ. feudi.
Luc. de pen. in l.fi. C.quibus & quando quarta pars
deb. libro x. vbi refert quòd idem tenet vir magni
ingenij dominus Ioannes de lando, In cæteris ſup-
pleat almi Regij conſiſtorij religio: ego Tho.Gra.

SVMMARIVM.

1 *Locationis & conductionis cauſa ſummaria eſt, &
breuis, & in ea abſque libello proceditur ad im-
plorationem partis, & dicitur cauſa breuis, nu-
mero 2.*
3 *Cauſa alicuius rei magnæ dum agitur de eius poſ-
ſeſſione, ſeu detentione dicitur breuis. nu. 4.*
5 *In locatione communis domus ſolitæ locari, ſi vnus
ex ſociis vult ipſam locare; alter recuſat, præfer-
tur volens locare. nu. 6.*
*In domo communi conſueta locari ſi alter ex ſociis
vult inhabitare, alter autem vult vt locetur, præ-
fertur volens locare.*
7 *Volens pro vſu proprio domum communem inhabi-
tare inuito ſocio præfertur. vbi non haberet aliam
habitationem pro vſu proprio, ita quòd vſus fue-
rit inopinatus.*

## CONSILIVM LIIII.

IN Chriſti nomine, Amen. In cauſa
Benedicti Florentini aduerſus Fran-
ciſcum Comũ ſuper relocatione do-
mus prædicti Franciſci, eſt videndum
an appareat relocatio facta, & qua-
tenus non appareret, an tenet relocatio Leonardi
Comi fratris ipſius Franciſci facta eidem Benedi-
cto: cùm domus ipſa ſit communis pro indiuiſo
vtriuſque. Et quò ad primum nulli dubium liquere
ex proceſſu de relocatione iam facta per prædictũ
Franciſcum eidem Benedicto: vt deponit in ſpecie
prædictus magnificus Leonardus frater ipſius Fran
ciſci: qui licet vnus ſit teſtis, tamen plenè pro-
bat in caſu de quo agitur, cùm ſit in cauſa locatio-
nis & conductionis, quarum cauſarum ſummaria,
1 & breuis eſt natura. Hinc eſt * quòd in his iudex
abſque libello, & ad implorationem partis proce-
dit: vt dicit Baldus in l. æde. C. loca. Et alibi opti-
mè poteſt cauſa hæc breuis dici, cùm plus ſit ex-
2 penſum in eius ſcripturis, * quàm ſit valor cauſæ,
vt datur ex proceſſu colligi, voluit pulchrè Bart.
in l. mediterraneæ. C.de ann.& tribu. libro x. bona
gloſſ. in cap. de appellationibus. extrà de appellat.
Accedit inſuper ad corroborandum antecedens:
3 * quòd licet ſuper re, vel de ipſa re dicatur cauſa
magna: tamen quando agitur de eius poſſeſsione,
cauſa ipſa breuis dicitur: dixit Bartolus in l.ad-
monendi. ff. de iureiurando. Ioannes Andræas in
cap. ex inſinuatione, de procuratorib. Ant. de butr.
in cap.fi. viij. col. extrà eodem titu. refert & ſequi-
tur Iaſ. in repetitio. l. admonendi. ff. de iureiuran.
pariter in caſu de quo hîc cùm agatur de poſſeſsio-
ne, ſeu

ne, ſeu rectius detentatione, quòd minus eſt quàm
poſſeſsio, cauſa ipſa breuis, & breuior dicenda eſt.
4 * Sed nunc habeo quòd in cauſis breuibus ſtatur
dicto vnius teſtis, vt voluit expreſsè Matheſi. in
ſuis notab. in ſecundo notab. Anto. de butr. in cap.
veniens. lo ſecundo. & in capitu. j. extrà de appella.
& eſt de mente Bartol. in l. de minore. §. tormenta.
de quæſtionib. refert & ſequitur Iaſ. in d. repet. l. ad
monendi. xxij. charta. Accedit inſuper vltra depo-
ſitionem prædicti Magnifici Leonardi fratris, con
feſsio eiuſdem Franciſci, probata per Baptiſtam
baronum teſtem productum per ipſummet Fran-
ciſcum in præſenti cauſa. adeſt & inſuper Iuliana
teſtis domeſtica eiuſdem Franciſci, quæ deponit
audiuiſſe menſibus elapſis in domo relocationem
dictæ domus fuiſſe factam eidem Benedicto. imò
& plus idem Franciſcus examinatus vt principa-
lis, deponit quòd petente ipſo Benedicto ab ipſo
relocationem prædictam, reſpondit, *Io vederò, ſe
te la poſſo locare*, & ſubdit, *per che alhora era lo
meſe de Marſo*: vnde ſuccedit illud vulgatum.
Et ſi non proſunt ſingula, multa iuuant. l. ſpado-
nem. §. qui iura multa. ff. de excuſat. tuto. Nunc au-
tem dato abſque veri præiudicio quòd non appa-
reret de relocatione domus prædictæ facta per eũ-
dem Franciſcum, dico quòd cùm Leonardus fra-
ter eiuſdem pro communi & indiuiſo tenens do-
mum ipſam cum prædicto Franciſco, eandem præ-
dicto Benedicto relocauerit, locatio ipſa tenet,
nec poterit Benedictus ipſe conductor amoueri
5 etiam reluctante prædicto Franciſco: * ex quo dũ
vnus ex ſociis, ſeu fratribus habens rem commu-
nem vult ipſam locare, maximè rem ſolitam loca-
ri, prout erat, & eſt ipſa domus, & alter frater diſ-
crepat, prout propriè in caſu de quo agitur, ille
qui vult ipſam locare, præferẽdus eſt, cùm vtiliter
faciat præſertim rem conſuetam locari. ita in pro-
priis terminis voluit Baldus in l. j. C. qui teſta. face.
poſſ. Bartolus in l. hæc diſtinctio. §. fundum. ff. de
loca. & ibi Paulus de Caſtro, Baldus & Angelus in
l. duo fratres. ff. de acquirend. hæred. Baldus in cap.
cùm omnes. de conſtit. & in cap. primo. §. ſi quis de
manſo. de controuer. inueſt. Nec obſtaret quate-
nus diceretur, quòd prædictus Franciſcus domum
ipſam vult habere pro vſu proprio: prout dicit Bal.
in l. Sabinus in vltimis verbis. ff. commun. diuid. &
ibi Alberi. & ſic non potuit Leonardus eo inuito
locare. nam huic pluribus modis reſpondetur, &
primò quòd ſi domus eſt ſolita locari, & vnus ex
6 duobus, fratribus, * ſeu ſociis habentibus ipſam
in communi, vult ipſam inhabitare, & alius verò
ſocius ſeu frater vult ipſam locare, certè præfer-
tur volens locare, ita dixit doctor veritatis dom.
Petrus de vbal. de peruſi. in ſuo tractatu de duobus
fratribus in quinta parte: in nona quæſtione. refert
& ſequitur Iaſon in repetitione l. quominus. xxvj.
quæſt. ff. de flumin. Secundò reſpondeo quando vo
lens pro vſu proprio domum communem, non ha-
7 beret aliam habitationem, * ex quo quòd quis do-
mum propriam poſsit reuocare à conductore pro
vſu proprio, intelligi debet quando indigeret illo
vſu, ita dixit Bald. in dicta l. æde. v. colum. C. loca.
vel quia ipſe duxiſſet vxorem, vel eius filius. Ter-
tiò intelligi debet, vt talis vſus fuerit inopinatus,
& quòd ſuperuenerit, cùm tempore quo prędictus
Leonardus locauit, non appareat Franciſcum con
tradixiſſe, & in dubio non præſumitur contradi-
xiſſe, niſi appareat, dixit Baldus in l. in familiæ. ij.
colum. verſic. quæro quid in dubio. C. famil. erciſ.
glo. in l. nemo ex ſociis. ff. pro ſoc. doct. in l. j. C. qui
teſtamen. fac. poſſ. Vnde cùm ex meritis probato-
rum appareat prædictũ Franciſcum habere in com
muni cum ipſo magnifico Leonardo alias magnas,
& palaciatas domos, in quibus poſſet cum longè
maiori familia quàm habet, inhabitare, & hoc vl-
tra habitationem quam habet conſiſtentem in vna
ſala, & tribus cameris, coquina, ſtabulo, & duo-
bus cellariis, concurrente etiam conſuetudine lo-
candi domum prædictam de qua agitur, & quia
geſtum eſt negotium vtile in locando per prædi-
ctum Leonardum, apparet conditionem Leonar-
di fore potiorem in locando. Et minime ſuffraga-
retur Franciſco oblatio penſionis pro rata ſua ei-
dẽ domino Leonardo, cùm talis oblatio facta fue-
rit longè poſt locationem factam per prædictum
Leonardum, & ſic longè poſt ius quæſitum per con
ductionem prædicto Benedicto, abſq; aliqua con-
tradictione ipſius Franciſci. Ex quibus omnibus
concluditur ſanctiſsimè fuiſſe pronunciatum per
magnam Curiam Vicariæ, & merito cõfirmãdum.
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor confeſſus in inſtrumento recepiſſe pecuniam poteſt non obſtante lapſu bienny negatiuam probare, id eſt, nõ habuiſſe pecuniam, dummodo in ſe aſſumat onus id probandi. nu. 2. 3. 4.*
5 *Et maximè vbi id probare vellet per confeſſionem ipſiusmet creditoris.*
6 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, licet dicatur habere præſumptionẽ iuris, & de iure pro ſe, nihilominus poteſt in contrarium probari per confeſſionem partiſmet principalis.*
7 *Iuramentum præſtitum inter certas perſonas non nocet aliis nec prodeſt.*
8 *Iuramentum & ſententia æquiparantur.*
9 *Inſtrumentum confeſſionatum, licet habeat executionem paratam, id intelligi debet ad inſtantiam ſtipulatoris principalis, & ſic promiſſoris creditoris, non autem tertij etiam quòd ſua interſit.*
10 *Inſtrumentum ſi virtute ſtatuti habet executionem paratam, id intelligitur ad inſtantiam creditoris, non autem tertij etiam cuius interſit.*
11 *Exceptio aliqua ſi virtute ſtatuti opponi non poteſt contra inſtrumentum, certè intelligi debet contra illum cum quo confectum eſt inſtrumentum, & ſtipulatum, non autem contra tertium.*
12 *Exceptio certa ſi non permittitur opponi contra inſtrumentum virtute ſtatuti, non habebit locum contra tertium cum quo non eſt confectũ inſtrumentum.*

## CONSILIVM LV.

IN Ieſu Chriſti Saluatoris nomine,
Amen, In cauſa nobilis Nicolai Ber-
nardini tiroctæ de Auerſa, aduerſus
magnificum Scipionem buzucum: au-
dio dubitari, an poſsit elapſo biennio allegare ad-
uerſus



uerſus ſuam confeſsionem inſtrumentalem non ha
buiſſe dicta bona ab Hebræis, in quorum locum
Magnificus Scipio ipſe ſucceſsit. * Et proculdu-
1 bio dicendum eſt quòd ſic: ex quo debitor etiam
elapſo biennio poteſt negatiuam probare, & non
habuiſſe pecuniam, quam confeſſus fuit ſibi nume
ratam: ita Bald. in l. in contractibus. C. de non nu-
merata pecunia. Felynus in cap. ſi cautio. extrà de
fide inſtrumen. xviij. colum. & ideo poteſt non ob-
2 ſtante lapſu biennij * onus hoc probandi in ſe aſſu-
mere: ita Bartolus & doctores in l. ſi ex cautione.
C. de non numerata penunia. Et licet de iuris rigo
re aliud eſſet dicendum, tamen de æquitate ſecus:
vt dicit Dynus in regu. locupletari. de reg. iuris in
ſexto. Angelus in conſilio cliiij. prima fronte. Bal.
in dicta l. ſi ex cautione. xiiij. colum. & in repet. l. ij.
xxiij. char. ff. de iureiuran. vbi ſubdit, quòd debito-
ri volenti aſſumere huiuſmodi onus probandi, non
obſtat lapſus biennij. Idem pro commu. opinione
tenet Imol. dicens eſſe communem opinionem in
cap. fina. de ſolu. & Salycetus in l. contractibus. C.
de non numerata pecun. & ſuadet ratio, nam quòd
biennium excludat debitorem volentem excipere
eſt, quia præſumptione iuris præſumitur habuiſſe
id de quo excepit per lapſum tanti temporis. Sed
contra iſtam iuris præſumptionẽ admittitur pro-
batio in contrarium, ita in particulari Bald. in l. ſi
ex cautione, præallegata. Imo. in c. ſi cautio. de fide
3 inſtru. * Et ceſſantibus præmiſsis abſque veri præ-
iudicio negari non poteſt, quin huic debitori mo-
leſtato poſt biennium non cõpetat officium iudi-
cis etiam poſt biennium: vt dicit Baldus in l. illici-
tas. ff. de officio præſidis. Baldus in d. l. ſi ex cautio-
4 ne. in ix. q. ſuprà allegata. * Et hoc per rationẽ, quia
prohibitus agere ſeu excipere, non prohibetur im
plorare officium iudicis. Bartolus in l. j. §. & parui.
ff. quod vi aut clam. Baldus in l. iij. §. nouiſsimè. ff.
nautæ, caupones, ſtabularij. Petr. de Ancha. in cle-
5 ment. j. de cauſa poſſeſ. & proprieta. * Et præſertim
volens probare confeſsionẽ creditoris, prout in
caſu præſenti: ita dixit Hoſtienſ. & Abb. in dicto
cap. ſi cautio. quinimò ampliatur etiam ſi iuraſſet
talis debitor; vt dicit ſatis not. do. Anto. in cap. quia
plerunque. de immunitate eccleſiarum. & Felyn. in
dicto cap. ſi cautio. de fide inſtrumentorum. ſicut
6 dicimus in ſimili * in ſententia, quæ eſt tranſacta
in rem iudicatam: nam dicitur habere præſumptio
nem iuris & de iure pro ſe: & nihilominus poteſt
in contrarium probari per cõfeſsionem partiſmet
principalis: ita dixit dominus Anto. Imola, & Ab-
bas in cap. quoniam contra. de probation. & Inno-
centius in dicto cap. quia plerique. de immunitate
eccleſiarum, & gloſſ. in authentica, de æqualitate
dotium. §. aliud. Prætereà poteſt inſuper debitor
ipſe non obſtãte curſu biennij excipere de fraude
& dolo aduerſus creditorem repetẽtem pecuniam
non numeratam, & ſic rem non datam: voluit
Hoſtien. & Abb. in dicto capit. ſi cautio. prout ibi-
dem refert & ſequitur Felynus & Baldus in dicta l.
7 ſi ex cautione. * Nec obſtat iuramentum, modo
aliquo, tum ex prædictis, tum quia præſtitum in-
ter certas perſonas non obeſt, nec prodeſt aliis. l.
iij. ff. de iureiurando. l. j. C. ſi muli. ven. no. in poſſeſ.
8 mitt. * & hoc per rationem, quia certum eſt quòd
iuramentum & ſententia æquiparantur. l. ſed ſi poſ
ſeſſori. §. finali. ff. de iureiuran. cum vulga. & tamen
ſententia inter duos lata aliis non præiudicat. l. ſæ-
pè. ff. de re iudicata. & res inter alios acta, aliis non
præiudicat, &c. Hinc eſt, quòd licet inſtrumentum
confeſsionatum habeat executionem paratam, ta-
men illud intelligitur ad inſtantiam ſtipulatoris
9 principalis, * & ſic promiſſoris creditoris, nõ au-
tem tertij, etiam quòd ſua interſit: ita voluit Iaſ.
in l. ij. vlti. colum. ff. de iureiur. pro quo faciunt di-
cta Bald. in l. ſi pro te. C. de do. promiſſ. vbi dixit,
quòd licet ex forma ſtatuti inſtrumentum habeat
10 executionem paratam, * tamen illud intelligitur
ad inſtantiam creditoris, non autem tertij, etiam
cuius interſit. Et pro hoc bene facit, nam ſi ex diſ-
poſitione ſtatuti contra inſtrumentum non poſsit
opponi aliqua exceptio, videlicet talis exceptio
11 ſpecificata, * certè id intelligitur contra illum cum
quo confectum, & ſtipulatum eſt inſtrumentum,
non autem cõtra tertium, ita voluit Ioan. de Imol.
in l. fina. ff. à quibus appell. non lice. antepen. char.
12 Angel. in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. * Et ſi
contra inſtrumentum non permittantur opponi
certæ exceptiones, nõ habet ſtatutum locum con-
tra tertium, cum quo non eſt confectum inſtru-
mentum: voluit Ioan. de Imol. in clem. j. de re iud.
in iiij. colum. per gloſſ. ibi. In reliquis ſuppleat in-
tegra doctrina Magnificorum Iudicum magnæ Cu
riæ vicariæ. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor vbi præſumeret de morte viri, qui acceſſerat ad longinquas regiones, & diu abſens ſtetiſſet, per ſolam famam publicam de eius morte poſſet procul dubio ſecundò nubere num. 2. & 4.*
3 *Mulier bona fide contrahens quaſi certificata de morte viri, ſi contraxit cum alio, & demum conſtat de vita prioris viri, tunc tenetur redire ad priorem.*
5 *Mulier eo caſu data abſentia viri, dum hæſitatur de eius morte, qualitercũque conſtaret veriſimiliter de morte mariti, ſufficeret, vt ſecundo loco nubere poſſit num. 6.*
7 *Et in tantum quòd ſuperueniente primo viro, proles ex ipſo ſecundo matrimonio non poteſt dici illegitima.*
8 *Matrimonium quomodo dicitur contrahi in faciem eccleſiæ.*
9 *Filius & hæres quòd quis ſit, non requiritur quòd probetur de veritate matrimonij, ſed ſufficit quaſi poſſeſſio colorata.*

## CONSILIVM LVI.

REdemptoris gentium præſidio poſtu-
lato, Amen. In cauſa honeſtæ mulieris
Vincentiæ de biſante vxoris honora-
bilis Mendotiæ aromatarij, ſunt vt ar-
bitro duo diſcutienda. Et primò an poteſt ex pro-
ceſſus meritis inferri, quòd Angela eius mater
fuerit adeò certiorata de morte Ioannis ſui prio-
ris viri, quòd meritò ei licuiſſet ad ſecunda vota
conuolare; & Loyſello ſuo ſecundo viro patri
Vincen

Vincentiæ prædictæ ſe matrimonio copulare. Se-
cundò eſt videndum, an poſito abſque veri præiu-
dicio quòd Ioannes primus vir poſt ſecūdum ma
trimonium cōtractum probaretur ſuperſtes, & ſic
viuere ignorante prædicta Angela, an ex hoc Vin-
centia ipſa filia prædicti Loyſelli ſecundi viri poſ-
ſit cenſeri illegitima: & per cōſequens excludenda
à ſucceſsione eiuſdem Loyſelli patris. Et quoniam
apud tam almum Chriſtianiſsimum conſiſtorium,
& legum diuos iurium diſpoſitiones inſcribere ſu-
perfluum eſt: & nihil aliud niſi benignis eorum
mentibus tædium afferre: & vt coruus Philome-
nam cantu imitari: idcirco ad pauperculæ clien-
tis ſatisfactionem breuibus infraſcriptis conten-
tus ergo. Et quo ad primum eundo per veras iuris
concluſiones, non negatur quòd de morte primi
viri venit nouum ab Inſula Regni Siciliæ, in qua
ipſe degebat dum viueret, etiam per tranſmiſsio-
nem literarum delatarum per famulum Chriſto-
phori de aquila eius conſanguinei, ſimiliter ibi-
dem degenti, prout de hoc in ſpecie quatuor pri-
mi teſtes depoſuerunt ſuper tertio articulo, qui
plus ſubdunt quòd Ioannes ipſe receſsit à tempo-
re Regis Alphonſi primi à ciuitate Neapolit. Sici-
liam: & nunquam amplius reuerſus fuit Neapol.
quia ſi reuerſus fuiſſet, ipſum vidiſſent extante ip-
ſorum conſanguinitate & fraternitate. Inſurre-
xitque inſuper de morte prædicta vox & fama pu-
blica, ſubſequuto poſtmodum communi luctu, ac
lugubribus veſtibus eiuſdem vxoris, & conſan-
guineorum, ac affiniū: prout ſorores & fratres eiuſ-
dem defuncti atteſtati ſunt. Et ex iuris diſpoſitio-
ne cautum eſt, quod vbi maritus exiſteret in lon-
ginqua regione, & vxor ſimiliter de eius morte
præſumeret per ſolan famam publicam, concur-
1 rente longa abſentia * dicti viri, poſſet proculdu-
bio ſecundò nubere: iuxta textum in ca. quoniam
frequenter. §. ſi autem. & ibi gloſſ. in verbo, præſu-
matur. extrà vt lite non conteſtata: per quem ita
in propriis terminis tenet Stephanus de caye. ma-
gnus canoniſta, & qui diu reuerendam Curiam ar-
chiepiſcopalem Neapolitanam rexit, donec vixit,
in ſuo ſolenni ſacramentali opere, in titulo de ſacr.
ma. quæſtione ccj vbi allegat Piſan. ita tenere, &
etiam Hugo. & ſubdit quòd de facto contrahens
2 ante certificationē mortis prioris viri, * ſi tamen
fama publica habeatur, quòd mortuus ſit, redde-
re poterit debitum, ſed non exigere, ex quo tale
matrimonium non dirimitur: licet contra inter-
dictum eccleſiæ ſit contractum. facit c. dominus.
extrà de ſecundis nuptiis. ſecundum fratrem Ni-
colaum in addition. ad Piſan. & per Hugonem in
ſumma de ſponſa duo. §. an liceat habere. idem vo-
3 luit Præpoſi. in dicto cap. dominus. ij. colum. * vbi
dixit formaliter, quòd ſi vxor bona fide contra-
xit quaſi certificata de morte, ſi demum conſtet de
vita prioris viri, tunc debet redire ad priorē: quòd
quidem non ſuperuenit in caſu præſenti, cùm nun-
quam idem Angelæ conſtiterit de vita ipſius pri-
mi viri: & prout apparet potiſsimè roboratum ex
4 * depoſitione trium teſtium productorū ex aduer-
ſo, vt magiſtri Babuſij, magiſtri Nicolai ſuper xix.
articulo deponētium, quòd licet prædictus quon-
dam Ioannes primus vir poſt matrimonium con-
tractam cum ſecundo viro venerit Neapol. venit
tamen ſecretè & occultè cauſa interficiendi præ-
dictam Angelam, & Loyſellum coniuges, vnde ad-
uentus huiuſmodi, ſeu reditus prædicti Ioannis ad
ciuitatem Neapolita. eo modo, non potuit veri-
ſimiliter eidem Angelæ innoteſcere. Inde eſt quòd
omnes teſtes producti per prædictam Angelam, in
ter quos ſunt fratres, & ſorores, aliæ coniunctæ
perſonæ eiuſdem met Ioannis primi viri, vltra no-
uum quod venit, & literas, & luctum de morte
prædicta, teſtantur quòd prædictus Ioannes eo-
rum pater à tempore quo receſsit, nonquam am-
plius reuerſus eſt Neapolim: quia ſi rediiſſet, om-
nino eum vidiſſent attenta fraternitate, & con-
iunctione eorum prædicta. Et plus ſubdit prædi-
ctus dominus Stephanus in loco præallegato, ꝙ
quatenus non haberetur certus nuncius de morte
viri, ſufficerent literæ, prout in caſu iſto, & qua-
tenus abſque veri præiudicio non interueniſſent
5 literæ, ſufficeret aliqua iuſta probatio, * imò qua-
litercunque conſtaret veriſimiliter de morte ma-
riti, ſufficeret, ita etiam ante do. Stepha. tenet do.
Anto. in cap. in præſentia. de ſponſalib. quem refert
ibidem, & ſequitur Præpo. ſuper glo. in verbo, cer-
tum nuncium. adeo enim quòd ſola fama ſufficit,
ſi mortuus aſſeratur in loco, de quo non poteſt li-
quidò probari, vel ſi vltra mare, prout in caſu præ-
ſenti, & pariter ſi in longinqua parte, ita dicit do.
Anto. in loco præallega. & poſt eum Præpoſi. ibi-
6 dem. in v. colum. * vbi plus ſubdit idem eſſe ſi ma-
ritus ſtetiſſet abſens longo tempore, prout in caſu
præſenti, per not. per Innocentium in c. veniens.
extrà de verborum ſignifi. & hæc quo ad primum.
Quò verò ad ſecundum, an proles orta ex huiuſ-
modi matrimonio ſecundo cenſeatur legitima, &
ita haberi poſsit, & quidem dictum eſt quòd cùm
mulier ipſa Angela ignorās habere primum virum
ſuperſtitem ſtantibus prænarratis, & pariter Loy-
ſius ſecundus vir credens primum virum minimè
viuere, vel credens eandem Angelam viro carere,
ita adinuicem publicè, palam, & in faciem eccle-
ſiæ ſe matrimonio iunxerint, non poterit dici eo-
7 rum proles illegitima, * & ſignanter ipſa Vincen-
tia nata poſt matrimonium contractum. textus eſt
bon. in c. ex tenore. extrà qui fil. ſint legit. & in ſpe-
cie glo. & Angel. in l. miles. §. mulier. in verſicu. nu-
ptus. ff. ad leg. iul. de adul. & ſubdit, quòd licet vir
primus poſsit vxorem repetere, tamen filij nati in-
terim ex ſecundo viro ſunt legitimi. Et dicitur in
faciem eccleſiæ contractum matrimonium, iuxta
8 textum in prædi. c. ex tenore. * vbi vocatis amicis
quis publicè contraxit, prout in caſu iſto, vt dicit
Ioan. And. & Abb. in c. ſi. qui fil. ſint legit. & ſequi-
tur Præpo. in præd. c. ex tenore. ij. col. vbi etiā Præ-
poſi. ipſe ſuper. v. no. ibidem dicit hæc formalia ver
ba, ex quibus clariſsimè in propriis terminis appa-
ret deciſio præſentis cauſæ, videlicet. Not. quintò
quòd opinatum matrimonium coloratum aucto-
ritate eccleſiæ, & bona opinio alterius parentum
etiam dempta veritate matrimonij propter vitium
alterius vinculi prolem legitimat proditam ex eo.
Et ſic dicit ipſe, ſubdens quòd ad legitimationem
9 prolis non exigitur veritas matrimonij, * ſed ſuffi-
cit quaſi poſſeſsio colorata, & non ſolū ſi color le-
gitimat



gitimat prolem, non eſt matrimonium inualidū re
ſpectu proprietatis propter vitium cōſanguinita-
tis, ſed etiam propter alterius coniugij vitium, &
nō ſolùm operatur hæc bona fides vtriuſque paren
tum, ſed etiam bona fides alterius tantū, ita forma-
liter ſuprà dicta not. verba refert ipſe Præpo. me-
diol. & nūc Card. Alex. maximæ authoritatis, licet
ante ipſum videatur idē tenuiſſe do. Abb. in d. c. ex
tenore. Et quòd Vincentia ipſa fuerit nata ex Loy-
ſio poſt matrimoniū contractum cū Angela, depo-
nunt ſeptem teſtes in ſecundo beneficio producti
per ipſam Vincentiā, licet idem Præpo. in c. tanta.
qui fil. ſint leg. videatur etiam clarè decidere, quòd
etiā nati ante matrimonium ſint legitimi, & opti-
mis rationibus meo iudicio. Nō omitto quòd præ-
dictus Loyſius tempore contracti matrimonij erat
pauperrimus, vt clariſsimè probatum eſt, & ſic om
nia, quæ reliquit, quæſita apparēt ex ſuis operibus,
& induſtria, quo caſu ceſſantibus ſine veri præiu-
dicio præallegatis, potuit ipſe diſponere, iuxta for
mā conſuetudinis Neap. In reliquis ſuppleat Chri-
ſtianiſsimi Conſilij ampliſsima æquitas, ac religio
ſolita, & conſueta. ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Relictum ſeu legatum pro maritagio puellæ, facit vt expectari non debeat tempus nubilis ætatis, ſed legatum ipſum tanquam penitus purum illico deberi.*

2 *Legatum pro dote licet ſit conditionale, tamen ſecus erit in legato relicto occaſione dotis, quia illud tanquam purum ſtatim debetur.*

3 *Legatum relictum pro maritando ſeu ad ad maritandum ſeu pro maritagio quando debeatur.*

4 *Sanguinis ratio eſt cauſa finalis legati. & melius in nume. 8.*

5 *Cauſa impulſiua quæ dicatur, & quæ finalis. & 6.*

7 *Relictum tanta neceſſitudine tentis atque coniunctis, ampliorem meritò ex dilectionis, & charitatis affectu admittit interpretationem, & vberiorem legati cauſam facit.*

8 *Legatum pro maritagio peti poteſt præſtita cautione de nubendo. & 9. & etiam ſtatim ante nubilem ætatem. nu. 10.*

11 *Legatum pro maritagio puellæ, ſi non reperitur eſſe nubilis ætatis, omne commodum, & lucrum prouenien ex tali legato ſpectabit ad legatarium.*

12 *Legatum pro maritagio dum teſtator dixit lego Catarinæ centum pro ipſius dote, & in his eam heredem inſtituo videtur eo caſu legatum purum, & ſtatim peti poteſt: dummodo præſtetur cautio de nubendo. & 13.*

14 *Precij quantitas facit diſcernere contractum emptionis & venditionis à contractu locationis, & conductionis.*

15 *Legatum pro dote vbi eſt conditionale, ſi contingit legatarium decedere antequam nubat, legatum non tranſmittitur ad matrem, ſed remanet apud hæredem grauatum.*

16 *Legata pecunia pro dote ſi teſtator diſponit, vt ſi nuptiæ non ſequerentur, fieret vnum altare, nō ex hoc videtur voluiſſe huiuſmodi legatum eſſe conditionale, ex quo hoc non dixiſſet, ſi voluiſſet purè relinquere. & 17.*

18 *Legatū dotis ſi habuit vna ex ſororibus, quia nupſit, aliæ deceſſerunt ante contractas nuptias, dictum legatum tranſmittitur ad eorum hæredes, vt inter eos æqualitas ſeruetur.*

19 *Legatum dotis eſt adeo pium, quòd in eo non eſt locus detractioni falcidiæ.*

20 *Legatum pium detrahitur vt æs alienum, ante cætera legata.*

## CONSILIVM LVII.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtu-
lato, amen. Proponitur in themate
per Perottam vilagut, an legatum pro
dote mulieris, vel pro ipſa maritan-
da, ſeu ad maritandum ſit conditio-
nale, vel modale, an purū: & ſic ſi ſit expectandum
tempus nubilis ætatis, vel ſtatim exolui debeat, in
tēpore contracti matrimonij. Et quia doctores in
diuerſis locis diuerſimodè loquuti ſunt, prout Iac.
Butr. Salyc. & Pau. de Caſt. in l. quoniam in priori-
bus. C. de inof. teſta. Cy. Bal. & Salyc. in l. ſancimus.
C. de nupt. Bal. & Fulg. in l. ſi pater. C. de inſtitu. &
ſubſti. Bart. Bal. Ang. Raph. & Pau. de Caſt. in l. Ti-
tio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon.
Bal. noue. in ſuo tra. dot. in j. par. ſpecialium dotis
in lxxvj. priuil. Alexā. in conſi. cxxxix. j. volu. & lv.
in ij. vol. ſicque inhærēdo veræ cōcluſioni præſen-
tis conſultationis, præmitto quòd in caſu de quo
quæritur, legatū fuit relictum pro maritagio puel-
1 læ: * quo caſu videtur dicendum nō eſt neceſſe ex-
pectare tempus nubilis ætatis: ſed tāquam penitus
purū, illico deberi: cùm verba illa, pro maritagio,
videntur ſignificare cauſam remotam, & impulſi-
uam, & quandā demonſtrationem factam fauore
legatarij, non autem cauſam finalem, aut conditio-
nalem, per d. l. Titio centū. cùm impulſiua dicatur
cauſa reſpiciēs fauorē legatarij. l. ſed ſi mors. §. fin.
ff. de do. inter vi. & vxo. l. ij. in fi. ff. de dona. & idem
conſuluit Bal. in conſi. ccvij. Titius in teſtamento
&c. iij. volu. quòd licet legatum pro dote ſit condi-
tionale, tamen ſecus erit in legato relicto occaſio-
ne dotis: quia illud tanquā purum ſtatim debetur:
2 * ex quo verba illa, occaſione dotis, indicant cau-
ſam remotā, & impulſiuam: quod procedit in caſu
præmiſſo: quia licet legatum factū pro maritando,
ſeu ad maritandum cauſam legandi finalem ſignifi-
cet eſſet ipſam maritare, vt dicit Fulg. in ſuo conſi.
xix. tertiò principaliter &c. & Lud. in cōſ. cxxxiiij.
3 pro declaratione &c. * ſaltem peti nō poſsit ante
nubilem ætatem: id tamen ſecus erit in legato reli-
cto pro maritagio: ex quo illa verba denotare ap-
parent cauſam impulſiuam & remotam, ex quo ge
rundium illud, ad maritandum, vel pro maritādo,
videtur inducere quandā neceſsitatem futuri ma-
trimonij ſecundum naturam ipſius gerundij: iuxta
no. per gl. & doct. in rub. de edē. ff. & C. vt ſic neceſ
ſe ſit ſequi matrimonium, vt legato locus ſit: quod
quidem ceſſat in legato relicto pro maritagio: ſua-
det etiā perſona legatarij, & eius qualitas, ꝙ cauſa
matrimonij fuerit impulſiua & remota dicti lega-
4 ti, * ex quo eſt neptis teſtatoris: & ſic ratio coniun
ctionis & ſanguinis fuit cauſa finalis legati prædi-

ſti, quæ præualet multũ, arg. l. pen. quòd fal. tut. au.
& l. quintus. ſ. fina. ff. de ann. leg. quæ iura & alia ad
hoc alleg. Vber. de cre. in ſua diſp. incip. teſtator le
5 gauit, * & ſic cùm cauſa maritagij præſumatur im-
pulſiua. l. cum tale. ſ. falſa. ff. de condi. & demon. &
in l. ij. ſ. fin. de dona. per quæ iura id tenet prædi-
6 ſtus doctor. * Nam impulſiua cauſa dicitur, quæ
occaſionem remotam præſtat, in qua non fundatur
effectus, ſed finalis cauſa eſt per quã principaliter
quid conceditur, vt declarat Bald. in l. generaliter.
7 col. vij. C. de epiſ. & cleri. * relictum igitur tãta ne-
ceſsitudine tentis atque coniunctis ampliorẽ me-
ritò ex dilectionis & charitatis affectu admittit in-
terpretationem, & vberiorem legati cauſam facit.
l. Quintus. in fi. ff. de au. & arg. leg. mouere ergo de
8 bet charitas * perſonarũ, quibus teſtator reliquit,
quia eſt neptis, vt dixi. l. qui filiabus. ſ. j. & quod ibi
no. in gloſ. in prima ſolutione ad contrarium. ff. de
leg. j. & l. ſi quis Titio. ſ. fin. de leg. ij. Ita ex pręmiſ-
ſis reperio conſuluiſſe Fulg. in conſi. xl. dominus te
ſtator &c. col. ij. ideo bene facit quod voluit Bald.
in l. fina. in fi. C. de ſen. quæ ſine certa quan. & Paul.
de Caſt. in conſil. cxcviij. qui dixerunt, quòd ſi tale
legatum pro aliqua maritanda eſt relictum ei quæ
iam eo tẽpore maritata erat, quòd nihilominus ta
le legatum debetur. per quod apparet quòd cauſa
maritagij non eſt finalis cauſa ipſius legati. Et præ-
miſſa non procederent vbi legatum eſſet factũ pro
maritanda ab eo, qui non neceſsitaretur maritare,
aut dotare, ſeu legitimam relinquere, nam tunc ad-
9 ueniente tempore perfectæ ætatis nubendi, * tunc
etiam nuptiis non ſequutis poſſet tale legatũ peti,
præſtita tamen prius cautione de nubendo, ita Bar.
in d. ſ. Titio genero. in fin. Bal. in l. qui filius. ff. vbi
pupi. educ. deb. Ang. Are. in ſ. fuerat. inſti. de actio.
Et plus voluit Bal. in d. l. ſancimus. C. de nup. quòd
iſto caſu huiuſmodi legatum peti poſſet ſtatim etiã
ante nubilem ætatem. quam opinionẽ videtur am-
10 plecti Vber. de cremo. in ſua diſp. incip. * teſtator
legauit ſuprà allegata. de quo Vber. meminit Bald.
in l. j. ix. col. verſi. & no. quòd occaſione priuilegio-
rum dotis. C. de priuil. do. dicens ſe libenter ipſum
allegare, ex quo fuit de primis qui rexit cathedram
in ciuitate Peruſij per priuilegia Bonifacij: prout
dicit audiuiſſe à ſuis maioribus. Verùm eo caſu
quo nubilis ætas expectanda eſt, omne commo-
11 dum & lucrum * quod medio tempore percipien-
dum venit ex tali legato, ſpectabit ad legatariũ, per
tex. in l. ſi ita relictum. ſ. Pegaſus. de leg. ij. & in l. in
fideicommiſsi. ſ. cum Pollidius. ff. de vſur. per quæ
iura conſulendo ita tenet Paulus de Caſt. in conſil.
cxxxvj. viſo teſtamẽto &c. col. ij. Tertiò aduerten-
da ſunt in caſu de quo agitur, verba legati, cùm te-
ſtator non dixerit ſimpliciter lego pro maritagio,
ſed dixit, volo & ordino ꝙ dentur Lucretiæ quin-
genti aurei pro eius maritagio. Et ſic per talia ver-
ba videtur teſtator voluiſſe legatum ipſum ſtatim
deberi, cùm non appoſuerit aliquod tempus, cõdi-
tionem, vel modũ: aliàs verba illa, ordino, & volo,
ꝙ dentur, nihil operarentur: quòd non eſt dicendũ
per l. ſi quãdo. in prin. de leg. j. Et ideo ſatis ad pro
poſitum voluit Pet. de Anch. in conſi. ccxxxiij. ſub-
tiliſsimè &c. vbi dixit, quòd ſi legatum eſt relictum
pro iſta forma, videlicet lego Caterinę quadragin
12 ta pro ipſius dote: & in his eam doto, * & hæredem
inſtituo, videtur teſtator voluiſſe facere legatum
purũ: ex quo aliàs dicta verba nihil operarentur: &
plus ſubdit ibi ſingulariter prædictus doctor, ꝙ ſi
teſtator prohibuit legatarium plus petere, quòd ex
hoc videtur ſimiliter voluiſſe vt legatum relictum
pro dote ſtatim peti poſsit: vnde ſi dicta prohibi-
tio, vt plus petere non poſsit, operatur iſtum effe-
ctum, vt legatũ relictum pro dote ſtatim peti poſ-
ſit, vt dictum eſt, multò fortius hoc debent operari
illa verba, volo & ordino ꝙ dentur &c. ex quo iſta
verba fuerunt poſita in augmentum: & illa prohi-
bitio fuit facta in diminutionem: iuxta not. in l. le-
gata inutiliter. ff. de lega. j. maximè quia prædictus
doctor loquitur in legato relicto pro dote: & nos
ſumus in legato relicto pro maritagio, ꝙ minus
ſolet importare cõditionem & modum, vt poterit
perpẽdi ex pręmiſsis: & maximè ex dictis per Bar.
in prædicto ſ. Titio genero. cum aliis concordan.
conſtituentibus differentiam inter legatũ, & reli-
ctum pro dote: & ad maritandum &c. Quartò ha-
benda erit ratio pecuniæ legatæ: ex quo ſunt quin-
genti aurei tantùm minimè ſufficientes pro mari-
tagio Lucretiæ prædictæ, inſpecta conſuetudine
Neapo. & cõditione ſuę perſonæ, maximè cùm hu-
iuſmodi dos quingentorum aureorum hodiernis
temporibus nõ ſufficit etiam inter humiles, & vi-
les perſonas, & ſic præſupponendum eſt quòd non
poteſt intelligi relictum legatũ ipſum pro dote, vt
ſic cauſa dotis, & maritagij ſit finalis cauſa dicti le-
13 gati: * vnde ſequitur ipſum ſtatim deberi præſtita
cautione de nubendo, vt optimè inquit Paulus de
Caſt. in d. ſ. Titio genero. limitando eo modo Bar.
ibi, & ideo dixit glo. in l. j. ſ. j. de ſuperficie. quòd
14 precij quãtitas facit diſcernere cõtractũ * emptio-
nis & vẽditionis à contractu locationis & condu-
ctionis, & ipſã refert Bar. magni faciẽdo in l. cotẽ
ferro. ſ. qui maximos. ff. de publi. & in ſua diſpu. in
ci. publicanus quidã. & ſuccedũt bene no. per eun-
dẽ Bar. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur:
Vltimò aduertẽda ſunt vltima verba legati, in qui-
bus teſtator dixit, ꝙ caſu quo Lucretia ipſa dece-
deret, ſibi ſuccederet Serena eius mater, & ſic clarè
& euidenter percipitur voluiſſe legatũ prædictum
eſſe omnino purũ, & certè ſuccedere nõ potuiſſet
mater ipſa, ſi teſtator voluiſſet legatũ eſſe conditio
nale, ex quo defecta conditione legatũ remanſiſſet
apud hęredem grauatum. Et ideo vbi legatum pro
dote eſt conditionale, ſi contingat legatariam de-
cedere antequam nubat, legatum non tranſmitti-
15 tur ad matrem, * ſed remanet apud hæredẽ graua-
tum, ita dicit Paul. de Caſt. in l. quoniam in priori-
bus. col. iij. C. de inoffi. teſt. vbi refert ſe ita pluries
conſuluiſſe. idem Pau. in authen. nouiſsima. eo. titu.
vbi refert ita idiſſe pluries conſultũ, & conſuluit
idem Pau. in conſi. cvj. ſuper eo &c. & in conſi. ſeq.
Angel. in conſi. xxiiij. de quo etiã per Pet. de Anch.
in d. cõſi. ccxxxiij. Lud. in cõſi. lxiiij. inci. In Chriſti
nomine amen. Hæc quantitas &c. Alex. in cõſi. xiij.
circa primũ, in iij. vo. & aliquid per And. de Iſer. in
conſti. Regni, in aliquibus. Nec in aliquo obſtaret
dictũ Ang. in ſuo cõſi. xxx. inci. ſuper prædicto. dũ
dixit, quòd ſi de pecunia relicta pro dote teſtator
diſponit, vt ſi nuptię non ſequerentur, fieret vnum
altare,



altare, non ex hoc videtur voluiſſe huiuſmodi lega
16 tum eſſe conditionale: * ex quo, hoc non dixiſſet,
ſi voluiſſet purè relinquere. Nam huic de facili re-
ſponderi poteſt, quòd Ange. loquitur vbi teſtator
diſponit in caſu, in quo nuptiæ ſequutæ non fue-
rint. per quod ſatis colligitur voluiſſe facere lega-
tum conditionale: ſed in caſu de quo quæritur, te-
ſtator non diſponit in euentũ in quem nuptiæ non
ſequerentur, ſed in caſu mortis eiuſdem Lucretiæ:
qui caſus poteſt ſuccedere etiam nuptiis ſequutis:
dumtamẽ moreretur abſque prole ſuperſtite: aliàs
ſecus, per tex. in d. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicom.
Quinimò Ang. loquitur vbi teſtator diſponit cir-
ca id, quod contingere non potuiſſet, ſi legatũ fuiſ
ſet purũ, vt patet ad ſenſum: ex quo ſi legatũ fuiſſet
purũ, fuiſſet trãſmiſſum ad hæredes legatarij. & per
conſequens de eo non fuiſſet conſtructum altare:
ſed in propoſito teſtator diſponit, quòd mortua
Lucretia ſuccedat eius mater: quod quidem conti-
giſſet, ſi legatum fuiſſet purum: ex quo fuiſſet tranſ
miſſum ad dictam eius matrem, quæ minimè ſuc-
cedere potuiſſet, ſi legatum fuiſſet cõditionale, per
ea quæ ſuperius dicta ſunt: & ideo liquidò conſtat
per dicta verba teſtatorẽ voluiſſe dictũ legatũ eſſe
purũ, & nõ conditionale. Et ſic illa verba, pro ma-
ritagio, nõ videntur appoſita in fauorẽ hęredis, cũ
teſtator vltra proceſſerit diſponẽdo de legato poſt
mortem legatariæ: vnde nullatenus poſſet legatum
ipſum remanere penes hæredẽ: ſicque cõcludendũ
eſt ipſum legatũ eſſe omnino purũ, & ſtatim debe-
ri: * quia vbicũque dicitur legatũ relictũ pro dote,
17 vel ad maritandũ, eſſe conditionale, procedit niſi
aliud appareat fuiſſe de mente teſtatoris, quia tunc
erit purũ ſecũdũ voluntatẽ ipſius teſtatoris, ex quo
volũtas teſtatoris eſt illa quæ regit, & diſponit cõ-
ditionẽ. l. in conditionibus primũ locum. in princ.
ff. de cõdi. & demon. ita in particulari tenet Pau. de
Caſt. in cõſi. cxxxvj. viſo teſtamento. Pet. de Anch.
in conſi. ccxxxiij. Ange. in conſi. cxxiiij. viſis prædi
ctis &c. ſubdens ꝙ eo caſu legatum erit purũ ſecun
dum voluntatẽ teſtatoris ſpreta omniũ verborum
ſignificatione. Nec omittendũ cenſeo, quòd prædi-
ctus teſtator de bonis hæreditariis remanentibus
deducto prius legato prædicto quingẽtorũ aureo-
rum, reliquit etiã dotes filiabus prædicti Petri gar
riti, arbitrio ipſius Petri, & eius vxoris, & ſic legatũ
hoc medio tẽpore remanet penes dictũ Petrũ tan-
quam patrẽ, & legitimũ adminiſtratorẽ dictorum
hæredum, Et ſic ſimiliter dictũ legatum debet inte-
rim remanere penes dictũ Peroctam patrem ipſius
Lucretiæ; cùm ſit eadẽ affinitate cõiunctus eidẽ te-
ſtatori, ſicut Petrus prędictus, & hoc cauſa ęqualita
tis ſeruãdæ, & vt inæqualitas quæ eſt legibus odio-
ſa, euitetur. l. cum pater. ſ. euictis. ff. de lega. ij. inter
iſtos qui ſunt in eodẽ gradu affinitatis cõiuncti te-
ſtatori, per id quod pulchrè dixit Petr. de Anch. in
18 conſi. cccxxiiij. iſta omnia &c. * qui dixit, ꝙ ſi vna
ex ſororibus habuit prælegatũ dotis, quia nupſit,
& aliæ deceſſerunt ante contractas nuptias, quòd
dictum legatũ tranſmittitur ad eorum hæredes, vt
inter eas æqualitas ſeruetur, & ſic vlteriori tẽpore
non expectato legatum prædictũ ſtatim dictæ Lu-
cretiæ aſsignari debet ex præmiſsis, quibus nõ ca-
dit reſponſio, ex quo maximè cùm ſit relictum pro
maritagio, dicitur priuilegiatũ, in tãtum quòd de-
trahi poteſt ante omnia tãquam æs alienũ, vt dicit
Bar. in l. quæſitũ. ſ. ſi ſpõſa. ff. de priuil. cre. Bal. No
uel. in ſuo trac. de dot. xix. priuileg. Mod. in l. ſi quis
teſtamento. ſ. apud Iulianũ. de leg. j. Fulg. in conſi.
19 xl. poſt prin. * Et bene accedit, quòd huiuſmodi le-
gatum cenſetur pium, in tãtum quòd in eo non eſt
locus detractioni falcidiæ, vt dixit Ange. in tracta.
de teſta. in ver. reliquit centũ pro puellis maritan-
dis. Bal. Ang. & Pau. de Caſt. in l. cùm is. ſ. ſi mulier.
20 ff. de cõdi. inde. * ſed ſic eſt quòd legatum pium de-
trahitur vt æs alienum ante cætera legata, vt eſt de
mente Bal. in l. ex aſſe. in prin. ff. ad Treb. & Mod. in
prædi. ſ. apud Iulianũ. quia &c. ex quibus omnibus
concludo legatũ prædictum quingentorũ ducato-
rum abſque vlteriori mora eidem puellæ Lucretiæ
omnino deberi. in cæteris ſuppleat facundiſsima
doctrina iudicare debentis.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dictum debet intelligi ſecundum articulum, ſeu interrogatorium.*
2 *Cauſa iuſta imò etiam iniuſta excuſat à dolo.*
3 *Periurium non committitur abſque dolo.*
4 *Ruſticitas excuſat à dolo, in tantum quòd ruſticus ſibi contrarius in depoſitione ſua nõ erit periurus, & ſic ſi excuſatur à dolo, excuſabitur & à periurio.*
5 *Teſtis ſibi contrarius debet ſaluari quantum poteſt, ne incidat in periurium.*
6 *Probatio falſi debet de neceſſitate concludere.*
7 *Teſtium dicta ſunt improprianda, vt euadant periurium, & ſuſtineantur eorum dicta.*

## CONSILIVM LVIII.

IN Ieſu Chriſti nomine amen. In cau-
ſa pauperculi ruſtici Lucæ Petrachæ
in qua per Magni. Gubernato. ciuita-
tis Auerſæ præſupponitur periurus,
prætextu quòd examinatus vt teſtis ſu
per xiij. capi. oblato Ruſſo caſtaldo de afragola, an
Ruſſus ipſe acceſſerit ad domũ ipſius Lucæ animo,
furandi, & ibidẽ in flagrãti captus fuerit, & Lucas
ipſe reſpondit ſe neſcire, & demũ poſt biduum re-
petitus ad examẽ ſuper dictis capitulis & tota cau-
ſa, & quicquid inde ſit, reſponderit ꝙ iam erãt qua
tuor anni elapſi, quòd exeundo cortilium ſuæ do-
mus reperit Ruſſum ibidem noctis tempore, & ab
eo interrogatus quid ibi faceret, reſpondit quòd ſe
intercelauerat proſequutu per Cur. capit. Auerſa
ni, & ſubdit plus, quòd laborat fama de multis fur-
tis cõtra prædictũ Ruſſum, ex quo reperitur quòd
Lucas ipſe per prius dixerat notario Gabrieli ꝙ
non libẽter ſe examinabat cõtra dictũ Ruſſum, ex
quo erat eius cõpater, eſt igitur videndũ, an ex hoc
prædictus Lucas redarguatur periurus. Et quod nõ
poteſt modo aliquo dici falſus, nec periurus. addu-
1 co expeditũ eſſe in iure, * ꝙ dictum teſtis debet in-
telligi ſecundũ articulũ, ſeu interrogatoriũ, vt di-
cit Bal. in l. Lucius. ff. de infa. Bald. in l. ſi defenſor. ſ.
qui interrogatus. ff. de interro. acti. Fely. in c. cũ tu.

iij.colũ.extrà de teſti.vnde ſi prædi.Lucas interro
gabatur an Ruſſus vnquã acceſſerit animo furandi
ad eius domum,& ſi ibidem per ipſum fuerit in fla-
granti captus, licitè potuit reſpondere ſecundum
interrogata;& veritatem dicere, dicendo ſe neſci-
re,cum ignoraſſet illum acceſsiſſe animo furandi:
prout etiam hodie ignorat: & quod minimè ipſum
2 cœpit,*& ſic iſta iuſta cauſa, imò etiã ſi fuiſſet in-
iuſta,excuſat ipſum à dolo.glo.eſt in l.plagij crimi-
nis.ff.ad l.faui.de plagi.gl.in l.j.ff.de abige.& vide-
tur text.in l.iiij.ff.de liber.cauſa. imò etiam iniuſta
credulitas excuſat à dolo: ſecundum Angel. in d.l.
plagij criminis.& in l.j.ff.de eo per quem fac. erit.
& in l.prætor.in §.hæc actio.ff.vi bo.rap.Iaſ.in l. ſi
quis id quod.ff.de iuriſd.om.iud.& in l.qui iuraſſe.
3 ff.de iureiur.*ſed certum eſt quòd periurium non
cõmittitur abſque dolo:vt inquit Paul.de Caſtr. in
prædic.l.qui iuraſſe.& Paul.de Caſt.in l.fi.ff. qui ſa
tiſda.cog.& ibi Bal.in aliquibus lecturis.Bald.in l.
obſeruare.§.proficiſci.ff.de offi.procon Alexã. in
cõſi.xcij.in j.vol.perſpectis his quæ in themate. er
go ex hac cauſa quia ignorabat.prout adhuc etiam
ignorat illum veniſſe animo furãdi, vel quòd non
ita credebat,iuſtiſsimè excuſatur. Et præſertim cũ
Lucas ipſe ſit ruſticus & ſimplex, & habitat in vil-
la,cuius quidẽ ruſticitas excuſat ipſum à dolo, per
tex,in terminis in d.l.ſi quis id quod.ff. de iur. om.
iud.& in l.ij. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & ideo
in propriis terminis dixit Ang.in §. & licet. in au-
then.de teſti.quòd ruſticus ſibi contrarius in eiuſ-
met depoſitione nõ erit periurus quo ad pœnam,
niſi ex malignitate id depoſuerit. in quo iudex mul
4 tum aduertere debet.*Et ſic ſi ex præmiſsis excu
ſatur à dolo, excuſabitur pariter & à periurio.ita
nouiſsimè conſiderãdo voluit Iaſ.in præd. l.qui iu
raſſe.vbi ſubdit excuſari à pœna periurij qui à do-
lo excuſatur.& hoc intrepidè dicẽdum eſt cùm te
5 ſtis ſibimet contrarius debeat ſaluari*quantũ poſ
ſit,ne incidat in periuriũ:vt dicit Bart.in l.j.§.nun-
ciatio.ff.de oper.no.nun.& in l.eos.de fal.& in l. j.
in fi.de vſuf.Ant.de But.& Abb.in c.cùm tu.de te-
ſtib.Iaſ.in l.j.iiij.col.ff.ſi cer.pet.Et potiſsimè ven-
dicant ſibi locum prællegata,cùm periuriũ ſit fal-
6 ſum iurare,tex.eſt in c.j.xxij.q.ij.*& vbi quid po-
teſt eſſe falſum,& nõ falſum,interpretari debet vt
non ſit falſum, ex quo probatio falſi debet de ne-
ceſsitate concludere.Bal.in l.iuriſgentium.§.quod
ferc.ff.de pac.Ang.& Bal.in l.imperator.ff de ſtat.
ho.Salyce.in l.de tutela.C.de in inte.reſtit.minor.
Alex.in conſ.lxxiiij.viſo teſtamento Ioãnis.penul.
col.j.vol.Iaſo.in l.ſingularia.xxj.col.ff.ſi cer.pe.Et
ſic interrogatus prædictus Lucas, *ſi mai lo Ruſſo è
ſtato in caſa ſua per arrobare, & ſi ce è ſtato pigliato
per ipſo*,reſpondit quod non, non ex hoc de neceſ-
ſitate ſequitur, *che dicto Ruſſo non ſia ſtato mai in caſa
ſua ad altro effecto*;prout fuit, nec ſuffragatur dice-
re id,quod ipſe dixit notario Gabrieli,quod nõ li-
benter ſe examinabat contra Ruſſum,ex quo erat
ſibi compater,nam illud dixit ad euitandũ, ne ipſe
deponeret de mala fama,& publica furtorum,quæ
laborabat cõtra ipſum Ruſſum,prout ipſe depõſuit
in ambabus eius depoſitionibus. quòd quidem ita
intelligendum eſt ad excuſandum ipſum Lucam à
periurio,prout ſuprà dictum eſt, quinimò impro-
7 prianda ſunt dicta teſtiũ,* vt euadant periurium,
& ſuſtineantur eorum d.glo. & doct.in l. ſtipulatio
iſta.§.hæc quoque.ff.de verb.obli.cum concor.ibi
per do.Alex.ſignatis,& Bar.in l.ij.ff.ſi cer.pet.& in
l.j.de vſuf.cano.in c.cùm tu.de teſtib.Iaſ.in l. ſed ſi
poſſeſſori.§.item & iurauero.ff de iureiur.vlti.col.
& in l.ſi tibi pecuniam.ff.ſi cer.peta. Tho.Gram.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium in principali inducit non modicam ſuſpicionem,imò indicium ad torturam.*

2 *Fama publica facit indicium ad torturam,& pariter inimicitia.nu.3.*

4 *Confeſſio extraiudicialis facit indiciũ ad torturam.*

5 *Fama mala facit indicium ad torturam.*

6 *Singula ſi non proſunt,multa iuuant.*

7 *Contrarietas ſeu diuerſitas quæ reperitur in actis,& proceſſu in teſtibus debet quantum poſſibile eſt reduci ad concordiam.*

*Varietas in principali non inducit indicium ad torturam & nu.8.& 9.*

10 *Fama publica non probatur per teſtes dicentes de fama,niſi reddant rationem eorum dictis.Et debent dicere à quo audiuerunt, ad hoc vt probent.nume.11.*

12 *Fama vt faciat indicium debet præcedere inquiſitionem.Item debet habere originem à legitima, & probabili cauſa,aliàs non probat.nu.13.*

14 *Fama publica probata non facit indicium, ſed confirmat alias probationes.*

15 *Inimicitia vt faciat indicium requiritur quod ſit capitalis,vel omnium bonorum.*

16 *Teſtes non poſſunt eſſe mulieres in criminalibus, maximè de iure canonico.*

17 *Teſtis omni exceptione maior dicitur ille, cui nulla exceptio obyci poteſt.*

18 *Teſtes omni exceptione maiores requiruntur in criminalibus.*

19 *Confeſſio extraiudicialis vt faciat indicium contra confitentem, requiritur quòd facta fuerit præſente parte.*

20 *Confeſſus crimen extra iudicium ſibi non præiudicat, niſi aliter crimen ipſum eſſet notoriè commiſſum ab ipſo.*

21 *Confeſſio minoris de crimine extra iudicium poteſt abſque aliqua probatione erroris reuocari, & in integrum reſtitui, & ex hoc ſolo apparet eſſe læſum quia minor.*

22 *Confeſſio filij contra patrem non præiudicat patri.*

23 *Minoris dictum in criminalibus non probat.*

24 *Filius non poteſt confiteri contra patrem in ciuilibus, multò minus in criminalibus.*

25 *Bona vita & fama operatur, ne inquiſitus ex indicijs torqueri poſſit,ex quibus aliàs torqueri potuiſſet.*

26 *Indicium debet probari per duos teſtes.*

27 *Viſus in loco homicidij redditur ſuſpectus,adeò vt torqueri poteſt,quãdo conſuetus eſt ſimilia facere, & ibidẽ conuerſari,& ſi eſſet malæ famæ.nu.28.*

29 *Teſtes repulſati ſeu prohibiti examinari operantur, vt ex eis quis non torqueatur.*

30 *Præſumptio vna tollitur per aliam, & vnum indicium tollit aliud.*

31 *Præſumptiones duæ ſi concurrunt, quarum vna eſt excluſiua delicti,& alia incluſiua,ſemper attenditur excluſiua.*

32 *Singula ſi non proſunt, multa iuuãt. habet locum hæc regula quãdo vnumquodque indicium eſt de ſe ſufficienter probatum: quia tunc iunguntur plura indicia.*

33 *Iudex habẽs plenum & liberum arbitrium, non poteſt quempiam torquere ſine ligitimis indicijs.*



CONSILIVM LIX.

IN Ieſu Chriſti redemptoris nomine
amen. In cauſa Maſij cudutæ & Ioãnis
eius filij de Sancta Agata inquiſitorum
de homicidio:quinque ſunt quę prima
facie videntur cõtra prædictos Maſium, & Io. vr-
gere.Et in primis videntur inquiſiti ipſi deprehẽdi
in mẽdacio:nã interrogatus Io.filius per Cur. qua
hora fuiſſet Ia.ſaccõ.interfectus, reſpondet neſci-
re, niſi *che ſtando in la ſua poſſeſſione ad aqua viuola
con ſuo patre inteſè che era morto.* Maſius pater inter-
rogatus de hoc, reſpõdet nihil audiuiſſe, nec ſcire,
dum ibi ſtaret vſque ad mane quo rediit caſtrũ, &
ibi audiuit: & ſic non videtur ſtare quòd filius id
audiuerat, & pater non: dum ad inuicem ſtarent.
*vnde videntur in mendacio deprehẽdi,per quod
1 inducitur non modica ſuſpicio cõtra ipſos ad tor-
turam,vt dixit Bart.in l.fi.in prin.ff.de quæſt.Alex.
in conſi.lxij.in cauſa actionis.in iij.vol.Bart. in ſuo
tract. de quæſt.qui licet atribuatur Bartolo, tamen
re vera fuit Gand. vt refert Auguſt.in add.ad Ang.
in tract.maleſi.in ver.fama publica.col.v.Alex.au-
tem in cõſi.v. in j.vol. dicit ſe aliquando dubitaſſe,
an ille tractatus eſſet Bartoli. tamen quòd mendax
poteſt torturæ ſubiici,tenet Ang.& Saly.in d.l.fin.
C.de quæſt.Ang.in d. ver.fama publica. in materia
torturæ.in verſi.nonò quæro.Felyn.in c.literas.de
præſump.j.colum.Fran. Cur.in conſi.xlj.in fi.verb.
Lud.in conſi.viij.Luc.de penna, in l. quoties.C.de
digni.lib.xij.Alex.in conſi.lxxxij.in iij.volu.Pari.in
ſuo tract.ſyndi.in ver.tortura.Secũdò videtur poſt
mortem ipſius Iacobi ſacconi, famã publicam in-
ſurrexiſſe contra ipſum Maſiũ, & Ioan.eius filium,
2 quòd ipſum interfecerant: * ex qua fama ſimiliter
reſultare apparet indiciũ ad torturam:vt no. Cy.in
l.fi.C.de quæſt.Bal.in c.j.ix.col.de pa.iur.fir.Bar.in
conſi.cxc.lib.j.inci. domino Paci de Burgo, ll.do-
cto.& probat bene gl.in l.iij.§.eiuſdem.de teſti.dũ
dixit, quod fama facit ſemiplenam probationem,
3 quod plus eſt.* Tertiò apparet probata inimicitia
inter prædictos Maſium & Iaco. ſacconum defun-
ctum, ex qua ſimiliter inſurgit ſimiliter indicium
ad torturã:vt dicit Ang.in d.l.fin.C.de quæſt.& vi-
detur ſentire Bal. in l.fi.ff.eo. Spec. & Io. And. in
addi.Spec.in tit. de præſump.verſi.ſed pone. Nam
de inimico lex præſumit omne malũ.l.j.§.pręterea.
4 in prin.ff.de quæſt. * Quartò videtur apparere de
cõfeſsione extraiudiciali ipſius Ioã. qui dũ rixare-
tur cũ Petro Iorgino, aſſeritur eidẽ dixiſſe, *Io faro
pegio a te,che non ficimo a Ia. ſaccone*, & aliqui depo-
nũt,*che non fe mio patre a Iaco ſaccone*. Ex quibus ver
bis apparet iã de cõfeſsione extraiudiciali prædi-
cti Ioannis inquiſiti, quæ videtur facere indicium
ad torturam,vt dicit gl.in l.capite quinto. de adul-
ter.idem tenet Abb.in c.at ſi clerici. extrà de iudi.
& in c. cum olim.j.col. de reſcri. etiam quòd facta
fuerit parte abſẽte,per l.athletę. §.dat remiſsionẽ.
ff. de excuſ.tutor.ita ſequitur Pari. de put. in tract.
5 ſyndi.in verſi.tortura licet. ij.col.* Quintò & vlti-
mò apparet probatum de mala fama,& vita prædi-
ctorum Maſij,& Ioannis,quæ concurrere requiri-
tur vltra ſemiplenam probationem, vt poſsit ad
torturam procedi,prout tenet And.de Iſer.in con-
ſti.reg.ſi damna clandeſtina. & ſi non quodlibet ex
6 præmiſsis indiciis ſufficeret,ſuccedet ręgula,*& ſi
non proſunt ſingula, multa iuuant.l. ſpadonem.§.
qui iura multa.ff.de excu.tutor.l.ſancimus.in fi.C.
de teſta.& in c.præterea.cum ſimilib.de teſti.& cõ-
ſuluit Alexa.in conſi. cl.in v.vol.in vlti.col. probat
bene tex.in c.cum cauſa. & ibi not. de probat.& in
c.fin.de ſucceſ.ab inteſt.ita etiam firmat Alexan.in
conſi.lxv.in fin.in j.volu Et præmiſſa ſunt quæ pro
parte querelantiũ adduci poſſunt:Quibus non ob-
ſtantibus contrariam ſententiam arbitror de iure
veriorem.Et quòad primum non obſtat prętẽſum
figuratum mendacium inter eos,cùm de facili poſ-
ſit in eorum dictis dari concordia,nã ſtat pro poſ-
ſibili quòd Maſiius intellexit de mane de morte Ia
cobi ſacconi, *à la terra de ſancta Agata*: prout ipſe
depoſuit: & ꝙ Ioa. poſtmodum id ſciuerit *a la ſua
poſſeſſione de aqua viuola*, & quia licet Ioan. depo-
ſuerit, quòd id ſciuerit ad aqua viuola, non tamen
dicit illo ſero, vel mane ſequente, vel quãdo id ſci-
uit,ſeu audiuit: & hoc concedendum eſt ad euitan-
dum mendacium prædictum, ſeu contrarietatem,
aut diuerſitatem,cùm contrarietas, ſeu diuerſitas
7 quæ reperitur in actis,*& proceſſu,ſeu in teſtibus,
debet quantum eſt poſsibile reduci ad cõcordiam.
c.cùm tu.de teſti.ita Bar.in l.inter ſtipulantem.§.j.
ff.de verb.oblig.cum ſimilib.Bal.poſt Cy.& Pet.in
l.falſa.C.de iu.& fac.ign.& ibi Iaſ.plenè in fi.verb.
Nam ſatis eſt quòd in eorum dictis non reperian-
tur varietates inexcuſabiles, prout in ſimili de te-
ſtibus dixit Alexand. conſulendo in conſil. clix. in
v.volu.Et tamen ſi rectè aduertatur, nemo ex ipſis
patrę & filio poteſt dici conuictus de mendacio
aliquo. Et quatenus abſquę veri præiudicio aliter
8 dici poſſet,* ex quouis mẽdacio ſeu varietate prin
cipalis non poteſt inferri indiciũ ſufficiens ad tor-
turam: vt voluit Andr.de Iſer.in conſtitu.regni, ſi
damna. & ſentit Bart.in l.fin.de quæſtionib.Et mi
9 nime obeſt ſecundum indicium famæ publicæ, *ex
quo omnes fere teſtes ſuper ea deponentes dicunt
audiuiſſe id publicè dici,& alij ex ipſis dicũt, quòd
eſt vox,& fama publica,& ſic non probant, vt vo-
luit pulchrè Bart.in l.de minore.§.plurimum. ver.
quid ſi teſtis.ff.de quæſtio. quia talis depoſitio non
concludit de neceſsitate, quòd ipſi hoc audiuerint
dici à maiori parte ipſius ciuitatis, prout requiri-
tur ad eſſentiam famæ,quia ſtat pro poſsibile,quòd
vnus dũtaxat id publicè dixiſſet. idem voluit Bart.
in l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſtib.& in l.Labeo.ff.de ſu-
pel.leg.Bal.in addit.Specu.in titu.de execu.ſenten.
colum.xxiiij.Imol.in l.hæredes palam.in princip.
de teſta. Angel.in l.iij.ff.ad macedonia.Floren.in l.
ſi arbiter. ff.de probat.Salyce.in l.ea quidem.C.de
accuſ. Alexan.in conſi.ccxij. viſis & diſcuſsis. in ij.
volu.& in conſi.xx.incipiente, in cauſa appellatio-
nis.in iiij.volumi. & in conſi.clj.repetitus in cauſa

in v.volum.vnde ſuccedit doctrina Bartol. in d. §.
plurimum.v.col.verſicu. qualiter probetur fama.
10 quòd * teſtis deponens ſuper fama nõ probat,niſi
reddat rationem ſui dicti, dicendo quòd ita audi-
uit à maiori parte populi illius ciuitatis:etiam ſi de
hoc non fuerit interrogatus.ita etiam voluit Bald.
in l.leuia. ff.de accuſat. & Angel.in l. quid ergo. §.
quæſtionem.ff.de infami.Bald.in rubri. C.de pro-
bat.& in l.ſolam.de teſtib.Flore.in l.ob carmen.ff.
de teſtib.Ludo.in l.j.ff.de oper.no.nunc.Abb.in c.
11 cùm cauſam. de teſtib. * Præterea non apparet ex
alio probatum de fama publica, cùm teſtes ipſi
non ſpecificent à quo, ſeu à quibus audiuerint:
quòd etiam non interrogati dicere debent: aliàs
non probant: vt dicit Innocen.in capit.qualiter &
quando. & in c.cùm oporteat.de accuſat.Barto.in
prædicto §.plurimum.Franciſ.de Are. in cap.cùm
cauſam.de teſti.& in titu.de inquiſi. §.nunc tracte-
mus. Ex quo potuit fama ipſa traxiſſe originem à
querelante,& etiã à fratribus defuncti, & ab aliis
de eorum domo:& ſic videtur potius quædam dif-
famatio quàm fama,vt not.dixit Bal. in l. diffama-
12 ri.C.de inge.manumiſ.* Itẽ & plus cùm teſtes ipſi
non declarent an fama ipſa ſucceſſerit ante forma-
tam inquiſitionem, an traxerit originem poſt fa-
ctam inquiſitionem, dicta probatio non eſt con-
cludens:quia non ſunt probatæ qualitates neceſſa-
riæ, videlicet, quòd fama præceſſerit inquiſitionẽ
aduerſus dictum inquiſitum: vt in propriis termi-
nis conſuluit Pet.de Ancha.in conſil.incipiente, in
13 q.presbyteri. * Item cùm non appareat dictam fa-
mam habuiſſe originem ex legitima, & probabili
cauſa,probatio prædicta non obeſt: iuxta not. per
Bartol.in d.§.plurimum. & Saly. in d. l.ea quidem.
& Bald.in d.l.diffamari. Abb.poſt Anton. de Butr.
prædicto ca.veniens.vnde iſta videtur potius quæ-
dam vana vox populi quæ inducitur de facili,& ex
abrupto inter leues homines:vt not. Bart.in l.pro-
prietatis. C.de probatio.& ideo exaudiri non de-
bet, iuxta id quod voluit gloſ.reprehendens Pila-
tum, quòd propter vanas voces populi Chriſtum
condemnauit:vt in l.decurionum filij. C.de pœnis.
Datóque in præſentiarum abſque veri præiudicio,
14 quòd * fama prædicta eſſet ſufficienter probata,
tamen non eſſet ſufficiens indicium ad torturam,
cùm fama publica non faciat indicium, ſed ſolùm
confirmet alias probationes: vt dicit Gandinus in
rubric. de quæſtion.& tormen.referens ita vidiſſe
obſeruari per aſſeſſores: & ex ſuprà relatis appa-
ret nihil officere eidem Maſio. idem voluit Bald.
in l.milites. C.de quæſtion.Cyn.in l.fina.C.eodem
titulo. Antonius de Butr. in capitulo tertio loco.
vj.columna.de probation. Abbas in capit.primo,
de purg.cano.gloſ.Neapod.in cap.regni quod in-
cipit,tormentis.Gandi.in tracta.maleficiorum. in
rubr.de quæſtio.& tormen.referens ita vidiſſe ob-
ſeruari per aſſeſſores.Et ſic ex eiſdem ſuprà relatis
liquet minime officere prædicto Maſio id quod di-
cit ipſe generaliter audiuiſſe dici, quòd Iacob ſac-
conus fuèrat occiſus ab ipſo, licet in rei veritate
non ita interrogetur in dicta eius depoſitione. Et
minimè obſtat tertium indicium inimicitiæ præ-
tenſæ, cùm de ea ſolùm deponit Michus ſacconus
frater carnalis defuncti, necnon & Cubellus ini-
micus prædictus Manſio & Ioanni, vt probatum
15 eſt: * tum etiam quia prædicti duo teſtes non de-
ponunt de inimicitia capitali, vel omnium bono-
rum, prout requiritur, & declarat Ludouicus in l.
prima.§.hoc reſcriptum.ff.ad ſillania.ad quod not.
per Bartol.in l.tertia. §.finali.ff.de adimen.leg.ſed
ſolùm deponunt prædicti quòd ex cauſa depoſi-
tionis Iacob. ſacconi aduerſus Maſium ſuper dif-
ferentia cuiuſdam terræ, Maſius habebat ipſum
pro inimico,nec ita rectè dicunt.Nequaquam ſuf-
fragatur quartum indicium, videlicet confeſſio
extraiudicialis prædicti Ioannis filij ipſius Maſij,
ex quo de confeſſione prædicta deponunt mulie-
res teſtes duntaxat, quæ quidem in criminalibus
16 non admittuntur, *maximè de iure canonico.ca-
pitulo mulierem. xxij.quæſtio.quinta.& capit. fo-
rus.extrà de verborum ſignificatio. & not. Ioan.
Andræas in additio.Specu.in tit.de teſte.§.primo.
verſicu.item.Gandi.in tract.maleficiorum.in titu.
de pœna furum. licet aliud ſit de iure ciuili. l. ex
eo.ff.de teſtibus.tamen negari non poteſt quin mu
lieres non ſint omni exceptione maiores: ex quo
teſtimonium ipſarum eſt varium & mutabile.dicto
17 capitu.forus.*& tamen is dicitur omni exceptio-
ne maior, cui nulla exceptio obiici poteſt, quin-
imò qui ſuperat omnem friuolam exceptionem,
adeò quòd nihil ei poteſt opponi, vt notat Bald.in
l.optimam. C.de contrahend. & committenda ſti-
pulat.gloſſ.in l.prima. extrà de conſang. & affinit.
Abb.in capitu.at ſi clerici.xvj. colum. de iudic. &
gloſſ.in §.item verborum. inſtitut.de inutil. ſtipu.
ita in propriis terminis tenuit Cæpol.in ſuo conſi,
18 xxxij.colnmna tertia. * præſertim cùm in crimina
libus requirãtur teſtes omni exceptione maiores,
vt dixit Bald.in lege finali. colum.ij. de probation.
Præterea ad hoc vt confeſſio extraiudicialis fa-
19 ciat indicium contra confitentẽ, requiritur*quòd
facta fuerit preſente parte,prout firmat Franciſ.de
Aret.in capitu.at ſi clerici.de iud.vbi ſatis miratur
de Abb. aliter ſibi dicente, idem refert & ſequitur
Felynus in prædicto capi. at ſi clerici. & ibi multos
refert, & multas limitationes ad hoc. Item eſt &
aliud ad maiorem excluſionem huius indicij,quòd
illemet Petrus Iorginus aduerſus quẽ aſſerit Ioan-
nem protuliſſe dicta verba, fuit interrogatus, &
examinatus,& depoſuit cum iuramento ad inſtan-
tiam Cur.productus, ꝙ prædictus Ioan. dum de-
ueniſſet ad verba cum ipſo Petro Iorgino, dixit ſi-
bi hæc formalia verba, videlicet, *ſi tu non te leui de
qua te faccio pegio, che non fece ad vn altro*, *non nomi-
nando à chi*:& ſic vidẽtur dictæ teſtes mulieres con-
uinci de mendacio ſuper eo quod depoſuerunt.
20 Item *& ex alio non obſtat dicta confeſſio extra-
iudicialis:quia confeſſus crimen extra iudiciũ ſibi
nõ nocet,niſi aliter crimen illud eſſet notoriè com
miſſum ab eo, ita voluit pulchrè Specul. in titul.de
confeſ.§.nunc videndum. verſic.nunc dicendũ re-
ſtat.per rationem optimã de qua ibi per eum.Item
& ex alio nihil obſtat dicta confeſſio ob reſtitutio-
nem in integrum competentem minori xxv.annis.
& in Regno xviij. ann. confeſſus extraiudicialiter
21 delictum, *cùm reſtituatur minor aduerſus ſuam
confeſſionem delicti abſque aliqua probatione er
roris: quia ex hoc ſolo apparet ipſum eſſe læſum,
cùm



cùm ſit minor. xxv.an. prout eſt iſte minor. xviij.
annis.ita ſingulariter tenet Ange.in l. certum.§. in
pupillo. ff. de confeſſ. vbi ad hoc allegat text. cum
gloſ. ſecunda.in capitulo ſecundo.de in integrum
reſtitutione. in vj. & reputat Angel. hoc valde no-
tandum & quotidianum: & illud dictum excla-
mat dominus Alexand. & ſequitur in conſil. ccccl-
xxx.aliàs conſil. cxv. lib.iij.incip. in cauſa inquiſi-
tionis formatæ contra dominam Elenam. & idem
vult idem Alex. in l.ſi is qui.§.ſi minor. ff. de iure-
iuran.in ix.colum. vbi reputat hoc eſſe diligentiſ-
ſimè no.refert & ſequitur ibidem Iaſo.ſubdens di-
ligenter eſſe aduertendum pro defendendo adole-
ſcente in cauſa criminali. Item minimè confeſſio
prædicta Ioãnis prædicto Maſio patri obſtare poſ
ſet,per tex.in l.ſi vnus.§.ante omnia.de pactis.& l.
ſæpè.ff.de re iudicata.Ita dicit Alexand. de Imo.in
conſilio xxxix. iij. colum.quinto volumine. quòd
22 confeſſio filij non præiudicat patri, * tum etiam
quia Ioannes ipſe ex prædicta ſua depoſitione fa-
ceret ſe ſocium, & participem criminis, quo caſu
vt particeps non probaret in homicidio. per tex-
tum in l.fina.cum gloſſ.C.de accuſat.l. quoniam li-
beri.& ibi doctores.C.de teſtib.capitu.j.& ibi Ca-
non. de confeſſ. Quinimo etiam ſi iudicialiter ſo-
cius criminis deponeret contra ſocium, non face-
ret indicium ad torturam: gloſ.in l.ſi filium.in gloſ.
magna.C.de liber.cau.Anto.de Butri.in capit.j.de
confeſ.Cy.in l.fina in vlti. quæſtio. & ibidem Saly.
in vlti.colum.C.de quæſtio. Fulgo. in conſil.xxj.in
cauſa inquiſitionis formatæ.Angel.in l.ea quidem.
C.de accuſa.& in l.j.§.ſi certus.ad ſillan.Item & ex
alio minimè poſſet cõfeſſio prædicta obſtare, quia
Ioã.ipſe eſt minor xviij.ann.vt ſuprà dixi,ob quod
23 etiam * ſi in iudicio id aſſeruiſſet, non probaret,
cùm dictum minoris in criminalibus non probet.
l.in teſtimonium.ff.de teſti.l.inuiti.vbi glo.in l.fin.
eodem tit.& iiij.q.iij.can.ſi teſtes.verſicu. in teſti-
monium. Et præſertim cùm ſibimet non præiudi-
cet, vt ſuprà dictum eſt, multò minus præiudica-
bit Maſio patri, & eo magis cum ſi in ciuilibus fi-
lius non poteſt per confeſſionem ſuam patri præ-
iudicare,* vt dicit Specul. in tit. de confeſ.§. nunc
24 videndum.verſi.vltimò quæritur.multò minus de-
bet poſſe in criminalibus præiudicare. Vltimum
indicium de mala fama apparet proſtratum, cùm
de ea ſolùm deponant Michus frater carnalis de-
functi,& Cubellus notorij inimici prædictorũ in-
quiſitorũ, imò plus per quinq; teſtes probatur to-
tum oppoſitum, & quòd inquiſiti ipſi ſunt optime
famæ, conuerſationis, & vitæ,fideliter & pacificè
25 viuere conſueti, * & ſic ſuccedit, quòd probatio
bonæ vitæ & famæ operatur ne inquiſitus ex indi-
ciis poſsit torqueri, ex quibus aliàs torqueri po-
tuiſſet,vt dicit ſingulariter Bald.in l.prima.§.ſi pa-
ter.ff.de re milita.Bald.in l.fina.C.de proba.& in l.
j.C.loca.Ange.in l.milites.de quęſtio.Bal.& Imol.
in l.fina.C.de hæred.inſtituen.& plene Iaſo.in l.j.in
vltimis verbis.C.commu.de lega. Nec erit alicu-
ius roboris dictum Catarinæ teſtis, dum dixit vi-
deſſe eo die prædictos patrem & filium inquiſitos
ire equeſtres ſupra illam ſtratam vbi fuit homici-
dium per vnum ictum baliſtæ à longe à loco vbi
iacebat occiſus Iaco.ſacconus, cùm ſit teſtis vni-
ca & ſingularis in eius dicto non facit indicium,
26 * quia ad probandum indicium requiruntur ſal-
tem duo teſtes, vt dicit gloſ.reputa.ſingu.in l.fina.
C.famil.erciſcun.& in auth.de teſta.imperfec.cir-
ca principium.colum.viij. Bartol.in l.admonendi.
x.colum.de iureiur. Ange.in l.ſi. quòd metus cau-
ſa. Salyc. in l.ſi. C.de quæſtio. tum etiam quia non
deponit illum vidiſſe in eademmet ſtrata, ſed in
27 alio loco,ſeu ſtrata ſuperiori,* & tamen ad facien-
dum indicium requiritur ꝙ fuerit viſus in eadem-
met ſtrata, ſeu in eodemmet loco commiſsi homi-
cidij, vt dixit Ange.& Salyc. in l.ſi.de quæſtio. qui
dixerunt,quòd redditur ſuſpectus ſi quis viſus fue-
rit in loco commiſsi delicti, ſeu homicidij, adeo
quod poterit torqueri, idem tenuit Luc. de pen.in
l.euictiones.C.de cur. libro xij. vbi dicit ſecus eſſe
ſi reperitur in loco remoto. Et minimè obſtaret
quòd dicti inquiſiti ſint cõſueti in dicto loco con-
uerſari ob dictam poſſeſsionem quam ibi habent,
nam quòd quis ſit ſolitus conuerſari in loco com-
miſsi delicti, tunc facit indicium ad torturam,
quando conſueti ibidem conuerſari eſſent malæ
28 famæ, * & ſoliti ſimilia facere, vt in terminis pro-
priis tenet Ludo.in l.prima.§.hoc ſenatus.ff.ad ſil-
lani. Ange.& Auguſt.in tract.malefic.in verſicu. fa-
ma publica.colum.xiij.& ideo communiter repro-
batur Ang.in l.ſi.de quæſtio.aliter tenens.Hinc di-
xit Bar.in l.ſi.circa ſi.ff. de quæſtio. quòd indicium
conuerſationis in loco non eſt ſufficiens ad tortu-
ram, niſi talis conuerſari ſolitus eſſet malæ famæ
& conditionis. Item Angel. in dicta lege finali. de
quæſtion. loquitur quando viſus in loco homici-
dij non erat ſolitus pertranſire per illam ſtratam,
& fuit tunc ibi repertus, quòd ſecus eſt in caſu
præmiſſo, nam ex cauſa dictæ eorum poſſeſsionis
conſueuerant illuc ire. Et ſic cum indicia prænar-
rata ex præmiſsis claudicare, & ſatis grauiter ap-
pareant, & probentur per teſtes repulſatos,& exa
minari prohibitos, nullum præiudicium afferre
29 poſſunt prædictis inquiſitis, per id * quod voluit
And.de Iſer.in conſti. Regni,ſi damna clandeſtina.
vbi dixit, quòd quando delictum probatur per te-
ſtes prohibitos examinari, quis torqueri non po-
teſt.ad quod not.per Bart.in l.maritus.de quæſtio.
& præſertim cùm indicia ipſa reperiãtur eliſa per
probationem bonæ famæ ipſorum inquiſitorum,
per ea quæ ſuprà allegata in iure fuerunt. Concur-
rúntque inſuper in fauorem prædictorum inquiſi-
torum infraſcripta, videlicet, Quòd Iacob.ſaccon.
mortuus non reperitur in corpore vulneratus, &
erat ſenex excedens annos lxxx. Item quòd ea die
laborauit in area ſua, & luctauit cum aliis, & per
binas vices fuit proſtratus ad terram, & ſic de fa-
cili potuit crepuiſſe cadens. Item quòd patieba-
tur aſsiduè morbo matroni, adeo quòd quan-
do ſibi ſuperueniebat dicta infirmitas, habeba-
tur pro mortuo. Item quòd eodem anno fuerunt
quam plures iuniores ſubitanea morte præuenti
eodem morbo. Item fuit repertus mortuus in loco
lapidoſo, & pendinoſo, in quo quilibet ſi cecidiſ-
ſet, ſe offendiſſet propter lapides. Or quanto ma-
gis in ſene. Item quòd ob frequentiam hominum
qui ibidem aſsiduè conuerſabantur, & pertranſ-
ibant, ſi ipſe aggreſſus vociferaſſet, de facili au-

ditus, & viſus fuiſſet ab ibidem prope moram tra
hentibus, & conuerſantibus. Ex quibus omnibus
præſumptionibus & coniecturis eliduntur, ac tol-
lūtur aliæ leues præſumptiones, ſeu coniecturæ ex
30 aduerſo pro parte Cur. conglutinatæ: * cũ vna præ-
ſumptio tollatur per aliam: vt dicit Bar. in l. diuus.
ff. de in integr. reſti. Cy. in l. ſi cum dotem. §. tranſ-
grediamur. ff. ſol. matri. Bal. in l. fi. C. de hære. inſti.
& in l. quamuis. C. de impub. & aliis ſubſti. Et pari-
ter vnum indicium tollitur per aliud indicium: vt
dicit Alex. conſi. lxxij. in cauſa accuſationis. vlti.
col. j. volu. & vna coniectura tollit aliam, ſecundũ
Bal. in conſi. cccij. proponitur. ante fi. ij. vol. Ang.
in l. iniuriarum. ff. de iniur. Et præſertim cum præ-
31 ſumptiones iſtæ ſint delicti excluſiuæ. * & vbi con-
currunt duæ præſumptiones quarum vna eſt exclu
ſiua delicti, & alia incluſiua, ſemper attenditur illa
quæ delictum excludit: ita conſuluit Lud. in conſi.
lxviij. viſis & propoſitis &c. & hoc, quia ſemper eſt
capienda via vt excludamus delictũ: vt dicit Bart.
in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de no. ope. nun.
Abb. in c. in præſentia. de proba. & idem Abb. poſt
Innoc. in ca. dudum. el. ij. de electio. penul. col. Nec
poſſent omnia ſuprà relata conſeruari, & ſimul iũ-
32 gi, & verificari regula ſuprà poſita. * Et ſi non pro-
ſunt ſingula, multa iuuant: ex quo de iure tunc iun-
guntur plura indicia ad faciendum integrã proba-
tionẽ, quando vnumquodque indiciũ eſt de ſe ſuf-
ficienter probatum, vt no. Bal. in l. ſi quis ex argen
tariis. §. j. ff. de eden. Alexã. in conſi. cxxxi. j. volu. &
in conſi. xj. ſentio in dubium reuocari. & in conſi.
xxj. repetito in cauſa Merici. in princip. in iiij. vol.
ſed ſic eſt quòd in caſu de quo agitur, nullũ dicto-
rum indiciorum eſt ſufficienter de ſe probatũ: quia
aut vnumquodque ipſorum probatur per vnũ te-
ſtem, aut per teſtes inhabiles, & repulſatos, vt dictũ
extitit, ergo &c. Et ex præmiſsis infero quòd mini-
mè poſsit magna Cur. ipſa ex dictis indiciis proce-
dere ad torturã contra prædictos inquiſitos, etiam
33 ſtante eius magno & pleno arbitrio, * cùm iudex
habens plenum & liberum arbitriũ non poteſt ad
torturam procedere non exiſtentibus legitimis in-
diciis: vt tenet Pau. de Leaza. in c. grauis. vlti. colũ.
de depoſi. Gandi. in tract. malefi. in rub. an poteſtas
qui habet arbitrium. Alexã. in conſi. lxv. habita ſu-
per his col. ij. Iaſ. de Mayn. in l. j. C. de ſacroſan. ec-
cle. vbi reputat iſtud eſſe perpetuò no. & idem Iaſ.
in §. in bonæ fidei. col. viij. inſtit. de actio. & in l. &
militibus. C. de teſta. mili. & eo magis cũ arbitrium
magnæ Curi. Vicariæ vt patet per multa capitula
Regni, ſit conceſſum contra famoſos homicidas, &
latrones, ac diuerſorũ criminũ, & vulgari quodam,
modo populi opinione grauatos: & præſertim in-
fames, vt clariſsimè dicti regni capitula cantant. In
cæteris ſuppleat Magnif. Iudicum religio, vt inno-
centes ad Dei ſimilitudinem formati præſeruentur
illæſi, reiecta aduerſariorum querelantium voragi-
ne, ac ſanguinem humanum ſitiente, & ita ex præal-
legatis conſulo iuris eſſe. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt compellere habentem vxorem, & de-
tinentem concubinam, vt ipſam concubinam di-
mittat, & ad vxorem redeat.*
2 *Conſuetudo praua, iniqua, & temeraria excuſat à
pœna temporali.*
3 *Conſuetudo notoria non eſt opus allegari.*
4 *Fama non probatur ex quo teſtes deponant id pu-
blicè audiuiſſe, niſi dixerint audiuiſſe à maiori
parte populi illius loci.*
5 *Fama ad hoc vt probetur per teſtes requiritur quòd
multa concurrant, de quibus plenè in nu. 6. 7.*
8 *Pœna ſacrilegij eſt extraordinaria.*
9 *Indicia ſunt arbitraria.*
10 *Torqueri licet in aliquibus caſibus quis non poteſt,
poterit tamen terreri.*

## CONSILIVM LX.

IN Chriſti nomine amen. In cauſa Na
talis de caua inquiſiti de ſodomia, ac
raptu mulierũ, & lenocinio, de furto
cuiuſdam Cirij, viſo proceſſu mihi
tranſmiſſo per Magnificum Guberna-
torem ciuit. Auerſæ circa raptum non reperio ver-
bum aliquod, niſi de lenocinio duntaxat, quòd vi-
detur eundem Natalem iam vxoratum prima facie
grauare, in hoc non videtur modo aliquo inſiſten-
dum, cum fornicatio ſit de iure ciuili in concubi-
natu permiſſa, per titulum de concubinis, & licet
peccatum ſit de iure canonico, non tamen eſt pu-
nibile in foro Cæſaris, ſed eo caſu cõtra vxoratum
1 poteſt officialis * ipſum compellere, vt concubi-
nam dimittat, & ad vxorẽ redeat, ita dixit pulchrè
Alb. in l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iure. vbi refert q dum
Martinus de fano eſſet poteſtas in ciuitate Romã-
diolæ, & quidam nobilis habens vxorem declina-
bat etiam ad concubinam, compulit ipſum per l.
præallegatam, vt concubinã dimitteret, & ſic ho-
neſtè viueret, & hoc vt obſeruaret iuris præcepta,
ibi, honeſtè viuere &c. idem refert & ſequitur Iaſo.
in d. l. iuſtitia. Circa verò lenocinium quod videtur
eſſe cõtra regiam pragmaticam, & pœnalem, cùm
fuerit de præterito, & à multo tempore mulierem
aliquã penes ſe non retinuerit, ſuffragatur ſibi no-
toria, & tacita tolerantia lenonum tot annis con-
tinuatis in regno, contra quos nunquam fuit pro-
ceſſum pro obſeruantia dictæ regiæ pragmaticæ,
2 * & ſic huiuſmodi tolerantia & praua conſuetu-
do quantuncunque temeraria, iniqua, & iniuſta
debet à pœna excuſare. gl. eſt not. in c. cùm venera
bilis. in gloſ. j. in fine. de conſuet. quam Abb. ibi in
j. colum. multum extollit, gloſ. in c. denique. iiij.
diſtin, quæ not. limitat procedere à pœna tempo-
rali, nõ autem diuina, prout in caſu præſenti. idem
voluit Alexan. de Imo. in conſi. vij. pro inueſtiga-
tione prædictorum. penul. colum. libro ij. & conſil.
viij. nume. 9. lib. vj. & conſil. ccl. nume. 8. eo. lib. vj.
3 Iaſ. in l. ſingularia. xxij. col. ff. ſi cer. pet. * & ſic cùm
conſuetudo prædicta fuerit iam notoria, etiam al-
legari opus nõ fuit nedum probari, vt dicit ſingu-
lariter Bar. in l. ij. xxv. quæſtio. C. quæ ſit long. con-
ſuetu. Bal. in l. prima. in fin. C. ad velle. & quòd not.
idem Bal. in l. ſecunda. colum. ij. C. quando prouo.
non eſt neceſ. idem Bald. in l. vnica. in vna addit.
quam libri antiqui non habent. C. vt quæ deſunt
aduoc. Eritque ergo diligenter aduertendum ſuper
furto Cirij, an videatur taliter per indicia inquiſi-
tus ipſe conuictus, vt torqueri poſsit, nam contra
ipſum



ipſum apparent plures teſtes deponentes de fur-
to prædicto publicè audiuiſſe, & quòd ipſe Natalis
furto ſubtraxerat Cirium prædictũ ab eccleſia, ex
qua teſtium depoſitione non videtur apparere de
probatione famæ contra ipſum, ex quo poteſt eſſe
quòd vnus vel duo id publicè dixerint: * & tamen
4 non ex hoc erit fama probata, quia talis depoſitio
non concludit de neceſsitate, quòd ipſi hoc dici
audiuerint à maiori parte populi illius loci, prout
probari requiritur ad eſſentiam famæ, vt dicit pul-
chrè Barto. in l. de minore. §. plurimũ. verſic. quid
ſi teſtis. ff. de quæſt. idem Bart. in l. iij. §. eiuſdem. ff.
de teſti. & in l. Labeo. de ſupel. leg. Bal. in addi. Spe.
in tit. de execu. ſenten. col. xxiiij. Imo. in l. hæredes
palam. in princip. de teſta. Flori. in l. ſi arbiter. ff. de
proba. Alexand. in conſi. xx. in cauſa appellationis.
iiij. volu. & conſil. xv. repetitus in cauſa. in v. volu.
Apparet igitur quòd teſtis ſuper fama taliter depo
nens debet dicere, q ita audiuerat à maiori parte
populi, etiam ſi de hoc interrogatus non fuerit, ita
dixit Bal. in l. leuia. de accu. & Ang. in l. quid ergo.
§. quæſtionẽ. ff. de infam. Bal. in rub. C. de proba.
& in l. ſolam. de teſti. Flor. in l. ob carmẽ. ff. de teſti.
Ludo. in l. j. ff. de oper. no. nunt. Abb. in c. cùm cau-
ſam. de teſtib. * Item & ex alio teſtes ipſi non pro-
5 bant, deponentes id publicè audiuiſſe, quia non
nominant ſpecificè aliquem à quo id dici audiue-
rint, & ideo non probant, quia etiam non interro-
gati debent teſtes dicere à quo audiuerant, vt dicit
Bart. in prædicto §. plurimum. colum. vj. Inno. in c.
qualiter & quando. de accu. & etiã in c. cum opor-
teat. eo. tit. Fran. de Are. in c. cum cauſam. de teſti.
& in titu. de inquiſitio. §. nunc tractemus. Et dato
nunc abſque veri præiudicio quòd fama dici poſ-
6 ſet aliquo modo probata, dico * quòd fama nõ fa-
cit indicium, verum confirmat alias probationes,
vt dicit Bar. in tract. de quæſtio. x. col. Bal. in l. mi-
lites. C. de quæſtio. Cy. in l. fin. eo. tit. Ant. de Butr.
in c. tertio loco. vj. col. de proba. Abb. in c. j. de pur.
canon. Gand. in tract. malefi. in rubr. de quæſtio. &
tor. vbi refert ita vidiſſe per aſſeſſores ſeruari, Nec
poſſet fundari tortura huius inquiſiti ex depoſitio-
ne Stephani, deponentis emiſſe ceram à prædicto
Natali, & quod tũc ſuſpicatus fuerit de furto con-
tra ipſum. Et pariter nec ex depoſitione Gulioſi
teſtis deponentis vidiſſe prædictum inquiſitum li-
quefacientem ceram, ex quo neuter ipſorum facit
indicium, cùm vnuſquiſque ipſorum deponat ſu-
7 per diuerſa qualitate facti, & indicij, * & tamen
vnumquodque indicium requiritur probari ſaltem
per duos teſtes. gl. eſt reputata ſingu. in l. fi. C. fami.
ercif. & in authen. de teſta. imperf. circa principiũ.
col. viij. Bar. in l. admonendi. x. col. ff. de iureiuran.
Ang. in l. ſi. quod met. cau. Salyc. in l. fin. de quæſtio.
Et præſertim procedũt præmiſſa cũ ſimus in furto
parui pretij, quia vt ex proceſſus meritis colligo,
Cirium prædictum erat valoris xxv. carlenorum,
quo caſu deciſa eſt pœna quandò probatum eſſet
delictum, & quæ quidem pœna eſt minor relega-
tione, & vbicunque ex delicto reſultat pœna à re-
legatione infrà, eo caſu non poteſt ad torturam
procedi, ſed ſolùm vbi imponitur pœna vltra re-
legationem, vt apparet per capit. regni, quòd in-
cipit, tormenta. & licet inferri poſſet hoc eſſe ſa-
crilegium, quando probaretur Cirium ipſum fuiſ-
8 ſe ab eccleſia furto ſubtractum, * attamen pro ſa-
crilegio non imponitur niſi pœna extraordinaria.
l. ſacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecul. cõſiderata qualitate
rei, & perſonæ, ita communiter concludunt doct.
& melius cæteris Salycet. in rubri. C. de crimin. ſa-
crileg. Sed quia videtur etiam inquiri de ſodomia,
& maximè quia ſciens ipſe quondã Marcum aliàs
habuiſſe rem cum illo Petrutio, permiſit tacitè
ipſos Marcum & Petrucium aſtare in domo ſua,
licet demum aſſerat prohibuiſſe, apparet necnon
de eius confeſsione quòd dormiuit in vno, & eo-
dem cubili cum eodem, ob quòd animus meus
9 non conquieſcit aduerſum ipſum: * & cùm indicia
ſint arbitraria prout plenè Ioã. Andr. in c. cùm in
contemplatione. de regu. iur. Bar. in l. fi. ff. de quæſt.
Bal. in l. ij. j. col. C. quo. ap. Alex. cõſi. lxxvij. j. volu.
in cauſa accuſationis. & interdũ licet quis nõ poſ-
ſit torqueri, poteſt tamen terreri, vt inquit Bald. in
l. ij. C. quorum appellat. Bald. in l. de minore. ff. de
10 quæſtio. circa princip. * idcirco concurrentibus
præmiſsis ſum voti partes Magnifici Gubernato-
ris Auerſani eſſe in terrendo prædictum Natalem
concurrente vtilitate vitæ ipſius, eundem ligari fa-
ciendo ad cordam, & aliquantulum etiam alciãdo,
vt aliquid doloris ſentiat ad eruẽdam veritatem,
nec aliter torqueatur, niſi vt ſuprà. Et quòd iu-
dex licet non poteſt torquere delinquentẽ, poteſt
tamen terrere, ſequitur etiam Pari. de put. in tract.
ſyndic. in verſicu. contumacia. prima colum. nam
imò ſi leuiter torqueret, non poteſt dici tortus, ex
quo leuis tortura non dicitur tortura, per ea quæ
plenè conglutinat Marſil. in ſua practi. cauſ. crimi.
in §. quoniam. ij. colũ. & in §. & quia. & in l. furem.
ff. de ſicar. & in ſuo conſi. lxxx. ij. volu. & conſi. ciij.
vbi multa ſimilia.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per teſtes de ætate deponentes ex aſpectu eſt
fallax.*
2 *Minoris geſta tenent, dum apparet, quòd ſit publi-
cè diligens & induſtrioſus.*
3 *Minor dum doloſè ſe gerit, reſtituere tenetur ea quæ
doloſè conſequutus eſt ab alio.*
4 *Minor in delictis non reſtituitur.*
5 *Minor poteſt defendi per maiorem, qui ſit ſibi con-
iuncta perſona.*
6 *Minor litigans in iudicio per procuratorem ab ipſo
minore conſtitutum, cum iuramento, valet, & te-
net iudicium.*

## CONSILIVM LXI.

IN Chriſti nomine amen. In cauſa
pauperculi magiſtri Petri ſartoris eſt
videndum ſuper validitate iudicij,
& proceſſus geſti cum minore defi-
ciente curatore: & ante omnia oc-
1 currit in facto non videri probatam fuiſſe mino-
rem ætatem Ioannis Baptiſtæ ex aduerſo princi-
palis opponentis de nullitate proceſſus, & iudi-
cij, cùm

cij : cùm teſtes ſuper ſuo ſexto articulo mino-
ris ætatis producti, deponunt de minori ætate ſe
cundum eorum iudicium, & videre, referẽdo ſe ad
aſpectũ, cuius dicti ratio fallax eſt: iuxta illud quin
quaginta annos nondũ habes, & Abraham vidiſti:
prout refert & concludit Bartol. in l. de ætate. ff. de
1 minoribus.* & ſic non eſt modus probãdi ætatẽ ex
aſpectu, quia fallax : vt ſuprà & potiſsimè cùm hu-
iuſmodi probatio ſatis appareat eliſa per teſtes pro
ductos per eundem magiſtrũ Petrum ſuper quarto
articulo, deponentes ꝙ prædictus Ioan. Bap. ex ſui
præſentia, & exhibitione veſtiũ quas deferebat, de
monſtrabat *eſſere homo da bene, & de autorita, & homo de facende*. Et ſic ſi tot teſtibus prædictis mi-
nor apparuiſſet, nõ depoſuiſſent ipſum videri ho-
minem negociatorẽ. Et dato nunc abſque veri prę
iudicio, quòd minor ætas in eo probata appareret.
dico tamen quòd talis prætenſus minor apparebat
publicè, prout publicè diligens, & induſtrioſus.
Hinc eſt quòd tenebatur in fundico, ſeu apotheca
pannorũ, & ſerici ditiſsimo per honorabilẽ Albe-
ricũ terracina: & ibi pannos, & ſerica publicò ven-
debat: & in maxima quantitate : vt plenè probatũ
eſt, & ipſemet principalis in ſuis poſitionibus ar-
culauit. Et ſic apparente minore prætenſo publicè
diligente, & induſtrioſo valent & tenent geſta per
ipſum licet minorem. gl. eſt ſing. & ibi Bar. in l. j. C.
2 qui & aduerſus quos. & licet d. gloſ. & Bar. * loqui
videantur in contractibus, tamen de contractibus
ad iudicia licita eſt argumẽtatio . ſemper allegatur
tex. in l. omnẽ. ff. de iudic. l. iij. §. idem ſcribit. ff. de
pecul. Et potiſsimè procedere debent præallegata
cùm Ioã. Baptiſta prædictus circa prædicta callidè
& doloſè verſatus ſit, aſſerendo bona prædicta eſſe
ſua: & accedendo apud prædictũ magiſtrum Petrũ
bene indutus, & cum anulis aureis in digitis more
mercatorũ, ad effectũ vt ipſe magiſter Petrus eme-
ret pannos, & ſerica per ipſum furto ſubtractos, vt
prætenditur: vnde eo modo delinquẽdo reſtituere
tenetur omnia quæ ita doloſè conſequutus eſt à
3 prædicto magiſtro Petro, * etiã quòd minor eſſet,
vt prætẽditur. tex. eſt peregrinus in l. j. C. de repût.
quæ fiunt in iudi. & no. in l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio.
ff. de mino. & in ſpecie dicit tex. in d. l. j. quę eſt vni-
ca, quòd ſi minor vendẽdo aliquid dolo cõſequu-
tus eſt, reſtituere tenetur: & eo magis, quia deferẽ-
do prædictus Io. Bapt. veſtes optimas, & anulos au
reos ſupra dorſum ſuũ quãdo accedebat ad vẽden-
dum, videbatur velle obſtendere ſe maiorem, vt ſic
circunueniret cõtrahentes ſecũ, & ſignãter prædi-
ctum magiſtrum Petrum, vnde ſuccedit diſpoſitio
legis, ſi alterius. in prin. C. ſi minor. ſe maio. dixe. &
4 ſic delinquendo eo modo non * poſſet petere ſe in
integrũ reſtitui, cùm minor aduerſus ſuum delictũ
non reſtituatur. l. j. C. ſi aduer. deli. l. auxiliũ. §. in de
lictis. ff. de min. & And. de Iſer. in cõſti. regni, obſcu
ritatem. & conſtit. minorũ iura. Apparet inſuper ex
reuolutione chartarũ: proceſſus prædictum Ioan-
nem Baptiſtã fuiſſe plenè in eius iuribus & defen-
ſionibus auditum, ac defenſum per egregium Nar-
5 dum Andream fronda eius patruum, * cum qua ſic
coniuncta perſona iudicium procedit. quando ma-
ior eſt, poteſt intereſſe in iudicio pro minore ſibi
coniuncto. Bal. in l. exigẽdi. in fi. & ibi etiam Bar. C.
de procu. Bar. in l. ſed hæ. in princ. ff. de procu. Bar.
in l. ſi actor. C. de appella. & in l. tutores qui poſt. &
ibi gloſ. ff. de adminiſt. tuto. Sed quid opus verbis?
Nardus Andræas nedum vt coniuncta perſona,
verum etiam vt procurator ipſum Ioannem Bapti
ſtam defendit : vt liquet per authenticũ mandatum
procuratorium factum per eundẽ Ioannem Bapti-
ſtam in perſonã ipſius Nardi Andreæ in actis præ-
ſentis cauſæ nouiſsimè productum. & expeditũ eſt
in iure, quòd minor litigans in iudicio per procu-
6 ratorem, quem ipſe cum iuramento conſtituit, * ſi
lædatur, nõ debet reſtitui, & hoc propter iuramen
tum appoſitum in conſtitutione procuratoris, ita
ſingulariter voluit Bar. in l. minor xxv. anno. omiſ-
ſam. ff. de mino. tradens hoc pro cautela, vt minor
ad ſui cautelã nõ defendatur in iudicio per procu-
ratorẽ, quam cõſtituit cum iuramẽto, quia eo caſu
nõ poterit reſtitui, ſed interſit in iudicio per cura-
torẽ, quia eo caſu reſtituitur. & idẽ videtur tenere
Panor. in c. cùm veniſſent. extrà de in integrũ reſti.
verſic. ij. principaliter. vbi dicit, quòd minor liti-
gans per procuratorem non reſtituetur, quia pro-
curator eſt voluntarius adminiſtrator, ſecus ſi per
tutorem vel curatorem, quia eſt neceſſarius. idem
tenuerunt Iacob. de Rau. Ioan. Fab. Barto. & Salyc.
in authen. ſacramennta puberum. C. ſi aduer. vẽdi.
quæ ſecundum eos eſt fauorabilis animæ, & ideo
habet locum in quaſi contractibus, idem etiam ſe-
quitur Petr. Iacob. in titu. de actio. tutel. contraria
quando in defen. ſuſce. lib. Et ita ſeruat etiam curia
parlamenti Delphin. per ſtylum ipſius curię. refert
& ſequitur Guido papæ in deciſio. parlamenti gra-
tionopol. in deciſ. ſeu q. xxxv. incipiẽte, ſi adultus.
vbi ſubdit ita fuiſſe declaratum in conſilio parla-
menti prædicti die iiij. menſis Septembris. M. cccc-
xlix. & idem ſequitur Iaſo. de May. in d. authen. ſa-
cramenta puber. ex quibus & ex vnoquoque ipſo-
rũ debet prædictus magiſter Petrus abſolui ab in-
debita impetitione prædicti Ioannis Baptiſtæ, &
ipſe Ioã. Baptiſta in expenſis condemnari, & ita iu-
ris eſſe conſulo ego.

Thomas Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Poſſeſſio ſeu quaſi præſentandi in iure patronatus acquiritur per vnicum actum præſentationis, quæ fuit ſortita effectum. nu. 5.*
2 *Præſentatio eſt fructus iuris præſentandi. numero 3. & 4.*
6 *Confirmatio ſola tuetur præſentantem, vt dicatur eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, quia præſentauit & præſentatus per ipſum fuit inſtitutus, etiam ſi poſſeſſor eſſet malæfidei.*
7 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi præfertur præſentato à vero patrono.*
8 *Patronus, ſufficit quòd credatur patronus, & ſit in quaſi poſſeſſione, quia præſentauit, & præſentatus per ipſam fuit inſtitutus etiã ſi poſſeſſor eſſet malæfidei.*
9 *Ius patronatus poteſt haberi per baſtardum.*
10 *Poſſeſſio diutina in præſentando demonſtrat, quem habere ius patronatus in eccleſia, etiam quòd non apparet de aliquo titulo.*
11 *Præſcriptio in iure præſentandi ſatis apparet, ſi compatronus patitur, & permittit alium ſecum præſentare capellanum.*
12 *Præſentatis duobus capellanis, ſeu pluribus, ſi vnus excedit alium in literis, in idoneitate, moribus, ætate, conuerſatione, & vita, præfertur.*
13 *Patronis duobus exiſtentibus vno mare, & alia fœmina, diſcordantibus ipſis præfertur præſentatus à maſculo.*

## CONSILIVM LXII.

Redemptoris gentium iterato præſi-
dio, amen. In cauſa venerabilis preſ-
byteri Antonij cum presbytero Fran
ciſco, & presbytero Vincentio de
falco ſuper iure patronatus capellæ
ſancti Angeli pendini : apparet nanque per binas
ſententias inſtitutionis diuerſis temporibus pro-
mulgatas ab annis quinquaginta elapſis, nobilem
quondam Audinum de cõſtantio præſentaſſe vnà
cum domina Catina Bonifacia duos capellanos in
capella prædicta : vnde ſuccedit iuris diſpoſitio,
1 * quòd per vnicum actum tantùm præſentationis
quæ fuerit ſortita effectũ, acquiſita fuit quaſi poſ-
ſeſsio prædicto Audino præſentanti : vt plenè not.
in c. cùm eccleſia. extrà. de cau. poſ. & proprie. & in
c. cum olim. & ibi relata per d. Abbatem poſt alios
eo. tit. & facit tex. in c. cum de beneficio. de præben.
in vj. cùm ergo Audinus ipſe fuerit in ipſa poſſeſ-
ſione, ergo tenenda & reputanda: vt tenent omnes
ſcribẽtes, & maximè Abb. in c. nobilis. de iure pat.
& in c. poſtulaſti. eo titu. & faciunt ea quæ haben-
tur in c. querelam. de elect. & ibi Abb. ita etiam in
ſpecie refert & ſequitur Alexan. in conſi. lxxviij. in
2 iiij. volu. * Et potiſsimè prædictis ratio ſuffragatur,
quia præſentatio eſt fructus iuris præſentandi. ca.
conſultationibus. de iure patron. & iſte fructus ſe-
quitur ſuum poſſeſſorem: & eo ipſo quòd aliquis eſt
in quaſi poſſeſsione iuris præſentãdi, habet fructus
ipſius iuris, qui ſunt ipſa præſentatio, & ideo dicit
tex. no. in prædicto c. cõſultationibus. quòd ad va-
liditatem præſentationis ſufficit præſentantem eſſe
in quaſi poſſeſsione iuris præſentandi, & ſequitur
3 poſſeſſorem, & nõ proprietarium: * & ad hoc quo-
tidie allegatur ille tex. ſecũdum do. Ant. de But. ibi.
refert & ſequitur Alexan. in conſi. lxxiiij. in eo. iiij.
4 vol. v. col. * Et ideo ex ſola præſentatione quæritur
ius patronatus : vt dicit Inn. in c. quoniam. de iure
patr. & Bal. in marg. in ver. ius. & potiſsimè in caſu
de quo agitur, in quo prædicti Audini præſentatio
5 fuit per binas vices confirmata. * Et tamẽ ex iuris
diſpoſitione poſſeſsio iuriſpatronatus probatur
per vnicam præſentationem confirmatam: vt dixit
6 Bal. in c. j. §. ſi verò. quid ſit inueſti. * ex quo ſola cõ-
firmatio tuetur præſentantẽ, vt dicatur eſſe in poſ-
ſeſsione, ſeu quaſi præſentandi: iuxta not. per Hoſt.
in ſumma de iu. patr. §. quid iuris. & Fede. in conſi.
7 lvj. In Chriſti nõmine amen. vacante &c. * Hinc eſt
quòd præſentatus ab exiſtente in poſſeſsione præ-
ſentãdi, præfertur potius quàm ſi eſſet pręſentatus
à vero patrono: ita dixerunt Abb. & doc. in prædi-
cto. cap. conſultationibus. & Feder. de ſen. in conſi.
ccxxvj. ſuper primo pũcto: & Cardi. in cle. j. de iure
pat. in viij. q. ſufficit enim quòd patronus credatur
patronus, & ſit in quaſi poſſeſsione, vt quia præſen-
8 tauit, * & præſentatus per ipſum fuit inſtitutus etiã
ſi poſſeſſor eſſet malæfidei : ita voluit Cardi. in c. ex
literis. de iure patro. & in d. c. conſultationibus. re-
fert & ſequitur dominus Stepha. de Caye. magnus
canon. in ſua repet. c. quoniã. de elect. in vj. in ante-
pen. chart. & ſic tam ex poſſeſsione quàm etiam ex
tenore ſententiarum inſtitutionis apparet ꝙ præ-
dictus nobilis Audinus, & prædicta domina Cati-
na æqualiter præſentauerunt: ſequitur quòd vnuſ-
quiſque ipſorum pro medietate, & ſic pariter, & eo
modo præſentatio ipſa defertur Nicolao de con-
ſtantio ſucceſſori prædicti do. Audini, qui in præ-
ſentiarum præſentauit presbyterum Antoniũ ceſ-
ſante maximo fundamento prædicti presbyteri
Franciſci & Vincentij ex aduerſo, in quo tota eorũ
ſpes, curáque aderat, videlicet quòd prædictus Au-
dinus fuerat baſtardus. Nã eo dato ſine veri præiu-
dicio, apparet ipſum Audinum tanquam patronũ
præſentaſſe per binas vices: & ſic quoties caſus ſuo
tempore occurrit: & ideo negari non poteſt quin
ſit in poſſeſsione, ſeu quaſi ipſius iuris patronatus:
præſertim cùm nullibi cautum reperiatur baſtar-
dum eſſe incapacem, ſeu inhabilem iuris patrona-
tus, & ſic iuris præſentandi: cùm ius patronatus ſit
ius quoddã, quod non eſt in bonis, & ſic poteſt du-
bitari, an intelligatur facere hæreditatem locuple-
tiorem, & ideo cùm ſit quid indiuiduũ, baſtardus
9 poteſt ipſum retinere, ſeu habere, * & ideo ius pa-
tronatus tranſit in baſtardum, vt inquit pulchrè
Bald. in l. ea quam. C. de fideicom. in fin. Corrobo-
ratur inſuper clariſsimum ius ipſius Audini per
plures præſentationes per ipſum factas, vt ſuprà
dictum eſt à xl. annis citra, & plus, ob quod ſatis
dicitur apparere de ſuo iure patronatus in capella
prædicta per huiuſmodi eius diutinam poſſeſsio-
10 nem præſentandi, etiam * quòd illa eſſet abſque
aliquo titulo, ita dixit ſingulariter Bald. in l. cùm
ſuper. C. de rei vendi. & Franciſ. de Aret. in repeti.
rub. de cau. poſſ. & proprie. refert & ſequitur Ant.
Corſe. in ſingu. ſuis in ſingu. incipien. per antiquam
poſſeſsionem. Non omittam vltra præmiſſa appa-
rere Audinum prædictum præſcripſiſſe dictum ius
præſentandi præſente domina Catina Bonifacia
11 compatrona * patiente, & permittente eundem
inſimul cum ipſa præſentare capellanos quoties
caſus occurrit, ob quod ſatis apparet inducta præ-
ſcriptio, vt dixit Domin. de ſancto Gemin. in ca-
pitulo primo. in princip. de iure patronat. in prin-
cip. in vj. per c. querelam. de elect. & per Ioannem
Andream plenè in reg. quòd alicui. in mercur. Suf-
fragatur inſuper huic presbytero Antonio ido-
neitas, cum ex proceſſus meritis appareat ipſum
eſſe magis idoneum presbytero Franciſco, & an-
tiquiorem, & literatum, & ſic licet plures capel-
lani præſententur à pluribus patronis, & voces
ſint pares, tamen non ſemper cum honeſtate pote-
rit epiſcopus gratificare, quia debet præferre præ-
ſentationem magis rationabilẽ factam, & attẽdere
12 quis ex præſentatis * capellanis excedat alium in li-
teratura, idoneitate, moribus, & ætate, vita, &
conuerſatione, & ſecundũ prædicta iudicare vnum
alio

alio ſufficientiorem, vt dicunt domini de Rota in
deciſ. cclxx. alias eſt deciſ. viij. titu. de proba. in no-
uis, incipien. item ſi mandatur auditori. & faciunt
dicta doctorum in c. j. de iure patro. & ita fieri de-
bet. ſequitur & refert formaliter præmiſſa præfa-
tus dom. Stepha. de Caye. in d. ſua rep. c. quoniam.
de elect. in vj. pen. char. ſubdens iſta habuiſſe de fa-
cto. Nec ſiletio præteribo, q́ hic presbyter Anto-
13 nius fuit præſentatus à maſculo: * & ſic venit præ-
ferendus prædicto presbytero Franciſco præſen-
tato à fœmina: ex quo diſcordantibus inter ſe pa-
tronis habẽtibus æquale ius in præſentãdo, ſi vnus
fuit præſentatus à patrono maſculo, alter autem à
patrona fœmina, præfertur præſentatus à maſcu-
lo: ita tenet Bald. in l. j. ff. de ſena. domini de Rota
in deciſ. eorum in deci. ccccii j. in prin. in nouiſsi-
mis. Franc. de Aret. & Felyn. in ca. quoniam. in vlti.
verb. extrà de teſtib. ex quibus omnibus & eorum
ſingulis conſulo prædictum presbiterum Anto-
nium inſtituendum &c.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias obligatur ex omni contractu præter-quam ex mutuo, & voto.*
2 *Filius famil. non poteſt renunciare Senatuſconſulto Macedoniano etiam cum iuramento. nu 3.*
4 *Iuramentum appoſitum in obligatione, ſeu inſtrumẽtum in quo confitetur quis mutuum recepiſſe, infra biennium poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ non obſtante iuramento. nume. 5.*
6 *Scripturæ notarij non creditur niſi habeat teſtes.*
7 *In ſcripturis quæ fiunt apud acta requiruntur ſaltim duo teſtes.*
*In ſcriptura actorum notarij non requiruntur teſtes.*
8 *Teſtes duo requiruntur in his quæ ſunt de actis, nec fiunt coram iudice, prout eſt procuratio, contractus, & his ſimiles.*
9 *Solennitatis omiſſio inducit præſumptionem doli, & falſitatis.*
10 *Inſtrumentum quando caret ſolennitate debita, non caret ſuſpitione falſi.*
11 *Obligatio penes acta abſque teſtibus, & capta extra curiam non tenet. nu. 12.*
13 *Fraudibus hominum obuiandum eſt.*
14 *Iudex non debet ſedere de nocte.*
15 *Filia quãdo aliquo caſu exit poteſtatem patris, ceſſante illo caſu reincidit in patriam poteſtatem.*
16 *Filia maritata exit poteſtatem patris, & ſubintrat poteſtatem viri quo ad debitum carnis, & operas abſequiales, in cæteris remanet ſub patria poteſtate.*

## CONSILIVM LXIII.

REdemptoris gentium auxilio repe-
tito, amẽ. In cauſa pulcherrimæ mu-
lieris Diamãtis aduerſus Nicolaum
Ioan. de monte, vltra quod executio
non potuit fieri contra ipſam pro di-
ctis ducatis quinquaginta in bonis datis in dotem
eius viro, & de quibus vir ipſe ſemel eſt effectus
dominus, per iura vulgaria, attamẽ quamplura vr-
gent in eius fauorem, quæ idem Diamanti explo-
ratam dictæ cauſæ victoriam promittũt. Et in pri-
mis apparet ex proceſſus meritis, quòd Diamans
ipſa eſt filiafam. & ſic tuta exceptione Senatuſcon-
ſulti Macedoniani: cùm prætenſa obligatio cantet
1 in mutuum, & filiuſfami. obligatur ex * omni con-
tractu præterquàm ex mutuo, & voto. l. tam in cõ
tractibus. ff. de iudi. l. filiuſfami. cum vulg. ff. de act.
2 & obli. l. j. per totum. ff. ad Maced. * Cui quidẽ Ma-
cedoniano nõ poteſt filiuſfami. renũciare. l. ſed &
ſi pater. in fin. ff. ad maced. gloſ. & Abb. in c. ſi dili-
genti. iij. col. extrà de foro compet. Bal. in l. tamen
ſi. in lect. antiq. ff. ad maced. gloſ. in l. fin. & ibi Cy. in
v. quæſtio. C. eod titu. Imò & plus etiam cum iura-
3 mento non poterit * filiusfami. Senatuſconſulto
Macedoniano renunciare; ita ſingulariter voluit
Bald. in repe. l. iuſiurandum. liij. colũ. verſic. venio
ad ſecundum, & dico. ff. de iureiuran. Secundò ap-
paret, quòd prætenſa obligatio ſonat in confeſsio-
nem de recepto, nõ autem in præſentialem nume-
rationem, & adhuc ineſt tempus opponendi exce-
4 ptionem non numeratæ pecuniæ, * prout oppoſita
eſt: cui exceptioni non eſt derogatum per prætẽ-
ſum iuramentum: text. eſt in l. fin. & ibi Bald. C. de
non nume. pecu. quem ſing. facit idem Bald. in cap.
quæ in eccleſiarum. de conſtitu. & Butr. in cap. j. de
iudic. & ſequitur Iaſo. de Mayn. in l. ſi pecuniam. ij.
colum. ff. ſi cer. petat. quia iuramentum interpreta-
tur ſecundum naturam præambulæ obligationis:
vt dicit Bald. idem voluit Imo. in cap. j. de iudi.
& optimè Fely. in c. ad noſtram. v. colũ. extrà de iu
reiuran. adeò quòd à tali iuramento non eſt neceſ-
ſaria abſolutio: ſecundum Bald. in dicta l. fi. ex quo
habet tale iuramẽtum tacitam cõditionem, ſi mihi
fidem ſeruaueris; & ſic creditor non numerãs non
ſeruat fidem debitori. l. ſi voluntate. C. de dot. pro-
miſ. ita voluit etiã in ſpecie Felyn. in c. ſi cautio. xv.
colum. ver. amplia primò. extrà de fide inſtrumen-
to. Imò & plus etiam ſi talis confeſsio recepti mu-
tui fieret penes acta curiæ vt iam facta præſuppo-
nitur in caſu præſenti, non ex hoc impeditur dicta
exceptio: vt dixit Bald. Inſtitu. de litera. obliga. in
§. fi. vlti. colum. Saly. in l. in contractibus. C. de non
5 nume. pec. * & rectè intuenti videtur idem tenere
Bal. in d. l. in cõtractibus. in fi. prin. refert & ſequi-
tur Felyn. in loco præallegato. ea. colum. Tertiò &
vltimò apparet quòd dicta obligatio fuit capta
abſque interuẽtu teſtium, ac etiam extra magnam
Curiam, vt apparet ex tenore verborum ipſiuſmet
obligationis ibi dum dicitur, cõſtituta coram me
notario Bartholomeo Bonæ actorũ magiſtro, &c.
6 * Et expeditum eſt in iure quòd ſcripturæ notarij
non creditur, niſi habeat teſtes: tex. eſt in authẽ. de
tabel. in princip. in auth. de inſtru. cau. & fid. §. ſed
& ſi. gloſ. & doct. in l. iuriſgentium. §. quòd fere. ff.
de pact. Alexan. conſil. xiij. incip. ex his quæ in the-
mate, & conſi. xcvij. in j. volum. colum. v. gloſ. in l.
generali. C. de tabul. lib. x. adeo quòd in Regno ſe-
cundum formam conſtitutionis ad inſtrumento-
rum robur nedum requiritur interuentus teſtium,
7 * ſed etiam ſubſcriptio ſaltem duorum vel trium
teſtium. Hinc magis in ſpecie dixit Bald. in l. ſan-
cimus.



cimus. colum. j. verſi. item nota. C. de teſtam. quòd
in his quæ fiunt apud acta, requiruntur duo teſtes.
idem voluit Baldus in rubrica. C. de fide inſtrum.
colum. xij. & Franci. de Are. in cap. poſt ceſsionem.
de probat. & licet dici conſueuerat, quòd ſcriptu-
ra actorum notarij non requirat teſtes, prout not.
in cap. quoniam contra. extrà de probat. & in l. in
donationibus. C. de donat. gloſſ. in l. fin. de re iudi.
tamen illud procedit in his quæ ſunt propriè de
actis: vt eſt litis conteſtatio, & ſimilia, quæ cùm
fiant coram iudice, coram quo præſumitur adeſſe
multitudo perſonarum, non requiruntur teſtes
propter auctoritatem iudicis, ſed ſecus in his quæ
ſunt de actis, nec fiunt corã iudice, prout eſt procu
8 ratio, & contractus quæ fiunt apud acta: * nam eo
caſu requiruntur ſaltem duo teſtes: ita notanter
voluit Baldus in dicta l. ſancimus. & iſtud eſt de ſo-
9 lennitate: * & omiſsio ſolennitatis inducit præſum
ptionem doli & falſitatis. nota. in l. iubemus. C. de
teſtamen. & in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iur. & fac.
10 igno. Bar. in l. nulli. C. de actua. & num. li. xij. * vbi
dixit, quòd quando inſtrumentum caret ſolenni-
tate debita, non caret ſuſpicione falſi, idem voluit
Paulus de Caſtro in conſilio ccxiij. incipien. ad pri
mum quæſitum. quod maximè procedit quando
deeſt debita ſolennitas ſubſtantialis, vt eſt in pro-
poſito, vt voluit Pet. de Anch. in conſi. clxxviij. tria
principaliter, &c. Et dato quòd ex imperitia, vel er
rore notarij talis ſolennitas fuerit olim omiſſa, ta-
men dicta obligatio ſaltem eſt nulla, & vitiatur, no.
Cyn. Bald. Angel. & Salyc. in l. ambiguitates. C. de
teſta. Bald. in l. fin. C. de temp. appe. in fi. in princ. &
in l. imperator. in fi. de ſtatu hom. Ang. in l. fi. §. fin-
11 autem. de hæred. inſtit. * Imò vbi ſubſtantialia ſunt
omiſſa, vel neglecta, etiam ceſſante dolo non va-
let quod ſcriptum eſt. Baldus in cap. ex literis. de
fide inſtrum. alleg. glo. & Cyn. in dicta l. ambiguita-
12 tes. * Et quòd huiuſmodi obligatio abſque teſtibus
& extra curiam non teneat, tenet in ſpecie Luc. de
Pen. in l. ij. C. de iu. fiſc. lib. x. vbi formaliter dicit,
quòd ſi qua conſuetudo eſt in contrarium, dicitur
potius corruptela, ex quo promiſcuis actibus re-
rum turbantur officia, contra iura præmiſſa, & ma-
teria datur ſcripturas plerunque falſas abſque iudi
13 ciali * & debita examinatione in iudiciis produ-
cendi, quod remouendum eſt. inſt. vi bo. rap. §. ſed
nedum talia. fraudibus quoque hominum obuian-
dum eſt. ff. de rei ven. l. in fundo. melius autem ob-
uiari non poteſt, quàm ſi facultas fraudandi adima
tur. C. de fabri. l. j. & ad præmiſſa facit ſatis apertè.
C. de diuer offi. hac ſanctione. poſt prin. vbi patet,
quòd exemplaria monumentorum originaliũ quæ
in iudicio producuntur, debẽnt habere ſubſcriptio
nem iudicis, quanquam debeant ſcribi ipſæ pro-
ductiones ſicut & cætera, quæ aguntur in iudicio.
extrà de probat. cap. quoniam. Cæterùm arguen-
dus eſt mos ille, quo plures actorum notarij abu-
tuntur, videlicet huiuſmodi ſcripturas ad eorum
recipiẽtes hoſpitia ſiue domos, & apud acta curiæ
illas fore oblatas poſtmodum aſſerentes: nam ſine
præſentia, mandatóque iudicis acta non fiunt, vt
prædictum eſt. Inde acta vocantur publica monu-
menta. dicta l. in donationibus. & hoc pro eo, quia
ibi ſemper adeſt hominum multitudo, & ideo non
eſt neceſſe teſtes propterea adhiberi, vt ibi not. &
C. de re iudic. l. geſta. inde etiam dicuntur acta pu-
blica, quia non in domo ſecretè, ſed in publico
fiunt, & ſemper ibi multi adſunt. cap. exceptionem.
extrà de excep. §. fin. in gl. not. iſtud & in loco iudi
cij. ff. de iuſti. & iur. l. pe. §. fi. C. de ſenten. l. cùm ſen
tentiam. inde etiam dicitur publicũ teſtimonium.
C. de cuſt. re. l. ij. dicitur quippe iudex quodammo
do lux, & aures publicas cẽſetur habere. C. de epi.
& cle. l. nulli. in fi. qui ergo vult acta iudiciaria non
in publico agere, nõ dicetur habere hãc lucẽ, neq;
ſectari lucẽ veritatis, de qua ff. de teſt. l. ob carmen.
in fi. ſed amplecti potius tenebras, quas bonus vir
effugere debet, cũ aptæ ſint ad opera mala. l. j. ff. de
14 ven. inſp. §. mulier. cũ ibi no. ver. aptiores. & * ideo
iudex non debet ſedere de nocte, ſed ante ipſius te
nebras perficere quod incumbit. cap. conſuluit. ex-
trà de offic. delega. & ſicut præſes prouinciæ extra
ſuæ prouinciæ terminos exiſtens, priuatur. ff. de
officio præſid. l. ij. ita & actorum notarius exiſtens
abſque iudice, ac extra ſolitum locum iudicij eſt
priuatus habendus, de hoc ſcripſi plenius C. de de-
curi. l. duumuirum. inde etiã dicuntur fieri publi-
cè, quæ fiunt coram magiſtratu. l. j. §. vnuſquiſque.
ff. de furt. hæc formaliter dicit Luc. de Pen. in loco
ſuprà allegato, quæ tranſcripſiſſe mihi viſum fuit;
vt eradicare poſſem à mente iudicum huiuſmodi
prauam conſuetudinem veniæ impartiendæ actua-
riis, vt poſsint oblationem extra magnam Curiam
recipere: prout corruptè introductum comperio.
15 Nec * militat quatenus obiiciatur non habere lo-
cum exceptio Macedoniani: ex quo hæc Diamans
fuit aliàs maritata alteri viro: & per conſuetudi-
nem Neapolitanam fit ſui iuris, & exit à poteſtate
patris. nam hoc licet ſit verum, tamen quando ali-
quo caſu filia exit poteſtatem patris, ceſſante illo
caſu, reincidit in patriam poteſtatem: vt pulchrè
dicit Specul. in titul. de tuto. §. quid ſi mulier. lo ij.
& idem Specul. in ſuo aureo repe. in ver. patria po
16 teſtas. nec eſt ſimpliciter verum de iure, * quòd fi-
lia maritata exeat poteſtatem patris, & ſubintret
poteſtatem viri: nam illud ſolum intelligitur quo
ad debitum carnis, & operas obſequiales: in cæ-
teris autem remanet ſub patria poteſtate. gloſſ. eſt
not. in §. j. inſtit. ad tertul. & in §. itaque. inſti. de in-
iur. & ſemper erit in patris poteſtate, niſi fuerit
emancipatus, ſecundum gl. & doct. in l. ſi vxorem.
C. de condit. inſer. Felynus in cap. ſuper eo. lo ij. ij.
colum. extrà de teſtib. intantum quòd acquirit bo
na aduentitia patri quo ad vſumfructum, & non
viro, ita dixit Bald. in l. j. C. de bonis quæ lib. Abb.
in capit. literas. in fin. de teſtib. In cæteris ſuppleat
Magnificorum Iudicum ipſius magnæ Curiæ Vica-
riæ religio, aduertendo quòd non licet ponere in
corbano, quia precium ſanguinis eſt, nec famelici
lupatini voracitas de noui matrimonij contracti
per eandem fœdere inebrianda eſt. Thom. Gram.

SVMMARIVM.

1 *Vis ſi timetur inferri in poſſeſſione poteſt adiri iudex, & abſque libello peti vt obuietur fraudibus, ſeu ne iniuria committatur.*
2 *Timens ſe turbari in ſua poſſeſſione poterit petere ſe*

*defendi per iudicis officium.*
3 *Si poſſeſſio turbari dubitatur, poteſt cogi, vt ille de quo timetur, caueat de non turbando.*
4 *Poſſeſſio inordinatè capta infirmatur.*

## CONSILIVM LXIIII.

IN Chriſti nomine, Amen. Poſsidentibus domina Vincentia, & domina Lucretia archamona ſororibus per ſe, ſeu per Magnificos Gentilem de tolfa, & Anibalem de capua eorũ coniuges omnia bona quæ remanſerunt poſt obitum eorum communis matris, & demum proceſſum ad diuiſionem nonnullorum mobilium inter eaſdem, & recollectis fructibus ac penſionibus immobilium concorditer: prout in promptu productis teſtibus in magna Curia Vicariæ hæc, & maiora verificata apparent creſcente auiditate bonorum, vt inter mortales conſueuit, Magnificus Anibal ipſe prætextu cuiuſdam aſſerti inſtrumenti poſſeſsionis intendit ipſam Magnificam Vincentiam in pacifica poſſeſsione prædictorum bonorum turbare, accedendo clandeſtinè ad locum poſſeſsionis armata manu. Quo detecto magnificus Gentilis ipſe nomine quo ſuprà, vſus iuris remedio adeundo magnam Curiam prouideri ſibi petiit ſuper vi prædicta, imò ſe defendi in prædicta ſua poſſeſsione, ex quo vbi timetur vis inferri alicui in ſua poſſeſsione, poteſt adiri iudex, & ab eo abſque aliquo libello peti, vt
1 obuietur: * ne iniuria committatur, prout pulchrè dixit Baldus in l.j.§.ſi quis.ff.de offic.præfect. vrb. Baldus in l.ſi ſuper poſſeſsione. C.de tranſact. Imol.in dicto cap.in præſentia.de probation. & in tantum quòd ſi probabiliter quis turbari timeat
2 in ſua poſſeſsione, * poterit petere ſe defendi per iudicis officium, dixit Baldus in l.ſi ſeruus.C.quod cum eo.Franc.de Aret.in cap.in præſentia.iiij.col. extrà de probat. Baldus in l.fin.ij.colum.C.de edi. diui Adria.tollend.adeò quòd eo caſu poterit quis agere non intentando petitoriũ nec poſſeſſorium, ſed ſolũ vt inhibeatur aduerſario ne turbet alium in poſſeſsione: ita voluit Pau.de Caſtr. in ſuo conſil.v.quem ſequitur Felynus in rubr.de treug.& pa. in vij.colum.circa princip.ipſius colum. & ibi plene exorditur materiam de qua ſuprà. & idem Fel. in cap.in præſentia.extrà de prob. Et ideò aptè ſuffragatur prædictis quod voluit Spec.in tit.de lega. §.ſequitur.ij.col.verſic, porrò.quòd nedum ſi quis actu non turbat iuriſdictionem delegati, ſed ſolùm ſi eſt dubitatio de turbatione, poterit delegatus ip
3 ſum cogere, vt caueat * de non turbando, idem voluerunt dominus Anton.& Imol.in c.j, de offic. delegat. vnde cùm prædictus magnificus Anibal ſe ita clandeſtinè intromiſerit abſente prædicta magnifica Vincentia, ſeu Gentili eius viro, prout apparet ex facie inſtrumenti poſſeſsionis, talis actus poſſeſsiuus, ſi ita dici poteſt, reuocari debet. Cùm timens grauari ex facto alterius poſsit officium iudicis implorare, vt iudex ante factum inhibeat. l.ſi pater. C. qui bo.ce.poſ. quod alibi nõ reperitur ita expreſſum, ſecundum Baldum ibi. pariter & poſt factum debet reuocari. l.ob maritorum. & ibi plenè nota. C.ne vxor pro marit. ſecundum Baldum ibi, quem etiam refert Felynus in rubrica de treuga & pace. in vj. colum. præſertim cùm fuerit ita clandeſtinè factum, imò & quamprimum innotuit prædicto magnifico Gentili, ſuam poſſeſsionem continuauit, ob quod ſatis apparet de ipſius contradictione, & ſic poſſeſsio prætẽſa ipſius Ani-
4 balis venit de iure infirmanda, *cùm ita inordinatè capta appareat: prout pulchrè decidit Bald. in præalleg.l.fin. C.de edicto diui.in verſi. vij. oppo. cuius dictum bene probat textus in dicta l.fina.vbi illa miſsio in poſſeſsionem ſcripti hęredis in bonis defuncti, requiritur fieri à iudice cõpetenti, oſtenſo ei teſtamẽto, & nemine contradicente. Quibus ſic exiſtentibus petitum fuit, vt caperetur informatio de poſſeſsione ipſius dominæ Vincẽtiæ, ſeu domini Gentilis coniugis eius nomine, ac de aliis præmiſsis, concurrente quoque deciſione Baldi in l.æquiſsimum.ff.de vſufr. & in l. ordinarij. C de rei ven. In reliquis ſuppleat facundiſsima doctrina magnifici domini Diomedis Maricondæ, domini mei collegæ ac præceptoris obſeruandiſsimi, cui & mihi religio vt conſueuit excellentiſsimorum patrum conſcriptorum in hoc almo ſupremi Principis conſiſtorio degentium non deerunt.

Thomas Grammaticus.

Conſilia omnia, ac allegationes præmiſſæ emanarunt à me Thomaſio Grammatico V.I.D. à tempore quo adoleſcens doctoratus dignitate inſignitus fui, & propriè in anno M. ccccxcv. in ætate viginti duorum annorum, vel circa exiſtens, vſque ad tempus fœliciſsimi aduentus quõdam Illuſtriſſimi ac inuictiſsimi magni Ducis Conſalui Ferdinandi de Corduba, cum exercitu quondam Regis Cap. ad recuperationem huius Regni, demptis ſecundis & tertiis allegationibus in ordine factis contra prætenſos procuratores ſuæ illuſtriſsimæ filiæ, & vxoris: & pro eius ſeruitio, & conſeruatione ſeruitorum, poſt diſceſſum eiuſdem magni Ducis à Regno, cum Capu. Rege glorioſæ memoriæ, imò eodẽ anno quo ipſe magnus Dux ex huius ſeculi peregrinatione apud Granatam migrauit: cuius mors omnibus, & Italis, & Hiſpanis vehementer indoluit. ingreſſo demum prædicto magno Duce ciuitatem Neapolit. cum exercitu Hiſpanorum confractis Gallis apud Citignolam, & Calabriam, in anno Domini ſequenti die ſui ingreſſus me ad ſupremum Tribunal iudicatus magnæ Curiæ Vicariæ euocauit: in quo tempore quondam Sereniſsimi Regis Federici Aragonei per binos annos præfueram: & dum ibi triennio continuo iudicaſſem, vltimò eiuſdem triennij me quoque in patronum cauſarum Regij fiſci aſſumpſit: & demum iteratus in iudicem eiuſdẽ tribunalis per Regẽ Cap. glorioſæ memoriæ, & ſucceſsiuè per omnes ferè ſuos Proreges poſt eius receſſum à regno præſenti per annos xxvj. tribunali prędicto iudicaſſem, licet interpollatos cõpertus vſq; ad tẽpus quo per literas Cæſareas ad hoc S. conſiſtoriũ huius Regij conſilij Neapol. licet indignè euocatus ſum in anno M. D.xxxv. die iij. Iunij: & tẽpore interpollato quo ab officio prædictæ mag. Curiæ vocabã, in ſcriptas allegationes, & conſilia congreſsi ad laudem omnipotentis Dei eiúſq; filij Ieſu Chriſti redemptoris.





SVMMARIVM.

1 *Electio magiſtri actorum cauſæ facta per delegatum, perpetuat eius iuriſdictionem.*
2 *Obligatio penes acta recipi poteſt per actuarium cauſæ abſque interuentu teſtium, & bene probat, non obſtante quòd aliter teneat Luc de Pen.*
3 *Stipulatio non requiritur in loco obligationis penes acta.*
4 *Pluralitas non præſumitur in actibus hominum.*
5 *Pluralitas ſi arguitur per contrarietatem ceſſat præſumptio vnitatis. Et ideo vt poſſit conſtare de vnitate actus, requiritur fieri poſitio, & probatio quòd ſemel tantùm & eodem tempore, & loco fuerit. num. 6.*
7 *Actus quòd vnicus ſit factus, vbi non conſtat, ſaluantur probationes, quia quando apparet factus ſub dupliciforma, præſumitur iteratus.*
8 *Teſtium dicta debent de neceſſitate concludere, ſicut quælibet alia probatio.*
9 *Teſtium dicta quando neceſſariò non concludunt, ſemper contra producentem interpretantur.*
10 *Probatio non concludens nedum non releuat producentem, verùm etiam non facit rem dubiam.*
11 *Tempus quando eſt fundamentum intentionis, debet præcisè probari.*
12 *Falſi probatio debet de neceſſitate concludere.*
13 *Falſitas non eſt præſumenda imò potius varietas loci, & temporis, vt ſaluetur, & excludatur falſitas inſtrumenti.*
14 *Probatio tendens ad infringendum inſtrumentum debet eſſe concludens & neceſſaria.*
15 *Veriſimile ſi quid non eſt, iudex non debet fidem dare.*
*Audiri quis non debet contra id quod non eſt veriſimile, quia probatio debet eſſe veriſimilis, aliàs ei ſtandum non eſt. ibidem.*
16 *Falſitas non poteſt committi abſque dolo.*
17 *Falſum dici non poteſt id quod non eſt nociuum nec aptum ad nocendum.*
18 *Notarij dicto ſtandum eſt, dum deponit de pertinentibus ad eius officium.*
19 *Teſtis deponens de actu à ſe geſto, ſtatur eius depoſitioni.*
20 *Falſum dici non poteſt, quod iuuatur primordio veritatis.*
21 *Protocollum inſpicitur, & ad ipſum recurritur ſtante diuerſitate inter ſcripturas, & notas.*
22 *Ad protocollum ſemper recurritur, & ei datur plena fides.*
23 *In notario præſumitur error potius quàm dolus.*
24 *Notarius nedum poteſt nouum inſtrumentum facere, quando primum non fuit ſortitum effectum, verùm etiam poteſt illud factum emendare, & corrigere, etiam ſi copiam dederit parti.*
25 *Pro notario præſumptio capienda eſt in eius fauorem, vt excuſetur à falſo.*

## CONSILIVM LXV.

REdemptoris gentium iterato pręſidio, Amen. Et quia docente Philoſopho nihil ità abſque labore facit veritatẽ manifeſtam, quàm breuis & pura narratio, idcirco omiſsis longæuis capitibus defenſionum ex aduerſo, tria repetam principalia fundamenta: quibus omnibus excluſis cætera neglecta apparebunt: & obligationem ipſam fideiuſſorum veriſsimam demonſtrabunt. Primum principale fundamentum eſt, quòd obligatio prædicta capta fuerit à non magiſtro actorum, aut aliqua auctoritate fungente: quia non poterat creari à Nugno de campo nulla fungente auctoritate ſaltem iudiciali. Secundum principale fundamentum eſt, quia eo die quo prætenditur facta dicta obligatio, aliqui ex fideiuſſoribus fuerint abſentes, & non interuenerunt in dicta obligatione, licet ibi nominati: & aliqui requiſiti ſi volebant fideiubere expreſsè recuſauerunt. Tertium principale fundamentum eſt, & iſtud primum in ordine eorum, quia apparent duo diuerſa inſtrumenta, ſeu obligationes manu eiuſdem notarij Alphõſi, ob quod imminere videtur ſuſpitio falſitatis. Quò ad primum vltra iuriſdictionem ordinariã prædicti Magnifici Nugni caſtellàni caſtri noui, de qua clariſſimè ex meritis proceſſus conſtat, apparet inſuper quòd pro magiſtro actorum eidem Nugno de campo inſeruiebat notarius Alphonſus prædictus: conſtat inſuper in ſpecie de commiſsione illuſtriſsimi Magni Capitanei in perſonam prædicti Magnifici Nugni ad capiendum, ſeu capi faciendum dictam fideiuſsionem domini Iulij de ſcortiatis, ob quod ſolùm licebat eidem Nugno cõmiſſario notarium actorum eligere, deputare: cùm intantum ſit per-
1 miſſum delegato eligere notarium actorũ, * quòd ex ſola eius electione ſuam iuriſdictionem perpetuat: vt dicunt Ioannes Andræas & Hoſtienſis in capitulo, gratum. extrà de officio delegati. Hoſtienſis & Ioannes de Lign. in capit. licet vndique. eodem titulo. refert & ſequitur Iaſon de Mayn. in l.morte. decimatertia colum. ff.de iuriſdictione omnium iudicum. ſicque notarius Alphonſus ipſe vt magiſter actorum prædicti Nugni commiſſarij, fideiuſsionem prædictam per obligationem penes acta delegati cepit: quæ legitimè capta dici debet abſque aliquórum teſtium interuentu, vt plenè in facto de ſtylo & obſeruantia probatum eſt, etiam in contradictorio iudicio obtentum, non obſtante quòd aliter in contrarium tenuerit Luc. de Pen. & malè obſeruatum in l. hac parte. C. de proxim. ſacri ſcrin. lib. xij. quòd etiam ex iuris diſpoſitio-
2 ne corroboratur: *cùm in his quæ fiunt penes acta non requiratur teſtium interuentus. text. eſt in l. in donationibus. C.de donat. per quam dixit ibidem Baldus, quòd conſuetudo mundi ita obſeruat. glo. in l. finali. de re iudicata. & voluit Iaſon de Mayn. poſt Paulum de Caſtro & Rapha. in l. omnium. vj. colum. C.de teſtamentis. idem tenet Baldus. dominus Anto. & Imola, & Abbas in cap. quoniam contra. extrà de probationib. per dictam l. in donatio-
3 nibus. quinimò etiam * ſtipulatio non requiritur: prout ex aduerſo inficiatur non interueniſſe, nam de iure taciturnitas apud acta habet vim ſtipulationis. Bartol. in l.j. ff. de verborum obligationib. & in l.fina. ff.de prætor. ſtipulat. idem Bartolus in l.cùm quis decedens. in princip. ff. de legat. iij. & in l.j. ff. à quib. appel. non licet. Baldus in repetitione l.tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. Quo verò ad ſecundum fundamentum, videlicet, quòd

die geſtæ obligationis fideiuſſoriæ, aliqui ex prædi
ctis fideiuſſoribus ibidem nominatis non interfue-
rant, ſed erant abſentes: & aliqui qui ibidem aſſe-
runtur obligati, expreſsè recuſauerunt fideiube-
re: reſpondetur nullibi probatum apparere quòd
eodem die, ſeu tempore, vel contextu quo obliga-
tio ipſa fuit habita à prædictis fideiuſſoribus aliqui
ex eis recuſauerint, vel abſentes fuerint: nam vt
nouerunt Magnifici dominat. veſtrarum, nullibi de
neceſsitate ex depoſitionibus teſtium apparet con
cludi: cùm illi qui prætenduntur eodem die fuiſſe
abſentes, potuerint eodem die ſe obligaſſe: & ante
vel poſt obligationem geſtam ſe abſentaſſe: cùm
non appareat eodem die geſtæ obligationis à ma-
ne vſq; ad ſero, vel cõtinuatis horis abſentes fuiſſe:
nec in loco tam remoto ſe abſentaſſe, quin potue-
rint ſe obligare, & demum eodem die ſe abſenta-
4 re. *Et pariter illi qui vna vice requiſiti ſemel fi-
deiubere recuſauerunt, potuerunt alia vice requi-
ſiti ſe contentari, & obligare. Et licet ex iuris diſ-
poſitione in actibus hominum non præſumatur
pluralitas in dubio: vt per Baldum in l. neque na-
tales. C. de probationibus. quia actuum pluralitas
non præſumitur: & per eundem Bald. in l. teſtium.
C. de teſtibus. Salycetus in lege ſecunda. C. de er-
rore aduocatorum. tamen quando agitur de con-
cordando, contraria debet præſumi pluralitas: ita
Cardinalis in cap. cùm tu. extrà de teſtib. per tex-
tum ibi: & in capi. cùm Ioannes. extrà de fide in-
ſtrumentorum. Et ibidem pulchrè Felynus, & ma
ximè quia non probant teſtes ipſi ex aduerſo pro
ducti de certo & determinato tempore recuſatio-
nis & obligationis: ideò præſumi debet quòd alio
5 tempore recuſauerint, & alio ſe obligauerint: *ex
quo quando contrarietas argueret pluralitatem,
facit ceſſare præſumptionem vnitatis, cùm vna
præſumptio tollat aliam. l. diuus. ff. de in integrum
reſtitutione. & facit dictum cap. cùm Ioannes. ita
dixit Iaſon in l. ij. C. de bonorum poſſeſsione ſe-
cundum tabulas, & rectè intuenti clarè apparet
quòd non fuerit vnicus áctus, videlicet tempus
obligationis prædictæ, & probatio ex aduerſo: id
eſt, quòd eo tempore quo notarius ſcripſit eorum
obligationem, ipſi recuſauerint ſe obligare, &
non ſe obligauerint: ex quo ad hoc vt conſtet de
6 vnitate actus, requiritur * quòd fiat poſitio, &
probatio quòd ſemel tantùm, & eodem tempore,
& loco fuerit: voluit Speculator in titulo de teſte.
§. iam de interrogatoriis. Felynus in capitulo cùm
Ioannes. extrà de fide inſtrumentorum. tertia co-
lum. vbi ſubdit perpetuò eſſe notandum tanquam
optimam cautelam, & faciunt notata per Iacobum
Butri. Bartolum & Baldum in l. ſecunda. de errore
aduocatorum. Bartolus in l. prima. §. ſi quis neget.
quemadmodum teſtamenta aperiantur. & in l. ij. C.
de bonorum poſſeſsione ſecundum tabulas. & in
l. prima. C. ſi vnus ex pluribus. Et tenuit conſulen-
do Alexander in conſilio centeſimoquinto, Re-
uerende domine. ſecunda columna, ſecundo volu.
Et ideò vbi non conſtat quòd fuerit vnicus actus
7 tantùm, ſaluantur probationes, * quia quando
actus apparet factus ſub duplici forma, præſumi-
tur reiteratus, dixit Baldus in præallegato capitu.
cùm Ioannes: per textum ibi in verſ. hoc autem. &
ibi dicit, quòd textus ille non habet conſimilem in
iure: refert & ſequitur ibidem Felynus. & faciunt
dicta Bald. in l. in exercendis. C. de fide inſtrumen-
torum. & ſic apparet quòd teſtes eo modo depo-
nentes, prout ex aduerſo, non concludunt de ne-
ceſsitate: & dicta teſtium debent de neceſsitate
8 concludere, * ſicut quælibet alia probatio. gloſſa
eſt in l. non hoc. C. vnde legitim. textus in capit. in
præſentia. de probationibus. & in cap fina. de ſuc-
ceſ. ab inteſtato. & in cap. finali, de cauſa poſſeſsio.
& proprieta. & in l. penultima. & ibi Bartolus no-
ta. ff. ne quis eum qui in ius. Hinc eſt, quòd quan-
9 do neceſſariò * non concludunt, ſemper contra
producentem interpretantur. gloſſ. eſt in dicto ca-
pitulo, in præſentia. Baldus in lege quoties. ff. de
hæredibus inſtituendis. Bartolus in l. inter ſtipu-
lantem. §. primo. ff. de verbor. obliga. & in l. ſi quis
intentione ambigua. de iudiciis. & ideò dicit Bal-
dus in l. ſecunda. C. de bonorum poſſeſsio. ſecund.
10 tabulas. * quòd probatio non concludens nedum
non releuat producentem, ſed etiam non facit rem
dubiam de iure vel de facto: & ſic cùm ex aduerſo
prætendatur probari fideiuſſores ipſos aliquos re-
cuſaſſe fideiubere, & non ſe obligaſſe, nec fideiuſ-
ſiſſe, ſequitur de neceſsitate quòd eos oporteret
probare eodem die, & tempore quo prætendun-
tur obligati, noluiſſe ſe obligare, vel recuſaſſe, &
11 ſic quòd notarius aliter ſcripſerit, * ex quo quan-
do tempus eſt fundamentum intentionis, debet
tale tempus præcisè probari: aliàs ſuccumbitur:
gloſſa in l. eum actum. quam Bartolus ibi multum
nota. ff. de negotiis geſtis. gloſ. in l. qui iuraſſe. §. ſi
pater. el ſecundo. ff. de iureiurando. Bartolus & alij
in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de noui operis
nunciatione. not. Baldus & Salycetus in l. fina. C.
an ſeruus ex ſuo facto. & plenè Iaſon in rubrica, C.
qui admitti. ſecunda & tertia columna. vnde cùm
probata ſit obligatio ipſa, quòd ſit capta certo die,
& non appareat eliſa, ſequitur quòd probatio ip-
ſa certi temporis ſit præferenda probationi incer-
tæ ex aduerſo per textum notabilem in l. de rebus.
& ibi Baldus. C. de donationibus ante nuptias. Et
potiſsimè procedunt præallegata, cùm ex aduerſo
12 prætendatur falſitas in dicta obligatione: * & pro-
batio falſi debet de neceſsitate concludere: gloſſa
Bald. & Angel. in l. iuriſgentium. §. quod fere. ff.
de pactis. Baldus in lege imperator. ff. de ſtatu ho-
minum. Salycetus in lege de tutela. C. de in integr.
reſtitutio. minor. Et adeò falſitas non præſumen-
da, quòd potius licet præſumere varietatem loci,
13 & temporis, vt ſaluetur inſtrumentum, * quàm vt
præſumatur falſum. ita Baldus in l. imperator. præ-
allegata. Alexand. in dicta lege iuriſgentium. idem
Alexander in conſilio ſeptuageſimo, & in conſilio
ſeptuageſimoquinto: primo volumine. Iaſon in l.
14 ſingularia. ff. ſi certum petatur. * præſertim pro-
batio tendens ad infringendum inſtrumẽtum: nam
debet eſſe concludens & neceſſaria. Abbas in ca-
pitulo, tertio loco. extrà de probationibus. Et li-
cet aliqui ex fideiuſſoribus obligati die xxvj. xxvij.
xxviij. Auguſti conantur probare fuiſſe requiſitos
à domina Sicilia de menſe Septembris, ſi fideiube-
re voluiſſent, id quidem non concludit de neceſ-
ſitate, ita vt inferri poſſet ex hoc quòd non fide-
iuſſor



runt: quia potuit data opera id præcogitari ad eui-
tandum pœnam in quam fideiuſſores ipſi ex con-
trauentione principalis incidere potuiſſent, prout
inciderunt. item potuit eſſe quòd dato illo nomi-
ne quòd Nugnus commiſſarius expoſcebat fide-
iuſſores mercatores, & domina Sicilia ipſa requi-
rebat eos pro maiori ſumma: itẽ potuit eſſe quòd
præcogitata fraude futuræ fugæ domini Iulij prin
cipalis, pro quo fideiubebant tam inter ipſam do-
minam Siciliam pro ſuo intereſſe, quia indemni-
tatem promiſerat, quàm inter illos fideiuſſores eo
tempore requiſitos, qui vt complacerent domino
Iulio ſe obligauerunt, hoc factum fuiſſe: quod
quidem præſumendum eſt concurrente legalitate,
ac bonitate notarij: & confeſsione plurimorum
ex prædictis fideiuſſoribus, qui cum iuramento in-
terrogati fideiuſsiſſe fatentur ſponte, ac nonnul-
lorum, qui fuerunt iam conuicti per eorum con-
feſsiones: concurrente inſuper quòd teſtes ex ad-
uerſo circa præmiſſa deponentes omnes aut affi-
nes, aut perſonæ coniunctæ aut famuli ſunt, & do
meſtici eiſdem fideiuſſoribus, & perſonæ viles ad
reprobandum actum geſtum per notarium bonæ
famæ, & quamplurimorum principalium confeſ-
ſionibus comprobatum adducuntur: & præſertim
cùm nullatenus verum, nec veriſimile deponant:
cùm diſtet à veriſimili quòd teſtes non requiſiti
in ſpecie de tempore poſsint infra nouem menſes
recordari de actu geſto, nouem menſibus retro ta-
lj die præciſa fuiſſe geſtum: & de menſe Septem-
bris ſeu Auguſti, præſertim quòd fuerit geſtus in
vltimis diebus Auguſti: & ideo cùm veriſimiliter
non deponant, nõ debet eis fides adhiberi. l. ter-
tia. in principio: & in l. ob carmen. §. finali. ff. de
teſtibus. l. non eſt veriſimile. ff. quod metus cauſa.
Et ideo dixit Petrus de Ancharano in conſilio cc-
lvij. extra ordinem contractuum: vltima colum-
15 na. * quòd his quæ non ſunt veriſimilia Iudex non
debet fidem dare. & alibi dicit idem Petrus de An-
charano in conſilio clvij. viſa facti narratione, &
copia teſtamenti, ſeptima columna. quòd contra
id quod non eſt veriſimile, non debet quis audiri:
& ideo dixit Baldus in l. fi. in fi. C. de edendo. quòd
probatio debet eſſe veriſimilis, aliàs ei ſtandum
non eſt. idem conſuluit Cæpo. in conſi. 32. col. v. &
conſilio ſequenti columna penultima. & aliquid
per Alexandrum in conſilio cxx. & cliij. in v. volu-
mine. columna tertia. Quò verò ad tertium & vl-
timum fundamẽtum de diuerſitate obligationum,
ex quo falſitas prætenditur ex aduerſo: & dicitur
veriſimilem & veram eſſe depoſitionem prædicti
notarij Alphonſi in hoc, quòd ex mandato Ma-
gnifici Nugni de campo commiſſarij obligatio-
nem cœperit ex cauſa &c. Et quòd ſcriptura ipſa
primo loco facta non fuit ſtipulata, nec effectum
ſortita: quod etiam ex atteſtatione eiuſdem ma-
gnifici Nugni comprobatur. ſuadet inſuper idem
plures coniecturæ vrgentiſsimæ, nam ſi notarius
Alphonſus voluiſſet dicere illam primam notam,
ſiue minutam ſtipulatam fuiſſe: bene potuiſſet, &
non oportuiſſet facere aliam ſecundo loco fa-
ctam: cùm nullum præiudicium inferretur eiſdem
fideiuſſoribus plus ex ſecunda quàm ex prima ob-
16 ligatione: ob quod * apparet eundem notarium
Alphonſum dolo carere: & falſitas non poteſt
committi abſque dolo. l. nec exemplum. & ibi Cy-
nus & Doctores. C. de fal. Roffre. in quæſtione xl-
vij. Paulus de Caſtro in conſilio cl. Alexander in
conſilio lxx. v. columna. primo volumine. & con-
ſilio lxxiiij. eodem volumine. Et ſic cùm illa nota
17 primę obligationis facta hac declaratione per * no
tarium non ſit nociua, nec apta ad nocendum, ſe-
quitur quòd caret falſo, vt notatur in l. damus. C.
de fal. gloſſa penultima in cap. quanto. & ibi Do-
ctores ponderant, extrà de iureiurand. gloſſa in
l. fundus. in fine. ff. de euictio. Ioannes de Anania
in cap. primo. de crim. fal. Alexander in prædicto
18 conſilio lxxiiij. Cui quidem declarationi * & di-
cto notarij ſtari debet: cùm deponat de pertinen-
tibus ad eius officium, dum aſſerit dictam ſecun-
dam obligationem fuiſſe ſtipulatam duntaxat, &
de ea ipſum fuiſſe rogatum, nam de his tanquam
ad eius officium pertinentibus eius dicto ſtari de-
bet, vt dicit Bartolus in l. ſi librarius. ff. de regulis
iuris l. j. §. ſi quis neget. & ibi Bart. ff. quẽadmodum
teſtam. aper. Bartolus in l. ſi quis decurio. C. de fal.
& Alexander de Imola in conſilio cv. ſecundo vo-
19 lumine. pro quo facit, quia * ſtatur depoſitioni te-
ſtis deponẽtis de actu à ſe geſto. l. quæro. ff. de ædi.
edicto. Paulus de Caſtro in l. quicunque. C. de ſer.
fugit. vbi ſubdit ita plures conſuluiſſe. Præterea
coadiuuatur obligatio prædicta primordio veri-
tatis, cùm multi ex ipſis principalibus fideiuſſo-
ribus obligatis fateantur fideiuſsiſſe de plano, &
quamplures alij ſimiliter vltra ſcripturam obliga-
tionis per eorum propriam confeſsionem fideiuſ-
20 ſiſſe conuincũtur, * vnde obligatio ipſa falſa dici
non poteſt, ex quo cùm quid iuuatur primordio
veritatis, non poteſt dici falſum. l. cùm filius. §. hæ-
res meus, & ibi Bart. ff. de legat. ij. & in l. iij. §. idem
Iulianus, aliàs. §. ſed ſi filius. ff. de pecu. leg. Paulus
de Caſtro in cõſilio cl. prædicto. Neapolit. Sebaſt.
in conſuetudine Neapolitana, ſi quis vel ſi qua. in
verbo, materna. Suffragatur inſuper, quia illa pri-
mæua nota, ſeu rectius minuta, tanquam non ſor-
tita effectum ſuum non fuit appoſita in protocol-
lo per ipſum notarium, ſed bene fuit appoſita alia
obligatio ſecundo loco facta, & ſic ſtante diuerſi
tate ac diſcordia inter dictas ſcriptutas, & notas,
21 recurrendũ eſt ad protocollum, * licet ſit de obli-
gatione ipſa aſsignata copia authentica parti, ita
pulchrè conſuluit Alexander in præallegato con-
ſilio centeſimoquinto, in ſecundo volumine. Ex
quo protocollo ſemper ſtandum eſt. gloſſa in cap.
vt veterum. nona diſtinctione. gloſſa. in cap. ieiu-
nium. vigeſimaſexta diſtinctione. & pulchrè Pe-
trus de Ancharano in conſilio cxxxiiij. viſis de
viribus. dominus Abbas in capitulo, cùm ex li-
teris. de in integrum reſtitutione. Bartolus in l.
Sempronius Proculo. ff. de legatis ſecundo. Bald.
in l. ea quæ. C. commi. vel epiſto. gloſſa & Angelus
in §. finali. verb. protocollum. in authentica de ta-
22 bellio. Ioann. Andr. in data. vj. libro. *Ex quo ſem-
per ad protocollum recurritur, & ei datur plena
fides, vt in cap. quoniam contra. extrà de probat.
& not. gloſſ. in præallegata authent. de tabellio. ita
etiam voluit Cardi. in cap. inter dilectos. extrà de
fide inſtrumentorum. vbi plus ſubdit, quod dum

Florentiæ protocollum & inſtrumentum diſcor-
darent: quia in vno dicebatur, legatum eccleſiæ
ſanctæ Mariæ: & in alio dicebatur, legatum ſocie-
tate ſanctæ Mariæ, conſultum fuit ſtandum eſſe
protocollo: & ſic ex errore & inaduertentia fuit
illa nota prima, id eſt, minuta prima relaxata in
manibus domini Iulij: nec aliter recuperata, ſeu
lacerata: cùm in notario potius error quàm dolus
23 præſumi * debeat: vt dicit Bartolus in dicta l. ſi li-
brarius. de regulis iuris. arguméto l. quoties. §. qui
dolo. ff. de probationibus. Et ſic licuerat eidem no
tario, cùm illa minuta prima non fuerit ſortita
effectum, facere aliam notam: quæ poſtmodum
fuit ſtipulata: cùm notarius nedum poſſet nouum
inſtrumentum facere, quando primum non fuit
ſortitum effectum: verum etiam poteſt illud fa-
24 ctum emendare & corrigere, etiam ſi dederit * co-
piam parti: ita voluit Baldus in prima conſtitutio-
ne. C. Ioannes Andr. in data ſexti lib. Specul. in tit.
de inſtrumen. edit. §. inſtrumentum, & tenet con-
ſulendo Alexander in conſilio nonageſimó. vlti-
ma colum. volum. iij. & in conſilio cv. præallegato:
in ſecundo volum. Et potiſsimè procedunt præal-
25 legata, * cùm omnis præſumptio ſit capienda pro
notario, & in eius fauorem, vt excuſetur à falſo,
prout pulchrè conſuluit Franciſc. Curtiu in conſilio
lv. viſo proceſſu inquiſitionis. vj. colum. & faciunt
plenè relata per Alexandrum in conſilio ſeptuage-
ſimo, & ſeptuageſimoquinto. in primo volumine.
Et quòd dicta minuta quæ prima nota ex aduerſo
vocatur, fuerit eo modo inaduertenter relicta in
manibus prædicti domini Iulij, & non data pro
copia ipſis fideiuſſoribus, apparet manifeſtè cùm
nullus ex ipſis aſſeruerit ipſam habuiſſe ab ipſo no
tario. Quis ergo erit, qui dicere audebit ex eis à
prædicto notario, ſeu ab alio nomine ipſius nota-
rij ipſam minutam habuiſſe, & laudabimus eum?
In reliquis ſuppleat religio Magnificorum iudica-
re debentium, & valeat veritas, nec ſub iſtis nu-
bibus obumbretur.

Thomas Grammaticus. V.I.D. & Regij
fiſci cauſarum patronus.

Allegationes contrariæ præmiſsis in fauorem prę-
dictorum fideiuſſorum domini Iulij de ſcorciatis
factæ per magnificos V.I.D. dominũ Diomedem
Maricondam de Neapol. & dominum Collucium
copulam ipſorum aduocatos eximios recitatæ pro
maiori parte per eundem dominum Diomedem
in publica concione, diſputando cum ipſo domi-
no Thomaſcio, fiſci patrono in choro eccleſiæ, ſeu
monaſterij ſancti Dominici de Neapol. coram ex-
cellentibus, & Magnificis præſiden. S. Regij Con
ſilij. domino Antonio de Ianuario. V.I.D. necnon
& excellente Comite Triuenti locumtenente Re-
giæ cameræ ſummariæ & omnibus Regiis conſilia-
riis S. Regij conſilij, ac præſidentibus ipſius Regię
cameræ ſummariæ, & aliis in numero copioſo.

SVMMARIVM.

1 *Caſtellanus habens iuriſdictionem intelligitur illam habere in concernentibus officium caſtelani, & circa perſonas deputatas ad illud exercitium.*

*Camerarius & conſules, ſeu rectores artium non habent iuriſdictionem, niſi in concernentibus exercitium eorum arte, adeò quòd in aliis aduerſus perſonas artis non poſſunt cognoſcere, intantum quòd talis iuriſdictio limitata in dictis cauſis, & perſonis non poteſt prorogari. ibidem.*

2 *Iuriſdictio limitata non poteſt prorogari.*

3 *Iuriſdictionis defectus magis inficit quàm alius defectus.*

4 *Iuriſdictionis defectus opponi poteſt contra inſtrumentum guarentigiatum, contra quod nulla exceptio opponi poteſt virtute ſtatuti.*

*Nullitas ex defectu iuriſdictionis proueniens, nunquam excluſa intelligitur. ibid.*

5 *Iudex poteſt actorum notarium conſtituere in concernentibus eius iuriſdictionem.*

6 *Actorum notarius vnius tribunalis non poteſt conficere acta in alio tribunali.*

7 *Procuratorem conſtituens videtur eidem mandare quòd faciat ea quæ ſunt de conſuetudine fieri per procuratorem.*

8 *Diſpoſitio qualibet vltimarũ voluntatũ, ſiue contractuũ recipit interpretationẽ à conſuetudinẽ.*

*Exceptio ſi non poteſt opponi contra inſtrumentum guarentigiatum virtute ſtatuti, poterit tamen opponi quòd is qui fecit inſtrumentum, non erat notarius.*

9 *Exceptio falſitatis admittitur etiã contra inſtrumentum habentem executionem paratam.*

10 *Suſpicio ſola habetur pro veritate in crimine falſi.*

11 *Solennitatis omiſſio inducit præſumptionem doli, & falſitatis.*

12 *Solennitas omiſſa in inſtrumento per notariũ ſeu in obligatione ex imperitia, vel errore tabellionis, reddi actum nullum.*

13 *Subſtantia inſtrumenti ſi ſunt omiſſa, etiam ceſſante dolo non valet quòd ſcriptum eſt, tanquam imperfectum.*

14 *Teſtes non requiruntur in actis quæ fiunt per actorum notarium, vt ſunt de actis quæ cõſueuerunt fieri coram iudice, vt litis conteſtatio & ſimilia: ſecus in his quæ non ſunt de actis nec fiunt coram iudice, prout eſt procuratio, contractus, & ſimilia quæ fiunt apud acta. nume. 15.*

16 *Notarius requiſitus edere primam imbreuiaturam, ſeu matricem quam feciſſe aſſerit de inſtrumento ſeu obligatione, & ipſam exhibere recuſans, aſſerendo amiſiſſe, præſumitur falſarius, & intantum quòd ex hoc ſolo poſſet torqueri.*

17 *Notarius tenetur oſtendere ſuam imbreuiaturam, aliàs tenetur de falſo*

18 *Notarius non poteſt conficere inſtrumentum, niſi de his quæ vidit, & audiuit, & quæ ſunt in ſui præſentia.*

19 *Falſitas inſtrumẽti probari poteſt per duos vel tres teſtes, etiam ſi non ſint de deſcriptis in eo.*

20 *Teſtes duo vna voce dicentes præualere debent notario.*

*Stipulatio requiritur in fideiuſſione. ibidem.*

21 *Teſtis vnus non reprobat inſtrumentum, tamen facit indicium ad torturam.*

22 *Fideiuſſor nunquam obligatur, niſi per obligationem tacitam vel expreſſam. & nume. ſeq.*

*Teſtis*



25 *Teſtis inſtrumentarius ſi ea die qua fuit nominatus teſtis in inſtrumento per notarium, probat ſe illa die fuiſſe extra ciuitatem, ita quòd non poterat interfuiſſe contractui, ſi opponitur quòd inſtrumentum eſt falſum, erit ſufficiens indicium ad torturam contra notarium.*

26 *Fideiubere aliud eſt, & aliud promittere de fideiubendo, & aliud eſt locare, ſeu vendere, & aliud promittere de vendendo.*

27 *Falſitas etiam committitur in omittendo verum ſcribere, ſicut in exprimendo falſum. nu. 28.*

29 *Notarium ſi dicitur aliud ſcripſiſſe quàm fuerit à partibus dictum, ex hoc ſolo non præſumitur falſitas, ſed quod in dubio præſumitur error: ſecus ſi ex aliis circunſtantiis poteſt apparere de falſitate, quia tunc non præſumitur error ſed falſitas, maximè vbi notarius eſt ſolitus ſimilia facere.*

30 *Inſtrumentum vbi eſt falſum in vno capitulo ex vitio notarij committentis falſum in ſubſtantialibus inſtrumenti, in totum vitiatur inſtrumentum. & nu. 31.*

*Etiam ſi eſſet in verbis narratiuis. nu. 32.*

33 *Notarius ſi in inſtrumento deſcripſit vnum teſtem vltra numerum teſtium interuenientium ibi, vitiatur inſtrumentum in totum.*

34 *Scriptura pro parte falſa, reputatur in totum falſa ſicut ex vno inſtrumento falſo propter vitium notarij reſultat ſuſpicio falſitatis etiam reſpectu aliorum inſtrumentorum eiuſdem.*

35 *Notarius licet antequam ſit priuatus officio poſſit inſtrumenta conficere, licet deliquerit falſum committendo, tamen attendatur fides aliorum inſtrumentorum poſteà confectorum per ipſum.*

36 *Voluntas præſumitur durare.*

37 *Pluralitas actuũ nõ præſumitur, & ideo fiat cautela, quòd ille actus fuit ſemel celebratus & nu. ſeq.*

38 *Probationes ſaluantur in actu reiterabili propter diſtinctionem temporum, vel locorum.*

39 *Sermones debent verificari ſecundum communem opinionem hominum habentium intellectum quia veriorum ſermonum eſt, vt concordent rebus ſenſatis & veriſimilibus.*

40 *Actuum multiplicatio facit vt concordia non procedat, quando actus eſt inſtantaneus, & non reiterabilis.*

41 *Teſtes deponentes ad reprobationem inſtrumenti debent eſſe omni exceptione maiores & ille dicitur omni exceptione maior, cui nulla exceptio obiici poteſt. & nu. 42.*

43 *Teſtium defectum ſupplet numerus.*

44 *Teſtes inhabiles admittuntur in geſtis in domo, ſeu ſecretè.*

45 *Teſtium approbatio facta per iudicem alios reiiciendo non poſſunt demum reiici prætextu affinitatis, vel alterius qualitatis, quæ non faceret eos eſſe omni exceptione maiores.*

46 *Teſti non deponenti de tempore, vel dubitatiuè deponenti magis creditur, cùm veriſimiliora videatur deponere propter obliuionem temporis, quæ de facili contigit.*

47 *Teſtis de die non eſt interrogandus.*

48 *Teſti tractanti de ſui exoneratione, ſeu exculpatione in nihilum credi debet.*

49 *Non eſt priuata ſcriptura nullius fidei quæ nulli nocere poteſt.*

50 *Contrarietas inter duas ſcripturas inducit præſumptionem falſitatis.*

*Contrarietas ſeu repugnantia inter duas ſcripturas facit vt vna deroget fidei alterius. ibidem.*

51 *Notario aſſerenti ſe aliquid ſcripſiſſe ex errore in eo quòd ipſe viua voce, & non ſcriptura loquitur quantumcunque ſit bonæ famæ, non creditur.*

52 *Error vnius inſtrumenti probatur per aliud inſtrumentum vbi vnum inſtrumentum eſt reducibile ad aliud vt quia in vno continetur minus, & in alio plus.*

53 *Cõtrarietas in inſtrumẽtis facit vt neutrum valeat.*

54 *Notarius non poteſt corrigere ex ſe errorem factum per ipſum in inſtrumento, niſi de mandato iudicis, & parte citata, & cauſa cognita, vbi error eſt in ſpectantibus ad partes, & mutat ſubſtantiam facti: ſecus vbi eſt erratum in ſpectantibus ad officium notarij.*

*Notarius varians notam, & mutans tenetur de falſo, ſi id faciat ſine auctoritate iudicis. ibidem.*

55 *Notarius poteſt errorem ſuum corrigere, ſi nondum erat mota quæſtio erroris inter partes, & copia non erat data parti. ibidem nu. 55.*

*Et debet talis correctio fieri incontinenti, ſecus ſi ex interuallo nu. 56.*

*Et ibi etiam quòd in actu in quo de neceſſitate requiritur ſcriptura, non poteſt error corrigi, etiam cum licentia iudicis. ibid.*

57 *Notarius poteſt corrigere errorem prouenientem ex inaduertentia ſed non ex falſitate, quia ex hoc ipſe erat priuandus auctoritate ſcribendi.*

58 *Stante veritate ſcripturarum inſtrumenti ſtandum eſt protocollo, niſi contrarietas reperiatur inter protocollum, & copiam inſtrumenti traditam à notario.*

59 *Notarius vbi reputatur vilis, & abiectus vacillat fides ſui inſtrumenti.*

60 *Iudex detinens carceratum poſt habitam fideiuſſoriam cautionem, videtur fideiuſſores reieciſſe.*

61 *Per prorogationem termini factam principali ſunt liberati fideiuſſores.*

62 *Fideiuſſor ſe obligans ad certum tempus elapſo tempore non tenetur.*

63 *Mandatum alicui factum, & demum tacitè reuocatum ſi mandatarius ex interuallo id faciat, mandans non tenetur.*

64 *In ſtipulatione prætoria & iudiciali non ſeruatur rigor ſed æquitas.*

65 *Fideiuſſor datus de præſentando aliquem pro aliqua cauſa, ſi demum ille fuit iterum captus, & carceratus pro eadem cauſa, ſi poſteà aufugiat à carcere, ille fideiuſſor non tenetur, quia iudex illum capiendo pro eadem cauſa, & detinendo videtur liberare fideiuſſorem.*

66 *Carceratus indebitè ſi aufugit, eius fideiuſſores in aliquo non tenentur.*

67 *Iuramento proprio ſtatur in his quæ dependent ab animo.*

68 *Promiſſio qualibet intelligi debet rebus in eodem ſtatu permanentibus.*

69 *Licitans primo gabellam ſi dedit fideiuſſorem, &*

*demum alio licitante dicta prima licitatio non habuit effectum, quòd licet primo loco licitet, & gabella penes eum remaneat, tamen primi fideiuſſores ſunt liberati.*

70 R*atificari faciens generaliter promiſſiones, & pacta contenta in inſtrumento abſque ſpeciali ſpecificatione dictorum pactorum, dolo verſatur, vnde talis ratificatio nil nocet. ibidem.*

71 S*ubſcriptio & ſigilli oppoſitio facta non lecto tenore inſtrumenti, nec dato ſibi ad intelligendum non præiudicat.*

72 F*ideiuſſor non tenetur, ſi principalis aufugit per metum ſibi à ſuperiore illatum.*

73 P*romittens teneri de caſu fortuito non tenetur, ſi contigit culpa partis cui eſt facta promiſſio.*

74 P*œna conuentionalis videtur eſſe adiecta propter intereſſe ſtipulatoris, adeo quòd vbi ceſſat intereſſe, non committitur ſtipulatio ad pœnam.*

75 I*ntereſſe quòd interfuerit à principio non ſufficit, ſi poſt factum deſinit ineſſe.*

76 I*ntereſſe non conſideratur in pœnis vbicunque debet ſeruari æquitas: inde videmus quòd in pœnis iudicialibus, vel prætoriis conſideratur, an interſit, aliàs non poſſunt exigi. ibidem. & nu. ſeq.*

77 C*onſiſtorium principis debet æquitatem amplecti, & ſecundum illam iudicare.*

78 P*rinceps debet iudicare, vt Deus eſſet iudicaturus.*

79 P*rinceps, imò & quilibet iudex debet ſequi æquitatem in iudicando, licet aliquando non ſequatur oculo iudicantis caligante.*

80 I*n pœnis conuentionalibus non conſideratur an interſit, quando illa obligatio pœnalis non fundatur ſuper aliqua cauſa finali, ſed vbi fundatur ſuper cauſa finali, ſi in illa non vertitur intereſſe, talis pœna exigi non poteſt.*

81 H*æres non petendo inueſtituram infra annum, & diem poſt mortem feudatarij, nec ſoluendo releuium, pœnam priuationis feudi incurrit, tamen per munifices retro Reges ſectantes potius æquitatem quàm rigorem, fuit conſuetum tales pœnas remittere.*

## CONSILIVM LXVI.

INdiuiduæ Trinitatis ac Glorioſæ
Mariæ Virginis nominibus inuocatis.
Quia intentio Regij, & reginalis
fiſci contra aſſertos fideiuſſores
magnifici dominij de ſcortiatis, prima
facie videtur eſſe fundata vigore aſſertæ obligationis
ipſorum ex aduerſo præſentata ſic apud
acta facta, prout de iure fieri poſſe atteſtatur Bart.
in l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. & eſt bon. tex.
in l. cùm oſtendimus. in fin. ff. de fideiuſ. tuto. Ideo
infraſcriptis mediis clariſsimè oſtendam falſitatẽ,
nullitatem, & inualiditatem obligationis prædictæ:
ex quibus luce clarius apparebit aſſertos fideiuſſores
contra omne iuris debitum impetitos, &
moleſtatos fuiſſe, & eos prorſus diffinitiuè liberãdos,
& abſoluendos fore. Primò namque adducitur
nullitas obligationis prædictæ inſpecta perſona
magnifici Nugni del cãpo Caſtellani, apud cuius
acta obligatio prædicta reperitur facta, attento
quòd ipſe nullã habuit, nec habet iuriſdictionem,
ſaltẽ contra prætenſos fideiuſſores, & poſito quòd
ipſe aliquam iuriſdictionem habuiſſet tanquam
Caſtellanus Caſtri Noui, talem iuriſdictionem ſolùm
habere potuiſſet in concernentibus dictum
1 officium, & circa perſonas deputatas ad * illud
exercitium, iuxta id quod voluit Bald. in l. & ita. §.
eodem modo. ff. nau. cau. ſtabu. & in l. fin. C. de iuriſd.
omnium iudi. & conſuluit Ludo. Roman. in
conſi. ccc. in caſu propoſito. vbi dixit, quòd camerarij,
& cõſules, ſeu præpoſiti, vel rectores artium
2 non habent iuriſdictionem, * niſi in concernentibus
eorum artis exercitium, adeo quòd etiam in
aliis aduerſus perſonas artificum non poſſunt cognoſcere,
& cùm prędicta iuriſdictio fuerit taliter
limitata in dictis cauſis & perſonis, nõ potuit prorogari
etiam partibus conſentientibus, cùm regulariter
iuriſdictio limitata prorogari non poſsit,
vt voluit Bald. in l. certa. C. quando prouo. non eſt
neceſs. & in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſ. audien.
Cyn. in l. j. C. de iuriſ. omnium iudic. Bald. in l. teſtamenta
omnia. columna ſecunda. C. de teſtamen.
qui loquuntur in iuriſdictione diuiſa per portas,
vel quarteria, quod non eſt ſecundum eum, quia
cùm iuriſdictiones ſint à iure publico, forma eis
data non poteſt partium conſenſu mutari, & conſequenter
ſtante defectu iuriſdictionis prædicti
magnifici Nugni, dicta obligatio penitus corruit,
3 * cùm nullus defectus magis inficiat quàm defectus
iuriſdictionis, per gloſſ. reputatam ſingul. in
Clement. j. de ſequeſtra. poſſ. & fru. adeo quòd talis
nullitas ſic ex defectu iuriſdictionis proueniens
nunquam videtur eſſe excluſa, vt dicit ibi gloſſ. &
doct. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. & ideo
dicebat Benedict. de Barc. in ſuo tract. guarantig.
columna lvij. quòd licet ex forma ſtatuti non poſ-
4 ſit opponi aliqua exceptio * contra inſtrumentum
guarantigiatum, quòd tamen defectus iuriſdictionis
opponi poteſt. Secundò dicta obligatio eſt nulla
ex defectu notarij eam recipiẽtis, attento quòd
non eſt actuarius, ſeu actorum magiſter alicuius
curiæ, & tribunalis regij, vt notorium eſt, & dato
quòd ipſe fuiſſet electus actorum magiſter à prædicto
domino Nugno, & quòd eligi potuiſſet, attamen
talis electio non potuit valere, niſi circa ea
in quibus ipſe Magnificus Nugnus iuriſdictionem
habebat, quia tunc tanquam iudex potuiſſet magiſtrum
actorum conſtituere, vt voluit Bald. & communiter
doctores in cap. quoniam contra. de pro-
5 batio. * Ex quo ſequitur quòd prædictus notarius
tanquam magiſter actorum prædicti magnifici
Nugni non potuit recipere dictam obligationem,
ad quam ſe non extendebat eiuſdem Nugni iuriſdictio,
vt prædictũ eſt, ſed ſpectabat ad magiſtrum
actorum aliarum regiarum & reginalium curiarum
talem obligationem recipere. ad quod accedat
elegans deciſio Bald. poſt Guil. de cun. in l. re-
6 petita. C. de epiſcopis & cleri. * qui dixit, quòd actorum
notarius vnius tribunalis non poteſt conficere
acta ſpectantia ad aliud tribunal, etiam ex
partium prorogatione. idem voluit Bald. in l. j. in
prin. ff. de iudic. in l. prima, in princ. ff. de offic. proconſu.
in l. quos prohibet. ff. de poſtulã. in l. prima.
ff. de offic. præfect. vrbi. Anton. de Butri. in capitu.
primo.



primo, de offic. deleg. Debuit ergo dicta obligatio
recipi per aliquem magiſtrum actorum magnæ Curiæ
Vicariæ, vel S. cõſilij: prout hactenus fieri conſuetum
eſt in aliis carceratis in caſtro Nouo, qui
fuerunt retroactis temporibus liberati ſub fideiuſſoribus,
nam fideiuſſores ſe obligauerũt penes magiſtros
actorum dictarum curiarum, & tribunalium
etiam tempore Capit. mageſtatum, prout notorium
eſt: & ex depoſitione multorum teſtium
deſuper examinatorum colligi poteſt. Et ſic dato
quòd prædictus Nugnus habuiſſet ſpecialem commiſsionem
ab Illuſtriſsimo magno Capitaneo capi
faciendi dictam fideiuſsionem, debuit id facere
ſecundum morem ſolitum, & conſuetum, ſecundum
quem dicta commiſsio ſibi facta intelligi de
iure debet: iuxta textum in l. quod ſit nolit. in §. qui
aſsidua. ff. de ædil. edicto. not. Bal. in l. final. per illum
text. C. de fideiuſſo. Bart. in l. nemo eſt qui neſciat.
ff. de duobus reis. Abb. in c. cum M. ferrarienſis.
extrà de conſtitu. Inde eſt quòd ſi conſtituo te
procuratorem, videor expreſsè mãdare * quòd fa-
7 cias ea quæ ſunt de conſuetudine. l. ſi pignore. §. ſi.
verſiculo nam vſu. & ibi notant doctores. ff. de pignoratitia
actio. not. Bartolus in l. ſi procurator. in
principio. ff. de iure fiſci. & in l. fina. ff. de his quæ
in fraudem creditorum. Ad quod nota. in l. bene à
Zenone. C. de quadrien. præſcriptio. & facit textus
in capitu. cæterum. in verbo, terræ conſuetudo. de
donatio. Ad quod etiam facit, nam inſtrumentum
confici debet ſecundum quod conſuetum eſt, vt
not. Bartol. in l. ſi prius. §. rectè placuit. ff. de aqua
pluui. & not. in l. ex ea. in prin. de verbo. oblig. &
Alexand. in conſilio ccv. Reuerende dominc. in ij.
volumi. Et dicit Innocen. in cap. olim. in princ. de
verbo. ſignifi. quòd omnis diſpoſitio legalis ſiue vltimarum
voluntatum, ſiue contractuum recipit
interpretationem * à conſuetudine: & ſequitur
8 Abb. in cap. certificari. in princi. de ſepul. & quando
contra prædicta adducerentur literæ commiſſionales
prædicti Illuſtriſ. magni Capi. in perſonam
prædicti Nugni, eſt eo caſu aduertendum quòd
prædictæ literæ à principio non fuerunt præſentatæ,
& exhibitæ: vnde quæ ratio de eis habẽda conſcientias
veſtrę dominatio. oneramus: quæ poterũt
rectè perpendere continentiam, & tenorem prædictarum
literarum: & quomodo prædicto Nugno
dabatur facultas eligendi notarium pro capiendo
dictam fideiuſsionem, non autem magiſtrum
actorum: & conſequenter intentio Illuſtriſ. domini
videtur fuiſſe, vt dicta fideiuſsio caperetur per
notarium cum interuentu iudicis & teſtium: prout
ſolent notarij contrahere in Regno. ex defectu
ergo poteſtatis dicti notarij oſtenditur nullitas
dictæ obligationis, quæ quidem exceptio ſimiliter
opponi poteſt. Nam vbi contra inſtrumentũ guarentigiatum
ex forma ſtatuti aliqua exceptio opponi
non poteſt, tamen poteſt opponi, quòd is qui
conficit inſtrumentum, non erat notarius. vt dicit
Bald. in l. diuus. ff. de teſta. milit. & Bened. de barc.
in d. tra. guarentigiæ. colum. lvij. Ang. & Rapha. &
Iaſ. in l. iuriſgentium. §. quod fere. ff. de pact. cum
aliis concord. de quibus ibi. Secundò principaliter
contra aſſertam obligationem adducitur exceptio
falſitatis, quæ ſimiliter admitti ſolet prout
not. in l. ſi docueris. & in l. ſatis aperte. C. de falſ. &
voluit Bald. in l. ſi veritas. in princ. C. de fideicom.
9 quod procedit etiam in inſtrumento, * quòd habet
executionem paratam: vt voluit Bald. in addi.
Specu. in tit. de exe. ſent. verſi. & not. & Abb. in ca.
de cætero: de re iudi. & Bene. de barc. in tract. guarentigiæ.
col. lxj. quod ſine dubio procedit in caſu
noſtro: attento quòd ſuper hoc fuit datus terminus
ad probãdum: & dicta falſitas eſt iam detecta,
& certificata, ſeu verificata: vt ſtatim clariſsimè oſtendam.
Ad quod adducuntur infraſcriptæ euidentiſsimæ
coniecturæ quæ habentur pro veris &
legitimis probationibus, maximè cùm in crimine
falſi ſola ſuſpitio habeatur pro veritate: vt dicit
Archidi. & Gemi. in capi in memoriam. xix. diſtin.
10 * vbi enumerat multa ſpecialia quæ ſunt in crimine
falſi, de quibus meminit Alexand. in conſi. lxij.
in cauſa actionis: colum. xv. in iij. volumin. In primis
namque adducitur quòd dicta obligatio caret
ſolennitatibus debitis: & inter alias ſolennitates
inſtrumenti eſt interuẽtus & appoſitio teſtium:
vt not. gl. in l. generali. C. de tab. lib. x. & ſecundum
formam conſtitutionis Regni ad inſtrumẽtorum
robur, nedum requiritur interuentus teſtium, ſed
etiam ſubſcriptio ſaltem duorum vel triũ teſtium.
ſed ſic eſt quòd in prętenſa obligatione nullus pro
teſte aſcriptus fuit, nec aliquis teſtis ſe in ea ſubſcripſit:
& agitur de ſumma vigintiquinque milium
ducatorum, & vltra, ergo talis obligatio tanquam *
carens ſolennitate debita, præſumitur eſſe falſa:
11 quia omiſsio ſolennitatis * inducit præſumptionem
doli & falſitatis, vt not. in l. iubemus. C. de teſta.
& in l. ſi poſt diuiſionem. C. de iu. & fa. ign. &
idem dicebat Bald. in l. nulli. C. de actu. & nume.
lib. xij. quòd ſi inſtrumentum caret ſolennitate debita,
non caret ſuſpicione falſi. idem etiam voluit
Pau. de Caſtr. in conſilio ccxiij. quo ad primum
quæſitum. quod maximè procedit, quando deeſt
debita ſolennitas & ſubſtantialis: vt eſt in propoſito,
vt voluit Petr. de Anchara. in conſi. cclxxiij.
12 tria principaliter &c. * Et dato quòd ex imperitia
vel errore tabellionis dicta ſolennitas omiſſa fuerit,
tamen ſaltem dicta obligatio eſt nulla, & vitiatur,
vt not. Cyn. Bald. Ange. & Salyc. in l. ambiguitatem.
C. de teſta. Bald. in l. fin C. de tempo. appel.
in fin. princip. in l. imperator. in fin. ff. de ſta. homi.
Angelus & Imola in l. prima §. ſi autem. ff. de hæredi
inſtitu. & propterea dicebat Bald. in c. ex lite-
13 ris. extrà de fide inſtrum. * quòd vbi per errorem
ſubſtantialia ſunt omiſſa, vel neglecta, etiã ceſſante
dolo nõ valet quod ſcriptum eſt, tanquam imperfectum,
& allegat gloſſ. & Cynus in dicta l. ambiguitatem.
ad quod accedit quòd ſcripturæ tabellionis
non creditur, niſi habeat teſtes, vt in authentic.
de tabellio. in principio. & in auct. de inſtrument.
cauſ. §. ſed & ſi. glo. & doct. in dicta l. iuriſgentium.
§. quòd ferè. Alexander in conſilio decimotertio.
ex his quæ in themate. & in conſilio xcvij. co-
14 lumna quinta. in primo volumine. * Et licet ſoleat
dicit, quòd in ſcriptura actorũ notarij non requiruntur
teſtes, prout not. in dicto. capitul. quoniam
contra. tamen hoc procedit in is quæ ſunt propriè
de actis, prout eſt procuratio, litis cõteſtatio,
& his ſimilia, quæ non fiunt coram iudice, coram
quo

quo præſumitur adeſſe multitudo hominum, ideo
propter hoc, & etiam propter authoritatem iudi-
cis non requiruntur teſtes: & ſecus in his quæ non
ſunt de actis, nec fiũt coram iudice: prout eſt pro-
15 curatio, & contractus qui fiunt apud acta, * nam
eo caſu requiruntur ſaltem duo teſtes: ita not. vo-
luit Bald. in l. ſancimus. colum. j. verſi. item nota. C.
de teſta. Bal. in rub. C. de fi. inſtru. colum. xij. Fran.
de Aret. in c. poſt ceſsionem. de proba. Et ſic cùm
in propoſito ſimus in his quæ nõ ſunt de actis, nec
acta fuerunt in præſentia alicuius iudicis, ſed per
plateas huius ciuitatis Neapo. itinerando: vt no-
torium eſt, & fatetur tabellio in eius depoſitione,
meritò requirebatur interuẽtus teſtium: & ſic cum
aliqui teſtes aſcripti non fuerint, aſſerta obligatio
tanquam carens ſolennitatibus debitis, habet pre-
ſumptionem iuris & de iure contra ſe, quod ſit fal-
ſa, aut ſaltem quòd ſit nulla & inualida. Secundò
adducitur, quòd cùm prædictus notarius Alphon
ſus pluries requiſitus fuiſſet per plures petitiones
oblatas pro parte dictorum conuentorum, quòd
debuiſſet edere primam imbreuiaturam, ſeu matri-
cem ſcripturæ quam dicit feciſſe tempore quo in-
teruallatis diebus itinerando per ciuitatem Nea
po. recipiebat dictas obligationes, illam exhibere
recuſauit, dicendo ipſam perdidiſſe, & non habere
penes ſe: prout ex actis apparet, ex quo reſultat alia
magna ſuſpitio falſitatis, adeo quòd propter hoc
ſolum poſſet procedi contra ipſum ad torturam:
16 * & ſic poſſet exponi quæſtionibus, & tormentis,
vt voluit Bald. in rubr. C. de fi. inſtru. in verſic. quę-
ro dixit ſuperius, quòd licet non inueniatur pro-
tocollum. Lanfran. in repe. ca. quoniam contra. in
verſi. inſtrumentorum. colum. vj. quia de more eſt
vt notarius exhibeat matricem, vt poſsit de veri-
tate & falſitate inſtrumenti videri, vt dixit Angel.
in l. ſi quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. nec ei cre-
ditur ſi dicat eam non habere, cùm præſumatur il-
lam eſſe apud eum, vt voluit Pau. de Caſtr. in d. l. ſi
quis ex argentariis. §. prætor ait. Et prædictis acce-
dat quod voluit Bal. in l. fin. vlti. colum. verſi. ſexto
quæritur. & verſi. octauo quæritur. C. de eden. & in
l. eum qui. C. de fal. & Lanfrã. in repe. d. c. quoniam
17 contra. verſi. inſtrumentorum. qui dixit, * quòd no
tarius tenetur oſtendere imbreuiaturam, aliàs te-
netur de falſo, quinimò ſi non reperitur imbreuia-
tura, inſtrumentum non probat, vt dicit Bal. in d.
rubr. C. de fi. inſtr. colum. vj. verſi. quæro. Barto. in
l. ij. in prin. ff. quẽad. teſta. ape. Pau. de Caſtr. in cõ-
ſilio xxiij. quantum ad contenta. Tertiò adducitur,
nam notarius non poteſt conficere inſtrumentum
de his quæ non vidit: ſed ſibi nota ſunt per relatio-
nem aliorum, vt dixit Bald. in l. prima. §. editiones.
verſi. & adde. ff. de edendo. Franciſ. de Aret. in con-
ſilio lv. in antepenult. colum. quia non poteſt con-
ficere inſtrumentum neque de his quæ fiunt in ſui
præſentia, vt dixit Innocetius in capit. primo. de
fide inſtru. & Pau. de Caſtr. in conſi. iiij. colum. vij.
& in conſi. cccxcvij. in cauſa quæ vertitur, colum.
ij. poſt princ. verſi. item per inſtrumentum, nec no-
18 tarius debet rogari * niſi de his quæ vidit vel audi-
uit, vt dixit Bald. in l. cum precibus. C. de proba. &
in auct. ſed nouo iure. C. ſi cert. peta. Innoc. in cap.
fraternitatis. de hæretic. Sed in propoſito noſtro
notarius prædictus ſcripſit obligationem aliquo-
rum ex prædictis aſſertis fideiuſſoribus abſque ali-
quo eorum interuentu, ſolum ad relationem do-
minæ Siciliæ ei dicentis illos promiſiſſe ſibi fide-
iubere, vt particulariter in memoriali in facto de-
ductum eſt, ergo talis obligatio eſt manifeſtè falſa.
Quartò regulariter per duos aut tres teſtes proba-
19 tur falſitas inſtrumenti, * etiam ſi tales teſtes non
ſint de deſcriptis, ſeu aſcriptis in inſtrumẽto, pro-
ut not. in l. in exercendis. C. de fid. inſtru. & in l. j.
§. ſi quis neget. ff. quemad. teſt. aper. Bald. in l. opti-
mam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. Flor. in l.
cùm de ætate. ff. de proba. Aret. in §. item verbo-
rum. inſtit. de inuti. ſtip. Bal. in l. imperator. colum.
iiij. de ſta. ho. & in c. cum Ioannes eremita. extra de
fi. inſtru. vnde ſi iſtud habet locum in inſtrumento
in quo interuenerũt notarius, iudex, & teſtes, mul-
tò fortius idem dicendum in aſſerta obligatione,
in qua non interuenit niſi prædictus notarius, &
maximè data vilitate dicti notarij. Quinimò ita
dixit nota. Abbas in cap. tertio loco. de proba. co-
lum. iiij. quòd data paritate inter conditionem no-
tarij & teſtium, duo teſtes vna voce deponentes
20 præualere debent notario. * Et plus voluit Bald. in
conſilio xxix. in j. volu. quòd licet vnus teſtis non
reprobet inſtrumentum, quòd tamen facit indi-
cium ad torturam. & alibi dixit Franciſc. de Curt.
21 in conſil. lv. colum. j. * quòd duo teſtes reprobant
inſtrumentum, & vnus facit vacillare. ſed ſic eſt
quòd vltra duos teſtes probatur, licet decreto ca-
meræ fuerit ſubtracta facultas examinãdi presby-
22 teros, & alios teſtes iam citatos de * prædictis no-
titiam habentes: & inter alios eſt Magnificus Pau-
lus caracciolus, & Magnifica Alphonſina ſtorren-
te, qui idem depoſuiſſent, quòd dicti aſſerti fideiuſ-
23 ſores non ſe obligauerũt, nec iurauerunt, * nec in-
teruenit aliqua ſtipulatio, prout requiritur. l. blan-
ditus. C. de fideiuſſ. l. v. §. ſatis acceptio. & l. ſcien-
dùm. de verbo. obli. & inſtit. de fideiuſſ. in princ. &
voluit Paul. de Caſtr. in conſi. iiij. tria quæ fuerunt
&c. colum. ſecunda. & dixit Bald. in d. l. blanditus.
24 quòd * nũquam fideiuſſor obligatur, niſi per obli-
gationem tacitam, vel expreſſam. alle. tex. in l. cum
oſtendimus. in fin. ff. de fideiuſ. tuto. Sed aliqui pe-
nitus fideiubere denegauerunt, aliqui nullo mo-
do requiſiti fuerũt, quia eo tempore abſentes erãt
à ciuita. Neapo. & probatur negatiua coarctata lo-
co & tẽpore, iuxta text. in l. optimam. C. de contra-
hen. & commi. ſtipul. & quòd not. Bartol. in l. pri-
ma. §. ſi quis neget. ff. quẽadmo. teſt. ape. vbi refert
Alexander in additio. vidiſſe conſultum, quòd ſi
vnus ex teſtibus inſtrumentariis probat ſe illa die
25 fuiſſe extra ciuitatem, ita quod * non poterat in-
tereſſe contractui, ſi opponitur quòd inſtrumen-
tum eſt falſum, iſtud eſſet indiciũ ſufficiens ad tor-
turam. in l. hæredes palam. in fin. de teſta. & in l. j. in
prin. ff. de ven. inſpi. Bar. in l. j. §. ff. de iti. act. priua.
gl. & Ang. in §. ſi verò abſunt. in auth. de hær. & fal.
gloſſ. in ca. clerici. lxxxj. diſtin. Abb. in c. ex literis.
de probatio. & in capitu. in noſtra. de teſti. Aliqui
promiſerunt velle fideiubere cùm fuerint requiſi-
ti, quos nullo modo poteſt prætendi fideiuſsiſſe,
26 cùm aliud ſit fideiubere, * & aliud promittere de fi
deiubẽdo, ſicut aliud eſt vẽdere, & aliud promitte-
re de



re de vendendo: quia contractus ex promiſsione
faciendi nõ eſt factus l. in bonæ fidei. ff. de eo quod
cert. lo. & ibi glo. quam ad hoc not. Matheſ. in not.
xlvij. & propterea dixit gl. in l. Titius. in gl. fi. ff. de
pign. act. quòd aliud eſt dare pignus in ſolutum, &
aliud eſt promittere de dando: idem voluit Ange.
in l. j. C. de pact. pigno. & Bal. in l. fin. C. commu. de
leg. Item aliqui promiſerunt fideiubere infra cer-
tam diem, & certis aliis conditionibus, & qualita-
tibus, quæ minimè reperiuntur ſcriptæ in aſſerta
obligatione, ex quo etiam reſultat falſitas, cùm fal-
27 ſitas etiam cõmittatur in omittendo * verum ſcri-
bere, ſicut in exprimendo falſum. ca. j. de cri. fal. &
in l. preſyteri. & quod ibi no. C. de epiſc. & cler.
& aliqui cùm prædictus notarius voluiſſet eos ſcri
bere in liſta, illum penitus prohibuerunt, ne ali-
quid de eis ſcriberet, ex quo ipſi non intendebant
fideiubere, niſi habita prius cautione indemnita-
tis, prout particulariter & diſtinctè in memoriali
in facto deductum eſt, meritò falſitas aſſertæ obli-
gationis tergiuerſari non poteſt. Et licet ſoleat di-
ci, quòd ſi aliter reperitur ſcriptũ à notario, quàm
28 fuerit dictum à partibus, * quòd per hoc ſolum
non præſumitur falſitas, ſed quòd in dubio præſu-
mitur error, vt voluit Bar. Bal. & Imo. in l. quoties.
§. j. ff. de hære. inſti. Bal. in l. j. ff. de legi. Ang. in l. iu-
riſgentium. in §. quod fere. ff. de pact. Bartol. in l. ſi
quis obrepſerit. ff. de fal. Bal. in l. error. C. de teſta-
men. Bartho. cæp. in conſi. xxj. Ego Bartholomeus,
col. xx. in tertio dubio. tamen iſtud procedit in ca-
ſu dubio, nam tunc cum poſsit præſumi error, non
præſumitur falſitas. & ita propriè loquuntur doct.
in locis præallega. nam vt dixit Bal. in l. pen. C. de
his qui ſibi aſcrib. per illum tex. regulariter. vbicũ-
29 que error eſt tolerabilis, præſumitur * magis error
quàm malitia, & ideo dixit Bartol. in d. l. quoties.
aliud eſſe ſi ex aliis circũſtantiis appareret de falſi-
tare, quia tunc præſumitur potius falſitas quàm er-
ror. Quinimò Bart. in d. §. ſi quis neget. vult quòd
imò etiam in dubio præſumitur falſitas, ſi reperi-
tur aliter ſcriptum quàm ſit dictum, & ſic cùm in
propoſito non ſumus in caſu dubio, quia ex multis
rerum argumentis apparet de dicta falſitate, meri-
tò ceſſat dicta præſumptio erroris, maximè cùm
hic nedum reperiatur aliter ſcriptũ quàm dictum,
ſed ſcriptum contrarium eius quod dictum exti-
tit, quia recuſantibus aliquibus ex prædictis fide-
iubere, prædictus tabellio ipſos aſcripſit in fideiuſ-
ſores. Item ij, qui nullo modo fuerunt requiſiti, ſed
erant abſentes tunc temporis à ciuitate Neap. re-
periuntur aſcripti in fideiuſſores, & ſic etiam vbi
nihil fuit dictum, reperitur eſſe ſcriptum. per quod
apparet quòd dicta deciſio nullo modo poteſt ada
ptari ad caſum noſtrum, & potiſsimè inſpecta qua-
litate ipſius notarij, qui ſolitus eſt ſimilia patrare,
& eſt perſona vilis, & abiecta, nam prout dicit Bal.
in d. l. quoties. circa hoc debet conſiderari nimium
30 qualitas notarij. * quia aliàs ſi fuit malus, præſumen
dum eſt quòd male ſcripſerit, & ſic non ex errore,
Idem conſuluit Rapha. cuma. in conſil. cxxxv. ad
primum ſatis exploratum. columna prima. in fi. al-
leg. not. in l. ſi quis ex argentariis. §. ij. ff. de eden.
& in l. iubemus. C. de probat. & tex. in argumẽtum
in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. idem
etiam voluit Franciſc. de Aret. in conſilio xlvij. in-
cipiente. In Chriſti nomine amen. diligenter pon-
deratis. Cæpo. in d. conſilio xxj. Ex quibus ſequitur
quòd aſſerta obligatio fuit in totum falſa, & dato
quòd ſolũ appareret falſa quò ad aliquos ex dictis
fideiuſſoribus, nihilominus dico ꝙ vitiatur quò
ad omnes fideiuſſores, & quò ad omnes præſumi-
tur falſa, cùm communis concluſio legiſtarũ & ca-
31 noniſtarum ſit, * ꝙ vbi inſtrumẽtum eſt falſum in
vno capitulo ex vitio notarij committentis falſum
in ſubſtantialibus ipſius inſtrumenti, inſtrumen
tum in totum vitiatur, quia cùm inſtrumentum
dependeat à fide notarij, vt not. gl. in l. ſi quis ex ar-
gentariis. §. j. ff. de eden. & per talem falſitatem fi-
des notorij diminuitur. l. ſi aliquid. C. de ſuſcepto.
& Archar. libro decimo. meritò fides totius in-
ſtrumenti vitiatur, & diminuitur. & iſtam opinio-
nem firmat Bartol. & communiter docto. in l. ſi ex
falſis. C. de tranſactio. Bartol. in l. quintus. de aur.
& arg. leg. Imol. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de ver-
borum obligatio. Salycet. in l. in exercendis. co-
lumna antepenulti. in fin. C. de fi. inſtrumen. Flor.
in l. cùm de ætate. colum. penul. ff. de proba. Gand.
in ſuo tract. malefi. in tit. de fal. Innoc. in capi. fra-
ternitatis. de hære. Lanfran. in repe. capi. quoniam
contra. verſicu. inſtrumentorum. colum. viij. extrà
de proba. Anton. de butri. in ca. cùm Ioannes ere-
mita. extrà de fid. inſtru. xvij. colum. & in cap. cùm
olim. colum. xxvj. de cenſi. Innoc. in c. cùm in iure
peritus. ante fin. de offic. deleg. Ioan. Andr. in c. ec-
cleſia. de elect. Rota in deciſi. cxlj. incipiente. item
nota. generaliter. in antiquis. gloſſ. in capit. ſi ad ſa-
cros. ix. diſtinctio. in gloſſ. magna in fin. & in capit.
quid ergo. in verſicu. falſum. xxxij. quæſtio. iij. Spe-
cul. in titu. de inſtrum. edi. §. inſtrumentum. verſi-
culo. quid ſi aliter. Tancre. de corne. in compen-
dioſa ſua. in rubri. v. quæſt. x. Old. in ſuo conſi. xxx-
vij. ad primam quæſtionem. Alexã. in cõſi. xxxiiij.
32 viſis & ponderatis. in iiij. volumi. quòd * procedit
etiam ſi falſitas eſſet in verbis narratiuis notarij, vt
in poſitione confinium loci, in quo fuit factum
inſtrumentum, vel in alia narratione facta ab ipſo
notario non à partibus, vt voluit Inno. in d. c. cùm
in iure peritus. Archidia. in ca. ſi papa. de priuile. in
vj. & voluit Alexand. in d. l. ſi ex falſis. & Fely. in d.
33 cap. fraternitatis. * Quinimò ſi notarius in inſtru-
mento deſcripſit vnum teſtem vltra numerum te-
ſtium interuenientium ibi, vitiatur inſtrumentum
in totum. text. eſt quem ad hoc ponderant ibi do-
cto. in cap. quanto. de his quæ fi. à præ. ſine conſen.
capit. Ad quod accedat quod voluit Bald. in l. nec
exemplum. C. de fal. qui dixit, quòd ſcriptura pro
34 parte falſa reputatur in totum falſa. * Quinimò ex
vno inſtrumento falſo propter vitium notarij re-
ſultat ſuſpicio falſitatis etiam reſpectu aliorum
inſtrumentorum eiuſdem notarij. d. l. ſi aliquid. C.
de ſuſcepto. & archa. libro x. not. doctor. maximè
Raynu. Cyn. & Bartol. & Alexander in dicta l. ſi ex
falſis & Felyn. in d. cap. fraternitatis. Et licet nota-
35 rius antequam ſit priuatus officio poſsit * inſtru-
menta conficere, non obſtante quòd deliquerit:
vt not. Bald. in l. & militibus. C. de milit. teſta. & in
l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fid. catho. Bart.
in l. eadem. ff. ad leg. Iul. repetund. tamen ſi deliquit
in of

in officio, committendo aliquam falſitatem, dimi-
nuitur, & attenuatur fides aliorum inſtrumento-
rum poſtea ab eo confectorum, per d.l. ſi aliquid.
ita in ſpecie voluit Paul. de Caſtr. in conſil. ccv. ſu-
per primo. Nec dici poteſt quòd iſte eſt actus rei-
terabilis: & quòd poteſt dici quòd vna die quis re-
cuſauerit velle fideiubere, & quòd poſtea conten-
tus remanſerit: tum quia quis durare præſumitur
36 in eadem * voluntate etiam poſt longum tempus.
l. ſi ſancimus. C. de teſta. l. iij. & l. eum qui volunta-
37 tem. ff. de probat. * tum etiam quia non præſumi-
tur pluralitas actuum: vt not. in cap. cum Ioannes
eremita. de fi. inſtru. & voluit Anto. de Butr. in cap.
in præſentia. colum. xxiiij. per illum text. in verſic.
verum cum conſtet vis &c. de proba. Bal. in l. ij. C.
de erro. aduo. Bald. in l. j. C. quando prouo. non eſt
ne. colum. ij. & in l. neque natales. C. de proba. & in
l. conuenticulam. C. de epiſ. & cleri. Imol. & Lodo.
in l. ſcire debemus. in fin. princ. ff. de verbor. oblig.
glo. ordi. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iure-
38 iuran. * Sed ſi diceretur, quòd ad euitandum falſi-
tatem præſumitur pluralitas actuũ: quia vna præ-
ſumptio tollit aliam. vt voluit Cardi. in c. cum tu.
in princ. de teſti. & ibi etiam Mod. maximè Fely. in
d. ca. cùm Ioannes eremita, in ij. limitatio. & dice-
bat Bal. in d. l. in exercendis. colum. iiij. de fi. inſtr.
quod per diſtinctionem temporum vel locorum
in actu reiterabili, ſaluantur probationes, niſi per
confeſsionem partium vel teſtium conſtet de vni-
co actu: idem voluit Spec. in ti. de teſt. §. iam de in-
terrogatoriis. verſi. quid ſi vnus. vbi dixit eſſe cau-
telã, quòd pars faciat vt iudex interroget an actus
de quo quæritur fuerat tantùm ſemel geſtus: & ſi
confiteatur de vnitate actus, ceſſabit dicta concor
dia: idem dicit Bar. in d. l. j. §. ſi quis neget. ff. quem-
ad. teſta. aper. qui dixit, quòd quando teſtes nõ de-
ſcripti in inſtrumento deponunt contra inſtru-
mentum, debent dicere fuiſſe præſentes in illo lo-
co, & tempore, quo fuit celebratus cõtractus: aliàs
non concluderent: quia poterunt fieri diuerſi con-
tractus diuerſorum tenorum: & ideo cautela eſt ſe-
cundum eum, quòd fiat articulus quòd ille contra-
ctus ſemel fuit celebratus: idem voluit Areti. in d.
§. item verborum. in fi. & Bart. & Bald. in l. ij. C. de
bonor. poſ. ſecundum tabu. Alex. in conſil. ccv. Re-
uerende domine. in ij. volum. attamen in caſu pro-
poſito talis ſubauditio & concordia per multipli-
cationem actuum nullo modo admitti poteſt, tan-
quam non continens aliquam veriſimilitudinem:
quia non eſt veriſimile, quòd ille qui ſemel dene-
gauit fideiubere, poſtea fideiuſſerit: vt prædictum
eſt. maximè cum appareat aliquos ex prætenſis fi-
deiuſſoribus poſt tempus adiectum in dicta obliga
tione fuiſſe requiſitos, & penitus fideiubere recu-
ſaſſe, prout dicto memoriali apparet, & per conſe-
quens nullo modo talis concordia tolerari poteſt,
cùm ita demum admittatur, ſi talis multiplicatio
actuum eſt non ſolum poſsibilis, ſed etiuam veriſi-
milis, vt voluit Bald. in l. ſcripturæ. colum. ij. C. de
fid. inſtru. vbi exemplificat in duobus inſtrumen-
tis factis eodem die in diuerſis locis, in quibus ſe-
cundum diſtanciam loci poſsibile fuiſſet eodem
die dicta inſtrumenta confici, ſed non communi-
ter accidentibus, & ſic erat alienum à veriſimili,
propter quod patet quòd iſta multiplicatio debet
eſſe nedum poſsibilis, ſed etiam veriſimilis. prout
not. Mod. in d. cap. cùm tu. Ad quod accedit quod
eleganter voluit Bald. in l. j. C. de ſer. fug. qui dixit,
39 * quòd ſermones debẽt verificari ſecundum com-
munem opinionem hominum habentium intelle-
ctum, quia experimentum & natura veriorum ſer-
monum eſt, vt concordent cum rebus ſenſatis, &
veriſimilibus, teſtante Philoſopho, nam quod di-
ſtat à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago. idem
voluit Bald. in l. teſtium. pen. colum. C. de teſti. &
in rubr. C. de proba. Alexan. in conſi. cx. in iiij. vo-
lumi. Præterea dicta concordia per multiplicatio-
40 nem actuum non procedit, * quando actus eſt in-
ſtantaneus non reiterabilis, prout not. glo. in l. j. C.
qui accuſ. non poſ. & Felyn. in d. cap. cùm tu. colũ.
iij. Et in propoſito ſumus potius in actu extraneo,
quàm reiterabili, cùm fideiuſsio ſemel præſtita, vel
denegata non ſolet eſſe reiterabilis, vt patet ad ſen-
ſum, ergo &c. Prætereà quando dicta ſaluatio per
multiplicationem actuum admitteretur nedum ad
finem euitandi falſum, ſed etiam ad finem proban-
di, prout re vera admitti non debet, nihilominus
iſtud nullo modo adaptari poſſet reſpectu eorum
qui tempore aſſertæ obligationis fuerunt requiſiti,
& fideiubere recuſauerunt: de quibus apparet in
dicto memoriali, quòd ſolùm ſufficit pro falſitate
dictæ obligationis, cùm ſi ſolùm reperiretur falſa
in vno ex aſſertis fideiuſſoribus, in totum annulla-
retur, & præſumeretur falſa reſpectu omnium, vt
ſuprà dictum eſt. Et ſi diceretur, quòd teſtes depo-
41 nentes * ad reprobationem inſtru menti debent eſ-
ſe omni exceptione maiores, vt eſt text. ſecundum
Bald. ibi in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemad. teſt. ape. &
Alex. in conſil. xl. viſis & ponderatis. colum. vij. in
iiij. volum. Bald. in conſil. xxix. in j. vol. Et quòd te-
ſtes examinati ad inſtantiam dictorum conuento-
rum non ſunt tales, cùm ſint amici, & conſangui-
nei ipſorum pro maiori parte, & cõſequenter non
ſunt omni exceptione maiores, quia ille dicitur
omni exceptione maior, contra quem nulla poteſt
opponi exceptio: prout not. gloſ. in §. item verbo
rum. in verſic. idoneos. ſuprà alleg. & gl. in c. j. extrà
42 de conſang. & affin. inde eſt, * quod teſtis multum
amicus, & conſanguineus, non dicitur omni exce-
ptione maior, vt voluit Bartol. in l. admonendi. co-
lum. ix. verſi. & venio ad tertium. ff. de iureiurand.
Anto. de But. in c. fin. eod. tit. Alex. in conſil. xiij. ex
his quæ in themate. & in conſil. xviij. viſo proceſſu.
in j. volum. Reſpondeo, quòd quando prædicta eſ-
ſent vera, prout minimè ſunt, in dubio teſtes præ-
ſumuntur eſſe omni exceptione maiores: vt dicit
Franciſc. de Curte in ſuo conſilio lv. in fi. colum. j.
nihilominus in caſu propoſito dicta probatio om-
43 nimodo admitti debet, * tum propter numerum
ipſorum teſtium, cùm ſint vltra tres: & clarum
eſt quòd numerus ſupplet defectum teſtium: adeò
quòd vbi duo teſtes coniuncti, & amici maxima
amicitia non ſufficerent, ſi producerentur, tres ſuf
ficerent: vt voluit glo. & Iac. Butr. in l. j. in princ. ff.
de teſti. facit l. ſi quis ex argentariis. in princi. cùm
ibi not. per Ange. & Bald. ff. de eden. & Alexand. in
d. conſil. xliij. col. antepe. tum etiam inſpecta quali-
tate ipſorum teſtium, cùm inter eos ſint nonnulli
merca



mercatores, & alij homines notæ & probatæ fidei:
quo caſu admittitur teſtimonium affinis etiam in
caſu in quo alias de iure non admitteretur, vt in
terminis voluit Iaſ. in repe. d. l. admonendi. colum.
lxxviij. Suppletur eius fides teſtis propter dignita
tem, & auctoritatem ipſius, vt dixit Alex. in conſil.
lxxix. incip. in cauſa & lite vertente. colum. iij. in j.
volumi. maximè cùm ſimus in his quæ pro maiori
parte fuerunt facta in domo, & ſecretè, ita quòd
ſtante difficultate aliorum teſtium admitti debent
44 teſtes * aliàs inhabiles, vt eſt gl. ſing. & ibi Albe. de
Roſ. in l. in teſtimonium. ff. de teſti. & Ale. in conſi.
xxiiij. animaduerſis. colum. v. in ij. volum. cùm poſ-
ſit dici, quòd ex natura negocij habitu & actu alij
teſtes veriſimiliter, nec alij haberi potuerunt, iuxta
not. per Anto. de Butr. in d. c. tertio loco. de proba.
& in conſilio ſuo xxiiij. incipi. quomodo hæc du-
bia habet vulgaria. Abb. in ca. fin. de teſti. cog. in ij.
not. & Alex. in conſil. lxiiij. viſo themate &c. lib. j.
Prætereà cùm de hoc à principio non fuerit oppo-
ſitum, dicti teſtes videntur fuiſſe approbati, maxi-
mè cum fuerit oppoſitum contra alios teſtes veri-
ſimiliter citatos, qui fuerunt reiecti, & decreto ca-
meræ denegata eorum examinatio. * & ſic ſtãte di-
45 cta approbatione teſtes prædicti repelli non poſ-
ſunt prætextu dictæ aſſertæ affinitatis, vel alterius
qualitatis, quę non faceret eos eſſe omni exceptio
ne maiores, iuxta not. per Cyn. in auct. ſi teſtis. vlti.
q. C. de teſti. Ioan. And. in tit. de teſte. §. ſæpè. circa
princi. & in propriis terminis voluit Iaſ. in repe. l.
admonendi. ij. not. lxxvij. col. Nec obſt. depoſitio-
ni dictorum teſtium quòd non deponunt præcisè
de certa die, ſed ſolùm de menſe & anno, nam te-
ſtis nõ deponens de tempore probat, pro eo quia
tempus de facili labitur de memoria hominis, vt di
xit Bald. in l. presbyteri. colum. j. C. de epiſc. & cle-
ri. Inno. in cap. qualiter & quando. el ij. de accuſa.
doct. in c. ex tenore. & in c. cùm cauſam. de teſti. &
Spec. in ti. de teſte. §. iam de interrogatoriis. Quin
nimò dixit Ang. in cõſ. xxix. pro deciſione quæſtio
nis, & Alexan. in conſil. lxiij. viſis proceſsibus. co-
lum. penul. in ij. vol. quòd magis creditur teſti qui
46 non * deponit de tempore, vel dubitatiuè deponit.
quàm qui certitudinaliter deponit, cùm veriſimi-
liora deponere videatur propter obliuionem tem
47 poris, quæ de facili contigit, * quinimò teſtis de
die non eſt interrogandus, vt voluit glo. in l. prius.
in verſi. mandante. in fin. ff. ad ſillani. Bartol. in l. ij.
§. idem Labeo. el ij. colum. j. ff. de aqua plu. arcend.
Vlterius vltra prædictas vrgentes falſitates addu-
citur alia euidentiſsima falſitas, quæ colligitur ex
alia copia eiuſdem obligationis in actis præſenta-
ta, quæ eſt in multis contraria, & repugnans alteri
copiæ dictæ obligationis pro parte fiſci præſenta-
tæ, ex qua contrarietate colligitur notoria falſitas
ipſius notarij Alphonſi, qui licet conetur in ſua de-
poſitione per quædam fundata in aëre ſe excuſare,
& ſaluare, tamẽ rectè intuenti magis videtur ſe ac-
48 cuſare, * licet ei in nihilũ credi debeat, cũ tractetur
de ſui exculpatione, per nota per Bar. in l. deferre.
in §. idem decreuerunt. ff. de iu. fiſ. & per Anton. de
Butr. in c. cùm à nobis. de teſti. Alex. in conſi. xliiij.
& in conſi. lxxxvj. circa fin. & in conſil. cc. in ij. vo-
lumin. & quod not. in l. ſi quis decurio. C. de fal. &
per Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. qui dixit, quòd
notario non creditur, ſi ſit aliqua ſuſpicio de eo,
maximè cùm minimè credatur notario dicenti ſe
aliquid ſcripſiſſe ex errore, vt j. patebit. Nec obſtat
quòd voluit Barto. in d. §. ſi quis neget. dum dicit,
quòd creditur notario, non loquitur quando du-
bitatur an ſcriptura ſit eius manu ſcripta, & Bart.
in l. ſi librarius. ff. de regul. iur. loquitur in his quæ
ſpectant ad officium notarij, nam quo ad iſta vult
quòd ſibi credatur, & ita etiam loquitur Alexã. in
d. conſ. ccv. Reuerende domine. in ij. volu. ſed non
ſunt iſti termini noſtri, nec prædictæ doctrinæ lo-
quuntur data ſuſpicione notarij, prout eſt in pro-
poſito, quia tunc in nihilum credi debet notario,
vt prædictum eſt: & tanto magis hoc procedit in
caſu propoſito, cùm ipſe atteſtetur contra propriã
ſcripturam, dicendo illam non fuiſſe ſtipulatam,
cuius contrarium in ea dicitur, & ſic tanto minus
ei credi debet, vt dixit Bald. in d. l. imperator. colũ.
iiij. ad quod accedat quod voluit Petr. de Anchar.
in conſil. xliij. ij. colum. qui dixit quòd non credi-
tur notario aliquid atteſtanti extra id quod conti-
netur in ſcriptura. Prætereà ipſe dicit, quòd dictã
copiam fecit pro nota, vt illam traderet prædicto
Nugno volente illam tranſmittere ad Illuſtriſ. ma-
gnum Capitaneum, quòd oſtenditur re ipſa mani-
49 feſtiſsimè falſum, * nam nota eſt priuata ſcriptura
nullius fidei, quæ nulli nocere poteſt, vt in termi-
nis dixit Alexan. in conſil. lxxj. viſo proceſſu. circa
fin. & in conſi. lxxv. viſo teſtamento. col. vj. in j vo-
lumin. allega. Tancre. de Corn. ita tenentem in ſua
compendioſa in rubr. viij in x. q. vnde cùm illa co-
pia dicatur eam fuiſſe ſtipulatam, & extractam à
ſuo originali, & in ea fuit appoſita fides, & ſignum
notarij, ergo quomodo poteſt dici quòd fuit facta
pro not. certè ridiculum eſt audire, potiſsimè cùm
dicta copia fuerit præſentata in actis pro parte re-
gij fiſci, & vigore ipſius proceſſum fuit ad primam
citationem, licet poſt hæc certo modo fuerit can-
cellata, & dimiſſa penes Angelum ciſam, ſuper cu-
ius exhibitione pluries fuit inſtatum, & inſtatur, &
ſic ſtante dicta contrarietate & repugnantia, am-
bæ dictæ ſcripturæ præſumuntur falſæ, maximè
cùm à dicta contrarietate nullo modo ſaluari poſ-
ſint, iuxta not. per Bald. in l. cùm proponeretur. de
leg. ij. & in l. ſcripturæ. C. de fid. inſtrum. & in c. im-
putari. eod. titu. & conſuluit Fran de Aret. in conſi.
vij. incip. procedendũ eſt breuiter &c. & cùm pro-
pter talem repugnantiam, & contrarietatem dicta
rum ſcripturarum vna deroget fidei alterius, eli-
duntur probationes vtriuſque, & conſequenter,
quia actor non videtur fundaſſe intentionẽ ſuam,
ſequi debet abſolutoria, etiam ſi ſcripturæ contra-
riæ producantur à diuerſis perſonis, vt in propoſi-
to & in terminis voluit Spec. in tit. de inſtr. edi. in
§. poſtremò. verſi. ſed pone, produco. Bartol. Bald.
& Saly. in d. l. ſcripturę. Anton. de Butr. Abb. & Fe-
lyn. in d. ca. imputari. in j. limita. gloſ. & Bald. in d.
l. optimam. & Flor. in l. cùm de ætate. colum. vj. ff.
50 de proba. * Et ſi diceretur quòd copia dictæ obli-
gationis præſentata per aſſertos fideiuſſores pro-
ceſsit ex errore tabellionis, & quòd ipſe poſteà ta
lem errorem correxit, & emendauit, prout conti-
netur in alia obligatione producta pro parte fiſci,

& ideo non poſsit argui falſitas aliqua: quia error
ſcribentis non inuoluit eum in crimine falſi, nec
derogat veritati.l.nec exemplum.C.de fal.Reſpō-
deo quòd talis correctio nullo modo fieri potuiſ-
ſet:tum quia de tali errore non conſtat: nec credi-
tur notario dicēti ſe aliquid ex errore ſcripſiſſe in
51 eo quòd ipſe viua voce, * & non ſcriptura loqui-
tur, quantumcunque ſit bonæ famæ, vt voluit Bal.
in d.l.cùm proponeretur.& in l. imperator.ff. de
ſta.ho. qui plus voluit, quòd non ſufficeret vnus te
ſtis cum notario: & quòd nec iſto caſu poſſet de-
ferri iuramentum ſuppletorium. Idem etiam not.
in d.l.errore.& voluit Spec.in titu.de inſtru.edict.
§.poſtremò.verſic. ſed nunquid confecto. & Vita.
in ſuo tract.clauſ.in clauſ.xxij.incip. reſtat viden-
dum qualiter notarius. & alibi dixit Bald. in d. l.
nec exemplū.C.de fal.quòd talis error debet pro-
bari per confeſsionem partium. Nec poteſt dici
quòd iſte error colligitur ex diuerſitate dictarum
copiarum, per id quod voluit Bald.in d.l. impera-
tor, colum. pen. qui videtur velle quòd per vnum
5 inſtrumentū probatur error alterius: * nam iſtud
procedit vbi vnum inſtrumētum eſt reducibile ad
aliud: vt quia in vno continetur minus quàm in a-
lio.& ita propriè loquitur Bald.ibi.& Alex. in l. ſi
quis ante cōduxerit.ff.de acqui.poſ.& in cōſi. ccv.
ij.vol. ſed ſecus eſt vbi inſtrumēta ſunt omnino cō
traria, & repugnātia, vt in propoſito, quia tūc neu-
trum valet.& ita expreſsè determinat Bald.in d.l.
imperator.& Alexā.in conſi.lxxj.viſo proceſſu in
53 j.volu.* tum etiam quia ſi de errore appareret, non
poterat notarius illum ex ſe ipſo corrigere abſque
iudicis auctoritate, & partis citatione, & cauſæ co-
gnitione, vbi non eſt erratum in his quæ ſpectant
ad officium notarij: prout eſt annus domini, & no-
men imperatoris: ſed in his quæ ſpectāt ad partes,
& mutant ſubſtantiam facti, vt eſt in propoſito, ſi
notarius ſcripturam cōpleuit, & publicauit, quia
talis variatio reddit eum ſuſpectum, ſicut in teſte.
l.qui falſò vel variè. ff. de teſtibus.& ideò debet id
fieri mandato iudicis parte citata: & ratio quia vt
dixit Bald.in d.l. cùm proponeretur.& in d.l. im-
perator.colum.ij.& in l.generaliter.in vlti.not.C.
de non nu.pec.Bart.in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.&
in d.l.errore.C.de teſta.Alexand.in l.ſi vnus. eod.
titu.Imo.& Cano.in c.ex literis.de fid.inſtru.Lan-
fran.in repe.c.quoniam contra.extrà de proba.in
verſi.inſtrumentorum.colū.xij. Ludo. in quodam
ſuo tract.de tabell. quē habeo inter ſingularia ſua,
colum.xiiij.& Vita.in clauſu. lxj. incipi. reſtat vi-
dendum an notarius.Bart.in conſi.ccxiij. ex facto
propouitur.lib.j.Ioan.And.in data ſexti, colum.vl-
tim.vbi ſubdit, quòd cauere debet notarius ab hu-
iuſmodi correctione erroris, cùm ſemel ſit functus
officio ſuo: quia aliàs poſſet ei impingni falſitas, &
ita ſeruatur ſecundum eum. & quòd notarius no-
54 tam varians, * & mutans, tenetur de falſo, ſi id fa-
ciat ſine iudicis auctoritate, voluit Ioā.And.in ad-
di.Spec.in titu.de inſtrum.editio.§ poſtremò. ver
ſicu.nunquid confecto.allegat l.eos.ff.de fal.Bald.
in d.l.cùm proponeretur.& in l.fin. C. de eden. in
verſicu.quartò quęritur.Alexand.in conſil.lxxxix.
viſo themate. columna prima. in tertio volumine.
Et licet Bald. in rubric. C. de fide inſtrument. co-
lumna decima. dicat, quòd ſi nondum erat mota
quæſtio erroris inter partes, & copia nō erat data
parti, quòd poteſt notarius errorem ſuum corrige
re: tamen idē Bal.videtur aliter ſentire in d.l.cùm
proponeretur.dum loquitur per verbum forte, &
videtur velle ſufficere, quòd notarius compleue-
rit, & publicauerit ſcripturam, & ita etiam tenent
55 prælleg.doct. * Et dato quòd illa opinio eſſet ve-
rior, prout non eſt, illa poſſet procedere vbi talis
correctio fieret in continenti, ſecus ſi ex interual-
lo.& ſentit Spe.in d.§.poſtremò.verſ.ſed nūquid,
dum vult, quòd illa diſtinctio, an ex interuallo vel
incontinenti, procedat ante datam copiam parti:
& ſic ſentit quòd poſt datam copiam non poſſet
dicta correctio fieri etiam incontinenti, & quòd
ex interuallo ſimiliter fieri non poſsit, etiā ſi parti
copia data eſſet.& vtrunque dictum firmat Alexā.
in conſi.lxxj. j. volu. viſo proceſſu. & voluit etiam
Bal.in l.ambiguitatem.in fi. C. de teſta. dum dicit,
quòd notarius bonæ famæ poteſt ſe corrigere in-
56 continenti, * & nō ex interuallo. & alibi dixit not.
Bald.in d.c.ex literis.de fi.inſtrum. quòd reſtituto
inſtrumēto notarius eſt adeo functus officio ſuo,
quòd nec punctum, nec ſyllabam intellectualiter
mutare poteſt, niſi iudicis mandato: ſed in propoſi-
to ſumus in his quæ ſpectant ad partes, & mutant
ſubſtantiam facti, item poſt datam copiā parti, &
etiam ex interuallo, ergo &c. Præterea in actu in
quo de neceſsitate requiritur ſcriptura, non poteſt
error corrigi etiam cum licentia iudicis, vt voluit
Bartol.& Salyce.in l.contractus. C. de fi. inſtru. &
in l.gallus.§.idem credendum.de libe.& poſthum.
Bald.in d.l.imperator.& And.Barba.in repe.rubr.
extrà de fi.inſtru.col.lxvj.Sed in propoſito nos ſu
mus in obligatione facta penes acta, in qua de ne-
ceſsitate requiritur ſcriptura, ſicut in actis iudicia
riis.l.geſta.& ibi not.C.de re iudic.& in l. emanci-
patione.C.de fid.inſtru.& d.c.quoniam contra.de
proba. Quinimo prædictæ doctrinæ de correctio-
ne erroris non videntur poſſe adaptari ad caſum
propoſitum, cùm hîc minimè apparet dictam co-
piam ſic contrariam, & repugnantem alteri copiæ
fuiſſe factam cauſa corrigendi errorem alterius co
piæ, nec etiam ipſe tabellio hoc atteſtatur in dicta
ſua depoſitione, & ſic ſumus extra terminos corre
ctionis erroris, & ſumus in materia falſi, quo caſu
non habet locum aliqua correctio, quia prout no-
ta.dixit Bal.in rubr.C.de fi.inſtrum.ij.colum.verſ.
tu ſcis vnū &c. quòd notarius poteſt corrigere er-
rorem ſuum ſurgentem ex inaduertentia, ſed non
57 ex falſitate, * quia ex hoc ipſe eſſet priuandus aucto
ritate ſcribendi, alleg.tex.in d.l.ſi aliquid.C.de ſuſ
cep.& arch.lib.xij.de quo meminit Lanfran.in re-
petit.d.c.quoniam contra.in fi.in verſi.inſtrumen-
torum. colum. xij. Et ſi diceretur quòd ſtāte dicta
varietate, & contrarietate prædictarum ſcriptura-
rum, debet ſtari protocollo, iuxta not. per Bart. in
l.Sempronius Proculo.de lega.ij.gl. in auth. de ta-
bellio.§.penultim.Angel.in l.publicati.C.de teſta.
Bartol.& Mod.in l.ſi quis ex argentariis.§.prætor
ait.ff.de eden.Bald. in dicta l.imperator. Lanfran.
in d.repet.capi.quoniam contra.in verſicu. inſtru-
mentorum.columna ſexta.& Petr.de Ancharan.in
conſil.ccccxxxij.præmiſſa ſine allegationibus re-
ſpond



ſpondeo quòd iſtud procedit, vbi contrarietas re-
58 peritur eſſe inter protocollum & copiam * inſtru-
menti traditam à notario, quia cùm protocollum
ſit originalis ſcriptura, potius ei ſtari debet.& ita
loquuntur doct. prælleg. ſed vbi repugnantia re-
peritur inter duas copias traditas ab eodem nota-
rio, non eſt recurrendū ad protocollum: quia cùm
ambæ dictæ copię præſumūtur falſæ, neutra fidem
facit, vt ſuprà dictū fuit: alias enim fruſtra prædicti
docto.diceret, quòd neutra fidē facit, ſi recurri de
beret ad protocollum: cùm illa quæ reperietur cō-
formis cum protocollo fidem faceret: adducitur
etiam ad oſtendendum dictam falſitatem, qualitas
ipſius notarij, vilis & abiecta perſona, ſolita com-
mittere ſimiles falſitates: ex quo reſultat non me-
diocris ſuſpicio falſitatis: per id quod voluit Spe-
cu.in tit.de procura.§.ratione autem formæ verſi.
item quòd non ſunt factæ.& Ang.in cōſ. cclxxxiij.
præmitto ad euidentiam.qui dixit, quòd vbi nota
59 rius vilis & abiectus reputatur, vacillat fides * in-
ſtrumentorum ipſius, alleg.text.in d.l.ſi quis ex ar-
gentariis.§.cogētur. verſi. quid ſi humilis & deplo
ratus.ff.de eden.per quem text. dixit Bald. in d.l.iu
bemus. in fi. C. de proba.quòd multum reddit ſcri
pturam ſuſpectam perſona ſcribentis, quæ eſt hu-
milis, & deplorata: & quòd eo caſu oportet vt ſcri
ptura coadiuuetur nimia teſtium depoſitione, idē
voluit Bal.in l.fi. C. de fideicom. Multum enim at-
tenditur qualitas notarij: quia ſi eſt malus, pręſumi
tur quòd malè ſcripſerit: vt dixit Bald. in d. l. quo-
ties.ff.de hære.inſti.Rapha.cuma.in d.conſ. cxxxv.
& Fran.de Are.in d.conſi.xlvj. & Bartho. cæpo. in
alleg.conſil.xxj.Sed poſito abſque veri præiudicio
quòd aſſerta obligatio eſſet valida, & non conti-
neret aliquam falſitatē, adhuc audeo dicere quòd
minimè aſſerti fideiuſſores tenerentur ad aliquam
pœnā.ex tribus principaliter. Et primò quod poſt
aſſertam obligationem prædictus magnificus Iu-
lius nō fuit modo aliquo liberatus, ſed fuit deten-
tus carceratus circa menſes ſex, per quod videntur
aſſerti fideiuſſores liberati, nam iudex detinendo
carceratum poſt præſtationem fideiuſſorum vide-
60 tur fideiuſſores reieciſſe: cùm hæc ſint diuerſa, in
vinculis cuſtodiri, & fideiuſſoribus committi. l.j.
ff.de cuſto.reo.quem ad hoc propoſitū allega.Luc.
de pen.referendo And. de iſer. in l. ſi quis decurio.
C.de decur.lib. x.in illa q.an fideiuſſor de præſen-
tando toties quoties, ſeu in forma curiæ conſueta
præſentando principalem, qui poſteà fuit carcera-
tus, & in vinculis poſitus, liberetur ſequuta eius
fuga. & licet quò ad dictam quæſtionem principa-
lem decidit contra fideiuſſores, quòd non ſunt li-
berati: tamen contrarium firmat Bald. in l.qui cri-
men.x.q.C.qui accuſ.non poſſ.Ioan.Andr.in addi.
Spec.in tit.de accuſa.§. ſequitur.in addi. incipi.O-
doſ.Lud.& Mod.in l.ſtipulatio iſta.§.inter certam.
ff.de verbo.oblig.& Andr.Barba in rubr.extrà de
fideiuſ. & ſecundum prædictam opinionem repe-
ritur etiam quædam apoſtilla Illuſtriſ. doct. domi.
Barth.de capua, ſecundum quam ita aliàs de facto
obtinui in S. regio Conſilio. ad quod etiam facit
61 quod dicitur in ſimili, * quòd per prorogationem
termini factam ad ſoluendum principali debitori
videntur fideiuſſores liberati, quaſi ſit facta noua-
tio, vt voluit Spec.in tit.de fideiuſ.de quo per Bal.
in l.tam mandatori. C. de non nume. pecu. & ple-
nius per Mod.in l.j.C. de iudi.ſi ergo per proroga-
tionem termini ad ſoluendum factam principali
fideiuſſores liberentur, ergo multo fortius dilata
& prorogata liberatione principalis, maximè cùm
in propoſito aſſerti fideiuſſores nedum tacitè, ſed
etiam expreſſe videantur fuiſſe reiecti, attēto quòd
expreſsè fuit dictum vxori domini Iulij ex parte
Illuſtriſsimi magni Capitanei, quòd ſua Illuſtriſ.
dominatio non contentabatur de aſſertis fideiuſſō
ribus, & quòd volebat, vt darentur alij noui fide-
iuſſores magis idonei, & legales, per quam ordina-
tionem capiendi nouos fideiuſſores videntur tan-
to magis dicti primi fideiuſſores liberati, iuxta no-
ta.per Bart.& doct.in l.Valerianus.ff. de præto.ſti
pul.& in l.iiij.§.ſi ex conuentione.ff. de re iudic. &
per Ludo.in l.qui bis idem.ff.de verb.obl. dum di-
cunt, quòd datis nouis fideiuſſoribus primi ſunt li
berati. Et prædicta magis optimè procedunt ſine
dubio in Fabritio de ſcortiatis, vno ex prætenſis fi-
deiuſſoribus, qui expreſsè proteſtatus eſt, quòd ſi
62 pro illo ſero domin. Iulius fuiſſet liberatus, * cùm
nulli dubium ſit, quòd fideiuſſor qui ſe obligat ad
certum tempus, elapſo tempore non teneatur, vt
not.voluit Bar. in l.Lucius. in §.Paulus.ff.de admi.
tut.Angel.& Mod.in l.ſi vnus. in princi. ff. de pact.
dicens iſtud eſſe vtile pro caſtellanis, qui dederunt
fideiuſſores vſque ad certum tempus, quòd ſi vltra
illud tempus remanēt, fideiuſſores vltra illud tem-
pus non tenentur. ad quod etiam not. per Bald. in
l.ſi cum Hermes. C. loc. & per Bald. in l. Titius. in
prin.ff. de excuſ.tut. Prædictis etiam accedit quod
voluit Bart. in l. non ſolum.§. ſi mandato. in verſi.
quæro mandaui, vt delinqueres.ff. de iniur. qui di-
xit, quòd ſi mandatum alicui factum fuit tacitè re-
63 uocatū: ſi ille poſteà * ex interuallo id faciat, man-
dans non tenetur, idem voluit Barto.in l.j. colum.
iij. C.de ſer.fugi.Barto.in l.qui in aliena.§.ſi is qui.
ff.de acqui. hæred. ergo ad propoſitū cùm poſt di
ctam tacitam reiectionem aſſertorū fideiuſſorum
cauſatam ex dicta retentione in carceribus prædi-
cti domini Iulij, & ex aliis prædictis, fuerit ex in-
teruallo ſubſequuta eius liberatio, non propterea
debent teneri prædicti fideiuſſores. Nec prædictis
obſtat vulgata regula l. ſancimus. C. de teſtament.
& l.præcipimus.in fi.C.de appe.quod nō mutatur,
quare ſtare prohibetur, quæ regula etiā locum ha-
bet in actibus inter viuos, & voluit Bal.& Pau.de
Caſtr. & Mod. in d.l. ſancimus. & illud aliud vul-
gare dictum, quòd tempus nō poteſt eſſe cauſa in-
ducendi vel tollendi obligationem. ff. de action. &
obli.l.obligationum fere.§.placet.& §.tēpus. nam
hic nedum interuenit lapſus temporis, ſed etiam
retentio principalis in carceribus, quinimò & mu
tatio carceris de loco ad locum, per quod videtur
dicti fideiuſſores fuiſſe reiecti, vt ſuperius dictum
eſt. Item prædicta regula non habet locum in ſtipu-
64 latione iudiciali, & prætoria, * in qua non ſeruatur
rigor, ſed æquitas, vt voluit Bartol.in l. penulti.C.
de fideiuſſ. & ſic cùm in propoſito ſit iudicandum
ſecundum æquitatem, & non ſecundum rigorem,
prout inferius ſubdam, merito &c. Eſt etiam aduer
tendum quòd ex dicta mutatione carceris facta de

vno carcere, in quo erat tempore prętenſę fideiuſ-
ſionis, ad arctiorem carcerem, prout deponunt te-
ſtes in xxvij. exceptione: & hoc eſt notorium, quòd
cum prædictus dominus Iulius ſtetiſſet antea car-
ceratus in camerà Miſsię vice caſtellani, fuit de di-
cto menſe aſportatus in carcere arctiori, vbi erant
detenti domi. Thomas vaſſallus, & Baro de Rocca
Romana, & multi alij, ſequitur ergo iuris diſpoſi-
tio, quæ eſt, quòd ſi prætenſi fideiuſſores fideiuſsiſ
ſent, prout nõ fideiuſſerunt, ſi de menſe Septemb.
dictus dominus Iulius fuit poſitus in dicto arctio-
ri carcere, prædicti fideiuſſores, quando prædicti
apparebant dati, fuiſſent ipſo iure, aut ope exce-
ptionis liberati. iſta eſt clariſsima deciſio Io. Andr.
in addi. Spec. in tit. de accuſ. §. ſequitur videre. vbi
decidit quòd ſi eſt datus fideiuſſor de aliquẽ præ-
ſentando in iudicio, & poſtea ille qui debebat prę-
ſentari fuit captus, & carceratus à curia pro dicta
cauſa, pro qua fideiuſſor promiſerat ipſum præſen-
65 tare, ſi demũ ille carceratus fugiat * à carcere, fi-
deiuſſor non tenetur: quia curia ipſum capiendo
pro dicta cauſa, & detinendo videtur liberare fi-
deiuſſorem. & dictam deciſionem Io. Andr. ſequi-
tur Ludo. in conſil. cxxxvij. ita in propoſito iſto ſi
dicti fideiuſſores fideiuſsiſſent, prout non fideiuſſe-
rũt ſi tamẽ poſtea regia & reginalis curia ipſum re
tinuit penes ſe, & poſuit in actiori carcere, ergo
videntur ſaltim ope exceptionis liberati fideiuſſo-
res, quando dati apparent: & iſtud eſt maximum
fundamentum pro illis qui fuiſſent confeſsi fide-
iuſsiſſe. Et plus ſubdit Luc. de pen. in d. l. ſi quis de-
curio. quòd ſi principalis eſſet indebitè carcera-
tus, & aufugit, quòd eius fideiuſſores in aliquo nõ
tenẽ tur. ad quod not. per Bal. & Bal. in l. qui in car-
cerem. ff. quod met. cau. per Ang in l. ſi mulier. §. ſi
dos. eo tit. qui dixit, quòd factum ab eo qui iniuſtè
& de facto detinetur propter potentiam aduerſa-
rij, eſt ipſo iure nullum, aut ſaltim reſcindendum.
idem voluit Franciſ. de Are. in conſi. xxiiij. viſo &
diligenter conſiderato, colum. xiiij. de quo etiam
per Bart. in l. qui à latronibus. ff. de teſta. in prin. &
Imo. in ca. cùm locum. de ſpon. & per Bald. in l. ab
eo. colum. iij. C. quo. & quando iud. qui dixit, quòd
non valet conſtitutio procuratoris facta ab inde-
bitè carcerato ad promittendum aliquid detinen-
ti. quę deciſio an poteſt in aliquo deſeruire ad pro-
poſitum, conſideret ſumma peritia, ac religio cla-
riſsimorum iudicantium. Et ex prædictis patet ſo-
66 lutio ad tex. in d. l. pen. C. de fideiuſ. quia eſt ſpecia-
le in fideiuſſore de iudicio ſiſti, qui interceſsit pro
cauſa publica, vel fiſcali, vel qui ſcriptura median-
te interceſsit, quòd tenetur etiamſi per duos men-
ſes lis non fuerit inchoata, nam aliud eſt in fideiuſ
ſore de iudicio ſiſti, qui datur pro lite futura: & a-
liud in fideiuſſore dato pro liberatione alicuius
carcerati, quia primo caſu negligẽtia in inchoan-
do litem non repugnat dictæ fideiuſsioni præſtitæ:
& ideo nimirum ſi talis fideiuſſor non liberatur per
lapſum dicti temporis, & ita loquitur text. in d. l.
pen. C. de fideiuſ. ſed vbi datur fideiuſſor pro libe-
ratione alicuius carcerati, ſi adhuc ipſe retinetur
in carceribus, iſta retentio videtur continere in ſe
aliquam repugnãtiam cum dicta fideiuſsione præ-
ſtita: quia vt dictum eſt, iſta ſunt diuerſa, in vincu-
lis cuſtodiri, & fideiuſſoribus committi, & ideo
iſto caſu induci debet liberatio fideiuſſorum, potiſ
ſimè quia iſto medio tempore prædictus dominus
Iulius ſe compoſuit in x. ſeu xij. mille ducatis, & il
los ſoluit, & ſic diminuit ſuum patrimonium, adeo
quòd non erat idoneus de cætero cautelãdi aſſer-
tos fideiuſſores pro ſumma xx. mille ducatorum,
pro qua petebatur dicta cautio: quamobrem ſine
dubio ſi dicti aſſerti fideiuſſores denuo fuiſſent re-
quiſiti tempore liberationis ipſius domini Iulij
pro renouanda dicta fideiuſsione, prout fieri con-
ſuetum eſt: quando ſimiles carcerati non liberan-
tur ſtatim præſtita fideiuſſoria cautione, de qua cõ
ſuetudine atteſtatur Marinus ruta optimus practi-
cus, & teſtis ſynodalis, & pro maiori parte recuſaſ
ſent fideiubere, prout quatenus opus eſt mediante
eorum iuramento offerunt verificare, cùm ſimus
67 in dependẽtibus * ab eorum animo, iuxta not. per
gl. in §. alię. Inſt. de actio. per Bar. in l. inter omnes.
§. recte. ff. de fur. cum aliis concord. maximè cùm
prædicti fideiuſſores obtulerũt magis verbo quàm
re ipſa fideiubere, prout experientia compertum
extitit, quando fuerunt vocati ad caſtrum pro di-
cta fideiuſsione ſtipulãda, quia nemo præter duos
ex eis ibi acceſsit, vt patet. Secundò principaliter
adducitur, nam dicta obligatio fuit, vt prætẽditur,
facta ex cauſa liberationis ipſius domini Iulij, quæ
liberatio cùm non fuerit ſubſequuta ex cauſa fi-
deiuſsionis præſtitæ, vt patet, tum ex diuturnitate
& interuallo temporis, quod occurrit à tempore
aſſertæ obligationis, vſque ad tempus liberationis
prædictæ: argu. l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuile.
credi. cum aliis cõcor. tum etiã conſiderata fælici
victoria tũc ſubſequuta cõtra Gallos: qui penitus
fugati, & interempti fuerunt, ob quam victoriam
multi alij carcerati liberati fuerunt etiam ſine ali-
qua fideiuſsione, vt notoriũ eſt, & liquet ex actis,
merito cum dicta liberatio fuerit ſubſequuta po-
tius præ lætitia vitoriæ prædictæ ſuperuenientis,
quàm ex cauſa dictæ fideiuſsionis præſtitæ, ſequi-
tur quòd prædicti fideiuſſores minimè teneantur,
tanquam cauſa ob quam promiſerunt, non fuerit
ſubſequuta, quia licet cauſa ob quam aliquid pro-
mittitur, vel datur, fuerit ſubſequuta, ſi tamen non
fuit ſequuta ob illam cauſam, ob quam dicta pro-
miſsio facta fuit, habet locum condictio ob cau-
ſam, proinde ac ſi talis cauſa nunquam adimpleta
fuiſſet. tex. eſt in l. iij. §. ſed ſi ſeruus. ſecundum ſum
marium Bart. ibi. ff. de condict. ob cauſ. & quod no
68 tat Bal. in l. cùm ſeruus. ff. de verb. obli. * facit, quia
quælibet promiſsio debet intelligi rebus in eodem
ſtatu manentibus. l. qui ſeruum. cum ibi not. ff. de
verbo. oblig. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. &
in l. ſi extraneus. ff. de condict. ob cauſ. & c. cùm in-
ter p. de renun. & quælibet obligatio quãtumcun-
que præciſa intelligitur niſi noua cauſa ſuperuene-
rit. l. filiusfam. §. procuratorem. ff. de procur. quod
habet locum nedum in ſimplici promiſsione, ſed
etiam in iuramento, l. fi. ff. qui ſatiſ. cogan. cap. bre-
ui. deiureiur. & not. glo. in c. quemadmodum. eod.
tit. & ad hoc accedit quòd ſatis ad propoſitum vo
luit Andr. de Iſern. in titu. quæ ſint reg. in verſi. ve-
ctigalia. qui dixit, quòd ſi primo licitans gabellam
det fideiuſſores, & demũ alio licitante dicta prima
licita



licitatio non habuit effectum, quòd licet primo lo
co licitans iterum licitet, & gabella penes eum re-
69 maneat, quòd nihilominus * primi fideiuſſores ſũt
liberati, & de cætero non tenentur, ex quo gabella
penes eum remanſit non ex cauſa primæ licitatio-
nis, ſed ſecundæ: quod eſt ſatis not. Inſuper eſt ad-
uertendum, quòd non apparet aliquem ex prædi-
ctis aſſertis fideiuſſoribus fuiſſe certioratum, &
plenariè informatum de omnibus promiſsionibus
expreſsis in obligatione prædicti domini Iulij prin
cipalis: & proinde inferri poteſt aſſertam obliga-
tionem ipſorum non tenere, nec eis in aliquo ob-
ſtare, per id quod voluit Paul. de Caſtr. in conſilio
70 cccxlviij. incip. de cauſa præſenti. * qui dixit, quòd
in dolo verſatur is qui facit ratificare generaliter
promiſsiones, & pariter contenta in inſtrumento
abſq; ſpeciali ſpecificatione dictorum pactorum,
& quòd talis approbatio ſiue ratificatio nil nocet,
nec etiam iuramentum: cùm iſta non extendantur
71 ad ignorata & ſuppreſſa: * imò etiam ſubſcriptio,
& ſigilli appoſitio facta non lecto tenore inſtru-
menti, nec dato ſibi ad intelligendum, non præiu-
dicat. l. fi. & ibi Bald. C. plus vale. quòd agi. Paul. de
Caſtr. in l. ne in arbitris. C. de arbit. & in l. ij. C. de
rebus alie. non alien. not. in l. emptor. §. Lucius. ff.
de pactis. & in l. ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. ff. de
verbo. oblig. ad quod tex. cum glo. in l. Caius. ff. de
pigno. acti. & in l. j. §. ſi mandato. ff. quod iuſſ. faciũt
not. per Bart. in l. diuus. §. item ſenatus. ff. de fal. de
generali ſubſcriptione quòd non noceat ſubſcri-
benti. Non omitto etiam quòd ex quo prædictus
dominus Iulius receſsit ob metum ſibi illatum de
ipſo iterum carcerando, prout ex actis colligi po-
teſt, quòd ob huiuſmodi receſſum, ſeu fugam, non
debeant teneri aliquo modo aſſerti fideiuſſores,
per id quod in propriis terminis voluit Par. de put.
in ſuo tract. ſyndi. in verſi. fideiuſſor. in q. incipiẽ.
ſubiicio ſubtilem & vtilẽ q. qui dixit, quòd ſi prin-
cipalis aufugit propter metum ſibi illatum à ſupe-
72 riore, quòd fideiuſſor nõ tenetur: * ex quo talis ſu
perior videtur dediſſe cauſam dictæ fugæ ratione
73 dicti metus; ad quod facit * quod dicitur de reci-
piente in ſe caſum fortuitum, quòd non tenetur,
vbi talis caſus occurrat ex culpa partis aduerſæ, vt
eſt text. per quem ita voluit Bald. in l. cùm propo-
nas. C. de nau. fœno. Io. de Ana. in c. nauiganti. de
vſur. & Franciſc. de Are. in conſi. ccxj. in fin. Tertiò
principaliter adducitur, nã regulariter pœna con-
uentionalis videtur eſſe adiecta propter intereſſe
74 ſtipulatoris, * adeò quòd vbi ceſſat intereſſe, non
committitur ſtipulatio ad pœnam: vt dixit Bald. in
l. ij. colum. pen. C. de epiſco. audi. & ideo ille cuius
non intereſt, non admittitur ad agẽdum. l. ij. §. item
ſi in facto. & ibi nota. ff. de verbo. obli. l. fi. C. de rei
vendi. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer. vendi. l.
poſthumus. §. ſi quis ex his. & ibi Barto. & alij. ff. de
inoffi. teſt. bonus eſt text. in l ſi patroni. §. qui fidei
commiſſam. ff. ad trebel. quem tex. not. ibi Ange. &
Mod. in practica aduocatorum, & procuratorum
tota die excipientium contra agentes, quòd non
ſunt audiendi, quia eorum non intereſt: nam iſta
exceptio repellit agẽtem: ſed in propoſito nullum
reſultauit, nec reſultare poteſt, aut poterit intereſ-
ſe regiæ curiæ ex receſſu prædicti domi. Iulij: Non
ratione pecuniarum, quia compoſitio ab eo facta
fuit iam ſoluta: non etiam ratione ſtatus: nam fa-
tuum eſſet dicere, quòd abſenti domini Iulij poſsit
in aliquo obeſſe ſtatui Capi. Maieſtatũ: abſit enim
tantus error: monſtruoſum quippe iam foret ſi ele
phas nudus pulicem curaret, & ideo cùm non ad-
ſit aliquod intereſſe, minimè poteſt dici quòd ſit
commiſſa obligatio ad pœnam. Et dato quòd à
principio tempore aſſertæ obligationis potuiſſet
in hoc conſiderari aliquid intereſſe propter guer-
ram tunc imminentem in Regno, attamẽ ſatis eſt,
quòd tempore receſſus ipſius domini Iulij ceſſa-
75 bat omne intereſſe: & clarum eſt, * quòd non ſuf-
ficit quòd ab initio interfuerit, ſi ex poſtfacto de-
ſinit intereſſe. l. fi. §. j. ff. ad leg. Rhod. de ia. & not. in
l. qui autem. §. illud. ff. ſi quis cautio. Et licet ſoleat
dici quòd in pœnis non conſideratur intereſſe. l.
ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verbo. obligat. attamẽ
76 iſtud * non habet locum, vbicunque debet ſeruari
æquitas. Inde videmus quòd in pœnis iudiciali-
bus vel prætoriis cõſideratur an interſit: aliàs non
poſſunt exigi, text. eſt in l. ij. §. fin. & ibi Angel. ff. ſi
quis in ius voca. non ie. eſt glo. ordi. in §. alteri. in-
ſtitu. de inuti. ſtipula. voluit Bald. in l. & ſi poſt tres.
columna iij. ff. ſi quis cau. & hoc propter magnam
æquitatem prætoris, qui nõ vult pœnam exigi poſ-
ſe, quando non intereſt. quicquid dixerit gloſſ. &
Barto. in d. l. ij. §. fin. ad ꝙ not. per Barto. in l. qui
eum. in prin. & per Alexan. in §. qui iniuriarum. in
fin. ff. ſi quis caut. & idem etiam in curia mercato-
ris, vt no. voluit Ang. in cõſi. ccxxix. arbitrator di-
ctam pœnam. colum. ij. Fran. de Aret. in l. iiij. §. Ca-
to. col. j. ff. de verbor. obliga. quia aliàs eſſet contra
æquitatẽ, quæ ſeruari debet in curia mercatorum.
l. Quintus. & ibi Bart. ff. mand. & ita etiam de æqui
tate canonica per cap. ſuam. de pœn. per quẽ tex.
ita in propriis terminis conſuluit Petr. de Ancha.
in conſi. xlvj. pro clariori deciſione. ſed in propo
ſito nulli dubium eſt quòd debet iudicari ſecun-
dum æquitatem, cùm hodie in omnibus tribunali-
bus, & curiis regiis reſpectu pœnarum ſeruetur il-
la æquitas canonica. d. ca. ſuam. adeo quòd nedum
in pœnis iudicialibus & prætoriis, ſed in conuen-
tionalibus etiam non ſolent exigi pœnæ, niſi qua-
tenus cum intereſſe concurrant, prout notorium
eſt, ergo ceſſante intereſſe aliqua pœna exigi non
77 poteſt, * maximè cùm huiuſmodi cauſa ventiletur
in conſiſtorio Principis, qui debet æquitatem am-
plecti, & ſecundum illam iudicare, iuxta not. per
Bart. in l. præſeniti. C. de his qui ad eccleſ. confug.
qui ſatis not. dixit, quòd melius eſt regi ſub iuſto
Rege, quàm ſub iuſta Lege, quia in ſingulis iudicat
ſecundum bonam æquitatem, prout ſibi videtur. &
alibi dixit not. Bal. in l. j. C. de iu. aure. annul. quòd
princeps æquitatem non ſcriptam præferre poteſt
in iudicando rigori ſcripto. & ſimiliter dixit Bald.
in l. Aemilius Largianus. ff. de mino. & in capitulo
primo. de forma fide. quòd princeps debet iudica-
78 re ſecundum veritatem, * & non ire per ambages,
quia iudicat vt Deus, vt dixit Bald. in l. ſancimus.
C. de iudic. & quia quicquid facit iudex, facit vt
Deus, qui eſt veritas, & ideo non fallit, nec fallitur.
verba ſunt elegantia Bald. in capit. ſecundo. de no.
for. fide. Quinimò nedum Princeps, ſed quilibet

iudex debet in iudicando ſequi æquitatem: licet a-
79 liquando non ſequitur, oculo* iudicantis caligan-
te: dixit not. Bald. in l. inter filios. C. famil. ercis. fa-
cit text. in l. quod ſi epheſi. ff. de eo quod cert. loco.
ibi, æquitatem ante oculos habere debet iudex. &
text. in l. ij. §. item Varus. ff. de aqua plu. arc. ibi, &
hoc æquitas ſuggerit etiam ſi ſtricto iure deficia-
mus. Præterea tunc in pœnis cõuentionalibus non
80 conſideratur an interſit, quãdo* illa obligatio pœ
nalis nõ fundatur ſuper aliqua cauſa finali: ſed vbi
fundatur ſuper cauſa finali, ſi in illa non vertitur
intereſſe, talis pœna exigi non poteſt: ita in indiui
duo ad limitationem dictæ regulæ conſuluit Petr.
de Anchar. in conſi. xlvj. ſed ſic eſt, quòd dicta aſſer
ta obligatio pœnalis fundatur ſuper illa cauſa fi-
nali, quæ eſt, ne prædictus dominus Iulius diſcedat
à ciuitate Neap. meritò cùm in dicta cauſa nõ ver-
tatur aliquod intereſſe regiæ curiæ, vt dictum eſt,
pœna prædicta exigi non poterit: & ideo non im-
meritò retroactis temporibus cùm ſimiles caſus
occurriſſent, per retro ſereniſsimos Reges huius
regni, ſimiles pœna contra ſimiles fideiuſſores exi-
gi non conſueuere: prout euenit in fideiuſſoribus
quondam magni. Michaelis Ricij: & domini An-
tonij Colæ villani: qui in præteritis bellis Regis
Caroli dederunt ſimilem fideiuſſoriam cautionem
de non diſcedendo à ciuitate Neapo. & demũ con-
traueniendo receſſerunt: & licet eorum fideiuſſo-
res fuerunt aliquantiſper moleſtati, tamen mini-
mè aliqua pœna contra eos exacta fuit: prout no-
torium eſt: & ſic poteſt dici, prout in ſimili dixit
81 Andr. de Iſern. in c. ſancimus. quo temp. mil.* quòd
licet ex iuris diſpoſitione hæres non petendo inue
ſtituram poſt mortem feudatarij infra annum, &
diem, nec ſoluendo releuium, pœnam priuationis
feudi incurrat. quòd tamen per munificos Reges
in regno ſectantes potius æquitatẽ quàm rigorem,
conſueuerunt huiuſmodi pœnas remittere: de quo
meminit glo. Neap. in capi. regni. prouiſum eſt &c.
apud quod pręmaximè, & ſummopere ſpectãdum
eſt in hoc piiſsimo, iuſtiſsimo, & indulgentiſsimo
domino capto Regum, quorum toto terrarum or-
be vulgatiſsima celebritas nomine clementiæ illu-
ſtratur, & qua clementia ſummáque æquitatis lau-
de imitando antiquorum ſententiam nil propius,
nil magis congruum, nil aptius, nil vtique conue-
nientius regali culmini, vt ſic vllus vnquam Rex,
vllus vnquam Princeps tam hodierna, quàm præ-
terita tempeſtate ſua regna tali æquitate, ac mirifi-
ca iuſtitia moderatus appareat.

Diomedes Mariconda, V.I.D. licet indignus.
Colucius Coppula, V.I.D. licet indignus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio procuratoria poſt concluſum in cauſa opponi non poteſt. nu. 2.*
*Imò etiam per litis conteſtationem tollitur, ſi oppoſita non fuit ibidem.*
3 *Mandatum ſi fuit in actis productum per procuratorem, & non fuit oppoſitum contra ipſum, non poteſt vlterius opponi.*
4 *Confeſſio procuratoris non facta per modum contentioſæ iuriſdictionis, non præiudicat eius principalibus.*
5 *Procurator licet vnum confiteatur, tamen ſi probatur rem aliter ſe habere, non nocebit domino talis confeſſio.*
6 *Proceſſus contra minorem abſque curatore eſt nullus, ſecus ſi eſt in eius fauorem.*
7 *Confeſſio procuratoris ad hoc vt noceat domino, requiritur quòd inſtante actore ſit aſſignatus terminus ad ita confitendum, tunc talis confeſſio reuocari non poterit.*
7 *Confeſſio facta poſt terminum datum ad deliberandum, non poteſt prætextu erroris reuocari.*

## CONSILIVM LXVII.

IN Chriſti nomine amen. Quòd don
Iacob. Hæbreus tardè venerit ad op-
ponendum exceptionem procurato-
riam: cùm nedum illam oppoſuerit
poſt concluſum in cauſa, ſed etiam
poſt duas ſententias latas, vnam per arbitros, & a-
1 liam per S. Cõſilium.* Et indubitati iuris eſt, quòd
poſt concluſionem in cauſa talis exceptio opponi
non poteſt: vt dicit Bald. in l. quamuis indubitati.
vltima columna. C. de adul. ſequitur Alexander de
Imol. & do. Antõ. de Alexand. in l. licet. C. de pro-
2 cur. Item nedum per concluſionem in cauſa,* ſed
etiam per litis conteſtationem tollitur exceptio
procuratoria. l. ita demum. C. de procu. l. Pompo-
nius. §. ratihabitionis. ff. eod. titu. quia per litis con-
teſtationẽ legitimatur perſona procuratoris: quia
per eam fit dominus litis, ſecundum Barto. in l. ele-
ganter. §. ſi quis. ff. de condi. inde. & Iaſ. in l. cautio
rati. C. de procur. Et tanto magis quia fuit produ-
ctum mandatum in actis, & nunquam fuit oppo-
ſitum de mandato contra ipſum Chriſtophorum:
3 * quo caſu non poteſt vlterius opponi: ita Ang. in
§, & hæc inſuper. in authentic. vt ſponſ. largi. ij. co-
lumna. vbi formaliter dicit, quòd ſi inſtrumentum
procuratorium fuit productum apud acta, & fuit
cum perſona illa litigatum tanquam cum procu-
ratore, non poterit poſteà opponi exceptio, quòd
non ſit verus procurator, ſi apparet de productio-
ne inſtrumenti apud acta, ſed ſi non apparet dicta
productio, tunc ſemper obiici poteſt, ita etiam
conſuluit Alex. in conſi. lxxij. in iiij. vol. Nec obſt.
quòd procurator ipſe cõfeſſus fuerit in actis, quòd
actores eius principales ſint pupilli, nam in rei ve-
ritate licet aſſerat aliquem ex prædictis eſſe mino-
rem, prout ita eſt, & verificari in prõptu offertur,
& ſic æquiuocauerit de minore ad pupillum, cùm
ſit idiota non habens notitiam differẽtiæ inter mi-
norem & pupillum, attamen dato abſque veri præ
iudicio quòd ita confeſſus ſit, talis confeſsio pro-
curatoris cùm minimè facta fuerit per modum
4 contentioſæ iuriſdictionis,* non præiudicat eius
principalibus. l. certum. §. ſed an ipſos. & ibi no. ff.
de confeſ. & voluit Anto. de But. in c. j. vt lite non
conteſt. in iiij. colum. & conſuluit Alexã. in conſil.
lxxxvj. ij. volumi. iij. colũ. Præterea licet proceſſus
cum minore abſque curatore ſit nullus, tamen in-
telligitur quando eſt contra minorem, per ea quæ
plenè dixit Felyn. in capit. inter dilectos. extrà de
5 fi. inſtru.* ſed proceſſus iſte eſt pro minore, & nõ
contra minorem, ergo &c. Item licet procurator
ita dixerit, ſeu confeſſus fuerit, attamen probandò
rem aliter ſe habere, talis confeſsio reuocari po-
teſt: & ſic remanet vana: textus eſt cum gloſſa: &
doctores in l. de ætate. §. ſi. ff. de interroga. ac. Bar.
in l. non fatetur. ff. de confeſ. & tenet Socinus in re-
gul. lxix. qui plus ſubdit, quòd ad hoc vt talis con-
feſsio noceat, requiritur quòd inſtante actore fue-
7 rit aſsignatus terminus ad ita confitendum:* quia
tunc talis confeſsio reuocari nõ poterit: vt voluit
ſatis ſingu. Ang. de are. in §. ſi minus. inſti. de actio.
& idem ante eum voluit Bald. in l. error. C. de iur.
& fac. igno. quòd dictum Bald. Socin. non allegat:
Et ideo in propriis terminis dixit gloſſ. not. in c. ex
literis. in ver. admonita. extrà de diuor. quam pro
ſingu. allegat Bald. in l. cùm precum. C. de libe. cau.
8 in fin. & in l. vnica. C. de confeſ. x. col.* quòd con-
feſsio facta poſt terminũ datum ad deliberãdum,
non poteſt prætextu erroris reuocari: ſicque lan-
gueſcat hebraica perfidioſa ſuperbia don Iacob,
vt amplius non loquatur de procuratoria exce-
ptione.

SVMMARIVM.

1 *Baro dicitur qui tenet ſub ſe ſubfeudatarium habentem feudum quaternatum ab ipſo domino.*
2 *Baronia eſt caſtrum quod habet ſub ſe feudum quaternatum quod alius tenet.*
3 *Lex ſuperueniens quæ deuiat à iure communi, intelligenda eſt, vt minus lædat ius commune, quàm poſſit.*
4 *Baro debet dotare filiam ſuam de propriis bonis, nec debet grauare ſuos ſubditos in hoc: cùm nec mater teneatur dotare filiam, nec frater ſororem, & pater: nec vaſſallus filiam domini ſui.*
5 *Filiam dotare eſt officium paternum, & ideo ad id vaſſalli non tenentur.*
6 *Verba debent intelligi de primo actu tantùm, & non de pluribus.*
7 *Epiſcopus ſi petat contra vnam eccleſiam quartam decimarum, & rector alleget quòd omnes eccleſiæ, & rectores earum de conſuetudine non ſoluerunt decimam & rectores aliarum eccleſiarum ita depoſuerunt, quòd quamuis in conſequentiam illi videantur deponere circa id quod concernit proprium commodum ipſorum, tamen probabunt.*

## CONSILIVM LXVIII.

REdemptoris gentium ſuffragio repeti-
to, Amen. In cauſa vniuerſitatis & ho-
minum villæ Gricignani pertinentia-
rum ciuitatis Auerſæ, cum Magnifico
Ioan. Loyſio ſcagliono eorum vtili domino, ſuper
petitione ſubſidij maritagij eius filiæ ſecundoge-
nitæ virtute conſtitutionis regni. Nititur Magni-
ficus Ioannes Loyſius ipſe probare, quòd tãquam
Baro caſalis prædicti poteſt ſubſidium maritagij
pro prædicta ſecundogenita petere: cùm iam pro
primogenita conſequutus fuerit. Ex quo Barones
regni conſueuerunt illud tanquã eis debitum exi-
gere, & conſequi ab eorum vaſſallis. Nam dico
meo iudicio ni fallor, ex pluribus infra dicendis,
& vnoquoque ipſorum huiuſmodi maritagium mi
nimè peti poſſe per prædictum Magnificum Ioan-
nem Loyſium. Et in primis liquet ex tenore con-
ſtitutionum Regni incipiente, Comitibus, Baro-
nibus &c. & etiam ex conſtitutione præcedenti,
quamplurium. ſub rubrica, de adiutoriis exigen-
dis, diſponentium ſubſidiũ maritagij prædicti peti
poſſe, illas loqui in fauorem prælatorum eccleſia-
rum, necnon Comitum, & Baronum, & pariter ar-
ticulauit, & verificauit idem Magnificus Ioannes
Loyſius in facto per quamplures teſtes, ita conſti-
tutiones ipſas ſeruari: & ſeruatas fuiſſe inter Ba-
rones regni, ſeu per Barones, inter quos ipſe cer-
tè connumerari non poteſt, cùm talem ſe mini-
1 mè probauerit: dicitur enim ille Baro,* à quo ca-
ſtrum ſeu feudum quaternatum tenetur, vt dicit
Andræas de Iſernia in conſtitutione, ſi aliquis
Baro. ſub rubrica, de ſtatu donationis, vbi forma-
liter dicit, quòd Baro eſt ille qui habet baroniam:
& baronia eſt caſtrum, vel feudum habens ſub ſe
feudum quaternatum, quod alius tenet. idem te-
net ipſe Andræas de Iſernia in conſtitutione Re-
gni, poſt mortem. ſub rubrica, de denunciatione
mortis Baronis, & plenius idem Andræas in capi-
tulo primo. §. ſimiliter poteſt. tertia & quarta co-
lumna: in titulo, de capitaneo qui curiam ven-
didit. vbi magiſtraliter ita dicit, & formaliter:
2 * Baronia nanque eſt caſtrum ſeu feudum, quod
habet ſub ſe feudum quaternum, quod alius te-
net. vt in conſtitutione, poſt mortem. vnde baro-
nia eſt nomen vniuerſitatis continens ſub ſe plura
feuda: ſicut territorium eſt vniuerſitas agrorum. l.
pupillus. §. territorium. ff. de verborum ſignifica-
tione. dum tamen feudum teneatur ſub eo. Quia
ſi vnus dominus haberet plura feuda, non tamen
ex hoc eſſet Baro, vt innuitur expreſsè in præce-
denti conſtitutione, ſi aliquis. & ideo ſi quis habe-
ret plura feuda det vnum alij cum conſenſu Re-
gis, vt ſub eo teneatur: & ſic erit Baro: vnde no-
bilis feudatarius non eſt miles, quantuncunque
habeat multa & magna feuda, & viueret militari-
ter, & tunc eſt conſilium, vt militet: vel faciat ſe
Baronem, dando vnum feudum alij, vt ab eo te-
neatur: vt dictum eſt: & plus dicit ibidem, quòd
Baro eſt pluſquam miles. vnde cùm ſit articula-
tum, & ex aduerſo probatum Barones regni exi-
gere poſſe maritagium à vaſſallis pro filia maritan
da: & idem dictet conſtitutio regni, & Magnifi-
cus Ioannes Loyſius ipſe non ſit Baro, ergo mi-
nimè illud petere poteſt: quod maximè procedit,
cùm illud exorbitet à iure communi: & ideo ſuc-
cedit regni conſtitutio, quæ tanquam deuians à
3 iure communi debet intelligi in caſu ſuo.* Et ſic
in expreſsis per eandem: & vt minus lædat ius com
mune quàm poteſt, ita Baldus in l. non ſine. C. de
bonis quæ liberis. Panormitanus in capitulo dile-
ctus. extrà de clericis non reſidentibus. Alexander
in conſilio decimoquinto, ſecundo volum. Fran-
ciſcus Curt. in conſilio decimotertio: vltima col.
Et quòd ſit contra ius commune, patet, quia dicit
Paulus de caſtro in l. fina. C. de ſtatu. & imagi. & in
l. neminem. C. de ſacroſanctis eccl. quòd dominus
4 debet dotare filiam de ſuis propriis bonis,* non
autẽ in hoc grauare ſubditos. pro quo vltra ipſum

facit, nam mater non tenetur dotare filiam: vt ha-
betur in l.mater.C.de iure dotium, item nec frater
tenetur dotare ſororem, l.cùm plures.§.penult. ff.
de adminiſtrat.tuto.ergo multo minus & ſubditus
non debet teneri ad maritagiũ filiæ Baronis. Item
quia officium paternum eſt dotare filiam.l.fina.C.
de dotis promiſsio.l.qui liberos.ff. de ritu nuptia-
rum: ſi ergo eſt officium paternũ dotare filiam, er-
5 go vaſſalli nõ debent ad hoc teneri. * Ita dicit pul-
chrè Ioannes Andræas in addition. Specula. in ti-
tulo, de feudis.§.quoniam.verſiculo, & not. quòd
vaſſalli comitum &c. vnde cùm talis petitio mari-
tagij à vaſſallis ſit contra ius cõmune, debent con-
ſtitutiones taliter diſponentes intelligi in perſo-
nis, in quibus loquuntur: nec vltra extendi, vt
minus lædant ius commune quàm poſsint. Et tan-
to magis nõ debent, nec tenetur vaſſalli ipſi contri
buere in maritagio petito: cùm tale maritagium
petatur pro maritanda filia ſecundogenita: cùm
de primogenita iam maritagium exoluerit. & ſi
rectè aduertatur, maritagium ipſum virtute dicta-
rum conſtitutionem regni peti poteſt pro vna filia
duntaxat: cùm conſtitutio ipſa regni, quam plu-
rium, loquatur in numero ſingulari pro filia mari-
tanda: item capitulum papæ Honorij idem dicit
6 pro aliqua ex filiabus maritanda. * Et facit bene,
quia verba debent intelligi de primo actu tantùm.
& non de pluribus, per textum in l. boues. §. hoc
ſermone. ff. de verborum ſignificatione. Et quæ
plenè referuntur per Iaſonem in l. duobus reis. §.
ei qui. ſecunda columna. ff. de iureiurando. Et idem
per dictam l. boues, reperio in ſpecie fuiſſe deciſum
per dominum Guidonem papæ in deciſione par-
lamenti Gratianopoli. deciſione quinquageſima-
ſeptima in fin. vbi expreſsè dicit vaſſallos non te-
neri ad contributionem maritagij pro alia filia ſe-
cundogenita. & ſubdit quòd ipſe exegit à ſuis vaſ-
ſallis pro ſua primogenita Franceſca: ſed quòd vaſ-
ſalli ipſi non tenentur ad dictam ſubuentionem
pro ſecundogenita. Et dum aliàs ſimilis caſus mihi
occurriſſet in cauſa vniuerſitatis Cutrofiani cum
Magnifico Hieronymo de dulce eorum vtili do-
miuo, petente ſubſidium maritagij pro ſecundo-
genita ſua filia, habito per me colloquio cum anti-
quioribus, & peritiſsimis viris Magnifico domi-
no Iacobo de gello præſidente Regiæ cameræ ſum
mariæ: dom. Maczeo de afflicto doctore conſum-
matiſsimo, & ſeptuagenario, necnon & domino
Diomede Maricunda: qui omnes in teſtes produ-
cti ad inſtantiam vniuerſitatis, mea opera in S. Re-
gio conſilio, coram quo cauſa ipſa vertebatur, de-
poſuerunt quòd ipſi teſtes nunquam viderunt de-
terminatum pro pluribus filiabus deberi, & quòd
neſciunt quonam modo fuerit in præteritum di-
cta conſtitutio obſeruata. Bene tamen credunt
quòd de iuſtitia debeat intelligi pro vna filia tan-
tùm, attento tenore capituli papæ Honorij, di-
ctante, pro maritanda ſorore ſua, vel aliqua ex fi-
liabus, vel neptibus ſuis, vel qualibet alia de ge-
nere ſuo. Capitulum Regis Roberti quòd incipit,
pro parte vniuerſitatis viri. loquitur ſimiliter in
ſingulari numero, & ſubdit dominus Maczeus
quòd non vidit aliquem doctorem Regnicolam
qui auſus fuerit dictam quæſtionem determinare
per ſententiam. Magnificus dominus Diomedes
Mariconda vltra prænarrata ſubdit etiam in eius
depoſitione, quòd ipſe credit conſtitutionem Re-
gni prædictam intelligi debere pro vna filia tan-
tùm, attento dicto capitulo papæ Honorij, &
quòd de hoc vidit aliquas poſtillas antiquas idem
dicentes, tamen ſe remittit iudicio rectius ſen-
tientis, prout hæc omnia patent in actis dictæ cau-
ſæ Cutrofiani cum Hieronymo de dulce penes An
gelum Ciſa. magiſtrum actorum Sacri Regij con-
ſilij, & dictæ cauſæ, intantum quòd Sacrum Re-
gium conſilium, aut parte non ſolicitante, aut
indebitè petente cauſam piam, non determinauit.
Et pariter in præſenti cauſa fuerunt examinati in
teſtes Magnificus vtriuſque Iuris doctor dominus
Gaſpar de leo, & dominus Leo Follerius vtriuſque
Iuris doctor. & Magnificus dominus Hieronymus
carbonus Baro vaſſallorum, & literatiſsimus, qui
omnes pariter depoſuerunt quòd dictæ conſtitu-
tiones Regni fuerunt practicatæ & interpretatæ.
vt vaſſalli Baronum tenerentur ad contributio-
nem maritagij pro filia primogenita tantùm, &
quòd ita fuit obſeruatum. Item fuit allegata im-
munitas, ac exemptio villarum, & caſalium Auer-
ſanorum, & ſitorum in territorio ciuitatis Auerſæ
non ſoluendi maritagium eorum vtilibus dominis
pro filiabus maritandis, & ex aduerſo nõ fuit pro-
batum contrarium, imò quamplures vtiles domi-
ni, qui eorum filias maritârunt examinati, inter
quos eſt Magnificus dominus Ioãnes de tufo, vti-
lis dominus caſalis Ceſæ, depoſuerunt de immu-
nitate prædicta, & quòd ideo nunquam petierunt,
nec exegerunt maritagium à prædictis eorum vaſ-
7 ſallis. * Et ideo ſuccedit quod optimè ſcribit Ioan-
nes Andræas in regula, ſine poſſeſsione. columna
penultima, de regulis iuris. in mercuria. in ſexto.
quòd ſi epiſcopus petat contra vnam eccleſiam
quartam decimarum, & Rector illius alleget quòd
omnes eccleſiæ, & rectores earum de conſuetu-
dine non ſoluerunt decimam, & rectores aliarum
eccleſiarum illud depoſuerunt examinati, quòd
quamuis in conſequentiam illi videantur depo-
nere circa id quod concernit proprium commo-
dum ipſorum, tamẽ probabunt. idem ſequitur do-
minus Alexander in ſuo conſilio quadrageſimo pri
mo, columna ſecunda, in quarto volumine, vbi
ſubdit ad idem facere quod notat Angelus in diſ-
putatione ſua Aſtenſis miles. prima charta, verſi-
culo, de primo dubio. Et tamen in caſu noſtro
maior eſt ratio, quia prædicti vtiles domini Caſa-
lium deponunt, vt ſuprà, contra eorum proprium
commodum. Et ſic cùm Magnificus Ioannes
Loyſius ipſe vt principalis depoſuerit, quòd fi-
lia primogenita diu eſt quòd fuit maritata, & de-
ceſsit, & nunc petat maritagium pro alia filia ſe-
cundogenita, ſequitur quòd defecit in ſalutari ſuo
ex vnoquoque capite prædictorum. In reliquis ſup
pleat religio, ac prudentia Magnificorum domi-
ni locumtenentis, Præſidentium ipſius regiæ ca-
meræ ſuper puncto tam arduo, adhuc minimè in
contradictorio iudicio deciſo, quod innoteſcat.

Thomas Grammaticus.

SVM



SVMMARIVM.

1 *Vectigalia noua violenter exercens tenetur lege iulia de vi publica.*
2 *Vectigal nouum conſtituens tenetur lege iulia de ambit nu. 3.*
*Et ibi dicitur pœnam eſſe centum aureorum, & vbi vltra conſuetum exegerit abſque aſſenſu principis; datur pœna perpetui exilij, nec ſufficeret conſenſus, imò nec decretum totius vniuerſitatis.*
4 *Vectigal nouum dicitur aut illud quod de nouo imponitur, aut illud quod vltra conſuetum augeretur, vel diminueretur.*
5 *Vniuerſitates regni pro commodiori ſolutione fiſcalium functionum virtute regiæ pragmaticæ Sereniſſimi* Regis Ferdinandi *primi, poſſunt ſibi imponere datia ſeu gabellas pro eius arbitrio.*
6 *Collecta differt à gabella: cùm collecta imponatur perſonæ pro rebus, datium verò ſeu gabella imponitur pro rebus mobilibus, fructibus, vel induſtriis.*
7 *Villa qualibet poteſt dictam gabellam imponere.*
8 *Vniuerſitas ex cauſa iuſta poteſt gabellam imponere abſque principis licentia.*
9 *Vniuerſitas non poſſet gabellam imponere etiam quòd de ea vellet facere donum principi, ſeu eius officialibus.*
10 *Gabella nulla noua imponi poteſt etiam per principem in odium ciuitatis.*
11 *Lex vel ſtatutum prohibens aliquid in fauorem alicuius, & beneficium, habet tacitam conditionem, vt non intelligatur prohibitum, ſi voluerit vti in beneficium.*
12 *Gabella poteſt imponi mercatoribus exteris declinantibus ad ipſam ciuitatem, & non perſonæ, ſed induſtriæ eorum.*
13 *Immunitatis allegatio de preterito ad futurum in tangentibus impoſitionem collectarum negatiuè nulla cadit, vt ſi diceretur, non teneor, quia non fui ſolitus ſoluere talem collectam in præteritum, quando impoſita non erat.*
14 *Area mea ſi per mille annos ſtetiſſet iuxta palatium tuum & in ea nunquam fuiſſet, nec per prædeceſſores, nec per me ædificatum, non ex hoc potero à te impediri ex eo quòd per mille annos aer feneſtrarum palatij tui fuit liber.*
15 *Gabella nulla dici poteſt ſemper certa, ſed variabilis pro voluntate imponentis, & nemo ſe ab ea exemptum dicere poteſt.*
16 *Repreſaliis ſi vna terra vti incipit contra aliam terram conuicinam, poterit & illa conuicina ſimiliter impunè vti repreſaliis contra ipſam.*
17 *Fraude licet vti, & cauillatione contra fraudes aduerſarij, qui dolus contra dolum non eſt dolus.*
18 *Ciuitas vna ſi ſtatueret quòd homines alterius ciuitatis fierent ſerui capientium, poſſet ex eadem ratione, & illa idem ſtatuere.*
19 *Nil* Iudæus Iudæo *nil* Catilina *Cetego.*
20 *Prouocatus quoties infert æqualem iniuriam, vel maiorem, fit compenſatio, & omnino euitatur pœna.*
21 *Si ſubtraxi furto tibi equum, & tu indignatus ſimiliter ſubtraxiſti mihi mulam, ambo puniemur.*
22 *Qualitas expreſſa in libello vbi mutat ſpeciem actionis, & variat naturam condemnationis, tunc niſi per actorem probetur, ſemper reus abſolui debet.*
23 *Vectigal nouum inſtituens eſt in pœna legis* Iuliæ *de ambitu, etiam quòd non exegerit.*
24 *Vectigal nouum eſt meri imperij, & ſolus princeps imponere poteſt.*
25 *Vectigal nouum imponens ciuitas, vel priuatus ſine licentia* Principis, *ex quo aſſumit quod eſt Principis, capitaliter punitur tanquam vſurpator regiæ iuriſdictionis*
26 *Vniuerſitas vel priuatus ſi habet ex antiqua conſuetudine ius imponendi collectas, ſeu nouas gabellas, ipſas imponere poteſt.*
27 *Vniuerſitas qualibet ſeu caſtrum poteſt imponere gabellam animalibus delatis cauſa commercij. & numero 28.*
*Et pariter animalibus tranſeuntibus per eius territorium.*
29 *Gabellam vbi imponere poteſt ex priuilegio* Principis, *eam ſemper imponere poterit ad eius arbitrium: cùm ſit in eius mera facultate, nec cadit præſcriptio.*

## CONSILIVM LXIX.

REdemptoris gentium Præſidio iterato,
Amen. In cauſa Magnificæ vniuerſita-
tis Monopolis, cuius patrocinium ge-
ro vniuerſale aduerſus vniuerſitatẽ Po-
lignani, ſuper impoſitione gabellæ, ſeu datij vul-
gariter dicta, *de la bardella*: à qua homines ipſi de
Polignano ſe exemptos prætendunt: & inde expo-
ſuiſſe querelã in magna Curia Vicariæ contra ean-
dem vniuerſitatem Monopolis ſuper indebita im-
poſitione gabellæ prædictæ. Eſt igitur videndum
an dici poteſt vniuerſitatem ipſam Monopolis, ex
cauſa impoſitionis dictæ gabellæ in aliquam pœ-
nam incurriſſe? Et pro parte affirmatiua videtur
1 dicendum quòd ſic: * ex quo ex diſpoſitione legis
Iuliæ de vi public. violenter noua vectigalia exer-
cens tenetur eadem lege. per textum in l.fina.eod.
titu. & pœna legis prædictæ dicitur capitalis, per l.
2 pen.ff.eod.titul. * & conſtituentes nouum vectigal
tenẽtur lege iulia de ambitu.l.j.§.j.ff. ad legem iul.
de ambitu. & ibi dicitur pœnam eſſet centũ aureo-
3 rum, & vbi nouum vectigal vltra conſuetum, * vel
Principis aſſenſum imponitur, datur pœna per-
petui exilij.l.fina.C.no.vectig.inſtit.non poſſ. nec
ſufficeret cõſenſus, imò nec decretum totius vni-
uerſitatis, vt dicit textus in l.vectigalia noua.C.eo.
titu. ſed requiritur aſſenſus regius.l.j.& iij. C. eod.
& ſi quid exactum fuiſſe apparebit, reſtitui debet,
vt in d.l.iij. & reſtitutio ipſa infamabit, & inducit
pœnam, vt ibi per gloſſ. & Scrib. & in l.licitatio. §.
4 quod illicitè. ff. de publ. * Et dicitur nouum vecti-
gal, aut illud quod de nouo imponitur, aut illud
quod vltra conſuetum augeretur, vel diminuere-
tur. l.vectigalia. in princip. de public. & plenè per
Azonem in ſumma. C. eod. titu. & per Salycetum
in dicta l.vectigalia.C.eo.& ibi an Rex, & an Baro
poteſt imponere nouam gabellam, & latiſsimè per
Bertachi. in prima parte ſui tract. de gabel. Et po-
tiſsimè in regno hoc, vbi viget capitulũ regis Caro
li ſecundi nu.xxxviij.itẽ iuſtificari &c. vbi cauetur
nullam

nullam ciuitatẽ poſſe hodie ſibi imponere nouam
collectam abſque licentia ſeu mandato regio, ma-
ximè vbi nulla ſubeſſet neceſsitas, vt ibi dicitur in
rubr. prout etiã in ſimili dicit Luc. de pe. in l. iij. C.
de quibus mune. lib. x. car. cxix. quæſt. xxv. vnde in
fertur illos de Polignano audiendos in eorum que
rela, & ſucceſsiue Monopolitanos plectendos.
Sed præmiſsis non obſtantibus contrariam ſen-
tentiam arbitror de iure veriorem: imò quòd vni-
uerſitas ipſa Monopolis legitimè, ac iure permit-
tente gabellam prædictam aliàs per eandem im-
poſitam, & exactam iterum imponere, ac reno-
uare potuit, nedum virtute priuilegiorum per Se-
reniſsimos retro Reges, & Gallos & Aragoneos ei
dem vniuerſitati conceſſorum, ſed etiam ex gene-
rali pragmaticæ ſanctione editę per Sereniſsimum
Regem Federicum primum Aragoneum, ſub ru-
bric. de datiis imponendis generaliter. vbi permit
5 tit Princeps ipſe pro * commodiori ſolutione fi-
ſcalium functionum vniuerſitates regni poſſe im-
ponere ſibi datia & gabellas pro eius arbitrio: &
de qua regia pragmatica meminit Afflictus in ſua
deciſione cccc. verſiculo his præmiſsis. & ex tunc
initium ſumpſerunt regni vniuerſitates, vt audiui,
è medio tollere collectas, quæ vulgò nominan-
tur *le colte*, & per datia, & gabellas, prout hodie
6 ſeruari apparet. * Et longè differunt collectæ à ga
bellis: cùm collecta imponatur perſonæ pro re-
bus, vt dicit Bartolus in l. prima. C. de mulier. &
in quo loco. libro decimo. & in l. j. C. de indict. eo.
lib. Datium verò ſeu gabella dicitur illud, quod
imponitur pro rebus mobilibus, fructibus, vel
induſtriis, & idem eſt quòd vectigal à vehendo, vt
per Salycetum & ſcribentes in dicta l. vectigalia.
& Bertha. in dicto ſuo tractatu de gabell. in prima
parte. Et quæſtio tacta eſt, an quælibet vniuerſitas
poteſt ſibi imponere nouã collectã ſeu gabellam,
prout eſt iſta de bardella impoſita contra forẽſes,
quæ eſt, vt omnes ingredientes portam dictæ vni-
uerſitatis teneantur ad ſolutionem dictæ gabellæ.
Et reperio Alexandrum de Imo. in propriis termi
nis quæſtionem iſtam decidentem, conſulendo in
ſuo conſilio lij. viſis his &c. in v. volumine. vbi ad
id allegat Andr. de Iſer. in tit. quæ ſint rega. in ver.
7 plauſtros. vj. col. * quòd imponere poteſt, & idem
firmat Bald. nouel. in l. iiij. §. actor. ff. de re iud. & al
legat Angel. qui hoc dicit in terminis in §. ſi quis
igitur. in fin. in authent. quibus modis nat. effic. ſui.
& idem Angel. in l. j. ff. quod cuiuſque vniuerſitat.
no. & videtur etiam tenuiſſe Bartol. in dicta l. j. C.
de mulie. & in quo loco. Et ſic ſi quælibet villa po-
terit dictam gabellam imponere, multo fortius di-
cendum erit quòd poterit & ipſa vniuerſitas, ma-
ximè tot priuilegiis decorata, & quòd vniuerſitas
8 ex cauſa iuſta poteſt indiſtinctè gabellam * impo-
nere abſque principis licentia, tenet etiam Luc. de
pen. in dicta l. iij. in xxiiij. quæſt. C. de quib. muner.
vel præſtatio. dum quærit an præſes prouinciæ po-
teſt imponere, & allegat ibi Bart. in dicta. l. j. C. de
mulie. & demum concludit quòd etiam pro cauſa
ſuæ modicæ vtilitatis poſſet abſq; principis licẽtia
gabellam imponere: & ſubdit etiam ibi Andr. ad
intellectum d. c. Regis Caroli xxxviij. quòd illud
capitulum debet intelligi, & practicari ſecundum
formam l. placet. C. de excuſ. mune. lib. x. vbi man
datur quòd nulla imponatur collecta ſine licentia
principis. quod intelligitur eſſe verum in damnum,
& præiudicium ciuitatis, vt ſi de ea vellet facere
9 donũ principi, ſeu eius officialibus, * quia eo caſu
non poſſet, vt in d. c. regis Caroli. xxxviij. deriua-
tum à d. l. placet. ſed ſi vellet vniuerſitas in ſui com-
modum, & beneficium collectam imponere, pro-
culdubio poſſet, nec ſibi erit modo aliquo inter-
dictum, & ſubdit Andr. vbi ſuprà in verſic. ſed cer-
tè. quod ipſe Bartol. non fuit de regno, & quòd il-
lud c. Caroli, non emanauit in odium ciuitatum,
ſed in fauorem, vt tolleretur facultas omnibus ci-
10 uibus donãdi ſuperioribus officialibus. * & intan-
tum quòd in odium ciuitatis nulla poteſt imponi
noua gabella, etiam per ipſum regẽ, vt firmat idem
Luc. in l. ſi diuina domus. C. de exac. trib. iiij. col. li
bro x. in l. j. C. de indict. & huiuſmodi prohibitio
fundata ſuper capitulis papæ Honorij, vt ipſe di-
cit, inducta in fauorem vniuerſitatum huius regni,
non poteſt contra eas operari odium, vulg. l. quòd
fauore. de leg. & ponit plenè Iaſ. in l. nõ eo minus.
C. de procu. vbi adducit regulam, quòd quando lex
11 vel ſtatutum prohibet aliquid in fauorem, * & be-
neficium alicuius, habet tacitam conditionem, vt
non intelligatur prohibitum ſi voluerit vti in be-
neficium, vt bene per Bald. in l. maximum vitium.
C. de lib. præte. Accedit etiam qualitas, & natura
gabellæ prædictæ omnino iuſtæ, & in multis, ac
quampluribus vniuerſitatibus regni conſueta im-
poni, quia non dicitur impoſita perſonæ forenſis,
ſed bardellæ equi venientis ad negociandũ in ipſa
ciuitate, quod de iure licet, vt in his terminis fir-
mant Scrib. in l. reſcripto. §. ſi. ff. de mune. & hon. &
per And. de Iſer. in d. verſi. plauſtrorũ. Et ſicut mer
12 catoribus exteris * declinantibus ad ipſam ciuita-
tem Monopo. poteſt imponi gabella, & dicitur im-
poni non perſonæ eorum, ſed induſtriæ eorum, vt
ponit Luc. de pen. in d. l. iij. in xx. q. & etiam in xxv.
& etiam per doct. in d. §. fin. Et quatenus ex aduer-
ſo aſſeratur fuiſſe ſemper in quaſi poſſeſsione liber
tatis intrandi cum bardella in ciuitate ipſa abſque
aliqua ſolutione, reſpondetur quòd in his tangen-
tibus impoſitionem collectarũ negatiuè nulla ca-
dit allegatio immunitatis in præterito ad futurum,
dicendo ſe ideo non teneri, quia non fuit ſolitus
13 ſoluere talem collectam in præteritum, * quando
illa impoſita non erat, vt per doct. in l. comperit. C.
de præſcrip. xxx. anno. & per Cano. in c. ad audien-
tiam. & in capit. ſi diligenti. de præſcript. quia alle-
gatio præſcriptionis in gabellis non habet locum,
niſi in præteritis, non autem in futurum imponen-
dis de nouo, vt dicit Luc. in d. l. iij. quæſti. xxv. Et
pro hoc facit glo. in l. qui luminibus. in fi. ff. de ſer.
vrb. prædio. & Cæpola in tractatu de ſeruitu. eod.
titu. de ſolo ſiue area, quòd ſi per mille annos area
mea ſtetiſſet iuxta palatium tuum, & in ea nec per
me, nec prædeceſſores meos fuiſſet vnquam ædifi-
14 catum, * non propterea potero per te modò impe
diri, ex eo quia per mille annos retro aer feneſtra-
rum palatij tui fuit liber, & abſque impedimento,
ex quo facultas ædificandi in area mea ſemper re-
manſit libera in potẽtia, licet non in actu, ſicut etiã
dicitur de vſufr. formali & cauſali, vt per eundem
Cæpo



Cæpo. in titulo de vſufru. Et ſic data facultate ei-
dem vniuerſitati virtute priuilegiorum imponen-
di datia, ſeu gabellas in ſuo territorio variando &
mutando, cum nulla gabella. dici poteſt ſemper
certa, ſed variabilis pro voluntate imponentis: vt
15 per Luc. in dicta l. iij. & in l. j. C. de ſuperind. * Poſt-
quàm ergo eſt impoſita, nemo ſe ab ea exemptum
aſſerere poterit, vt per eundem Luc. in l. j. C. de ſu
perindict. quanto fortius allegare id poterunt ex-
teri venientes cum bardelis pro eorum commo-
do, & lucro in dictam ciuitatem ad contrahen-
dum cum ciuibus ipſius. Et quatenus illi de Poli-
gnano præſumpſerint ab annis tribus retro impo-
nere inſolitum, & iniquum vectigal paſſagij ſu-
per curribus, & animalibus tranſeuntibus per
eorum territorium, moti eà ratione, quia tale
paſſagium ſolet etiam exigi per caſtrum ciuitatis
Bari, & per alia antiqua caſtra prætendentia id ex
ſpeciali priuilegio, tamen ipſi nec priuilegium,
nec caſtellum aliquod habentes, niſi quandã tur-
rim parietum vniuerſitatis ſuper portam id facere
præſumunt, aſſerentes turrim illam gaudere pri-
uilegio caſtelli, violenter propterea exigendo à
Monopolitanis, auferendo porcos, & vaccas,
prout in querelis: vnde abſque dubio licuit eidem
vniuerſitati Monopolis redire ad impoſitionem
gabellæ prædictæ de bardella, cùm omni alia ra-
tione ceſſante hæc ſola ſufficeret, per ea quæ in
ſimili decidit Angelus in conſilio cxxij. quia de-
bitum &c. vbi dixit, quòd licet regulariter repræ-
ſaliæ ſint prohibitæ, & quilibet creditor tenetur
ſequi forum ſui debitoris, & adire ſuum iudicem,
tamen quando vna ciuitas incipit vti repreſaliis
16 contra terras conuicinas, poterunt * & conui-
cinæ ipſæ terræ vti etiam repreſaliis, & impunè
contra eam, & ita conſuluit quòd facere debuiſ-
ſet ciuitas Tuderti contra Fulginenſes, qui ince-
perant vti contra eas repreſaliis, ex quo omnis iu-
ris æquitate dictatur ius iniquum retorquendum
contra illum qui cœpit facere quòd non decebat,
& talis retorquens non dicitur dolo facere, cùm
potius videatur fraudem aduerſarij impingere, vt
dicit textus in l. cùm pater. §. Titio fratri. ff. de le-
gatis ij. nec dicitur delinquere, qui prouocatus fa-
cit. l. j. §. cùm arietes. ff. ſi quadrupes pauperiem fe-
ciſſe dicatur. & dicit gloſſ. in cap. cupientes. in ver.
malignantium. de elect. in ſexto. quòd licitè poteſt
aduerſarius vti cauillatione, & fraude contra frau-
17 des aduerſarij, * quia dolus contra dolum non eſt
dolus, ſed ſolertia. l. j. ff. de dolo. & dicunt docto-
res in cap. cùm omnes. de conſtitutionibus, quòd
illa æquitas reſultãs ex titulo quòd quiſque iur. di-
citur vtilior & neceſſarior, quàm alia quæ ſit in to-
to corpore iuris ad æqualitatem ſeruandã in mun-
do, quia non debet vni licere quod alteri non li-
ceat. l. non debet. ff. de regulis iuris. cum ſimilibus.
vnde ſi ipſis de Polignano viſum eſt eis poſſe lice-
re imponere illam gabellam paſſagij, quæ dicitur
nedum noua, ſed omni iure prohibita, & odioſa
vt in capitulo innouamus. de cẽſibus. & illam exi-
gere à nolentibus contractare cum eis, ſed à tranſ-
euntibus per tranſitum ſtratæ publicæ, & quod de
terius, violenter, & cum armis. Ita in legem Iu-
liam de vi public. incidendo, ſicque iure magis
licito debet poſſe vniuerſitas ipſa Monopolis im-
ponere dictam gabellam de bardella, quæ dicitur
omni iure permiſſa, vnde cùm non habeat hoc
ex priuilegio vniuerſitas Polignáni, illud facere
non poteſt, & dato quòd impetraſſet priuilegium
ſuper hoc, contra impetrationem talis priuilegij
impetrati contra vicinos haberent & ipſi vicini
ius retorquutionis, quia ex eadem æquitate poſ-
ſent & ipſi vti eadem paritate contra eos, per ea
quæ adducit Bartolus in l. fina. C. de fructuum &
litis expenſis, per Innocentium & alios in cap. man
datum. de reſcript. & ponit Abbas in cap. pruden-
tiam. iij. colum. de mutu. pet. doctores l. penulti. §.
quod autem. quòd quiſque iur. Hinc dixit Felynus
in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitutionibus.
colum. lviij. quòd vna ciuitas poteſt facere ſtatu-
tum, quòd ciues alterius ciuitatis conuicinæ de-
beant tractari intra ipſam ciuitatem, prout illi tra-
ctant eos intra eorum ciuitatem, quia nemo de-
bet indignari contra ſe pati quod ipſe in alium di-
xit, vt in dicta l. j. ff. quod quiſque iur. vnde ſi vna
18 ciuitas ſtatueret * quòd homines alterius ciuitatis
fierent ſerui capientium, poſſet ex eadem ratione
& illa hoc ſtatuere contra eos, per text. in l. poſt-
liminij. §. in pace. ff. de cap & poſtli. reuerſis. & pul-
chrè per Gem. in c. ſancta. ij. quæſtione vij. quia vbi
non ſeruatur æqualitas, neceſſariò deuenitur ad
inconueniens. l. ratas. & ibi gloſ. C. de reſcind. ven.
Et ſic ex præmiſsis liquet quòd cùm ipſi de Poli-
gnano per prius offenderint Monopolitanos, au-
diri non debent in eorum querela, cùm paria deli-
cta ſi ita dici poſſunt, mutua compenſatione tol-
lantur. l. ſi ambo. ff. de compenſa. & ibi per Paul. de
19 Caſtr. & alios. glo. in l. ſi duo. ff. de dolo. * quia nil
Iudæus Iudæo, nil Catilina Cetego, vt ibi, & glo.
in l. quoniam. in verb. introducere. C. de hæreti. &
plenè per doctores in l. viro atque vxore. ff. ſoluto
matrimon. & in l. cùm mulier. ff. eod. titu. & plenè
per Abb. in cap. ſignificaſti. de diuor. & in cap. vlt.
& fina. de adult. & ideo pars aduerſa minimè audi-
ri debet, quia per prius prouocauit vicinos ad fa-
ciendum contra eum nouum vectigal iniquum, &
prohibitum, ſed aliud honeſtius & modeſtius li-
cet ſi feciſſent iniquius, iure feciſſent, vt plenè
per Ludo. Rom. in d. l. cùm mulier. col. xxviij. ver-
ſi. & ex his deciditur quæſtio quotidiana. qui dicit,
20 quòd quoties prouocatus infert * æqualem iniu-
riam, vel maiorem, fit compenſatio, & omnino
euitatur pœna, per tex. in l. qui cùm maior. §. liber
tus, verſi. ignoſcẽdum eſt ei qui prouocatus vlciſci
voluit. ff. de bon. lib. & not. gloſſ. in c. cùm inter. de
excep. ponit Angel. in tract. malefi. in ver. verba in-
iurioſa. per Alex. in l. iij. ff. de lib. & poſth. per Ioan.
de Ana. in conſil. xliiij. vbi dicit Specul. ita tenere.
Nec militaret dicere prædicta locum non habere
dum criminaliter agitur, nec quando circa diuer-
ſa, vt ſi ego ſubtraxi furto tibi equũ, & tu ob iram
indignatus ſimiliter furto ſubtraxiſti mulã meam,
21 * quia ambo puniremur, vt per doct. ibi, & clarius
Abb. in c. intelleximus. in gloſſa, in verbo, mutua
compenſatione. de adulte. & Innoc. in cap. ſicut. el
ij. de iureiuran. cum ſimil. Quia ad id reſpondetur
ꝙ licet ambo veniamus puniendi, tamẽ longe ma-
gis punitur qui prius prouocauit, & qui grauius
deliquit

deliquit, vt ibi dicitur. Nec obſtant primo loco
ſuprà adducta de vi publica per l.fi.ff. de vi publi.
quia ad hoc vt diſpoſitio de vi publica locum ha-
beat probari oportet quòd cum telis & armis fue-
rit illud ablatum, per textum ibi & in l.iij. §.j. & in
l. qui dolo. §. fina. ibi, conuocatis hominibus vim
fecerit. & accuſans de vi publica cogitur præcisè
probare qualitatem, ob quam dicitur illud cri-
men incurri, aliàs neceſſariò debet ſuccumbere,
vt concludit Cæpo. in conſilio lxiij. ij. colum. ſed
ante eum Bald. in l. j. iij. col. verſic. do tibi regulam.
22 C. de condit. indeb. * qui dixit, quòd vbi qualitas
expreſſa in libello mutat ſpeciem actionis, & va-
riat naturam condemnationis, tunc niſi per acto-
rē probetur, ſemper reus debet abſolui, vt eſt tex.
nota. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. po-
nit Gand. in tract. malefi. in ſexta rubrica, ergo &c.
Nec obſt. l. j. ad leg. iul. de ambi. quia vt dicit gl. ibi
in illo §. j. lex illa procedit, & locum habet pro ſola
inſtitutione, contra illos qui inſtituūt nouū vecti-
gal, etiam ſi poſtea illud nō fuerit exactū, ſed ſi fue-
rit per vim exactū, ſuccedit pœna d. l. fi. de vi publ.
verū quando ſine vi, ſuccedet pœna dictæ l. fi. no-
23 ua vectigalia. * & vna pœna tollitur per aliā, vt ibi
per Salycetum & ſcriben. & hoc ex quo nouum ve
ctigal imponere eſt meri imperij, quòd ſolus prin-
ceps imponere poteſt, vt dicit ibi Salycetus: & in
l. fin. & in l. non ſolent. C. no. vectigal. & ibi cæteri
24 ſcribentes, * & ſic quando ciuitas vel priuatus ten-
tat imponere nouum vectigal, non obtenta licen-
tia Principis, videtur velle ſibi aſſumere quod eſt
principis: vt dicit And. in d. titu. quæ ſint regal. in
25 verſi. plauſtrorum. * & ideò nimirum ſi capitaliter
punitur tanquam vſurpator iuriſdictionis regiæ,
& eorum quæ ad principem ſpectant, vt in con-
ſtitutione regni, cum ſatis. in tit. qua pœna vniuer-
ſitates teneantur: & in cap. regni, contra effrena-
tam. cum ſimilibus. verùm vbi præmiſſa fierent ex
conceſsione priuilegij principis, tūc apparet quòd
Rex ipſe facit, per not. in c. ſuper quibuſdā. §. præ-
terea. de verb. ſignifi. & pulchrè Bald. in l. ſi plures.
pen. colum. C. de condi. inſer. Specul. in tit. de cauſ.
poſ. & proprie. §. j. verſ. quid de colligētibus. quia
omnia noſtra facimus, quibus auctoritatē noſtram
impartimur: vt in c. ſi apoſtolicæ: de præbend. in vj.
& in l. §. omnia. C. de vete. iure enucle. & regalia
quædam concedi poſſunt ex priuilegio, licet non
omnia: vt plenè ſcrib. in cap. licet. de voto. & per
26 Luc. de pen. in l. ij. C. de iure reipub. lib. x. * Et idē
eſſet, ſi appareret in loco ex antiqua conſuetudine
vniuerſitatem, ſeu priuatum conſuetas imponere
collectas, ſeu nouas gabellas, & ipſas exegiſſe: &
ſic fuiſſe in quaſi poſſeſsione: vt bene per Bart. in
repetitione l. vectigalia. & in l. ſi publicanus. §. in
omnibus. ff. de public. per d. §. præterea. ſuprà alle.
& per prædictum c. innouamus. de cenſi. & poteſt
huiuſmodi conſuetudo induci ex præſumptione,
abſque aliqua licentia principis, vt ibi per omnes:
& per Bart. in d. §. in omnibus. cum ſimil. hinc con-
ſuluit Petrus de Anch. in ſuo conſilio cclxiiij. præ-
27 mittendum eſt &c. * quòd quælibet ciuitas ſiue ca
ſtrum poteſt imponere gabellam equis delatis cau
ſa commercij, per tex. in dicta l. ſi publicanus. §. j. &
in l. fin. §. quoties. ff. de publica. & in c. quamquam.
de cenſ. in vj. & vltra eum per ea quæ not. glo. Bar-
tolus & doctores in l. cùm in plures. §. vehiculum.
ff. loca. & per Socin. in conſilio ccxlvij. circa prin-
cipium. ij. col. verſic. & pro declaratione. Ad idem
bene facit quod conſuluit Abb. in conſil. lxxxiij.
diſponente ſtatuto. ij. volum. vbi dixit, quòd quæ-
28 libet ciuitas, ſeu caſtrum poteſt imponere * gabel
lam animalibus trāſeuntibus per eius territorium.
Nec poſſet per illos de Polignano allegari præſcri-
ptio aduerſus dictam gabellam nō impoſitam per
plures annos: cùm ſtante priuilegio poteſt quan-
29 docunque imponi ad * arbitriū priuilegiati: cùm
ſit in eius mera facultate: & ſic non cadit præſcri-
ptio. glo. eſt in c. vt priuilegia. de priuileg. quam ſa-
tis commendat ibi Anto. de but. Ioan. Andr. Io. de
lign. & Modern. in cap. finali. de conſuet. & conſu-
luit Cald. in c. j. de præſcrip. & in conſil. xix. de præ-
ben. & plenè Fely. in cap. cùm acceſsiſſent. xij. col.
verſic. limita ſecundò. de conſtit. ex quibus omni-
bus, & eorum ſingulis concludo vniuerſitatē Mo-
nopolis, & particulares abſoluēdos à querelis præ-
miſsis: & Polinanenſes condemnandos in expen.
tanquam temerè querelantes: & ita de iuris cenſu-
ra iudicandum arbitror per magnam Curiam Vi-
cariæ. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Notario actorum, ſeu actuario eſt credendum de actis coram ipſo geſtis.*
2 *Obligationis ſcriptæ tenor ſi negaretur pro vna parte, & non adeſſent teſtes, credendum eſt ſoli notario magis quàm teſti aliter aſſerenti, & ſibi fides daretur quoſque de cōtrario nō appareret.*
3 *Copia inſtrumenti ſeu obligationis exemplata ab eo qui originale confecit, probat. & nu. 3. & 4.*
*Et hoc quando auctoritate iudicis exemplata fuiſſet. nume. 5.*
*Et maximè vbi conſtaret notarium ipſum eſſe bonæ famæ ibidem. nu. 6.*
6 *Scriptura notarij præſumitur vera, & emanare à protocollo licet protocollum non appareat quia illa ſcriptura poteſt eſſe protocollum.*

CONSILIVM LXX.

IN Chriſti nomine, amen. Super the-
mate propoſito per veſtram magnifi-
centiam Magnifice ac clariſsime Doct.
reſpondeo ſtandum eſſe ſcripturæ do-
nec de contrario probatū non fuerit, per not. per
ſcribētes. in l. ſi quis decurio. C. ad leg. corn. de fal.
1 & in c. albericus. de teſti. * cùm credendū ſit nota-
rio de actis corā eo geſtis etiā abſq; aliis teſtibus:
vt dicunt plenè doct. in c. ad audientiā. de præſcri.
& in l. in donationibus. C. de don. Imò etiā ſi non-
dum ſit redacta in actis, ei ſoli credendum eſt: ita
Spe. in tit. de ſent. §. viij. verſ. ſed pone, &c. Lanfrā.
2 de oria. in ſua repe. c. quoniā contra. de prob. * Imò
ſi negaretur tenor obligatiouis ex vna parte & nō
adeſſent teſtes, ſoli notario crederetur magis quàm
teſti aliter aſſerenti, & ſibi fides daretur quouſq; de
contrario nō appareret, vt not. Innoc. in c. audien-
tiam. de præſcri. Cy. in d. l. ſi quis decurio. de falſ. Et
ſic ex ſola ſcriptura illa producta cum fide notarij
apparet fundata ipſius actoris intētio. Et ſic reſpō-
detur, quòd dicta ſcriptura eſt copia: & ideo non
probat, per authen. ſi quis in aliquo documēto. C.
de eden. Reſpondetur, * quòd dicta copia fuit exē-
3 plata ab eo qui originale confecit: & ideo optimè
probat: prout ſingulariter limitat Alex. in d. authē.
ſi quis in aliquo. in iij. fallen. quem omnes ſequun-
tur: ex quo quando facta eſt copia ab eodem nota-
rio, qui originalem ſcripturā ipſam confecit, * illa
4 poteſt dici copia, & etiā poteſt dici originale: quia
pertinet ad eius officium, cùm ipſe fuerit origina-
liter rogatus, vt dicit Barto. in l. vnum. ff. de leg. j. &
in l. Sempronius proculo. de leg. ij. ſequitur Spe. in
5 titu. de inſtru. editio. §. iiij. in princip. * Et licet re-
curri debeat ad originale per capit. fina. de probat.
hoc habet locum vltra prædicta, quādo copia non
eſſet exēplata iudicis authoritate: vel eſſet ſcripta
manu alterius, qui originalem ſcripturam geſsit: vt
dicit Specu. in titu. de inſtru. editio. verſi. iiij. colū.
ij. ſed hic fuit iudicis mandato. vt iudex ipſe depo-
6 nit. * Et ſi conſtat notariū eſſe bonæ famæ: & quòd
ſcriptura fuerit ſua manu ſcripta, valet, & eſt legi-
tima, & ſolennis: licet protocollū non inueniatur:
quia in dubio præſumitur vera, & emanare à pro-
tocollo: licet protocollum non appareat, quia illa
ſcriptura poteſt eſſe protocollum, vt cōſuluit Bal.
in conſi. cxxx. incip. dubitatur an dicta ſcriptura.
& idem Bal. in rubr. de fide inſtru. verſicu. iiij. quæ-
ro. Fely. in c. cùm p. tabellio. j. colum. verſic. ij. quæ-
ritur. extra eodem. Pau. de Caſt. in conſi ccxxx. du-
bitatur &c. in j. volu. penult. colum. verſi. nonò du-
bitatur. allegans Bald. & Nico. de mata. in rubric.
prædicta. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Fraus inter coniunctos facillimè præſumitur.*
2 *Pater ſi quid promiſerit, etiam videtur promiſiſſe pro filio ſuo hærede, & ſic factum filij hæredis promiſiſſe, etiam ſi fuiſſet appoſita dictio tantùm.*
3 *Promittens factum ſuum, tenetur etiam de facto ſucceſſoris.*
4 *Filius non poteſt contrauenire contra factum patris, ſi in conuentione ipſa pater incideret in periurium.*
5 *Loqui nemo præſumitur ad impugnandum ſua iudicia ad incommodum proprium.*
6 *Teſtis dicens credo, quia vidi, mutat naturam ſuam illud credo, & ponitur affirmatiuè & non dubitatiuè.*
7 *Verbum vnum non poteſt mutare veritatem eius quod geritur.*
*In collegij rebus in his quæ fiunt ex mera voluntate, & non ex neceſſitate, vnus ſolus poteſt omnibus reſiſtere.*
8 *Contradictio vnius deſtruit actum, quando ad plures ſpectat negocium, vt ad ſingulos, non vt ad vniuerſos, quia tunc omnium eſt requirendus conſenſus.*
9 *Vniuerſitatis maior pars non poteſt ſtatuendo tollere ius ſemel vniuerſitati quæſitum, nec aliquod inferre præiudicium.*
10 *Vniuerſitatis maior pars non poteſt ſtatuere contra id quod prius concorditer ordinatum fuit ab omnibus.*
11 *Vniuerſitas tota non poteſt procedere ad derogationem illius ordinationis quæ fuit facta in honorem, & vtilitatem eccleſiæ ſiue vniuerſitatis.*
12 *Decretum ſeu actus ſine rationabili cauſa non tenet.*
*Decreta decurionum vniuerſitatum per quæ donatur, non tenent, & ſunt ambitioſa ibid*
13 *Exceptio competens vniuerſitati prodeſt, & competit ipſis conciuibus.*
14 *Exceptio competens pluribus, & ex perſona vnius tantum poteſt opponi.*
15 *Prælatus poteſt venire contra factum ſuum proprium ex parte eccleſiæ ſuæ.*
16 *Vniuerſitas non obſtante iuramento ſui ciuis, poteſt inuito ipſo iurante eundem defendere, vt non fiat præiudicium vniuerſitati.*
17 *Error toleratur etiam in facto proprio, dum reus certat de damno vitando, & eius aduerſarius de lucro captando.*
18 *Quod vna via prohibetur, non debet alia via concedi.*
19 *Ignorantia toleratur in facto proprio, vbi tractatur de damno vitando, & non cum alterius iactura.*
20 *Filius non poteſt venire contra factum patris iuratum, & ideò detegendo turpitudinem patris non eſt aliter audiendus.*
21 *Inſtrumentum quod apparet dicitur euidens & notorium.*
22 *Inſtrumentum continens errorem non tenet.*

CONSILIVM LXXI.

REdemptoris gentium præſidio itera-
to, amen. In cauſa vniuerſitatis & ho-
minum terræ Caſarani cum magni-
fico Gurello eorū vtili domino: nec-
non & cum eius filio, primogenito,
quē Gurellus ipſe promiſit, quòd cùm peruenerit
ad perfectam ætatē faciet, & curabit cum vero ef-
fectu, vt ſtatim & in continenti ratificabit, & acce-
ptabit tranſactionem initā inter ipſum & vniuer-
ſitatem prædictā in omnibus, & per omnia, in tan-
tùm quòd non poteſt excuſari, allegando ſuū poſſe
feciſſe quòd promiſit & iurauit in forma ſub hy-
potheca, & obligatione omnium ſuorū bonorum,
etiam cum interuentu regij aſſenſus: peruento in
præſentiarum eius primogenito prædicto ad æta-
tem perfectam, & adimpleta tranſactione inita ex
parte vniuerſitatis prædictæ per ſolutionem xxv.
vnc. de præſenti differt ſub variis coloribus ratifi-
cationem prædictam adimplere, prætextu quòd fi-
lius recuſet id facere, qui cùm nūquam negauerit,
nedum præceptis patris prædicti, imò nec & ipſius
1 nutui obtemperare: & non niſi manifeſta fraude in
præſentiarum deneget, quæ inter cōiunctos facil-
limè præſumenda eſt. l. poſt contractuum. & ibi per
ſcrib. ff. de donat. cum vul. & cùm pater ipſe pro-
2 miſerit, ex * iuris diſpoſitione videtur etiā factum
filij hæredis promiſiſſe, etiam ſi fuiſſet appoſita di-
ctio tātùm. Bal. in l. fi. ver. ſed pone. C. de act. emp.
& no. in l. ſtipulatio iſta. in prin. in verſi. ſed ſe obli-
gat. ff. de verb. obli. & ibi plenè per Alex. firmātem,
3 * quòd promittens factum ſuum tenetur etiam de

facto ſucceſſoris: & tamen in caſu de quo agitur
Gurellus ipſe promiſit ſe curaturũ eius primogeni
tum prædictum ratũ habiturum, & quòd excuſari
non poteſt, vt ſuprà: vnde omnino præcisè adim-
plere tenetur cõcurrente maximè iuramẽto, vt per
Alex. & doct. in d. l. ſtipulatio iſta. imò dum quis ſe
obligat eo modo, tenetur de facto omniũ quos co-
gere poteſt, vel prohibere. l. fluminũ. §. quamquã.
ff. de dam. infe. l. ſi fundus. ff. loc. doct. in d. l. ſtipula
tio iſta. & in l. inter ſtipulantem. eo. tit. imò qui po-
teſt prohibere, & nõ prohibet, conſentire videtur.
xxiij. q. iij. cap. vlti. docto. in l. j. C. vnde vi. & in l. vt
vim. ff. de iuſti. & iur. not. in c. dilecto. extrà de ſen.
excom. in vj. vnde in hoc caſu pater incidit in per-
iuriũ, & pœnas inſtrumẽti permittendo etiã filiũ
agere, & cõtrauenire promiſsis per ipſum patrem,
& tamen filius ipſe contrauenire non poteſt cõtra
factũ patris: maximè ſi ex ipſa contrauentione pa-
ter incideret in periurium: argu. l. cum oportet. C.
de bon. quæ lib. & in l. diui fratres. ff. de iure patro.
vbi eſt gl. quòd ſi eſt tale ius quod patri acquiritur,
eo viuente filius repellitur: & fructus, obuẽtiones,
& actiones ſpectãt ad patrẽ: imò nec ipſe filius pro
4 ipſis * maximè poteſt eſſe in iudicio abſque aſſenſu
patris in rebus ad patrẽ ſpectantibus. l. cum opor-
tet. §. neceſsitatẽ. C. de bon. quæ lib. Nec obſtaret
dicere quòd promittẽs non exigere ſub pœna, nõ
incidit in pœnã, ſi recipit à ſpõte ſoluente: nã hoc
nihil facit ad caſum, ex quo eſt factũ vniuerſitatis:
& cauſa, & per inſtrumentũ quod nouiſsime factũ
prætenditur de donatione, & mandato vniuerſita-
tis aliquibus ſub hac forma, videlicet, ad intereſ-
ſendũ nomine ipſorum cõſtituentium tam cũ præ-
dicto domino Scipione filio, quàm domino Gu-
rello eius patre ac cum eis paciſcendũ, & concor-
dandũ ſuper aſſenſu, & ratificatione facienda per
prædictũ dominum Scipionẽ filiũ primogenitum,
& ipſis donandũ, & promittendum ducatos trecen
tum &c. nã per hæc verba non poterũt pretẽſi pro-
curatores ſimpliciter donare nullo facto per eos
tractatu, & parlamento cõcordiæ cũ cauſæ diſcuſ-
ſione cum vtroque, propter illa verba, ad paciſcẽ-
dum, & concordandũ. Conſtat autẽ quòd illa ver-
ba, ad donandũ, & promittendũ, nõ importãt ſim-
plicem donationẽ: ſed ſi cauſa ſubſit tractanda per
pactum, & concordiã, cùm non ſit præſumendum
quòd ipſi mandãtes voluerint ad illorũ, & vniuer-
ſitatis incommodũ, & damnum, caſſum, & irritum
5 primum contractum tranſactionis: ex * quo nemo
præſumitur loqui ad impugnandum ſua iudicia ad
incommodũ proprium, per tex. in l. iij. ff. de mili. te
ſta. & tenet And. de Iſer. in cõſti. regni, ſi quis in po
ſterum. col. iij. de defen. in poſi. Item verbum enim
adiunctum verbo mutat naturã ſuam: Bal. in l. qui
6 quinque. ff. de lega. j. & * ibi dicit, quòd ſi teſtis di-
cat credo, quia vidi: illud verbũ credo: mutat natu
ram ſuã, & ponitur affirmatiuè, & nõ dubitatiuè:
dixit Andr. de Iſer. in c. j. §. donare. in titu. qualiter
olim feud. alie. pote. allegat l. ſed ſi adiiciatur. ff. pro
ſoc. arg. ff. de au. & arg. leg. l. qui lancẽ. & idẽ in c. j.
de vaſſa. decre. æta. & Bald. in l. imperator. ff. de ſta.
7 ho. dicit, quòd * vnũ verbũ nõ poteſt mutare ve-
ritatẽ eius quod geritur. Cõſtat enim ex inſpectio-
ne duorũ inſtrumentorũ primæ tranſactionis, per
quam tenetur pater ratificare facere filiũ ob pecu-
niam receptam pactis & iuramẽto, vt ſuprà, inter-
uenientibus: & alterius mãdati facti ab aliquibus
vniuerſitatis prætenſæ. quòd tractari debet cauſa
ipſius vniuerſitatis de qua in dicto primo inſtru-
mento primæ tranſactionis, videlicet, vt ratificet
filius primogenitus, ſi illi mandatarij fines mãdati
exceſſerunt, ſimpliciter donando, non recognito
primo inſtrumento trãſactionis, per quod teneba
tur ipſe pater ex cauſa receptæ pecuniæ, & bonorũ,
virtute tranſactionis: nã obligauerunt mandantes
vulgariter, quia exceſſerunt fines mandati, cauſam
autem propriam non erant acturi, & ideo ſuccedit
iuris diſpoſitio, quod in rebus collegij, in his quæ
fiunt ex mera volũtate, & non ex neceſsitate, vnus
ſolus poteſt omnibus reſiſtere, ſecundum Abb. in
c. cùm omnes. de conſti. col. iiij. Ant. de But. in c. ſi.
extrà de maio. & obed. ſubdit, quòd ſi vnus contra
dicit, deſtruit actũ quando ad plures ſpectat nego-
8 cium vt ad ſingulos, non vt ad vniuerſos, * quia tũc
omnium eſt requirendus conſenſus: ita etiã in ſpe-
cie decidit Roma. in ſuo cõſi. cclij. Spiritus Sancti
gratia &c quæritur primò. & ibi dicit, * quòd ma-
ior pars vniuerſitatis non poteſt ſtatuendo tollere
ius ſemel vniuerſitati quæſitum: nec aliquod infer-
re præiudicium, & ibi multa allegat, & inter cæte-
ra Bald. in l. veterẽ. C. de auth. præſtan. notantem,
quòd maior pars vniuerſitatis non poteſt ſtatuere
10 contra * id quod prius concorditer ordinatũ fuit
ab omnibus, adducit & aliud quod nedum maior
11 pars vniuerſitatis, * ſed etiam vniuerſitas tota nõ
poteſt procedere ad derogationem illius ordina-
tionis, quæ facta eſt in honorem, & vtilitatem ec-
cleſiæ, ſiue vniuerſitatis. alleg. Inno. in c. accedenti-
bus. extrà de priuileg. argu. c. j. extrà de his quę fiu.
à maio. par. cap. vbi dicit eſſe expreſſum, maiorem
partem vniuerſitatis minori parte contradicente
nihil ordinare poſſe, quod tẽdat contra vtilitatem
vniuerſitatis, ſeu eccleſiæ. & ſic firmat concluſionẽ
hanc, quòd maior pars vniuerſitatis nõ poteſt tol-
lere ius quæſitum minori parti, comprobat per id
quod dicitur, quòd etiam nec princeps poteſt tol-
lere ius alterius ſine cauſa, & concludit quòd id
quod ſemel ordo decreuit, reſcindi non poteſt niſi
ex cauſa, ideſt, ſi ad publicam vtilitatem fiat reſciſ-
ſio prioris decreti, & dicit de hoc eſſe caſum rotũ-
dum. ff. de decre. ab ordi. fac. in l. quod ſemel ordo.
& dicit l. illam eſſe canonizatam. xxv. q. ij. inſtitu-
tionis. & in c. cùm piæ. in quo ſunt pulchra verba.
Et ſic in hoc caſu quæſito ſemel iure vniuerſitati
per trãſactionem iamdiu factam, & ſolutionẽ vnc.
xxv. inde ſequutam cum prædiis, non erat vlterius
ad iteratam ſolutionem moleſtanda. Et ideo nedũ
multi, ſed fere omnes contradicũt ne bis ſoluatur
propter idem eiſdem patri & filio, & vltra cõtradi-
centes ſunt multi, & quamplures qui nunquam in-
teruenerunt in mandato prædicto, & maximè cen-
ſendum eſt actus ſiue decretũ tale nullus, vel nul-
lum, tanquam ſine rationabili cauſa, vt dicit Rom.
in prædicto ſuo conſi. quatenus prætenditur nu-
per donationem factam contra ius ſemel vniuerſi-
12 tati quæſitum ex prima tranſactione. * Quia decre-
ta decurionum vniuerſitatum per quæ donatur,
ſunt ambitioſa, & ideo nulla. l. ambitioſa. & ibi Bar.
& doct.



& doct. ff. de decret. ab ordin. fa. Accedit inſuper,
quia nulla fuit facta nouatio primi inſtrumenti
tranſactionis præcedentis: & niſi nouatio fiat ex-
preſsè, non intelligitur facta nouatio. l. finali. C. de
nouat. Et ſi non inficiatur primum inſtrumentum,
per quod apparet ipſum magnificum Gurellũ ob-
ligatum in tranſactione prædicta in eo contenta: &
quòd tenetur ratificari facere ſuum primogeni-
tum, ergo ad quid, ſeu ex quo capite excuſari po-
terit, ne ad id compelli poſsit: & ſi diceretur, in
præſentiarum non agitur per ipſum contra vniuer
ſitatem, ſed contra illos nouem, qui ſe modo obli-
gauerunt in promittendo & donando: qui ideo ipſi
cogendi ſunt, & arctandi ex eorum promiſsione:
ſed hoc dictum nõ ſapit iuris rationem, ex quo iſti
nõ eorum proprio nomine, nec ex facto ipſorum,
ſed vniuerſitatis promiſerunt, & ad mandatum
vniuerſitatis vt ratificetur tranſactio præcedens
per ipſum filium facta per patrem, licet ipſi man-
datarij fines mandati non cuſtodierint, non tra-
ctando, non paciſcendo, & non recognoſcentes
ſcripturas præcedentis tranſactionis, vt ſuprà, &
cùm ita geſſerint ipſi, etiam actus per illos geſtus
eſt nullus ex præmiſsis: & ſic exceptio competens
vniuerſitati, competit * & prodeſt ipſis conciui-
13 bus pro eadem, & in eadem cauſa vniuerſitatis ad
quam egerunt, dixit Pau. de Caſt. in l. & poſt rem. ff.
de tranſact. quòd exceptio competens vni ex cor-
reis debendi prodeſt alteri, & Bald. in l. ſi cui. C. de
non numer. pecu. * quòd exceptio competens plu-
14 ribus etiam ex perſona vnius tantùm poteſt oppo
ni. & Barto. in l. ex duobus. in fin. ff. de duo. reis. di-
cit, quòd exceptiones vni correorum competen
tes, proſunt cæteris, & maximè apparent vt fideiuſ
ſores, & in hoc caſu quo ipſi intendebant ad alio-
rum mandatum, & cauſam vniuerſitatis non pro-
priam, niſi tanquam conciues tractare, imò & aliud
prodeſt ipſis mandatariis ex eorũ propriis perſo-
nis contra prædictum Baronem & illius filiũ, quia
contrauenire poſſunt nũc ex perſona, & parte vni-
15 uerſitatis: * prout & prælatus facit veniendo con-
tra factum ſuum proprium ex parte eccleſiæ ſuæ. c.
noſti. extrà de elect. c. cum ſuper. extrà de conceſſ.
præb. c. ſi quis presbyterorum. extrà de reb. eccle.
non ali. &c. & vniuerſitas & eccleſia æquiparantur
ad iſta, ſecundum Roman. in d. ſuo conſil. licet & in
multis aliis æquiparentur, & maximè quando fa-
ctum epiſcopi ſeu decurionum & officialium eſt ip
ſo iure nullum, vt per iura ſuperius allegata, & alia
in prædi. conſi. Ludo. Et facit ad prædicta text. in l.
ſi tibi liberam. C. de euict. xxxv. q. ca. quòd quis. &
tex. cõiuncta gl. in c. cùm dilecti. extrà de maio. &
16 obe. * vbi non obſtante iuramento vniuerſitas in-
uito iurante defendet, vt non fiat præiudicium vni-
uerſitati, vnde in caſu de quo quæritur, decreta de-
curionum per quæ donatur non ſubſiſtẽte cauſa do
nandi, vt in præſenti caſu, ſunt ambitioſa, & per
conſequens ipſo iure nulla, vt per Barto. in dicta l.
ambicioſa. Et ſic non debet pati Baro ipſe, vt filius
iterum de nouo agat contra tenorem tranſactio-
nis iuratæ, & regij aſſenſus ſuffultæ, detegendo
turpitudinem ſuam, & ſic ei obſtabit exceptio do-
li. l. ſecunda. §. & generaliter. de doli except. inde
ſumpta eſt regula, quòd vbi petitur aliquid quod
exceptione doli elidi poteſt, obſtat exceptio doli.
l. ſed ſi me putem. ff. de condictione indeb. vbi Bar.
& doct. dicunt, quòd toleratur error etiam in fa-
17 cto proprio, ſi reus certat de damno vitando, * ad-
uerſarius autem de lucro captando, vt in hoc caſu,
quo ſuppoſita perſona filij vult ipſe Baro bis ex ea
18 dem cauſa lucrari, & ideo * quod vna via prohibe-
tur, non debet alia via concedi, vt in regula iuris:
& do. Abb. in c. ad hæc. poſt glo. ibi, extrà de teſta.
& ignorãtia ſemper præſumitur, niſi probetur ſciẽ
tia. l. verius. ff. de proba. & in regula, ignorantia. de
regu. iur. in vj. ex qua regula præſumitur. eo. titu. &
d. regu. ignorantia. Dyn. & Ioan. Andr. ibi in mer-
19 cur. concludunt, * quòd toleratur ignorantia in
facto proprio, ſi agitur de damno vitando, & non
cum alterius iniuria. & in hoc caſu cùm non ſit ad-
huc bis ſolutum parti, vt ſatagit, poteſt ab ea con-
dici promiſsio ſecundò facta. l. j. §. qui autem. ff. de
condi. ſine cauſa. Suffragatur prædictis, quia ſi peti-
tur ab ipſis particularibus prætenſis procuratori-
bus iuramenta præſtita per ipſos ſeruari, poſſunt
iidem reflectere, quod & ipſe Gurellus Baro quo-
que iuramentum obſeruet, ne ſit periurus cum tur
pitudine ſua, ſupponendo perſonam filij, & non ra-
tificari faciendo licet acceperit & pecuniam, & bo
na, vt in primo inſtrumento tranſactionis. Et ideò
in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſ-
ſidentis: licet ipſe poſsit de iure defendere, quòd
cauſa eſt vniuerſitatis, & ſemel vniuerſitati ius quæ-
ſitum ex prima trãſactione, per quam apparet non
debere plus ſolui, quàm ſemel quòd ſolutum fuit
cum promiſsione & obligatione iurata de ratifica-
20 ri faciendo filium ipſum, * qui non poterit venire
contra factum patris iuratum: & ideo detegendo
turpitudinem patris nec filius eſt aliter audiendus.
l. filios. & ibi Bartol. C. de reuoc. his quæ in fraud.
cred. l. venditrici. C. de reb. alie. non alienan: cum
concor. Et filius vna perſona eſt cum patre ſuo, vt
de pœni. diſtin. iij. & l. fin. C. de impub. & aliis ſub-
ſtitut. vnde dedecus eſt patri ſi filius ducat igno-
minioſam vxorem, vt ff. de contratab. l. iij. §. ſed ſi
emancipatus facit de mune. non continuan. l. j. C.
item filius eſt pars patris. philo. j. eth. Sanguis enim
eius eſt. l. non enim. ff. de inofficio. teſtamen. Et vox
patris eſt tanquam vox filij, & econtra. de inuti. ſti-
pul. §. ei qui. & in hoc caſu quæretur ex re patris, &
viuo ipſo intenditur quæri & bis ex eadem cauſa,
vt ſuprà in hoc maximè caſu viuente patre: & non-
dum facto caſu ſucceſsionis paternæ, imò ipſo pa-
tre ſuperexiſtẽte, & obligato, vt ſuprà: concludi-
tur ergo ex præmiſsis, ꝙ nec iuris ratio, nec æqui-
tas patitur, vt per colluſionem ipſam inter patrẽ &
filium ipſi locupletentur cum iactura ipſius vniuer
ſitatis, volendo ex eadem cauſa bis exigere, contra
dictum Spec. in tit. de inſtru. edit. §. xiiij. verſicu. de
nouo. dum dicit, quòd exactiones bis fieri non pa-
titur bona fides. imò ſuccedit condemnatio pœnæ
& expenſarum ac intereſſe, iuxta ſtipulationem in
inſtrumẽto prædictæ tranſactionis, & etiam expen
ſarum litis, iuxta plenè tradita per doct. in l. propẽ
randũ. §. ſin autem. C. de indi. & eſt regula, bona fi-
des. ff. de regu. iur. iuncta gl. ibi. allegat concord. &
extendit quòd etiam à diuerſis nõ conſequitur niſi
idem ſemel. allegat inſti. de legat. §. ſi res aliena. vbi

duæ lucratiuæ cauſæ in eundem hominẽ, & in ean-
dem rem concurrere non poſſunt, & extendit, nec
ab alio qui habet cauſam ab eo idẽ bis exigi poſſe:
q adaptatur quò ad perſonã filij & perſonã patris.
item de perſona vniuerſitatis ad ciuem ſuum, cùm
cõtingit maximè cauſam vniuerſitatis, per iura alle
gata per Old. in cõſi. ſuo. lxvj. an ex delicto admini
ſtratorũ. ver. an pro iniuria facta, & quòd perſona
patris & filij ſunt vt ſuprà, & Bart. in trac. repreſal.
in ij. parte prin. verſi. ad ſecũdum. dicit, quòd vni-
uerſitas agit pro ciue ſuo. Accedit inſuper quòd li-
cet ſit inſtrumentum publicum, per quod prædi-
ctus filius Baronis Gurelli de conſenſu eiuſdem
Gurelli cum aliàs nec in iudicio eſſe poſſet de re
patris, & patre viuẽte, & ideo cõſideraretur quòd
contra publicum inſtrumentum nulla exceptio
opponi poteſt, per ritũ magnæ Curię, tamen multa
ſunt quæ adaptari poſſunt ad pręſentem caſum, po
ſita per Barto. in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam.
& in concord. per Alex ibi, & Bal. in l. generaliter.
C. non num. pec. Imo. in c. cùm contingat. extrà de
iureiur. fol. xxiij. maximè quia Bar. in d. § & parui.
dicit, quòd nũquam videtur reiecta exceptio quæ
euidenter apparet, vt in hoc caſu, quo per inſtru-
mentum primæ tranſactionis collatũ ad ſecundum
inſtrumentum, apparet non deberi aliud ſolui plus
ex cauſa ratificationis faciẽdæ quàm fuit ſolutum
tempore tranſactionis, & ſic id quod apparet per
inſtrumentum non ſolùm eſt euidens, vt dicit Bar.
21 in d. §. & parui. ſed etiam notorium. * Quia inſtru-
menta faciunt notorium, ſecundum Anto. de But.
in c. veſtra. de cohabit. cle. & mulie. per c. cùm con
tingat. extrà de reſcri. & in c. iij. loco. extrà de pro-
bat. & in c. j. de lit. cõteſt. Et corroboratur ex alio,
quod ponit Barto. in d. §. & parui. Quòd exceptio
contra perſonam, & exemplificat, quia eſt minor,
& non poteſt eſſe in iudicio, poteſt opponi contra
inſtrumentum, in hoc poteſt opponi prout oppo-
ſitum eſt, quòd filius non poteſt eſſe in iudicio ſine
aſſenſu patris, item non poteſt contra factũ patris
periuriũ patris detegẽdo venire, item nec de re ad
patrẽ ſpectantẽ patre viuẽte agere. Corroboratur
ex eo quod ſuprà dictũ eſt, quia præſumitur igno-
rantia per iuris regulã, iuris ignorantia. in vj. & ibi
Dy. & Io. And. maximè in hoc caſu, quo fuerũt aliæ
perſonæ in ſecundo inſtrumento quàm fuerint in
primo, & perſonę idiotę, & poſt longum temporis
interuallum annorum: vnde bene adduci poteſt
21 quòd * inſtrumentum continens errorem non te-
net. Bal. in l. j. C. plus vale. quod agit. facit l. ij. §. cir
ca. ff. de dol. excep. vbi eſt gl. quòd ſi non ineſt cau-
ſa ſoluendi, obſtat exceptio doli etiã in pari cauſa,
& maximè vt euitetur damnũ cum iactura aliena
alterius partis locupletatio: vt in hoc caſu, vt in
tex. in l. ſi ſeruum. §. ſeq. ff. de verb. obligat.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium obtentum lite pendente, nil ſuffragatur impetranti.*

2 *Lite pendente impetrans dicitur innouare.*

3 *Priuilegium tacens proceſſum fabricatum in cauſa ſuper qua eſt obtentum, nil iuuat impetrantem.*

4 *Teſtis corruptus probat contra corrumpentem, pariter & fortius notarius, & teſtis.*

5 *Notario aſſerenti feciſſe falſum inſtrumentum, ſeu teſti aſſerenti protuliſſe falſum teſtimonium, non creditur, etiam ſi eſſet in mortis articulo maximè quando eſſet quæſitum ius parti per ſententiam. ibid num. 4. 5.*

## CONSILIVM LXXII.

REquiſitus ab excellente domino Lu-
douico Montalto Regente regiam can
cella. vt raptim inſcriberem quid ſu-
per iuſtificatione nuper factæ ad in-
ſtantiam Excellentis Comitis Mare-
rij aduerſus magnificam Lauram cantelmam mihi
occurrere ſuper impetratione aſſenſus quam iure
prætendit ſuper feudalibus ipſius Comitis. Sunt
Excellen. domine quamplures anni decurſi quibus
ipſa magnifica Laura conueniri fecit in S. regio
Conſilio eũdem Comitem, ſuper reſtitutione ſua-
rum dotium virtute aſſerti inſtrumenti dotalis: &
fabricato proceſſu vſque ad obligationem inclu-
ſiuè liquidò apparet de notoria falſitate eiuſdẽ in-
ſtrumenti per confeſsionem eiuſdem notarij, qui
ipſum cõfecit, necnon & per teſtium qui interfue-
runt depoſitiones: ob quod magnifica Laura ipſa
ex tunc aliter deſtitit, in præſentiarum conuolauit
ad impetrationem priuilegij aſſenſus lite pendẽte,
quod etiam ſi aſſenſum ipſum aſſequuta fuiſſet, nil
1 ſibi opitularetur, * cùm priuilegium obtentum li-
te pendẽte nihil ſuffragetur impetranti. text eſt in
c. cauſamque. lo ij. extrà de teſti & ibi docto. com-
muniter poſt gl. ibi, & tex. in c. vlti. vt li. pend. & in
2 c. dudum. extra de priuileg. * Et alibi lite pendẽte
impetrare dicitur innouare, vt dicit glo. optima in
clem. ij. vt lit. penden. & ſic ſi ex eo ſe tueri nõ poſ-
ſet, quãdo impetraſſet, multo fortius in præſentia-
rum ſibi concedendum non eſt. & maximè tacito
de proceſſu fabricato in cauſa ipſa, per tex. in cap.
inter monaſterium. de re iudic. gloſ. in c. ſuper lite-
ris. de reſcript. cum vulg. tacita etiam dicta falſita-
te, de qua in proceſſu clariſsimè conſtat per eoſdẽ
teſtes, & notariũ, quibus ex iuris diſpoſitione ſtan
dum eſt, nam ſi ſtatur depoſitioni teſtis corrupti
contra corrumpentem, vt dicit Bald. in c. fin. extrà
de teſti. cog. & in c. j. ſi de inueſti. lis oria. inter do-
mi. & vaſſal. vbi reputat mirabile. & ſequitur Iaſo.
in l. j. ff. de condi. ob tur. cau. & Fely in c. licet cau-
3 ſam. iiij. col. extrà de proba. * fortius ſtari debet te-
ſtibus & notario id affirmantibus. Nec obſtat ſi
diceretur ex aduerſo, quòd non debet ſtari notario
dicenti inſtrumentum fuiſſe falſum, ſicut nec teſti
dicenti protuliſſe falſum teſtimonium, nec etiam
iudici aſſerenti protuliſſe falſam ſententiam in arti-
4 culo mortis in præiudiciũ * tertij, qui ſententiã ob-
tinuit: vt dicit Bart. in l. ſi quis in graui. in §. ſi quis
moriẽs. ff. ad ſillẽ. & Bal. in auth ſi dicatur. C. de te-
ſti. cum vulg. nam prædicta intelliguntur, vt appã-
ret, quando ex ſentẽtia, ſeu teſtimonio, ſeu inſtrũ-
mento eſſet quæſitum ius parti per ſententiam, iux-
ta tex. in c. fin. de teſti. cog. Secus in caſu de quo res
integra exiſtit. Item reſpondetur & aliter, præmiſſa
procedere quando vnus iudex, ſeu teſtis ita depo-
neret, aut notarius, & ſic in ſingulari numero, vt
præallegata iura loquuntur, cui tanquam vni teſti
nõ eſſet de iure fides adhibẽda: & maximè quæſito
iure parti, ſecus enim erit in caſu de quo agitur, vbi
notarius ipſe, & teſtes ſe falſos aſſerunt, & etiã in-
ſtrumentum, concurrente inſuper quia ſatis longè
ante tempus ſolutionis dotium faciẽdæ apparet de
confeſsione receptarũ dotium facta per olim do.
Ioãnem de mareriis virum Magnificæ Lauræ præ-
dictæ, quæ liberalitas in debitore ſoluere longè an-
te tempus promiſſum rariſsimè cõperitur: ſed imò
teſtes & notarius aſſerunt id fuiſſe factum ad frau-
dandum Hieronymum de gaglioffis gallum, qui
tunc temporis de caſtris prædictis quæ obligata
prætenduntur, litigabat tempore Gallorum, prout
hæc omnia ex proceſſu penes Angelum ciſa cauſæ
actuarium liquent.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum iuſtificatum, & pœnale extraiudicialiter, & abſque cauſæ cognitione fieri poteſt in nunciatione noui operis.*

2 *Pœna ſpreti mandati eſt in regno virtute literæ Reginæ Ioanne ad rationem tareni vnius, ſeu duorum vel trium, & raro vltra prouncia.*

3 *Contemptus mandati includit malitiam ſicut vera contumacia ibid.*

4 *Aedificium factũ poſt mandatum prohibitiuum dirimendum eſt per viam attentati.*

5 *Mandatum ſuper nunciatione noui operis reo comparente reſoluitur in vim ſimplicis citationis.*

6 *Per cautionem oblatam de demoliendo in caſu in quo iudicatum fuerit demoliri, poteſt procedi in ædificio inchoato non obſtante mandato.*

7 *Cautionis oblatio principali, & aggrauatio, & cõparitio præbent iuſti erroris cauſam. & non malitiam ſaltim in caſu in quem non potuiſſet ædificari.*

8 *Cauſa qualibet etiã iniuſta excuſat à pœna, & pariter conſuetudo. nu. 9.*

10 *Conſuetudo probatur per vſum populi, & frequentiam actuum cum temporis diuturnitate.*

11 *Pontem quem quis poteſt de conſuetudine ædificare ſuper viam publicam probatur conſuetudo in talibus per binum actum.*

12 *Ponticellum ſi eſt ædificatum in publico patientibus vicinis, & ſyndicis, nemine contradicente, nec pretore prohibente, non debet demoliri, ne vrbs deformetur.*

13 *Aſſenſus epiſcopi requiritur in conſtructione eccleſiæ, ſed in refectione nõ requiritur nouus conſenſus.*

## CONSILIVM LXXIII.



IN Ieſu Chriſti redemptoris nomine
amen. Super dubio pridie tranſmiſſo
per veſtram Magnificentiam, videre-
tur dicẽdum fabricatores, ac mãdan-
tes fabricari incidiſſe in pœnã ſpreti
mãdati, & ab eiſdẽ exigi poſſe, & grifum, ſeu me-
nianum reficiendum minimè eſſe, imò refectũ fo-
1 re, & eſſe dirimendum ex infraſcriptis. * Nã nulli
dubiũ in nunciatione noui operis mãdatum iuſti-
ficatum, & pœnale extraiudicialiter, & abſque cau-
ſæ cognitione fieri poſſe, iuxta no. in l. de pupillo.
§. meminiſſe. ff. de noui oper nun. & eo caſu ſi ſper-
nitur, pœna exigitur: nota gl. in l. j. ff. eo. ti. quã re-
fert & ſequitur Pau. de Caſtr. in d. §. meminiſſe. mo-
2 derandam tamen iuxta paupertates, & diuitias. l. il-
licitas. §. ſi. de offi. præſi. prout * hodie in regno cõ-
ſueuit taxari ad rationem vnius tareni, duorum vel
1 trium, & rarò vltra pro vncia: prout refert Pari. in
tra. ſyndi. in litera, an ſi poteſtates. iij. col. verſi. vn
de ſi quis inciderit in pœnam vnius vnciæ &c. &
tale mandatum in præſenti caſu non reſoluitur in
vim ſimplicis citationis, ſicut & aliàs reo compa-
rente: ſed firmũ remanet, vt dicit Bart. in d. §. me-
3 miniſſe. quem ibi ſequitur Pau. de Caſt. * Contem-
ptus enim mandati includit malitiã, ſicut vera con
tumacia. l. contumacia. ff. de re iudi. cùm iudex po-
teſt mandare cauſa non cognita ſuper eo quod ius
permittit; & multat in tali caſu nõ parentes: vt di-
cit Spe. in tit. de noto. crimi. §. j. verſi. quid ſi iudex.
Luc. de pen. in l. iij. C. de mancip. & colo. pa. lib. xj.
4 ſimiliter & ædificium factum poſt mandatũ pro-
hibitiuum dirimendum eſt, & hoc per viam atten-
tati, vt habetur in c. non ſolũ de appel. in vj. & to-
to titu. nihil innoua app. pen. cùm nunciatio noui
operis ſit quædam prouocatio, ſeu extraiudicialis
appellatio, dixit Bart. in l. ſi. ff. de appe. recip. & hoc
probatur in l. prætor. in prin. & §. præterea. & in l. j.
§. ſed & ſi is. & ibi per ſcrib. & in l. pen. & fin. eo. tit.
Sed his non obſtãtibus cõtrariã ſententiã arbitror
5 de iure veriorem: & quòd omnino reo cõparen-
te mandatum veniat reſoluendum in vim ſimplicis
citationis: tenet Io. pet. de ferra. in ſua pract. Papiẽ.
in libel. de no. ope. nun. licet ante eũ idem cõſulue-
rat Bal. in ſuo conſi. ccxlv. in ij. vol. & Bar. idẽ con-
ſulendo in ſuo cõſi. lxiiij. & in conſi. lxxx. & ſequun
tur cõmuniter ſcrib. in d. §. meminiſſe. quos refert
ibidem & ſequitur Alex. reiecta opinione Barto. ſi-
bi ipſi contrarij, præter morẽ ſuum, in quibus con-
ſiliis dat modum procedendi in dictis mandatis, &
faciendi dictum mandatum alternatiuè, & nõ co-
pulatiuè, prout hic factum eſt: & ita refert Bald. in
prædicto cõſi. in curia Romana ſeruari. hoc etiam
comprobatur per cautionem oblatã de demolien
do in caſu demolitionis, per quam oblationẽ fa-
6 ctam procedi poteſt, * & potuit ad ædificandum
etiam in loco publico: vt dicit dicta prac. Papi. vbi
ſuprà, doct in d. l. non ſolùm. §. ſi cum poſſem. & in
§. qui remiſsionem. & in §. ſi is cui. & in d. l. de pu-
pillo. Spec. in titu. de appel. §. xj. verſi. illud quoque.
vbi ſufficit probare cautionẽ oblatam: & tũc ſiue
per priuatum, ſiue per prætorem fuerit nũciatum,
ſeu mandatũ, poteſt his nõ obſtantibus ædificari: vt
per iura prædicta & alia firmat Neapo. in conſuet.
Neap. ſi quis impediat, ſub rub. de noui ope. nun. &
plenè per Bar. & Bal. in d. conſi. in quibus etiã mu-
ta dicuntur in fauorem ædificantium, & idẽ firmat
Pau. de Caſtr. in conſi. cccxiij. viſis punctis & quæ-
ſtionibus. in ij. volu. Et ipſo iure tali caſu fit remiſ-
ſio: vt declarant doct. in locis præal. ergo factũ lege
permittente pœnã non meretur. vulg. l. gracchus.
C. de adulter. &c. nec erat petenda remiſsio, cùm à
lege fiebat, per prædicta. Nec pro tali remiſsione
eſt adeundus prætor. d. §. ſi is cui. in d. l. de pupillo.

& ibi gloſ. & ſcriben. cùm ipſo iure fiat, fruſtra enim
quid precibus impetratur, quod à iure communi
conceditur. l. cùm interdictæ. C. arbit. tutel. l. vnic.
C. de theſa. lib. x. & ſic non eſt veriſimile iudicem
partem voluiſſe grauare, quando ponit clauſulam
iuſtificatam: argumen. l. ſi quis locuples. in fin. de
manumi. teſta. ſecundum Bald. in l. nec quicquam.
§. vbi decretum. de offic. procon. & not. doctor. in
7 dicto §. meminiſſe. maximè Alexand. * Et ſaltem in
caſu in quem non potuiſſet ædificari, prout poteſt
ex infrà dicendis, & iam dictis, obligatio prædicta
& aggrauatio, & comparitio præbuerunt iuſti er-
roris cauſam, & non malitiam, vt in propriis ter-
minis quæſtionis noſtræ tenet Paulus de Caſtro. in
præallegato conſilio cccxiij. motus, quia error
iuris excuſat à pœna, per l. error. ff. de iur. & fact.
ignor. & quælibet cauſa etiam iniuſta, & conſue-
8 tudo * excuſat à pœna: plenè Deci. in cõſi. ccxlviij.
iiij. colum. & nedum dominum ædificij, ſed fabri-
catores: vt plenè per Pau. in conſi. prædicto. Sic &
de ſecundo dicẽdum eſt propriè in mœnianis: nam
de iure in publico licet de nouo conſtruere reli-
cto ſpacio quindecim pedum: vt dicit Cæpo. in
tract. ſerui. vrban. prædiorum. tit. de mœnia. & di-
ctum mœnianum non impedit viam publicam, ſed
eſt latitudinis fere per dictum ſpacium parum mi-
nus: ergo in hoc non reſiſtitius: & ſi de illo par-
uo conſideretur, id non debet eſſe in conſidera-
tione: quia in eadem ciuitate ſunt multæ mœnia-
næ tales lapidum conſtructæ propriè in publico, &
in viis arctatis ſatis plus quaſi quàm in aliis parti-
bus ciuitatis prædictæ via non eſt latitudinis qua-
tuor pedum: ſeu x. vel quinque. & in hoc tam in
relinquendo ſpacium quàm in publico conſtruen-
do inſpicienda eſt conſuetudo: vt dicit Cæpo. in
loco præalleg. referendo hoc etiam obſeruari in al-
ma ciuitate Neapoli. Et hæc etiam fieri poſſunt in
publico quatenus ſe extendit ſtillicidium domus
ædificantis: vt dicit Cæpo. in titu. de ſcal. in fin. &
idem obſeruatur in loco, in quo apparent quadra-
ginta fere mœniani, & ſcalæ eo modo conſtructæ,
& toti populo patenter & hominibus, & officiali-
9 bus, * qui non contradicendo tacitè conſenſerunt,
vt dicit Barto. in l. de quibus. verſicu. quæro, quòd
actum eſt. de legib. Abb. in capit. fina. verſicu. vij. de
conſuetu. Ex quo infertur probatam eſſe conſue-
tudinem, cùm ea probetur per vſum populi, fre-
10 quentiam actuum * cum diuturnitate temporis, vt
dicit Angel. inſtitu. de iure natu. §. ex non ſcripto.
Fulgo, in ſuo conſi. vj. Abb. in conſi. liij. & lxxxij. ij.
11 volumi. * Et in materia noſtra in faciendis ponti-
bus in via publica, probatur conſuetudo tamen
per binum actum, dixit Bartol. in d. l. de quibus. v.
quæſtio. de legi. & Abb. dicit, quòd ad faciendum
vnum pontem inducitur talis conſuetudo, cùm ſit
actus ſucceſſiuus, & continuò permanens, & pa-
tens omnibus, in dicto ca. fina. verſicu. vij. requiri
tur. in fin. de conſuetu. & ſic obſeruanda eſt, vt di-
cit etiam Cæpo. in loco præalleg. & in cap. de pon-
ticello. vbi ſi ædificatum eſt in publico patientibus
vicinis, & ſyndicis nemine cõtradicente, nec præ-
tore prohibente, nõ debet demoliri ne vrbs defor-
12 metur, * & hæc procedunt in ædificando, quanto
fortius in reficiendo, & in publico in caſu nõ per-
miſſo, quia tunc non dicitur de nouo facere, vt no.
doct. in l. j. §. ſi quis ædificium. ff. de no. oper. nunc.
plenè Fely. in c. cùm acceſſiſſent. col. penul. & ſi. de
conſt. Iaſ. in l. ius ciuile. iij. colum. ff. de iuſtit. & iur.
vbi loquitur in reficiendo in caſu non permiſſo,
& facit quod dicit Pau. de Caſt. in d. conſi. ccxlv. ij.
parte, & no. tex. in c. de monachis. xviij. q. ij. vbi li-
cet in conſtructione eccleſiæ requiratur aſſenſus
13 epiſcopi loci, * tamen poſteà in refectione eiuſdẽ
eccleſiæ non requiritur nouus conſenſus, ſic & in
refectione huius mœniani quòd fuit diu ædifica-
tum per annos quadraginta, & ſic videtur conſen-
ſiſſe populus, & præſides per ſuprà dicta, offertur
ratio, quia qui reficit, nihil de nouo facit, & refice-
re dicitur quando remanent aliqua veſtigia, ſeu ſi-
gna præteriti ædificij, vt dicunt doct. in præallega-
tis locis, de quibus etiam per Paul de Caſt. in præ-
dicto conſi. ccxlv.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Parricida nedum tenetur de paricidio ſi mortem intu-*
*lit, ſeu fuit particeps, verùm etiam ſi fuit con-*
*ſcius, & ſolum ſcientiam habuit.*
2 *Scientia ſola facit vt puniantur illi qui ſunt ſub pote-*
*ſtate eius de cuius morte futura notitiam habue-*
*runt, vt eſt filius ſeruus, ſubditus & alij ſub alie-*
*na poteſtate reſpectu alicuius iuris.*
3 *Mulier quòd ſit in poteſtate viri reſpectu alicuius*
*iuris & num. 4. Et conſentiens in necem viri, vel*
*econtrà dicitur parricida ibid.*
5 *Mandatum nedũ probatur ex verbis imperatiuis,*
*vel præceptiuis. ſed etiam enunciatiuis ex quibus*
*cõiectura è appareat quòd taliter proferẽs optat*
*mortem fieri.*
6 *Verba apta importare delictum, & non delictum, in*
*dubio interpretantur in non delictum, niſi ex com*
*muni vſu loquendi ſonarent in delictum.*
7 *Ratihabitio ad actum non perfectum inducit man-*
*datum ad actum peragendum.*
8 *Confeſſio geminata, & geminatum iuramentum ar-*
*guit deliberationem.*
9 *Iura tranſgredi licet ob immanitatem delicti.*
10 *Iudex poteſt commutare pœnam mortis ratione*
*ætatis.*
11 *Immanitas criminis vt homicidium horribile vel aſſaſ-*
*ſinium commiſſum per clericum, facit, vt iudex*
*poſſit iura tranſgredi.*

## CONSILIVM LXXIIII.

REdemptoris gentium iterato præſi-
dio, amen In cauſa Magnifici Sam-
ſonis Lembi V. I. D. ſuper tortura il-
lata mulieri inquiſitæ de aſſaſſinio,
admonerẽ potius etiam cum lachrimis
Magnificos Iudices magnæ curię Vicariæ, vt in peſ-
ſimã hanc mulierem, adulterã, parricidã, aſſaſſinã
& quæ partum ſui corporis interemit, armatis iu-
ribus gladio vltore animaduerterẽt, vt quod fecit
homicida parricida ſemper expectet, quàm vt hũc
Magnificum Samſonẽ vexent, ne vexet cenſura co-
lumbas, & iniuria naſcatur, vnde iura, & laus, vel
præmiũ oriri deberet. Et quòd iuſtè fecerit in tor-
quendo, quamuis ipſe neget, oſtendo ex infraſcri-
ptis. Et ſi rectè conſideretur, negari non poteſt
iſtam mulierem conſciam futuræ necis ſui viri, vt
clariſsimè teſtes ſentire apparet, ex quo adulter il-
le, & aſſaſsinus prædixerat, quòd intendebat infra
paucos dies illum necare, quo eidem mulieri no-
tiſsimo, nedum non reuelauit, ſed tacuit, & ſubdit
nonnulla verba de quibus infra, ſed ſic eſt quòd
parricida tenetur nedum ſi mortem intulit, vel ſi
1 particeps fuit, * verùm etiam ſi fuit conſcius, &
ſcientiam ſolam habuit, text. eſt bonus in l. vtrum.
ff. ad l. pompeiam de parricid. vbi text. dicit, etiam
conſcios eadem pœna afficiendos non ſolùm par-
ricidas, quamuis gloſ. conetur deſtruere tex. ſubin
telligendo conſcios, & participes, attamen Bart.
quem cæteri ſequuntur, ſaluando gloſ. intellexit il-
lum tex. & reſtringit, vt ex ſola ſcientia puniantur
illi qui ſunt ſub poteſtate eius, de cuius morte fu-
tura notitiam habuerit, vt eſt filius, ſeruus, ſubdi-
2 tus, * & alij ſub aliena poteſtate reſpectu alicuius
iuris, aut inſpecta diſpoſitione iuris canonici, aut
iuris ciuilis, vel alterius iuris, & ita Bart. in l. i. §. oc-
ciſorum. ff. ad ſillan. doct. in l. ciuile. C. de fur. Paul.
de Caſt. in l. j. C. de his quib. vt indig. & vbique per
doct. ita limitantes text. in l. culpa caret. ff. de regu.
iur. & in l. iij. §. fin. ff. de condi. ob cau. & ita tranſit,
& extendit in alias perſonas do. Abb. eleganter in
cap. j. extrà de reſtitutio. ſpolia. & in capit. quantæ.
3 extrà de ſenten. excommu. * Quòd autem mulier
ſit in poteſtate viri reſpectu alicuius iuris, decidit
domi. Abb. in capitu. literas. de reſtitutione ſpolia.
& in capitu. illud. vij. colum. extrà de præſumpt. &
Alexand in conſil. cxxxiij. in iiij. volumi. Et quòd
mulier ſit ſubdita viro, text. eſt in capit. hæc imago.
xxxiij. quæſtio. v. §. primo. & ſequen. ibi etiã quòd
vir eſt caput vxoris. vnde vel teneamus tex. abſolu
tè dicentem conſcios ita teneri vt parricidas, &
habemus intentum quòd iſta mulier tenetur pœna
tali, nam vxor in necem mariti, vel econtrà mari-
4 tus in necem vxoris conſentiens, * dicitur parrici-
da, vt eſt text. in l. j. ff. ad leg. pomp. de parrici. & in
§. alia dein. inſtitu. de publi. iudic. aut volumus re-
ſtringere cum Bar. ad perſonas conſtitutas ſub po-
teſtate, & etiam debet puniri pœna mortis iſta fœ-
diſsima mulier, per prædicta. Secundò adducit,
quòd nedũ tacuit mulier hæc, & deliquit in omit-
tendo, ſed etiam in faciendo, nam mandauit iſtud
parricidium expreſsè, quod probatur præſupponẽ
do vnum in iure veriſsimum, nam mandatum ne-
dum probatur ex verbis imperatiuis, vel præcepti-
uis, ſed etiam enunciatiuis, ex quibus coniecturatè
5 appareat quòd taliter * proferens optat fieri mor-
tem, prout colligitur ex doctri. Bart. in l. ſi quis mi-
hi bona §. ſi. ff. de acquiren. hęred. Bal. eleganter, &
ibi Iaſ. in l. j. vij. col. C. de ſer. fugi. nam Bart. in d. l. ſi
quis mihi bona. §. pater Seio. ponit exemplum de
quodam nobili, qui dixit famulo, nunquam redeas
domum ſi ego nõ ſentiam aliquid de illo negocio,
nam ſi ille famulus interficiat, tenebitur dominus
tanquam mandans, vt in q. facti euenit, vt ipſe reci-
tat, quem ſequuntur omnes Scribẽtes, & Alex. ibi,
& idem Alex. in conſi. lxv. in iiij. volu. bene facit in
propoſito quod conſuluit per illam deciſi. Bartol.
Pau. de Caſt. in conſil. cclxij. videtur per prædicta.
vbi per illa verba, vadas, & nõ reuertaris domum,
quin ſentiam noua de tali, quòd per hæc verba in-
ducitur mandatum ad homicidiũ, & ſibi imputet
qui tam effuſo ſermone loquutus eſt, vt ad bonũ &
ad malum trahi potuiſſet, & quòd ſecundũ mẽtem
ſuſcipientis, & non mandantis intelligendus erat
ſermo, vt euentus rei poſteà declarauit, arg. xxij. q.
v. c. quicunque. per quæ dicta reſpondetur cuidam
obiectioni, quæ poſſet in contrarium fieri, nam ille
adulter dixit mulieri, *non ſai che tuo marito è morto?*
& illa reſpondit, *che li voleua fare lo beueragio.* Et ille
iterum replicando dixit, *che non era morto, ſed che*
*preſto ſarria morto.* Poſſet enim dici quod illa verba
intelligerentur ab ipſa, quòd moreretur naturali-
ter, & non violenter, nam ad hoc reſpondetur per
Pau. vbi ſuprà & etiam reſpondetur quòd illa ver-
ba ſecũdum qualitatem perſonarum, & ſubiectam
materiã intelligi deberent de morte violenta, nam
ſi de morte naturali intellexiſſet, non fuiſſet opus
ipſi mulieri offerre potagium, ſi in domo vxoris
fuiſſet mortuus, Item verba hæc. talis morietur,
ideſt, *ſarra morto*, ſeu *ſo morto*, vt teſtes dicunt ſe-
cundum communem vſum vulgarium loquendi in
tota Italia præter Siciliam, intelligitur de morte
violenta. Quæ verba ita exponi debent ſecundum
interpretationem vulgarium, & non latinorum, vt
per Bart. in l. ſi quis filiabus de teſta. tu. & in l. ſtipu-
latio iſta §. hæc quoque. ff. de verborũ obli. Alexa.
conſi. lxxxiij. j. volu. & conſi. cxv. ij. volumi. & con-
ſilio v. in iij. volum. & dixit Imo. in capi. inter cor-
poralia. §. ſed neque. extrà de tranſla. epiſco. quòd
ſi à contrahentibus proferuntur verba, quæ vnus
6 eorum intellexit vno modo, * & alius alio modo,
quòd præualet intellectus habens pro ſe commu-
nem vſum loquendi, etiam contra propriam natu-
ram verborum, & dicit Ioan. de ana. in cap. dilecti.
ij colum. poſt Pet. de Anch. extrà de accuſ. quòd li-
cet verba apta importare delictũ, & non delictum,
in dubio interpretentur in non delictum, vt per
Bart. & alios in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de
no. ope. nun. tamen fallit ſi ex cõmuni vſu loquen-
di ſonarent in delictum. & Ioan. de ana. & Petr. de
Ancha. ſequitur & refert Fely. in prœm. decret. in
v. colũ. Cùm ergo in caſu præmiſſo illa verba, *ſarra*
*morto*, ſonabant in malam partem, ſi promiſit da-
re potagium deferenti nouum de morte, dicitur,
mãdaſſe mortem, per ſuprà dicta, & in hoc eſt pon
derandus malus & deſtinatus animus huius muliẽ
ris, nam bis mandauit, prima vice illi aſſerenti,
quòd erat eius vir mortuus, dixit. *che li voleua fare*
*lo beueragio*: nam ratihabitio ad actum non perfe-
7 ctum * inducit mandatum ad actum peragendum,
vt per Bartol. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi
mandauit. & Alexan. ibi, & eleganter per Alexand.
in conſi. cxlvj. in v. volumi. & per eundem in l. Iu-
lianus. ff. qui ſatiſda. cogan. & Pau. de Caſt. in conſi.
cclxij. & demum ſentiẽs quòd non erat mortuus,
ſed citò moriturus, iterum annuit quòd volebat
ſoluere potagiũ, & ſic ſecundo loco mandauit, quæ
geminatio actus, vt dixi, arguit magis deliberatum
8 animũ huius mulieris, vt in ſimili dicimus * de gemi
nata cõfeſsione, & geminato iuramento, per Alex.

in rubri. ff. de verborum obligat. & ſic cùm iſta ita
mandauerit, nulli dubiũ ipſam pœna capitali ſup-
poſitã, nulla habita differentia an mãdatarius aliàs
fuiſſet facturus, ita vel ne, vt per Bar. in l. nõ ſolùm.
§. ſi mãdato. ff. de iniuriis. & eſt communis opinio,
vt pluribus verbis ſequitur Iaſ. in l. j. C. de ſer. fug.
Et fortius dicẽdum eſt huic parricidio admixtum
fuiſſe aſſaſsinium, ex cauſa promiſsionis potagij: &
ſic ſuccedit diſpoſitio, cap. pro humani. de homi. in
vj. in quo data criminis prædicti atrocitate, pro-
batio ipſius ſufficit per argumenta: vt ibi, circa fin.
& ibi per domi. Petr. & alios: & ſic non poteſt dici,
quòd mulier ipſa fuerit torta non præcedentibus
indiciis: imò per probationes concludentes dictũ
mandatum, & non ſuper indicio ad mandatum: vt
de ſe clarum. Nec obſtat in caſu, incompeten-
tia iudicis, cùm aſſaſsinus poteſt à quocunque & à
priuato puniri, & impunè offendi, nec ordo iuris
requiritur, vt in dicto c. pro humani. & ibi Gemi.
& Lap. Et iſtud procedit ex immanitate delicti, ob
9 *quam iura tranſgredi licet. vt dicit Inno. in c. ca-
nonum ſtatuta, de conſtit. & ibi per Fely. xvij. colũ.
cum ſeq, & facit bene dictum Bald. in l. & ſi ſeue-
rior. C. de infa. quòd iudex poteſt commutare pœ-
nam mortis ratione ætatis: & Bald. in l. obſeruare.
10 x. q. ff. de offi. procon. * quòd propter caſus terribi
les licet iura tranſgredi: & excuſantur multi aſſeſ-
ſores in ſyndicatu. & quòd emergentia caſus terri
bilis includant iuſtam excuſationem iudicis, ſi iu-
ra tranſgreſſus eſt, voluit Abb. in capitu. cùm non
11 ab homine. de indic. limitans tex. illum *non habe-
re locum in homicidio horribili commiſſo per cle-
ricum: puta pro aſſaſsinamento, vel homicidio: &
conſuluit Anch. in conſi. cclvij. & per eũdem Abb.
in c. at ſi clerici. de iudi. & in c. j. de homici. & ideo
inquit glo. in l. ij. de cura. furi. quòd propter imma
nitatem criminis reus poteſt tradi beſtiis laniãdus
in cibum: & text. in l. per omnes. C. de defen. ciuit.
quòd propter immanitatẽ criminis denegatur reo
audientia. at in caſu de quo agitur, mulier hæc con
ſentiens, conſcia, imò mandans necem viri, vt ſu-
prà dictum extitit, commiſerit igitur ac patrauerit
crimen immaniſsimum, per text. in c. admonere. in
prin. xxxiij. quæſtio. ij. vbi etiã quòd vxor eſt pars
corporis viri, cum ſimi. & per dictum Inn. in d. c. j.
de conſtit. conſuluit punctualiter Alex. in cõſi. lxv.
j. vol. habita ſuper his contentis &c. quod eſt repe-
titum in conſil. xlj. ij. volu. quòd excuſatur iudex ſi
torſit ex proceſſu informatiuo. quòd cõſilium ro-
go vt perlegatur, & ponderetur: ex quo in fortio-
ribus terminis excuſat iudicem ſi denegauit tor-
quendo defenſiones & quòd ex cauſa quis torque
ri poteſt die feriata in honorẽ Dei, eſt text. in l. ne-
mo. C. de epiſ. & cle. & in l. prouinciarum. C. de fe-
ri. Ex quibus omnibus concludendũ arbitror præ-
dictum magnificum Sanſonem cum iuridicè pro-
ceſſerit, non eſſe aliter moleſtãdum: ſed potius ab-
ſoluendum: & ita conſulo ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Raſura in literis, ſeu priuilegio quando non eſt in
ſubſtantialibus, non obeſt, vel quando ex verbis
præcedentibus, vel ſequentibus poteſt apparere,
quòd ita priuilegium ipſum, vel literæ ſtare de-
bent. Item quando per comparationem literarum
apparet raſuram prædictam eſſe eiuſdem manus,
cuius fuit ipſum priuilegium ſcriptũ. Item quan-
do per aliam ſcripturam publicam apparet de ra-
ſura bene facta, & ſic ex vnoquoque ipſorum non
nocet raſura. ibid.*
2 *Raſura in loco ſuſpecto non dicitur, vbi per ipſum lo-
cum quis non releuatur ab onere probandi.*
3 *Raſura vbi eſt recens in ſcriptura, diminuit eius fi-
dem. ſecus ſi antiqua.*

## CONSILIVM LXXV.

IN cauſa Iacobi de Tufo de Auerſa
ſuper obiecta raſura priuilegij, vt
prætenditur ſuſpicari per ipſum abra-
ſi, & ſic de falſitate attingi, prout ma-
gnifice Doctor ſcripſiſti, Reſpondeo
ex pluribus prædictam raſuram eidẽ magnifico Ia
cobo non obeſſe. Et in primis, quia non eſt in ſub-
ſtantialibus priuilegij prædicti. Secundò, quia ex
verbis præcedentibus & ſequentibus ipſius priui-
legij poteſt colligi, quòd ita priuilegium ipſum di-
ctat, & ſtare debet: prout in prætenſa raſura conti-
netur: & non aliter. Tertio, quia per comparatio-
nem literarum apparet raſurã ipſam eſſe eiuſdem
manus, cuius fuit & ipſum priuilegiummet ſcri-
ptum. Quartò, quia per aliam ſcripturã publicam
apparet de raſura bene facta: ex quo in priuilegio
Regis noſtri ſunt inſerta eademmet verba, quæ in
aſſerta raſura continentur, quod priuilegium fuit
expeditum ſunt iam quinq; anni elapſi: & eo tem-
pore nulla aderat lis, imò nec litis ſuſpicio cogita-
1 ri poterat: ita ex vnoquoque ex præallegatis* raſu
ram in aliquo minimè obeſſe, tenet Inn. & ibi Fely.
in ca. ex literis. extrà de fide inſtru. & ibi etiam ali-
quid per Ant. de Butr. Bal. & Cardin. Item ſcriptu-
ræ abraſio non eſt in loco ſubſtantiali, & ſic ſuſpe-
cto, quo caſu obeſſet, nam per illa verba quæ præ-
tenduntur in loco illius raſuræ, non fuit in aliquo
releuatus prædictus Iacobus ab onere probandi:
quia oportuit ipſum Iacobum probare, prout pro
bauit, contenta in ipſo priuilegio, & pleniſsimè.
2 *Et tamen nõ dicitur locus ſuſpectus vbi per eum
quis non releuatur ab onere probandi: ſecundum
Bald. & Fely. in dicto c. ex literis. Prætereà apparet,
quòd prætenſa abraſio non eſt recens ſcriptura: &
3 tunc diminuitur fides propter abraſionem, *vbi
recens eſt ſcriptura abraſa in charta veteri, ſecun-
dum Inno. Felyn. & alios, in cap. inter dilectos. ex-
trà de fide inſtrum. licet etiam addant, quòd non
concludat. eo caſu, licet præſumptionem inducat.
Vltimò concludo quòd ad hoc vt ſcripturæ abra-
4 ſio noceat, oportet verificari* quòd ab impetran-
te facta ſit. Ita Hoſtienſ. poſt Vincent. in ſumma de
crimine falſi. ſed cùm Iacobus iſte de Tufo non
fuerit impetrator, ideo ex vnoquoque capite præ-
dictorum dico raſuram ſibi in aliquo non obeſſe,
& ita reſcribo veſtræ Magnificentiæ per præſen-
tes, ego

Thomas Grammaticus.

SVM



SVMMARIVM.

1 *Lex cùm enumeret caſus, non licet illos extendere
ad alios non enumeratos, ex quo illi dicuntur re-
manere ſub regula iuris communis.*
2 *Reſpublica Romana habet reſtitutionem dũtaxat,
& nulla alia vniuerſitas habet priuilegium reſti-
tutionis quia illa ſola dicitur eſſe eadem quòd fi-
ſcus.*
*Vniuerſitas nulla debet eſſe melioris conditionis,
nec magis priuilegiata, quàm ſit fiſcus, mulier, vel
minor.*
4 *Minor, mulier, nec fiſcus reſtituitur in delictis, nec
pupillus. ibid.*
5 *Concluſa cauſa in criminalibus, non debet quis vl-
terius audiri.*
6 *Vniuerſitas quælibet eſt adeo priuilegiata, ſicut mi-
nor, mulier, & pupilus: & comparatur pupillo.
nu. 7. Et vniuerſitas quælibet debet reſtitui non
minus, quàm pupilla.*
8 *Vniuerſitas etiam poſt concluſum in cauſa admit-
titur in criminalibus per reſtitutionem in inte-
grum.*
9 *Concluſio non fit in criminalibus, cùm poſſint in
eis quandocũque recipi probationes ad defenſam
etiam vſque ad prolationem ſententiæ. & nume.
ſequenti.*
10 *Defenſionibus renunciare etiam expreſsè quis non
poteſt.*
11 *Minor, eccleſia, & reſpublica reſtituuntur aduer-
ſus probationes omiſſas.*
12 *Minor quòd non reſtituatur in criminalibus quo-
modo intelligatur.*
13 *Concluſio non fit in criminalibus, ſed vſque ad ſen-
tentiæ prolationem poſſunt produci teſtes ad de-
fenſam, non ſolùm de innocentia ſed etiam de cau-
ſis excuſationum, etiam à ſponte confeſſo.*
14 *Minor, & fiſcus non reſtituntur in criminalibus,
quando ipſi accuſant: ſecus ſi accuſantur.*

## CONSILIVM LXXVI.

REdemptoris gentium ſuffragio repe-
tito, amen. In cauſa vniuerſitatis Mo-
nopolis cum regio fiſco, ad quere-
lam vniuerſitatis, & particularium
vniuerſitatis Polignagni, cùm in cau-
ſa ipſa fuerit vniuerſitas ipſa Monopolis citata ad
dicendum, & allegandum, quæ citatio habet vim
citationis ad concludendum, hæſitatur an debeat
audiri in eo quòd dicit ſe eſſe admittendam ad pin
guius probandum, & ſic an petere poſsit ſe in inte-
grum reſtitui per viam primi, vel ſecũdi beneficij.
Et videbatur prima conſideratione dicẽdum quòd
non obſtãte ritu ipſius magnæ Curiæ nu. 178. inci-
piente, ſi aliqui litigant, ſub rubrica, quòd nõ poſ-
ſint examinari teſtes poſt terminum, niſi ſint per-
ſonæ priuilegiatæ: inter quas non apparet connu-
merari vniuerſitas alicuius: quare dicendum eſſet
ab illis excluſa: quia vt pulchre dicit Bald. in l. do-
nationes. C. de reuocan. don. quòd vbi lex enume-
rat caſus, non licet illos extendere ad alios caſus
1 non enumeratos: * ex quo illi dicuntur remanere
ſub regula iuris communis. licet Lanfran. de oria.
in tract. de interpreta. ſtatu. in verſicu. fina. limitet
hanc regulam vt ibi per eum. Secundò Reſpublica
Romana duntaxat, & nulla alia vniuerſitas habet
priuilegium reſtitutionis: quia illa ſola dicitur eſſe
2 eadem* quod fiſcus: per ea quæ habentur in conſti-
tutione regni, beneficium, ſub rubrica, de benefi-
cio reſtitu. reipubli. vt ibi per text. gloſ. & Andr. de
Iſer. & vniuerſitates aliorum locorum non ſolent
connumerari inter perſonas priuilegiatas, de qui-
bus in conſtitut. Regni, iuſtitiæ cultores. ſub ru-
brica, de quibus cauſis primitus cognoſcatur. Ter-
tiò, quia nulla vniuerſitas debet eſſe melioris con-
ditionis, nec magis priuilegiata quàm ſit fiſcus, vel
3 minor, aut mulier, ſed clarum eſt* quòd in crimi-
nalibus poſt concluſum in cauſa, nemo ipſorũ po-
teſt reſtitui ad pinguius probandum: vt patet per
And. de Iſer. in conſti. regni, obſcuritatem. ergo &
fortius nõ poterit ad hoc admitti ipſa ciuitas, quæ
non dicitur priuilegiata, vt ſuprà. Et quòd nec fi-
ſcus, nec mulier reſtituantur in delictis, nec pupil-
lus, tenet idem Andr. in capitu. imperialem. §. præ-
tereà. in fin. primæ colum. de prohibitio. feu. alien.
per Federic. & per Scriben. plenè in lege prima. §.
aduerſus abſente. ff de noui operis nũcia. per gloſ.
& doct. in l. quinto. ff. de eden. per Bar. in l. minor.
ff. de min. per tex. in l. auxiliũ. ff. de mino. & melior
tex. adiicitur in l. ſi ex cauſa. ff. eod. Vltimò, quia in
5 criminalibus * poſt concluſum in cauſa non poteſt
quis vlterius audiri, per text. in l. quamuis indubi-
tatis. C. de adult. & ita per illum tex. in c. paſtoralis.
dixit Bal. extrà de cau. poſ. & proprie. in ij. col. Sed
præallegatis non obſtantibus contrariam ſenten-
tiam arbitror de iure veriorem. Et præmitto quòd
quælibet vniuerſitas eſt adeo priuilegiato, ſicut &
6 minor, mulier * & pupillus, prout plenè Afflic. in
deciſio. ſua clxxv. vltra quæ eſt bona gl. & ibi doct.
in c. auditis. de in integ. reſti. probat optimè Andr.
de Iſer. in præallegata conſti. beneficium. in fin. per
tex. optimum in l. j. C. de offic. eius qui vicem alte.
ger. vbi gloſ. & doct. hoc firmant: quia compara-
7 tur pupillæ,* tex. eſt in l. j. & in l. rempublicam. C.
de iure reipublic. lib. xj. & ibi per Luc. poſt Bartol.
& plenè per docto. in l. ciuitas. ff. ſi certum petatur.
& latè per Cyn. Bal. & Salyce. & omnes in l. reſpu-
blica. C. ex quibus cau. maior. & dicit Luc. in d. l.
rempublicam. quòd ſicut pupilla eſt in manu tuto-
ris, ita & reſpublica in manu rectorũ, & ideo quæ-
libet vniuerſitas debet reſtitui nõ minus quàm pu-
pilla, vt ibi. & ideo pariter iudicatur de vtraque
per ſuprà dicta, & ideo debet habere primum & ſe-
cundũ beneficium, ſicut & cæteræ perſonæ priui-
8 legiatæ. * Secundò quòd non obſtan. concluſione
debeant vniuerſitates admitti in criminalibus per
viã reſtitutionis in integrum, apparet eſſe de iure
communi, quo etiam & quilibet maior debet ad
id admitti abſque aliqua petitione reſtitutionis in
integrum. l. diui fratres. ff. de pœn. & ibi per Bar-
tolum & alios, & per eundem Bartol. in ſua diſpu-
tat. incipiẽte, iudex maleficiorum. ex quo in crimi-
nalibus non concluditur, cùm poſsint in eis quan-
docunque ante ſentẽtiam fieri probationes ad de-
fenſam, vt per Bald. in ſua Marg. in verſicu. conclu-
ſio. idem Bald. in l. j. in iiij. qõ. C. de condictio. in-
deb.

debiti. Bar.in ſua diſpu. incip.iudex maleficiorum:
Abb.in c.cùm dilectus.ij.colū.de fide inſtru. & ibi
plenè Felyn.& Ange.in tracta.malefic.in verſic.qui
iudex ſtatuit terminum. & per Augu. in addit. ſua
magna fol.lxxxv.& lxxxvj.& pulchrè per Ange. in
l.pactum inter hæredem.ff.de pact.& ratio eſſe po-
teſt, quia ſi inquiſitus vellet expreſsè ſuis defenſio-
nibus renunciare, non poſſet: vt dicit ibi Bal. imò
quilibet de populo poſſet ipſum inuitum defende-
re, & pro eo appellare, vt ibi.quanto fortius dum
reus ipſe offerret docere de iuribus, & defenſioni-
bus ſuis, audiri debet. & inde dixerunt doct. ma-
9 ximè Bald.in locis prædic. * quòd in criminalibus
non conſueuit concludi: quia talis actus conclu-
ſionis ſeu tacitæ renunciationis non dicitur eſſe
10 terminus excluſiuus, * quominus ſemper porta
non pateat ad ſe defendendum vſque ad horā pro-
lationis ſententiæ, vt dicit Auguſt. in addi. prædi-
cta: & Barto.& Bal.in locis præallegatis cum con-
cord. & ideo in vim concluſionis conſueuit ma-
gna Cur.vicariæ indifferenter ante expeditionem
cauſæ criminalis citari facere inquiſitos, ſeu car-
ceratos ad dicendum, & allegandum in iure, & in
facto quicquid dicere, & allegare voluerint: quo-
niam ipſa magna curia intendit procedere ad ex-
peditionem cauſæ poſtquam citationem expectā-
tur per dies aſsignatos in eadem inquiſiti ipſi: &
demum eo termino elapſo proceditur ad expedi
tionem cauſæ.Et ſic ſi præmiſſa procedūt dum agi-
tur contra quemlibet inquiſitum, & maiorem in-
diſtinctè, quanto magis in ipſa vniuerſitate, quæ
dicitur eſſe ſimilis pupillæ exiſtenti ſub tutela ſuo-
rum rectorum, & aliorum multoties qui nullam
curam ſuſcipiunt: & ideo optimè ſuccedit quòd
voluit d.Maria.Soc. in c.fraternitatis. extrà de te-
11 ſtib.col.xlv.in xviij.limitatione:dum dicit,* quòd
minor, reſpublica, & eccleſia ratione priuilegij
perſonæ eorum reſtituuntur aduerſus probatio-
nem omiſſam, vt ibi. & ibidem plenè examinat in
colum.xxxix.verſicu.circa tertium principale: &
ibi magiſtraliter declarat quomodo intelligitur il-
12 lud, quod dicitur, quòd * minor in criminalibus
non reſtituitur, & dicam in reſponſionibus. Com-
probantur etiam præmiſſa ex dictis per Cæp. cōſi.
xxxiij. in fin. quòd in criminalibus intantum non
concluditur, quòd vſque ad prolationem ſenten-
tiæ poſſunt per reum accuſatum produci teſtes, &
probationes ad eius defenſionē pro veritate cauſæ
habenda non ſolùm de innocentia, ſed etiam de
13 cauſis excuſationū: * & talis facultas non denega-
tur etiam ſponte confeſſo, per ea quæ habentur in
l.prima.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio.& alleg.Gand.
ita tenere in tract.ſuo malefic. in titu.de homicid.
& eorum pœn.& ita obſeruat totus mundus: & in
tantum quòd ſi iudex hoc denegaret, faceret li-
tem ſuam, & in ſyndicatu poſſet accuſari: vt per
Auguſt.in addi.prædicta,in verſic.qui iudex.reſtat
modò reſpondere ad fundamenta exaduerſo addu-
cta, & in primis quò ad Andræ.in dicta conſtitu-
tione, beneficium, & ſi bene aduertatur, Andr.ibi
firmat contrarium dicens, quòd quælibet ciuitas
reſtituitur, vt minor: vt ibi. Secundò non obſtat,
quòd nō connumeretur inter perſonas priuilegia-
tas in conſtitutione Regni prædicta, neq; in deciſ.
clxxviij. quia imò ſatis dicitur expreſſā, dum dicit
de minore, quia idem iuris eſſe intelligitur de om-
14 nibus illis qui à iure minori comparantur, * vt eſt
ciuitas, quę comparatur pupillo, vt ſuprà per text.
in d.l. rempublicam. & furioſus. vt l.humanitatis.
C.de impub.& al.ſubſt.melior tex.in clem.j.de ho-
mic.Secundò reſpondetur, vt per Lanfran.in dicto
tract.ſuo de interpre.ſtatu.ver.venio ad quartā.vt
ibi per eum. Ad ſecundū reſpondetur inquantum
dicitur, quòd in criminalibus minor & fiſcus non
reſtituuntur, eſt verum, quando ipſi ſunt accuſato-
15 res, & tractant de lucro ad punitionem alterius.
& ita loquitur Andr. ibi, dum allegat l. auxilium.
ff.de minor.& eſt melior text.in l.ſi ex cauſa.ff.eo-
dem titu. & exmplificat clarius Maria.Soc.in co-
lum.prædicta lix.verſicu.circa tertium, ſed quan-
do minor, mulier, vel reſpublica ſunt rei conuen-
ti, & contra eos proceditur criminaliter, quòd nō
debeant admitti ſuper eorum defenſionibus vſque
ad prolationem ſententiæ, eſt abſonum dicere: &
eſſent in hoc deterioris conditionis quàm maio-
res, qui indiſtinctè admittuntur abſque aliqua re-
ſtitutione, vt ſuprà: & ita fuit nouiſsimè iudica-
tum per S.Regium conſilium me referente, contra
Ambroſium mollum de Neapoli, & in fauorem
domini Simonis porci philoſophi præſtantiſsimi
pro eius vxore. Nec obſtat quòd dixit Bald. in di-
cto capit.paſtoralis. ſecunda colum. quòd etiam in
criminali poteſt fieri concluſio, cùm nihil aliud
reſidet faciendum, quia poſt eam ſola reſtat ſen-
tentia proferenda, cùm iſtud ſit concludere. per
tex.in d.l.quamuis.C.de adul.Nam reſpondetur ex
mente Anton.Corſe.in repet.c.cùm dilectus. de fi-
de inſtrumen. in ix.limi. verſicu.ix.limita non pro-
cedere in cauſā criminali. quia in hoc Bald.non vi-
detur per hoc contrariari communi concluſioni
omniū, nec minus ſibiipſi, qui in mille locis tenet
communem, ſed bene dicit, quòd quando nihil
aliud reſtat trutinandum, tunc bene habetur pro
concluſo etiam in criminali, & eſt quando plenè
conſtat de crimine, tunc non debet amplius de iu-
ris apicibus diſputari, vtputa dicendo, quòd non
potuit interuenire procurator in ea cauſa. & ita
propriè eſt intentio d.l. quamuis. ſed dicere, quòd
inquiſito vel accuſato ſit præcluſā via producendi
nouas defenſiones, & nouos teſtes etiam ſi millies
eſſent omnes termini elapſi, iſtud eſſet plus quā ob-
ſurdum, & inconueniens, vt per tot iura extitit de-
monſtratum, & ſuper hoc poſſent cumulari infini-
ta, an talis inquiſitus, vel accuſatus poſſet etiam
expreſsè renunciare ſuæ defenſioni, imò volunta-
riè, & ſua ſponte ſi confitendo delictum diceret ſe
nolle vlterius defendere, ſed velle mori, ex quo per
dolum, & malitiam deliquit &c.ſi poſtea ipſemet,
vel alius etiam extraneus comparens dicat ſe velle
probare de eius innocentia &c. & quia ſunt ſuper-
flua, & vulgaria, omittuntur. & de materia pleniſsi-
mè eam cumulant ſcribentes in c.licet. extrà de ac
cuſat.poſt gloſ.vbi omnes Mod.tractant materiam
reſtitutionis in integrū in criminalibus, & ibi per
eos. Ex quibus omnibus & eorum ſingulis denega-
ri non poteſt eidē vniuerſitati Monopolis primum
beneficium petitum ad pinguius probādum, & ita
iuris eſt. Thomas Grammaticus.





SVMMARIVM.

1 *Teſtes de vniuerſitate quando vtilitas obuenit vniuerſitati in genere, an probent in cauſa vniuerſitatis.*
2 *Teſtes de vniuerſitate licet admittantur in cauſa vniuerſitatis, tamen eis non plenè creditur.*
3 *Teſtes de vniuerſitate licet admittantur, vt ſuprà, illi tamen ſi aliter probatur per teſtes aduerſarij, præferuntur teſtibus de vniuerſitate deponentibus pro ea.*
4 *Teſtes vniuerſitatis probant pro ipſa, vbi ex materia facti non poſſet per alios ſciri.*
5 *Conceſſio in qua dicitur facta propter benemerita debent benemerita probari, vt conceſſio teneat.*
6 *Poſſidens beneficium notoriè iniuſtè, poteſt de facto ſpoliari per epiſcopum.*
7 *Diuturnitas temporis præſumere facit omnia ſolenniter proceſſiſſe, quæ requiruntur in conceſſione, maximè rei eccleſiaſticæ.*
8 *Curſus triginta annorum in poſſidente rem eccleſiæ facit præſumere, vt omnia ſolenniter proceſſiſſe appareant.*
9 *In interdicto retinendæ poſſeſſionis probari debet quòd tempore litis conteſtatæ quis poſſidebat. ibid. nu.9.*
*Vel ſi non conteſtatur lis, quòd tempore litis conteſtandæ.*
10 *In interdicto retinendæ vbi illud intentans probauit ſe in præteritum poſſediſſe ſufficeret, & præſumeretur poſſeſſionem ad tempus litis conteſtatæ continuaſſe.*
11 *Teſtis vnus ſufficit in cauſa poſſeſſorij.*
12 *Teſtium maiori numero ſtatur etiam in teſtibus ab eademmet parte productis.*

## CONSILIVM LXXVII.

AEterni numinis auxilio poſtulato, a-
men. In cauſa venerandi monaſterij
ſancti Heraſmi de Caſtellono partium
ciuitatis Cayetæ, cum ipſa vniuerſita-
te Cayetæ, & hominibus eiuſdem, nulli
dubium ex proceſſus meritis legitimè apparere de
longęua, ac antiquiſsima poſſeſsione ipſius mona-
ſterij montanearum, & nemorum in articulis con-
tentarum, tanquam exiſtentium in bonis dicti mo
naſterij tam in detinendo ibidem capras, & cætera
animalia in paſcuis ibi exiſtentibus, quàm etiam in
capiendo fidam & disfidā pro animalibus venien-
tibus ad paſculandum in eiſdem montaneis, & ne-
moribus. Et licet ex aduerſo producti appareant
quamplures teſtes de eadem vniuerſitate Cayetæ
deponentes contrarium eius quod teſtes monaſte
1 rij prædicti depoſuerunt: * & teſtes de vniuerſitate
in cauſa vniuerſitatis eiuſdem producti, quando
vtilitas obuenit vniuerſitati in genere probent, vt
per Bart. in l.tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum
diuiſ.& Cano.in c.inſuper. extrà de teſti. tamen id
non habet locū in caſu præſenti, vbi agitur de ter-
ritoriis, & nemoribus, in quibus omnibus de vni-
uerſitate licet paſculari, & ligna ſcindere: quo caſu
cùm vtilitas particulariter obueniat illis de vni-
uerſitate non admittuntur in teſtes: ita voluerunt
Io.And.do.And.& Imo.in c.cùm nūcius. extrà de
teſti.Bal.in l.parentes.in fin.C.de teſti.& in c.inſu-
per.eo.tit.extrà.Guil.& Bart.in l.in tantum.§.vni
uerſitatis.ff.de re.diui.Bart.& alij in l.ſed ſi hac le-
ge.§.qui manumittitur. ff. de in ius voc. Cyn. in l.
2 omnibus.C.de teſt.* Et licet teſtes de vniuerſitate
admittantur in cauſa vniuerſitatis, vt ſuprà, tamen
eis non plenè creditur: & ſic non erunt integri te-
ſtes: vt dixit Archi.xij.q.ij.in ſum.& in c.ſuper pru-
dentia.xiiij.q.ij.Bald.& Alber.in d.§.vniuerſitatis.
Ant.& Imo.in c.cùm nuncius.de teſti.Alex.conſi.
xliij.iiij.vol. viſis & ponderatis his &c. & Iaſ.in d.
l.ſed ſi hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocā.&
Cy.in l.omnibus.C.de teſti.& idem tenet do.Ant.
de Alex.in addi.ad Bar in d.l.ſed ſic hac.§ qui ma
3 numittitur.ff.de in ius voc.Secūdò adduco * quòd
licet teſtes de vniuerſitate probēt in cauſa vniuer-
ſitatis, attamē ſi vno modo eſt probatum per teſtes
vniuerſitatis, & alio modo per teſtes partis aduer-
ſæ, certè ex quo ob veriſimilem affectionē ad vni-
uerſitatem reddūtur impares, & præferendi erunt
teſtes aduerſarij cōtra vniuerſitatem: ita voluit do.
Abb.in c.inſuper.de teſt quem ibidem refert & ſe-
4 quitur Fely.in ij.fallen. * Item quartò & vltimò di
co, quòd vbi veriſimiliter ex natura facti factū de
quo teſtes vniuerſitatis deponunt, non poteſt per
alios ſciri, quàm per teſtes vniuerſitatis, nec pro-
bari niſi per teſtes de vniuerſitate, tunc in ſubſidiū
illi de vniuerſitate poterunt teſtificari, & valebit
eorū teſtimonium. voluit ſatis no. Ant.de But.in c.
tertio loco.extrà de proba.per gl.ibi not.ſequitur
Alex.in cōſi.clij.viſo proceſſu cauſæ.in v. vol. Nec
ob. quatenus vniuerſitas ipſa ſe fundet in antiquiſ-
ſimo titulo ſui inſtrumēti centū annorū producti,
quo cautū eſt priorem cū tribus monachis ob be-
nemerita ipſius vniuerſitatis ſibi conceſſæ, ꝙ poſ-
ſint diſponere de d.territoriis pro arbitrio volun-
tatis. Nā in primis acceptamus, ac fatemur inſtru-
mentū prædictū quatenus pro nobis facit, quia ex
eius tenore manifeſtè oſtēditur de dominio ipſius
eccleſiæ: licet inſtrumentū prædictū non obſtet ei-
dem eccleſiæ, cùm nō ſeruata ſolennitate de qua in
c.ſine exceptione.xij.q.ij.& in auth. hoc ius porre
ctū C.de ſacroſan. eccl. fuerit dicta cōceſsio facta:
nec obſ. ꝙ aſſeratur facta propter benemerita, cùm
de prætenſis benemeritis nullatenus cōſtet: prout
5 cōſtare, & apparere debet de iure, ad hoc * vt cōceſ
ſio teneat: & vltra debet interuenire cōſenſus capi-
tuli, qui cōſenſus etiā ſi interueniſſet nō cōſtito de
benemeritis, nō teneret cōceſsio: voluit ſing. Ioan.
And.in addi.Spec.in tit.de reb.eccle. non alie. vbi
ſubdit, ꝙ requiritur probari vera, & ſufficiens cau
ſa.l.ſi fortè.& ibi Bar.de caſt.pecu.ita etiā in ſpecie
cōſuluit Alex.in conſi.xliij.in iiij. vol. & ſic cùm in
caſu de quo agitur appareat de dominio eccleſiæ
per publicū inſtrumentum productum, ergo con-
ſtito de notorio iniuſto titulo, debēt expelli à præ-
dicta turbatione, & prętēſa eorū poſſeſsione: per id
quod in ſimili ſatis pulchrè voluit Abb. in c. quòd
clerici.de iur.patr.qui dixit, ꝙ is qui notoriè tenet
eccleſiā iniuſtè, poteſt de facto ſpoliari per epiſco-
pum: nec etiā eſt neceſſe ꝙ epiſcopus ipſum vocet.
& facit in ſimili text. in c.ad petitionē.extrà de ac-
6 cu. ꝙ vbi apparet ſpoliatū nō * poſſe in beneficio re
manere, non eſt ei poſſeſsio reſtituēda. & alibi no-
torius defectus proprietatis obſtat agenti poſſeſ-
ſorio.

ſorio.tex.eſt in c.ad decimas. de reſti.ſpol.Nec mi
litaret quatenus ex aduerſo diceretur inſtrumen-
7 tum hoc habere*curſum centum annorum à tem-
pore ipſius celebrationis, & ſic ex cauſa diuturni-
tatis temporis præſumantur omnia ſolenniter pro
ceſsiſſe, & omnia interueniſſe quæ requiruntur in
conceſsione rei eccleſiaſticæ: maximè vbi ſunt de-
curſi xxx.anni:prout ſingu.dicit.Imol.in cap. per-
uenit.extrà de empt.& vend.per gloſ.not.ibi, iun-
cto tex.imò ſi res eccleſiæ eſt poſſeſſa per x.vel xx.
annos per alium patiente eccleſia, & non contra-
dicente, præſumuntur omnes ſolennitates interue-
8 niſſe,*& ſatis eſt allegare eas interueniſſe: vt pul-
chrè dicit Alexan.in conſil.xlv.in fin.in iij.volu.&
Fely.in cap.ſicut. de re iudi.hoc tamen non habet
locum, vbi ex inſpectione inſtrumenti conceſsio-
nis appareret quòd ſolennia non interuenerint:ita
voluit Pau.de Caſt.in ſuo conſi.xlviij.in cauſa quæ
vertitur inter reueren.refert & ſequitur Alexan.in
conſi.j.vj.colum.in iiij.vol.Nec ſuffragaretur vni-
uerſitati allegare, quòd ſumus in interdicto reti-
nẽdæ poſſeſsionis,in quo requiritur in ſpecie pro
bari, quòd tempore turbationis monaſterium poſ
ſidebat:aliàs non poſſet obtinere:vt in §.hodie. in
ſtitu.de interd.not.gl.in l.extat. in gl. mag.ff. quòd
metus cauſa.gloſ.in c.licet cauſam.de probat.gl.in
l.j.§.fina.ff.vti poſſ.& in l.j.C.eo.titu.vel ſi eſt cau-
9 ſa,in qua nõ ſit lis conteſtata,debet probari*quòd
poſsidebat tempore litis cõteſtandæ, ſeu tempore
quo reus cœpiſſet eſſe in cõtumacia.ita inquit Bal.
in ſua diſputatione,accuſatus de vi turbatiua.xiiij,
colum.& plenè Alexand.in conſi.liiij.in v.volu. &
tamen dico hoc non habere locum in caſu de quo
agitur,in quo monaſterium probauit in præteri-
10 tum poſſediſſe:*& vbi actor probat ſe in præteri-
tum poſſediſſe,ſufficeret, & præſumeretur poſſeſ-
ſionem ad tempus litis conteſtatæ continuaſſe, per
l.ſiue poſsidetis.C.de proba.& per no.in c.cùm ad
ſedem.de reſtit.ſpol.ita in ſpecie not.Bal.in l.j. vlti.
col.C.eo.& firmat Alexan.in conſi.liiij. in v. volu.
prædicto, & licet clariſsimè probetur in facto ex
depoſitione duorum fide dignorum teſtium, quòd
ab annis quinquaginta *in la eccleſia ſempre è ſtata
in ditta poſſeſſione*, eſt etiã & tertius teſtis qui idem
affirmat: & ſubdit, *che mai la vniuerſita ce haue con-
traditto*,niſi præſenti anno:& tamen *ſempre li mona-*
11 *ci * haueno poſſeduto, & poſſedeno*: qui tertius teſtis
licet ſit vnicus, tamen ſufficit in cauſa poſſeſſorij:
vt dicit Barto.in l.prima.C.quorum bon.& in l.ij.
verſicu.fina.C.vbi in rem actio.Matheſ.in no. ſuis
not.ij. Iaſo.in rep.l.admonendi.ij.char.Felyn.in ca
pitu.cùm oporteat. in fin. de accu. & minimè opi-
tulabitur prædictæ vniuerſitati, quòd duo ex teſti-
bus monaſterij depoſuerint, quòd etiã Baiuli vni-
uerſitatis interdum cœperunt fidam ex prædictis
territoriis:nam xij.alij teſtes deponunt totũ con-
12 trariũ:*& ſic ſtari debet maiori numero teſtium,
etiam in teſtibus ab eadẽ parte productis,vbi mi-
nor numerus maiori numero contradicit: vt vo-
luit Barto.in l.j.ff.de vent.inſpicien. Alex.in conſi.
cl.in v.vol.& in conſi.lxiiij.in ij. vol. Cæpo. in ſuo
conſi.xxviij.Ioan.And.in c.dilecti.de elect.Alexã.
in conſil.cxlix.viſo proceſſu cauſæ vertentis. in ij.
vol.Curt.in tract.de teſtib.concluſ.lxviij.vbi mul-
ta allegat.Ex quibus concludo partes S.Regij con
ſilij eſſe in condemnando vniuerſitatem, & homi-
nes ciuitatis Caietæ ad deſiſtendum ab indebitis
turbationibus,& moleſtiis illatis eidem monaſte-
rio:& ad cauendum de amplius non inferendo.Et
tandem ita pronunciatum fuit.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Probationes poſt terminum datum ſunt nullæ, niſi iudex ex cauſa id fecerit.num. 2. Verùm ſi iudex videret producentem non malitioſè verſari, poterit ipſas recipere, ſi infra modicum tempus offerantur.num.3.& 6.*

4 *Teſtes licet fuerint citati, & non venerint, intantum quòd terminus labitur, niſi apparuerit per partem producentem in ſtatum, vt teſtes pignorarentur, & ſic cogerentur captis pignoribus, eſt ei imputandum.*

5 *Terminus quilibet datus ad probandum, cenſetur peremptorius, etiam ſi non exprimatur.*

7 *Teſtes examinati poſt lapſum termini parte abſente, & aliter non monita, facit quòd non teneant eorum dicta.*

8 *Terminus probatorius non poteſt prorogari etiã de conſenſu partium, niſi ex noua cauſa.*

9 *Terminus aſſignatus à iudice ex legis diſpoſitione facit vt aſſignatio alterius termini ſit nulla.*

10 *Teſtibus debet deferri iuramentum partibus præſentibus, vel ob contumaciam abſentibus. aliàs non probarent.& num.11.*

12 *Teſtes examinati alia die quàm illa quæ fuit aſſignata in citatione teſtium, vt comparere debuiſſet pars ad videndum eorum iuramenta, nulliter excuſantur.*

13 *[illegible]tus factus alia hora quàm illa quæ fuit præfixa, & aſſignata in citatione, eſt nullus.*

## CONSILIVM LXXVIII.

MAximi, atque incomprehenſibilis Dei
præſidio repetito. In cauſa Magnifici
ac ſtrenui militis Loyſij Alphonſi de
ſylua, Caſtellani caſtri Capuanæ, cum
Ioanne Baptiſta de Medicis mercatore Floren-
tino actore, ſuper petitione ducatorum octin-
gentorum quinquaginta de auro, virtute aſſer-
ti mandati aduerſus ipſum Loyſium Alphonſum
conuentum. Eſt videndum, an appareat funda-
ta intentio ipſius actoris, adeò vt in cauſa iuridi-
cè obtinere poſsit. Et breuiter dicendum eſt, quòd
non. Conſtat namque quòd Comes matere,& duo
alij teſtes vltimo loco producti, in quorum depo-
ſitionibus tota præſentis cauſæ ſubſtantia conſiſte-
re apparet, fuerunt examinati per lapſum vnius
anni, & plus, poſt datum terminum ad probãdum
in cauſa, qui fuit terminus iuris, videlicet xx. die-
1 rum*Et in iure patet eſſe expeditum quòd proba-
tiones factæ poſt terminum datum ſunt nullæ: ar-
gumen.l.ſcire oportet.§.cõſequens.ff. de excuſat.
tut.niſi iudex ex cauſa duxerit probãtem poſt ter-
minum expectandum, quòd declarari debet ante-
quam



quam terminus labatur, vt dixit Baldus in ſua q.
accuſatus de vi turbatiua.in iij.arti.iij. partis. & in
l.à calligato.C.de nupt.verſi.modo reſtat. & idem
quòd probatio poſt terminũ facta non teneat, vult
Angel.in l.fina.& ibi Bart.& Bald.ff.de fer.Bart.in
l.mancipiorum.ff.de opt.leg.& melius in l.damni.
2 §.Sabini.ff.de dam.infe. *& ibi ſubdit nõ probare
etiam ſi iuraſſent in termino: idem voluerunt Bal.
Anto.& Imo.in c.cùm dilectus.extrà de fide inſtr.
Archidia.in cap.iudicantem.xxx.q.v.Salycetus in
l.ſi ea.C.qui accuſ.non poſ.& ibi ſubdit, quòd poſt
terminum nedum teſtis, verũ etiam & inſtrumen-
ta produci non poſſunt, ſi per prius de eis habue-
rat notitiam producens, & etiam quòd re ſit in-
tegra, & ius aduerſarij non ſit effectum deterius. &
idem quod ſupra tenent domini de Rota in deciſ.
xxx.aliàs deciſ.ij.de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct.in no-
uis incip. fuit dubitatum, & per me in publicis re-
lationibus & ideo dicit pulchrè Andr. de Iſer.poſt
glo.in conſtit.Regni, in pecuniariis, quòd licet de
rigore iuris non poſſent teſtes examinari poſt ter-
3 minum,*tamen de bono & æquo poteſt iudex hoc
facere, vt examinentur, ſi viderit producentem
non malitioſè verſari, dummodo infra modicum
tempus, & non multum poſt terminum eos pro-
duxerit, tamẽ debuit allegare cauſam infra termi-
num quare eos non examinauerit ad hoc, vt poſsit
poſt terminum examinari facere, ita voluit idem
Andr.in conſtit. incip.lite legitimè conteſtata, ſub
titu. de iura.calum. & ibi ſubdit hoc verum, quòd
infra modicum tempus ſi produxerit, examinãtur,
dummodo ipſos iurari fecerit infra terminum, &
dummodo producens fuerit ſollicitus, & demon-
ſtrauerit ſe ſemper inſtitiſſe pro examinãdis dictis
teſtibus, & ſic per eum non ſteterit. Hinc dixerunt
Bald. & Imo.in l.quibus diebus.ff.de condit.& de-
monſtrat.quòd licet pars fecerit teſtes citari, qui
4 non venerunt, adeo quòd elapſus ſit terminus,*ꝙ
niſi apparuerit per partem producẽtem in ſtatum,
vt teſtes ipſi pignorarentur, imputandum erit par-
ti ſi eos in termino examinari non fecerit, & ſic la-
pſus termini ei nocebit.idem ſequitur Alexan. in l.
5 ſi quando.C. de teſtib. * quod præſertim procedit,
cùm quilibet terminus datus ad probandum dica-
tur peremptorius, etiam ſi non exprimatur.l.fina.
& ibi Bart. & melius Bald.ff.de fer. Bald. in cle.j.§.
ſanè.de for.compet. Angel. in §.ſi minus.inſtit.de
actio. Bald.in addit.Specul.in tit.de dilat.§.termi-
nus. lo ij.& idem Bald.in marg.in ver. terminus.in
nono verſicu. Et alibi quilibet terminus datus in
curia in dubio intelligitur peremptorius ex con-
ſuetudine, ita dicunt domini de Rota, in dicta con-
clu.ſeu deciſ.xxx. aliàs deciſ.ij.de ſequeſtr.poſſeſſ.
& fruct. & deciſ. ccxlv. aliàs deciſ.x. incip. licet in
cauſis prophanis.tit.de re iudic.in nouis.& in cap.
cupientes.§.quòd ſi per viginti.de elect.in vj.& te-
net Socinus in reg.ccliij.in vltimo fo. Et potiſsimè
procedunt præallegata in præſenti Regno, in quo
communiter, & ſemper vt plurimum datur in cau-
6 ſis terminus iuris ad probandum, & vbi * præfigi-
tur terminus iuris ad probandum, non auditur
quis poſt terminum volens teſtes producere, ita
voluit Innocentius in cap.cùm in tua. extrà qui
mat.excuſ.poſ.Baldus in authen.ad hæc.C.de vſur.
penul.colum.Baldus in cap.j.in princip. quo tem-
po.mil.Fely.in cap.licet cauſam.ix.colum.extrà de
probat.in iij.limit.vbi pleniſsimè. Or quanto ma-
gis aduertendum eſt in præſenti caſu iſto, in quo
7 fuerunt per annum* & plus elapſum poſt termi-
num datum teſtes examinati parte abſente:nec ali-
ter monita quod fieri nullatenus potuit: vt dixit
ſingulariter Baldus in l.peremptorias.j.colum.C.
ſent.reſcind.non poſſ. & in l.fina. ff. de fer. in lect.
antiq.Imò plus dicit Baldus in dicta l. perempto-
rias.quòd terminus probatorius nõ poteſt proro
8 gari etiam de conſenſu partium,*niſi ex noua cau-
ſa:idẽ tenet Spec.in tit.de ſen. §.videndum.verſi.il
lud. Accedat pro corroboratione præmiſſorũ fun
damentalis ratio, ꝙ nullatenus huiuſmodi pro-
ductio extra terminũ valeat: nam certum eſt quod
iudex poſt terminum recipiendo teſtes productos
videtur tacitè declaraſſe admittere partem ad pro
bandum, non obſtante lapſu termini: ſed talis decla
ratio non potuit, nec debuit fieri parte non cita-
ta, quia talis admiſsio poſt terminum, ſeu rece-
ptio, fuit interlocutoria, quæ traxit ſecum execu-
tionem: ſicut etiam & aſsignatio termini primi ad
probandum in cauſa fuit interlocutoria, quæ tra-
xit ſecum executionem: nec poteſt iudex reuoca-
re, niſi pars ſit citata. Præterea in tali aſsignatio-
ne etiam primi termini requiritur cauſæ cognitio,
& ſic partis citatio, ſecundum Antonium de Butr.
in dicto cap.licet cauſam.de probatio. referentem
Ioannem And.in addit. Spec.& ſentit glo. & Ange.
in dicta l.fin. ff.de fer. ergo cùm talis interlocuto-
ria non potuiſſet ferri ſine cauſæ cognitione, &
parte citata, non potuiſſet minimè reuocari parte
non citata: ſecundum Bartol.in l.quod iuſsit.ff. de
re iudicata, quæ quidem interlocutoria ſatis appa-
ret reuocata, per quam primus terminus concedi-
tur recipiendo, ſeu admittendo receptionem te-
ſtium productorũ poſt terminum aſsignatum. ita
in ſpecie dixit excellens doctor Georg. natta in re
petitione clem.ſæpè.de verborum ſignifica.in §.&
quia.in glo.in ver.non obſtante.in vij.colum.d.gl.
qui etiam plus ſubdit ad confirmationem præmiſ-
ſorum Bal.dicere in l.fin.§.ſed quia. C. de iure de-
9 liber.*quòd quãdo certus terminus eſſet aſsigna-
tus à iudice ex legis diſpoſitione, talis aſsignatio al
terius termini eſt nulla ipſo iure, quando iudex in
primo termino aſsignaſſet terminum iuris: prout
apparet in caſu præſenti. Ex quibus infert prædi-
10 ctus excellens doctor, * quòd ſi iudex parte non
citata aſsignet ſecundam dilationem, aſsignatio eſt
nulla: quod etiam tenet Bart.in l.fin.ff.de fer. Fran-
ciſcus de Aret.in cap.licet cauſam. de probat. quia
negari non poteſt, quin etiam ſi iſta ſecunda aſsi-
gnatio termini non ſit ſecunda dilatio, ſed ſupple-
tio primæ dilationis, quin requiratur citatio quæ
etiam in prima aſsignatione & dilatione requiri-
tur, vt dictum eſt: & tamen ſatis apparet per rece-
ptionem teſtium poſt terminum, & ſic poſt dila-
tionem iudicem admiſiſſe partem ad ſecundam di-
lationem, quod minimè fieri potuit nec debuit ex
præmiſsis. Secundò & vltimò indubitati iuris eſt,
11 quòd * iuramentum debet deferri teſtibus exami-
nandis partibus præſentibus, vel ob contumaciam
abſentibus, aliàs ipſorum depoſitio non tenet, nec

valet.c.in nomine domini.extrà de teſtib. ita dicit
glo.peregrina, & vnica, iuncto tex.in l. ſi quando.
C.de teſti.in ver.introducit.per quam glo.Rapha.
Fulg.in l.j.C.quomodo & quando iud. dicit Paduæ
ſe irritaſſe mille proceſſus, & mille dicta teſtium.
idem tenet Lanfranc.de Oria. in repetitio. c.quo-
niam contrà.extrà de probatio.in ver.teſtes.in vj.
q.refert etiã & ſequitur magnus practicus Thom.
Fer.de aduocatis de Brixia,in ſuis cau. in cau.duo-
11 decima.vnde cùm teſtes ipſi citati fuerint,* vt pri
ma die iuridica comparere debuiſſent ad deponen
dum in cauſa, & longè poſt dictam diem, imò per
menſes & etiam annum poſtea depoſuerint, nulli-
ter quidem depoſuerunt: & ſic actus depoſitionis
eſt nullus, cùm alia die quàm die præfixa in citatio-
ne factus fuerit: & in quo die non poterat veriſi-
militer pars citata ad videndum ipſos iurare eſſe
præſens, nec per contumaciam abſens: & ideo non
valet. l.fin.§.is qui.& ibi not. Bartol. ff.quod vi aut
clam.& in l.aut qui aliter.in princi. & ibi per eun-
dem, eod.tit.& text.in c.conſuluit.cùm ibi no.ex-
trà de offi.deleg.& conſuluit Alex. in conſil. ccxij.
in ij.vol.ij. colum. Quibus etiam ſuffragatur ritus
magnæ cur.Vicariæ, chart.vij.qui dicit: item ſi in
rubr.teſtium non dicatur teſtes producti,&c. & iu
rati.parte præſente, vel abſente per contumaciam,
ita quòd de contumacia ipſa conſtet per depoſitio
nes teſtium, non valent: ſed in caſu noſtro clarum
eſt quòd Loyſius Alphonſus ipſe fuit citatus vt pri
ma die iuridica comparere debuiſſet ad videndum
iuramenta teſtium, qui ſi comparuit prima die iu-
ridica eo die non fuerunt teſtes examinati, ſed per
annum poſt, ſi verò non comparuit non apparet de
eius contumacia, nec per teſtes, prout requiritur,
nedum ex forma ritus, verùm etiam ex diſpoſitio-
ne iuris communis, vt plenè per prædictum Tho.
Fer. in dicta cautel. nec etiam apparet de contuma
cia ipſa per acta, licet non potuiſſet per acta proba-
ri, vt ſuprà, nec poterat eſſe cõtumax, cùm non fue-
rit vlterius monitus per primam citationem iam
per annum elapſum ad videndũ teſtium iuramen-
ta: videtur neceſſariò concludendum affirmare
depoſitiones ipſorum teſtium nulliter receptas, &
ſucceſsiuè proceſſum nullum: non omittẽdo quòd
nedum requirebatur actus ille examinationis, ſeu
iuramenti teſtium fieri die prima iuridica appoſita
in citatione, verùm etiam fieri certa & determina-
ta hora, ſi hora fuiſſet in citatione ipſa appoſita.
13 Ex * quo actus factus alia hora quàm præfixa in ci
tatione redditur nullus, tanquam factus parte non
citata, prout ita factus dici poteſt, & debet: ita di-
cit Bar.per illum tex.in l.fi.§.fi.ff.quod vi aut clàm.
idem Bart.in l.finita.§.Iulianus.v.col. verſi.quæro
vtrum primum decretum. ff.de dam.infe.& in quo
dam ſuo conſi.incip.iudex, Bald.in l.j. pen.colum.
verſicu.modò hîc vlterius quæro. C. quomodo &
quando iud.Bald.in l.ſi vt proponis. la ſecunda.eo.
titu. Bald.in l.terminato.iij.colum. C.de fruct. &
litium expen.Bald.in c.j.vj.colum.de iudi.& Mar-
ſil.in conſil.xlviij.& ita vt concluſum eſt, arbitror
iuris eſſe: & ita exequutum fuit & pronunciatum
per Sacrum Regium conſilium.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio ſcripturæ facta per debitorem aſſerentem ipſam ſcripſiſſe, inducit plenam probationem pro creditore.*

2 *Scriptura debitoris licet non recognita per ipſum, facit tamen ſemiplenam probationem pro creditore.*

3 *Teſtimonium fratris licet aliqualiter diminuatur pro fratre, tamen probat.*

4 *Teſtis licet aliàs poſſit incontinenti corrigere dictum ſuum, tamen id facere non poteſt ex interuallo, & dicitur incontinenti, quando adhuc ab examinatore non receſſiſſet, quia ſi receſſit, & demum rediſſet, non poſſet ſe emendare. numero 5. & 6.*

7 *Teſtis ſi pro vna parte ſemel depoſuit, & demum pro alia examinatus dixerit, quòd precibus illius ita dixerit licet non verum dixerit, ſtabitur tamen primo dicto. num 8. Sed ſi tempore quo primo loco fuit examinatus pro illa parte hoc dixiſſet tunc præiudicaſſet.*

9 *Confeſſio abſente parte inducit ſemiplenam probationem ſecundum vnam opinionem.*

10 *Teſtes in dubio præſumuntur eſſe conteſtes, & de eodem actu deponentes, licet non appareat quòd omnes fuerunt præſentes eodem tempore. num. 11.*

12 *Confeſſio geminata probata per teſtes, inducit plenam probationem.*

13 *Probationes plures imperfectæ ſimul iunctæ, vel plures ſemiplenæ faciunt vnam probationem perfectam.*

14 *Iudex habet præſumptiones, vel aliquas coniecturas, ex quibus inducitur ad opinionem, vel ſuſpicionem quòd res ita ſit, prout petitur, poteſt ex hoc ſolo iuramentum ſuppletorium deferre.*

15 *Probationes imperfectæ faciunt vt ex ijs poteſt iuramentum ipſum deferri.*

16 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, facit vt iudex credere poteſt probationi perſuaſiuæ licet non concludenti. num. 17. Et in tantum quòd iudex poterit in cauſa ipſa manu regia procedere, inſpecto iure gentium, & non iure ciuili: & recedere à regulis iuris num. 18.*

19 *Princeps ſola facti veritate inſpecta poteſt cauſam decidere.*

## CONSILIVM LXXIX.

TRemendi Dei auxilio iterato, Amen.
In cauſa honorabilis Aurelij Saglia-
ni cum Ioanne Paulo Marzato de Nea-
poli, ſuper petitione ducatorum cen-
tum mutuatorum eidem Ioanni Paulo, quinque
iudicio meo ſunt ponderanda, quibus conſidera-
tis ac bene ruminatis, prout de more excellen-
tium dominorum regentium Cancellariam cla-
riſsimè de victoria explorata eiuſdem Aurelij li-
1 quebit. In primis eſt conſiderandum * quòd præ-
dictus Ioannes Paulus recognouit ſcripturam ſeu
chirographum ſua propria manu confectum de
mutuo prædicto, eſſe ſuæ propriæ manus ſcriptum
aſſerendo, quo caſu inducitur plena probatio pro
ipſo Aurelio: prout dicit Bartol.in l.ſcripturas.C.
qui potio.in pig.hab. Verũ quia ſumus infra bien-
nium, & ipſe conuẽtus excepit de exceptione non
numeratæ pecuniæ, dico quòd iſta ſcriptura ex ſe
ſola ſaltim etiam quando non eſſet ſuffulta reco-
gnitione, & confeſsione ipſius conuenti, facit ſe-
miplenam probationem, vt dicit Bartolus in di-
cta l.ſcripturas.& Anto.de but.in c.finali. extrà de
2 iureiur. * Secundò eſt conſiderandum, quòd de
numeratione pecuniæ facta eidem Ioanni paulo,
deponunt duo teſtes, quorum vnus eſt Fabius Sa-
glianus frater ipſius actoris: alter verò eſt Marcus
Antonius, qui demum productus ab eodem Ioan.
paulo depoſuit minimè verũ depoſuiſſe ad inſtan-
tiam prædicti Aurelij, inquantum aſſeruit inter-
fuiſſe numerationi: ſed quòd precibus eiuſdẽ Au-
relij ductus ita depoſuerit. Nam quo ad primum
clarum eſt ex iuris diſpoſitione, quòd licet fratri
3 producto ad inſtantiam fratris * aliquantulum di-
minuatur de fide, nihilominus eius teſtimonium
non improbatur pro fratre, ſed admittitur. glo. eſt
in l.parentes.& ibi Bald.& communiter docto. C.
4 de teſtib.* Quò verò ad Marcum Antonium alium
teſtem, certum eſt quòd licet aliàs teſtis poſsit in-
continenti corrigere dictum ſuum, vt dicit gloſſ.
in §.quia verò.in auth.de teſt. non tamen ex inter-
uallo, vt magnum feſtum faciunt Bald.& do. Abb.
quos ſequitur Fely.in c.præterea.de teſtib.cog.at-
tamen dicitur incontinenti in caſu iſto, quando
5 adhuc non receſsit ab examinatore:* nam ſi ſemel
receſsit, & demum reuertatur, & velit emendare,
vel addere, id facere non poterit, ita voluit Bald.
in l.lecta.in fin. ff. ſi certum petatur. refert & ſequi-
tur Iaſon de may.in l.iuriſgentium.§.quinimò. ff.
de pact.imò.plus ſubdit Bald.in dicto c. præterea.
quòd ſi teſtis poſtquam depoſuit incontinenti re-
currat ad notarium, & faciat ſibi legi dictum ſuum,
& diceret, ego ſic non dixi: non ex hoc licebit no-
6 tario emẽdare, & aliter ſcribere,* prout teſtis ipſe
dicit, abſq; iudicis mandato: & idem ſequitur Ia-
ſon in loco præallegato: Accedat & plus quod in
propriis terminis conſuluit Petrus de Anchara. in
conſilio xxiiij. ſuper inquiſitione formata &c. vbi
7 dixit, quòd ſi ſemel teſtis depoſuit, * & demum ad
inſtantiam alterius partis examinatus deponat ſe
precibus illius partis primum dictum depoſuiſſe,
licet non verum, quòd tamen in præiudicium iu-
ris quæſiti parti, pro qua examinatus fuit ex pri-
mo dicto, non ſtabitur ſecundo dicto ipſius teſtis
aſſerentis ſe precibus illius ita depoſuiſſe, per text.
in c.ſicut nobis.extrà de teſtib. Ex quo poſtquam
teſtimonium depoſuit, dicitur acquiſitum ius par-
ti: & ideo aliter poſteà deponendo non præiudicat:
8 * ſed ſi tempore quo primo loco fuit examinatus
ad inſtantiam Aurelij hoc dixiſſet, tunc præiudi-
caſſet: ita dixit pulchrè Iaſon in l. iuſiurandum. §.
procurator.ix.col.ff.de iureiur.& ex hoc apparent
prima duo obſtacula reſoluta. Tertiò eſt conſide
randum ex meritis probatorum apparere de con-
feſsione prædicti Ioannis pauli plenè probata de
numeratione mutui prædicti per depoſitionẽ qua-
tuor teſtium, & licet poſsit ex aduerſo allegari,
quòd fuerit abſente actore prædicto, tamen infi-
ciari non poteſt quin confeſsio ipſa abſente parte
9 non inducat ſaltim ſemiplenã probationem, * ſe-
cundum veram & communem concluſionem: vt
firmat Bartolus in l.admonendi. xiij. colum. ff. de
iureiur.verſic.his præmiſsis.per textum in cap. fi.
de ſucceſſ. ab inteſta. Bartolus in conſilio factum
ſic ſe habet.Anton.de butr.in cap.fina.extrà de iu-
reiurando.Ludo. in conſilio ccclxxiij. viſis allega-
tionibus: & ſequitur Iaſon in repetitione l. admo-
nendi.xviij.fol. & ibi ſubdit non eſſe in iudicando
nec in conſulendo ab iſta opinione recedendum.
Quartò conſiderandum eſt, quòd confeſsio iſta
fuit geminata, videlicet vna vice in eccleſia ſancti
Laurentij: & alia in gabella carnium, de qua de-
ponit frater Carolus: & de ſecunda Saluator de
yſopo. Et licet alij duo interrogati de loco depo-
nant Neap. attamen intelligẽda eſt eorum depo-
ſitio in locis præallegatis, qui ſunt in ciuitate Nea-
pol. cùm in dubio teſtes præſumi debeant eſſe con
10 teſtes, & de eodem actu deponere, * licet non ap-
pareat quòd omnes eodem tempore fuerint præ-
ſentes, dixit Baldus in l.ij.C. de bono. poſſ. ſecun-
dum tabu.Baldus in l. de quibus. ff. de legi. Panor.
in cap.cùm Ioan.extrà de fide inſtrum. & ſequitur
Iaſ.in d.l. ij. vbi ſubdit eſſe notab. quia valde quo-
tidianum in practica. Et quia nihil dicti teſtes di-
cunt ex quo in eis de loco detegi poſſet ſingulari-
11 tas loci, facienda igitur erit interpretatio, * vt ſit
conteſtis, vt not.traditur per Innocentium c. qua-
liter & quando.lo vlt.ij.col.de accuſa.Specu.in tit.
de inquiſitio.§.nunc tractemus.verſi.ſuper proba-
tione.Ioan.de Imo.in c.cùm oporteat.de accuſ.&
conſuluit Alex.in conſilio xlvj.vj.colum. in v. vol.
qui in propriis terminis noſtris loquitur.idẽ Alex.
in conſilio clvj.in v. col. in v. volu. & ſic ſtante di-
12 cta geminata confeſsione, * ſequitur quòd ex ea
ſola reſpectu geminationis prædictæ ſit inducta ex
iuris diſpoſitione plena probatio, vt dixit ſingu-
lariter Bart.in l.cùm ſcimus. C.de agrico. & cenſi.
lib.xj.Ab.in c.ſi cautio.extrà de fide inſtrum. & in
repet.c.per tuas.extrà de arbi.Paul.de Caſt.in l.pu
blia.ff.depoſi.Ludo. in conſilio ccxc. incip. in caſu
propoſitæ conſultationis.& in l.nuda ratio. de do-
natio. Suffragatur præmiſsis, ꝙ ipſis abſque veri
præiudicio ceſſantibus, ſaltim ex eis non ſint indu-
ctæ plures ſemiplenæ probationes, vel plures pro-
13 bationes imperfectæ, * quæ ſimul iunctæ facere
non debeant plenam probationem, per tex.in ter-
minis in c.fin.de ſucce.ab inteſta.Bart. in l. admo-
nendi.ff.de iureiur.& in l.j.ff.de quæſtio.Can. in c.
cùm veniſſent.& in c.licet ex quadam.de teſt. Bal.
in auth.rogati.C.de teſtib. qui omnes concorditer
tenent, quòd vna imperfecta probatio iungitur
cum alia ad faciendum plenã probationem, quin-
imò ad abundãtiorem cautelam fuit petitum iura-
mentum ſuppletorium per prædictum Aurelium,
quòd nedum exiſtentibus tot ſemiplenis, imò ple
niſsimis probationibus deferri debet, verũ etiam
ipſis ſolùm deſeruientibus pro coniecturis, & præ-
14 ſumptionibus, * ex quo vbi iudex habet præſum-
ptiones, vel aliquas coniecturas, per quas induci-
tur ad opinionem, vel ſuſpicionem quòd res ita
ſit, prout petitur, poteſt ex hoc ſolo iuramentum
ſuppletorium deferre, ita dixit Bartolus rectè in-
tuenti in dicta l.admonendi. v. colum. Iacobus de
Aret.in l.ſi fundum. de rei vend. refert & ſequitur
Alexand. in conſilio liij. in j. volum. in cauſa ver-

tente inter Michaelem &c.& ſequitur Iaſ.in repet.
l.admonendi.in xj.chart.ff de iureiuran.vbi ſubdit
hoc nunquam eſſe tradēdum obliuioni. Quinimò
& plus ſi ex aduerſo inficiatur,prout dicitur,quòd
in caſu iſto aliqui teſtes deponunt de mutuo, ſed
non perfectè,quia vnus teſtis eſt frater,& alter te-
ſtis reuocauit quod dixerat in fauorem Aurelij &
ſimiliter nonnulli alij deponunt de confeſsione
ipſius Ioannis pauli, & ſimiliter imperfectè, quia
videntur eſſe ſingulares in eorum depoſitionibus,
ego dico quòd dato abſque veri præiudicio, quòd
ita eſſet, prout ex aduerſo fundatur, tamen tales
probationes ita imperfectæ, tam circa mutuum
quàm circa confeſsionem, coniunguntur, vt pro-
bent, ita voluit dominus Abbas in capit.cùm dile-
ctus.extrà de ſucceſſ.ab inteſta. vel ſi vis tenere ſe-
15 cundum aliam opinionē, quòd ex præmiſsis * im-
perfectis probationibus reſultet ſolùm ſemiplena
probatio,dico quòd hoc caſu denegari non poteſt
iuramentum ſuppletorium.ita in propriis termi-
nis voluerunt Baldus & Salycetus in authent. ro-
gati.C.de teſt.per textum in dicto c. cùm dilectus.
& per rationem, quòd licet confeſsio ſit quid di-
uerſum ab ipſo contractu mutui, tamen continet
in ſe contractum inquantum ipſa confeſsio præ-
ſupponit contractum eſſe factum. Vltimò adduco
quòd licet hodie in regno in cauſa ſit proceden-
dum ſola facti veritate inſpecta, per capitulum de-
teſtantes,tamen ad maioris cautelæ ſuffragium per
eundē Aurelium fuit aditus illuſtriſs. Prorex,& ab
eius illuſt.dominatione obtentū reſcriptū,& à ve-
ſtra excellētia decretatū, vt in cauſa ipſa miniſtra-
retur iuſtitia,ſola facti veritate inſpecta. Quæ clau
ſula eſt tantæ importantiæ, vt iudex cui cum clau-
ſula prædicta committitur, poſsit credere proba-
16 tioni perſuaſiuæ licet non concludenti, * ita in-
quit Baldus in l. ſolam. C. de teſtib.& Franciſc. de
Are.in conſilio lxxxiiij.diligenter ponderatis &c.
& intantum iudex cui fuerit eo modo cauſa com-
miſſa, ſe extendere poteſt, vt in ea poterit manu
regia procedere inſpecto iure gētium duntaxat,&
remoto iure ciuili.dixit Bart.in extrauagan.ad re-
primendum.in ver.videbitur.Baldus in dicta l. ſo-
lam.& in l.nemo.C.de ſent.Fran.de Are.in conſil.
prædicto,& ideo dixit Iaſ.in l.certi condictio. §. ſi
17 nummos.ff.ſi certum petatur. per prædicta,*quòd
iudex qui poteſt ſola facti veritate inſpecta proce-
dere,poterit recedere à regul.iuris.Et fortius dixit
pulchrè Baldus in l.ſcimus.quæ eſt pen.ij.col.verſ.
ſextò quæro.C.de iure delibera.quòd iudex qui ha
18 bet iudicare ſola*facti veritate inſpecta, debet iu-
dicare prout Deus eſſet iudicaturus. Idem voluit
Bart.in d.extrauag.ad reprimendum in ver.ſine fi-
gura.dicēs quòd Princeps cognoſcit vt Deus,quia
ſola facti veritate inſpecta cognoſcere poteſt.vt in
c.ad petitionem,extrà de accuſat.idem refert & ſe
quitur excellens doctor Georg.natta in repetitio.
cle.ſæpè.de verbo.ſignifi.in §.non ſic tamen.in ver
bo,ſecundum conſcientiam tuam.xij. colum. dicti
verbi,& idē inquit præclarus doctor Clau. de ſey-
ſello in l.beneficium.ij.colum.de conſtit. princip.
vbi dicit ſe ita ſolitum dicere, quòd habens pote-
ſtatem cognoſcendi ſola facti veritate inſpecta, co
gnoſcit tanquam Deus, tamen arbitriū eius debet
eſſe limitatum per rationem naturalem, & poſiti-
uam,præſertim cùm exiſtēte cauſa ipſa in regia au-
dientia,& coram vobis excellentibus dominis re-
19 gentibus, ſatis dicitur eſſe coram Principe : * &
Princeps ſola facti veritate inſpecta poteſt cauſam
decidere, etiam ſi iudiciarius ordo eſſet omiſſus,
per tex.in d.c.ad petitionem. Nam quicquid Prin-
ceps facit,vt Deus facit,vt not.in authent.de hære.
& falc.in prin.colla.j. Deus autem eſt ipſa veritas.
vt dicit Ioann.And.in cap.cùm eſſes.extrà de teſt.
in nouel.& ideo nec fallit nec fallitur. l. vlti. C. de
ponder.& aur.illat.lib. x. verba ſunt elegantia Bal.
in tit.de no.for.fideli.§. inueſtitura. in vltimis ver-
bis, vlt.col. Ex quibus omnibus & eorum ſingulis
concludo partes regiæ audientiæ, & excellentia-
rum veſtrarum dominorum regētium regiam Can
cellarium, eſſe in condemnando prædictum Ioan-
nem paulum ad ſoluendum eidem Aurelio prædi-
ctos ducatos centum.& ita iuris eſſe cenſeo ego
Thomas Grammaticus.

### Sꝟmmariꝟm.

1 *Pactum quòd capitale ſit ſaluum, in inſtrumento non eſt a iure improbatum ſed valet & tenet numero 2. Maximè vbi contrahentes non habuerunt animum contrahendi mutuum.*

3 *Contractus initium attenditur, nec mutatur natura contractus, ſi præter ſpem ſequatur proſpera, vel aduerſa fortuna.*

4 *Societas in qua Titius poſuit mille, & Seius operas, & finita ſocietate reperiuntur ſolùm mille, ita quòd nihil eſt ſuperlucratum ſed deperditæ operæ Seij quodammodo, certè ſi fuit conuentum quòd capitale ſit ſaluum, tenet contractus.*

5 *Donans eccleſiæ centum oues vt quolibet anno donec vixerit, det ſibi quinque, cùm plus ex eis veriſimiliter percipi poſſit, & quòd poſt mortem oues ſint monaſterij etiam ſi fuerint multiplicatæ, talis contractus eſt licitus, nec poteſt eccleſia dici læſa.*

## CONSILIVM LXXX.

IN Chriſti nomine, Amen. Viſo inſtru-
mento & actis mihi tranſmiſsis per
Magnificum Capitaneum terræ guar-
diæ, ante omnia concedendum eſt
obiecta aduerſus liquidum inſtrumen-
tum debere in vinculis allegari, iuxta formā ritus,
qui inuiolabiliter obſeruari debet. Et dato abſque
veri præiudicio, quòd in carcere allegarentur, ni-
hil ſuffragātur conuento, cùm huiuſmodi pactum
ſi dici poteſt ineſſe in hoc inſtrumento, videlicet
1 * quod capitale ſit ſaluum, valet, & tenet, nec eſt à
iure improbatum, vt vſurarium, prout ex aduerſo
prætenditur, ita tenet Hoſtien.poſt Alber. in ſum-
ma de vſur.§. an aliquo. Bald. in quodam ſuo con-
ſilio incipiente, viſo inſtrumento facto inter Ra-
pha.in l.cum duobus.§.item ex facto.ff.pro ſoc.di-
cens, quòd ſi contrahentes non habuerūt animum
contrahendi mutuū, ipſe non reperit text.iuris ca-
2 nonici, nec rationem ſcriptam, *quòd contractus
talis ſit illicitus, & ſic cū appareat manifeſtè quòd
non animo ſubeundi mutuum, ſed ſocidam fuerit
huiuſmodi contractus celebratus:& ſequitur quòd
non poteſt dici vſurarius, cùm vſura cadat in ſolo
mutuo, ſecundum theologos.& canon. prout dicit
ſanc.Ber.in ſermone xxxv.artic.j.& ij. & aliis ple-
riſque locis:& patet etiam per dictam gl.& doct.in
c.conqueſtus.& in cap. conſuluit. de vſur. & quòd
not.per Ioan.And.in regula,peccatum non dimit-
3 titur.de reg.iur.in vj. * præterea ſatis eſt principa-
liter aduertendum ad initium contractus : & prout
ab initio fuerunt pacti, nec mutatur natura con-
tractus, ſi præter ſpem ſequatur proſpera vel aduer
ſa fortuna. ad quod facit l. ſi ea lege. C. de vſur. &
quòd ibi Baldus in l.ea pactione.C.eod.titu.& tex.
in c.cùm cauſam.de emptio.& vendit.& quòd per
glo.& do.Ant.ibi.& in c.dilecti.eod.tit. ex quibus
infertur in ſimili, quòd ſi Titius immiſit mille in ſo
cietate,& Seius operas immiſit: & finita ſocietate
reperiūtur ſolùm mille : ita ꝙ nihil eſt ſuperlucra-
4 tum,*ſed deperditæ operæ Seij quodammodo:cer
tè ſi fuit conuentum quòd capitale ſit ſaluum, valet
contractus:nec eſt cōtra Theologos, vt voluit Ra-
pha.in l.cum duobus.§.item ex facto.ff.pro ſocio.
per tex. ibi. quinimò cōſuetudo dictat ꝙ etiā citra
pactum idē dicendum ſit:prout dicit gl.in l.j.ff.pro
ſoc.ſentiens ꝙ illa conſuetudo ſit ſeruanda quin-
imò iſtud eſt de iure communi:prout ibi tenent Ia
cob.de Are.& Bal.& ratio eſt:quia non conſidera-
tur exitus, ſed ipſum initium facti depoſitis in ſo-
cidam:tunc enim debet æſtimari ſpes lucri:& con-
ſideratur id quod immittitur : nec immutatur na-
tura contractus, vt ſuprà dictum eſt, ſi præter ſpem
ſequatur proſpera, vel aduerſa fortuna,& ideo vo-
luit ſan.Bernardinus in ſuo ſermone xxxix. articu-
5 lo ij. c. iij. * quòd ſi ego dedi monaſterio centum
oues cum hoc, vt quolibet anno donec viuam, ſeu
vixerim, det mihi quinque, cùm plus ex eis percipi
poſſet veriſimiliter, & quòd poſt mortem oues
ſint monaſterij, etiam ſi fuerint multiplicatæ, ſe-
cundum Hoſt. talis contractus eſt licitus, nec po-
teſt eccleſia petere ex eo reſtitutionem, etiā quòd
paulo poſt oues omnes perierint, cùm tēpore ſo-
cietatis non fuerit eccleſia læſa.idem ſequitur ſup-
plementum Piſanellæ, in verbo, ſocietas ſecunda.
§.quid ſi finita.vnde cùm tempore initæ ſocidæ pe
cudes integræ conſignatæ fuerint, & bonæ, ac in-
columes, non poteſt vſurarius aut illicitus contra-
ctus allegari prætextu ſalui capitalis, cum longè ac
valde multiplicare potuiſſent, prout credendum
eſt multiplicaſſe, nec apparet de contrario, & al-
legata & oppoſita ex aduerſo poſt finitum tempus
ad diffugiendum ſatisfactionem opponūtur, & ita
prout iuris eſſe arbitror conſulo vobis Magnifico
Capitaneo eſſe exequendum, ego Thomas Gram.



### Sꝟmmariꝟm.

1 *De ſententia nulla non eſt neceſſaria fieri mentio in reſcripto ſeu priuilegio.nu.2. Sicut nec de priuilegio, nec de reſcripto nullo.*

3 *Princeps non præſumitur conceſſiſſe, nec concedere, non concedenda.*

4 *Princeps concedendo rem minori, vel pupillo, ſeu vniuerſitati ſemper intelligenda erit conceſſio abſque præiudicio tertij.*

5 *Sententia non transfert dominium, nec poſſeſſionem, numero 6.*

*Et nedum ſi eſſet rei corporalis, quàm etiam iuris incorporalis adhærentis rei corporali.*

7 *Relatio dum ſit Principi, fieri debet coram ambabus partibus.*

8 *Actus principalis ſi non valet, minimè valebit acceſſorium.*

9 *Actus principalis ſi non valebit, nec confeſſio valebit ab ea procedens.*

10 *Scriptura vna ſi eſt facta contemplatione alterius, illa non apparente non tenebit alia ſecunda ſcriptura.*

11 *Paria ſunt non apparere, vel minus legitimè apparere. item nihil, & inualidum æquiparantur. item quòd nulla exprimatur cauſa, vel friuola. nu. 12. & 13.*

14 *Princeps nec Papa poteſt inaudita parte aliquid ſtatuere. nu 15.*

*Et hoc, quia eſſet tollere defenſionem quam Princeps auferre non poteſt. inde dominus omnipotens Adam vocauit nu. 16.*

*Etiam ſi id faceret ex certa ſcientia non teneret. nu 19.*

17 *Reſcripta parte inaudita obtenta non tenent.*

18 *Poſſeſſor quilibet iniuſtus audiri debet antequam amoueatur.*

20 *Poſſeſſio ſeu quaſi iurium non poteſt dici acquiſita parti aduerſæ non conſentienti.*

21 *Ad acquirendum quaſi poſſeſſionem requiritur conſenſus eius de cuius præiudicio agitur, nec etiam acquireretur per patientiam violentam, quæ non habet conſenſum.*

## CONSILIVM LXXXI.

REdemptoris gentium ſuffragio repeti
to, Amen. Audio excel. domine Guber
nator ſtatus Salernitan. porrectū fuiſſe
memoriale Illuſtriſ. Balio Illuſtr. Prin-
cipis Salerni nunc Proregi digniſsimo, per vniuer-
ſitatem Salæ aſſerenti, quòd dum obreptitiè ac ſub
reptitiè fuiſſet præteritis menſibus per vniuerſita-
tem Diani obtentum committi erario prædicti Il-
luſtriſsimi Principis vniuerſitatem ipſam Diani
manuteneri in poſſeſsione paſculandi eorum ani-
malia in demaniis dictæ terræ Salæ, necnon & alia
rum terrarum, & minimè ſoluendi iura aliqua pla-
tearum, ſeu paſſagij, & hoc ex quo vniuerſitas ipſa
Diani expoſuerat, licet alienum à veritate cum re-
uerentia, ſe fuiſſe, & eſſe in huiuſmodi poſſeſsio-
ne, ſeu quaſi virtute prætenſi priuilegij conceſsi
per quondam bonæ memoriæ Illuſtriſsimum Prin
cipem Robertum genitorem præſentis Principis,
nunc regnantis, & fuiſſet ideo cauſa ipſa commiſ-
ſa veſtræ Magnificentiæ, vt debite prouideret ſu-
per turbatione* & illata per vniuerſitatē Diani, ac 1
prætenſa inſtantia ærarij ſuper accuſatione pœnæ,
& ipſius exactione, obiectóque de ſubreptione ex
aduerſo prætextu aſſertæ ſententiæ, vt prætenditur
latę, imò potius ſomniatę in aere ſuper poſſeſſorio,
necnon & literarum prædicti Illuſtr. Balij directa-
rum ærario prędicto, ex quibus omnibus cōclude

batur, ex aduerſo ipſam vniuerſitatẽ Diani eſſe in
quaſi poſſeſsione dictarum exemptionũ, ac immu-
nitatum: & debere igitur in ea manuteneri: & ſic
expoſita in memoriali fuiſſe, & eſſe tacita veritate
impetrata &c. Et ſi excellens domine ſentẽtia cu-
ius copia mihi tranſmiſſa fuit, lata per quendã Ia-
cobum de caeta: tunc Viceprincipem ſuper admiſ-
ſione prætenſi priuilegij obtenti, ex aduerſo poſsit
figurari ſentẽtia lata ſuper poſſeſſorio, vniuerſitas
ipſa Diani aliud conſilium quærat, & rectius ſibi
conſultum per v. Magnificentiam iudicabitur. Et
dato abſque veri præiudicio, quòd lata dici poſsit
in poſſeſſorio, prout ex aduerſo baptizari deſidera
tur: attamen ex quo ex eius tenore liquet vniuerſi-
tatem Salæ minime auditam fuiſſe: cùm ſententia
ipſa ſe nec ad proceſſum nec ad acta referat, quæ
in rei veritate non interuenerunt, ſed tantummo-
do ſe refert ad viſuram priuilegij: & replicationes
hincinde factas, ex quibus etiam apparet minimè
admiſiſſe vniuerſitatem Salæ ad probandum pro
ſuo intereſſe iam allegato: ex quo dicebat magnũ,
imò maximum præiudicium inferri eidẽ vniuerſi-
tati Salæ: vnde infertur ex fulminatione prætenſæ
ſententiæ non audita vniuerſitate ipſa in eius iuri-
1 bus ſatis de eius nullitate apparere: * & ſic de ea
tanquam nulla non erat neceſſe mentionẽ aliquam
facere: ita dicit Abb. poſt Hoſtiẽ. in c. per veſtras.
iij. colum. de dona. inter virũ & vxorem. quod eſt
bene no. vt dicit ibi Præpo. in vj. colum. & pariter
nec de priuilegio ipſo nullo, ſeu ſubreptitio non
2 eſt neceſſe fieri mentionem, * vt dicit Domi. in ca.
quoniam. iij. colum. xviij. diſtinctio. ſequitur & re-
fert pulchrè Fely. qui infinita ſimilia allegat in cap.
ex tenore, in colum. de reſcript. & maximè cùm al
legando vniuerſitatem ipſam ſibi præiudicium in-
ferri ex conceſsione prędicta, debebat ante omnia
audiri ante admiſsionem priuilegij prædicti, per
text. & ibi pleniſsimè dicta per doct. communiter
3 in c. de cætero. extrà de re iudic. * Ex quo Princeps
non præſumebatur conceſsiſſe, ſeu concedere non
concedẽda: vt dicit Bal. in prælud. feu. xj. col. cùm
ſemper quãdo aliquid ſuperior dat, intelligitur da-
re ſaluo iure alterius l. auctoritate. cum gl. C. vnde
vi. Alex. conſil. cxxv. viſo titu. quæſtionis. ij. col. ij.
volu. & idem Bal. in l. j. de conſtitu. prin. vbi ſubdit
ideo non valuiſſe impetrationem caſtrorum comi-
tis Vgolini per alios nobiles factam, ſecundum gl.
quam Bal. millies allegat in l. fin. C. de fund. & ſalt.
reipub. lib. xj. de quo per Bal. Fulg. & Paul. de Caſt.
in l. ii. C. de legi. per Bartol. in l. prædia. C. de locat.
fun. fiſca. libro xj. & pulchrè Baldus in titul. de pa.
conſtan. xxxj. colum. vbi ſatis ornatè loquitur: & ſi-
gnanter, quòd iſta ſunt notanda pro conceſsioni-
bus aquarum, quas faciunt Principes: quia debent
intelligi ſaluo iure tertij. Et prædicta vendicãt ſibi
locum nedum ſi conceſsio fieret vniuerſitati, ve-
4 rùm etiam ſi fieret pupillo, vel minori: * quia in-
telligenda eſt abſque præiudicio tertij. text. eſt in l.
impuberi. ff. de admi. tuto. per quam ita dicit Bar.
in l. idémque. in prin. ff. qui potio. in pign. habean.
Nec poteſt ipſa vniuerſitas Diani allegare ſibi fuiſ
ſe tranſlatam dictam poſſeſsionem, ſeu quaſi: per
ipſam ſententiam: quia dato abſque veri præiudi-
cio, quòd ſententia ipſa eſſet iuſtiſsima, & valida:
5 * ꝙ fuiſſet ritè & rectè proceſſum: attamen ex iu-
ris diſpoſitione per ſententiam nõ transfertur do-
minium, nec poſſeſsio. l. ſciendum. §. ſi fundum. ff.
qui ſatiſd. cog. & l. non eſt mirum. in fin. ff. de pign.
act. not. glo. reputata ſing. inſtitu. de offic. iudi. §. fi.
not. Bart. & alij in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. &
hoc procedit nedum ſi tractatur de ſententia rei
6 corporalis, * verũ etiam de ſententia iuris incor-
poralis adhærentis rei corporali. ita not. Innoc. &
alij in c. cùm in noſtris. de conceſ. præben. Bal. in l.
traditionibus. vlt. col. C. de pac. in l. fi. in fi. C. com-
mu. vtri. iudi. Angel. in l. iij. §. j. ff. de publ. & in l. qui
reſtituere. ff. de rei vendi. Lud. in l. Pomponius. §. ſi
iuſſu. ff. de acquir. poſſ. facit l. iij. §. dare. ff. de vſufr.
& in l. à quo fundus. ff. de dam. infe. ex quibus con-
cluditur, quòd per prætenſam ſententiam non fuit
tranſlata poſſeſsio, nec dominium in ipſam vni-
uerſitatem Diani. Nec poſſunt eidem vniuerſitati
Diani ſuffragari prætenſæ literæ prædicti Illuſtriſ-
ſimi Balij, directæ ærario ſtatus: cùm ex earum le-
ctura liquet, obtentæ fuerint ad partis aduerſæ ex-
poſitionem prætendentem, & allegantem ſe eſſe in
poſſeſsione, in qua in veritate nunquam fuit, &
ideo quatenus in ipſis literis dicatur, *ve ordinamo,
& comandamo che in dicta loro poſſeſſione: ſeu quaſili
manutengate, & conſeruate,* debet intelligi, & ita in-
telligitur de iure quatenus eſſent in dicta poſſeſsio
ne: ꝙ quidẽ aliter in facto apparere demõſtrabitur:
vt mihi porrigitur. Item apparet in eiſdem literis
enarratum, quòd in cauſa ipſa fuit proceſſum ad in
formationem capiẽdam vocatis partibus: & quòd
dominus Ioannes cola de vicariis Auditor prin-
cipalis fecerat relationem, quòd ipſa vniuerſitas,
& homines Diani erant in poſſeſsione prædicta.
adhuc dicitur ex facie citationis factæ, & relatio-
nis inde ſequutæ per ſubdelegatum à prædicto do-
mino Ioanne cola, cuius copia mihi tranſmiſſa ex-
titit, minimè apparere legitimè citatam fuiſſe ip-
ſam vniuerſitatem Salæ: ne etiam fuiſſe manda-
tum, ſeu ordinatum ipſam legitimè citari: videli-
cet, alta & intelligibili voce, prout decet, & in
locis publicis, & conſuetis prout requiritur, ad
hoc vt dici poſſet vniuerſitati prædictæ præiudi-
catum, vt manifeſtiſsimi iuris eſt. Item propter
relationem factam ipſi Illuſtriſsi. Balio per com-
miſſarium abſentibus partibus, quæ fieri debebat
partibus præſentibus: nec aliter fieri poterat, &
examinato prius diligenter negotio, ſcilicet arti-
culo, ſuper quo fieri debebat, literas quas princi-
7 pi direxit de proceſſu coram eo habito, * & coram
partibus ambabus legi facere, prout in terminis
voluit Speculator in titulo de relat. verſiculo, qua-
liter fiat relatio. Et ideo non ſubſiſtit huiuſmodi
prouiſio in literis contenta, cùm ſi proceſſum nul-
liter fuerit, pariter & literæ prædictæ quæ ortum
habent ex ipſo nullo proceſſu, ſimiliter nullæ ſunt,
nec vim aut robur aliquod habere poſſunt, nam
ſi literæ emanauerunt reſpectiuè ad relationem fa-
ctam per dominum Ioannem cola, & ex quo vo-
catis partibus informationem cœperat, certè ſi
apparet minus legitimè, imò nulliter ex defectu
citationis non adhibitæ proceſſum, nec etiam re-
lationis inde factæ per ipſum delegatum, ſequi-
tur quòd etiam & literæ prædictæ non ſubſiſtant.
Nam



8 Nam * ſi non valet actus principalis, non valebit
etiam acceſſorium. ita Bal. in l. non dubium. de le-
gi. & dixit Iuriſconſul. in l. fin de conſtit. pecu. qui
tex. eſt valde ſingu. * quòd ſi non valet principalis
9 actus, nõ valebit etiam, aliqua confeſsio inde pro-
cedens, & illum tex. pro ſingulari allegat Bal. in l. ſi
abſentis. circa fi. C. ſi cer. pet. & in rubri. C. de con-
ſtit. pecu. ij. colũ. quòd ſi non valet actus principa-
lis, nec etiam confeſsio acceſſoria, nec inſtrumen-
tum guarẽtigiæ propterea factum, per id quod vo-
luit Bald. in l. inciuile. ff. de legi. qui dixit, quòd ſi
vna ſcriptura eſt facta contemplatione alterius,
10 * ea non apparente illa ſecunda ſcriptura non te-
net, & eſt inefficax, idem conſuluit Alex. conſi. iij.
in ij. volu. ad quòd no. per Bald. in l. ij. C. de error.
aduoca. & in l. j. in fin. C. de epiſ. & cleri. Franciſ. de
Are. in conſ. lxviij. & ſatis ad propoſitum, quòd in-
11 cipit, Excelllens domine. * Ex quo paria ſunt non
apparere, & minus legitimè, ſeu nulliter apparere.
l. ſi. ff. de condictio. ob cauſam. l. nulla. ff. de auct. tu
to. l. quamuis. §. ſi conuenerit. vbi Bar. no. ff. ad vel
12 leia. * Item nihil & inualidum æquiparantur. l. ſi
13 aut nullam. vbi Bal. no. C. de legi. hære. * Item paria
ſunt quòd nulla cauſa exprimatur, vel friuola:
quia habetur pro nulla. gloſ. in l. j. in prin. in gl. ma-
gna, circa princip. & ibi Bal. ad hoc no. ff. de no. o-
pe. nun. Et ideo nõ legitimè parte audita, ac etiam
vt virtute relationis ita nulliter factæ & vnoquo-
que ipſorum non potuit, nec poteſt Illuſtr. Balius
ipſe ita decernere abſque aliqua cauſæ cognitio-
14 ne, * cùm nec Imperator, nec Papa poſsint inaudi-
ta parte aliquid ſtatuere, tex. eſt in c. j. de cau. poſ. &
propriet. & ibi pulchrè Abb. tex. in l. meminerint.
15 C. vnde vi. * Et quo eſſet tollere defenſionem, quæ
eſt de iure naturali, quam Princeps auferre non
poteſt. clem. paſtoralis. de re iudi. & voluit Bald. in
16 l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. * Inde Dominus omnipo
tens Adam vocauit, vt habetur in Gen. iij. c. & ple-
nè ſcribit Abb. in c. cùm olim. de re iudic. & ideo
conſuluit Pet. de Ancha. in conſi. clij. oportet pri-
17 mò inquirere. * quòd reſcripta parte inaudita ob
tenta non tenent, & idem Ancha. in conſi. xcij. tria
in fauorem &c. ex quo nedum vniuerſitas ipſa Salę
quæ iuſtè, & legitimè poſsidebat, & poſsidet ſua,
18 * verùm etiam & quilibet iniuſtus poſſeſſor audiri
debet antequam amoueatur: ita Bar. in l. ſi. §. fin. C.
de edicto diui. Innoc. in c. cùm olim. de priuileg.
Alex. in conſi. v. in ij. volu. Ludo. in conſi. clviij. &
præmiſſa concluſio, quòd Princeps non poteſt in-
audita, ſeu non citata parte aliquid ſtatuere, proce
19 dit etiam ſi Princeps id feciſſet, aut faceret * ex cer
ta ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, vt pulchrè
& ſingu. concludit. Franc. de Are. conſi. clxv. xij. co
lum. verſi. circa ſecundũ, & And. barb. conſi. xxiiij.
in antepen. colum. ij. volu. per tex. in prædic. c. j. de
cauſ. poſſ. & proprie. in verſicu. non poſſumus. per
quæ verba tollitur potentia, per doctri. Bar. in l. ſi.
de fer. ff. iij. colum. & in l. gallus, & ibi doct. ff. de li-
be. & poſthu. Bart. in l. de his. circa prin. ff. de tranſ-
actio, & in l. vbi pactum. ij. colum. C. eod. titul. Et
ideo iuridicè concludendum eſt prætenſum priui-
legium exemptionis & immunitatis ſemper intel-
ligendum eſſe abſque præiudicio tertij ius haben-
tis, & maximè non conſentiente ipſo tertio, imò
expreſsè reluctante, prout ſemper vniuerſitas præ
20 dicta Salæ reluctauit & diſſentiit: * vnde ipſorum
iurium quaſi poſſeſsio non poteſt dici acquiſita
parti aduerſæ non conſentienti, ſecundum Innoc.
& alios in c. conquerente. de offic. ordi. & in c. bo-
næ. de poſtu. præla. do. Ant. in c. ſi. de cauſ. poſſeſ. &
21 propreta. * Nam ad acquirendam iſtam quaſi poſ-
ſeſsionem requiritur conſenſus eius de cuius præ-
iudicio agitur, vt ſuprà: nec etiã acquireretur per
patiẽtiam violentam, quæ non habet cõſenſum: ita
Barto. in l. ſequitur. §. ſi viam. de vſucapio. Anto. de
Butr. in c. ſin. de cauſ. poſſ. & proprie. & in c. literis.
de reſtit. ſpolia. & ſic præmiſsis omnibus, & eo-
rum ſingulis ita curſim, & properanter collectis
ob nuntij feſtinãtiam me expectare in aliam diem
recuſantis poſt eius applicatum aduentum, con-
cludo partes Magnificentiæ veſtræ domin. Gabriel
de Blaſio Gubernator bene merite, eſſe in dando
terminum ad probandum vtrique parti in cauſa
ipſa poſſeſſorij, quatenus vniuerſitas ipſa Diani ve-
rificare prætẽderet ſe eſſe in poſſeſsione, obreptio-
nibus & ſubreptionibus ex aduerſo obiectis non
obſtantibus, reſeruato ſemper ſaniori iudicio v.
Magnificentiæ cui me ſubiicio, præſertim cùm a-
deo tuam Magnificẽtiam animoſam præſenſerim,
ac expertus pluries fuerim pro iuſtitiæ cultu, vt
minimè inter miſeros prælatos illos de quibus gl.
in authen. de mand princ. connumerari paſſus ſis,
qui intantum metuant literas Papæ, vt illis contra-
dicere non audeant, idcirco ita vt ſuprà concluſum
eſt conſulendum de iure arbitratus ſum ego.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Liber mercatoris pro ipſo ſcribẽte ſemiplenam pro-
bationem inducit. nu. 2.*
*Sed an hoc verum ſit vide ibidem.*
3 *Liber mercatoris facit ſemiplenam probationem pro
ſe, quando eſſet publicus mercator, & iuraſſet ta-
lem mercaturam fideliter exercere, & haberet à
publico tale exercitium.*
4 *Teſtes deponentes de conſuetudine ad hoc vt pro-
bent, debent atteſtari in ſpecie factum quod vide
runt, & de viſu illius facti cuius conſuetudo alle-
gatur, & de actuum frequentia, & temporis diu
turnitate.*
5 *Et debent inſuper teſtes prædicti cõcordare in tem-
pore, & actibus, de quibus deponunt, etiam per
identitatem, aliàs non probarent.*

## CONSILIVM LXXXII.

IN Chriſti nomine amen. In cauſa ho-
norabilis magiſtri Franciſci de Pal-
ladino conuenti, cum honorabili-
bus Dionyſio & Iacobo de Ronca
aromatariis, de terrra Solofræ acto-
ribus ex altera, & etiam recõuentis. Contingit du-
bitari an liber ſeu partitæ libri ipſorũ actorũ pro-
ductæ aduerſus prædictum magiſtrum Frãciſ. pro-
bationẽ inducant quò ad bona, & medelas quas, &
quæ idem Franciſcus negat habuiſſe. Itẽ & ſecundò
an poſsit dici liber prædictus taliter coadiuuatus

 per

per prætenſam atteſtatam conſuetudinem per te-
ſtes eorundem aromatariorum, quòd eorũ inten-
tio probata inferri poteſt. Et quò ad primum vul-
gata eſt quæſtio, an liber probet pro ſcribẽte, pro
ut eſt iſte liber rationũ priuatus. Et reperio quòd
Specu. in titu. de inſtru. edi. §. nunc dicendum. poſt
1 medium, voluit* quòd talis liber pro ipſo mercato
re ſcribente ſemiplenam probationẽ inducit. Bart.
tamen in l. admonendi. in vj. col. ff. de iureiuran. aſ-
ſerendo hoc dictum eſſe durum, tenuit cõtrarium:
& quòd nihil probet. mouetur autem per Petr. &
Cy. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. qui hoc dictum
Spec. damnarunt, per rationem, quia priuatæ ſcri-
pturæ mercatoris non plus debet credi, quàm viuæ
voci eiuſdem: ſed ſi mercator viua voce deponeret
pro ſe, nihil ei crederetur. l. omnibus. cùm vulg. C.
de teſti. pariter nec & eius ſcripturæ pro ſe nihil
plus credi debet: aliàs facillimè vnuſquiſque ſibi
pararet ſemiplenam probationem, ſcribendo pro-
2 ut vellet in eius libro: quod eſt abſurdum: * vnde
pro ipſo ſcribente non poterit liber ipſe probare.
l. exemplo. C. de probatio. ita cõcludit Bar. in præ
allegata. l. admonendi. viij. colum. ff. de donatio. &
tenet glo. no. in l. quædam. §. nummularios. ff. edẽ.
in glo. magna. & ibi Bar. & doct. & Alexã. de Imo.
in l. j. vlti. col. C. de eden. & licet probetur pro par-
te eorundem agentium ipſos eſſe bonæ famæ, fide-
les, & legales: attamen non plus operabitur huiuſ-
modi bona fama & legalitas, niſi quò ad aliquam
præſumptionem. per l. rationes. C. de probatio. ita
concludit Bar. vbi ſuprà, & licet nõnullorũ opinio
ſit, quòd liber publici mercatoris, ſeu cãpſoris fa-
ciet ſemiplenam probationem, licet nõ habeat tale
3 exercitium, ſeu officium à publico,* tamẽ hoc ha-
bet locum, vbi talis mercator iuraſſet talem eius
mercaturã legaliter & fideliter exercere: vt not. in
l. quædam. §. nummularios. ff. de eden. & ita decla-
rat Bart. vbi ſuprà ſubdẽs quòd ita in hoc ſeruat cõ-
ſuetudo, quæ potiſsimũ eſt attendenda ſecundum
Inno. in c. j. extrà de fide inſtru. ſecus autem erit in
mercatore, vel campſore qui propria auctoritate
ſibi tale officium, ſeu exercitium aſſumpſiſſet: quia
tunc eius libro nulla fides præſtari debet in præiu-
dicium alterius, cùm ſit omnino priuata ſcriptu-
ra: ita in ſpecie tenet do. Abb. Panor. in c. ij. viij. co
lum. extrà de fi. inſtr. & nihilominus in mercatore
qui à publico tale officium habuiſſet, requireretur
verificari quòd talis liber fuiſſet ſua propria ma-
nu ſcriptus, & quòd partes ita confiterentur. Ita
dicit Bartolus. quem etiam refert & ſequitur Ia-
ſon in repetitione prædictæ legis admonendi. co-
lum. ij. Quò verò ad ſecundum dici non poteſt ali-
quomodo probata conſuetudo, quòd in illis par-
tibus libris aromatariorum conſueuerit fides adhi
4 beri,* ex quo teſtes deponentes de conſuetudine
ad hoc vt probent, debent atteſtari in ſpecie factũ
quod viderunt: & etiam de viſu illius facti cuius
conſuetudo allegant, & de actuum frequentia, &
temporis diuturnitate, de quo etiam articulatum,
aut capitulatum non reperio in hoc proceſſu ſal-
tem per decenniũ tales actus fuiſſe factos, ita quòd
appareat interceſsiſſe conſenſum ſaltem maioris
partis populi, vt plenè Azo in ſumma. C. quæ ſit
long. conſu. & not. Cyn. in l. ij. C. eod. titu. verſi. ſed
quæro. Gullie. de cun. & Bald. in l. de quibus. & ibi
Saly. in vj. q. ff. de legi. Ioan. Andr. in c. fin. extrà de
conſue. quinimò ſecũdum prædictos doct. debent
5 huiuſmodi teſtes ad hoc vt probent,* vltra præmiſ
ſa cõcordare in tempore, & actibus de quibus de-
ponunt etiam per identitatem, aliàs non probarẽt
ita tenet Pau. de leaza. in diſpu. ſua incipiente, cir-
ca inſtrumentum debiti. Anto. de But. in c. licet ex
quadam. de teſti. & in d. c. fin. de conſuetu. Ioan. de
Imo. in l. inter pares. de re iudic. & plenè conſuluit
Alex. in ſuo conſi. cxxvj. & cxcv. in ij. volum. & in
conſi. xlv. eo. volu. Et ſic concluditur ex præmiſsis
prætenſo libro nullatenus credendũ eſſe in aliquo,
cùm credi de iure non debeat, niſi in partitis per
ipſum conuentum cõfeſſatis. Quò verò ad recon-
uentionem cùm appareat prædictum magiſtrum
Franciſcum præſtitiſſe operas ſuas, nec liqueat de
quantitate operarum, ſuccedere debet condemna-
tio reconuentorum ad ſatisfaciendum, & ſoluen-
dum operas ipſius magiſtri liquidandas tempore
executionis, & hoc per iura vulgaria, & notiſsima,
quæ allegare ſuperfluum eſſet, & ita iuris eſſe con-
ſulo ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorij & petitorij cognitio inuito eo qui agit poſ-
ſeſſorio recuperandæ, eſt interdicta per communes
regulas ciuiles, & canonicas.*
2 *Princeps & Papa qui nõ recognoſcunt ſuperiorem,
poſſunt mandare talem cognitionem eorum offi-
cialibus, & ſic cumulationem poſſeſſorij, & peti-
torij fieri. nu. 3. Secus in inferiorem à principe.*
4 *Principi ſoli reſeruata non transferuntur in alios
quantuncunque mandatum generale habentes, &
poteſtatem ſatis plenam & amplam.*
5 *Legis dubiæ correctio imò intelligentia ſoli principi eſt
reſeruata.*
6 *Princeps mandans alicui vt poſſit exercere ea quæ
ſunt ſupremæ poteſtatis, non ex hoc poterit exer-
cere talem poteſtatem niſi cum cauſa, & præce-
dente natura cauſæ cognitione.*
7 *Princeps vbi committendo cauſam certis iudicibus
mandauit certo modo iuſtitiam fieri, non poterit
poſteà alius inferior ſe intromittere, & aliter
mandare.*
8 *Rationes generales communes & notæ principi fa-
ciunt vt de eis non ſit facienda ſibi mentio.*

## CONSILIVM LXXXIII.

REdemptoris gẽtiũ ſuffragio, repetito,
amen. In cauſa Magnifici d. Ioã. de tufo
cum Manfrédino de buchis in regia au
dientia, & coram excellẽtibus domi-
nis regentibus regiam Cancellariam, ſuper reſtitu-
tione poſſeſsionis caſtrorum Moſcuſi, & montis
Siluani, faciẽda de facto, prout de facto ab eodem
erepta fuerat per Mãfredinum prædictũ. Contigit
hæſitari de modo procedendi in cauſa prædicta, vi-
delicet, an ſuper poſſeſſorio duntaxat, an etiam ſu-
per petitorio eſſet procedendum. Et ſciendum eſt
in facto quòd prædictus dominus Ioan. petebat de
facto ſibi poſſeſsionem reſtitui, prout de facto ſibi
erepta



erepta fuerat: & hoc virtute cuiuſdam decretatio-
nis regiæ per quam Maieſtas ſua mandauerat ſuper
dicta reſtitutione iuſtitiam fieri: cúmq; ſuper hoc
auditis partibus pluries fuiſſet diſcuſſum, & voce,
& in ſcriptis, eſſétque cauſa in limine expeditio-
nis, fuit pro parte Manfredini productum memo-
riale cũ decretatione Illuſt. Proregis, in qua man-
dabatur vt in dicta cauſa procederetur tam ſuper
poſſeſſorio, quàm ſuper petitorio ſimul & ſemel
inſpecta iuſtitia naturali. Demum habito per nos
recurſu ad c. Maieſtatẽ, ſua Maieſtas mandauit per
quandam prouiſionem in dicta cauſa procedi ſu-
per poſſeſſorio, iuxta primam prouiſionẽ ſuæ Ma-
ieſtatis, reuocata dicta decretatione Illuſtr. Prore-
gis. Qua prouiſione præſentata pro parte Manfre-
dini fuit oppoſitum de ſubreptionibus & obreptio-
nibus. nos diximus non obſtantibus per eum op-
poſitis procedẽdum ad reſtitutionem prædictam.
Et ad hoc diſcutiendum erit videndum. Primò an
prædictus Illuſtr. Vicerex potuerit facere talẽ de-
cretationem, & facta, ſit ſeruanda. Secundò an da-
to ſine veri præiudicio quòd talis decretatio po-
tuiſſet fieri, & debuiſſet ſeruari, an ſit reuocata
per dictum regium reſcriptum ſecundo loco pro-
ductum. Ad primum dico, quod verba illius decre
tationis dum dicũt, fieri iuſtitiam naturalem pro-
cedendo in petitorio & poſſeſſorio, de qua loqui
videtur Imo. in c. j. de cau. poſ. & proprie. quamuis
alium haberet intellectum iuxta communes regu-
las iuris, etiam ipſo iure naturali inſpecto, cùm eo
iure prima fuerit poſſeſsio & inde dominium: tã-
men propter verbum ſimul & ſemel, clarum habẽt
intellectum, vt vno proceſſu procedatur: & vnica
ſententia in vtroque iudicetur, ſtante hoc dico,
quòd talis decretatio, ſiue mandatum nõ valet ex
defectu poteſtatis eius qui mandauit, quẽ poteſta-
tis defectum probo. * In primis clarum eſt cumula
1 tionẽ poſſeſſorij & petitorij inuito eo qui agit poſ-
ſeſſorio recuperandæ interdictam, per communes
regulas & ciuiles & canonicas, vt in l. ſi quis ad ſe
fundum. C. ad leg. Iul. de vi publi. & in tit. de reſti.
ſpolia. igitur admittere hanc cumulationẽ eſt con-
trariari regulis, & diſpoſitioni vtriuſque iuris: &
ideo diſputatur an Pontifex & Imperator, & alij
non recognoſcentes ſuperiorẽ poſsint mãdare ta-
lem cumulationem, & concluditur quòd poſſunt,
ex quo ſunt ſupra legẽ, & poſſunt nouam legem cõ-
dere, & conditam tollere, & limitare, & ideo poſ-
ſunt talem cumulationẽ mandare: prout conſuluit
2 * per iſtam rationẽ Cępo. in conſil. lx. col. fi. & vo
luit Abb. in c. in literis. de reſtit. ſpolia. & Alex. in
conſi. liiij. col. j. in v. volu. cùm princeps poſsit ſcri
bere cõtra ius poſitiuum, & illud ad libitum, & ſi-
ne cauſa tollere, vt in ca. propoſuit. de conceſ. præ
ben. vbi Abb. & cæteri: & in c. innotuit. de elect. in
fi. & in l. fi. C. ſi cõtra ius vel vtil. pub. Inn. & cano.
in c. quæ in eccleſiarũ. de cõſti & in c. cùm ad mo-
naſteriũ. de ſtatu mona. Abb. in c. at ſi clerici. in §.
de adulteriis. extrà de iudi. & in c. j. & ij. de conſti.
Sed inferior à principe hoc mãdare non poteſt, vt
3 auctoritate probatur, & ratione: igitur, &c. * Et ꝙ
inferior à principe hoc nõ poteſt, ſentit Ioã. An. in
c. conſtitutus. de fili. presbyt. in vlt. ver. dum refert
ſe ad Papã, & expreſsè hoc dicit Abb. in d. c. in lite
ris. de reſti. ſpo. & Cæpol. in cõſ. prædicto. dum fun
dat ſe in ea ratione, quòd ideo hoc mãdare poteſt,
ex quo poteſt legem tollere, & condere, quod non
poteſt inferior à principe: vt in l. j. de conſti. princ.
& ibi habetur in c. j. de conſtit. & habetur in l. om-
4 nes populi. de iuſti. & iure. * Hoc idẽ probatur ra
tione: nam ea quæ ſoli Principi ſunt reſeruata, non
transeunt in alios quantuncunque habentes man-
datum generale, & poteſtatem ſatis plenam, & am
plam. c. fi. de offi. vicar. & in l. j. de offi. eius, & cap.
quod tranſlationẽ. extra de offi. leg. & ibi gl. & ple-
nè Spec. in ti. de offi. deleg. §. nunc oſtendẽdum. &
conſuluit Ludo. conſi. lix. ad diſcutiendũ &c. imò
non ſolum correctio, ſed etiam intelligentia legis
5 dubiæ ſoli principi * eſt reſeruata, vt in l. ex facto.
in prin. ff. de vul. & pupil. l. neratius. ff. de verb. ſig.
cum ſimi. & in c. j. de confir. vtil. vel inutili. ſed iſta
confirmatio eſt huiuſmodi: ergo in mandato nõ ve
nit quantuncunque generali. Et ſi diceretur quòd
prædictus Illuſt. Vicerex habebat expreſsè in man
datis poteſtatem diſpenſandi etiam in his quæ ſoli
principi ratione ſupremę poteſtatis competunt: ꝙ
non vidi nec præſumitur, niſi appareat, eſto tamẽ
quòd eſſet, tunc adhuc dico non potuiſſe prædictũ
6 Illuſt. Viceregem mandare quod mandauit. * Quia
quando per principem cõceditur alicui, vt poſsit
exercere ea quæ ſunt ſupremæ poteſtatis, tunc ille
nõ poteſt exercere talẽ poteſtatẽ niſi cum cauſa, &
præcedente matura cauſæ cognitione: ita not. dixit
Inn. in c. inter monaſteriũ. in verſ. ſummus. de ſtat.
mona. & in c. veris. in fi. de fil. presbyt. Abb in c. at
ſi clerici. §. de adulterijs. extrà de iud. ſed in caſu no
ſtro nulla allegatur cauſa ſufficiens, per quã Vice-
rex potuiſſet hoc cõcedere: vt patet in ipſo memo-
riali, in quo allegatur cauſa, ſcilicet euitãdi circui-
tus, & vt partes releuentur ab expẽſis, quę rationes
in facto non militabant, ex quo tẽpore quo dictus
Vicerex mandauit talẽ cumulationẽ, cauſa poſſeſ-
ſorij erat in limine expeditionis, & nullæ vlterius
in cauſa ipſa erant erogãdæ expenſæ, vt cõſtat illis
dominis, qui tunc iudicaturi erant. & eſto, ꝙ tales
cauſæ in facto fuiſſent veræ, in iure nõ erant tantæ
efficaciæ quòd propter eas talis cumulatio debuiſ
ſet admitti, vt in d. l. ſi quis ad ſe fundũ. & in c. in li-
teris. de reſt. ſpol. cum vulg. & inde exit illa regula,
quòd in poſſeſſorio recuperandæ non obſtat exce
ptio, dolo facis petere, ꝙ ſtatim es reſtituturus. idẽ
enim eſt hoc dicere, ac ſi diceretur ꝙ quamuis per
cumulationem dominij euitetur circuitus, & expen
ſæ, nõ tamen debet cumulari in tali poſſeſſorio, &
ſic talis cauſa non erat ſufficiens ad id conceden-
dum, nec præceſsit aliqua cauſæ cognitio in tali de
cretatione dicti Illuſtriſ. Proregis, ſed fuit facta ſo
lùm ad partis petitionem, igitur etiam ſi prædictus
do. Prorex habuiſſet expreſſam talem poteſtatem,
non valebat in caſu noſtro tale mandatũ. Quinimò
dato ſine veri præiudicio, ꝙ habuiſſet in mandatis
Vicerex facere talẽ poteſtatẽ, alia ratione dico talẽ
mandatũ nõ valuiſſe: nam in cauſa ipſa c. Maieſtas
appoſuerat manũ, cauſam cõmittẽdo certis iudici
7 bus, mãdãdo certo modo iuſtitiã fieri: * igitur in ca
nõ poterat inferior ſe intromittere, nec aliter man
dare, vt ſunt cõmuniter regulæ in c. cũ inferior. de
maio. & ob. & habetur in l. ex illo tẽpore. C. de app.
& in c.

& in c.de cætero. de re iudic. & procedit hoc pro-
priè quando ſuperior oppoſuit manum per com-
miſsionem, quia tũc videtur cauſa aduocata, vt in
c.ſtuduiſti.& ibi doct.de offic.leg. & per doct. ma-
ximè Moder.in rub.de offi.eius.&ſic cùm non po-
terat Illuſt. Vicerex in cauſa ipſa taliter mandare,
tale mandatum non eſt ſeruandum, maxime ſtante
quòd tale mandatum eſt maximè præiudiciale di-
ctæ regiæ decretationi, cùm ſi ſimul cognoſceretur
de vtraque, eſſet inanis quæſtio poſſeſſoria, in qua
Rex mandat iuſtitiam fieri petitorio abſorbente,
maximè quia cogeretur quis litigare per indirectũ
de proprietate rei qua deſtitutus fuit, & inermis,
quę eſſet res mali exempli, iuxta tex.in c.frequens.
de reſtit.ſpolia.in vj.ita dixit Abb. in c. ex conque
ſtione.extrà eo.ti.nec iſtis habet obſtare tex.in l.ſi
hominem.ff.mandati.vbi inferior habens generale
mandatum reuocat ſpecialiter ſuperioris manda-
tum, nam illud procedit ex noua cauſa, & magna
ſuperueniẽti, aut nouiter cognita, vt ibi declarant
doct.& Bar.in l.ambitioſa.ff. de decre. ab ordi. fa-
cien. quod non eſt in caſu noſtro, cùm nulla ſubſit
cauſa ſufficiens quare debuiſſet mandari talis cu-
mulatio, vt ex facie ipſius memorialis apparet, &
eſt ſuprà dictũ.imò propter talem decretationẽ Vi
ceregis, tot venerunt circuitus, & expenſæ, quòd
adhuc hodie durant, & ſic ſtante quòd Illuſt. Vice-
rex non habebat poteſtatem taliter decretandi in
hac cauſa, dicẽdum eſt. tale mandatum eſſe nullum
deficiente poteſtate, & ſic per iudices minimè con-
ſiderãdum, arg.l.ſi quæramus.ff. de teſta. & in ter-
minis noſtris voluit Inn.in d.c.inter monaſterium,
de ſtatu monac. Dato tamen & nõ conceſſo, quòd
potuiſſet Illuſtr. Vicerex facere talẽ decretationẽ,
& fuiſſet per iudices ſeruãda, tunc veniendo ad ſe-
cundum dico talem decretationem, ac Viceregis
mandatum eſſe legitimè per c.Maieſtatem reuoca-
tum per vltimam regiam prouiſionem, in qua cap.
Maieſtas mandauit procedi iuxta decretationem
per eum primo loco factam, reuocato dicto memo
riali Viceregis, ſed quia allegãtur aliquæ ſubreptio
nes, videamus an ſint tales quę debeant cõſiderari.
Et prima ſubreptio vel obreptio eſt, quia dicitur
fuiſſe dictum de caſtro mõtis fuſculi, de quo nulla
eſt, nec erat lis, ſed de caſtro Moſcuſi, in quo nullũ
ius prædictus do.Ioann.habet, vt ipſi dicunt, dico
quòd talis error nõ habet aliquid importare, cùm
iſta regia prouiſio ſit ad litem certam, & certa ſũt
caſtra per multas alias demonſtrationes, & ſic talis
error nihil obſtat l. ſi quis in fundi vocabulo. de le.
j.& ſi habet ius domi.Ioan.in dictis caſtris, non eſt
præſentis ſpeculationis. Secunda ſubreptio quam
ipſi allegant, eſt, quia non fuit Maieſtati ſuæ expreſ
ſus tenor memorialis ipſius Mãfredini, & rationes
in eo inſertæ quibus Vicerex motus fuit ad conce-
dendum quòd conceſsit. Ad hanc ſecundam dici-
mus quòd in reuocatione alicuius reſcripti, & de
clauſulis ſi quæ ſunt in eo notabiles, quæ poſſent
mouere concedentẽ ad non concedendũ, aut du-
rius.tex.eſt & ibi doct & maximè Abb. in ca. cæte-
rum de reſcrip.in c. ex literis. de dolo & contu.ca.
poſtulaſti. de reſcrip. & ibi doct. ſed in caſu præſen
ti facta eſt mẽtio dicti reſcripti, & eius quod in eo
diſponitur, vt patet in dicta regia prouiſione, igi-
tur valet, nec in hoc reſcripto reuocatæ erant ali-
quæ notabiles clauſulæ, quæ potuiſſent mouere Re
gem ad illud non reuocandum, vt in eo eſt videre,
& cùm in eo inſertæ ſunt ſatis friuolæ nullæ & in
facto falſæ, de quibus non eſt facienda mentio, vt
not.in c.ex tenore.de reſcrip. & quãdo fuiſſent ve-
8 ræ, * ex quo ipſæ ſunt rationes generales, cõmunes
ac notæ principi, de eis non erat aliter facienda
mẽtio, ita Fede.in tract.de re. permu.col.v.q.iiij.al
leg.per Fely.in c.ſuper literis. col. vij. & eſto quòd
non eſſent tales, quæ de iure debebant mouere ſu-
periorem ad concedendũ cumulationem petito-
rij & & poſſeſſorij, vt ſuprà dixit, igitur nulla erat
de eis faciẽda mẽtio, & ſic ceſſat talis ſubreptio.Se-
cũda ſubreptio vel obreptio quæ allegatur ex aduer
ſo eſt, quia allegauimus memoriale porrectum ex
aduerſo fuiſſe ſubreptitium & obreptitium, nã di-
cimus Manfredinum ſubreptitiè, & obreptitiè im-
petraſſe, ſurripuit enim primò dum tacuit in lite
poſſeſſoria eſſe proceſſum, & diſputatum, & alle-
gatum, & eſſe iam eam litem in expeditione. quod
ſi dixiſſet, aut non conceſsiſſet Illuſtr. Vicerex, aut
durius conceſsiſſet, ex quo ſtante quòd cauſa poſ-
ſeſſoria fere erat expedita, nullus licitus circuitus
euitabatur, nec parcebatur ſumptibus, ex quo nul-
læ expenſæ in cauſa ipſa vlterius erant faciendæ, &
ex hoc reſultat alia obreptio, dum dixit, ad euitan-
das expenſas, ſubripuit etiam & obripuit, dum di-
xit in ſuo memoriali, qualiter indebitè per nos
moleſtabatur ſuper recuperatione poſſeſsionis di-
ctorum caſtrorum, conſtat enim nos iuſtè petiiſſe
reſtitutionem poſſeſsionis dictorum caſtrorum, &
notum eſt hoc Magnificis iudicibus, ſua arguunt
ſubterfugia quæ vſque ad hanc diem nos ad diſpu
tandum duxere, aliæ ſubreptiones nõ apparent in
facto. ſpero quidem breui quòd pro iuſtitia ante
iuſtiſsimos iudices poſtulamus. Tho. Gram.

SVMMARIVM.

1 *Inferior à ſupremo principe iuris beneficium auferre non poteſt.*

2 *Spoliatus ante omnia reſtitui debet tam in principali quàm in fructibus, expenſis, & intereſſe, & ſiquid minimum remaneret, reſtitui non cogitur ſuper petitorio rerum.*

3 *Princeps ſupremus ſolus poteſt tollere ius alteri quæſitum ibidem.*

4 *Ius dicitur tolli vbi proceditur iuris ordine non ſeruato.*

5 *De facto ſpoliatus, ita de facto reſtitui debet.*

CONSILIVM LXXXIIII.

ALlegationes do. Thomæ Grammatici
in eodem puncto. Et quia ſol non indi
get facibus adiuuari, vt in c.ſi omnia.
vj.q.j.ideo licet plenisſimè ac copioſè
fuerit allegatum per prædictum Magnificum do.
Ciccum de Loffredo patritium Neapolita. V.I.D.
præclariſsimum, & collegam obſeruandũ in cauſa
vt clienti morẽ geram, aliquid in mediũ adducere
ſum veritus. Et quò ad defectum poteſtatis Illuſtr.
1 Viceregis cõſidero, * quòd inferior à ſupremo prin
cipe iuris beneficium auferre non poteſt. §. ſi verò.
in authent.de nup. colum. iiij. & regula, indultum.
de regu.iur in vj. ſed ex iuris beneficio conceditur
ſpoliatis, vt ante omnia reſtitui debeant, per vulga
res regulas nedum in poſſeſsione rei principalis,
verum etiam in fructibus, expenſis, & intereſſe, a-
deo vt ſi quid minimum remaneret reſtitui, * non
2 cogitur reſtitutus ſuper petitorio reſpondere, niſi
facta integrali reſtitutione, vt voluit Bald. in capi.
conquerente.j.colum.extrà de reſtitu. ſpolia.& ibi
ſubdit, idem de expenſis litis.idem tenet Abb.in c.
accedens.vt lite non conteſta.Iaſ.in authentic. qui
rem.C.de ſacr.ſan.eccle. ergo non potuit Illuſtriſ.
Prorex hoc beneficiũ iuris prædicto domino Io-
anni ſpoliato tollere. * Item ius alteri quæſitũ tol-
3 lere, eſt ſolius ſupremi Principis. not.in ca. conſti-
tutus.extrà de religio.domi.& xxv.q.ij.in ſumma,
& in regula, indultum.ſuprà allegata.in tantum * ꝙ
4 etiam inferior Legatus de latere hoc non tollit.c.
ſi.de confir. vtili vel inuti. ſed procedere non ſer-
uato iuris ordine eſt ius partis tollere, vt inquit gl.
in c.ſtatutum. de hære.in vj.& not.Bald.in c.j.§.in-
iuria.de pace iur.firm. ergo prædictus Illuſtr. Pro-
rex non potuit præiudicare ordini iuris, & man-
dare procedi in poſſeſſorio & petitorio, cùm prius
ex iuris ordine ſpoliatis fieri debeat reſtitutio, vt
ſuprà dictũ eſt, & ideo cùm iniuſtè fuerit prædictus
dominus Ioan. deſtitutus poſſeſsione ſua propter
pœnales regias prouiſiones, & de facto, * ita etiam
5 de facto reſtitui debet in ſua priſtina poſſeſsione
ante omnia ſine aliqua exceptione, prout optimè
conſuluit Ludo. Rom. in ſuo conſi. clviij. col.j.vbi
allegat idem conſuluiſſe Petr. de Anchara. & idem
conſuluit ipſemet Lud.conſi.ccxx. incipiente, cir-
ca primum conſultationis articulum. & ideo dixit
idem Bal.in ca. ab excommunicato.de reſcri. quòd
iudex debet abſq; difficultate reuocare quod per-
peram fecit, nec requiritur alia cauſæ cognitio, &
ſequitur Iaſo.in l. ſi pacto quo pœnam.C.de pact.
vbi dixerunt pulchrè Bald. & Salyc. & Mod. quòd
ſi iudex exequutus eſt de facto parte nõ citata, nec
audita, debet etiam de facto alia parte non citata
reuocare, quia ſicut facilis fuit in concedendo, ita
etiam & in reuocando eſſe debet, & hoc de iuris
cenſura arbitror. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Maior iudex de grauamine inferioris cognoſcere debet, non econtra.*

2 *Spoliationis exceptio, quòd quis teneatur ad fructus, debet opponi contra eum qui ſpoliauit, vel ſpoliari mandauit, vel ſpoliũ ratum habuit. nu.3.*

*Interdictum vnde vi non datur contra ſuccedentem ſpoliatori.*

4 *Spolians aliquem vi non propterea illi ſpoliato licet demum ſpoliare ſpoliantẽ eadem re quia vltimum ſpolium purgandum eſt.*

5 *Mandato iudicis de facto emanato licet quis obedierit, debet tamen de facto reuocari.*

6 *Spoliatus habens ciuilem poſſeſſionem, ſi demum poſſeſſio peruenit ad tertium, etiam ſi tertius ipſe cum vicio ſpolij fuiſſet in poſſeſſione, non poterit ille habens ciuilem recuperare naturalem poſſeſſionem nu.7.*

8 *Petens aliquid à iudice antequam ſuper petitione ipſa decernatur per iudicem poteſt reuocare id quod petijt.*



CONSILIVM LXXXV.

ALlegationes eiuſdem do. Cicci de Lof-
fredo in cauſa eadem, quia ex multis
prouiſionibus Capi. Regis non rectè
ex aduerſo informati, & ideò à iuſtitia
deuiantibus Magnificentiæ veſtræ licet illas iniu-
ſtas cognoſcerent, propter tamen earum gemina-
tionem, & expreſſum, ac pœnale regis mandatum
eas executioni mandari decreuerunt: prout iam
mandarunt cõtra do.Io. de tufo prædictum, quem
multas veras & iuſtas exceptiones opponentẽ nul
latenus audire voluiſtis: & ſic erepta fuit ſibi poſſeſ
ſio veſtro, ô Magnifici iudices, decreto caſtrorum
Moſcuſij, & montis Siluani, demum verò habita
notitia per prædictum Capi. Regem de iniuſtitia
prouiſionum prædictarum mandauit, vt prouiſio-
nibus prædictis ad ius & iuſtitiã redactis, iuſtitiam
faciatis ſuper reſtitutione poſſeſsionis dictorum
caſtrorum: ob quod prædictus do.Ioan. petiit ſe de
facto decreto veſtrarum dominat. reſtitui, ſicut de
facto ſpoliatus fuerat: quod iuſtiſsimè expoſtulat.
argu.text.in l.pen.§.j.ff.ſi muli.ven.nomine.& no.
l.ſi minor.C.de euictio.Bald.in l. ſi pacto quo pœ-
nam.C.de pact.& ibi cumulat Alex. in l.quod iuſ-
ſit.ff.de re iudi.& in l. de vnoquoque. eod. tit.cum
multis aliis relatis per eum.& nulla quidem adhi-
bita cauſæ cognitione procedendum erit, ſed illud
debetis ſiue aliqua cauſę cognitione reuocare, etiã
ſi Rex in decretatione memorialis per nos produ-
cti aliquam impoſuiſſet clauſulam importantem
cauſæ cognitionem, quia quò ad vos qui proprium
decretum habetis reuocare, monitionem & non
cognitionem importaret, vt eſt tex.not.in c.ab ex-
1 communicato.de reſcrip. * & ibi omnes.& ſignan-
ter Bal.qui loquitur in terminis noſtris. ſi igitur ſi-
ne aliqua cauſæ cognitione de facto priuatus fuit,
reſtitui debet, & ſic auditus in ſuis iuſtiſsimis exce-
ptio. audire noluiſtis, ſic & nunc in dicti decreti
reuocatione exceptiones partis aduerſæ minimè
audiri debent, vt verè reddatis vices, iuxta doctr.
Bald. & aliorum ſuprà allegatorũ.& voluit Spec.in
tit.de primo decreto.§.iam de defectu.verſ.quid ſi
iudex.Ioan.And.in addi. Spec.in tit. de ſentent.§.
ſpecies. quanto minus debetis ipſum in oppoſitis
exceptionibus audire, quæ cum reuerẽtia loquen-
do, aut ex opponentium errore procedunt, vel ca-
lumnia. Quòd autẽ exceptiones ſuæ non militant,
etiã ſi eſſemus in caſu, in quo exceptiones eſſent ad
mittendæ demonſtro, & hoc primum dum quærit
declinare veſtrum tribunal iudicẽ ſuum, ſub præ-
textu reginalis tribunalis, ſeu regię camerę ſumma
riæ ſub quib. protegitur, quæ tribunalia licet ſint iu
dicia poteſtatis, tamẽ nõ ſunt maiora, nec æqualia
Regio cõſilio, vnde ſi tractatur de reuocando gra-
uamine per S.Regium conſiliũ, ordinatione & iuſ-
ſu ca. Maieſtatis illato, fruſtrà aduerſarius S.conſi-
2 liũ declinando * quærit minus adire tribunal, cùm
maior de grauamine inferioris, non ecõtra, cogno
ſcere debeat.l.Labeo ait. in fi.& l.ſeq.ff.de arbi.& l.
pręcipimus.C.de ap.§.pe.eo maximè cũ ipſe eiſdẽ
gauiſus priuilegiis decreto eiuſdem S.cõſilij obti-
nuerit in poſſeſsionẽ, vt dictũ eſt, & ſic nullatenus
in declinatoria videtur audiendus. Minimè audiri
meretur ſuper exceptiõe expoliationis, ex quo di-
citnos

cit nos teneri ad fructus. hoc enim eſt in iure fal-
ſum: nam talis exceptio quando opponitur in ci-
3 uilibus, debet opponi contra eum * qui ſpoliauit,
vel ſpoliari mandauit, vel ſpoliationem ratam ha-
buit, contra quem interdictum vnde vi, daretur,
ita voluerunt Archidia. Io. Andr. & Gemi. & Phili.
Fran. in c.j. de reſti. ſpoli. in vj. Abb. in c.ij. de ordi.
cog. & ibi Inno. licet alibi aliter ſentire videtur: &
voluit Rota in deciſ. ccccxxxviij. aliàs deciſio. xx.
incip. fuit dubitatum, pone quòd A. ſub titu. de re-
ſtitu. ſpol. in no. Sed in caſu noſtro dominus Ioan-
nes non ſpoliauit ipſum, nec ſpoliari mãdauit, nec
ratum habuit, agitur cõtra ipſum Ioan. talis exce-
ptio obiici non poteſt. Et licet dicatur ex aduerſo,
quòd in caſu noſtro contra dominũ Ioannem da-
retur interdictum vnde vi, ex quo ſucceſsit ſcien-
ter ſpoliatori, vt aſſerunt dicere Innoc. contra ca-
ſum l.j. §. qui vi deiectus. ff. de vi & vi arma, & con-
tra caſum c. ſæpè, de reſti. ſpol. quem ibidem alleg.
Inno. & ipſemet tenet in d. cap. ſæpè. quòd contra
ſuccedentem ſpoliatori non datur interdictũ vn-
de vi, ſed remedium ex illo c. hoc voluit conſtitu-
tio Regni: circa violentiarum. econtrario allegata:
& Alberi. de Roſa. in l. cùm a te, ff. de vi & vi arma.
bene verum eſt, quòd id dicit Inno. procedit, quan
do ille qui ſucceſsit ſpoliatori, ſucceſsit pendente
interdicto: vt ipſum declarat Bartol. in d.l. cùm à
te. vel loquitur ſecundum d.c. ſæpè quòd ibi ipſe al
legat, & licet etiam ibi dicat, quòd quando ſpolia-
tor non eſt ſoluendo, interdictũ datur contra ſuc-
ceſſorem: per ea quæ not. gloſ. in d.l. cùm à te. Nam
ad hoc dico, quòd licet daretur interdictum, tamẽ
in hoc caſu non redarguit violentiam: & ſi ceſſat
odium, & exceptio ſpoliationis contra ipſum ceſ-
ſare debet, quæ in odium ſpoliatoris, & mandantis
ſeu ratum habẽtis inducta eſt: vt ſuprà. Præterea ꝙ
exceptio ſpoliationis poſsit opponi contra illum
qui ſucceſsit, quando ſpoliator non eſt ſoluendo:
& hoc aut nos dicimus reſpectu rei in qua cõmiſ-
ſum fuit ſpolium: & in caſu noſtro non poſsit age-
re cùm ipſe poſsideat: aut dicimus reſpectu fru-
ctuum quos percepit ipſe Magnificus dominus
Ioannes: & de iſtis non poteſt dici quòd ſucceſſe-
rit ei qui non eſt ſoluẽdò: aut quærimus de fructi-
bus perceptis per illos de Ricardis, & in iſtis non
poteſt cõtra nos dari interdictum, quia eſto quòd
teneremur interdicto, tamen ſumus poſt annum
commiſsi aſſerti ſpolij, & ſic non tenemur de fru-
ctibus, qui ad nos nõ peruenerunt, licet ad ſpolia-
tum peruenire potuiſſent: bonus eſt text. in l. pen.
in prin. vnde vi. & ſic fruſtratoriè tractatur in ca-
ſu noſtro de exceptione ſpoliationis. Itẽ quòd mi-
nimè obſtat dicta exceptio ſpoliationis, nam poſi-
to abſque veri præiudicio, quòd dominus Ioannes
4 ſpoliaſſet eundem Manfredinum per vim, * non
propterea licebat eidem ſpoliare prædictum do-
minum Ioannem eadem re, quia oportebat, prout
oportet, vltimum ſpolium pugari. l. iij. §. cum igi-
tur. de vi & vi arma. & inſti. de interdict. §. recupe-
randæ. iſtud bene animaduertit. do. Abb. & tenet
poſt doct. in c. fin. iij. col. de ordi. cog. dicunt enim
quòd ille tex. & ſimiles procedũt, quando conuen-
tus excipit de ſpoliatione facta ſuper diuerſa. Quò
verò ad aliam eorum opinionem dum dicitur ex
aduerſo, quòd dictum Bald. in l. ſi pacto quo pœ-
nam. C. de pact. non procedit quando ille qui aſſe-
rit ſe ſpoliatum de facto à iudice, conſenſiſſet man
dato iudicis quamuis compulſus. per tex. in l. fin. in
fin. ff. quòd met. cauſa. quia reſpondeo quòd nun-
quam dominus Ioannes conſenſit, prout nõ appa-
ret: & nihilominus id quod dicitur in d.l. fin. quòd
met. cauſ. procedit quando ageretur remedio illius
l. fi. quod me. cau. Secus autẽ ſi ageretur alio reme-
dio, illud nõ procederet: ſed ante omnia debet fieri
reſtitutio: iſtud voluit Bartol. in l. pen. ff. de condi.
ob turp. cauſ. & ibi Angel. & Modern. idem voluit
Imo. in l. à diuo Pio. §. in venditione. & ibi Alexã.
ij. colum. ff. de re iudic. ſed in caſu noſtro non agi-
tur remedio illius l. fin. igitur ea non obſtante de
facto nobis debet reſtitui poſſeſsio: & ſi bene con-
ſideratur id quod dicitur in d.l. fi. procedit, quan-
do iudex violenter mandauit, & pars cui fuit factũ
mandatum conſenſit, & tradidit rem ex mandato
iudicis: tunc ob eius conſenſum, traditionem &
voluntatem, licet coactam, talis traditio in tãtum
reuocatur, quatenus intereſt taliter tradentis: ita
declarant ibi docto. Imo. & Alex. in d. §. in vendi-
tione. ſed quando iudex mandauit alteri, vt tradat
poſſeſsionem, & ille cui fit mandatum, non tradi-
didit, ſed replicat mandatum iniuſtum, & ſe non
poſſe reſiſtere potentiæ mandatis, & ob eius po-
tentiam metu ductus deſerit poſſeſsionem, tunc
nõ dicitur ſpoliatus vi compulſiua, ſed expulſiua,
licet metu ductus deſinat poſsidere. text. eſt in l. pe.
§. idem labeo. ff. de vi & vi arma. Imò etiam ſi pars
ſpoliata conſenſit mandato iudicis, & ablationi poſ
ſeſsionis, dummodo ipſe nõ tradat, adhuc dicitur
de facto reſtitui in poſſeſsione nõ obſtante aliqua
partis oppoſitione, ita dicit Bald. in l. ij. C. de ſerui.
& aqua. verſi. quartò quæro, ſi iudex. vbi allega. d.l.
fin. idem voluit Bald. in d.l. fin. quòd met. cauſ. di-
cens, quòd illud de quo in illo tex. ideo eſt, quia in
teruenit factum partis tradentis, hoc idem voluit
Ioan. Andr. in tit. de ſen. §. ſpecies. verſic. eſt quo-
que. quem refert & ſequitur Alexand. in d.l. de vno
5 quoque. * vbi voluit, quòd quamuis pars obedierit
mandato Iudicis de facto emanato, debet de facto
reuocari. idem voluit tex. in d.c. ab excommunica-
to. vbi excommunicatus ab ordinario ſine moni-
tione præcedente, quamuis aſſerens ſe excommu-
nicatum, debet de facto ſine alia partis contradi-
ctione & partis citatione, & cauſæ cognitione ab-
ſolui, ſic & in caſu noſtro licet dominus Ioannes
obediſſet Regi, cui per eius potẽtiam reſiſtere non
poterat, tamen non ex hoc dici poteſt compulſiua
vt priuatus, ex quo nõ tradidit, & ſic dico non ob-
ſtare d.l. fin. ex aduerſo oppoſitam. Quò verò ad id
quod dicunt quòd Manfredinus cum decreto ca.
Regis recuperauit poſſeſsionẽ, quam poterat pro-
pria auctoritate recuperare vigore ciuilis poſſeſ-
ſionis in animo retentæ, & ſic talis poſſeſsio ſibi de
facto non debet auferri, per ea quæ voluit Ioann.
Andr. in d. addi. §. ſpecies. verſi. eſt quoque. quia vt
ſæpe dixi, in iure falſum eſt ipſum retinuiſſe poſſeſ
ſionem ciuilem, & credo vobis nullum in hoc du-
bium per aliàs allegata, per id quod in propriis ter
minis tenet idem Aret. in l.j. §. qui præſens. de ver
borum obliga. vltim. colum. & in l. continuus. in
princi.



princi. eo. tit. tamen ad euitandum diſputationem
dico, quòd eſto quòd retinuiſſet ciuilem, ex quo
6 poſſeſsio non eſt penes ſpoliantem, ſed penes ter-
tium, etiam ſi iſte tertius cum vitio fuiſſet in poſ-
ſeſsione, non poterat Manfredinus vigore ſuæ ci-
uilis poſſeſsionis recuperare naturalẽ à manu no-
ſtra, vt voluit Bartol. in l.j. §. neceſſario. ſi mulier
ventr. nomi. & voluit Innocent. in cap. inter qua-
tuor. de maio. & obed. Abbas in c. olim. de reſtitut.
ſpolia. & hoc quia contra tertium non poteſt quis
habens ciuilẽ exercere poteſtatẽ, & * recuperare
7 naturalem. tenet per optimas auctoritates Aret. in
l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. colum. vj. ver-
ſicu. ſecundò eſt limitandum. ff. de acquir. poſſeſ. &
idem ſequitur Ludo. Roma. in l. peregrè. §. quibus
explicitis. ff. de acquir. poſſ. Bald. in l.j. C. de execu-
tione rei iudi. Bald. ſatis not. in l. imperialem. §. cal
lidis, de prohi. feud. alie. per Federi. nec curandum
quòd pro parte noſtra fuerit petitum dari termi-
num ad probãdum, quia illud petiuimus in noſtra
petitione, & ſic ad probandum ea quæ incumbe-
8 bant probari, & demõſtrari in iure. * Prætereà an-
tequam ſuper petito termino per iudicem fuiſſet
decretum, nos talem termini petitionem reuoca-
uimus, quòd facere potuimus per text. in l. edici-
mus. de excu. tut. nec curandum de partis accepta-
tione, quia acceptatio partis operatur in his quæ
non expectant iudicis decretum: ſed ſortiuntur ef
fectum ex ſola partis confeſsione, vel poſitione:
ita procedit text. & quòd ibi dicitur in l. cum pre-
cum. C. de lib. cau. Et ſic ſtantibus partis aduerſæ
exceptionibus nullius roboris, & momenti, vt ex
prædictis colligere poteritis, veſtrũ erit. ô Magni
fici Iudices, officium exemplo Catholici domini
noſtri Regis qui conſilio in melius mutato ad iu-
ſtitiam ſuas prouiſiones reduxit, ſic & vos veſtro
decreto ad ius & iuſtitiam reducto, ac reuocata
executione inde indebitè exequuta, ipſum domi-
nũm Ioannem contrario imperio in ſuam poſſeſ-
ſionem reſtituatis. & fiat iuſtitiæ complementum,
ac Deo gratum, & catholico Regi vobiſque erit
conſonum, & honori. Ciccus de Loffred. V.I.D.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſeu reſponſio facta ad hoc vt non poſſit præ-
textu erroris reuocari, cautela eſt, vt aſſignetur
terminus ad confitendum, & quòd tu acceptes di-
ctam confeſſionem.*

2 *Poſſeſſione ſua nemo quis priuari poteſt etiam à
principe ſine cauſæ cognitione de facto, & inau-
ditus.*

3 *Immiſſio in poſſeſſionem de facto facta, ita de facto,
& faciliter reuocari debet.*

4 *L. fin. ff quod met. cau. vbi quod non eſſet factum, de
nouo fieri deberet, intelligi debet d.l. prout Ang. in
l ſi finita ff de dam. infec. quando præceſſit cauſæ
cognitio, & fuit ritè iudicatum & rectè.*

5 *Priuatus iniuſtè, & violenter ante omnia debet re-
ſtitui, etiã ſi per iudicem eſſet deſtitutus poſſeſſio-
ne, adeò quòd nulla exceptio ante reſtitutionem
contra eum opponi poſſit, etiam ſi peteretur con-
firmari adiudicatio, licet nulliter præſtita.*

6 *Confirmari peti non poteſt id quod nulliter actum
extitit, etiam ſi ex defectu formæ id prætendere-
tur contra ſententiam.*

7 *Executio quando peteretur confirmari ex ſententia
nulla, quia parte non citata, non poteſt peti con-
firmatio, ſecus ſi erat valida, ſed executio non ri-
tè facta.*

8 *Spoliatus recurrens ad ſuperiorem non poteſt redire
ad viam facti, & propria auctoritate ſubintrare
poſſeſſionem.*

9 *Spoliatus non eſt veriſimile quòd ſponte & volunta-
riè renuntiet, ſed per metum.*

10 *Princeps nec Papa poteſt inaudita parte aliquid ſta-
tuere, nec de cauſa cognoſcere.*

11 *Reſcripta parte inaudita obtenta non tenent.*

12 *Poſſeſſio vbi mandatur reſtitui etiam ſpoliato, requi-
ritur cauſæ cognitio, & citatio.*

13 *Poſſeſſor etiam iniuſtus audiri debet antequam amo-
ueatur. & num. 17.*

14 *Princeps quòd non poteſt inaudita parte aliquid diſ-
ponere procedit etiam ſi princeps id faceret ex
certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis.*

15 *Poſſeſſio ciuilis ſi eſt penes aliquem, & naturalis penes
alium, tamen is qui naturaliter, & ſic corporali-
ter tenet, requiritur citari, & audiri non obſtante
dicta ciuili poſſeſſione penes alium.*

16 *Iudex præceptum quod de facto fecit, & ſine cauſæ co-
gnitione, de facto reuocare debet.*

18 *Tenuta data pro vero debito, ſed iuris ordine non ſer-
uato, non tenet, quia etiam in poſſeſſorijs requiri-
tur ordo iuris.*

19 *Reſcriptum principis per quod denegatur cauſæ co-
gnitio, non tenet. nec poteſt auferri poſſeſſio parte
non citata etiam cum priuilegio principis.*

20 *Spoliatus per ſententiam non ritè habitam, non per-
dit poſſeſſionem.*

21 *Poſſeſſio debet reſtitui, quando non interuenit cauſæ
cognitio, quia dicitur non iudex. ſed priuatus, licet
de facto ſententia interuenerit, num. 22.*

*Et poteſt ſibi reſiſti, nec eſt ei parendum.*

23 *Scribens ſe vt officialis, vel vt tutor non præiudicat
ſibi proprio nomine, & pariter, nec ſi vt teſtis ſe
ſubſcripſit ſibi non præiudicat, vt principali. nu-
mero 24.*

*Et pariter ſi vt notarius ſcripſit, non præiudicauit ſibi
proprio nomine ibidem.*

25 *Metu dicitur quod quis ſe obligauit, vbi extaret
contra ipſum mandatum pœnale ſuper ſolutione
pœnæ.*

26 *Tenuta data abſque ſententia, & ſine cognitione, non
poteſt confirmari.*

27 *Poſſeſſionem ciuilem habens ſi acceſſit ad ſuperiorem
pro conſequendo iuſticiam, non poterit ad viam
facti redire, & de facto ingredi naturalem.*

28 *Acta non probantur per teſtes, ſed per proceſſum,
& ſcripturas.*

## CONSILIVM LXXXVI.

ALiæ allegationes eiuſdem domini Tho-
maſij Grammatici in eadem cauſa Ma-
gnifici do. Ioan. de tufo ſui conſangui-
nei. Viſis ſubtiliſsimis allegationibus ſu
prà ſcripti Magnifi. do. Cicci, & ipſis etiã oretenus
relatis coram Magnificis iudicibus regentibus re-
giam Cancellariam per eundem Magnificum do.
Ciccum, licet plenitudo ſuppletione non indigeat,

attamen motus agnationis ſanguine, & non ſpiri-
tu ad communis clientis ſatisfactionem incipien-
do ab vltimo capite circa termini erroneè petiti
reuocationem, adduco quod in ſimili dixit Bal. in
1 l.error.C.de iur.& facti ign.* ꝙ ad hoc vt confeſ-
ſio vel reſponſio nõ poſsit reuocari ab aduerſario
allegando errorẽ, præcipuè duo facienda ſunt: pri-
mum, ꝙ aſsignetur terminus ad confitendũ, vel re
ſpondendũ, vel contradicendũ: ſecundũ quod ac-
ceptes dictam confeſsionem, vel reſponſionem:
idem ſequitur Soc. in ſuis fallen. in regula lxix. in-
cipiente, confeſsio per errorem. in fi. circa cætera
præſupponendo quòd Cathol. Rex noſter ad ſup-
plicationem prædicti noſtri clientis omnia ad ius
& iuſtitiam per ſuam regiam decretationem redu-
xerit, & ſic cæteris prouiſionibus per prius factis,
& de quibus mentio facta fuerat à iuſtitia deuian-
tibus, etiam ſi ad ſententiam proceſſum fuiſſet, de-
rogauit: vt inquit Bald. in ca. iij. quod incipit, pro-
poſuiſti. verſic. quæro ſuppoſitum eſt. de offi. lega.
quem ſequitur ibidem Barba. quia de iure & iuſti-
tia non potuit do. Ioan. ipſe priuari ſua poſſeſsio-
2 ne etiam ab ipſo Catho. Rege de facto, * & abſque
iuris ordine, ac ipſo in ſuis iuribus non audito, per
tex. in l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. quæ loqui-
tur in Imperatore: & in l. meminerint. C. vnde vi.
cùm in iudicio poſſeſſorio ad aduocandum poſſeſ-
ſionem etiam violentam, requiritur ordo iuris, &
quòd ſententia ſequeretur per litis conteſtationẽ
inter agentem & conuentum: vt in dictis iuribus,
& in l. properandum. C. de iudic. & c. ij. vt lite non
conteſt. ita determinat Bar. in l. j. C. qui legiti. per-
ſon. & in l. vnica. C. ſi de mom. poſ. & in l. naturali-
ter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſ. ſequitur
quòd inquantum fuit de facto exequutum, dicta
exequutio ſiue immiſsio vt de facto facta, debet ſic
faciliter reuocari. text. eſt in l. j. §. hoc edictum. de
3 ventr. in poſſeſ. mit. * per quem ita determinat Bal.
in l. ſi deſerta. C. ſi propter publi. penſi. & in l. ſi pa-
cto quo pœnam. C. de pact. & inquantum in d. l. ſi
deſerta, dicatur requiri citationem, & in d. l. ſi pa-
cto. dicatur quòd non: tamen in qualibet ipſarum
legum concordat: & dicit immiſsionem omnino
reuocandam, & reſtituendam prædicto domino
Ioanni: & ipſe iam citari obtinuit eundem Manfre
dinum, & quòd omnino ſit reuocanda, & reſtituen
da, tenet Io. And. in ti. de ſentent. §. ſpecies. in addi.
in ver. habeo de præcepto. & ſequitur Ang. & Imo.
in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. Bald. in l. ij. xj. co-
lum. de ſerui. & aqua. verſic. quæro ſi iudex abſque
ordine. & in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollend. &
in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. Anto.
de Butr. & Abb. in c. cùm ceſſante. de appell. & per
dictas auctoritates ſic concludit Alexand. in conſi.
v. in cauſa & lite. verſ. probatum eſt. ſecundo volu.
4 Et inquantum dicitur, * quòd licet dicta immiſsio
eſſet retractanda ex prædictis, tamen debet confir
mari: quia Manfredinus præſupponit potuiſſe pro-
pter ſuam ciuilem de facto ingredi, & recuperare
ſuam naturalem poſſeſsionem, ex quo habet etiam
priuilegium de dictis caſtris. iuxta l. fi. ff. quod me-
tus cauſa. & propter doctrinam Ange. in l. ſi finita.
ff. de dam. infect. dicitur, quòd non poteſt peti ta-
lis confirmatio: quia Angel. loquitur quando præ-
ceſsit cauſæ cognitio, & fuit ritè iudicatum, & re-
ctè, ſed fuit facta executio non ritè non citata par-
te, quia tunc poſſet peti confirmatio: quia iam per
cauſæ cognitionem conſtabat de iuſtitia illius qui
non ritè fuit inductus in poſſeſsionem: ſed quando
abſque cauſæ cognitione quis fuit priuatus, & con-
tra ipſum fuit exequutum: dicta executio debet,
prout fuit facta, reuocari, & non poteſt peti con-
firmatio: quia etiam, vt dixi, ad reſtituendam poſ-
ſeſsionem, debet interuenire iudicium, & ordo iu-
ris, licet non requiratur tanta exacta probatio, ſi-
cut in petitorio: & ſic ſi aliter diceretur, eſſet per-
mittenda ſpoliatio, quam iura improbant, & nemi-
nem poſsidentem ſpoliari, niſi probata ſpoliatio-
ne: & ita expreſsè conſuluit Petr. de Anchar. in con
ſil. ccxciij. videtur quòd dicta poſſeſsio. quia quis
nõ poteſt inauditus priuari ſua poſſeſsione, & con
5 firmatio quæ petitur, peti debet quando iam * ante
executionem conſtabat de debito, & allegat Bart.
in l. meminerint. C. vnde vi. idem conſuluit Ludo.
conſilio clviij. circa articulum primæ quæſtionis.
Et quia iniuſtè & violenter priuatus ante omnia eſt
reſtituendus, etiam ſi per iudicem eſſet deſtitutus
poſſeſsione, adeò quòd nulla exceptio ante reſtitu
tionem contra eum opponi poteſt, etiam ſi petere
tur confirmari adiudicatio, licet nulliter præſtita.
c. conquerente. de reſti ſpo. & in l. fin. C. ſi per vim
vel alio modo. & l. auctoritate. C. vnde vi. Barto. in
6 diſputa. ſua. Lapus. * Item quia nõ poteſt peti con-
firmari id quod nulliter actum extitit, etiam ſi ex
defectu formæ id prætenderetur contra ſenten-
tiam. allegat. Cyn. & Baldus in l. cùm anteà. C. de
arbi. vel ſiue ex defectu perſonæ. l. inſtar. C. de iur.
fiſ. libro decimo. & allega. Pe. in d. conſil. & idem
ſequitur Ludouic. in d. l. ſi finita. quando peteretur
7 confirmari executio ex ſententia nulla: * quia ſi
nulla erat ſententia, fortè parte non citata, non po
teſt peti confirmatio: ſecus ſi erat valida, ſed execu
tio non ritè facta: & ſic dicit tenere Ange. & debe-
re intelligi: & idem tenet ibi Pau. de Caſt. & expreſ
ſè etiam Ioan. mona in c. j. de conceſ. præben. libr.
vj. vbi dixit, quòd licet executio ſentẽtiæ fieri non
debeat parte non citata, ſeu poſſeſſore non citato,
facta tamen debet reuocari, ſi præceſsit cauſæ co-
gnitio ſuper ſententia, de qua prætendebatur exe-
cutio. & idem ſequitur in c. licet. de præben. eo. tit.
& Inno. in c. ex ratione. de appel. cum ergo prædi-
ctus do. Ioan. fuiſſet de facto ſpoliatus non præce-
dente ſententia, idem eſt dicere quòd Rex ipſum
ſpoliauit, ergo reſtituendus eſt, & deinde diſputari
debet ſuper proprietate aut poſſeſsione. Nec obſt.
quòd pretendit Manfredinus, quòd ex ſua poſſeſ-
ſione ciuili retenta ingredi potuit naturalem: quia
ſalua pace nunquam apud eum fuit aliquia ciuilis,
imò ex quo adiuit Regem, & ſtante do. Ioan. in poſ
ſeſsione per cuius potentiam iam ſuſpicatus fuit
poſſe repelli, ex quo nunquam obtinere potuit re-
ſtitutionem, & per ingreſſum * amiſit ciuilem, ſi
quam habuit: tenet Bart. in l. j. §. quod ait prætor. ff.
vti poſſ. ſecus ſi non fuiſſet in poſſeſsione potens,
ſcilicet ipſe do. Ioan. ſed poſſeſſor de quo veriſimile
eſſet, quòd non dubitabat, & ita loquuntur iura in
l. ij. C. de iure emphi. per Bal. item cum ſemel iuerit
ad Regem, non potuit, nec poteſt redire ad viam
facti,



facti, & ex ſeipſo poſſeſsionẽ accipere: imò ipſam
amiſit: ita dicit Bal. in d. l. ij. C. de ſer. & aqua. per l.
de pupillo. §. meminiſſe. de oper. no. nun. in verſi. x.
quæro. item quia contra do. Ioan. non datur inter-
dictum vnde vi: quia non eſt ſententia, poſſeſsio,
& inhibitio alicuius: nec habet cauſam niſi à ſe
ipſo: & diſputare an competat vel non, caſus eſt in
terminis in conſtitutione, circa violentiarum. per
quam deciditur non competere interdictum ali-
quod niſi condictio ex illa conſtitutione, quando
ſcilicet habet cauſam à vitioſo ſpoliatore, ꝙ nõ eſt
in caſu noſtro, & in hoc non videtur inſtandũ, ex
quo pars aduerſa nõ agit, ſed vellet retinere, iura
hoc prohibẽt, vt ſup. oſtẽdi. facta autẽ reſtitutione
ex eo quia indebitè fuit ſpoliatus, & abſq; iuris or-
dine, tũc diſputabitur ſi competit interdictum vel
ne. Et licet dicatur quòd domi. Ioan. ipſe conſenſit
ſaltem per metum, ergo videtur non poſſe petere
reſtitutionem, dico quòd falſum eſt, ſed poſſeſsio
fuit exequuta de facto, quia renunciatio facta per
ſpoliatum poſt ſpoliationem non prodeſt ſpolia-
9 tori, quia non eſt veriſimile, * quòd ſpoliatus renũ
ciet ſponte & voluntariè, ſed per metum, & ita ha-
betur in c. ſollicitæ. de reſt. ſpol. ita concludit ibi
Abb. etiam in rebus prophanis, & ita conſuluit
Alex. in conſi. xciij. in cauſa. in j. col. verſic. & licet
alias renunciatio. in v. vol. Nec obſt. quòd præten-
ditur dixiſſe Alex. in l. à diuo pio. §. in venditione.
de re iud. quia ipſe loquitur quando præceſsit ſen-
tentia in executione, deficit ordo iuris in exequẽ-
do, & ſic de tenuta, & ita intelligit Imo. & expreſ-
ſè declarat ibidem Alexand. allegando Bart in l. ſi.
ff. quòd met. cau. Quò ad declinatoriam ex aduer-
ſo obiectam, apparet quòd nec Sereniſsima Regi-
na, nec Regia camera ſummariè immiſit, nec exe-
cutionem aut priuationem fecit, ſed dominus Rex
per ſuas literas exequutiuas, & ſuprà ipſum nemo
eſt, niſi ipſemet qui cognoſcit, & cognoſcere poteſt
de ſuis ſentẽtiis, & executionibus, authẽ. quæ ſup-
plicatio. C. de precibus impe. offer. & propterea ad
ipſum ſolum ſpectat ſuas literas, & exequutionem
ſic faciliter reuocare, ſicut fecit, & non ad aliud
tribunal, quia eius eſt deſtruere cuius eſt condere.
Et quia loquuti ſumus de iniuſtitia regiarum pro-
uiſionum, quæ conſiſtit, cùm non citato ipſo do.
Io. nec aliter audito mandauerit Rex Cathol. in
eiſdem prouiſionibus, vt deſtitueretur poſſeſsione
dictorum caſtrorum, & poſſeſsio ipſorum eidem
Manfredino conſignaretur, & iure cautum eſt * ꝙ
10 nec Princeps, nec Papa poteſt inaudita parte co-
gnoſcere de cauſa, nec aliquid ſtatuere. tex. eſt in c.
j. de cau. poſ. & propri. & ibi pulchrè Abb. tex. in l.
meminerint. C. vnde vi. ex quo eſſet tollere defen-
ſionem quæ eſt de iure naturali, & quam princeps
auferre non poteſt. cle. paſtoralis. de re iudi. voluit
Bal. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. plenè Fely. in c. cùm
olim. de re iudi. vbi corrigit quędam quæ aliter di-
xerat in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. reprehen-
dendo ſolutiones quas dederat ad illam cle. inde
dominus omnipotẽs Adam vocauit, vt habetur in
Gen. iij. c. & plenè ſcribit Abb. in c. cum olim. de re
iud. & ideo conſuluit Pet. de Ancha in conſi. cliij.
11 oportet primò inquirere. * ꝙ reſcripta parte inau
dita obtenta non tenent, & idem in conſi. xcij. in-
12 cip. tria in fauorem. * ex quo vbi mãdatur reſtitui
poſſeſsio etiã ſpoliato requiritur cauſæ cognitio,
& citatio. vulg. l. & ſi non cognitio. C. ſi contra ius
vel vti. pub. ita dixit etiam Anto. de But. in c. ſuper
literis. de reſtit. ſpoli. Vital. in clauſula, ſi preces. x.
13 char. ex * quo etiam iniuſtus poſſeſſor audiri debet
antequã amoueatur. Bar. in l. ſi. de edic. diui Adria.
Inno. in c. cùm olim. de priuil. conſuluit Alexã. in
conſ. v. in ij. volu. & Lud. in conſi. clviij. & ꝙ prin-
ceps non poteſt inaudita, & nõ citata parte aliquid
diſponere, procedit etiam ſi princeps hoc feciſſet,
14 aut faceret ex certa ſcientia, & de plenitudine * po
teſtatis, vt pulchrè concludit Fran. de Aret. in conſi.
clxv. in xij. col. verſ. circa ſecundũ. quem etiam ſe-
quitur Barb. in conſi. xxiiij in antepen. col. ij. volu.
per tex. in d. c. j. de cau. poſſ. & proprie. in verſ. non
poſſumus. per quæ verba tollitur potentia, per do-
ctri. Barto. in l. fina. ff. de feri. iij. colum. & in l. Gal
lus. & ibi doct. ff. de liber. & poſthum. Barto. in l. de
his. circa princip. ff. de tranſa. & in l. vbi pactum. ij.
col. C. eo. tit. inquãtũ verò ſuprà dictũ extitit ex ad
uerſo, quòd penes Manfredinum remanſerit ciui-
lis poſſeſsio, dico quòd ſalua pace hoc non eſt be-
ne dictum: nam patet quòd Manfredinus ſuſpica-
tus ſe poſſe pelli in aduentu Gallorum, poſſeſsio-
nem ſuam dimiſit, & Hiſpaniam acceſsit, vbi pro-
uiſiones obtinuit iam productas à Rege Gallorum
ſuper recuperatione ſuæ poſſeſsionis dimiſſæ: & in
15 iure clariſsimum eſt, * quòd quò ad amiſsionẽ poſ-
ſeſsionis paria ſunt quem actualiter expelli, vel ꝙ
ſuſpicetur ſe poſſe repelli. facit in l. iij. §. ſi quis au-
tem viſis. ff. de vi & vi ar. & in l. iij. §. ſi quis nũciet.
ff. de acquir. poſſ. Et dato abſque veri præiudicio ꝙ
16 poſsit allegari retinuiſſe ciuilem poſſeſsionẽ, * ta
mẽ d. Io. qui corporaliter poſsidebat, requirebatur
citari & audiri non obſtante aſſerta ciuili, & ſic fi-
cta poſſeſsione, ita conſuluit Alex. in conſi. lxxxiij.
in ij. vol. Et pro prædictis optimè facit, quia nõ po
teſt ad aliquam executionẽ de facto peruenire, niſi
cauſa cognita, & per ſententiam terminata, & ſen-
tentia in rem iudicatam tranſacta. caſus eſt in l. exe
cutorem. & l. ſi. C. de execu. rei iudi. & ſi aliter fie-
ret executio, ſiue tenuta, debet de iure reuocari, &
pati executionem poſſe reſtitui. l. vbi caſus: & l. ij.
C. eo. tit. l. ſi cùm nulla. ff. de re iudic. & l. ſi deſerta.
vbi per Bald. C. ſi propter publi. penſitatio. l. prola
tam. C. de ſentẽ. vnde dicũt doctores, quòd quan-
do tenuta, ſiue executio fuit facta non ritè, id eſt,
parte non citata, & non cauſa cognita, nõ tenet, &
eſt reuocanda etiã parte cui fuerit aſsignata nõ vo
cata, ſed ſic de facto, vt de facto facta fuit. l. ſi mi-
nor. §. j. vbi gl. ff. de minori. per tex. in l. j. §. hoc edi
ctum. ff. ſi muli. ventris nomine. Ita ſentit Io. And.
in addi. Spec. in tit. de ſentẽ. §. ſpecies. in addit. ha-
beo de pręcepto. Idem tenet Inn. in c. querelam. de
elect. Ang. & Imo. in l. de vnoquoque. de re iud. An
ge. Imo. Pau. de Caſtr. & Ludo. in l. ſi finita. de dam.
infect. Bald. & doct. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de
pact. & in l. ij. verſ. iiij. quæro. C. de ſerui. vbi dixit,
quòd ſine aliqua cauſæ cognitione debet iudex de
17 facto reuocare præceptum quod de facto, * & ſine
cauſæ cognitione fecit, alleg. d. l. ſi minor. & Inno.
in d. c. querelam. Idem tenet Bal. in l. j. de edict. di-
ui Adria. & in l. j. C. ad carbo. Cano. in c. ſi. de iudi.

vbi Fely.plenè Alex.in conſi.v.ij. vol. & ideo gl. in
c.licet epiſcopus.de præben.in vj.in ver.vocato.te
18 net* ꝙ licet poſſeſſor iniuſto tit.poſsideat, quia re
quiritur quòd citetur, & audiatur, per l.fi. C.ſi per
vim vel alio modo.Idẽ tenet Bal.in c.ab excommu
nicato,de reſcrip.& melius in c. ſuper hoc. iij. col.
verſ.ille.§.facit ad q.de renun.vbi dixit, quòd ſi te-
19 nuta eſt data pro vero debito,*ſed iuris ordine nõ
ſeruato, non tenet: quia etiam in poſſeſſoriis requi
ritur ordo iudiciarius,Bar.in l.j.C. qui legit. perſo.
& ideo Bal.in conſi.cccxxxv.copioſe eſt allegatum
20 &c.j.vol * dicit non tenere reſcriptum principis,
per quod denegatur cauſæ cognitio,per c.ij. de re
ſcri. & ſubdit quod non poteſt per prætorem au-
ferri poſſeſsio parte non citata etiam cum priuile-
gio principis,&ſi fiet de facto debet fieri reſtitutio
incontinenti : & idem conſuluit in conſ. cccxxxvj.
eo. volu. & ideo dixit idem Bal. in conſi. cccxlviij.
ſpoliatus virtute ſententiæ.& conſi.cccl. proponi-
tur. in fina. verb. quòd ſpoliatus virtute ſententiæ
nullæ vel reſciſſæ : & quia prohibitũ eſt,quòd pro-
hibitum actum eſt debet reponi in poſſeſsione : &
non eſt quærendũ de titu. nec de iuſtificatione poſ-
ſeſsionis: quia ſpoliatus non iure ante omnia reſti-
tuẽdus eſt: quinimò poſſeſſor ſpoliatus per ſenten-
21 tiam* non ritè habitam non perdit poſſeſsionem l.
ſciẽdum.§.ſi fundum.ff.qui ſatiſd. cog. Et ꝙ quan-
do nõ interuenit cauſæ cognitio reſtitui debet poſ
22 ſeſsio:quia dicitur non iudex, ſed priuatus, & licet
de facto ſententia interuenerit, ſed ſine cauſæ co-
gnitione, tenet etiam Archi.in c.notũ.ij.q.j.Cardi.
in clem.j.de elect. in fi. vbi dicit poſſe reſiſti iudici,
23 * & ei non eſt obediendum. & Abb.in ca. dilectus.
lo j.iiij.not.de reſcrip.& in c. cauſam. lo j. de offic.
deleg.Anto. de But. in c. eccleſia ſancta Mariæ. de
conſti.tex.in c.cùm cauſam.de offi.deleg. Ant.Ho-
ſti.& alij in c. ad petitionem. de accuſ. quia non po
teſt nec Papa.nec Princeps,vt ſuprà dictũ eſt:& ideo
cùm prouiſiones regiæ ſint redactæ ad ius & iuſti-
tiam per Cathol.Regem:ideo ſunt nullæ. & tenuta
virtute illarum exequuta debet contrario imperio
reuocari, per text.in l.fin.ſi per vim vel alio modo.
iuncta d.l.ſi cum nulla. de re iud. vel per officiũ iu-
dicis, ſicut dicit gloſella, in d. l. minor. de euict. ꝙ
ſic de facto,vt de facto facta fuit, reſtitui. Nec ob.
ſubcriptio manus prædicti do. Ioan. in literis ex-
peditis per magnum Capi. ſuper poſſeſsione dicto
rum caſtrorũ conſignanda eidem Manfredino vir-
tute dictarum regiarũ literarum, ſeu prouiſionum:
& quòd etiam reſpondit prædictis prouiſionibus
quòd contentabatur parere mãdato regio execu-
tiuo ſaluis eius iuribus, quia nõ propterea videtur
renunciaſſe, & quod ſua ſponte reſtituere fecerit,
quia tunc ipſe ſolus penes dominũ Proregẽ ipſum
erat auditor, & qui ſolus vt regens Cancellariã po
24 nebat ſuam manum, & ideo dictam prouiſionẽ vt
officialis ſubſcripſit: & non ex capite renunciatio-
nis, ſed vt priuatus, & ideo non ſibi præiudicauit.
tex.eſt in l.ſi pater.C.de fideiuſ.& in l ſi nõ ſubſcri-
pſiſti.C. de admi. tut. & in l. nimia credulitate. iun-
cta gl. C.de acti.&obli.& eſt tex.in l.ſi fideiuſſor.§.
25 patri ff. de pignor. Et quia * quãdo ſubſcriptio fit
vt à teſte, vel notario, & non vt tanquam à princi-
pali, nõ præiudicat, vt dictis iuribus. & in l. Caius.
de pigno.acti.& tenet Bar.in d.§.ſi pater. & Bal.in
d.l.ſi pater.C.de fideiu.Bar.in l.ſicut.§.nõ videtur.
ff.quib.mo.pi.vel hypot. ſol.in j.not. & in l.quæ do
tis.vlti.col.ſol. matri. Præterea dato quòd vt prin-
cipalis ſe obligaſſet,non propterea videtur renun-
ciaſſe, & conſenſiſſe : quia extantibus mãdatis exe
cutiuis etiam ſuper ſolutione pene ducato.x. mille
diceretur metu ſe obligaſſe, & non volũtariè, quia
26 donec rex non reuocauerit* ipſa, ſemper do.Ioan.
erat in metu.Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi præ-
tori.ff.de ope.no.nunci.& in l.pen. ff. de condi. ob
tur.cau.Bal.in trac.ſciſm.in ix.col.not. per doct. in
c.j.extrà quòd me.cau. & in l.ſi per impreſsionem.
C.eo.tit. & ideo illud dicitur feciſſe per metum, &
ſic habetur ac ſi non eſſet obligatus, & pro nõ con-
ſentiente ceſſante illo metu, vel reuocatis manda-
tis: & ad hoc allegatur in terminis Petr. de Ancha.
in conſi. ccc. viſa ſuprà dicta facti narratione. Nec
poteſt peti cõfirmatio, quia executio inutiliter
facta nõ poteſt cõfirmari, nec de nouo peti con-
27 cedi,* ſed debet reuocari, ita Bart in l.iij.§.ſi ſub
ea cõditione.ff de bo.poſ.contra tab.ſequitur Ang.
in l j. C. ad carbo. idem Ang. in l. ſi finita. de dam.
inf. & Ludo.ibi. Bal. in l. j. ad carbon. vbi dixit,
quòd ſi ſine ordine eſſet decreta poſſeſsio, tunc eſt
infirmanda, & non cõfirmanda, & ſequitur ibi Ra
pha.Fulg.& Saly. in fin. Et quòd omnino debet re-
uocari, & non confirmari, nec habet locum l.fin.ꝙ
met.cau.tenet Petr.de Anch. conſi. ccxciij. videtur
prima facie.Lud.conſi.cl.per d. Bald. in d.l.ſi pacto
quo pœnam,& ideo Io.mon.in c.j.de conceſ. præ-
ben. in vj. & in c.licet. de præben. eo. tit. dicit non
poſſe confirmari tenutam datam abſque ſententia,
28 * & ſine cauſæ cognitione, & ideo reuocatio dictę
tenutæ contra ius præſtitæ fiet contrario imperio,
dicit Ang.in §.quadrupli.de act.col.xix.verſi. quæ-
ro,immiſſus eſt in poſſeſsionem.nu.34. vel per offi
cium iudicis. vt dicit glo. in d. l. minor, de euictio.
Nec ob. quòd Manfredinus habebat ciuilem poſ-
ſeſsionem, & ſic poterat ingredi naturalem, quia
ipſe ſemel acceſsit ad ſuperiorem, & ideo non po-
teſt ad viam facti redire, & de facto ingredi, vt di-
xit Bal.in d.l.ij. verſ.x.quæro C. de ſerui. quę etiã
allegat Alex. & ſequitur quãdo ciuiliter poſsidens
non fuit proteſtatus, in coſi cxxx in cauſa ſtrazia-
rolorum.v.col.verſ.& ſic ex iſto infertur in iiij.vo
lu.Nec eſt audiendus inquantum prætendit domi.
Ioan. fuiſſe auditum, quia acta non probantur per
teſtes,ſed per proceſſum,& ſcripturas,vt dicit Bar.
in l.fi.in vlti. verſi C. de edict. di. & in l.ne in arbi-
tris.C.de arbir.& ita de iure ſentio ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Iure Longobardo ſi quid determinatum non reperitur recurri debet ad ius Romanum.*

2 *Veſtes feſtiuæ & iocalia non præſumuntur donata vxori, ſed fiunt vt magis ornata ſe conferat, ideo ſemper veniunt in reſtitutione.*

3 *Bona maſſaritiæ ſimiliter ſunt viri, quia vxor tenetur viro operari ibidem.*

4 *Mulier licet ſit maritata, tamen remanet in patria poteſtate.*

5 *Mulier ſi in aliquo caſu exit poteſtatem patris, illo ceſſante reincidit in eadem nu.6.& 7.*

8 *Filia de iure Longobardo non eſt in poteſtate patris.*



CONSILIVM LXXXVII.

REdemptoris gentium ſuffragio itera-
to, amẽ. Præſupponitur in themate pro
poſito, quòd nobilis mulier Margarita
de gaudino in vltimis cõſtituta ſuum
vltimum condidit vitæ elogium, in quo poſt hære-
dis inſtitutionẽ, legauit Mag. Iacobo de Michaeli
de ſ.Clerico ſuo viro de prouincia principatus ad-
ornum ſuum: quod ego intelligo eſſe ornamenta
ſuæ perſonæ, & iocalia: legauítque inſuper omnia
bona ſibi tangentia de bonis maſſaritiis per ipſam
factis domo prædicti eius viri: necnon & boues
quinq;, ac cubile vnum cum pannis & aliis appa-
ratibus. Dubitari contigit an huiuſmodi legata te-
neant de iure, cùm in partibus illis ſancti Clerici
viuatur iure Lõgobardo. Et præmitto quòd quan-
do aliquid non reperitur determinatũ à iure Lon-
1 gobardo : * recurri debet ad ius Romanum, not. in
Longobar.de prohib. alien. minor. l.ſi infans. & de
debit.& guada.l. ſi quis debitum. Nunc ad propo-
ſitum de iure communi, cui in hoc ius Longobar-
dum non reperitur contradicere, cautum eſt quòd
ornamẽta, veſtes feſtiuæ & iocalia non intelligun-
2 tur donata vxori per virũ * ſed fiunt vxori, vt ma-
gis ornata ſe conferat: ideo de iure ſemper veniũt
in reſtitutione, & ſic etiam quòd legata non fuiſ-
ſent, debentur viro, vt in l.mortis ſuæ cauſa.§.j.ff.
de dona. inter vir. & vxo. l. id veſtimentum. ff. de
pecu.& l.ſi vt certo.§.interdum.ff. commod. & ibi
Bar.Bal.& Albe.de Roſ.Bar. Bald.& Ange. Imo. &
Alex.in l.pe.§.j.ff.ſol.mat Bal.in l.cùm te.de dona.
ante nup. Nico.de Neap. in l.ſé legatã. ff. de adim.
3 leg. * Et pariter dicendum eſt de bonis maſſaritiis:
cùm vxor teneatur operari viro ſuo. l. ſicut.cũ glo.
de oper. lib. & ideo ſi operando lucretur, eſt viri,
idem tenet Bal. in l.ſi vxorem. C.de condi.inſer. &
in l.pro oneribus.de iure dot.& Bald. in c.j. §. quia
verò.qui feud.da.poſ.& in l.j.C de bo.lib.ſequitur
Iaſ.in l.quãuis.j.col. C.de leg. vnde cùm prædictas
maſſaritias factas in domo viri ipſa Margarita le-
gauerit, quas etiam ſi non legaſſet, vir ipſe cõſequi
debet, ergo ſequitur quòd ſuper teſtamẽto ipſo du
bitandum non ſit. Quò vero ad boues, cubile, &
pannos, dico quod nullibi cautum iure Longobar
do reperio, nec reperiri credo poſſe, vt vxor dece
dens teſtari nõ poſsit, & quatenus diceretur, quòd
non fuit emancipata, & ſic cum tempore matrimo
nij eſſet in poteſtate patris, per matrimoniũ ſeu nu
ptias ſubſequutas non ſoluitur, nec finitur patria
4 poteſtas,*ſed remanet in patria poteſtate, vt dicit
gl.in §.j.inſti. ad Tertul.& in §.ita quis. inſti. de in
iur.& ſemper erit in poteſtate patris, niſi emanci-
petur, ſecundũ gl.& doct.in l.ſi vxorem.C. de con-
dit.inſer.& plenè Fely. in c.ſuper eo.lo ij.ij.colum.
extrà de teſti. & ideo dixit pulchrè Spec. in tit. de
tut. §. quid ſi mulier. lo ij. quòd ſi aliquo caſu filia
5 exiret poteſtatẽ patris,illo caſu ceſſante*certè re-
incidit in eiuſdẽ patris poteſtatem: & idem tenet
Spec.in ſuo aureo reperto.in verſi. patria poteſtas.
Et ideo dixit pulchrè Bal. in l. ſi in vita. C. de nupt.
ꝙ licet ſit maior poteſtas mariti in vxorem quàm
6 patris in eam,* quia poteſt maritus illam repetere
inuito patre.l.ij.ff.de libe. exhiben. tamẽ remanet
filia illa nupta in poteſtate ſui patris quò ad om-
7 nia,quæ cauſantur à * patria poteſtate: quia teſtari
non poteſt, per l.qui in poteſtate.ff.de teſta.& gl.in
l.filiæ.ff.ſolu. matri. Verùm quia in partibus illis vi
uitur iure Longobardo, vt in themate propoſito,
8 * ex cuius diſpoſitione filia nõ eſt in poteſtate pa-
tris,quia ex eo iure omnes ſumus patres fam.& nõ
datur patria poteſtas, vt not.de adop.l.j.ff. de furt.
l.liber homo.& de manu. l. ij. & iij. & diſputat Ca-
ro.in Longobar.de præſcrip.l.ſi inter fines. & Roſ
fre.in tit. de actio. in rem priui. & tractat gl. inſtit.
de ſenatuſcõ. Tertul.in fi.prin.in gl.ſuper verſ. po-
teſtate patris. in quibus iuribus concordatur con-
ferre in idem ius Longobardum, & ius Frãcorum,
quòd non habeant filios in poteſtate, ſed prorſus
abſolutos, & ideo ſuccedit ꝙ ex quo de iure iſto
Longobardorum filij non ſunt in poteſtate paren-
tum, ſequitur quòd vbicunque ius ipſum ſeruatur,
quicquid acquirat filiusfa. acquirit ſibi quo ad pro
prietatem & vſumfructum: & ſic nulli dubium erit
quòd teſtari potuit prædicta nobilis Margarita, &
viro ſuo legare, vt ſuprà abſque patris conſenſu. Et
ita iuris eſſe conſulo ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex abſolutionis à iuramento præſtito ſuper contractu, erit iudex competens ſuper reſciſſione ipſius contractus. ibidem.*

2 *Iudici ſeculari vbi innoteſcit cauſam præiudicialem, prout eſt ſuper abſolutione à iuramento pendere coram eccleſiaſtico, non poterit in cauſa mota coram ipſo procedere.*

3 *Iudici eccleſiaſtico dum ſibi conſtat de mala qualitate contractus & timet interim de nouitate facienda debitori per ſecularem, debet ex officio inhibere quia aliter officit animæ creditoris. & num.4.*

5 *Vxor ſe obligans inſimul cum viro, etiam quòd maritus apparet ſolùm fideiuſſiſſe pro ea, non ex hoc poterit inſolidum conueniri, niſi probatur in ſui vſum conuerſum, & ipſam recepiſſe.*

6 *In muliere & minore ſimplicitas præſumitur, & ſi iurent non nocet eis iuramentum, ſed relaxatur.*

7 *Iuramenti relaxatio eſt pars contractus.*

CONSILIVM LXXXVIII.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtu-
lato. In cauſa nobilis mulieris viduæ
Carmoſinæ de Riccardis vxoris quon-
dam do. Bernardini Marchiſij de Nea-
poli, V.I.D. prætendentis ob metum & ſuperbiam
ac impetum prædicti quondam ſui viri ſe obligaſſe
inſolidum cum eo ad reſtitutionem mutui duca-
torum centum, cuidam Garſiæ detecta credito-
ri, fuit tandem abſoluta à iuramento contractus
prædicti, vult proſequi iudicium reſciſsionis ipſius
cõtractus coram commiſſario apoſtolico, qui eam
à iuramento abſoluit. fuit inhibitum magnæ Cu-
riæ Vicariæ ne ſuper præſentatione inſtrumenti
procedere debuiſſet, licet primo loco fuiſſet ſolũ
ſignificata litis pendentia, qua non obſta. prædicta
magna curia proceſsit, & ſic fuit inhibitũ ſub cen-
ſuris, dubitatur ideo quis ſit, aut erit iudex compe-

tens. Et certè nulli dubium quòd iudex abſolutio-
nis à iuramento præſtito ſuper contractu erit iu-
1 dex * competens ſuper reſciſsione ipſius contra-
ctus. doctrina eſt not. & vnica Bald. in l. ordinarij.
C. de rei vendi. per quam formaliter dixit etiã Fe-
lyn. in c. prætereà. extrà de ſpon. quòd abſolutus à
iuramento contractus vſurarij, vel ſimulati, ſeu ſi-
milis, habet neceſſe agere coram iudice abſoluẽte
per præallegatum dictum Bald. approbatum, idem
voluit Pau. de Caſt. in l. ij. C. vbi & apud quem. Ma
ri. Soci. in c. ij. extrà de mu. peti. Io. Bapt. de S. Seue.
in repet. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. iiij. ca. re-
fert & ſequitur Fely. in c. ſuper literis. xj. col. extrà
de reſcrip. & in c. j. xij. col. extrà de iureiu. idẽ con-
ſulendo tenet Alex. in conſi. lviij. in j. volu. & conſ.
cxcvj. in fi. ij. volu. & idem Alex. in l. quoties. C. de
iudi. Nec obſt. quòd fuerit per prius prædicta do
mina Carmoſina ob contumaciam cõdemnata ſu-
per præſentatione iſta inſtrumenti in ipſa magna
Curia, & antequam per commiſſariũ apoſtolicum
fuiſſet dictæ magnæ Curiæ inhibitum, nam licet
non fuiſſet per prius inhibitum, fuerat tamen litis
pendentia ſuper abſolutione iuramenti ſignificata
eidem magnæ Curiæ. Et vbi ſeculari iudici inno-
2 teſcit cauſam præiudicialem, * prout eſt, ſuper ab-
ſolutione à iuramento, pendere coram eccleſiaſti-
co iudice, prout iſta pendebat, non poterat ipſe
procedere, ſed ſuperſedere debebat abſque aliqua
inhibitione, ita voluit Feder. de ſen. in conſil. ſuo
cxxvj. in q. do. Ciampoli. per text. in c. lator. qui fil.
ſint legi. refert & ſequitur Alexan. in conſi. lxiij. in
cauſa & lite vertente inter Thomam. in iij. volu. &
licet ſecundum aliud conſi. Fed. nu. ccc. non impe-
diatur iudex ſecularis procedere, tamen ibi rectè
intuenti, vt ex poſitione caſus occurrentis dicti
conſilij apparet, videtur proceſſum per iudicem ſe
cularem ad multos actus, & quaſi vſque ad execu-
tionem antequam fuiſſet ſibi inhibitum per eccle-
ſiaſticum. Item & ſecundò ad id quod in d. conſil.
3 ccc. continetur, non habet locum, * vbi apparet iu
dici eccleſiaſtico de mala natura, ac qualitate con-
tractus, de qua cum veriſimiliter cõſtet iudici ec-
cleſiaſtico, qui timeat interim de nouitate fienda
debitori, non ſine diſpendio animæ creditoris de-
bet ex officio præcauere, & inhibere, ita pulchrè di
xit Lauren. de rodul. in repet. c. conſuluit. cxxix. q.
extrà de vſur. qui alleg. etiã Hoſt. in c. ad noſtram.
de emp. & ven. & ibi dicit, quòd hoc æquius vide-
tur, & ſæpè practicatũ contra aliam opi. Quis enim
non meminerit prædictum quondam d. Bernardi-
num ipſius Carmoſinæ virum non ſuperbiſsimum,
ac impetuoſum: vt probatum eſt. licet notoriũ ſit,
nemo eſt qui neſciat, quis enim vxorem ſe adinui-
cem cum huiuſmodi viro ad reſtitutionem mutui
obligatam, enormiſsimè læſam non iudicabit, cùm
ad virum ipſum integrã pecuniam perueniſſe igno
4 rari non debeat, * prout in terminis dicit Ioan. de
Imo. in c. cùm contingat. extrà de iureiur. cùm vi-
deatur vxorem commodè non potuiſſe voluntati
viri reſiſtere, & tamen cautum eſt per l. j. cum toto
tit. ff. ad velleia. vxorem ſe non poſſe pro viro obli
5 gare, * & ideo ſi mulier ſe obligat in inſtrumento
mutui cum viro principaliter ipſa etiam quòd ma
ritus ſolum fideiuſsit pro ea nõ poteſt in ſolidum
conueniri: niſi probetur recepiſſe, & in ſui vſum
verſum eſſe, vt in authẽ. ſi qua mulier. & ibi gloſ. &
6 doct. Cy. Iac. But. Alber. & Bal. C. ad velleia. Et be
ne ſuffragatur, quia in muliere & minore ſimplici-
tas præſumitur, & ſi iurent, iuramentum eis nõ no-
cet: quia cùm iuramentum ſit iniuſtum, & captio-
ſum, debet eis per eccleſiaſticum iudicem relaxari:
ita Bald. in rub. C. de re. permuta. verſic. itẽ quare
donatio. in fi. & conſuluit Excellens doctor Phili.
Deci. in conſi. ſuo xlv. j. col. vnde cùm iudex abſo-
lutionis contractus ſit iudex competens ſuper co-
gnitione ipſius contractus, & non alius, propter
connexitatem præparati iudicij, cum præparato,
per dictum Bal. in d. l. ordinarij. debet omnino cau
ſa ipſa remitti ad iudicem eccleſiaſticum, & præſer
tim cùm relaxatio iuramenti ſit pars contractus, &
7 concomitantia. l. j. ad fi. ff. de eden. ita tenet Petr.
de Anchar. in d. conſi. ccclxxxij. retento ordine ne
continentia &c. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Scripturam producens in iudicio videtur fateri om-
nia in ea contenta.*
2 *Producens inſtrumentum in iudicio poteſt ex eo con-
ueniri, in tantum quòd etiam ſi conditionaliter
produxiſſet, quatenus pro ſe facit, tamen ſibi hu-
iuſmodi productio nocet.*
3 *Bona mobilia capta in bello fiunt occupantium, & non
ducis belli, nec alterius, & pariter capti fiunt ſerui
hoſtium capientium.*
4 *Teſtes varÿ & diuerſi inter ſe non probant, etiam ſi
eſſent mille.*
5 *Teſtes deponentes de conſuetudine qualiter deponere
debeant, vt probent eam.*
6 *In donatione vbi non apparent merita præceſſiſſe, eſt
ſuſpecta. & nu ſeq.*
10 *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes, & vnus ſup
plet fidẽ alterius, licet nõ appareret fuiſſe cõteſtes.*
11 *Teſtes non reputantur diuerſi, ſeu contrarÿ, ſi in facto
vnus depoſuerit minus quàm alter.*
12 *Teſtis minus perfectè examinatus non obſtante publi-
catione poteſt iterũ repeti, præſertim quando non
culpa partis, ita imperfectè examinatus fuit.*
13 *Probatio plena reſultat ex pluribus imperfectis proba-
tionibus nu. 14. & 15.*
*Et nedum in cauſa criminali, verũ etiã, & ciuili. ibid.*
16 *In principis conſiſtorio debet veritas amplecti, &
æquitas. & ſecundum illam iudicari. & nu. 17.*
18 *Princeps debet iudicare ſecundum quod* Deus *eſſet iu-
dicaturus.*
19 *Iudex habens iudicare ſola facti veritate inſpecta, po-
teſt credere probationi perſuaſiuæ, licet non conclu
denti ibidem nu. 20.*
*Et quicquid facit, vt* Deus *facit.*
22 *Iudex vbi poteſt iudicare ſola facti veritate inſpecta,
facit vt mutuũ iudicare poſſit eſſe probatum per
ſolam confeſſionem.*
23 *Princeps poteſt condemnare ex cauſa non petita, ſi de
illa ſibi conſtet.*

## CONSILIVM LXXXIX.

TRemendi Dei præſidio repetito, amen.
Illuſtr. domini regentes Cancellariam
digniſsimi, nouit Excellentiarum ve-
ſtrarium Magnificẽtia ex proceſſu me
ritis



ritis ſatis apparere de fundamento intentionis no-
bilis Antonij hiberi mei clientis, aduerſus Ma-
gnific. Alphonſum Tamai, circa petitionem duca-
torum trecentorũ vigintitrium de auro, de tiuari,
necnon & duorum ſeruorum, ac aliarũ rerum. De
ſeruis quidem ac rebus aliis nihil dubitandũ, cùm
vltra probationem nonnullorum teſtium clariſsi-
mẽ id apparet etiam per confeſsionẽ ipſius Magni
fici Alphonſi. Produxit namque Alphonſus ipſe li-
teras ipſius Antonij ſibi trãſmiſſas, ex quibus appa
ret de tranſmiſsione prædictorũ ſeruorũ ſibi facta:
& negandum non eſt ex iuris diſpoſitione cautum
2 fore, quòd producens ſcripturam in iudicio, * fa-
teri videatur omnia in eo contenta: iuxta not. in l.
cùm precum. C. de liber. cauſ. & in l. j. C. de confeſ.
& in l. alia. & ibi Bald. C. de his quibus vt indi. Et
alibi productio nocet producenti. Bald. in l. quod
2 debitori. C. de ſolut. & ibi eſt * caſus ſecundũ Bald.
quòd producens inſtrumentum poteſt ex eo con-
ueniri, intantum quòd etiam ſi producens produ-
xiſſet conditionaliter quatenus pro ſe facit, nocet
ſibi huiuſmodi productio: ita Bald. in l. j. ij. col. C. vt
quæ deſunt aduoca. & in l. j. §. edenda. ff. de eden. &
in l. rationes. C. de proba. & Innoc. in c. cùm olim.
de cenſibus. Nec ſuffragaretur prædicto Alphonſo
allegare, videri probatum, quòd vnus ex dictis ſer
uis fuerit prædicto Antonio dimiſſus à conſciis: &
ſic quòd fuerit de lucratis in bello: prout fuit etiam
alia ſeruula quæ fuit ſibi dimiſſa à cõmiſſariis. Nam
reſpondetur, quòd illa probatio fuit facti, & non
iuris: & ſic de facto proceſsit. Conſtat namque
quòd capta in bello mobilia fiunt occupantium,
3 & non ducis belli, nec alterius: & * pariter hoſtes
fiunt ſerui capientium: textus eſt vulga. in l. hoſtes.
ff. de cap. & poſtli. reuer. & ibi Bart. & doct. Bald. in
l. ſi quis pro redemptione. C. de donatio. & plenè
Angel. in illa famoſa diſputatione incip. renouata
guerra. quod procedit etiam in foro conſcientiæ:
vt dicit Bal. in c. j. iij. col. de mili. vaſſal. qui contu-
max eſt. Secundò prætenditur fundatum ex aduer-
ſo per depoſitionem Magnifici Loyſij piſcioni, &
Magnifici domini Inſoler, quorũ alter dicit, quòd
in terra lucratũ per homines nauis acquiritur do-
mino nauis: alter verò dicit quòd aliquid acquiri-
tur patrono, videlicet domino nauis. Franciſcus
verò tertius teſtis deponit, quòd nihil acquiritur
domino, vnde cùm articulatum fuerit ex aduerſo
ita eſſe de conſuetudine in mari, vt quicquid lucra
rentur homines nauis, eſſet domini nauis, & ita
fuit ſemper obſeruatum: conſuetudo prædicta ex
depoſitione prædictorũ teſtium diuerſorum nul-
4 latenus probata apparet, * tum quia teſtes va-
rij & diuerſi inter ſe non probant, etiam ſi eſſent
mille, vt dixit Bald. in l. j. C. de teſtam. & in l. iuriſiu-
randi. C. de teſti. & conſuluit Alex. conſil. xxiij. j.
volum. Tum etiam quia conſuetudo probata dici
non poteſt modo aliquo, ex quo teſtes deponẽtes
5 de conſuetudine, * ad hoc vt probent, debent at-
teſtari in ſpecie factum, quod viderunt, & de vſu
illius facti, cuius cõſuetudo allegatur, & de actuum
frequentia, & temporis diuturnitate, de qua etiam
articulatum & capitularum non eſt, ſaltem per x.
annos tales actus fuiſſe factos, ita quòd appareat
interceſsiſſe tacitum cõſenſum maioris partis po-
puli: ita dicit Azo in ſumma. C. quæ ſit lon. conſue.
& not. Cyn. in l. ij. C. eo. tit. verſi. ſed quæro. Gulie.
de cun. & Bald. in l. de quibus. & ibi Salyc. ſexta q.
ff. de legib. Ioannes Andr. in cap. fina. extrà de con-
6 ſuetu. * Quinimò ſecundum eos debent etiam con
cordare in tempore, & actibus de quibus depo-
nunt, etiam per identitatem: aliàs tanquam ſingu-
lares non probarent: ita tenet Paulus de leazar. in
diſputatione ſua incipiente, circa inſtrumentum
debiti. Anton. de butr. in cap. licet ex quadam. de
teſtibus, & in dicto capitulo finali. de conſuetudi-
ne. Ioannes de Imol. in l. inter pares. ff. de re iudi-
cata. Alexãder in conſilio cxxvj. & cxcv. in ſecun-
do volumine. & conſilio xlv. eodem volumine. ſed
teſtes præfati non concludunt præmiſſa, vt ex eo-
rum depoſitionibus liquet, nec ſunt concordes ad-
inuicem, imò diſcordes: ergo non probant. Item
dominus Loyſius non habet cõteſtem inquantum
deponit, quòd quicquid lucrantur illi de naui, erit
domini, ſeu patroni, & ſic in ſuo dicto deficere vi-
detur, vnde in totum ſua depoſitio ruit: cùm vi-
deatur deeſſe in ſubſtantia eius in quo reddit te-
7 ſtimonium: * & ſic redditur teſtimonium nullum
in totum: ita Innocentius in cap. fraternitatis. de
hæret. & ibi Pet. de Ancha. dum ſubdit, quòd ideo
hoc eſt, cùm teſtis dictum ſit vnicum, quia fun-
8 datur ſuper vnico fundamento, * videlicet, ſuper
iuramento. & idem tenet Oldra. in conſil. xxxv. ad
primam quæſtionem. Spe. in titu. de teſt. §. j. verſi.
quid ſi aliquid de ſuo. Baldus. in l. fi. iij. oppo. C. de
edic. diui Adria. tollend. Bald. Angel. & Moder. in
l. j §. ſi quis ſimpliciter. de verb. oblig. & præſertim
procedunt prædicta: *per andar e la bartia alhora à ſol-
do, & non à parte*, vt probatum eſt. Nec prodeſſet
prædicto Alphonſo allegare, quòd Antonius ipſe
eidẽ tranſmiſerit mãcipia prædicta, ſeu ſeruos, nul
la facta mentione venditionis, aut alienationis: ob
quod præſumitur donaſſe. Nam reſpondetur quòd
donatio nullatenus præſumitur: quia eſſet ſpes fa-
tuitatis, & nemo præſumitur iactare ſua. vulga. l.
cùm de indebito. ff. de probat. Quinimò etiam ſi
eſſet dictum per prædictum Antonium eidem Al-
phonſo, Tolle iſtos ſeruos, ſeu hanc pecuniam,
non ex hoc præſumeretur donaſſe, quia nulla con-
currit præſumptio, ſeu coniectura donationis, quæ
præſumi faceret donationem, tum quia Alphonſus
non eſt ipſe pauper, ſed ditiſsimus, & dominus
nauis, tum quia non coniuncta perſona ipſius An-
9 tonij, tum quia res donata non eſt modica, * tum
quia non apparent præceſsiſſe merita aliqua reci-
pientis, ita latè Bartolus in l. cùm quid. ff. ſi cert. pe
tatur. glo. in l. ſed ſi ego. ad velle. Baldus in l. j. C. ad
velle. Abb. & Ioannes de Ana. in cap. & ſi quæſtio-
nes. extrà de ſimo. & plenè Felyn. qui multa refert
in cap. ſi cautio. ij. col. extrà de fide inſtrum. Quò
verò ad aurum de tiuari, dubitari poſſet circa de-
poſitionem Alphonſi de Sibilia, quia non videtur
ita per extẽſum deponere, prout deponit eius con
teſtis Petrus de arroa, nec deponit eo modo, prout
articulatum fuit, nec deponit ſe aliud neſcire de
contentis in articulo, vnde reſultat, ſeu infertur,
quòd aliter non apparendo præſumuntur conte-
ſtes ex iuris diſpoſitione, ex quo vnus teſtis ſup-
10 plet dictum alterius, * licet non appareant fuiſſe

conteſtes:tamen ita in dubio præſumuntur:ita ſin-
gul.Bald.in l.ij.C.de bono.poſſ.ſecundum tabul.&
in l.de quibus.ff.de legi.Panor.in c. cùm Ioannes.
de fi.inſtrum.Alex.conſilio xlvj.vj.col.v.volum.&
plenè Iaſ.in prædic.l.ij.C.de bono.poſ.ſecund.tab.
vbi ſubdit eſſe perpetuò menti tenendum,quia ſa-
tis quotidianum in practica. & propterea dixerũt
Anton.de but.& Ioan.de Imo.in c.j.de offic. lega.
11 quòd* teſtes non erunt diuerſi, ſeu contrarij, ſi in
facto vnus deponit minus quàm alter.idem ſequi-
tur Iaſon in l.cùm antiquitas.C.de teſtam.ij.col.vt
dixi iſte Alphõſus teſtis nec negat,nec fatetur ibi-
dem tempore illius cõfeſsionis adfuiſſe conteſtem
& partem, prout articulatum eſt, quod videtur
proceſsiſſe,quia hora tarda examinatus fuit, & in-
tus nauim,cum qua diſceſſurus erat,quæ examina-
tiò ſibi non modicum moleſta fuerat ob amicitiam
habitam cum prædicto Magnifico Alphonſo Ta-
mai: vnde apparet minus perfectè examinatum
fuiſſe, & iure cautum eſt quòd teſtis minus perfe-
ctè examinatus non obſtante publicatione poteſt
12 iterato repeti ad examen,* præſertim quando cul-
pa partis ita imperfectè examinatus fuit.ita Guliel.
de cun. & Baldus & Angelus in l. veluti. de eden.
& ſequitur Iaſon in l.ſi quis ex argentariis.§. præ-
tor ait.ff.de eden.Felynus in cap. fraternitatis. iij.
colum.extrà de teſtib.Accedit inſuper, quia vltra
prædictos duos teſtes de confeſsione, eſt quidam
argentarius,qui aurum ipſum emit à prædicto Ta-
mai: qui tempore emptionis dixit illud habuiſſe
ex lucro nauis ab ipſo Antonio patrono, & idem
affirmare, ac deponere videtur honorabilis Tho-
mas oliuerius, vnde dato quòd imperfecta hæc di-
13 ci poſſet probatio, quia abſente parte,* attamen
ex pluribus imperfectis probationibus reſultat ple
na probatio, ita dicit Bartolus in l.admonendi. ff.
de iureiurand.canon.in cap. cùm veniſſent. & in c.
licet ex quadam.de teſtib-Baldus in authent. roga
14 ti.C. de teſtibus.* Imò ex pluribus nedum proba
tionibus, ſed coniecturis duntaxat in cauſa ciuili
reſultat plena probatio,not.gloſſ.notab. & ibi do-
ctores in l.ij.in ver.legitimis.ff.de excuſa tuto.iux-
ta illud, & quæ non proſunt ſingula, multa iuuãt.
cap. cùm cauſam. de probationibus. Et militant
præſertim præallegata coram veſtris excellentiis,
ô Magnifici regentes Cancellarium, quæ catholic.
maieſtatem repræſentant,cùm eius vices gerant in
15 hoc almo collaterali conſilio,& clarum eſt* quod
coram Principe ſola ac mera facti veritas attẽden-
da eſt.cap.ad petitionem.de accuſat.& ideo ſola fa
cti veritate inſpecta in cauſis apud principem ver-
tentibus procedendum eſt, dicit Baldus in cap.j.
§.j.ij.colum.de no.for.fideli. & ſic veſtræ excellen
tiæ, qui poteſtatem Principis repræſentatis, po-
teſtis vt Princeps ipſe procedere, prout eſt de
mente Bart.in extrauag. ad reprimendum,in ver-
16 bo,figura.* & vbi agitur in conſiſtorio Principis
debet ſequi Princeps veritatem & æquitatem,& ſe
cundum illam iudicare, iuxta not. per Bartolum
in l.præſenti.C.de his qui ad eccle. confu. vbi ſatis
not.ſubdit, quòd melius eſt ſub iuſto Rege viuere,
quàm ſub iuſta Lege,quia in ſingulis iudicat ſecun-
dum bonam æquitatem,prout ſibi videtur.Et hinc
dixit Baldus in l. Aemilius Largianus.ff.de minori.
17 quòd * Princeps debet iudicare ſecundum veri-
tatem,& nõ ire per ambages.& idem tenet Bal. in
c.j.de for.fide. & hoc quia eo caſu iudicat vt Deus,
vt dixit Baldus in l.ſancimus.C. de iudi. Hinc dixit
ſingul.Baldus in l.pen.ij.colum.verſ.ſextò quæro.
C.de iu.delib.quòd iudex qui habet eo modo iudi-
18 care ſola facti veritate inſpecta, * debet iudicare
ſicut ſolus Deus eſſet iudicaturus. idem refert &
ſequitur Georg.natta,in repe. clem.ſæpè.de verb.
ſignifica.& Claud.de ſeyſello,licet de Bal.mentio-
nem non faciat in l.beneficium.ij.colum.ff.de con
ſtitutio.princip. vbi dixit ſe ſolitum ita pluries di-
cere,& allegare.Et inde eſt, quòd iudex qui habet
iudicare ſola facti veritate inſpecta,poteſt credere
19 probationi perſuaſiuæ,*licet non concludenti, ſe-
cundum Bald.in l.ſolam.in fi.C.de teſtib.quod di-
ctum pro ſingu.refert Franciſc.de Aret.in conſilio
lxxxiiij.diligenter ponderatis his.&c.in penu.col.
per quem dicit ſatis pulchrè Iaſon in l. certi con-
dictio.§.ſi nummos. ff. ſi certum petatur. quòd eo
caſu poteſt iudex recedere à regulis iuris. Hinc
dixit not. Baldus in l.j.C.de iure aure. annul. quòd
Princeps æquitatẽ nõ ſcriptam præferre poteſt in
20 iudicando rigori ſcripto. * Et quicquid facit, facit
vt Deus, qui eſt veritas, quæ nõ fallit, nec fallitur,
verba ſunt elegantia Bald.in cap.ij. de no. for.fid.
quinimò nedum princeps, ſed quilibet iudex de-
bet in iudicando ſequi æquitatem, licet aliquando
21 non ſequatur oculo iudicis allegante, * dixit not.
Baldus in l.inter filios.C. famil. erciſcun. & textus
in l.quòd ſi Epheſi.ff. de eo quod cer.loc.ibi,æqui-
tatem ante oculos habere debet iudex. Et minimè
opitulabitur parti aduerſæ excipere, quòd cùm
videatur actum ex mutuo,& probatur de ſola con-
feſsione mutui, non deberemus obtinere, prout
dicit Bartolus in l.j.§.ſi quis ita.de verb.oblig.nam
nos non fundamus intentionem noſtram ſuper nu
meratione,prout in terminis Bart. & tamen vt ibi
doctores concludunt, & præſertim dominus Ale-
xander in dicto §. Chriſogonus. bene probabitur
22 mutuum per confeſsionem probatam, * quando
cauſa vẽtilaretur ſola facti veritate inſpecta,prout
in præſenti cauſa, tum quia coram principe, tum
etiam virtute c.Regni, deteſtantes. & allegat con-
ſilium Anto. de but. quod non reperitur, idem ſe-
quitur & refert Iaſon in l. certi condictio. in §. ſi
nummos.vj.colum.ff.ſi certum petatur.intantum
quòd poterit princeps condemnare ex cauſa non
23 petita, *ſi de illa ſibi conſtet. ita magiſtraliter vult
Bartolus in l. Aemilius.vlt.colum. & ibi Baldus xj.
colum.ff.de min. In cæteris ſuppleat facundia do-
ctrinæ Excellen.veſtræ.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Locator non tenetur de damno dato per ipſam rem lo-*
*catam, niſi poſſit ſibi aliqua culpa imputari.*
2 *Locator vaſis ſeu vegetis vitioſi tenetur de damno da*
*to per vas corruptum conductori. ibi. nu. 3.*
*Etiam ſi ignoraſſet vitium quod eſt ſpeciale in vaſe lo-*
*cato, ſecus in aliis rebus. ibidem. & vide ibi pul-*
*chram diſtinctionem.*

CON



CONSILIVM XC.

IN Christi nomine, Amẽ. Orta lite & cõ
trouerſia inter reuerendũ Carolũ folle
riũ Abbatem ſancti Ioãnis maioris de
Neapol.ex vna,& honorabilẽ mercato
re Antoniu ſupranum de Neapol. ex altera, ſuper
damno illato in pluribus vegetibus græci vini exi-
ſtẽtibus in magazeno ipſius Abbatis cõducto per
eundẽ Antoniũ, & hoc ob ruinam magazeni prædi
cti, Aditus ego ab vtraque parte, & interrogatus,
an Abbas prædictus teneatur ad emẽdam damni
prædicti illati à re locata eidẽ Antonio, reſpondi,
quòd non: cùm de iure locator non teneatur de
1 damno dato ab ipſa re locata, * niſi poſsit locato-
ri aliquid imputari: textus eſt in l. ſi tibi domum.
& ibi Bart. ff. loc. & ibi loquitur in homine loca-
to, quòd ſi damnum dederit conductori, non te-
netur locator. Nec obſtat quod aſſerebatur fuiſſe
dictum per Magnificum dominum Nicolaum ma-
ioranam vtriuſque I. D. & aduocatum prædicti
Antonij, quòd locator vaſis, ſeu vegetis vitioſi,
2 * vel corrupti tenetur de damno conductori illa-
to,per tex.in l.tenetur.§.ſed ſi vas.ff.de act. empt.
vbi etiam ſi eſſet ignorans locator teneretur Nam
huic reſpondeo id eſſe ſpeciale in vaſe locato, vt
teneatur locator etiam ſi fuerit ignorãs,quod qui-
dem non eſt in aliis qualitatibus: ita dicit Bart. in
d.§.ſed ſi vas.& idem tenet Bartol. in l.in rebus. §.
item qui. in fine. ff. commod. vbi dicit diſtinguen-
dum eſſe de vaſe vitioſo ab aliis rebus vitioſis: &
idem tenet Bar.in l.j.C.de ſenten.quę pro eo quod
inter. vbi formaliter dicit, ſi loquimur in contra-
ctu ex cuius natura non transfertur dominium, &
tunc aut ille contractus celebratur gratia vtriuſq;,
vt eſt locatio,& tunc ſi tradatur res inanimata, di-
ſtingue: aut res eſt cuius conditionẽ quis non po-
teſt probabiliter ignorare: vt conditionem vaſis.
& tenetur etiam ignorans ad intereſſe: aut proba-
biliter poterat ignorare, & tunc ſecus: vt in l. ſed
addes.§.j.ff. loc. Maximè quia prædictus Abbas
nunquam magazenum prædictum ingreſſus eſt, &
ſic non poteſt ei aliqua culpa imputari: & præſer-
3 tim cùm in tali contractu non veniat * niſi lata &
leuis culpa: vt in l.ſi vt certo. §. nunc videndum. &
ibi Bart. ff. commo. Et ita prout ſuprà iuris eſſe lo-
cantem non teneri ad emendam.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus inter officiales, & ſubditos ſuæ iuriſdictio*
*ni eſt nullus.*
2 *Fideiubere nemo ſponte præſumitur, imò potius per*
*vim & metum, cùm nemo ſua iactare præ-*
*ſumatur.*
3 *Verba nedum, verumetiam & preces ſuperioris indu*
*cunt iuſtum metum*
4 *Metus reddit actum nullum, & ideo nec iuramen-*
*tum ſuper eo obligat ſed eſt nullum.*
5 *Iuramentum ſuper actu à iure prohibito non obligat.*
6 *Iuramentum in contractu per vim & metum ex-*
*tortum eſt ipſo iure nullum.*
7 *Terror ſemper præſumitur inferri ab officiali eius*
*ſubdito.*
8 *Officialis dicitur eſſe terribilis ob ſuum officiũ hinc*
*eſt quòd nedum officialis facta, ſed etiam verba in*
*ferunt iuſtum metum.*
9 *Metus cadit in facientem, ſed vis cadit in infe-*
*rentem.*
10 *Teſtes centum dicentes quid ſponte factum, ſed duo*
*teſtes de vi & metu deponentes, præferuntur di-*
*ctis centum. nu. 11. & 12.*
*Imò verba illa, ſponte & voluntariè prolata tempo-*
*re metus, nedum non purgant metum, ſed inge-*
*minant.*
13 *Metus iuſtus vel iniuſtus iudicis arbitrio relin-*
*quitur.*
14 *Metus iuſtus ſatis dicitur probatus, quando ſupe-*
*rior conſueuit malè tractare non parentes ſuis*
*præceptis, vel precibus licet aliàs imperium ſeu*
*dignitas ſuperioris non ſufficiat ad probandum*
*metum.*
15 *Rogatus domini habet vim præcepti.*
16 *Aſſecuratio dotis conceditur vxori conſtante ma-*
*trimonio ſuper bonis viri implicatis in fideiuſſo-*
*ribus nu. 17.*
18 *Conuentio inter hoſtes non tenet.*
19 *Actor habens viam extraordinariam executiuam,*
*intentando ordinariã renunciat extraordinariæ.*
20 *Ciuilis actio intentata non præiudicat criminali, quo*
*modo intelligatur.*
21 *Cauſa ciuili præuenta in vno & maiori tribunali non*
*poteſt aliud inferius tribunal de cauſa ipſa crimi*
*naliter cognoſcere.*
*Præuentio inducitur per ſolam citationem. ibid.*
22 *Citatio ſi emanauit à duobus iudicibus, debet maiori*
*iudici pareri.*
23 *In conſiſtorio principis proceditur reiectis ſolennita-*
*tibus iuris ciuilis poſitiui, & ſola facti veritate*
*inſpecta.*
24 *Iudex cui committitur cauſa ſola facti veritate in-*
*ſpecta poteſt manu regia inſpecto duntaxat iure*
*gentium, & remoto iure ciuili, in cauſa procedere.*
*& nu. 25. 26. 27.*
*Et poteſt recedere à regulis iuris & nihil officeret iudi*
*ciarium ordinem omiſiſſe. ibid.*
28 *Tutor aſſerens ſe tutorem ſi obiicitur contra tutelam,*
*& tamen fuit admiſſus vt tutor cenſetur eius per*
*ſona legitimata*
29 *Iudicium ſi fuit inchoatum cum tutore plurium pu-*
*pillorum, ſi aliqui eis exceſſerunt pupillarem*
*ætatem ſuſtentatur iudicium cum tutore omnium*
*ipſorum pupillorum*
30 *Metus iuſtus dicitur nedum cùm inſtans eſt peri-*
*culum, verumetiam cùm res ad id veriſimiliter*
*tendat.*
31 *Sufficit probari ſubeſſe iuſtam cauſam metus, & iu-*
*ſtus metus eſt, vbi iuſta ſuſpicio ineſt. & paria*
*ſunt aliquid fieri per metum, vel per probabilem*
*ſuſpicionem metus: nec tenetur quis ſe periculo*
*committere. & numero 31. vſque ad numerum*
*35.*
36 *Metus iuſtus ſufficit, licet eius effectus non ſe-*
*quatur.*

CON

## CONSILIVM XCI.

REdemptoris gentium præſidio repeti-
to, Amen. In cauſa præſentationis in-
ſtrumenti præſentati in magna Curia
Vicariæ per filios, & hæredes quondam
Magnifici Franciſci Filingerij de ciuitate Trani,
contra Bartholomæum Maranta de Venuſio ſuper
petitione ducatorum mille, ex cauſa fideiuſsionis
præſtitæ pro Rainaldo barbiano, & domino An-
tonio de lamet. Motus ego precibus, & rogatu
Magnifici, ac clariſsimi vtriuſque Iuris doct. do-
mini Roberti Maranta filij eiuſdem Bartholomæi,
qui mihi cauſam hanc ob paternam pietatem plu-
rimum commendauit, eandem non abſque mer-
cedis exceſſu ſub meo patrocinio dirigendo, offe-
rendo ſe tranſmiſſurum ſuas iurium allegationes:
ſicque libentiori animo cauſam amplexus, cogi-
tando principaliter circa dictam prædicti Bartho-
lomæi obligationem in inſtrumento contentam
de ſoluendo dictos ducatos mille, dico eandem
nullam, & nullum ex infrà ſcripis. Et primò,
quia contractum fuit cum illis officialibus Gallis,
& pro illis fuit facta fideiuſsio, qui contractus il-
licitus, imò nullus eſt inter officiales, & ſubditos
1 ſuæ iuriſdictioni:* textus eſt in l.fina. C. de reſcin.
venditio. & plenè in l.principalibus. & ibi docto-
res. ff. ſi certum petatur. quod maximè procedit in
caſu de quo agitur, in quo per metum, imò im-
preſsionem & vim res proceſsit: & ſic non eſt opus
intentare actionem, quod met. cauſ. vt dicit Bald.
in tit. de pa. conſtant. in verb. pactiones. Iaſon in §.
quadrupli. inſtit. de actio. & Par. in tracta. ſyndic.
xv. chart. j. col. de quo quidem metu ſatis conſtare
apparet per teſtes in ſpecie deponentes, ſubden-
do quòd recuſauerunt per prius expreſsè fideiube-
re: & tamen recuſatione non admiſſa fuerunt vi,
metu, ac minis illorum dominorum compulſi Bar-
tholomæus ipſe, & ſocij, ſupra pontem caſtri aſtan
tes ibidem illico fideiubere. Nec eſt præſumendum
2 ſponte fideiuſsiſſe, * cùm nemo præſumatur iacta-
re ſua, per vulg. l. cùm de indebito. ff. de probatio.
ita etiam dicit Abbas in cap. ſuper hoc, ver. ſecun-
dò nota. extrà de renuncia. Imò potius per vim &
metum, vt clariſsimè liquet ex proceſſu: & licet
officiales illi verbis duntaxat metum inducenti-
bus vſi fuerint aduerſus ipſos fideiuſſores, nec pro
ceſſerint ad aliquem actum facti meticuloſum, at-
3 tamen dico quòd nedum * verba, verùm etiam &
preces ſuperioris inducunt iuſtum metum. glo. eſt
not. in l. j. quod iuſſu. & in clement. j. in verbo, ex-
ortam. de teſtib. & dixit And. de Iſer. in cap. ſi quis
miles. de feu. ſine culpa non amit. concurrente po-
tiſsimè conſuetudine Gallorum, & ipſorum terri-
bilitate probata. ita pulchrè Abbas in c. inſinuan-
te. qui cler. vel vouen. in fin. & ibi glo. in c. ij. j. col.
quod met. cau. & plene Alexan. in conſil. xvj. in iij.
volum. & ſic cùm per metum appareant fideiuſsiſ-
ſe, & ſe obligaſſe, ſuccedit quòd cùm metus ipſe
reddat actum nullum, iuramentum deſuper inter-
4 poſitum non obligat, * ſed etiam eſt nullum: vt
plenè Fely. in c. ſi verò. colum. fin. de iureiur. glo. &
Abb. in c. ij. de eo qui dux. in matr. &c. Ex quo dum
5 actus eſt à iure prohibitus, iuramentum * non ob-
ligat; vt dicit Abbas in cap. cùm contingat. vlti.
not. de iureiur. & in cap. cùm ſit generale. extrà de
foro comp. Nec erat neceſſe aliter impetrare abſo
6 lutionem, concurrente etiam vi cum metu: * quia
eo caſu iuramentum eſt ipſo iure nullum: vt in c.
ſacris. cum ibi notat. quod met. cau. & tenet Ioan.
And. in c. verum. de iureiur. Ita pulchrè Paul. de
Caſtr. & plenè Iaſon in authent. ſacramenta pube-
7 rum. C. ſi aduer. vend. accedente præſertim, * quia
ſemper præſumitur terror inferri ab officiali eius
ſubdito: vt inquit Cynus & poſt eum Baldus in l.
nouiſsimè. ff. quòd falſo tuto. auct. & ſubdit quòd
ſi relaxatur, præſumitur in eo metus inſtare, ne ite-
rum compellatur. & idem tenet Cy. in l. ij. C. quod
met. cauſ. & conſuluit Petrus de Anch. in conſilio
xxiiij. viſa inquiſitione. Alexand. in conſilio lij. vlti.
8 colum. vij. volu. * & ideo dicit textus in l. ij. C. ne
ruſtici ad vllum offic. quòd officialis dicitur eſſe
terribilis ob ſuum officium. Hinc eſt quòd nedum
eius facta, verùm etiam ſola verba inferunt iuſtum
metum, l. qui in aliena. §. Celſus. de acquir. hære &
ſic apparet, ꝙ ex parte ipſius fideiuſſoris negari
non poteſt quin iuſtum metum paſſus non fuerit:
cùm metus cadat in patientem tantũ: ex parte verò
9 ipſorum officialium appellabitur vis: * quia metus
dici nõ poteſt, cùm ipſi non habuerint metum, ſed
intulerint: ita pulchrè declarat Bart. in l. j. ff. quod
met. cau. in ver. metus autem. & probat etiam bene
textus ibi in fine. Nec purgabitur ex verbis inſtru-
10 menti: dum dicitur in eo, quòd ſponte &c. * Nam
etiam ſi eſſent centum teſtes dicentes id ſponte fe-
ctum, & duo alij deponerent de vi, vel metu, præ-
ferrentur ipſi duo: vt ſatis pulchrè inquit Innoc.
in c. ſuper hoc. de renun. in glo. quæ incipit, & hoc
vlt. quia illi centum videntur deponere ſuper in-
tentione, quæ ſoli Deo nota eſt: ſed alij duo depo-
nunt de eo quod oculus vidit. argument. c. j. extrà
quod met. cau. idem voluit Abbas in c. j. extrà eod.
tit. Bald. in conſilio ſchiſmatis. Ang. in l. ſi quis ad
ſe fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. Ludo. Roma. in
repet. rub. de arbit. vij. col. & conſuluit Alex. conſi.
clvj. ij. col. in v. vol. vbi loquitur propriè in termi-
nis noſtris in inſtrumento notarij, qui licet dixerit
11 in eo ſpõte &c. præferuntur duo teſtes * deponen-
tes de vi, vel metu: vt tenet etiam Bart. in l. de pu-
pillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. ope. nun. Bald.
in l. obſeruare. §. proficiſci. de offic. proconſ. Par.
de put. in tracta. ſyndic. ver. tortura. cap. quia ſæpè
iudices. & ſequitur Amod. Iuſti. in ſuo tractatu ſyn-
dic. in verbo, ſupradictus dominus. ij. colum. in xj.
fol. Imò talia verba, videlicet, quòd ſponte, &
volũtariè &c. prolata tempore metus, nedum non
12 purgant metum, * ſed potius illum geminant: ſe-
cundum Bald. in prædicto conſi. ſchiſmatis. argu. l.
doli. §. diuerſum. ff. de noua. refert & ſequitur Ale-
xand. in prædict. conſi. clvj. in v. volu. Verùm quia
an quid dicatur ſponte factum, vel per metum, &
13 maximè * an poſsit metus ille dici iuſtus, vel iniu-
ſtus, iudicis arbitrio relinquendum eſt: vt inquit
Innocentius in c. cùm dilectus. quod met. cau. glo.
in l. interpoſitas. C. de trãſa. Bal. in l. ij. C. de his qui
per met. & in rub. de reſcind. vend. Idcirco ſumma
prudentia dominorum ſacri Regij conſilij arbi-
trari poterit de maximo & iuſto metu fideiuſsionis
prædict



prædictæ, ex accedente plena probatione de praua
conſuetudine inferendi metum, & aliis: vt ſuprà.
Et licet aliàs ſecundũ vnam opinionem imperium,
ſeu dignitas ſuperioris nõ ſufficiat ad probandum
metum, vt dicit Ioan. Andr. in c. inſinuante, extrà
14 qui cleri. vel vouen. * tamen quando conſueuit ta-
lis ſuperior malè tractare non parentes ſuis præce-
ptis, vel precibus, ſatis apparet probatus iuſtus me
tus: ita Ioannes Andræas in loco prædicto, quem
refert & ſequitur Alexan. de Imo. in conſil. cxxiiij.
in j. volu. & in conſilio xvj. in iij. volum. & ibidem
ſubdit, quòd talis metus verborum ſufficere vide-
tur, per id quod not. in cap. conuenior. xxiij. q. viij.
& in cap. fuerunt. vij. diſtinct. & in l. ſi per impreſ-
15 ſionem. ff. quod metus cauſa. * & alibi rogatus do-
mini habet vim præcepti. glo. in l. j. in prin. ff. quod
iuſſu. Bald. in l. ſi mandator. C. quod cum eo. Andr.
de Iſern. in c. ſi quis naturales. de feud. ſine cul. nõ
amit. Et ideo in propoſito adducitur id quod com
muniter dicitur. Eſt rogare ducum ſpecies violen-
ta iubendi. ita concludit Alexander in d. conſilio
cxxiiij. in j. volu. Concurrit inſuper, quòd ex con-
tractu fideiuſsionis cùm oneroſus ſit, ex eo nullum
ſperari commodũ conſueuit, ſed damnum, intan-
16 tum * quòd fideiubens cenſetur dilapidare bona:
& inde eſt quòd vxori conceditur dotium repeti-
tio, ſeu aſſecuratio conſtante matrimonio ſuper
17 bonis viri * fideiubentis: ita Ang. in l. in perſonam.
§. j. vbi etiam Iaſ. ff. de pact. Alexã. in l. ſi conſtante.
vij. col. ff. ſolu. mat. tum etiam conſiderato contra-
ctu nulliter geſto cum ſuperioribus & ſubditis, ac
etiam tempore inuationis Regni, ob quod ſimili-
ter contractus ipſe claudicat, per conſtitu. Regni,
inſtrumenta &c. & cùm non præſumantur ſponte
fideiuſsiſſe, vt ſuprà, ſed metu inſtantis periculi.
Præterea ex alio minimè huiuſmodi fideiuſsio te-
nere apparet, cùm tam fideiuſſores quàm princi-
pales apparent fuiſſe hoſtes eiuſdem quondã Fran
ciſci filingerij detinentis ſe pro rege Federico, &
ipſi econtra pro rege Gallorum: & erant priuatæ
18 perſonæ, * & non duces belli: & ſic eorum promiſ-
ſio & conuentio non tenet, nec ſeruanda eſt: ita
Bald. in l. j. §. non fuit. ff. de dol. Bartol. & doct vbi
etiam Iaſ. plenè in l. conuentionum. ff. de pac. Item
nulliter apparet fuiſſe proceſſum ad capturã con-
tra ipſum Bartholomæum per ipſam magnam Cu-
riam pendẽte lite in S. Regio conſilio, ex quo dum
actor habet viam extraordinariam, & executiuam,
intentando ordinariam, prout hic factum fuit ſu-
19 per iure aſsiſtendi &c. * cẽſetur renunciare extra-
ordinariæ: glo. & in l. proinde. ff. ad legem aquil.
in §. notandum. in gloſſ. fina. & colligitur ex dictis
Lud. in conſilio cxxxiij. Et licet hypothecaria cu-
mulari poſsit cum perſonali, tamen id procedit
coram eodem iudice, & non coram diuerſis, nec
continentia cauſæ diuidatur, contra l. nulli pror-
ſus. C. de iudi. quinimò ſi eo caſu non exciperetur,
tamen proceſſus eſſet nullus: voluit Alexan. in l. j.
§. j. ff. ad trebe. & in l. nam & poſtea. ff. de iureiu. vbi
ſubdit hanc eſſe communem opinionem: & idem
tenet Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de ſenten.
§. iuxta. verſicu. eſt nulla. & Bald. in l. ſcire oportet.
§. conſequens. ff. de excuſa. tut. Nec pendente cau-
ſa prædicta ciuiliter intẽtata in ſacro conſilio po-
terat criminaliter adiri magna Curia ſuper periu-
20 rio, ex quo id quod dici conſueuit, quod * ciuilis
intentata non præiudicat criminali, intelligẽdum
erit quando cauſa ciuilis fuiſſet finita: ſecus ſi ad-
huc penderet, quia ipſa pendente non poterit cri-
minalis intentari: vt eſt text. in l. interdum. ff. de
public. iud. & ibi Bartol. & ita etiam hoc intelligit
Bart. in l. j. quando ciui. actio crimin. præiudi. Nec
obſtarent clauſulæ inſtrumentales, videlicet, ita
quòd per vnam alia non tollatur: prout commu-
niter conſueuerunt in inſtrumentis apponi. nam
reſpondetur primò, quòd talis clauſula non ap-
paret in hoc inſtrumento. Secundò, quia coram
diuerſis iudicibus, vt ſuprà dictum fuit. Propter-
eà pendente cauſa prædicta in ſacro Regio conſi-
lio, in quo præuentum fuerat, cognoſci de cauſa
21 non poterat magna * Curia Vicariæ tanquã infe-
rior curia de ipſa cauſa cognoſcere: ita Baldus in
l. ij. §. j. ff. ſi quis cau. cùm præuentio ipſa per ſolam
citationem inducatur per cap. propoſuiſti. vbi Ab-
bas de foro competen. dico quando fit ad inſtan-
tiam partis, & ibi habetur: & eſt textus in clemen.
fina. vt lite pendente. & in cap. cùm inferior. extrà
de maiorit. & obedien. ibi, dum ſuperior appoſuit
22 manum, non poteſt * inferior ſe intromittere. imò
ſi eodem die fuiſſet emanata citatio ab vtroque tri
bunali, certè diceretur præuentum coram maiori:
& ſic ſacrum conſilium de cauſa ipſa cognoſcet, &
non magna Curia, ita determinat textus notab. &
menti tenendus, in cap. ſi à ſede. de præbend. in vj.
& decidit in ſpecie Felynus in cap. irrefragabili. j.
colum. extrà de offic. ordina. Nec militaret quòd
dictum fuit de nullitate reſpectu tutricis, cuius na
turæ iudicium agitatum fuit, cùm ipſi actores præ-
tendantur maiores: non conſtat quòd ipſi ratifica-
uerunt proceſſum geſtum faciendo inſtantiam, vt
tranſmitteretur commiſſarius ad examinandum: &
ita ad eorum inſtantiam fuit tranſmiſſus. Et nihi-
lominus in conſiſtorio principis in quo ſumus,
procedendum eſt reiectis ſolennitatibus iuris ci-
23 uilis poſitiui, * & ſola facti veritate inſpecta pro-
cedendum eſt. ita Bartolus in l. Aemilius. circa fin.
ff. de minor. intantum quòd ſubdit ita Bart. princi-
pem ex ſua poteſtate poſſe condẽnare in alio quàm
ſit peritum. idem ſequitur Paul. de Caſtr. in l. j. C. ſi
ſæp. in integ. reſtit. poſtul. & facit bene c. Regni, de-
teſtantes. diſponens in cauſis in regno ſola facti ve-
24 ritate inſpecta procedendum. * Quæ clauſula, ſola
facti veritate inſpecta, eſt tantæ importantiæ, vt
Iudex cui eo modo committitur, poſſet manu re-
gia inſpecto duntaxat iure gentium, etiam iure ci-
uile remoto in cauſis procedere, ita dixit Bartolus
in extrauag. ad reprimendum. in verbo, videbitur.
Bald. in l. ſolam. C. de teſti. & in l. nemo. de ſentent.
Franc. de Are. in conſilio lxxxiiij. incip. diligenter
ponderatis. Et ex aliquibus ex præmiſsis infert Iaſ.
de mayn. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer.
25 pet. * quòd iudex qui habet ſola facti veritate in-
ſpecta cognoſcere, poteſt recedere à regulis iuris.
& ideo dixit Bal. in l. pen. ij. col. verſi. ſextò quæro.
C. de iure deliber. quòd habens iudicare ſola facti
26 veritate inſpecta, debet iudicare * prout Deus eſſet
iudicaturus. idẽ refert & ſequitur excellẽs doctor
Georg. natta, in ſua repetit. clemen. ſæpè. in §. non
ſic

ſic tamen. de verb. ſignific. in verbo ſecundum con
ſcientiam tuam. in xij. colum. dicti verbi. & idem
tenet præclarus doctor Claud. de Seyſel. in l. bene-
ficium. ij. colum. ff. de conſtitu. princip. vbi ſubdit
ſe ita ſolitum dicere, quòd habens poteſtatem co-
gnoſcendi ſola facti veritate inſpecta, cognoſcet
tanquam Deus, tamen arbitrium eius debet eſſe li-
mitatum per rationem naturalẽ & poſitiuam, per
id quod dixit Baldus in l. ſolam. C. de teſtib. & Bar-
tolus in d. extraua. ad reprimendum. verbo, ſine
figura. vbi dixit quòd princeps cognoſcit vt Deus:
27 * Imò eo caſu nihil officeret iudiciariũ ordinem
omiſiſſe, per tex. in c. ad petitionem. extrà de accu.
cùm quicquid Princeps facit, vt Deus facit: vt in
authent. de hæred. & falc. in princip. collat. ij. Deus
autem eſt ipſa veritas: vt in cap. cùm eſſes. extrà de
teſtam. & ibi Ioan. Andr. in nouel. & ideo nec fallit
nec fallitur. l. vlti. C. de ponderi. aur. libro x. verba
ſunt elegan. Bald. in titu. de no. for. fide. §. inueſtitu
ra. in vlt. col. & idem tenet Guid. papæ in ſua deciſ.
194. licet de præmiſsis modica alleget. Et eo maxi-
mè procedunt præmiſſa, quia dum fuiſſet obie-
ctum contra tutorem, ſeu tutricem, fuit tutrix ip-
ſa admiſſa in præſenti iudicio per ſacrum cõſilium:
28 & ſic cenſetur legitimata * eius perſona: prout con-
ſuluit Paulus de Caſtro in ſuo conſilio xij. in j. vo-
lumine. in nouis ſtampis, incipien. tota diſputatio
iſtius proceſſus. Et potiſsimè conſiderandum eſt
nihil obſtare quòd aliquis ex pupillis prædictis ex-
ceſſerit pupillarem ætatem, adeo quòd ex hoc poſ-
ſit aliqua nullitas impingi in præſenti iudicio agi-
tato cum tutrice, cuius officium licet ſuperſit quò
ad certos pupillos tamen quò ad puberes fortè
cùm fuerit inchoatum iudicium poteſt: imò debet
2 cum ea finiri nobis inſtantibus: * ita dixit pulchrè
Bartolus in l. ita autem. §. fina. ff. de adminiſtr. tuto.
Baldus in l. tutori. in verſiculo opponitur. quòd
officium tutoris. C. de negot. geſt. Nec militaret ſi
diceretur quòd tẽpore ſtipulationis prædictæ non
apparuiſſet aliquid violenter geſtum fuiſſe contra
prædictos fideiuſſores, niſi dicta verba duntaxat
prolata, quòd ita volebant omnino illos fideiube-
re &c. Ex quo attenta ipſorum praua conſuetudi-
ne, & impetu, non debebant ſe periculo commit-
30 tere: & ſic videntur fuiſſe in iuſto metu: * cùm iu-
ſtus metus dicatur nedum cùm inſtans eſt pericu-
lum, verùm etiam, cùm res ad id veriſimiliter ten-
dat: ita Bartolus in l. metum. in principio. ff. quod
met. cau. Alibi dixit Baldus in l. fina. C. de iure deli-
31 ber. * quòd ſufficit probare ſubeſſe iuſtam cauſam
metus. dem voluit Alexander de Imol. in conſilio
cliiii. in ij. volum. & ideo dixit Baldus in prædicta
32 l. fina. j. colum. * quòd iuſtus metus eſt, vbi iuſta ſu-
ſpicio ineſt. & idem voluit Innocentius in c. cùm
33 olim. de elect. * Et ideo dixit pulchrè Angelus in l.
34 metum. ff. quod met. cau. * quòd paria ſunt aliquid
fieri per metum, vel per probabilem ſuſpitionem
metus. Hinc conſuluit Alexan. de Imo. in ſuo con-
35 ſilio xcix. quoniam per excellentiſsimum. * quòd
non debet quis ſe ſubiicere periculo, ex quo timor
36 violentiæ inferendæ dicitus iuſtus metus: * & ta-
men iuſtus metus ſufficit, licet eius effectus non ſe-
quatur. glo. eſt in c. bonæ el j. de elect. in verſ. ſuffi-
cit. & gl. in c. ad audientiam. quod met. cau. Ex qui-
bus omnibus concluditur Bartholomæum ipſum,
& litis conſortes liberandos ab impetitione præ-
dictorum actorum. Thom. Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Exceptionem opponens in ſummariis, ſi ipſam non offerat incõtinenti probare, & etiam probet, præſumitur quòd fecerit animo calumniandi, & audiri non debet.*

2 *Actor dum differt probare præſumitur in eo calumnia.*

3 *Iudex vbi præſumeret malitiam contra tertium volentem impedire executionem pro ſuo intereſſe, non debet ipſum audire, & à ſummaria cognitione poteſt repelli, vbi præſumitur calumniari. & nu. 4.*

5 *Tertius comparens non debet audiri ad impediendum executionem, quando ipſe ſciuit litem motam, & ſententiam latam, & nunquam comparuit, niſi in executione.*

6 *Vxor nedum cohabitans viro præſumitur ſcire facta ſui viri, verùm & quilibet conſanguineus præſumitur ſcire facta ſui conſanguinei.*

7 *Scientia præſumitur ex conuerſatione aſſidua, & amicitia publica voce & fama nu. 8.*

9 *Mulier decipiens non iuuatur auxilio velleiani, ſed decepta. Executio vbi impeditur per reſtitutionẽ in integrum petitam, & ſic ſuſpitio contra petentem non debet differri executio ibid. nu. 10. Maximè oblata cautione de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ.*

11 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe nõ auditur, niſi per prius de eo docuerit.*

12 *Mulier litigans per ſuum procuratorem cum iuramento conſtitutum perdit beneficium reſtitutionis in integrum.*

13 *Vxor non poteſt conſtante matrimonio dotem repetere, niſi viro vergẽte ad inopiam, vel vagante per mundum. num 14.*

15 *Iudex non debet admittere petitionem cauſam ineptam continentem, quod eſt verum etiam reo non opponente.*

## CONSILIVM XCII.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtula
to, Amen. In cauſa Magnifici V. I. D. Io
annis Thomaſini de ciuitate Licij ad im
pediendum executionem ſententia-
rum in eius fauorem latarum contra Raphaelem
Guidanum eius ſocerum, cõparuerunt nobiles Ca
tarina de cælo, & Maria de muro, vxor & nurus ip-
ſius Raphaelis, repetendo eorum dotes, ac iura do
talia viuentibus eorum viris, non aliter præſuppo-
ſita virorum inopia: aut quòd vagarent per mun-
dum, quo caſu fuiſſet locus aſſecurationi, quod
non fuit aliter dictum nec petitum. Apparet ergo
in primis nos eſſe in cauſa ſummaria ex duplici ca-
pite. Primò, quia cauſa dotis, per l. j. ff. ſoluto ma-
trimo. Secundò, quia ſumus in tertio comparente,
qui ſummariè audiendus eſt, per l. à diuo pio. §. ſi
ſuper rebus. ff. de re iudi. cum vulg. Conſtat autem
mulieres prædictas à die prima Aprilis cõparuiſſe,
offer



offerendo velle infra breuem dilationem probare
de earum iuribus ad impediẽdum executionem, &
demum per tres menſes & decẽ dies vſque ad tem
1 pus decretæ executionis nihil produxerunt. * Et
iure cautum eſt, quòd in ſummariis opponens ex-
ceptionem, ſi ipſam non offerat incontinenti pro-
bare, & etiam probet, præſumitur quòd animo ca-
lumniandi: & non auditur: ita Bald. in l. prima. C.
vt in poſſeſ. leg. per l. fi. C. de ordi. cog. Spe. in titu.
de lit. cõteſt. §. j. verſic. quid de cauſa. & de incon-
2 tinenti iuxta naturam, * & qualitatem negocij: vt
dicit Bald. in c. quia propter. de elect. & ideo pul-
chrè dixerunt Bart. & Bal. & Salyc. in l. non igno-
3 rat. C. de fruc. & lit. expen. * quòd vbi actor differt
probare, præſumitur in eo calumnia: & dixit Abb.
in capitu. ſuper eo. de offic. delega. in fin. quòd ſi
iudex præſumit malitiam contra tertium volẽtem
impedire executionem pro ſuo intereſſe, * non de-
4 bet eum audire: & ſubdit ibi Bal. quòd etiã à ſum-
maria cognitione poteſt quis repelli, vbi præſumi
tur calumniari: & dicit eſſe menti tenendum: &
ſequitur Fel. in cap. veniens. el ij. de teſti. Imò plus
ſubdit Fely. quòd non debet audiri tertius compa-
5 rens ad impediendum executionem. * quando ipſe
ſciuit cauſam motam, & ſententiam latam, & nun-
quam comparuit in cauſa, niſi poſtmodum in exe-
cutione. Quis ergo non affirmabit mulieres ipſas
comparentes tam ſero nõ eſſe in manifeſta calum-
nia, cùm per annos xj. per quos lis fuit ſemper agi
tata, & deciſa, ſemper tacuerint? Et inſuper cùm
à primo Aprilis obtulerint infra breuem dilatio-
nem velle de eorum iuribus docere ad impedien-
dum executionem, & ex tunc eiſdem termino im-
partito, & elapſis iam tribus mẽſibus nihil docue-
rint. Nec poſſent ignorantiam tam diuturnæ litis
6 agitatæ prætendere. * Cùm nedum vxor cohabitãs
viro, verũ etiã & quilibet conſanguineus præſumi-
tur ſcire facta conſanguinei. l. octaui. cũ vulg. ff. vn-
7 de cog. * Quod maximè procedit in vxore, cùm
ſit cũ viro vnica domus, vnica familia, & vſus pro-
miſcuus, ita Spec. in titu. qui fi. ſint legiti. verſicu.
nunc dicimus. Et dicit Bald. in l. prima. C. de cadu.
8 tol. * quòd præſumitur ſcientia ex conuerſatione
aſsidua, ex amicitia, ex publica voce & fama, con-
currẽte litis diuturnitate, vt dixit, & liquet ex actis.
Nec competit eis beneficium ſi aduerſus procura-
tores, aut mundualdos indemnes ſeruari poſſunt,
vt quia ſoluendo eſſent, prout ſunt, vt dicitur in
d. conſtitutio. Regni, obſcuritatem. per rationem
text. in lege ſecunda. ff. ad velleia. in §. verba. vbi ex
ſenatuſconſulto mulieribus decipientibus non im
penditur auxilium, infirmitas enim fœminarum
9 non calliditas auxiliũ ſumit, * prout in ſimili dici-
mus etiam in minore. l. auxilium. ff. de minoribus.
Item cùm ſit ſuſpicio ex prædictis contra ipſas pe-
tentes beneficiũ, & ſic reſtitutionem in integrum,
non debuit eis impartiri, prout impartitum ſeu
10 conceſſum non fuit, * ex quo vbi impeditur exe-
cutio per reſtitutionem in integrum petitam, &
ſic ſuſpicio contra petentẽ non debet differri exe-
cutio, per text. in capitu. ſciſcitata. extra de in in-
tegrum reſtitu. & optimè Andr. de Iſer. in capitu. j.
de controuer. inter vaſſal. & alium de benefic. in fi.
verbis, & priuſquam de læſione non apparet ex
eiſdem actis, nunquam impeditur executio, ma-
ximè mediante cautione de reſtituẽdo in caſu ſuc-
cumbentiæ, per text. in dicto capitu. ſciſcitata. vt
dixit pulchre Bald. in authent. quæ ſupplicatio. C.
de precib. imper. offer. & in l. vnica. C. in integrum
reſtitutio. poſtula. ne quid noui fiat. Item nec opi-
tulabitur prædicta petita reſtitutio, ſeu beneficiũ
ſub colore quòd eorum procurator minimè eiſ-
dem mulieribus terminum eis datum notificauit,
nam apparet eaſdem allegaſſe ſe non certioratas
de termino, & ſic aduerſus negligentiam eorum
procuratoris petierunt ſe in integrum reſtitui, &
tamen à xxij. Iunij, fuerunt expectatæ vſque ad x.
diem Iulij, in quo latũ fuit decretum fore exequẽ-
dum, & tamen nihil produxerint, Et quòd fuerit
ita bene pronunciatum apparet, quia tertius com-
11 parens pro ſuo intereſſe nõ auditur * niſi per prius
de eo doceat, vt inquit magiſtraliter Angel. in l. ſi
ſuſpecta. ff. de inofficioſo teſtamento. Fely. in ca-
pitu. veniens. vltim. no. de teſti. Nec poſſent ex alio
12 conſequi petitam reſtitutionem, * cùm litigaue-
runt per earum procuratorẽ cum iuramento con-
ſtitutum, nam perdit beneficium reſtitutionis in
integrum. l. minor xxv. ann. omiſſam, & ibi Barto.
ff. de mino. & ſequitur Ange. de Are. in §. appellan
tur. inſtitu. de except. dicens eſſe not. & quod nun-
quam illud dictum exeat mentem tuam, tamen
in reſtitutione in integrum parificantur mulieres
& minores, per conſtitutionem Regni, obſcurita-
tem. & minorum iura. Item aduertendum eſt, quod
terminus datus eiſdem fuit peremptorius, vt ap-
paret ex illa clauſula, aliàs &c. per id quod dixit
Angel. de Aret. in d. §. appellantur. vbi dicit, quòd
poſt datum terminum peremptorium, vel ſi non
fuit poſitum peremptoriè, ſi tamen iudex commi-
13 natur quòd aliàs &c. * debet intelligi, quòd demum
ipſum non audiet, vt contumacem, maximè de-
ficiente actione ipſis principalibus, cùm non poſ-
ſint conſtante matrimonio dotes repetere, niſi vi-
ris vergentibus ad inopiam, vel euntibus vagando
per mundum, de quo verbum nullum, iuxta do-
ctri Barto. & doct. in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matri.
& in l. vbi adhuc. C. de iure dot. Spec. in tit. de dote
poſt diuor. reſti. §. formatis. verſic. ſed nũquid. vbi
ponit formam libelli in prædictis, & ſic eorum pe-
titio minimè admittendo erat vt inepta, cùm iu-
dex minimè admittere debeat petitionem cauſam
ineptam continentem, etiam reo non opponente,
vt dixit Alexan. in l. j. ff. de eden. & in l. edita. C. eod.
tit. & ibi Bald. in repetitio. In reliquis ſuppleat re-
ligio magnifici Relatoris.

Thomas Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Iuramentum debet adimpleri in forma ſpecifica.*

2 *Iurans tale quid, quod non intereſt alterius, ſi periurat, videtur ſolum Deum habere vltorem, tamen poterit per iudicem ſibi imponi pœna extraordinaria.*

3 *Iuramentum apponitur, & exigitur pœna alias periurium remanet inultum.*

4 *Pœna debetur etiam ratione contemptus.*

## CONSILIVM XCIII.

IN Chriſti nomine amen. Cùm do-
ctrina & mores Magnifici Franciſci
groſsi de Venuſio V.I.D. mihi inno-
teſcant, mirari non deſino quonam
pacto ita ingenuè, prout in ſuo vo-
to loquutus ſit, niſi fortè iocosè ita ſcripſiſſe videa-
tur, aliàs eſſet deſtruere totam machinam mundia
lem, cùm allegata per ſuã Magnificentiam nõ ſen- 1
tiam iuramentum in quo quis iurauit non exire à
domo ſibi loco carceris aſsignata ſi exiuit, & rediit
1 domum:* quòd non poteſt ab ipſo contrauenientc
pœna peti, & tamẽ firmus remanet cõtractus: tex.
eſt in l. ſi quis maior. quem ibi ponderat Bar. & cæ-
teri. C. de tranſa. & conſuluit Alex. in conſi. xxxvij.
in ij. vol. maximè cùm iuramentum debeat in for- 2
ma ſpecifica adimpleri: vt inquit Bal. in l. amplius.
ff. rem rat. hab. Et licet quando quis iurat tale, quid
quod non intereſt alterius, ſi periurat, videatur ſo-
lum Deum habere vltorem, & non iudicem: vt ha-
betur in l. ij. iuncta gloſ. C. de reb. credit. quòd vi-
detur prima facie ſatis poſſe adaptari ad caſum de 3
quo quæritur, dum ipſe iurans licet receſſerit, ta-
men rediit, & ſic videtur ius curiæ non effectum de-
terius: attamen regula præmiſſa dum in ea dicitur,
2 quòd non habeat vltorem iudicem: intelligitur* vt
poſsit periurantem punire pœna ordinaria: tamẽ
poterit extraordinaria. ita in ſpecie Ange. in auth.
ſcenicas. per gl. ibi, quod dicit eſſe bene no. quia eſt
magna ampliatio ad l. ij. C. de reb. cre. & ſic nõ pu-
nitur pœna manus, quę imponitur periuro, ſeu alia
3 corporali.* Et ideo in iuramento apponitur pœna:
aliàs periurium remanet inultum: prout dixit Saly.
in l. ij. C. de reb. credi. circa principium. item pœna
4 debetur etiam *ratione contemptus: ex quo con-
temnẽs religionem puniri debet. l. j. in fi. C. de ſum.
trinit. & fid. catho. ſed cum per iuramentum fuerit
promiſſum & iuratum non exire caſtrum ſibi loco 4
carceris aſsignatum, & demũ receſsit, licet reuer-
ſus fuerit, attamen negari non poteſt, quin exeũdo
periurus non fuerit: ergo pœna debetur omnino,
aliàs periurium remaneret inultum, & ita iuris eſſe
cenſeo ego Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Iudex de his de quibus conſtat ex actis poteſt ex officio iudicare.*

2 *Iudex poteſt iudicare etiam in concomitantiis ad petita, dum petitum fuit ſi non pecuniam frumentum.*

3 *Iudex habens facultatem iudicandi ſola facti veritate inſpecta, poterit iudicare in alio quàm ſit petitum.*

4 *Equus ſi petitur qui eſt mortuus ſuccedit æſtimatio, ſi cauſa eſſet ordinaria non poſſet ferri ſententia ſuper æſtimatione, cùm nõ fuerit petita, ſed ſi ſummaria, ſic.*

## CONSILIVM XCIIII.

IN Chriſti nomine amen. In cauſa Michaelis faine videtur dubitari de ſententiis latis in eius fauorem vltra petita per ipſum; cùm in mandato obtinente vim petitionis petierit pecuniã & in articulis concludat in frumẽto: Aduertat tamen magnificẽtia veſtra, quia comperiet articulos concludere, aut quòd ſibi ſatisfiat in pecunia, aut in frumento. Quicquid ſit licet ſententia debeat eſſe conformis libello, tamen vbi ex actis cõſtat iudici pluſquam ſit actũ in libello poteſt ex ſuo officio pronunciare ſuper omni eo quod probatũ fuerit: vt dixit Imo. ſatis puchrè in c. ex tenore, in fin.
1 per illum tex. de reſcr.* ſubdens quòd iudex de his de quibus conſtat ex actis poteſt ex officio iudicare, cùm maximè acta faciant notoriũ, vt dicit Inn. in c. ex parte. de verb. ſign. cum concor. idẽ refert & ſequitur Fely. in ca. licet hely. in x. limi. extrà de ſimo. Et bene facit, quia ſatis dicitur de concomitantiis ad petita, dum petitũ fuit, ſi non pecuniam: frumentum, in quibus concomitãtiis iudex poteſt
2 iudicare:* & valet ſentẽtia, dixit Bar. in extrauag. ad reprimendum. in ver. figura. & Fely. in d. c. licet hely. Et præſertim poterit Magnificentia veſtra ita iudicare, vt iudex magnæ curiæ, cùm per c. deteſtãtes. detur facultas ſola facti veritate inſpecta in cau
3 ſis procedendi, virtute cuius clauſulæ* poteſt iudex pronunciare in alio quàm ſit petitum: & eius ſententia valet: ita ad dictam regulam pro noua limitatione dat Iaſo. de May. in l. vinum. xv. col. ff. ſi cer. pet. & latius in l. certi condictio. §. ſi nummos. vj. col. ff. eo. tit. Et hoc, quia eo caſu apparet iudicẽ poſſe procedere manu regia, ſecundum Bart. in extrauag. ad reprimen. in verſi. videbitur. Bal. in l. nemo. C. de ſen. & in l. nec quicquam. ij. col. ff. de offi. procon. & in c. j. de no. for. fide. Item & plus ſubdit Iaſon, quòd virtute dictę clauſulæ vbi iudex poteſt ſola facti veritate inſpecta iudicare, poteſt recedere à regulis iuris, vt vbi per eũ, qui multa alia etiã adducit, originaliter tamen opinionem hãc tenuit An. de But. in quodam ſuo conſilio, prout refert & ſequitur Alex. de Imo. in l. ſi ita ſtipulatus. §. chriſo-
4 gonus. ff. de verb. obli.* Vltimò facit in ſimili, nam ſi petitur equus qui eſt mortuus, & conſequenter ſuccedit æſtimatio, ſi cauſa ipſa eſſet ordinaria, non poſſet ferri ſententia ſuper æſtimatione, cum non fuerit petita, tamen ſi proceditur ſummariè, poterit fieri condemnatio in æſtimatione, quia nõ poteſt inficiari iſtam ſentẽtiam fuiſſe latam iuxta formam petitionis, idem ſi prope petita, licet non ſecundum ipſam petitionẽ, ita formaliter dicit Lanfran. de oria in repet. clemẽ. ſæpè. in verſi. libellus. iiij. colum. de verb. ſigni. pariter & in caſu præſenti cùm ſit probatũ, quòd de granis fiebat ſatisfactio. aut quòd daretur granum ſi emptum fuit, aut pecunia, & ita de iure conſulo ego

Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ & executio inſtrumenti habentis executionem paratam, æquiparantur.*

2 *Executio ſententiæ nunquam impeditur per exceptionem litis pendentiæ.*

3 *Executio inſtrumenti guarantigiati habet etiam executionem perſonalem.*

4 *Actor habens plura remedia executiua contra conuentum, vno ipſorum intentato ſibi quò ad cætera non præiudicat. ibid. nu 5. Nec pendentia litis ſuper vno videtur poſſe alij præiudicare.*

6 *Clauſula qualibet inſtrumenti ſiue verbum debet aliquid operari.*

7 *Notarius ſemper cenſetur rogatus, vt in inſtrumento clauſulas conſuetas apponat.*

8 *Hypothecaria licet ſit intentata contra debitorem, poteſt etiam contra eundem intentari actio perſonalis.*

9 *Agere dum quis poteſt ciuiliter & criminaliter ſuper eodem facto, & quis proſequitur rem familiarem non autem principaliter ad vindictam, tunc intentata via ciuili poteſt etiam agi via criminali: quia vna per aliam non tollitur.*

10 *Debitoris ſuſpecti captura poteſt lite pendente impetrari.*

11 *Exceptio metus non reſpicit inſtrumentum, ſed contractum.*

12 *Exceptio metus vbi fuit iuratum non poteſt opponi obſtante iuramento.*

13 *Exceptio metus non admittitur aduerſus inſtrumentum guarentigiæ iuratum, ad impediendum executionem.*

14 *Fideiuſſionis contractus eſt oneroſus, & damnificatiuus, adeo quòd in eo nullum lucrum ſperatur, ſed ſolum damnum. & amiſſio precij ex quo fideiubẽs cenſetur bona dilapidare.*

15 *Domini temporales vt* Duces, Comites, *& ſimiles, cenſentur principes in eorum terris & habent illam poteſtatem in ſubditos. quam habet* Imperator *in toto* Regno, *maximè quando eis ſunt conceſſa regalia, prout omnibus Baronibus* Regni *conceſſa ſunt.*

16 *Contrahere non licet officialibus cum ſubditis eorum iuriſdictioni, & ideo contractus tales in læſionem ſubditorum ſunt nulli nu.* 17. *Quia præſumuntur per impreſſionem facti nec eſt opus intentare actionem, quod metus cauſa ad ipſos reſcindendum.*

18 *Dignitas ſola non ſufficit in officiali ad inducendum præſumptionem metus, ſeu impreſſionem quia id procedit in officiali non habente iuriſdictionem.*

19 *Superiorum preces inducunt iuſtum metum, maximè dum conſueuit ſæuire in ſubditos.*

20 *Seruitia indebita præſumuntur extorta à ſubditis per ſuperiores, & per metum.*

21 *Inſtrumentum in quo continetur actus dependens à volũtate vtriuſque partis, prout eſt obligatio, vel aliquid debitum, non poteſt notarius extrahere inſtrumentum in forma publica, niſi debitore mãdante, nec ſufficeret ſola voluntas creditoris.*

22 *Conuentio facta cum hoſtibus non eſt ſeruanda.*

23 *Præuentio ſi eſt facta per officialem ſuperiorem non poteſt inferior de cauſa cognoſcere.*

24 *Cauſa dum eſt aduocata per principem, cenſetur erepta omnis iuriſdictio inferiori ordinario qui poterat aliàs de illa cauſa cognoſcere.*

25 *Delegato principis mortuo cauſa non reuertitur ad ordinarium. ſed ad* Principem.

26 *Cauſa deuoluta ad* Principem *ſi impetratur alteri committi, non facta mentione de deuolutione prædicta, talis impetratio nulla eſt, cùm nõ conſueuerit* Princeps *cauſam ad ſe deuolutam extrahere à ſua curia, niſi ex certa ſcientia. ibid.*



27 *Exceptio litis pendentiæ coram vno iudice impedit litem agitari coram alio maximè quando ſententia coram vno pareret exceptionem rei iudicatæ coram alio.*

28 *Actor habens duas vias, vnam ordinariam, & aliam extraordinariam executionem, intentando ordinariam, cenſetur renunciare extraordinariæ.*

*Inferius tribunal faciens aliquid contra inhibitionem ſuperioris eſt ipſo iure nullum ibid.*

29 *Exceptio præuentionis eſt declinatoria, quia declinatur iuriſdictio citantis*

30 *Hypothecaria licet cumulari poteſt cum perſonali, tamen id intelligitur coram eodem iudice, & non diuerſo.*

31 *Renunciatio facta omni legũm auxilio, ſolùm extenditur ad actiones competentes tempore renunciationis, non autem competituris de futuro, nec tollit defenſiones competentes in cauſa criminali.*

32 *Ciuilis cauſa non præiudicat criminali, quando ciuilis cauſa eſt finita: ſecus ea pendente, quia dum pendet ciuilis non poteſt criminali intentari.*

33 *Procurator non admittitur in criminalibus, quando allegat aliquid per quod cauſa ipſa diſcutitur, ſecus ſi comparet ad opponendum declinatoriam fori vel ineptitudinem libelli, ſeu ad annullãdum iudicium, quia tunc admitti debet.*

34 *Executio quæ virtute ritus, ſeu ſtatuti fieri debet ad inſtantiam creditoris, intelligi debet de creditore efficaci, cui nulla obſtat exceptio.*

35 *Contractus nullitas quando apparet ex inſpectione ipſius poteſt opponi ad impediendũ executionem, etiam quòd ſtatutum tolleret omnem exceptionem, quia intelligitur de inſtrumento valido, & nu. 36.*

37 *Iuramentum non obligat in caſu, in quo iuramentum reddit actum nullum quia tunc ſimiliter iuramentum eſt nullum.*

38 *Iuramentum metu extortum ſecundum opinionem ciuiliſtarum indiſtinctè non obligat.*

39 *Paria ſunt aliquid fieri per metum, vel per coactionem.*

40 *In inſtrumento licet dicatur ſponte, tamen non ex hoc creditur inſtrumento quòd actus fuerit ſponte factus niſi ex quadam iuris præſumptione.*

41 *Teſtibus duobus deponentibus de metu plus creditur, quàm mille deponentibus de ſpontanea voluntate.*

## CONSILIVM XCV.

REdemptoris gentium præſidio repetito, amen. In cauſa præſentationis inſtrumenti in magna Curia Vicariæ per filios, & hæredes quondam Magnifici Franciſci filingerij de Trano, contra Bartholomæum maranta de Venuſio ſuper petitione ducatorum mille ex cauſa fideiuſsionis præſtitæ pro Raynaldo barbiano, & domino Antonio de lamet, vltra ſcripta per me in ſuprà ſcriptis allegationibus: Magnificus V.I.D. Robertus maranta filius eiuſdem Bartholomæi, qui mihi cauſam hanc ob paternam charitatem commenda

 uerat,

uerat, ſcripſit etiam infraſcriptas ſequentes allega-
tiones ſatis ſubtiliter, & copioſè: quibus addidi
integram colũ.fina. In præſenti cauſa principaliter
diſcutiendum eſſe cenſeo, an obſtet litis pendentia
in S. Regio Conſilio, in quo lis mota apparet ordi
nariè ſuper aſsiſtentia nonnullorum bonorum, &
proceſſum vſque ad publicationẽ, & ſic an citatio
ſuper dicta præſentatione dicatur ſubreptitia. Et
prima facie dicendum videretur prædictam litis
pendentiã non obſtare ex pluribus:& primò, quia
1 executio ſententiæ * & executio inſtrumenti ha-
bentis executionem paratam æquiparantur: dicit
Barto. in l. cum vnus. in fin. ff. de bo. auth. iud. poſ.
Bald. in l. fina. ij. colum. C. eodem titu. & tenet ex-
preſsè Roma. conſil. lxxvj. colum. ij. ſed quando fit
2 executio ſententiæ * nunquam impeditur per ex-
ceptionem litis pendentiæ, tenet Inno. in c. cùm in
iure. de offic. delega. Roma. in d. conſi. lxxvj. in fin.
3 verb. * ergo minimè retardari debet executio in-
ſtrumenti, cuius vigore poteſt deueniri ad capturã
perſonæ, ſicut per inſtrumentum guarentigiatum,
not. Bart. in l. Titio centum. §. ij. ff. de condi. & de-
mon. Innocen. in cap. ex reſcripto. de iureiu. Alex.
in addit. ad Barto. in d. l. cùm vnus. & conſuluit in
ſpecie Roman. in conſil. cxxxiij. col. j. & ex quo per
ritum magnæ curiæ inſtrumenta habent executio-
nem paratam contra perſonam, ergo fruſtra quæ-
ritur de litis pendentia. Secundò, quia quãdo actor
plura executiua habet remedia contra conuẽtum,
vno ipſorum intentato ſibi quo ad cætera nõ præ-
iudicatur:* ſi & ſic actor cõſequutus fuit poſſeſsio-
4 nem bonorum debitoris, non impeditur occurre-
re ad implorandum capturam perſonæ ipſius, do-
nec ſit ſibi integrè ſatisfactum: vt not. Bartol. in l.
conſentaneum. colum. fin. C. quo. & quan. iud. Bal.
in l. qui legati. C. vt in poſſ. leg. Bal. in l. ij. in fine. C.
de reſti. mi. habetur in c. quoniam frequenter. §. fi.
5 vt lit. non conteſt. * nec pendentia litis ſuper vno
videtur poſſe alij præiudicare: vt not Iaſ. in l. nulli
prorſus. col. iij. vj. fallen. C. de iudic. Et ſic licet in-
tentauerit viam executiuam ſuper rebus, tamẽ hæc
talis litis pendentia non debet poſſe præiudicare
remedio executiuo cõtra perſonam quamdiu ſibi
ſatisfiat. Tertiò, quia communiter in inſtrumentis
dicitur, quòd creditor poteſt inſtrumentum præ-
ſentare ciuiliter & criminaliter:& quòd electa vna
via alia non tollatur: ergo per dictas clauſulas cen-
ſetur data poteſtas creditori, quòd licet præſenta-
uerat inſtrumentum ciuiliter, poteſt etiã illud cri-
6 minaliter præſentare: cùm quælibet clauſula, * imò
minimè verbum inſtrumenti debet aliquid opera-
ri, ita Bald. in rub. de contrahen. em. ix. q. gloſ. in c.
ſolitæ. in verb. tanquam. de maio & obe. Iaſ. in l. ij.
§. creditum. in fin. ff. ſi cer. pet. Corn. in conſi. cclix.
7 colũ. iiij. in iiij. volu. * & notarius ſemper cenſetur
rogatus, vt huiuſmodi clauſulas cõſuetas apponat.
l. fi. & ibi Bal. C. de fideiuſ. Alex. conſi. lxxxix. colũ.
pe. iij. vol. & Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi. nummos.
ff. ſi cer. pet. Quartò, quia licet ſit intentata hypo-
thecaria, poteſt etiam intentari contra eundem de
8 bitorem actio perſonalis, * & hoc eſt ſpeciale in
iſtis duabus actionibus: quia poſſunt & in vno, &
in diuerſis libellis cumulari, & eodem tempore, &
diuerſo, dixit Bar. in l. edita. co. iiij. in fi. C. de eden
& in l. fundum. ver. oppo. extra gl. ff. de exce. idem
& magis clarè Pau. de Caſt. in cõſi. ccccxlviij. col. j.
ij. vol. Quintò, quando ex eodem facto quis poteſt
agere ciuiliter & criminaliter, & quis proſequitur
rem familiarem, non autem principaliter ad vindi
9 ctam, * tunc intentata via ciuili poteſt etiã agi via
criminali, quia vna per aliam non tollitur. caſus eſt
in l. j. C. quãdo actio ciui. crimi. præiud. & habetur
in l. ex morte. C. ad leg. aquil. & in l. prætor. §. j. ff. vi
bon. rap. vnde cùm ob periuriũ dicatur cauſa cri-
minalis, vt in deciſ. Afflic. lxiiij. vbi plenè, poterat
etiam criminaliter agi:& ſic exceptio litis penden-
tiæ ſuper ciuili nõ habet eis obſtare pro hoc etiam
eſt tex. & gl. in l. de fide. C. ad leg. Corn. de fal. Sex-
tò, quia litis pendentia fuit allegata per procurato
rem, & ſic contra ritum, qui non admittit procu-
ratorem ſuper præſentatione inſtrumenti, & habe
10 tur in d. deciſ. lxiiij. * Septimò, quia lite pendente
licet impetrare capturam debitoris ſuſpecti, tenet
Ange. in l. nemo carcerem. circa medium. C. de ex-
acto. tribu. lib. x. Alex. conſi. cvj. col. fi. iij. vol. Octa
uò, non videtur obſtare quòd fideiuſsio fuerit ce-
lebrata metu, ſuperioris, & per impreſsionẽ, quia
iſta audiuntur in vinculis iuxta formam ritus, &
nihilominus prædicta reſpiciunt contractum fide-
iuſsionis, non autem inſtrumentum quod conſiſtit
in ſolennitatibus cũ interuentu notarij, iudicis, &
teſtium, & aliis, cõtractus verò conſiſtit in ſubſtan-
11 tia negocij, * & ſic iſta exceptio metus non reſpicit
inſtrumentum, ſed contractũ, ita pulchrè Bart. in l.
j. §. & parui. ff. quòd vi aut clam. refert & ſequitur
Corn. conſi. ccxlj. col. iij. in litera h. iij. volu. & not.
Bal. in l. j. col. fi. C. plus vale. quòd agi. & ſic non im-
12 pedit. * Nonò, interuenit in inſtrumento prædicto
iuramentum, quo caſu etiam obſtante metu nõ po
teſt iurans contrauenire non præcedente abſolu-
tione, per tex. in c. ſi verò. extrà de iureiu. maximè
cùm dicatur in eo, quòd debitores ipſi ſponte, &
voluntariè &c. per quæ verba excluditur metus,
cùm omnia verba prolata per notarium cenſeãtur
de voluntate contrahentium, quia debet cõtradi-
cere ille cui verba diſplicent, ita in terminis Bal. in
l. mater. ver. quid ergo ſi tabellio. C. de rei vend. &
Bal. in l. j. col. fin. C. de priuileg. do. Vndecimò, quia
quando inſtrumẽtum habet executionem paratam
vigore ſtatuti, prout eſt inſtrumentum guarenti-
giæ, non admittitur exceptio metus ad impedien-
13 dum * executionem, ita in propriis terminis tenet
Ang. in conſi. ccxxiiij. viſis ſtatuto, & contractu.
col. pen. verſi. ſed licet. ſed certum eſt quòd vigore
dicti ritus habet executionem paratam, ergo &c.
Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium puto
de iure verius, & præſuppono, quòd ex hoc cõtra-
ctu duæ oriuntur obligationes, & cõſequenter duo
facta connexa, & duæ actiones, vna, videlicet obli-
gatio quæ contrahitur inter fideiuſſorẽ & credito-
rem, quæ eſt ex ſtipulatione. l. Blanditus. C. de fide-
iuſ. alia, quæ contrahitur in fideiuſſorem & reum
principalem, quæ eſt actio mandati. l. rogatus. & l.
qui fide. & l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. ff. man. & l.
mandati. & ibi gl. C. de fideiuſ. & inſti. de fideiuſ. §.
quid autem. Secundò præſuppono quòd cõtractus
fideiuſsionis eſt oneroſus, & damnificatiuus, adeò
quòd in eo nullum lucrum ſperatur, ſed ſolũ dam-
num, &



num, & amiſsio patrimonij: tantũ quòd fideiu-
bens cẽſetur dilapidare bona: & inde eſt ꝙ mulier
14 vxor poteſt repetere dotẽ conſtãte matrimonio * à
viro: ita expreſsè tenet Ang. in l. in perſonã. §. j. &
ibi etiã Iaſ. ff. de pac. Ale. in l. ſi conſtãte. vij. col. ff.
ſol. mat. facit tex. in l. iij. §. ſi filius. ff. de pec. Tertiò
præſuppono ꝙ domini temporales, vt ſunt Duces,
Comes, & ſimiles, & eorũ vicarij, cenſentur Prin-
15 cipes in eorũ terris:& habẽt illã * poteſtatẽ in ſub-
ditos, quã habet Imperator in toto regno: maximè
quãdo eis ſunt cõceſſa regalia: prout omnibus Ba-
ronibus Regni cõceſſa ſunt: ita Lud. cõſi. lix. Corn.
conſi. cc. col. j. & ij. in j. vol. Ang. cõſil. ccxvij. col. ij.
in fi. & iij. & Pau. in conſi. xxxiiij. col. iij. in fi. ij. vol.
in nouiter impreſsis. His præſuppoſitis dico inſtru
mentũ fideiuſsionis prædictæ eſſe ipſo iure nullũ,
& primò, quia officiales, præſertim prouinciam re-
gentes, prohibentur in ea cõtrahere cũ eorũ ſubdi-
16 tis, * adeo ꝙ contractus eorũ maximè qui præten-
dunt in læſionẽ ſubditorũ, ſunt inualidi, & non te-
nẽt. caſus eſt in l. j. C. de cõtra. iud. l. fi. C. de reſcin-
vendi. l. principalibus. & ibi Mod. ff. ſi cert. peta. &
præſertim quando fiunt metu ipſorũ ſuperiorũ, &
per eorũ impreſsionẽ, quia ſunt nulli, & habentur
17 pro infectis, nec erit neceſſe * intentare actionem,
quod metus cauſa ad reſcindendũ, ita expreſsè te-
net Bal. in tit. de pa. cõſtant. in ver. pactiones. & in
ver. pro infectis. & Iaſ. in §. quadrupli. ix. col. inſtit.
de actio. & Par. in tract. ſyndic. j. col. xv. char. Et di-
cit Bal. in l. decernimus. C. de ſac. ſan. eccle. ꝙ con-
tractus celebratus cum tyranno per ipſius impreſ-
ſionem nõ tenet, præſumitur autem factus per im-
preſsionẽ, quando ſubditus cũ eo cõtrahens enor-
miter læditur, & illud dictum ſequitur Alex. in l. ſi
per impreſsionem. C. de his quæ vi metúſve cauſa.
ſed prædictus contractus fuit celebratus inter ſu-
periorem & ſubditos, item per eorũ impreſsionem
& metũ, & non præſumitur ſpõte fideiuſsiſſe, cùm
nemo præſumatur iactare ſua, vt not. Abb. in c. ſu-
per hoc. col. ij. ij. no. de renun. ergo &c. Nec obſtat
l. ad inuidiam. quod met. cau. dũ dicitur, ꝙ ſola di-
gnitas nõ ſufficit ad inducendã impreſsionem, ſeu
18 præſumptionem metus, * quia illud procedit in of
ficiali non habente iuriſdictionẽ, prout intelligit
Bar. in l. aufertur. §. quod à præſide. ff. de iure fiſ. &
Alexã. in d. l. ſi per impreſsionem. item in d. l. ad in-
uidiam. non interuenit metus, ſeu impreſsio præ-
ſumpta, no. Bart. in d. l. ſi per impreſsionẽ. Secũdò
apparet in facto de praua conſuetudine Gallorũ,
& eorũ terribilitate, & ſic apparet verificatũ quod
no. Abb. in c. inſinuante. in fi. extrà qui cler. vel vo-
uen. & ibi glo. & idem Abb. in c. ij. j. col. extrà quod
met. cau. Alexã. in conſi. xvj. iij. volu. col. penul. vbi
datur not. intellectus ad illam regulam, quæ habet,
19 quòd preces * & rogamina ſuperiorũ inducũt præ-
ceptum neceſsitatis, & per conſequens iuſtũ metũ.
no. gl. in l. j. quod iuſſu. gl. in clem. j. in ver. exhorta-
mur. de teſtib. And. de Iſer. in c. ſi quis miles. de feu.
ſine cul. non amit. nã iſtud procedit in tali officia-
li, vel tyranno qui conſueuit ſæuire in ſubditos
non parentes, quia tunc verum quòd preces indu-
cant iuſtum metum, & ita fuit in caſu præſenti, &
ideo non valet, per not. Bald. in d. verſi. pactiones.
20 & Afflic. deciſ. lxix. * Tertiò adducitur, quia inde-
bita ſeruitia præſumuntur extorta à ſubditis per
ſuperiores, & per metũ, ita Io. And. in c. j. de præſcr.
in vj. in nouel. Bal. in titu. de pa. conſtan. in ver. pa-
ctiones. & in dubio præſumitur contra Poteſtates
ſecundũ eũ, per tex. in l. nolumus. C. de teſta. & inde
eſt quòd ſolus vultus terribilis Poteſtatis inducit
iuſtum metum. no. Io. And. in nouel. in c. quia pro-
pter. colũ. pen. de elec. Bal. in c. j. in §. iniuria. de pa.
iura. fir. Iaſo. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff.
de ope. no. nun. & aliquid per Fely. in c. cauſam ma-
trimonij. de offic. deleg. Iaſo. in l. ſi ob turpem. ff. de
condit. ob turp. cauſ. Et quòd indebita ſeruitia in
dubio præſumantur extorta à ſubditis, vt ſuprà ſe-
quitur Luc. de pen. in l. hac lege. j. col. C. de aquædu.
li. xj. & ibi ſubdit potius per metũ quàm ex debito.
Alex. in l. iuſiurãdum. ff. quarum rerum act. nõ da-
tur. Fran. de Are. conſ. xxiiij. quatuor dubia. Par. de
pu. in tra. ſyndi. in tit. de offic. ſyndi. viij. char. Iaſ.
in §. quadrupli. inſti. de actio. Quartò, quòd inſtru-
mentũ prædictum non teneat, adducitur, quia non
fuit extractum de volũtate vtriuſque partis, ſed ſo-
lùm in eo dicitur fuiſſe extractũ ad inſtantiã ipſius
Franciſci creditoris, & quando in inſtrumẽto con-
tinetur actus dependens ex voluntate vtriuſque
contrahẽtis, prout eſt obligatio, vel aliquod debi-
tum, non poteſt notarius extrahere inſtrumentũ in
21 forma publica, niſi debitore mandãte, * & ſic non
ſufficit ſola voluntas creditoris, ita Alex. in conſil.
cx. eximie doctor. in ij. volu. Abb. in c. j. col. pen. &
antepen. de fide inſtru. vbi plura allegantur. Quin-
tò, quia fideiuſſores erãt hoſtes tẽpore promiſsio-
nis, quia erant ſub vexillis Gallorum, & do. Franci-
ſcus creditor ſub Rege Federico Aragoneo, & de
iure non tenetur obſeruare conuentionem per im-
22 preſsionem * factã hoſti cùm ſint perſonæ priuatæ,
not. Bart. in l. j. §. non fuit. ff. de dolo. & idem Bar. &
doct. maximè Iaſ. in l. conuẽtionũ. ff. de pact. Sextò
extante ac pendente cauſa in S. cõſilio, in quo con-
uentum fuerat cognoſci de cauſa, non poterat ma-
23 gna Cur. Vicariæ, * & ſic inferior curia de ipſa cau-
ſa cognoſcere, ita Bald. in l. ij. §. j. ff. ſi quis cau. quæ
præuentio ex ſola citatione inducitur. c. propoſui-
ſti. & ibi Abb. de fo. compet. quando fit ad inſtan-
tiam partis, vt ibi habetur, & eſt text. in cle. fi. vt lit.
penden. & videtur bonus tex. in c. cùm inferior. ex
trà de maio. & obed. ibi dũ ſuperior oppoſuit ma-
num nõ poteſt inferior ſe intromittere, imò ſi eo-
dem die fuiſſet emanata citatio ab vtroque tribu-
nali, certè dicetur præuẽtum coram maiori, & ma-
ius tribunal de ipſa cauſa cognoſcet, ita determi-
nat tex. no. & menti tenẽdus in c. ſi à ſede. de præb.
in vj. & decidit in ſpecie Felyn. in c. irrefragabili. j.
col. extrà de offic. ordi. Septimò quando cauſa eſt
aduocata per Principem, cenſetur tollere omnem
iuriſdictionẽ inferiori ordinario, qui poterat aliàs
de illa cauſa cognoſcere. caſus eſt in c. vt noſtrum.
& ibi Abb. & Philip. de appel. & cenſetur aduocare
24 eo ipſo * quòd alteri delegat, prout fuit in caſu
præſenti, ita not. tenet Bal. in c. ad hoc. col. iiij. de
pa. iur. fir. Iaſo. in l. more. col. fina. ff. de iuriſdic. om-
nium iudic. Fely. in c. quoniam Abb. in fin. de offic.
dele. Imo. in l. ſi expreſsim. ff. de appel. Rom. in cõſ.
25 cccxxxv. in tantum * quòd mortuo delegato Prin-
cipis cauſa non reuertitur ad ordinarium, ſed ad

ipſum principē, Bald.in l.ſive proponis.la j.col.iij.
C.quomodo & quando iud.Ludo.in conſi.cccxxx.
Octauò, quia in citatione magnæ curiæ nō fuit fa-
cta mentio de lite pendēte in S.conſilio: & ſic ſub-
reptitia habetur, per Fely.in c.ſuper literis.col.ix.
de reſcrip.& in c.cæterum.eo.tit.col.ij.& idē Fely.
in c.ad audientiam.el ij.xvij.col.eo.tit.vj.fal. dicit,
quòd ſi cauſa eſt deuoluta ad Cur.principis, & im-
petretur, vt cōmittatur alibi, talis impetratio ſub-
26 reptitia eſt nulla: *quia eo caſu non ſolet Princeps
cauſam ad ſe deuolutam extrahere à ſe, niſi ex cer-
ta ſcientia: idem Lud.in conſi. cccxxx. Nonò, quia
exceptio litis pendentiæ coram vno iudice impe-
dit litem agitari corā alio. plenè Soci.cōſil.xxxiij.
27 in j.vol.* quod maximè procedit, quando ſenten-
tia coram vno, pareret exceptionem rei iudicatæ
coram alio, Bal.in c.j.in fi.de cōtro.feud. apud par.
termi. ſicque ſtante dicta exceptione nō potuit ma-
gna Curia procedere, & eſt etiam deciſio.cccliiij.S.
conſilij. Decimò, quia quādo actor habet duas vias
agendi, vnam ordinariā & aliam extraordinariam,
28 & executiuam, *intentando ordinariam cenſetur
renunciare extraordinariæ: ita colligitur ex dictis
Lud.conſi.cxxxiij.& eſt glo.in l.proinde.§. notan-
dum.in glo.fi.in fin.ff.ad leg.aquil. & tanto magis,
quia intentauit ordinariam cauſam corā principe.
Vndecimò, quia fuit inhibitum per S. conſilium
ipſi magnæ Curiæ, quo caſu dum inferior curia fa-
cit aliquid contra inhibitionem ſuperioris, eſt ipſo
iure nullum. ita Aret. in conſi.lxxv. in prin. & facit
bene tex.in c.cùm inferior.de maio.& obed. Duo-
decimò, quia exceptio præuentionis eſt declinato
29 ria, per quam declinatur iuriſdictio citantis, *tan-
quam incompetentis, ita Bald.in auth.ſed nouo iu-
re.col.iij.C.de ſer.fugit. vnde ſtante dicta præuen-
tione Principis, & exceptione declinatoria oppo-
ſita, dicta magna Cur. eſt incompetens. Nec obſt.
primo loco obiectum, quòd licet inſtrumenta gua-
rantigiæ habeant vim diffinitiuæ: tamen non per
omnia æquiparantur ſentētiæ, & eius executioni, ꝙ
patet, quia cōtra executionem ſentētiæ non poteſt
opponi exceptio peremptoria, ſed cōtra executio-
nem inſtrumēti. ſic no. Bal. in l.peremptorias.col.
iij.C.ſen.reſcin.non poſ.& ratio eſt, quia in inſtru-
mēto nulla præceſsit lis, vnde nō poterit exceptio
opponi. iſtud etiā magis in terminis tenet Alexā.in
l.iiij.§.condemnatum.iiij.col.de re iudi. vbi loqui-
tur propriè de exceptione litis pendentiæ quæ po-
teſt opponi contra executionem inſtrumēti, & al-
leg. Fede.de ſe.cōſi.cxxvj.in q.dom Ioannis pauli.
Nec ob. ſecundū obiectum, quia verū eſt, ꝙ contra
contumacē poteſt quis pluribus remediis executi-
uis vti, ita loquitur Bar.in l.conſentaneū prędicta,
quia illud fit ad conuincendū contumacem: tamen
hoc non reperitur in eo qui ſe legitimè defendit.
Præterea dictum contrarium nō facit ad propoſi-
tum in caſu præſenti, quia licet ſecundū remedium
ſit executiuum, tamen primum intentatum coram
principe fuit ordinarium, vt patet ex tenore libelli
ibi, licet poteſt bona ipſa capere, tamē volens vrba
nius agere &c. per quod videtur renūciaſſe vię ex-
traordinariæ, maximè pendēte lite, per ſuperius di
cta. Præterea dato ꝙ allegata in cōtrariū procede-
rent, loquūtur tamen in eodē iudice, & nō coram
diuerſis, ita ſentit Iaſo.in l.nulli.C.de iudi. Nec ob-
ſtare habet tertiū obiectū, quia in inſtrumēto non
ſunt dictæ clauſulæ; quia fuit extractū à protocol-
lo notarij mortui, prout iacet, in quo ſi non repe-
riūtur ſcriptæ nō habētur pro appoſitis, no. Alex.
in l.generaliter.in add.ad Bal.C.de fideiuſ. Et tamē
dato ꝙ in eo eſſent, quia inſtrumētū eſt nullū, vt ſu-
prà, ita etiā omnes clauſulæ in eo cōtētę, & per me-
tum & impreſsionē appoſitæ. Itē cùm contraxerit
ſubditus cū ſuperiore, & ſic cū perſona à lege pro-
habita, ergo omnes clauſulæ ſunt nullæ, ita Lud.cōſ.
xlij.col.j. Præterea licet dicatur ꝙ per vnā alia non
tollatur, intelligi debet quòd nō tollatur penitus,
quia vna finita poteſt intentari alia, tamen interim
ſuſpēdi debet, prout iura volunt. quia aliud eſt tol-
lere in totū, & aliud ſuſpendere. Nec militat quar-
to loco obſtaculum, quia licet actio hypothecaria
30 poteſt cumulari cū perſonali, * tamen illud de ne-
ceſsitate intelligitur corā eodem iudice, & nō di-
uerſis, ne cauſæ continentia diuidatur. caſus eſt in
l.nulli prorſus.C.de iudi. vbi denegatur audientia
adeunti diuerſos iudices, per quæ verba etiā ſi non
excipiatur, proceſſus qui fieret per ſecundū iudicē
eſt ipſo iure nullus, vt plenè tenet Alex.in l.j.§.j.ff.
ad Trebel.& in l.nā & poſtea.ff.de iureiu.& hāc di-
xit eſſe cōmunem opi. quā etiā tenet Io.And.in ad-
dit.Spec.in tit.de ſen.§.iuxta.in ver.item eſt nulla.
& habetur in d.deci.cccliiij. Affli. & tenet expreſsè
Bal.in l.ſcire oportet.§.cōſequens.ff.de excuſ.tut.
vbi ſi ſtatutū dicit, quòd bānitus non debeat audi-
ri, ſi demū ferit auditus per iudicem, proceſſus &
ſentētia eſt ipſo iure nulla. Nec ob. renūciatū fuiſſe
omni legū auxilio, quia ſolū extēditur ad actiones
competētes tempore renūciationis, nō autem com
31 petituris de futuro, prout hîc. nec tollit* defenſio-
nes cōpetentes in cauſa criminali, ita Alex.in l.ſed
& ſi quis.§.quæſitum.col.j.ff.ſi quis cau. Nec ſuffra-
gatur quintū obſtaculū, quia verū eſt ꝙ ciuilis non
præiudicat criminali, cùm id procedat, quia ciui-
lis cauſa eſt finita, ſecus ea pendēte, quia dū pendet
32 ciuilis, *nō poteſt criminalis intētari, caſus eſt in l.
interdum.ff.de pub.iudi. & ibi Bar. ita hoc intelli-
git Bar. in d.l.j.in fi.in ver.iij. no.C. quādo ci. act.
cri.præiu.& obſt.etiā quia corā diuerſis iudicibus.
Nec opitulabitur ſextū, quia licet in cauſis crimi-
nalibus nō admittatur procurator, illud intelligi-
tur quādo cōparet ad allegandū aliquid, per quod
33 cauſa ipſa diſcutitur, & crimen examinatur, *ſecus
quando cōparet ad opponendū declinatoriā fori,
vel opponēdū ineptitudinē libelli, & ad annullan-
dum iudiciū, quia tūc admitti debet etiā in cauſa
capitali, quia per hoc crimen nō examinatur, ita in
terminis tenet Bar.in l.pen.§.ad crimē.col.pen.ff.
de publ.iud.Bal.in l.j.ij.col.C.quomodo & quādo
iudi. ſed in propoſito dicta exceptio præuentionis
& litis pendentię eſt declinatoria, ſecundum Bal.in
auth. ſed nouo iure.col.iij.C.de ſer.fugit. ergo po-
tuit opponi per procuratorem. Præterea procura-
tor in criminalibus admittitur in iudiciis ad oſten-
dendū ꝙ aduerſarius calūniatur ad opponēdum, ꝙ
nomen rei nō recipiatur inter reos, ſecundū Cy.in
l.reos.C.de accuſ.Bald.in l.ij.C.vt nemo priuat. &
plus dicit Bald.in d.l.j.col.ij.C. quomodo & qñ iu.
ꝙ iudex poteſt ex officio ſupplere, qñ videt accu-
ſatorem



ſatorem calumniari, nā calūnia habetur loco libel-
li inepti, ſed nulla eſt maior calūnia, quàm temerè
vexare corā diuerſis iudicibus dictos fideiuſſores,
cùm ſit fabricatus proceſſus, & liqueat de cauſa in
S.cōſilio, ergo nō tantū procurator potuit interue
nire, ſed etiam iudex ex officio debuit ſupplere ad
repellendū actores calūniantes. Ad ſeptimum re-
ſpondetur faciliter, quia illud procedit coram eodē
iudice, & ſuperueniēte noua cauſa ſuſpicionis: ita
loquitur Ang.in d.l.nemo carcerē, facit tex. in l.in
omnibus.ff.de iudi. Circa octauum dicitur ꝙ ritus
dictat, *quòd ad inſtantiā creditoris fiat executio:
34 ſed debet intelligi de creditore efficaci, cui nulla
obſtat exceptio: ita tenet Lud. conſi.cciiij.in fi. ſed
dicti creditores nō ſunt efficaces ſtante exceptio-
ne metus, vnde ad eorum inſtantiā non poteſt fieri
executio. Præterea quādo nullitas cōtractus appa-
ret ex inſpectione ipſius, poteſt opponi ad impe-
diēdum executionē, *etiā ſi ſtatutum tolleret om-
35 nem exceptionem, quia intelligitur de inſtrumēto
valido, ſecundum Lud.conſ.xlij.& ccxciiij.col.ij.&
Corn.conſ.xciij.in iiij.volu.& Bal. in l.in vendētis
vel ementis.iij.not.C.de contrah.emp.Bal.in l.ſan
cimus.C.de dona.Alex.conſ.cxix.colum.ij. ver.ad
idem.j.vol.& conſ.lxxvij.col.pen.in fi.in iij vol. vbi
36 plus ſubdit, *quòd poteſt tunc iudex ex officio re-
pellere agentē. Bal.in l.ſi non ſortē.§.j.ff.de condi.
inde. Imo.in l.fi.ff.à quibus appel.non licet. Iaſ.in l.
iuriſgentium.§.quod ferè.ff.de pac. itē poteſt tunc
opponi exceptio reſultās ex inhabilitate cōtrahen
tis, prout in caſu præſenti, ſecundum Io. Andr. in
addi.Spec.in tit.de ſent.§.cum autē Iaſ.in d.l.ij.§.
prætor ait.ver.vij.ff.qui ſatiſ.cog. Prętereà & hic re
ſultat cōtra inſtrumentū exceptio, quia non inter-
uenit vtriuſque partis conſenſus in extrahendo, vt
dixi. Prætereà iſta diſputatio nō cadit in magna cu
ria Vicariæ, in qua nō fuit oppoſitum de metu, ſed
ſolùm in S.Cōſilio, vbi proceditur ordinariè: & ſic
ceſſat dicta diſcuſsio, ſed in curia vicariæ repellitur
inſtrumentum per d.l.nulli. vt ſuprà dictum fuit. Ad
nonum reſpōdetur, quòd iuramētum non obligat
37 in caſu quo iuramētum reddit actum nullum, *quia
tunc ſimiliter iuramētum eſt nullum, prout in caſu
pręſenti. ita tenet Fely.in c.ſi verò.col.fi.de iureiu.
gloſ.& Abb.in c.ij.de eo qui dux in mat. Prætereà
quādo actus eſt aliàs à iure prohibitus, vbi iuramē
38 tum metu extortum* eſt nullum, & nō obſtat ſecun
dum Abb.in c.cùm cōtingat.vlt.no.de iureiu. Præ-
tereà opinio ciuiliſtarum cōmunis eſt, quòd iura-
mentū metu extortum indiſtinctè non obliget: ita
tenent cōmuniter doct.iur.ciuil.in auth.ſacramēta
puber.& iſtud dicit ſequi S.Cōſilium Affli.in deci.
cclxiij. ergo vbi iuramętum nō obligat, nō eſt ne-
ceſſaria abſolutio: cùm priuatio præſupponit habi-
39 tum.l.decē.ff.de verb.obl.* Et quādo ſumus in ma
teria metus vel coactionis, paria ſunt aliqua fieri
per coactionē, & fieri per metum coactionis.l.ſi rē.
& ibi Bald.ff.de leg.iij.Bal.in l.nouiſsimè. ff.quod
fal.tut.auth. Ad decimum, licet in inſtrumēto dica
tur ſpōte, &c. tamen nō ex hoc creditur inſtrumen-
40 to, quòd actus fuerit ſpōte factus, *niſi ex quadam
iuris præſumptione, ita no. dicit Bal.in addi. Spec.
in tit.de appel.§.reſtat.in addi. quę inci.cōfeſſus in
tormentis.& ratio eſt, quia iſta ſpōtanea voluntas
conſiſtit in animo cōtrahentium, de quo notarius
non poteſt teſtificari, nec tenetur ſcire animū con
trahentium: ita Bal.in rub.C.de fide inſtr. col.v.&
contra iſtam præſumptionē reſultantem ex inſtru
mento, fuit plenè probatum cōtrarium de metu, &
impreſsione in proceſſu: quo caſu probato metu
eſt impoſsibile probare ſpontaneam voluntatē, vt
no. dicit Bal.in l.ſi quis in hoc genus. C.de epiſc.&
cler.& in l.fi.in fi.C.de hæred.inſtit. Hinc eſt, quòd
41 dicimus plus credi duobus deponētibus de* metu,
quàm mille de ſpōtanea voluntate, ſecundum Inn.
in c.ſuper hoc.de renun. Iaſ.in §.quadrupli, col.xj.
nu.71.inſtit.de act.Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.
xiij.q.in j.lect.ff de offi.proconſ. non enim dicitur
aliquid velle is, qui per metum velit, ſecundū Bal.
in tit.de pa.Conſt.ver.item volentibus. Ad vndeci
mum & vltimū reſpon. prout in octauo ſuprà con-
trario reſpōſum fuit. Et licet obiiciatur quòd pro-
ceſſus non tenet, tāquam agitatus cum tutrice præ
tenſa, non apparentibus ſolēnibus geſtis. Reſpon-
detur, ꝙ dum fuiſſet oppoſitum contra tutricem,
& replicatum ex aduerſo, cōmiſſarius ipſam admi
ſit, non obſtāte exceptione oppoſita: & ſic cenſetur
legitimaſſe eius perſonam, & proceſſus tenet, ita
conſuluit Pau de Caſtr.in ſuo conſil.xij. tota diſpu-
tatio, &c. in noua impreſsione. & ita conſulo ego

Thomas Grammaticus.

Et Robertus Marāta de Venuſio pro ſuo genitore.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nullitatis ſeu appellationis. licet poſſit ſenten-*
*tiam in melius reformare, intelligendum eſt quan*
*do ſententia eſſet fundata ſuper inepto libello.*
2 *Sententia nulla non poteſt confirmari, vel reformari,*
*vbi proceſſus eſt nullus, vt quia libellus eſt ineptus,*
*vel alio modo proceſſus nullus.*
3 *Iudex non videns probationes in proceſſu, facit vt ex*
*hoc ſolo poſſit irritare ſententiam.*
4 *Iudex dicens in ſententia, quòd curia de precio ſe be-*
*ne informauit, dato quòd ſufficit fieri relationem*
*ad id quod non fuit in actis productum. tamen id*
*procedit quando fieret relatio ad id quod de ſe eſt*
*liquidum.*

## CONSILIVM XCVI.

IN Chriſti nomine, amen. Viſo proceſ-
ſu, & actis, ac ſententia lata per Magni-
ficum Capi.ciuitatis Suexæ mihi tranſ-
miſsis, & allegationibus vtriuſque par
tis, licet ſecundum plene relata per Alex. de Imo.
in conſil.lxxix.in ij.volum. poſsit iudex nullitatis
ſeu appellationis ſententiam nullam in melius re-
1 formare: *attamen illud non habet locum, quan-
do ſententia lata eſſet fundata ſuper inepto libel-
lo, prout in caſu de quo agitur reſpectu adiudica-
tionis petitæ, quæ nullatenus cōpetit, ita pulchrè
dixit Bal.in l.j.xiiij.q.C.de reſcind. vendi. vbi ſub-
dit, quòd eo caſu iudex caſſabit ſententiam reſer-
uato iure agendi, ita etiam tenet Abb.in cap.cùm
dilecti.de emp.& vend.& ibi dicit etiam quòd vbi
proceſſus eſt nullus, vt quia libellus ſit ineptus, vel
alio modo proceſſus ſit nullus, eo caſu ſententia
2 non poteſt* confirmari vel reformari, idem ſentit
Bart.in l.j.C.quando prouoc. non eſt neceſ.& in l.
iudex poſtquam, de re iud. Petr.de Ancha. in clem.

j.de re iudi.Anto de But.& Abb.in c.dilecto.de ap-
pel.Quò verò ad alia contenta in ſententia, in qui-
bus deficit probatio. dixit Bal.in l.ab eo.C. quo. &
quando iud.referendo Inn.in c. cùm Bertoldus. de
re iud.dicere, quòd ſi iudex non vidit probationes
3 in proceſſu, hoc ſibi *ſufficiet ad ſententiã caſſan-
dam, ſeu irritandam:facit l.hæc autem. poſt princi-
pium.in verſi.liquere.ex quib.cau.in poſſeſ.ea.& l.
properãdum.§.& ſi quidem.C. de iudi. ibi negocij
actorem.& hæc eſt communis opinio, dicit Alexã.
in d. conſi. lxxix.ij.volu. & melius conſi. liij. in v.
vol. vbi plenè & clarius pluſquam in d. cõſi. lxxix.
4 *Et pariter cùm in ſententia ſit dictum circa pre-
cium prout dicta curia de precio ſe bene informa-
uit, dato quòd ſufficit fieri relationem ad id quod
non fuit in actis productum, prout per Bal. in l.iij.
C.de ſen.quæ ſine cer.quantita tamen id procedit,
quando fieret relatio ad aliquid quod de ſe eſt li-
quidum.ita Bald.in l.j.in fin.C.de ſenten.ex breui.
recitan.facit l.certum.ff.ſi cer.pet. & l. vbi autem.
§.qui vinum.ff.de verb.obli. Sed quot fructus per-
cepti fuerint, ſi non eſt liquidatum, non poterit
ipſamet curia ſentẽtiam reformare:ideo conſuluit
Alex. in d. conſi.liij.in v.vol.Quamobrem ſum vo-
ti prædictam ſententiam declarari nullam; & ita
conſulo vobis Magnifico domino Capitaneo, ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ſi retro donauit bona de quibus ſpolium intentauit, amittet tam poſſeſſionem, quàm proprietatem.*
2 *De dominio ſuo opponens, & probans per ſententiam auditur contra ſpoliatum agentem remedio recuperandæ, ita & probans de ſuo dominio per inſtrumentum publicũ quod æquiparatur ſententiæ.*
3 *Dominij exceptio contra ſpoliatum quando non requirit probationem facti, non poteſt reijci, & admittitur.*
4 *Probatio per inſtrumentum non requirit aliam probationem; quia dicitur probatio probata, & non probanda, imò dicitur veritas apparens, quod ex inſtrumento apparet.*
5 *Compulſus per metum ad tradendum rem quam dediſti licet coactè ſi demum egiſti remedio recuperandæ poterit opponi exceptio dominij: & non poterit eo caſu dici ſpoliatus, nec petere reſtitutionem quia tradidiſti.*
6 *Iuramentum metu interpoſitum non poteſt propria authoritate ſperni, ſed requiritur abſolutio.*
7 *Spoliatus quòd ante omnia reſtituatur, non habet locum, quando fuit metu compulſus ad tradendum.*

CONSILIVM XCVII.

MAximi opificis præſidio repetito, a-
men. In cauſa Illuſtr. Comitis Nolæ
cum Bernardino de Octaiano, in qua
Bernardinus petiit articulos concer-
nentes cauſam petitorij vnà cum depoſitioni-
bus teſtium reiici, tanquam impertinentes, at-
tento poſſeſſorio iudicio per ipſum intentato. Di-
cimus ꝙ Bernardinus ipſe renunciauit, ac retro do
nauit bona prædicta eidẽ domino Comiti, quo ca-
1 ſu amiſit*tam poſſeſsionẽ, quàm proprietatẽ,& ſic
notoriè obſtat ſibi defectus proprietatis, text. eſt
opti.in c.accepta.de reſt.ſpo.Secũdò dicimus pro
baſſe de prędicto dominio noſtro, ſeu proprietate
per inſtrumentum publicũ renunciationis prædi-
ctæ factæ per ipſum Bernardinum, quo caſu obſtat
exceptio dominij & proprietatis:& ideo ſtante ſta
tuto, quòd inſtrumentum publicum habeat execu-
tionem paratam, ſicut ſententia, prout hodie eſt in
hoc Regno per ritũ magnæ Cur. Vicariæ, nam ſicut
opponens & probans de ſuo dominio per ſenten-
tiam, auditur contra ſpoliatũ agentem remedio re
cuperandæ, ita & probans de ſuo dominio per in-
2 ſtrumentum publicum, quod * æquiparatur ſenten
tiæ, facit quod no.Bar.in ſimili in l.vinum.ff.ſi cer.
pet.& in l.in hac.ff.de condi.tritic. ita pulchrè vo-
luit excellens doct.do.Ant.Corſ.in ſuo tract.de po
te.& excel.reg.ſuper regula, quòd ſpoliatus ſit ante
omnia reſtituend.in xxxv.lim.Quod fortifico, nã
3 clarum eſt* quòd quãdo exceptio dominij obiecta
contra ſpoliatum non requirit probationem facti,
non poteſt reiici, ſed admittitur:ita Bal.in l.pen.C.
ſi à non comp.iud. Oldr.conſ.cclxxxj. in cauſa qua
quæritur,&c.Alex. ibidem in apoſt. ſed quia pro-
batio per inſtrumentũ non requirit aliã probatio-
nem facti, quia dicitur probatio probata, & non
probanda, dixit Bald.in l.ij.C.quand.fiſ.vel priua.
& in l.quoties.vlt.col.C.de iudi.& in l.ſi. de vſuca.
4 Et* nedũ dicitur probatio probata, ſed veritas ap-
parens, adeò quòd non indiget diſceptatione fori:
dixit no.Bald.in l.imperator.la j.ij col.ff.de ſta.ho-
mi.Alibi dicitur euidentiſsimè conſtare id, quod
per inſtrumentũ apparet, dixit Bal.in l.j. in prin.in
ver.venio.ff.de no.ope.nunc.Ant.de But.in c.licet
cauſam.de proba.ergo cùm talis exceptio dominij
noſtri non requirat probationem facti, admitti de-
bet. Vltimò clariſsimè eſt in iure expeditum, quòd
ſi cõpuli te per metum ad tradendũ rem, & tradi-
diſti, licet coactè, & per metũ, ſi demum agis con-
tra me remedio poſſeſſorio recuperãdæ, potero op
ponere exceptioné dominij, tex.eſt cum gl. magi-
5 ſtra in c.ſuper hoc.de renun.& ibi gl.ſubdit,* quòd
eo caſu non poteris dici ſpoliatus: nec poteris pe-
tere reſtitutionem, ex quo tradidiſti: & licet fuerit
per metum, dabitur tibi actio quod metus cauſa,&
non interdictum recuperandæ.idem tenẽt Imo. &
Mod.in vulg.§.nihil comune.Bal.in l.pen. de con-
dic.ob turp.cau.& in l.iij.quod met. cauſ. & in l.ij.
6 per Barto. C.eod.titu. *Nec poterit parti aduerſæ
ſuffragari allegatus metus, ſeu vis, cùm iuramen-
tum ex aduerſo interpoſitum non poterat, nec po-
teſt propria authoritate ſperni: ſed acquiritur ab-
ſolutio: voluit Archid.in c.ij.de pact. in vj. Innoc.
in c.venerabilem.de elect.Ioan.de Imol. in c. cùm
contingat.de iureiuran. Cano.in c.ad aures. extrà
quod metus cauſ. Et datò abſque veri præiudicio,
quòd pars aduerſa fuiſſet abſoluta à iuramento,
prout minimè fuit, attamẽ nullã probauit vim aut
metũ, prout à iure probari requiritur, quòd fuerit
vi expulſiua, ſeu ablatiua priuatus ſua poſſeſsione,
ad hoc vt reſtitui poſsit: ſecus ſi compulſiua, quia
tunc regula, ꝙ ſpoliatus ante omnia,&c.non habet
locum,



locum: vt ſi compulſus eſſet per metum ad traden-
7 dum &c. * Ita diſtinguunt iura allegata in præce-
denti verſi. qui incipit, vltimo clariſsimẽ &c. Et ita
ſingulariter colligit limitando prædictus do. Ant.
Corſ. in xxxij. loco ſuperius allegato: & ita iuris
eſſe conſulo ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Angariæ non poſſunt deberi Baroni ex cauſa, quia ex longæuo vſu præſtitæ fuerint cum allegatione tituli.*
2 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem, & priuilegium.*
3 *Conſuetudo præſcripta obtinet vim priuilegij.*
4 *Conſuetudo à præſcriptione differt. nu.5.*
6 *Conſuetudo ſe habet ad ius commune vniuerſale præſcriptio autem ad particulare priuatum.*
7 *Ius dicitur quæſitum per præſcriptionem, quãdo acquiritur ius contra quemlibet ſingulariter.*
8 *Ius collectandi, ſeu aliàs angariandi ſubditos non poſſet præſcriptione acquiri.*
9 *Tempus quando eſt fundamentũ intentionis debet articulari & probari.*
10 *Conſuetudo tãti temporis in cuius initij contrarium memoria hominum non exiſtit, eſt centum annorum ſecundum opinionem multorum.*
11 *Teſtes deponentes memoriam hominum non extare in contrarium, qualiter deponere debeant, ad hoc vt probent.*
12 *Domini non poſſunt exigere à vaſſallis niſi grauamina conſueta.*
13 *Vaſſalli non poſſunt compelli per dominos ad præſtandum ſibi collectas, vel angarias, vel quid aliud extraordinarium inconſulto principe, aliàs puniuntur. nu 14. Et ibidem de pœna.*
14 *Princeps imponens vectigalia ſine cauſa committit rapinam, quia eo caſu dicitur bona ſubditorum auferre.*
15 *Domini vaſſallorum debent eſſe contenti oneribus & muneribus impoſitis tẽpore conceſſionis feudi, nec ſubditos vltra grauare.*
16 *Angariæ ſeu ſeruitia indebita præſumuntur à ſubditis per metum extorta, & contra potẽtes præſumitur, præſertim pro ruſticis nu 17.*
18 *Collecta ſemper præſumitur exigi à vaſſallis per metum, in tantum quòd in ea præſtanda præſcriptio non procedit.*
19 *Curſus temporis non ſufficit in talibus angarijs probari, niſi etiam & titulus probetur.*
20 *Rex in regno Siciliæ eſt dominus perſonarũ in eo degentium.*
21 *Opera liberi hominis non tribuit ius in perſona.*
22 *Angariarum præſtationes poſſunt multipliciter deberi, vt ex conditione libertorum, colonariæ conditionis, aſcriptitiæ, vel curialis, vel precij participandi.*
24 *Confeſſio contra libertatem propriam, nec etiã ſcriptura non obſtat confitenti. num. 25. Quod dicit facere contra Regem Francorum.*
26 *Vaſſallus qui non iurauit fidelitatem, non dicitur homo ligius, adeo quòd nec præſtatio rei longo tempore facit ipſum eſſe vaſſallũ, niſi præcedat obligationis cauſa.*
27 *Vaſſallus non ex hoc quòd degat in aliquo loco, nec quòd ibi domicilium faciat, erit vaſſallus.*
28 *Poſſidere nemo præſumitur alieno nomine, nec vt vaſſallus, nec vt emphyteuta.*
29 *Verba appoſita in priuilegijs, videlicet, cum angarijs & perangarijs: non diſponunt, inducendo obligationem, niſi ſit in illo loco angaria, ſed videtur ſolùm concedere iuriſdictionem in ea, quæ nõ competunt niſi concedantur baronibus.*

CONSILIVM XCVIII.

REdemptoris gentium ſuffragio inuo-
cato, amen. Excellen. do. Ludouice
Montalte, regens regiam Cancellariã
digiſsime, in cauſa vniuerſitatis
Raclæ cũ Magnif. Bindo Tholomeo
eiuſdem terræ, vtili domino: quia ex debito adin-
uicem nos arbitri,& arbitratores per partes electi
polliciti ſumus veſtræ Excellentiſ. dominationi in
cauſis ipſis tã ego, quàm magnificus Colucius co-
pula cõcurrens, & nunc collega,& arbiter, abſque
animi paſsione & officio patrocinij penitus di-
miſſo: ſed iudiciali tegmine induti: ſecũdum veras
iuris concluſiones ſemper veritati inhærendo vo-
tare: ideo V.d.non me, ſed quid loquar conſideret:
iuxta illud Hieronymi in c.ego ſolus.ix.diſtin.Di-
cebam igitur pridie, prout denuo dico, prædictum
magnificum Bindum minimè articulaſſe prætenſas
ſeruitutes,& operas per vaſſallos ipſos ſibi deberi,
& præſtitas fuiſſe, niſi per annos triginta, quadra-
ginta, & quinquaginta,& plus, ex iuris diſpoſi-
tione ſancitum eſt, ꝙ ad probandũ angarias, requi
ritur titulus, aut probatio tanti temporis in cuius
contrariũ memoria hominũ non exiſtat: & in tan-
tum quòd nõ poſſunt dici angariæ debitæ baroni
ex probatione lõgæui vſus cùm tituli allegatione:
1 * quia hoc non ſufficit, vt inquit Archi. in c. ſerui-
tium xvij.q.ij.quem refert & ſequitur Luc. de pen.
in l.litibus.iij.colũ.C.de agri. & cenſi.lib.xj. vbi in
ſpecie dicit, ꝙ in talibus non ſufficit probari cur-
ſus longi tẽporis, niſi etiam & titulus probetur.per
cap.quia cognouimus.x.q.iij. cũ multis aliis ibi al-
legatis per eũ.Nec ſuffragaretur huiuſmodi anga-
rias fuiſſe exactas ab antiquis temporibus, ſeu ex
antiqua conſuetudine, maximè quia conſuetudo
2 ſeruitiũ inducit.ca.ſeruitium. xviij.q.ij.* Et cõſue-
tudo tribuit iuriſdictionem & priuilegiũ. ca. con-
3 queſtus.ix.q.iij.& cap.cùm dilectus.de cõſue. * Et
maximè ſi eſt conſuetudo præſcripta, quæ videtur
obtinere vim priuilegij:iuxta text. in l.hoc iure. §.
ductus aquæ.de aqua quoti.& æſti. & tex.in c.ſuper
quibuſdam.§.præterea.de verbo.ſigni.& conſuluit
Alex.in conſi. vj.j. vol. vnde prima facie videretur
talis præſcriptio prædicto magnifico Bindo opitu-
lari. Quibus non obſtantibus contrariam ſenten-
4 tiam arbitror de iure veriorem. *Nam differt con-
ſuetudo à præſcriptione: quia conſuetudo requirit
animũ,& cõſenſum populi, aut maioris partis eius
l.de quibus.ff.de legi. præſcriptio verò ſolũ animũ,
& conſenſum præſcribẽtis, non autem aduerſarij,
ideo ei contra quem præſcribitur, habet præiudi-
care, & non aliis.l.naturaliter.ff.de vſucap.Item ex
conſuetudine acquiritur ius in publico vndecun-
que cauſetur, etiam ſi illud ex priuato cauſetur. l.
venditor.

venditor.§.ſi cõſtat. ff. commu. præd. & ratio eſt,
5 *quia conſuetudo eſt lex nõ ſcripta.d.l.de quibus.
& ſic communis eſſe debet capitu.erit autem lex.
diſtinc.iiij.ex præſcriptione autem ius priuato ac-
quiritur. ergo lex dici non poteſt, quia communis
non eſt, ita formaliter Panormi. in capitu. fina. de
conſuetu.poſuit Bald.in rubri.ff. de rerum diuiſio.
colum.j. circa fin. & plenè Moder. in l. de quibus.
xv.colum.ff.de legi. vnde Felyn. in capitu. auditis.
colum. xj. verſicu. quarta & vltima declaratio. de
præſcript. dicit, quòd conſuetudo ſe habet ad ius
commune, & vniuerſale, præſcriptio verò ad parti
culare priuatum. vnde licet actus geſti à priuato
poſsint inducere cõſuetudinem, hoc habet locum
quando per illos actus acquiritur in publico. ſecus
6 ſi priuato,* quia tunc erit præſcriptio. ita voluit
Franc.de Aret.in conſil.xxiij.in præſenti conſulta-
tione.in fin.vnde per tales actus ſit ius inductũ, &
commodum priuato, & non in publico, vt patet,
nam ex hoc particulari commodo Baronis aliquid
publicæ vtilitatis non ineſt in terra Raclæ, ergo ſu-
mus in mera præſcriptione, & non in conſuetudi-
ne.Item quoties acquiritur ius contra quemlibet
7 ſingulariter * tunc per præſcriptionem dicitur quæ
ſitum, ſi verò non ſingulariter, ſed communiter
contra omnes, tũc dicitur ius acquiſitum per con-
ſuetudinem, ita Cyn.& Petr.in l.ij.C. quæ ſit longa
conſue. quos ſequitur Albe. in rub.eiuſdem tit. ſed
ſic eſt, quòd iſta iura exigendi ab illis de terra Ra-
clę,non eſt ius acquiſitum cõmuniter cõtra omnes,
ſed contra omnes ſingulariter, tũc erit ius per prę-
ſcriptionem quæſitum: tũc ius collectandi, ſeu ali-
ter angariandi ſubditos non poteſt præſcriptione
8 *per dominos acquiri: ita dicunt Cy. Pet. & Albe.
vbi ſuprà refert & ſequitur Iaco.de ſanc.Georg.in
ſuo trac.de homag.x.col.in fi.cùm ergo cenſeantur
talia iura per præſcriptioné acquiſita, ergo ſic per
præſcriptionem ipſi Baroni acquiri non potuerũt.
9 * Item vbi eſſet ſpecialis conſuetudo, per quam ius
gentiũ ſpecialiter auferretur, & daretur alteri: tunc
neceſſe eſt quòd talem conſuetudinem inducens
habeat bonam fidem: quia in tali cauſa conſuetudo
naturam præſcriptionis habere cenſetur, vt dicit
Inn.in c.ſuper renouata:de conſuet. quem refert&
ſequitur Bella.in ſuo conſi. x.col.xvj.circa med.ſed
talis conſuetudo ius gentium aufert, quia tollit li-
bertatem, ſed cùm inducens debeat habere bonam
fidẽ, & in eis præſumitur dolus & metus: ergo ma-
la fides, & ſic induci non potuit. Prætereà Alex.cõ-
ſuluit de do. Azone in ſuo conſi.xxxv.in ij. vol. qui
volebat exigere collectas à ſuis ſubditis: vt proba-
ret de conſuetudine tanti temporis in cuius initij
contrarium &c. quod tẽpus erat probandum &c.
quia tale tempus habet vim priuilegij.d.l.hoc iure.
& vbi eſt fundamentũ intentionis illud debet ar-
ticulari & probari.l.matrẽ.C.de proba.l.eũ actum.
& ibi no.ff.de nego.geſt.Bart.in l.non ſolũ.§.ſed vt
probari.ff.de no. oper. nunc. per quæ ita conſuluit
Alex.conſi.c.ſuper j.col.ij.volu. ſed intentio Bindi
videtur fundari in conſuetudine tanti temporis in
cuius initij contrariũ;ergo tempus erat probandũ.
10 *Nam multi tenent, quòd illud tẽpus excedere de
bet centũ annos, vt tenet Fely.in c.ad audientiam.
vlt.col.v. limi. de reſcri.ſed eſto quòd ſit centũ an-
norum, vt tenet Cyn.in l.ij.de ſer.& aqua.in x.q.&
Cæp.in tract.ſer.vrb.præd.xix.char.ij.col.attamen
in caſu de quo agitur, de neutro eſt probatũ. Con-
currente etiam diſpoſitione gl.in c.j. de præſcri. in
gl.fi. dum dicit, quòd teſtes deponentes memoriã
11 hominis non extare, debent dicere * quòd ſemper
ſic viderũt, & audierunt, & ꝙ ſic eſt cõmunis opi-
nio & fama quòd nõ extet memoria hominũ in cõ-
12 trarium, ergo &c.*Concurrit inſuper, quia domini
caſtrorũ nõ poſſunt exigere grauamina à vaſſallis,
niſi conſueta, vt conſuluit Alex.in conſi.xxxv.viſo
themate.j.col.in ij.volu.& in conſi.cxlvj. quoniam
abũdè.in princ.in ij.vol.& ideò dicit Bal.in l. mul-
13 ta.C.de bon.quę lib.in fi.* quòd vaſſalli nõ poſſunt
cõpelli per dominũ ad præſtandũ ſibi collectas,vel
angarias, & ſic Baro indicẽs collectã,vel quid aliud
extraordinarium inconſulto principe, punitur in
quadruplũ,ſi vero de impoſitione cõſulto principe
14 * plus exigat, punietur in duplum:ita voluit Io.de
pla.in l.placet.ij.no.de excu.mune.lib.x.quæ pœna
ciuilis parti applicatur, quia criminaliter venit ex
officio iudi.puniẽdus, vt ibi per eũ, quẽ vide:vnde
princeps imponẽs vectigalia ſine cauſa committit
15 rapinã, quia dicitur eo caſu bona ſubditorum* au-
ferre: vt dicit Andr.de Iſer.in c.j. in verſi. flumina.
quæ ſint reg.multo minus & Barones qui arctiores
habenas habẽt. Et ideo debẽt Barones eſſe cõtenti
oneribus & muneribus impoſitis tẽpore cõceſsio-
nis feudi, nec ſubditos vltra grauare.l.cũ ſatis.§. ca-
16 ueãt.C.de agri.& cen.li.xj.per quã ita dicit* Iac.in
tra.de homag.x.col.circa med.cùm ergo tempore
cõceſsionis talia onera & grauamina nõ appareãt
impoſita ex conceſsione Regia prædeceſſoribus
ipſius Bindi, ergo nec Bindus ipſe exigere poteſt.
17 * Et ideo quatenus prædicta onera & angarias exe
gerit, præſumũtur per metũ extorta per ipſum Bin
dum à talibus pauperibus ruſticis: vt dicit Bald.in
extrauag.in tit.de pa.cõſtan.in verbo,pactiones.re
ferẽdo Io.And.in c.j.de præſcrip.in vj.in nouel.di-
centem, quòd indebita ſeruitia præſumũtur à vaſ-
ſallis per dominos per metũ extorta:& contra po-
tentes præſumitur præſertim pro ruſticis: voluit
etiã Alex.de Imo.in l.iuſiurãdum.§.j.ff.quarum re.
act.non da.Iaſo.in §.quadrupli.xj.col.nu.69.inſti.
de actio.Iac.de ſan.geor.in trac.de homag.viij.col.
ſicut etiam in ſimili dicimus, quòd ſemper præſu-
mitur collecta exigi per metum, & timorem à vaſ-
18 ſallis, intantum* quòd in ea præſtanda præſcriptio
non procedit,ita pulchrè Luc.de penna in l.hac le-
ge.C.de aquædu.lib.xj.j.col.& ibi formaliter dicit,
quòd præſumitur ſemper ex timore potius quàm
ex debito: & in ea non currit præſcriptio. allegat
Inn. in c.ſi diligenti: extrà de præſcr.in glo. magna.
Et idem voluit idem Luc. de penna in d.l. litibus.
iij colum.in fin. C.de agric.& cenſi.libr.xj. ſubdens
quòd in talibus nõ ſufficit probari curſus tempo-
ris,niſi etiam & titulus probetur.per capitulũ,quia
19 cognouimus.x.quæſtio. iij. & ibi vide. Et præmiſ-
ſa procedunt maximè in regno præſenti Siciliæ, in
quo ſolus Rex eſt dominus perſonarum: vt in ca-
pitu.ad regale faſtigium. & in conſtitutio. Regni,
20 * quia frequenter. dicit Princeps ſe nolle perſo-
nas ſeruitiis perſonalibus abſque ſuæ Serenitatis
aſſenſu obligari, & intantum hoc eſt verum, quod
vaſſal



vaſſallus etiam cùm iuramento non poſſet ſe obli-
gare ad præſtationem operarum ſuo domino:quia
nullus poteſt ſe obligare ad ea, niſi libertus.l.ſi quis
pro eo.ff.de fideiuſſ.l. vt iuriſiurandi. de operis li-
21 bertorum. *Nam opera liberi hominis nõ tribuit
ius in perſonam.l.prima.ff.de operis ſeruor.quod
eſt notan.ita dicit Lucas de pẽna in l. cùm ſcimus.
tertia columna.C.de agricolis & cenſitis.libro xj.
Et ideo præſumuntur talia potius extorta per me-
tum à talibus pauperibus ruſticis: dictum fuit ſu-
prà, quod quidem ſatis liquet ex proceſſu de con
ſuetudine ipſius Bindi in condemnando, & carce-
rando pro quolibet modico vaſſallos, & aſperus,
ac terribilis eſſe ſolitus, prout infiniti teſtes depo-
nunt ſuper xxiiij.arti. Quibus omnibus ſuffragatur
liſta iurata porrecta in Regia camera tempore pe-
titæ inueſtituræ, in qua nulla fuit facta mentio de
prætenſis ſeruitutibus:& quæ nullatenus cõpetunt
Baroni, niſi ex priuilegio concedantur, dixit Bal.in
22 l.cum multa.C.de bonis quæ lib.circa fin.* Et licet
teſtes Bindi deponant, ꝙ vniuerſitas tenetur ad di-
ctas angarias,& quòd ipſas pręſtari viderũt, tamen
nullam aſsignant rationẽ eorũ dictis, ex qua cauſa
teneãtur ipſi vaſſalli, maximè cùm præſtationes an
gariarum & ſeruitiorũ poſsint multipliciter debe-
ri, nedum ex cõditione libertorum, ſed colonariæ,
conditionis, & aſcriptitiæ, vel curialis, vel precij
23 participandi cauſa obligationis ſequutæ,*& etiam
ex contractu locationis & conductionis, prout di
cit Azo in ſumma, in tit.C.de agr.& cenſ.vel colo.
in princ.lib.xj.vnde ſi reſpectu prædictorum teſtes
non deponerent per certã rationem,& cauſam di-
ctorum ſuorum etiã non interrogati, nihil conclu-
denter deponerent, & probatio huiuſmodi nõ re-
leuaret, per l.neque natales. C.de probat.& in c.in
24 præſentia.extrà eo.tit.vbi dicunt doct.*quòd pro
batio dubia ſemper interpretatur cõtra producen
tẽ. Et ſic dico, ꝙ meo iudicio debet probari cauſa
concludens neceſſarias angarias, ac ſeruitia perſo
nalia,& operas prædictas, & ſic ipſos ſubditos eſſe
in cõditione aſcriptitia, ſeu colonaria, & malæ for
tunæ: vt dicunt doct.& Bar.in l.litibus.C.de agr.&
cenſi.lib.xj.quæ cõditione homines trahantur in
aduerſam fortunã, voluerunt legiſlatores nec pro-
priam confeſsioné eis nocere, nec ſcripturã ſolam
ſufficere l.cùm ſcimus.C.de agr.& cenſi.& gl.in l.
25 nec ſi volens.C.de lib.cau.& ibi Bal.no. dicit, *ꝙ
confeſsio facta contra propriam libertatẽ non te-
net,& ſubdit id facere cõtra Regẽ Francorum, ꝙ
ſi faceret cõfiteri à ciuibus aliquam ciuitatem eſſe
ſuã, non tenebit talis cõfeſsio, & idẽ ſequitur Iaſ.
in l.ij.C.de iur.emphy. Et plus dico, quòd conditio
ſupradictarũ perſonarũ, quæ dicũtur teneri ad an-
garias, ſeu ſeruitutes aliquas tanquam vaſalli, non
probatur ſine terra eis data ad colendũ perpetuò
pro ſe & poſteris.l.cùm ſatis.eo.ti.& per omnes ſe
rè leges eiuſdem tituli. Et vltra alios ſcribentes per
Azo.ibi, in ſumma, cùm ipſi conſtituantur ex obli-
gatione tanquã pars rei ſeu fundi ad perpetuã agri
culturam, vt coloni, & ſuadet etiã fauor libertatis
vbique in iure. d.l. nec ſi volens. & l. liberos. C.de
libe.cau. Vltimò vltra quòd pro parte prædicti Bin
di non apparet probatus titulus, nec poſſeſsio tanti
temporis in cuius initij cõtrarium, &c. & minimè
apparet probatum quòd homines dictæ terræ ſint
eius vaſſalli ratione feudi recepti cum præſtatione
homagij, ſeu fidelitatis per iuramentum in forma,
cõſtituendo ſe hominẽ concedentis feudũ, & cum
obligatione ad huiuſmodi angarias, & ſeruitia, vt
legitur in multis legibus, in vſib. feud.& in Spec.in
tit.de feud.in §.quoniam ferè.per totum.vbi dixit
Spec.quòd ſi vaſſallus non iurauit fidelitatem, non
26 eſt homo ligius, adeò*quòd nec præſtatio alicuius
rei longo tempore facit ipſum eſſe vaſſallum, niſi
præcedat obligationis cauſa, vt pro laborerio ter-
ræ,quã tenet ab aliquo domino,& ſimilibus,ſecun
dum Bar.in l.cùm de in rem verſo.circa fi.ff.de vſu
ris.& ibi per alios doct.in l.ſolẽt.ff.de offi.procon.
Bar.in l.litibus.verſic.ex hac litera.C.de agrico.&
cenſit.lib.xj. Nec ex hoc quòd quis degat, & domi
27 cilium faciat * in loco alterius, erit ex hoc vaſſal-
lus illius, dicit Card.in clemen.paſtoralis.verſi.de-
niq;.de re iud.adeò quòd dominus ille non ex hoc
habet iuriſdictionem in perſonam illius, vt vaſalli,
nec præſumitur quòd bona quæ ibi poſsident illi
de Raclæ eadem teneant ab ipſo Bindo in feudum,
ſeu à prædeceſſoribus ipſius.c.ſi vaſſallus. ſi de feu.
fue.contro.c. ſi. de leg.cor.& eidem Bindo incum-
bit onus probandi, quòd fuerint eiſdem in feudum
conceſſa: ex quo hoc eſſet fundamentum ſuæ inten
tionis, cùm quilibet pręſumatur poſsidere pro ſuo,
& vt dominus.l.filiusfa.§.diui.verſ.idem princeps.
in fin.ff.de leg.j.& ibi Ange.no.illum tex.ad hoc:&
doct.in l.Titia.ff.de ſolu.Bald.in l.ij.ix.q. C. de ſer.
& aqua.gloſ.& doct.in l.ij. C. de acquiren. poſſeſſ.
28 Nemo enim * præſumitur alieno nomine poſside-
re.l.iij.§.ex contrario.ff.de acquirẽda poſſeſsio. &
quòd non poſsidet tanquam vaſſallus, vel emphy-
teuta.& ſimiles, vt in d.§.ex cõtrario.& l. ſi vt cer-
to.§.ſi duobus.ff.commod.requiritur etiam in feu
dis inueſtitura, vt in titu: ſi de inueſti. inter do.&
vaſ.in vſi.feu.& pariter homagium pro fidelitate.c.
grauem.de exceſ.præla.c.fina.de reg.iur.& vtrobi
que cum concor.de quibus omnibus requiſitis pro
fundamento intentionis ipſius Bindi in hoc caſu
tanquam contra prætenſos vaſſallos, ſi ipſi accepe-
rint, vel eorum prædeceſſores rem immobilem in
feudum, & ſi iurauerunt fidelitatem, & ſi conſti-
tuerint ſe ligios homines, & ſi promiſerint anga-
rias, vel ſeruitia perſonalia, nõ liquet aliter ex pro
ceſſu. Et ſic refragatur iuris diſpoſitio ſi teſtes ipſi
deponentes de angariis prædictis & ſeruitiis per-
ſonalibus, ſi ex prædictis cõcludunt de cauſa ſcien
tiæ; ex quo poteſt dari inſtantia, quòd talia non
ſint præſtita tanquam pro feudo, nec iure obliga-
tionis,& ideo teſtes debent in hoc deponere per
certam ſcientiam, & rationem dicti ſui de obliga-
tione, tanquam à vaſſallo per alterum ex ſenſibus
corporis, vt quòd fuit præſens inueſtituræ, & maxi
mè in caſu præſtationis angariarũ, & ſeruitiorum,
quæ poſſunt multipliciter deberi: vt ex conditione
libertorum, conditionis aſcriptitiæ, vel curialis:
& ſimilibus, vt ſuprà. Et licet do. Colutius colle-
ga dixerit, ꝙ vt plurimum in priuilegiis Baronum
conceduntur eiſdẽ caſtra cũ angariis & perãgariis,
Ego dico, ꝙ hucuſque nihil apparet de priuilegio,
nec de clauſulis præmiſsis: & dato ꝙ ineſſent clau-
ſulæ prædictæ in priuilegio, dico ꝙ debet conclu-
denter

denter probari quòd terra ipſa fuerit cõceſſa cum
angariis & perangariis, & quòd perſonæ vaſſallo-
rum ſint ibidem in loco tanquam vaſſalli. Ex præ-
dictis deberet etiã aliter conſtare de cauſa & obli-
gatione ad angarias prædictas, & ſeruitia prędicta,
quàm per aſſerta verba priuilegij, & hoc ob fauorẽ
libertatis, vt per ſcripturam neceſſariam cum aliis,
per quã conſtet de cõſtituta conditione aſcriptitia,
29 vel colonaria in principio factæ obligationis. *Et
talia verba, cum angariis, &c. nõ diſponunt in pri-
uilegio inducendo obligationem, nec cauſam ob-
ligationis, niſi ſit in illo loco, ſed videntur conce-
dere iuriſdictionem in angaria quæ non competit
Baronibus, cùm ſint regalia, niſi concedantur ex
priuilegio, vt dicit Bal. in d. l. cùm multa. in fi. C. de
bonis quæ lib. Ex quibus & vnoquoque ipſorũ, ſal-
uo ſemper & reſeruato integerrimo veſtræ Excel-
lentiæ iudicio, cui ſemper adhærendum putaui, ve-
luti ducens nauem temoni, concludo illos de Ra-
cle facultatem liberam recedendi ab eadem terra,
cauſa migrandi ad terras demaniales, & ita iuris
eſſe conſulo ego

Thomas Grammaticus.

## SVMMARIVM.

1 *Subreptio in vno capite reſcripti non vitiat reſcriptum, ſi eſſet aliud caput in eo non ſubreptitium.*
2 *Error non cadit in actu geminato, ſeu reiterato.*
3 *Deliberatio præſumitur vbi actus reiteratur.*
5 *Actum bis faciens, non videtur contra illum poſſe opponere.*
6 *Geminatio actuum validat actum præcedentem, licet inualidum.*
7 *Princeps aliquid cõcedens in graue præiudicium ſuæ dignitatis ſeu authoritatis, non tenet, nec obligatur illud obſeruare.*
8 *Cardinales ſi ante creationem Papæ aliquid ſtatuant & promittant quilibet ſi fuerit electus illud obſeruare, quod tamen ſi eſt in præiudicium eorum dignitatis, non tenetur ad obſeruantiam promiſſionis ſi eſt electus.*
9 *Perſona loquentis ſemper excepta præſumitur in omni ſermone & diſpoſitione.*
10 *Princeps licet aliquid aſſerit ſibi reſeruatum, non tamen videtur ſe priuaſſe, quin & ipſe quoque id facere non poſſet: cùm longè maior poteſtas penes ipſum remanſerit.*
11 *Geminatio reſcriptorum facit præſumere deliberationem principis. & num. 12.*
13 *Princeps motu proprio reſcribens, excludit omne vitium ſubreptionis & obligationis.*
14 *Geminatio reſcripti habet vim clauſulæ ex certa ſcientia.*
15 *Geminata conceſſio præſumitur emanata ex certa ſcientia concedentis, & eſt tantæ efficaciæ, quòd credendum eſt principi id quod aſſerit eſſe verum nec debet in dubium refricari. & num. 10.*
17 *Princeps reſcribens ex certa ſcientia, videtur id facere de plenitudine poteſtatis, adeò quòd de eius viribus, & validitate non poteſt in dubium refricari.*
18 *Princeps cum clauſula, ex certa ſcientia, validat alias inualida. ibid.*
19 *Princeps dum vtitur clauſula, ex certa ſcientia, apparet præiudicare velle illi cui erat ius quæſitum.*
20 *Princeps dum vtitur clauſula prædicta, apparet imponere velle ſilentium perpetuum venienti contra illud quod ipſe geſſit ex certa ſcientia.*
21 *Geminatio reſcriptorum habet vim clauſulæ motu proprio, in tantum quòd ſi clauſula ipſa non apponitur in reſcripto, tamen ratione geminationis habetur, ac ſi eſſet appoſita.*
22 *Reſcriptum ſeu priuilegium licet appareat conceſſum ad poſtulationem partis, tamen non excluditur, quin etiam motu proprio non poteſt dici conceſſio facta, licet appareat ad alterius preces facta.*
23 *Geminata reſcripta ob geminationem declarant multum mentem concedentis.*
24 *Princeps nunquam præſumitur concedere motu proprio ſed ad poſtulationem partis, attamen quando bene merita concurrunt in conceſſione, tunc præſumitur motu proprio Maximè vbi poteſt præſumi in Principe aliqua ſubſiſtentia cauſæ. 25.*
26 *Renunciatio benemeritorum facit, vt bona aliàs prohibita donari ſeu alienari etiam ſi eſſent bona eccleſiæ, poſſent alienari in remunerationem ſeruitiorum.*
27 *Geminatio reſcriptorum habet vim clauſulæ non obſtante.*
*Clauſula non obſtante, eſt tantæ virtutis, vt appoſita in reſcripto, diſpoſitio in eo contenta etiam ſi eſſet contra ius auferat ius tertij ibid.*
28 *Clauſula non obſtante facit vt per ipſam appareat de mente Principis, quòd intendit vti ſuprema poteſtate.*
29 *Princeps cum clauſula non obſtante, poteſt omnia facere, & de nihilo aliquid.*
30 *Geminatio reſcriptorum ſapit præciſam coarctationem, & omnimodam ſuperioris deliberationem. num 31.*
32 *Princeps non præſumitur ita de facili derogare literis geminatis, & triplicatis, dum de eis nulla ſit ſibi mentio in reſcripto.*

## CONSILIVM XCIX.

REdemptoris gentium auxilio repeti-
to, amen. Super puncto regiarum lite-
rarum productarum pro parte Illuſtri.
Duciſſarum terræ Nouæ, & Suexæ,
vltra alias præcedentes literas regias menſibus
elapſis productas, mandatur informari ſua Cæſa.
Maieſtas nouiſsimè de litibus, & cauſis motis ad-
uerſus eaſdem Illuſtriſ. dominas: & interim quo-
uſque aliter prouiſum fuerit per ſuam Cæſaream
Maieſtatem minimè procedi in eis, imò & plus ad-
mirata ſua Cæſarea Maieſtas, quare non fuerit ſuis
præcedentibus literis obtemperatũ, iubet ſuæ Ma-
ieſt. referri cauſam, quare proceſſum fuit in cauſis
ipſis, non obſtantibus dictis primis literis, & inte-
rim nec ex prædictis, nec ex aliquo alio reſpectu,
mandat minimè procedi in eiſdem, quouſque habi-
ta plena informatione aliter per ſuam Cæſa. Maieſ.
mandatum fuerit, & hoc non obſtante qualibet in-
formatione tranſmiſſa ſuæ Cæſ. Maieſt. Nec ſuffra-
gabitur



gabitur parti aduerſæ quatenus obiiceret aduerſus
literas primo loco productas, ipſas fundari ſuper
regia pragmatica in ſecundo capite, ſeu primo, quę
nõ videtur habere locũ in cauſis de quibus agitur.
Nam reſpondetur, quòd licet mentionem faciant
de regia pragmatica, tamen in eiſdem ſubdit Cæ-
ſar ipſe, competit ſuo ſeruitio regio ita fieri, & da-
to quòd ex capite præmentionatæ pragmaticæ re
ſcriptum poſſet dici ſubreptitiũ, vel obreptitium,
*tamen ſubreptitio in vno capite reſcipti non vi-
1 tiat reſcriptum, ſi eſſet aliud caput in eo non ſub-
reptitium, textus eſt in c. ſi eo tempore. de reſcrip.
in vj. quẽ ad hoc extollit Abb. in c. ſedes. de reſcrip.
& in c. cæterum. eo. tit. lo ij. & ideo dixit ſatis pul-
chrè Anto. de but. Imo. & Domi. de ſancto Gemi. in
c. conſtitutus. de reſcriptis. quòd dum papa reſcri-
pſiſſet, vt quidam admitterentur ad ſocietatem ter
tij ordinis in hoſpitali de pœnitentia Florentiæ, &
prouideretur ſibi de bonis hoſpitalis, tanquam vni
ex aliis, ſi tamen hoſpitale non habet bona, valebit
tamen reſcriptum, & recipietur in ſeipſum alimen
taturus, quod maximè dicẽdum eſt in caſu de quo
agitur, in quo per geminatas iuſsiones Cæſar no-
ſter reſcripſit, ita complere ſuo ſeruitio videlicet
ſuam Maieſt. informari, & interim minimè proce-
di: & ſic in actu iſto tanquam reiterato, & gemina-
2 to non cadit error: * ſed præſumitur ex certa ſcien
tia. facit glo. in c. ex literis. in verſic. admonita. de
3 diuor. * Nam vbi actus reiteratur, ibi præſumitur
deliberatio. c. ſi quis iratus. ij. q. j. & ideo dixit pul-
chrè Bald. in conſilio ſchiſmatis. xviij. col. verſi. re-
ſpondeo ſæpè in matrimonio. quòd vbi interuenit
4 ſecunda deliberatio, * ſeu iuſsio, ibi præſumitur
plena deliberatio. per text. cum glo. in authent. vt
nul. iud. §. & hæc verò iubemus. col. ix. per quem di
5 xit, * quòd qui facit actum bis non videtur con-
tra illum poſſe opponi, & ſic dato quòd literæ pri-
mæ eſſent fundatæ ſuper duobus capitibus, quorũ
vnum nõ ſubſiſteret, tamen ex alio conualidaren-
tur. Nunc conceſſo abſque veri præiudicio, quòd
etiam ex vtroque non ſubſiſterent, dico tamen ꝙ
ex ſecundis & tertiis literis regiis vltimo loco pro-
ductis conualidantur, & ſubſiſtunt, cùm gemina-
6 tio actuum validet * actum præcedentem, licet in-
ualidum. l. talis ſcriptura. & ibi docto. & Angel. ff.
de leg. j. l. legata inutiliter. & ibi Bart. eo. tit. Bald. in
conſilio ſchiſmatis. xviij. colum. Nec opitulantur
parti aduerſæ prætenſa capitula Neapolitana mi-
nus legitimè apparentia in aſſerta copia exempla-
ta. & de quibus quando legitimè appareret, quòd
non creditur, dicitur quòd ipſa non emanauerunt
ab eadem Cæſ. Maieſt. tum etiam quia minimè ap-
paret ipſa Maieſt. obligata ad eorũ obſeruantiam,
cùm in eis non mentionetur, nec obligetur in ali-
quo, nec in genere, nec in ſpecie, vt ex eorũ lectu-
ra liquet, nec eſſent huiuſmodi capitula prætenſa,
quæ poſſent dici tranſiuiſſe in contractum, & ſic
quòd Rex noſter vt ſucceſſor prohibetur ita reſcri
bere, cùm non ex cauſa oneroſa, ſed gratioſè con-
ceſſa liquebit, ſi de eis legitimè conſtaret, tum quia
longè per prius præceſsit priuilegiũ in perſonam
quondam illuſtriſs. magni Capitanei de conceſsio-
ne dictorum caſtrorum, & terrarum in remunera-
tionem tot ingentium ſeruitiorum, vt liquet ex
actis, & tenore, ac calendario priuilegij, cui non
reperitur per prætenſa capitula nec in genere, nec
in ſpecie derogatum: tum quia etiam ſi hodie viue-
ret ille Catholic. Rex qui eadem capitula cõceſsiſ-
ſe dicitur, neſcio ſi in caſu in quo ſumus reſcriben
do pro ſuo regio ſeruitio, ſi ſecundum intellectum
partis aduerſæ teneretur prætenſa capitula ſeruare
dum adeo poteſtatem, & auctoritatem regiam re-
ſtringerent, vt etiam pro ſuo Regio ſeruitio mini-
mè reſcribere poſſet ſe velle informari, & interim
ſuperſederi: cùm ſi princeps aliquid conceſsit in
graue præiudicium ſuæ dignitatis, ſeu auctorita-
tis, illud non teneat, nec ſeruare teneatur, vt di-
cit Andræas de Iſern. in cap. imperialem. verſicu.
circa hoc videtur. de prohib. alié. feud. per Federic.
7 * Imò etiam ſi non eſſet enorme præiudicium, mi-
nimè teneretur obſeruare in præiudicium ſuæ au-
ctoritatis conceſſum: voluit Abbas in cap. ſicut. el.
ij. per textum ibi: extrà de iureiur. vbi ſubdit quòd
ſi Cardinales ante creationem Papæ aliquid ſta-
tuant, & promittat quilibet ſi fuerit electus illud
8 obſeruare, * quòd tamen ſi eſt in præiudicium di-
gnitatis ſuæ non tenetur electus illud ſeruare. idem
tenet Calder. in titu. de iureiur. conſilio iij. & facit
c. cùm veniſſent. in verſi. ipſe non timens. extrà de
inſtit. & idem refert & ſequitur Felynus in c. j. iiij.
colum. extrà de probat. vbi ſubdit formaliter, &
hoc bene nota. ad infringendum promiſsiones fa-
ctas per Principes in principio ſuæ creationis, quia
ſi ſunt præiudiciales, non tenentur obſeruare, &
ita dicit aliàs diffusè conſuluiſſe. Et quando abſq;
veri præiudicio Cæſar noſter ipſemet conceſsiſſet
capitula prædicta, videlicet, ꝙ ſuperſeſſoria ali-
qua ad inſtantiam cuiuſuis perſonæ obtenta non
teneat, etiam ſi pro intereſſe regij fiſci emanaſſet,
id intelligendum eſſet de intereſſe aliquo pecunia-
rio: cùm abſurdum eſſet dicere, quòd pro ſuo re-
gio ſeruitio, quod conſiderare non poſſumus, pro
9 hibetur Rex velle ſe informari de aliquo facto, * &
interim ſuperſederi, & maximè cùm in omni diſ-
poſitione & ſermone intelligatur excepta perſona
ipſius diſponentis, ſeu loquentis, vt plenè orete-
nus pridie allegatum fuit, concurrente etiam quòd
licet princeps capitula prædicta conceſsiſſe appa-
reret, non tamen abdicauit à ſe facultatem, & po-
teſtatem. quin pro ſuo regio ſeruitio non potuiſſet
10 reſcribere * aliter quando opus eſſet: per textum
ſingul. in cap. dudum. de præbendis. in ſexto. & con
ſuluit Petrus de Ancharano in conſilio xxviij. vbi
ſubdit, quòd licet princeps in alium transferat,
tamen longè maior poteſtas remanet penes ſe: con
cordat bene cap. ſuper hoc, de hæretic. in vj. & tex-
tus in l. j. de offi. præfe. vrb. vbi licet princeps com-
miſiſſet cauſam alicui, non ex hoc videtur cauſam
ipſam auocaſſe ab alio ordinario ſuperiore, & mul
to fortius à ſe: imò & ſi rectè conſiderentur capitu-
la ipſa, loquuntur in mera ſuperſeſſoria: quod non
eſt in caſu de quo agitur, in quo non fuit reſcri-
ptum ſimpliciter eſſe ſuperſedendum, ſed quòd
vult princeps ipſe ſe informari, vt prouideri poſ-
ſit: quia ita dicit complere ſuo Regio ſeruitio, &
ita declarat & atteſtatur in geminatis iuſsionibus
ſuæ Maieſtatis, ex quarum ingeminatione apparet
11 enixa, ac deliberata voluntas, * ſeu mens ipſius

principis reſcribentis, vt in ſpecie conſuluit Ale-
xander conſilio cj.x.colum.in j.volum.per textum
valde ſigula.in l.Baliſta.ff.ad trebel.& per not. per
gloſſ.in clem.j.in ver. quibuſcunque. de iudi. & ita
etiam conſuluit Philip. Decius in ſuo conſilio cxcj.
12 * Et bene facit, quòd geminatio reſcriptorum ha
bet vim clauſulæ motu proprio: vt dixit Bald. in l.
nec damnoſa.C.de precib.impe.offer.quam extol
lit Ludo. in l.ſi verò.§.de viro.xxxj. fallen.ſoluto
matrimonio. & Præpoſit.in c.per tuas. iiij. col. ex-
trà de dona.Alexander in l.iij.ff. quod quiſque iur.
13 * Ex qua clauſula ſcilicet motu proprio, excludi-
tur omne vitium ſubreptionis & obreptionis.cap.
ſi motu proprio.cum ibi not. in glo. de præbendis
in vj.& pulchrè Baldus in l. fina. C. de crimin. ſacr.
& not. doct. in c. vlti. de confir. vti. vel inuti. & in
cap.examinato.eod.tit.Bartolus in l.conficiuntur.
de iure codic.Baldus in l.mater.iij.colum.C. de rei
ven.& conſuluit Alexand. conſilio xlj. vlti. colum.
14 v.volum.* Et alibi geminatio reſcripti habet vim
clauſulæ ex certa ſcientia, textus eſt cum gl. in cap.
ſi quando.de reſcript.glo.in cap. j. in verſic.noſca-
tur.de conſtit.in ſexto. & ideo dixit pulchrè Ioan.
15 Andr. quem communiter ſequuntur doct. * quòd
geminata conceſsio præſumitur emanata ex certa
ſcientia concedentis: & eſt tantæ importantiæ,
16 * quòd credendum eſt principi illud quod aſſerit
verum eſſe, nec debet in dubium refricari: ita Bar-
tolus in l.conficiuntur. de iu. codic. Innoc. in c.in-
notuit.extrà de elect.Bald.in l.fin.C.ſenten, reſcin.
non poſ. intantum quòd dum reſcribitur cum di-
cta clauſula in literis, videtur clarè illud gerere de
17 plenitudine poteſtatis: * adeo quòd de eius viri-
bus, & validitate non poteſt in dubium refricari:
ita conſuluit etiam Old. in conſilio clvij. factũ tale
eſt, dominus Nicolaus papa quartus.in viij.colum.
Bald.in l.eos.C. de appel. Imo. in l. quidam conſu-
lebant.ff.de re iud.Alexand. conſil.ccviij. vj.col. in
18 ij.vol.* Et tãtæ virtutis eſt clauſula prædicta, quòd
validat aliàs inualida: ſecundum Inno. & Scrib. in
cap. j. extrà de tranſact. Imò & plus quando prin-
19 ceps vtitur dicta clauſula, * apparet ipſum voluiſ-
ſe præiudicare illi, cui erat ius quæſitum. ita con-
ſuluit Paul.de Caſtro in conſilio cv.incip. donatio
prædicta.allegando glo.in c.ad hoc.de reſcri. idem
conſuluit Ioannes de Ana.in conſilio lxxxj.viſo in-
ſtrumento. vbi ſubdit, quòd cum dicta clauſula
poteſt princeps res alterius concedere, & pariter
derogare iuri alterius, & ideo cum æquipolleat
clauſulæ ex certa ſcientia, dixit ſingul. Bald. in tit.
20 de pa.conſtã.§.ſi quis autem,* quòd repelli debet:
& imponendum eſt perpetuum ſilentium venienti
contra illud quod geſsit princeps ex certa ſciẽtia:
& idem conſuluit Decius in alleg. ſuo conſil. cxcj.
21 Nec omitto* quòd intantũ geminatio reſcripto-
rum habet vim clauſulæ motu proprio, quòd ſi non
apponitur in reſcriptis prædictis dicta clauſula, ra
tione geminationis habetur, ac ſi eſſet oppoſita, vt
habetur in authentica vt nulli iudic. §. & hobie. in
verſiculo, iubemus. iuncta. l.j.C.de petitio. bonor.
ſubla.lib. decimo. & fuit hoc nouum dictum Bald.
in l.nec damnoſa. C.de precib.impe.offer. ſuprà al
leg. quem ſequitur Lud.in præd.l.ſi verò.§.de viro,
xxxj.fallen.ff.ſol.mat. qui ſubdit eſſe diligenter me-
moriæ commendandum, nec alibi meminit ſe le-
giſſe. Nec excluderetur dicta reſcripta fuiſſe con-
22 ceſſa motu proprio, licet ad alterius* preces appa-
reant conceſſa: ſecundum Baldum ſing.in cap. niſi,
extrà de offic. deleg. & conſuluit pulchrè Deci. in
conſilio lj.iij.colum.incip. pro tenui facultate, &c.
23 * Et ſic iſta duo prædicta reſcripta declarant mul-
tum mentem ipſius principis, ita egregiè conſuluit
Barthol.Soc.in conſil.iij. in iiij. & v.colum. in cau-
ſa dicti Guidi &c. Et quamuis princeps nunquam
præſumatur concedere motu proprio, ſed ad po-
24 ſtulationem, attamen quando * benemerita con-
currerent in conceſsione, prout hîc exprimitur,
tunc præſumitur motu proprio, dixit Gulielm.
de cun.in l.iij.§.ſi procurator.ff. quod quiſque iur.
& ibidem Alexander, quod reputat menti tenen-
dum.Alberi.de roſa.in l.j.in prin.v.colum.ff. quod
25 quiſque iuris. * Et ſi potiſsimè procedunt præ-
miſſa, niſi in principe poſsit præſumi aliqua ſubſi-
ſtentia cauſæ, vt pulchrè dixit Antonius de butr. &
Imo.in cap.nam concupiſcentiam. extrà de elec.&
cùm nemo ſit qui ignoret ſubſiſtentiam cauſæ pro-
pter tot & tanta ſeruitia præſtita per quondam Il-
luſtriſsimum magnum Capitaneum, in remunera-
tionem quorum fuerunt bona de quibus lis vti-
26 tur, conceſſa vt priuilegia in actis cantant. * Quæ
remuneratio facit, vt bona aliàs prohibita donari,
ſeu alienari, imò etiam ſi eſſent bona eccleſiæ poſ-
ſunt alienari in remuneratiõe ſeruitiorum: prout
plenè commemorat Iaſ.qui infinitas quotas cumu-
lat in l.ex hoc iure gentium, xvj.col.ff. de iuſt. & iu.
27 * Vltimò adduco quòd geminatio reſcriptorum
habet vim clauſulæ non obſtante, vt dixit Anton.
de butr.in c.j. iiij. col. de reſcript. in verſic. ſaluari
poteſt.& in cap.quæ in eccleſiarum. de conſti. pen.
colum. verſi. quandoque eſt dubium. quæ clauſula
non obſtante, eſt tantæ virtutis, quòd oppoſita in
reſcripto, facit vt diſpoſitio in eo contenta etiam
ſi eſſet contra ius, auferret ius tertij: ita Bartolus &
doctores in l.fin. C. ſi contra ius vel vtil. pub. Ioan.
Andr.in nouel.& communiter doc.in c. j. de exceſ.
28 præla.in vj.* quia per dictam clauſulam apparet de
mente principis clarè, quòd intendit vti ſuprema
poteſtate, vt dicit Baldus in l. ſi teſtamentum. C.
de teſtam.per not, per glo. in clem. quia contingit.
de relig. domi. Ant. de but.in cap. quæ in eccleſia-
rum.de conſti. & ideo per dictam cauſulam appa-
ret de mente principis, nec eſt locus præſumptio-
nibus, & quòd noluit vti iure communi, ſed ſu-
prema poteſtate ad validandum contenta in ſuis li
teris, per ea quæ not. Paulus de Caſtro in conſilio
cclxxx. Alex.in l.quanquam. C.de teſtam. mil. po-
29 teſt enim cum clauſula prædicta omnia facere, * &
de nihilo aliquid: ita glo. in cap. propoſuit.in ver.
inueſtiuit. extrà de conceſ. præb. ideo in prædicto
caſu nihil poterit contra prædictas literas opponi:
tum quia ex cauſa geminationis habent vim clau-
ſulæ prædictæ, tum etiam quia expreſsè in eiſdem
apponitur clauſula ipſa non obſtante, vt colligi-
tur ex verbis Bart. in extrauag. ad reprimendum. in
ver. non obſtantibus. & in l. ſi quis in principio te-
ſtamenti, ff. de leg. iij. Bald. in l. reſcripta. C. de pre-
cib.impe. offe. Et ſic obſtante geminatione prædi-
cta reſcriptorum, quæ ſapit præciſam coarctatio-
nem,



30 nem, * & omnimodam ſuperioris deliberationem,
vt dixit Præpoſitus in cap. quoniam. xviij. diſtinct.
poſt Baldum in titu.de pa.conſtan. in verſi. irrite-
tis, & annulletis. quem ipſe Præpoſit. allegat non
poſſunt admitti aduerſarij ad contradicendum li-
teris prædictis, quia incurrerent in crimen ſacri-
legij.l.diſputari.C.de cri.ſacri.cùm enim ipſe prin
31 ceps ſic ſtatuerit, * & mandauerit, debet parti ad-
uerſæ ſilentium imponi, vt dicit Baldus in titu. de
pace conſtantiæ. in verſiculo, ſi qui autem. præ-
ſertim cùm ex tenore ipſarum regiarum literarum
liqueat non dari cauſæ cognitionem Illuſtriſsimo
domino Proregi, nec S.Regio conſilio, ſed in ſpe-
cie mandatur, vt informatio facta ſuæ Cæſa.Maie.
tranſmittatur, & interim ſuperſedeatur. Nec ob-
ſtabunt aliæ Regiæ literæ ex aduerſo productæ,
cùm noſtræ fuerint poſteriores, & ſic derogant ip-
ſis prioribus per tres menſes per prius expeditis,
item ipſemet princeps demõſtrat in literis noſtris
poſterioribus ſe minimè informatũ, nec ſuæ men-
tis eſſe, vt procedatur in dictis cauſis, niſi habita
prius informatione, & habito reſponſo, vt appa-
ret in eis dum vult informationem de cauſis & ra-
tionibus, quare fuerit proceſſum in cauſis ipſis ob-
ſtantibus literis regiis, & interim, quòd nec virtu-
te illarũ, nec ex aliquo alio reſpectu minimè poſsit
procedi in cauſis ipſis, ac etiam non obſtante qua-
libet informatione ſuæ maieſtatis tranſmiſſa ſuper
prædictis. Et ſic ecce qualiter in ſpecie derogatur,
quod nec virtute declarationis factæ, nec virtute in-
formationis trãſmiſſę, nec ex alio reſpectu permit
tit poſſe procedi, niſi prius habita plena informa-
tione, & reſponſo quòd proceditur, vel non pro-
cedatur. & ſic per noſtras poſteriores literas dero-
gatur prioribus. Nec ſuffragabuntur vltimæ literæ
nouiſsimè ex aduerſo obtentæ, in quibus ſimplici-
ter mandari videtur Illuſtriſsimo Proregi, vt in di-
ctis cauſis procedi faciat, vt in cauſa Franciſci Mi-
lani, ex quo & ipſe, & ciuitas Neapolitana con-
queſti fuerant, quòd ſuperſedere in cauſa ipſa re-
dundabat in præiudicium capitulorum Neap.con-
ceſſorum. Nam adhuc dico minimè huiuſmodi li-
teras executionẽ mereri, nec ipſarum virtute pro-
cedi poſſe in cauſa, cùm obreptitiè, & ſubreptitiè
obtentę fuerint, nulla facta mentione de tot gemi-
natis, & triplicatis literis prohibentibus in cauſa
procedi, niſi habita prius informatione, & rece-
pto reſponſo regio. Ex quo tot literis geminatis. &
triplicatis nulla de eiſdem facta mentione in reſcri
32 pto non præſumitur quòd princeps ipſe * ita de fa-
cili derogare voluiſſet. ita in terminis conſuluit
Decius in ſuo conſilio clxv. colum. fin. poſt Ludo.
Roma.in cõſi.cccxxvij. concurrente maximè, quia
capitula ipſa conceſſa vniuerſitati Neapo. non li-
gant adeo noſtrum Cæſarem, vt eiſdem contraue-
nire non poſsit, quia in generali ſermone non in-
cluditur perſona ipſius loquentis, nec videtur con
ſenſiſſe contra ſeipſum, vt dicit pulchrè Baldus in
l.j.j.colum.C.ſi quis omiſ.cau.teſt.per l.inquiſitio.
C.de ſolu. Item quia quis non poteſt ſeipſum liga-
re, vt in l.penul.ff.de arbit.l.prætor. ff. de tutor. &
cura.da.ab his. Et alibi ſtatuentes non videntur ſe-
ipſos ligare, ſecundum Baldum in l. ſi conſul. ff. de
adopt. Ex quibus omnibus concludo partes Illu-
ſtriſsimi domini Proregis, ac collateralis conſilij
eſſe in conſultando Cæſa.Maieſtatem, iuxta teno-
rem literarum per nos obtentarum, & interim ſu-
perſedere in cauſis quouſq; ſecundæ iuſsionis ſuæ
Cæſareæ Maieſtatis ſuperuenerint, ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps vbi ex certa ſcientia quid conceſſit, ſeu fecit, omnis error excluſus apparet.*

2 *Princeps vbi quid facit ex certa ſcientia, ſibi credendum eſt illud verum eſſe, nec debet in dubium refricari.*

3 *Princeps reſcribens ex certa ſcientia in ſuis literis videtur id gerere de plenitudine poteſtatis.*

4 *Princeps repetens pluries clauſulam ex certa ſcientia in ſuo priuilegio ſeu reſcripto, clarius demonſtrat ſuam deliberatam voluntatem.*

5 *Principis deliberata intentio demonſtratur ex geminatione priuilegiorum.*

6 *Princeps quod geſſit ex certa ſcientia, facit imponi ſilentium perpetuum venienti contra illud.*

7 *Princeps dum atteſtatur factum, ſtandum eſt ſuæ aſſertioni.*

8 *Princeps narrando factum in priuilegio præſumitur habere notitiam facti, & non eſſe malè informatus, nec per ſubreptionem inductus. ibid.*

9 *Clauſula ex certa ſcientia validat aliàs inualida.*

10 *Clauſula ex certa ſcientia vbi adeſt, præiudicat illi cui aliàs eſſet ius quæſitum.*

11 *Princeps cum clauſula prædicta apparet velle concedere, id eſt, poteſt concedere rem alterius, & derogare iuri alterius.*

12 *Princeps ſecundum vnam opinionem, licet non poteſt ſine cauſa auferre ius alterius, & mihi concedere, tamen vbi idem* Princeps *fuit ille qui conceſſit, bene poterit auferre.*

13 *Princeps dum infert alicui præiudicium, præſumitur in eo cauſa. ibid.*

14 *Cauſa iuſta eſt in principe dum reuocat id, quod ipſemet conceſſit.*

15 *Princeps dicitur ex certa ſcientia quid facere, quando dictam clauſulam apponit in conceſſione. ibid. nu.16. Et maximè quando præſumi poſſet aliqua ſubſiſtentia cauſæ in principe.*

17 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem diſponendo cum clauſula ex certa ſcientia, ſemper præſumitur in eo adeſſe iuſtitia cauſæ, adeò vt non admittatur probatio in contrarium.*

18 *Neceſſitas facit probabile, quod aliàs non erat.*

19 *Bona prohibita alienari, poſſunt alienari in cauſam neceſſitatis.*

20 *Bona reipublicæ poſſunt alienari in cauſam neceſſitatis.*

21 *Princeps ex cauſa reipublicæ, & ex cauſa ſtatus poteſt auferre rem priuati.*

22 *Clauſula motu proprio, tollit omne vitium ſubreptionis, & obreptionis.*

23 *Clauſula de plenitudine poteſtatis noſtræ dominicæ demonſtrat principem velle vti ſuprema poteſtate.*

24 *Clauſula de plenitudine poteſtatis ſuperat clauſu-*

lam motu proprio, & clauſulam ex certa ſcientia, & clauſulam non obſtante, & ſub ipſa cæteræ complectuntur.

25 Princeps cum clauſula de plenitudine poteſtatis apparet voluiſſe ſupra ius diſponere.

26 Princeps quando ſcribit de plenitudine poteſtatis, facit vt nihil poſſit contra ipſum opponi quod habeat annihilare conceſſionem.

27 Princeps cum clauſula de plenitudine poteſtatis, poteſt rem ſuam alteri auferre, & ſi qui aliter dicerent, mentirentur per gulam. & nu. 28.

29 In principe quælibet ratio mutua ſufficit, etiam ſi auferat dominium alteri.

30 Imperator poteſt de abſoluta poteſtate tollere dominium rei alterius, & dare alteri: ſic & quilibet princeps non recognoſcens ſuperiorem.

31 Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt dominium rei meæ auferre, & alteri concedere.

32 Principis plenitudo poteſtatis nulli neceſſitati arbitrij eſt ſubiecta, nulliſque publicis regulis iuris limitatata, cùm in eo ſit ſedes liberalitatis, & poteſt præferre minus æquum magis æquo.

33 Princeps dum vtitur plenitudine poteſtatis nihil aliud eſt, niſi derogare iuri communi, ſeu ordinario

34 Princeps dum reſcribit cum clauſula non obſtante, aufert ius partis.

35 Princeps cum dicta clauſula non obſtante, apparet voluiſſe vti plenitudine poteſtatis nu. 36.

Et quòd voluerit vti iure communi, ſed ſuprema poteſtate.

37 Princeps cum dicta clauſula poteſt omnia facere, & de nihilo aliquid.

38 Princeps in eo præſumitur pro ratione voluntas, & præſumitur omnia decenter facere, nec præſumitur concedere non concedenda.

39 Clauſula non obſtante facit, vt nihil contra priuilegium in quo continetur ipſa clauſula, obiici poteſt.

40 Clauſula non obſtante declarat intentionem, ac mentem ipſius principis.

41 Silentium perpetuum eſt imponendum ei qui venit ad contradicendum priuilegio principis, imò incurreret crimen ſacrilegij ibid. nu. 42. & 43.

44 Clauſula ſupplentes omnes defectus ſeu iuris, & facti ſolennitates facit vt princeps cum ipſa clauſula videatur voluiſſe vti ſuprema poteſtate, & quòd per ipſam clauſulam, & per clauſulam non obſtantibus quibuſcunque, apparet omnino facta ſingularis expreſſio, & mentio omnium facientium in contrarium.

45 Verba geminata & prægnantia debent latiorem effectum inducere, quia oſtendunt diſponentis latiſſimam & enixam voluntatem.

46 Princeps dum ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis reſcribit apparet voluiſſe auferre ius tertij quomodocunque quæſitum, etiam ſubſequuta clauſula non obſtante.

Specialis probibitio ſpecialem derogationem requirit.

47 Princeps nedum poteſt euacuare & auferre iuriſdictionem à ſuis iudicibus in certis caſibus, verùm etiam contra certas perſonas priuilegiatas, & eccleſiaſticas. & mandare in aliquibus caſibus, ne audiantur ab eius iudicibus. ibid.

48 Clauſula, cum deliberatione noſtri aſſiſtentis conſilij, longè ſatis oſtendit præſumptionem informationis præcedentis.

49 Geminatio priuilegij habet vim clauſulæ motus proprij, etiam quando non fuiſſet expreſſa dicta clauſula.

50 Conceſſio principis non excluditur quòd ſit facta motu proprio, licet ad alterius preces facta appareat.

51 Priuilegium duplicatum, ſeu conceſſio duplicata declarat multum mentem ipſius principis.

52 Princeps nunquam præſumitur concedere motu proprio, ſed ad poſtulationem, niſi bene merita concurrerent, quia tunc conceſſio præſumitur motu proprio.

53 Princeps in conceſſione ſeu priuilegio atteſtatur, quòd concurrunt benemerita conceſſionarij, creditur dictæ aſſertioni ipſius principis.

54 Princeps non recognoſcens ſuperiorem habet tantam poteſtatem, quòd poteſt ſola voluntate moueri in poſitiuis.

55 Princeps mandans conſtitutionem diu ſeruatam, & omnia geſta virtute dictæ conſtitutionis, haberi pro infectis, certè omnia deciſa erunt annullata.

56 Princeps poteſt facere factum haberi pro non facto, ex quo princeps eſt omnia, & ſuper omnia.

57 Princeps habet duplicem poteſtatem ordinariam, & abſolutam: in ordinaria cenſetur ſub lege, in abſoluta non, nec quò ad obſeruantiam, nec quò ad vinculum in iure poſitiuo ibid.

58 Princeps dum ſcit veritatem, non debet ire per ambages.

59 Princeps quicquid facit, vt Deus facit, ideo nec fallit, nec fallitur.

60 Priuilegium quæſitum à principe propter benemerita conceſſionarij, nedum non dependet ex ſola voluntate concedentis, ſeu auctoritate, ſed ex iure eidem conceſſionario quæſito ſeruitia: & ſic nullatenus reuocari poteſt.

61 Princeps non poteſt reuocare contractatum ex conuentione initum.

62 Deus etiam ex conuentione obligaretur.

63 Contrauenire in aliquo ſi quis non poteſt per directum, minimè poterit per indirectum.

64 Imperatores ſuccedentes in imperio minimè contra geſta per eorum prædeceſſores venire queunt.

65 Clauſula derogatoria omnibus, & quibuſcunque priuilegiis, & aliis quæ contenta in conceſſione impedirent, ſeu contradicerent quouis modo, etiam ſi eſſent talia de quibus oportet ſpecialem mentionem facere quæ voluit haberi in eis pro ſufficienter expreſſis, habetur, ac ſi alteri conceſſioni eſſet expreſſè derogatum.

66 Principis clara voluntas ſi apparet, non eſt aliud faciendum, nec querendum, licet mentio alteri ſpecialis facta non fuerit.

67 Hæres ſeu ſucceſſor regis tenetur obſeruare quod geſtum fuit per Regem eius prædeceſſorem. nu. 68.

69 Principum geſta decet eſſe manſura.

70 Iuramentum quo ad eius obſeruantiam tranſit ad heredem, maximè quando defunctus iurauit pro ſe & hæredibus ſuis.

Papa



71 Papa non poteſt obligationem Deo quæſitam ex iuramento tollere. & nu. 72.

73 Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.

74 Hæres poteſt compelli per epiſcopum ad obſeruantiam iuramenti præſtiti per defunctum pro exoneratione animæ defuncti.

75 Iuramentum licet non tranſeat ad ſucceſſorem reſpectu periurij, bene tranſit virtus, & vinculum iuramenti.

76 Iuramentum licet non liget animam ſucceſſoris, ligat tamen ſucceſſorem ad obligationes, & contractus.

77 Princeps nullus poteſt iuramenti virtutem tollere, imo nec Papa inter merè laicos poſſet eneruare contractum iuratum.

78 Laicus nullus poteſt diſponere ſuper iuramento, tanquam ſuper re ſpirituali.

79 Princeps nec iudex ſecularis non poteſt quouis modo derogare, ſeu delere reſcripta, ſeu decreta iurata.

80 Hæres adeundo hæreditatem, videtur ſe obligaſſe ad ea omnia ad quæ defunctus erat obligatus, & per eundem modum, videlicet, cum iuramento: quia videtur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditariis.

81 Clauſulæ non obſtantibus ſeu aliter derogatoriæ nunquam extenduntur ad contractus iuratos.

82 Clauſula in priuilegio, quòd verba narratiua & enunciatiua in eo contenta, vult habere efficaciam verborum diſpoſitiuorum, ſatis apparet de deliberata mente Principis, etiam quod in ſpecie non expreſſerit.

83 Verba narratiua probant ita eſſe, prout narratur, quia princeps fundat ſe ſuper narratione quam facit.

84 Verba enunciatiua licet regulariter non inducant diſpoſitionem, tamen quando proferuntur à principe, bene diſponunt.

85 Verba enunciatiua licet aliàs non diſponant, tamen quando ſunt iurata, inducunt diſpoſitionem.

86 Qualitates omnes ſunt exprimẽdæ Principi, quæ haberent ipſum mouere ad non concedendum, vel difficilius concedendum. numero 87.

Imò requiritur fieri notabilis expreſſio & non in genere ad hoc, vt impetratio ſaluetur à ſubreptione.

88 Nec ſufficit exprimi generaliter factum, niſi exprimatur modus facti.

89 Reſcriptum ſeu literæ principis propter inuolucrum verborum remanent obreptitiæ, quia per illud inuolucrum effugitur deliberata mens ipſius principis.

90 Subreptio ſeu obreptio modica vitiat gratiam.

91 Princeps ſi aliquid concedat recepto precio, dicitur contractus venditionis, & non priuilegium, etiam ſi vteretur verbo indulgemus: nam eo caſu non poſſet princeps conceſſionem ipſam reuocare, quia dolum committeret.

92 Priuilegium conceſſum quod non dependet à ſola voluntate concedentis, ſeu auctoritate, ſed ex iure alteri quæſito propter eius factum non poteſt reuocari. ibidem. nu. 93.

Imò etiam de plenitudine poteſtatis non poſſet contrauenire.

94 Princeps ſi contrahit cum ſubdito recepta pecunia reddit contractum irreuocabilem. nu. 95.

Et ſi aliter diceremus, nemo reperiretur qui vellet contrahere cum principe, & ſic hominum priuaretur commercio, quod eſſet valde graue.

96 Priuatus ſicut obligatur ex contractu, ita & princeps pariter contrauenire non poteſt.

97 Princeps ſi contraueniret contractui ſecum geſto, præſumitur circunuentus ex obliuione, vel ex facto impetrantis, & non valet.

98 Princeps quando etiam motu proprio reuocat illud quod obſeruare tenetur, præſumitur circunuentus, & ita circunuentus fingitur, quòd contrarium probari non poteſt: quaſi ſit præſumptio iuris.

99 Princeps cum clauſula, non obſtante, vel alia ſimili apparet voluiſſe vti plenitudine poteſtatis, & præſumitur eo caſu voluiſſe auferre ius alterius etiam quomodocunque, ac etiam ſi tractaretur de graui præiudicio.

100 Princeps poteſt priuilegia quæ in contractum non tranſiuiſſent, reuocare ſine cauſa, quæ verò in contractum, reuocabit cum cauſa.

## CONSILIVM C.

REdemptoris gentium ſuffragio repetito, Amen. In cauſa excellentis domini Ioannis de Tuſo, cum excellente Comite S. Angeli ſuper ciuitate Lauelli, re in iudicium deducta prætextu Cæſarei reſcripti nouiſsimè per ipſum Comitem præſentati, hæſitandum venit, an reſcriptum ipſum poſsit eidem Comiti ſuffragari, vt iudicium proſequi poſsit: Veritati inhærendo quæ ex facto clariſsimè colligitur, reſecatis ſuperfluis per veras cõcluſiones, quõ ad potero breuibus me expediam. Ex priuilegij, & ſic tituli ipſius domini Ioannis tenore, de ciuitate prædicta ſibi conceſſa, liquet apertiſsimè ciuitatem Lauelli ſibi venditam fuiſſe per Regiam curiam Catholici Regis Aragonum glorioſæ memoriæ tempore eminentiſsimæ neceſsitatis, & pro euidentiſsima cauſa ſtatus, & reipublicæ, & pro bono ſtatu totius Regni, ac pro ſubuentione exercitus maritimi, & terreſtis, & ex aliis cauſis in eodem priuilegio expreſsis, ex quibus, & aliis iuſtiſsimis cauſis motus prædictus Catholicus Rex declarauit venditionem factam eidem comiti per Regem Federicum de terra prædicta, ſeu eius patri, nullam, & inanem ac etiam celebratam in fraudem ſuæ regiæ Curiæ, derogando ex certa ſcientia, & motu proprio, ac de plenitudine ſuæ regiæ & dominicæ poteſtatis, iuribus cuiuſcunque perſonæ, & præſertim dicti Comitis patris, & filij, clauſulas præmiſſas ſæpius geminando, abdicando iuriſdictionem à quolibet tribunali: & cum clauſula decreti annullatiua reuocandi quaſcunque conceſsiones, & albarana fortè eidem Comiti facta, eidémque perpetuum ſilentium imponendo, ac iurando inſuper omnia & ſingula contenta dicto priuilegio eſſe vera, & illa obſeruare, ac obſeruari facere etiam per ſuos hæredes & ſucceſſores in hoc Regno, & vltimo loco quòd verba narratiua,



&

& enunciatiua, & diſpoſitiua in eodem priuilegio
contenta, vult habere efficaciam verborum diſ-
poſitiuorum:& cum clauſula, non obſtantibus,
pluries repetita in genere, & in ſpecie. Et licet ex
cauſis enarratis in priuilegio appareat ipſum Co-
mitem nullum ius fouere: & quòd alienationem
prædictam legitimè, & de iure factam non fuiſſe
dici poſsit: attamen ad tollendum omnem diſpu-
tationem,& controuerſiam,conſtat prædicta om-
nia in themate contenta ex certa ipſius principis
ſcientia proceſsiſſe,vt eius verba ſonant: ob quod
1 omnis error excluſus apparet: *& idem eſt ac ſi il-
lud ſe facere dixiſſet ex plenitudine poteſtatis.glo.
eſt notabilis quam exclamat dominus Abbas in ca
pitulo,ad hæc.extrà de reſcriptis.& in capitulo,ex
multiplici.extrà de decimis. gloſſa in clementina,
& ſi principalis.in verbo, literarum, de reſcriptis.
& tenet Abbas in capitulo, cùm olim. extrà de re
iudicata. & in capitulo, cùm inter. extrà de exce-
ptionibus. & ideo voluit Bartolus in l. conficiun-
2 tur.ff.de iure codicil. * quòd vbi princeps aliquid
facit, ſeu dicit ex certa ſcientia, ei credendum eſt
illud verum eſſe, nec debet in dubium refricari:
idem voluit Innocentius in capitulo. innotuit. ex-
trà de electio.& bene Baldus in l.finali. C. ſenten-
tiam reſcindi non poſſe. & ideo dixit pulchrè Bal.
in l.eos. C.de appellationibus. in principio. quòd
quando per principem apponitur dicta clauſula,
3 * ex certa ſcientia in ſuis literis, videtur clarè il-
lud gerere de plenitudine poteſtatis,intantũ quòd
de eius viribus & validitate non poteſt in dubium
refricari. idem per prius conſuluit Oldrad.in con-
ſilio clvij.incipienti: factum tale eſt, dominus Ni-
colaus Papa quartus.viij. colum. Ioannes de Imol.
in l.quidam conſulebant. ff. de re iudicata. & con-
ſuluit ſatis ad propoſitum Alexander de Imola in
conſilio ccxiij.nec arguendi ſumus.vj.colum.ij.vo
lumine. præſertim extante repetitione dictæ clau-
ſulæ,ex certa ſcientia, pluries in eodem priuile-
4 gio repetita,ac geminata:*ex quibus fortius & cla
rius demonſtratur latiſsima, ac deliberata volun-
tas ipſius principis: vt conſuluit idem Alexander
in conſilio cj.incipienti,viſis inſtrumentis.iiij. co-
lum.j.volum.per textum valde ſingularem in l.ba-
liſta.ff. ad Senatuſconſultũ Trebellianum. per not.
per gloſſam in clement.j.in verbo, quibuſcunque.
5 de iudiciis. * & quòd de dicta deliberata volunta-
te principis appareat ex reiteratione priuilegiorũ,
quæ tantò fortius exuberantis Regis voluntatem
oſtendunt, prout in ſimili de reſcripto geminato
dicitur per gloſſam in capitulo.j. de conſtitu in vj.
in verbo,noſcatur.& in cap.ſi quando. de reſcrip.
& quod no.Bal.in l.nec damnoſa. C.de precib.im-
pera.offerẽ.Ludouicus Romanus in l.ſi verò.§. de
viro.xxxj.fallen.ff.ſoluto matrimonio.ita in ſpecie
conſuluit Philippus Decius in ſuo conſilio cxcj.
6 * Et virtute dictæ clauſulæ ex certa ſcientia, dixit
ſingulariter Baldus in verſic.ſi quis autem. in titul.
de pace conſtantiæ, quòd repelli debet, & impo-
nendum eſt perpetuum ſilentium venienti contra
illud quod geſsit princeps ex certa ſcientia: & con
ſuluit idem Philipp. Decius in dicto conſilio cxcj.
Et præſertim cùm ipſemet princeps atteſtetur fa-
ctum, & habere eiuſdem facti ſcientiam: vt priui-
7 legium cantat: * quo caſu ſtandum eſt ſuæ aſſertio-
ni tanquam de facto proprio.clemen.j. de probat.
Hinc voluit Bald.in cap.naturales.ſi de feud. fuer.
controuer. quòd quando Princeps ſcribit ex certa
ſcientia,non eſt neceſſe apponere clauſulam, non
obſtante:& ſequitur Ioannes de Anan. in conſilio
lxxxj.& Angel.de Aret.in l. ſi conſtat. ff. de appell.
Hinc dixit Baldus in l.fina.vlti. colum. de fruct. &
lit.expenſ. quòd quando Princeps ſcripſit ex certa
ſcientia, non poteſt falli eius conſcientia in his in
quibus reſcribit:& ideo ex narratione facti decla-
rata, & poſita in priuilegio per ipſum principem,
non poteſt præſumi malè informatus:nec per ſub-
8 reptionem inductus ad ita intelligendum: * quia
vbi eſt clauſula ex certa ſcientia, ibi non eſt error.
ita Bartolus & omnes in l.ſed & ſi quis.§.finali.ff.ſi
quis caut.Bartolus in l.fina.§.penult.ff. de condic.
9 indeb. Et tantæ virtutis eſt dicta clauſula, * quòd
validat aliàs inualida: ſecundum Innocentium &
ſcribentes in cap.j. extrà de tranſaction.intantum
quòd æquipollet clauſulæ, non obſtante: ita glo.
in cap. j. in verſiculo noſcatur. de conſtitut. in vj.
& Panormitanus in cap.nonnulli. in principio. de
reſcriptis. & conſuluit Paulus de Caſtr. in conſilio
ccxxiij.& ideo cõſuluit pulchrè idem Paul.in con-
ſilio cv.donatio prædicta.ij.colum.allegando glo.
in prædicto cap.ad hęc.de reſcriptis.quòd quando
Princeps appoſuit dictam clauſulam ex certa ſcien-
10 tia, * apparet ipſum voluiſſe præiudicare illi cui
erat ius quæſitum: & idem conſuluit Ioan. de Ana.
in conſilio lxxxj. viſo inſtrumento. vbi conſuluit
quòd Princeps cum clauſula prædicta poteſt rem
alterius concedere, & pariter derogare iuri alte-
11 rius,*de quo fuerit facta mentio.ita not. gl. in c. ex
parte.lo ij.de offic.deleg.per ea quæ dicit do.Abb.
in capit.examinata. de confirm. vtili vel inutili.&
præſertim cùm expreſsè derogauerit iuribus dicti
Comitis:per quæ ſatis oſtenditur mentem ipſius
Principis fuiſſe omnino eidẽ derogare: ita in pro-
priis terminis conſulendo tenet & ſequitur Alex.
in conſilio j.iiij.char.colum. xv. in v.volu. Et licet
12 quorundam opinio fuerit,*quòd non poteſt prin-
ceps ſine cauſa auferre ius, ſeu rem alterius, &
mihi concedere: attamen dico hoc non habere lo-
cum, vbi idem Princeps rem illam conceſsiſſet al-
teri: quia tunc ipſe idem poteſt ſine cauſa auferre
ius ſeu rem alterius,& mihi concedere: dixit pul-
chrè Angelus in l. Antiochenſium. de priuilegiis
credit.in l.bene à Zenone.C.de quadri.præſcript.
alleg.not.per Innocentium,& Ioannem Andręam
in capitulo, in noſtra. de iniur. & in cap. quia ple-
rique. de immu. eccl. & conſuluit Alex. in conſilio
13 cxxxvj.vlt.col. j. vol. * Et nihilominus in principe
dum infert præiudicium alicui præſumitur cauſa.
not.Iac.de Aret.& Cyn.in l.reſcripta.in iij. & iiij.
q.C.de precib.imper.offer.Iacob.but.in l.fin.C.ſi
contra ius vel vtilit.pub.Anto.de but.& Imo. in c.
quæ in eccleſiarum.de conſtit.Anto.de but.in cap.
conſtitutus.de relig.dom.Abbas in c.cùm olim.de
14 re iudi.Alexand.in conſilio xciiij.in j.volu. *Item
iuſta cauſa reuocandi eſt in principe, dum reuocat
quod ipſe conceſsit, prout dicit Angel. in d. l. An-
tiochenſium.& alleg.not.per Imo. in c. quæ in ec-
cleſiarũ.de cõſtit. & idẽ in ſimili voluit idẽ Ang. in
l. Luc



l.Lucius.ff.de euict.Bald.in l.ſi.pen.colũ.C.ſen. re-
ſcin.non poſſ. Et dicetur tunc ex certa ſciẽtia prin
cipem quid facere, ſeu feciſſe, quãdo ipſam clau-
15 ſulam apponit in conceſsione, ita dicit glo. in Cle-
ment.& ſi principalis.in glo.fin.de reſcript.& in c.
ſtatutum.in verſi.literarum.eod.titu.in vj. not.do-
cto.in c.paſtoralis.§.prætereà.de offi.deleg.&pari
ter quando apponit clauſulam de plenitudine po-
teſtatis, prout infrà &c.per glo.in c.ad hæc. in fin.
de reſcrip. & ibi not. docto. & maximè Abb. & ita
conſulendo tenet Alex.in conſil. xvj.xiij. col. in v.
volu.* Et præcipuè procedunt præmiſſa, dummo-
16 do præſumi poſsit in principe aliqua ſubſiſtentia
cauſæ: ita dixit do. Anto. & Imol.in c. nam concu-
piſcentiam. extrà de conſtitut. & ideo Princeps
non recognoſcens ſuperiorem, cùm ita diſpoſue-
rit, ſemper præſumitur in eo adeſſe iuſtitia cauſæ,
*adeo vt non admittatur probatio in contrarium:
17 ſecundum Cy.in l.reſcripta.C. de precibus imper.
offer.& in l.fi.C.ſi contra ius vel vti. publi.do. An-
to.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit. Abb. in cap.
quantò.v. colum. extrà de iureiur.& in ca.cùm ve-
niſſent.de iudi.v. colũ.do. Anto.in cap.quia plæri-
que.de immu.eccleſ.& idem, & Imo. & Anto. in c
ij.extrà de renunt.& conſuluit Rom. in conſi. cccc-
xxxvj. quòd indultum Petri. vj. colũ. & conſuluit
Abb.in conſi.lxxxiiij.illud in ſumma. vbi refert ſu
prà relatam opinionem Cyn.in d.l.reſcripta. com-
muniter approbatam per alios legiſtas, & cano. in
d.capit.quæ.in eccleſiarum.Et tamen ſatis apparet
de notorietate iuſtiſsimę cauſæ, vt idem Princeps
in ſuis priuilegiis atteſtatur de venditione ipſa fa-
cta tempore imminentiſsimæ neceſsitatis, quod
inficiari minimè poteſt: quia notorium etiam ex
18 calendario venditionis colligitur, * item ex cauſa
ſtatus & reipublicæ: & ſic reſultat quòd neceſsitas
legem non habet.l.j.C. de oper. libert.l. ij. de offi.
conſu.& ideo voluit Bal. in l.ſi teſtamentum. C.de
teſta. quòd neceſsitas facit probabile quod aliàs
non erat, & ideo dixit pulchrè Spec.in tit.de accu
ſat.§.fi.verſic.pen.quòd neceſsitas excuſatà calum
nia.Et hinc dixit Ioan.Andr.in ca.verum.extrà de
19 condi.appo.* quòd licitum eſt ex cauſa neceſsita-
tis prælato alienare bona prohibita alienari per te
ſtatorem.Et dixit ſatis pulchrè Panor.in c. fi. iij.co
lum.extrà de eccle.ædifi.per tex.in l. tutor qui re-
pertorium. in prin.ff.de admi. tuto. quòd ſi immi-
neat neceſsitas alienandi res eccleſiæ cathedralis,
poteſt prælatus inconſulto Romano Pontifice a-
lienare, quamuis non alienare iurauerit incõſulto
Pontifice.c.ſuper. de rebus. eccle. nõ alien. Et hinc
Iuriſconſultus in l.vẽditor. §. ſi conſtat.ff.commu.
20 præd.ob neceſsitatem reipublicæ * res priuatorũ
auferri non dubitauit. Et licet prædictus Catholic.
Rex non teneretur ad obſeruantiam prætenſæ ven
ditionis factæ, vt dicitur eidẽ Comiti, ſeu eius pa-
tri per Regem Federicũ tunc regnantem: cùm eiuſ-
dem Regis geſta irrita, & nulla tãquam ab eius ho
ſte notorio declarauerit, attamen vrgente neceſsi
tate præmentionata ex cauſa ſtatus, & publicæ vti
litatis, etiam quando ſecum celebratus contractus
ille fuiſſet, qui cum Rege Federico prætenditur,
21 potuiſſet, & poſſet * prout potuit Rex ipſe catho-
lic. glorioſæ memoriæ illud prætenſum ius quæſi-
tum prædicto Comiti auferre ex cauſa ſtatus, &
reipublicæ. ita dixit ſingulariter Bal.in l.pen. C. de
dona.inter vi. & vxo.& eſt tex. ſolennis in l. quod
ſemel.ff.de decre.ab ordi. fac. & conſuluit Cardin.
conſi.lxxxvj.& eſt bonus tex.in l.Lucius. ff. de eui-
ctio.& in l.item ſi verberatum. §.j. ff. de rei vendi-
catio.vbi doct.maximè Ang.& not.gloſ.& doct.in
l.fin.C.ſi contra ius vel vtil. publ. & pulchrè Iaſ. in
l.conuentionum. ff. de pact. Quis enim potentiſsi-
mo tunc Gallorum exercitu propoſito, cum maxi-
mo totius penè Italiæ comitatu, & liga aduerſus
Proregem Hiſpanorum, cum eius exercitu apud
Garilianum tunc temporis dubium litis euentum,
& ſub iudice litem victorię pendere non indulge-
bit? Et quis denique ex huiuſmodi vrgentiſsima
neceſsitate, & ex cauſa reipublicæ & totius ſtatus
venditionem ipſam tunc tẽporis celebratam, & ne
ceſſariã & vallidiſsimã nõ affirmabit? certè nemo.
Secundò accedit in priuilegio, ſeu priuilegiis præ-
22 dictis, * clauſula motu proprio, ex qua tollitur om
ne vitium ſubreptionis & obreptionis, & confir-
mat ipſum priuilegium, in quo Princeps noſter
atteſtatur habuiſſe, & habere notiam, ac ſciẽtiam
facti.c.ſi motu proprio. cum ibi not.in glo.de præ-
ben.in vj.Bald.pulchrè in l.fin.de crimi. ſacril. not.
doct.in c.vltim.de confir. vti. vel inut. & in c. exa-
minata.eod.tit.Barto.in l. conficiuntur. de iure co-
dicil.& in l.ſed & ſi quis. §.fina. vltim. verſicul. ff.ſi
quis cau. Bald.in l.mater.iij.columna.C. de rei ven
dicatio. & conſuluit Alexand. conſilio xlj. vltima
23 colum.quinto volum. * Tertiò adeſt inſuper clau-
ſula, de plenitudine poteſtatis noſtræ dominicæ
&c.ex qua manifeſtiſsimè demõſtratur ipſum Prin
cipem voluiſſe vti ſuprema poteſtate, vt clariſsimè
cõſtat ex clauſula ibi, dominicæ poteſtatis &c.quæ
quidem clauſula de plenitudine poteſtatis, ſuperat
clauſulam, motu proprio, & clauſulam, ex certa
24 ſcientia. * & clauſulam,non obſtante: cùm ſub ipſa
cæteræ complectantur clauſulæ præmiſſæ, vt vo-
luit Bald.in l.eos. in princ.de appel. & in c. ad hæc.
extrà de reſcriptio.Bald.in l.tertia. §. ſi is pro quo.
ff. quod quiſque iur. vbi ſingulariter voluit, quòd
de plenitudine poteſtatis poteſt princeps alicui au
ferre defenſionem in cauſa ciuili pecuniaria, &
idem tenet in l.ij. ff. ne quis eum qui in ius voc. &
colligitur ex verbis Baldi in l. finali, poſt princi-
pium. verſiculo vel dic. C. ſen. reſcind. non poſſe.
25 & in tantum hoc eſt verum, * quòd per talẽm clau
ſulam de plenitudine poteſtatis, apparet princi-
pem voluiſſe ſuprà ius diſponere, & tertio præiu-
dicare, ſi tertij intereſſet, per ea quæ ponit Bald.in
capitu.cùm acceſsiſſent.ix.columna.extrà de con-
ſtit. Abb. in c.ad hæc.extrà de reſcript.& in c.inter
dilectos.vij.col.de fi.inſtru. Ioan. de Ana. in conſi.
lxxx. & conſuluit pulchrè Bartho. Socin. in conſi.
lxiij.incip.viſis teſtamento. v.col.j. vol. nouiſsimè
in lucem edito vltra aliud primum & ſecundum
volumen aliorum ſuorum conſiliorum. Et ideo di
xit Collectarius, quem refert Bald.in prooem. Gre
gor.columna quarta. quòd quando Princeps ſcri-
bit de plenitudine poteſtatis, nihil poterit opponi,
26 * quòd habeat annihilare conceſsionem, ſeu illud
quod diſpoſuit, aut ſcripſit: & nõ poterit dici prin
cipi, cur ita facis? vt not.Bal. in pręlud. feud. colũ.


ix.verſi.

ix.verſi.ſed pauca de principe dicamus. & ideo di-
xit Bal.in l.reſcripta.colū. fin.de precibus imperat.
27 offe.* quòd Princeps cum dicta clauſula poteſt ſi-
ne cauſa rem ſuā alicui auferre: & idem voluit in l.
ij.col.vij.verſi.item not.quòd ſi papa.C.de ſerui. &
aqua.& tenet expreſsè Ang.in d.l. item ſi verbera-
tum.§.j.de rei vend. ſubdens quòd qui contrarium
dicunt, videlicet, principem non poſſe de plenitu-
28 dine poteſtatis auferre rem alteri, mētiuntur * per
gulam, & idem voluit Ange.in l.ij.C. de quad.præ-
ſcrip.& in l.iij.§.ſi is pro quo. ff. quod quiſque iur,
& tradit Andr.Barba.in conſ.lxiiij.col.pen. in iiij.
volu.in c.quæ in eccleſiarum. de conſti. col. pen. &
& conſuluit pulchrè excellens doctor Philip. Dec.
29 in conſilio cxcj.& quælibet ratio motiua * ſufficit
in eo etiam, ſi auferat dominium alterius, vt decla
rat Bald.in prædict.l.reſcripta.verſic.iij. quæritur.
C.de precibus imper.offer. quia ſatis eſt quòd ipſe
Princeps putet cauſam ſubſiſtere, & ex opinione
ſua mandet, & reſcribat, dixit ſignanter Bald.in l.ſi
30 teſtamentum. C.de teſta. * Et ſic ſicut Imperator
poteſt de abſoluta poteſtate tollere dominium rei
alterius, & alteri concedere, ſic & quilibet prin-
ceps ſuperiorem non recognoſcens. voluerūt An-
gel.& Mod.in d.l.iij.§.ſi is pro quo.ſæpius præalle-
gata. per tex.in l.bene à Zenone. C. de quad. præ-
ſcrip.quod multum not. Ang. pro conceſsionibus
factis nobilibus Peruſinis de bonis ſingularium
perſonarum per Romanos pōtifices, Gregorium,
& Vrbanum,& idem firmauit Angel. in d.l. item ſi
verberatum. vbi ſatis clarè & melius loquitur, &
31 in ſpecie inquit, * quòd de plenitudine poteſta-
tis poteſt princeps nobis dominium rei noſtræ
etiam nulla ſubſiſtente cauſa auferre ex certa ſcien
tia. per text. in dicta l. bene à Zenone. idem tenet
Ang.in l.venditor.§.ſi conſtat.ff.commu.prædi. &
in dict.l.Lucius.de euict.ff. & in l. omnes. de quad.
præſcript.& ideo dixit Bal.in commento l.ij.C.de
32 ſer. & aqua. * quòd plenitudo poteſtatis principis
nulli neceſsitati arbitrij eſt ſubiecta, nullíſque pu-
blicis iuris regulis limitata, cùm in principe ſit ſe
des liberalitatis: quia poteſt præferre minus æquū
magis æquo, & minus bonum magis bono: & ibi
proſequitur Bal. & in tantum hoc eſt veriſsimum,
33 *quòd principem vti plenitudine poteſtatis nihil
aliud eſt niſi derogare iuri communi ſeu ordina-
rio: ita voluit Inno. in c.innotuit.in glo. ſuper ver.
ordinatione.de elect. & conſuluit Alexan. in con-
ſilio xxx. iij. colum.in v. volu. Quartò adeſt etiam
in priuilegio prædicto, clauſula non obſtante. &
clariſsimi iuris eſt, & abſque ſcrupulo dubitatio-
nis pertranſit: quòd tenet huiuſmodi principis di-
34 ſpoſitio, * etiam ſi eſſet contra ius, & in ea auferret
ius tertio cum clauſula prædicta: ita dixit Barto. &
doct.in d.l.fi.C.ſi contra ius vel vtil. pub. not. Ioā.
Andr.in nouel. & communiter doct. in ca. j. de ex-
ceſ. præla. in vj. quia ex oppoſitione clauſulæ non
35 obſtante apparet clarè de eius mēte: * & quòd in-
tendit vti ſuprema poteſtate, vt ſuprà dixi allegan.
Bal.in l.ſi teſtamētū.C.de teſta.per not.per gloſſ.in
Clement.quia contigit. de reli.do.d.Anto. in d.ca.
quæ in eccleſiarum. & alibi, vbi princeps apponit
clauſulam non obſtante, & apparet de eius mente
36 non eſt locus præſumptionibus, * quòd voluerit
vti iure communi: ſed ſuprema poteſtate ad vali-
dandum contenta in dicto priuilegio. ac diſpoſita
in eo. per ea quæ notat Paul. de Caſtr. in conſilio
cclxxx. Alexander in l.quanquam. C.de teſt. milit.
37 poteſt enim princeps * cum prædicta clauſula non
obſtante, omnia facere, & de nihilo aliquid, vt di-
cit gloſſ.not. in capi.propoſuit. in verb.inueſtiuit.
extrà de conceſ. præben. & ſufficit in principe pro
38 ratione voluntas, * quia præſumitur omnia decen-
ter facere, cùm non præſumatur concedere non
concedenda: vt dixit Bal. in prælu.feu.in verſi.ali-
39 qua vel pauca &c. * vnde extante dicta clauſula,
non obſtante, nihil contra dictum priuilegium
obiici poteſt, vt colligitur ex verbis Bar. in extrà-
uag.ad reprimendū.in verſi.non obſtantibus. & in
l.ſi quis in principio teſtamenti. ff.de lega.iij. Bald.
in l. reſcripta. C. de precibus inper. offer. & in l.ſi
cōſtat. ff.de appel.Barto. & Alexand. in additi. in
l.omnes. C. de aquæduc. libro xj. & ibidem Ioan.
40 de Platea.& ſequitur notabilis effectus, * quòd ex
clauſula prædicta non obſtante, declaratur ipſa in-
tentio ac mens ipſius principis in dicto priuilegio:
vt dixit Bald.in l.eam quam.verſ.ſed pone quidam
41 erat.C.de fideicom. * Nam reſcripta & conceſsio-
nes principum capiunt vires ex mente ipſius.gloſ.
in capit. ſuper eo. extrà de offic. & pote. iudic.de-
lega. & ibi Barb. Idem Barbat. in capi. ſuper quæ-
ſtionum.eod.titu.Bald. in capi.mandatum. eod.ti-
42 titu.Panor.in c.ad aures.iij. colum.eod.titu.* Vn-
de obſtantibus præmiſsis non poteſt Comes ad-
mitti ad contradicēdum priuilegio prædicto, imò
incurreret crimen ſacrilegij. l.diſputari. C.de cri-
mi.ſacri.cùm ipſe princeps ſic ſtatuerit, & manda-
uerit, non poteſt, nec debet pars aduerſa ſuper eo
audiri, ſed ei imponendum eſt ſilentium, vt dixit
Bald.in d. verſic.ſi quis autem.in tit.de pa.conſtan.
43 * prout ipſemet princeps ſilentium impoſuit per
dictum priuilegium. Quintò vltra clauſulā de ple-
nitudine poteſtatis, vt ſuprà, ineſt & alia, videli-
cet, ſupplentes omnes iuris & facti ſolennitates,
quo caſu idem tenen.eſt ipſum principem voluiſſe
vti ſuprema poteſtate, ob quod nullatenus contra-
ueniri poteſt dicto priuilegio, vt ex prenarratis li-
quet, maximè ex adiectione tot, & tantarum clau-
ſularum non tenuis importantiæ, iuncta etiā clau-
44 ſula non obſtantibus quibuſcunque &c. * ex qui-
bus apparet omnino facta ſingularis expreſsio, &
mentio omnium facientium in contrarium, per
text.ſingu.ſecundum Bald.& Angel.in l.omnes.C.
de præſcript.xxx.annorum.l.j.§.fina.& ibi Bal.C.
de lati.lib.tol.Albe.in auct.ad hæc inter liberos.C.
de teſta.Bald.in l.humanum.C.de legi. Bartolus in
l.ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega. tertio.
45 * Sextò, eſt etiam clauſula reuocatoria cuiuſcun-
que conceſsionis factæ cuicunq; perſonæ in qua-
uis dignitate etiam regali conſtitutæ, & pro quauis
cauſa &c. & ſic ſunt verba geminata, & prægnan-
tia, quæ debent latiorem effectum inducere, quia
oſtendunt diſponentis latiſsimam enixam volun-
tatem.text.eſt valde ſingu.in l.baliſta.ff.ad Trebe.
gloſſ.in c.ex eo. verſi. vt omnia & ſingula. de elect.
in vj.gloſ.in Clement.j.verſicu. quibuſcunque. de
iudic.glo.in l.cum pœna.in gl.ibi dum dicit, quo-
cunq; modo. ff. de arbi. & ſic eius intentio fuit au-
ferre



46 ferre ius à quolibet tertio, * præſertim dum ex cer
ta ſcientia, & de plenitudine poteſtatis reſcribit:
per quæ omnino apparet voluiſſe auferre ius ter-
tij quomodocunque quæſitum, etiam ſubſequuta
clauſula non obſtante, ita do.Ant.& Io.Andr.in d.
c.quæ in eccleſiarum.ſuprà reperito.& ibi conclu-
dunt, quòd vbi dubitatur an princeps voluerít au-
ferre cum effectu ius tertij, inſpiciatur an vti vo-
luerit plenitudine poteſtatis, puta, quia dixit, non
obſtante,&c.alleg.not.per Cy.poſt glo.in d.l.fi.C.
ſi contra ius vel vtil.pub. Septimò, imponitur per
priuilegium ipſum eidem Comiti perpetuum ſilen
tium, euacuando, & abdicando iuriſdictionem cu-
iuſlibet iudicis, cum clauſula decreti annullatiua,
de qua nec de aliis notabilibus clauſulis ſupradi-
ctis, nulla fuit facta mentio in reſcripto ex aduerſo
obtento: & ſpecialis prohibitio ſpecialem deroga-
tionem requirit.c.ex parte.extrà de capel.monac.
Saly.in l.fi.C.ſi contra ius vel vti.pub.Bar.& Ioan.
de Plat.in l.fi.C.de cano.frum.vrb.ro.li.xj.vbi ori
ginaliter traditur hæc doctrina Ange.in §.quibuſ-
dam.in fi.inſti.de pœn.teme.litig.& intantum hoc
eſt verum, quòd poteſt princeps nedum euacuare,
ſeu auferre iuriſdictionem à ſuis iudicibus in certis
caſibus, verùm etiā contra certas perſonas etiam
47 priuilegiatas, & eccleſiaſticas, & mandare * quòd in
aliquibus caſibus non audiantur ab eius iudicibus:
ita conſuluit pulchrè Bartol.conſil.clxxvij.domini
priores.in ſecundo dubio. refert etiam & ſequitur
Abb.in repe.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de cōſt.xxvj.
col.ij.q.& tenet Pet.de Anch.in repet.c.canonum
ſtatuta.de conſti.lxxxv.col. verſic.quæro etiam de
48 q.Octauò * ſubnectitur inſuper clauſula, videlicet,
cum deliberatione noſtri aſsiſtentis conſilij: quæ
quidē longè ſatis oſtendit præſumptionem infor-
mationis præcedentis.l.ſed & ſi quis.§.fi.& ibi no.
Bar.& alij.ff.ſi quis cau.Bar.in l.ſi dari.ff.de verbo.
obli.& in l.fi.§.item quæſiit.de condi.inde.Bald.in
rub.de confeſ.& in l.j.x.col.eo.tit. Ioan.de Imo.in
l.à Titio.ff.de verb.obl.& conſuluit Alex.in conſi.
49 xv.v.volum. * Nonò eſt aduertendum ad gemina-
tum & duplicatum priuilegium de eadem ciuitate
Lauelli expeditum, cum additione quamplurima-
rum clauſularum, & longè plus in primo quàm in
ſecundo: quæ geminatio habet vim clauſulæ motus
proprij, etiam quādo nunquam dicta clauſula mo-
tu proprio fuiſſet expreſſa: vt probatur in authen.
vt nulli iudi.§.& hæc.verſic.iubemus.iuncta l.j.C.
de petit.bono.ſublato.lib.x.& fuit hoc nouum di-
ctum Bal.in l.nec damnoſa. C.de precibus imper.
offer.& ſequitur Ludo.in repet.l.ſi verò.§.de viro.
xxxj.fallen.ff.ſolu.matri.quod ſubdit diligenter eſ
ſe memoriæ commendandum, nec alibi meminit
50 ſe legiſſe. * Nec excluditur quominus dicatur con-
ceſsio facta motu proprio, licet ad alterius preces
appareat facta, ſecundum Bal.ſingulariter in c. niſi.
extrà de offic.delega.& conſuluit pulchrè Deci.in
51 conſi.lj.iij.colum.pro tenui facultate, &c. * Et ſic
ipſum duplicatum priuilegium ſeu conceſsio de-
clarat multum mentem ipſius principis, vt plenè
conſuluit Barthol.Socin.in ſuo conſi.iij.in iiij.& v.
col.in cauſa dicti Guidi, &c. in j.volumin. nouiſsi-
mè in luce edito, vltra aliud eius primum volu-
52 men. * Et licet Princeps nunquā præſumatur con-
cedere motu proprio, ſed ad poſtulationem, atta-
men quando benemerita concurrerent in conceſ-
ſione, prout hîc exprimitur, tunc præſumitur facta
conceſsio motu proprio, ita Guli.de Cu.in l.iij.§.
ſi procurator.ff.quod quiſque iur. ſæpiſsimè ſuprà
alleg. & ibidem Alex. quod reputat menti tenen-
dum Alberi.de Roſa.in l.j.in princi. v. col.ff.quod
quiſque iur.& bene facit quod dicit Bal.poſt Iaco.
Butr.in l.quod fauore.iij.col. C.de legib. Et quòd
in hac conceſsione concurrant etiam bene merita
prædicti Excellentis do Ioannis, vltra quòd noto-
ria ſunt, atteſtatur idem catholic.Rex in priuilegio
53 prædicto, cui omnino credendum eſt. * Nam in ta-
li caſu creditur decurionibus aſſerentibus ſe feciſ-
ſe donationem ob bene merita: vt not.dixit Bar.in
l.ambitioſa.colum.xj. ff.de decre. ab ordin. fac. &
Philip.Dec.in d. conſil.cxcj.iij. col. ſequitur Alex.
in conſi.xxxiiij.conſultus,&c.in iiij.vol. à fortiori
ergo dicendum eſt in principe, vt illi credendum
ſit. & facit tex.in clem.j.de prob.Nec poſſet in du-
bium refricari, ſi prædictus quondam catholi.Rex
potuerit dictam conceſsionem feciſſe ita vel ne,
tum ex præallegatis, tum etiam quia cum non re-
cognoſcat ſuperiorem, habet tantam poteſtatem,
54 quòd * poteſt ſola voluntate moueri in poſitiuis,
ita voluit Inno.in cap.cùm ad monaſterium. circa
med. extrà de ſtatu.mona.quem refert & ſequitur
Io. de Imol.in c.j.de conſtit.Abb.Panor.in c.cùm
ex literis.de in integ.reſti.& melius in c.at ſi cleri-
ci.§.de adulteriis.vj.colum.extrà de iudi.& intan-
tum quòd ſi Princeps talis mandat conſtitutionem
diu obſeruatam, & omnia geſta virtute dictæ con-
55 ſtitutionis haberi pro infectis, * certè omnia deci-
ſa erunt annullata, glo.eſt ſingu.& non alibi ſecun-
dum Cardin.in clement.j. in verſicul. pro infectis.
de immu.eccleſ.Petrus de Anchara. in commen.c.
j.xxxij.char.de conſtitut.Imo.in c.cæterùm.extrà
de reſcript.Petr.de Anchar.in conſil.cxlij. pro do-
mino Paulo.Ioan.Cald.in conſil.xij. an ſi oppona-
tur,&c. in titu. de reſcriptis.poteſt enim Princeps
factum facere haberi pro non facto.capit. is qui fi-
dem.extrà de ſponſ.& ſcitum pro non ſcito. Clem.
56 j.de conceſ.præb. * quia princeps eſt omnia, & ſu-
per omnia.Bal.in capitulo primo.qualit.domi.im-
petra.qui poteſt mutare quadrata rotundis, vt di-
xerunt Hoſti.Ioannes Andræas & omnes in capit.
cùm veniſſent extrà de iudic. adeò quòd poteſt
etiam mutare ſubſtantialia, ſecundum gloſ.in capi-
57 tulo primo.de cap. monac. * quia habet princeps
duplicem poteſtatem: ordinariam, videlicet, & ab-
ſolutam.ita Angel. in l.Princeps. ff. de legib. alleg.
Innoc.in c.in cauſis. extrà de re iudic.in ordinaria
verò cenſetur ſub lege: in abſoluta autem non, nec
quò ad obſeruantiam, nec quò ad vinculum in iu-
58 re poſitiuo. * ex quo princeps dum ſcit veritatem
non debet ire per ambages: Baldus in capitu.j.§.j.
59 de nou. form.fidel. * Et ſubdit, quòd quicquid fa-
cit princeps vt Deus facit, vt not.gloſſà, in authen-
tica de hæredib. & falcid. in principio. ideo non
fallit nec fallitur.l.fina.C.de ponder. aur. libro de-
60 cimo. * Et ſic ex præmiſsis antecedētibus per Prin
cipem expreſsis liquet priuilegium ipſum fuiſſe
conceſſum eidem domino Ioanni propter eius be-
ne merita, & ſeruitia, & ſic non dependet ex ſola
volun

voluntate concedentis, ſeu auctoritate: ſed ex iure
eidem Magnifico domino Ioanni quæſito propter
ſeruitia: & ſic nullatenus reuocari poſſet: per text.
in l. Aquilius. & in l. ſi pater. in fi. ff. de dona. ita Bal.
in l. ſi cum mihi. ff. eo. tit. & in l. fin. C. de condi. ob
cauſ. & in l. qui ſe patris. C. vnde lib. & conſuluit
Alex. conſi. cj. in j. volum. & ideo dixit Ioan. Andr.
quem communiter ſequuntur doct. in c. nouit. de
iudi. quòd priuilegium conceſſum quando tranſ-
iuit in cõtractum, reuocari non poteſt, & idem te-
net Archi. c. quicunque. xj. q. j. & in ca. licet canon.
de electio. in vj. Decimò conſtat ex tenore priuile-
giorum prædictorum catholic. Regẽ glorioſæ me-
moriæ iuraſſe per ſe, ſuóſque hæredes & ſucceſſo-
res pro obſeruantia ipſorum priuilegiorũ, & con-
tentorum in eiſdem. Ex quibus verbis ſicut ipſe-
met princeps hodie ſi viueret, non poſſet contra-
61 uenire. c. j. de prob.* cùm princeps teneatur ipſum
obſeruare tanquam contractum ex conuentione
initum, & obligatur, & non poteſt contrauenire,
per d. c. j. de probat. & not. Cyn. & alij in d. l. digna
vox. C. de legibus. licet enim lege poſitiua nõ obli-
getur, à dictamine tamen rationis non eſt abſolu-
tus, vt inquit Bal. in l. ſi aquã. verſi. xviij. col. xj. C.
de ſer. & aqua.* Imò etiam ipſe Deus ex cõuentio-
62 na obligaretur: vt dicit Bal. in l. j. in prin. ff. de pac.
referens magiſtrum ſententiarum ita dicẽtem, in-
tantum quòd nec etiam de plenitudine poteſtatis
poſſet cõtrauenire, * vt pulchrè tenet Pau. de Caſt.
in d. l. digna vox. & ſic pariter nec Rex noſter eius
ſucceſſor contrauenire poſſet, & concedere per
eius reſcriptum ius agendi ei, cùm ſilentium impo
ſitum fuit per priuilegia prædicta: quia eo caſu vi-
deretur per indirectum contrauenire: & qui non
poteſt per directum contrauenire, nec etiam per
indirectũ poſſet: regula, cùm quid vna via. de regu.
iur. in vj. & in l. ſcire oportet. §. ſi mater. ff. de tuto.
& curato. da. ab his. §. eſt tamen caſus. inſtit. de hæ-
red. inſtitu. & in c. auaritiæ. de elect. in vj. cum ſimi
libus. Imò etiam nec ſucceſſor in dignitate ſolum
64 contrauenire poſſet. c. ſi. ne præla. vi. ſuas. c. j. de ſo-
lutio.* Nam hoc etiam ſeruant ſuccedentes in im-
perio, vt cõtra geſta prędeceſſoris venire nequeãt,
per tex. in d. c. j. de probatio. & ibi doct. & not. Cy.
& Bal. in d. l. digna vox. & Bald. in l. qui ſe patris. x.
colũ. C. vnde liber. & conſuluit Alexand. in conſi.
cxxiiij. j. volumine j. columna. Vndecimò eſt clau-
ſula in fin. priuilegij derogatoria omnibus, & qui
buſcunque, quę cõtenta in eo impedirent, ſeu con-
tradicerent, quouis modo, etiam ſi eſſent talia, de
quibus oporteret ſpecialem mẽtionem facere, quę
voluit haberi in eis pro ſufficienter expreſsis: & ſic
65 habetur ac ſi prætenſæ conceſsioni partis aduerſæ
fuiſſet nominatim * ac ſpecialiter derogatum per
dictum priuilegium: facit quod not. Bartol. in ex-
trauagan. ad reprimendum. in verbo, non obſtan.
Angel. in l. diuus. §. licet. ff. de iura. calum. maximè
propter clauſulam motu proprio: ſecundum Ang.
in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. Ex qui-
bus concludo quòd ſiue daretur ſcientia principis
de prima conceſsione, ſiue fingeretur expreſſa in
priuilegio, dicitur eſſe ſpecificè in omnibus con-
firmata, tum propter clauſulam ex certa ſciẽtia, &
clauſulam motu proprio, & de plenitudine pote-
ſtatis, vt dictum eſt: tum vel maximè propter plu-
res clauſulas non obſtantium inſertas in eo: nam
quando princeps reſcribit non ſolùm contra ius
commune, ſed etiam contra ius ſingularum perſo
narũ, non ſolùm requiritur clauſula ex certa ſcien
tia, ſed etiam clauſula non obſtante. ſecundum Bal.
& And. de Iſer. in prooemio feudo. xiiij. col. Saly. in
l. fi. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. Anto.
in c. quæ in eccleſiarum. pen. col. & eſt gl. in l. iij. §.
ſi is pro quo. ff. quod quiſque iu. dicens in ſpecie ꝙ
ibi reſcriptum tollit exceptionem, ſi emanauit ex
certa ſcientia, & cum clauſula non obſtãte. Et tan-
tum ex multis clauſulis prænarratis apparet quòd
princeps voluit præiudicare iuri tertij illud in ſpe
cie inculcando per quamplures geminatas clauſu-
66 las: * & ſic cùm de clara volũtate principis liqueat
non habemus alium quærere, licet mẽtio aliter ſpe
cialis non eſſet facta: ſecundum Pau. de leaz. & Io.
de Imo. in Clem. j. ad finem, de ſepul. Bal. & And. de
Iſer. in procem. feudo. vnde non poteſt dictum pri
67 uilegium informari, licet ſpecificè * non ſit facta
de conceſsione partis aduerſæ mentio. ita etiam
conſuluit in ſpecie Barthol. Soci. in conſil. lxiij. in
primo nouiſsimo volu. Duodecimò in priuilegiis
prædictis prædictus Catholic. Rex glorioſæ memo
riæ iurauit per ſe, ſuóſq; hæred. & ſucceſſo. ob quod
non poteſt Rex noſter eius ſucceſſor, & hæres in
fringere, cùm ſucceſſor Regis debeat, imò tenea-
tur habere ratum factum per Regem ſuum præde-
ceſſorem. c. j. qui ſucceſſ. tene. not. Cyn. in l. digna
68 vox.* totiens ſuprà allegata, & not. in c. abbate ſa-
nè. de re iudi. l. ex qua perſona. ff. de reg. iur. l. cùm
à matre. C. de rei vendi. l. poſt mortem. ff. de adopt.
l. ij. C. ſi in fraud. pat. ita etiam Alex. in conſil. iij. in
iij. volu. & conſi. xxxij. eod. volu. & conſi. xxv. eod.
iij. volu. vnde ſicut ſi prædeceſſor Rex catholic. vi-
69 ueret, cõtrauenire non poſſet, vt ſuprà.* ita nec ſuc
ceſſor, quia conceſſa & geſta per principẽ, decet eſ-
ſe manſura, vt in §. illud. in authenti. conſtitu. quæ
de dignita. & in l. hac ſaluberrima. C. de agen. in re
bus libro x. & maximè quia tanquam ſucceſſor &
hæres tenetur Rex noſter ſeruare iuramentum de-
70 functi ſui prędeceſſoris,* quia iuramentum quò ad
eius obſeruantiam tranſit ad hæredem, maximè
quãdo defunctus iurauit pro ſe & hæredibus, pro-
ut in caſu præſenti, prout firmant doct. in c. verita-
tis. de iureiu. Bar. in l. cùm quis decedens. §. codicil
71 li. de le. iij.* oportet enim hæredes ſtare ei quod de
functus iurauit, dixit Andr. de Iſer. in conſtit. Re-
gni, eos qui ſcienter. exiſtente præſertim iuramen-
to de iure naturali. cap. & ſi Chriſtus. de iureiuran-
do. vbi probatur, quòd eſt de iure naturali & diui-
no, & voluit Alex. allegando illum tex. in l. ſi dona
72 tione. C. de colla.* adeo quòd papa nõ poteſt obli-
gationem Deo quæſitam ex iuramento tollere: vt
declarat Panormi. in capi. quanto. extrà de iureiu-
ran. Et licet iuramentum regulariter non tranſeat
ad hæredes, vt latè exorditur Georg. natta. in capi.
quamuis. columna xxj. & ſequen. ff. de pactis in vj.
63 * quia tamen hæres tenetur exonerare conſcien-
tiam defuncti, & animam, vt dicit Roma. in repeti.
authenti. ſimiliter. colum. vj. ad leg. falcid. & Paul.
de Caſtr. in cõſil. lxxxj. in cauſa. ad fi. & conſ. cccv.
notandum. ij. colum. in ij. volu. & tenetur de re de
quata



qua tenebatur defunctus, bona gl. in l. ij. ff. de pręt.
ſtipul. & poterit cogi hæres per epiſcopum ad ob-
74 ſeruantiam* iuramẽti præſtiti per defunctum pro
exoneratione animæ defuncti, ita Fely. in c. cùm ſit
generale. co. vij. de fo. compe. qui dixit ſemper eſſe
no. Anto. de bauer. in ſuo trac. de virtu. iura. in xlv.
effectu. incip. nam aliàs facit Roma. conſil. ccj. pro
deciſ. Alex. conſi. xcix. in iiij. vol. videtur prima fa-
cie. col. pen. & dicit Soci. in conſi. iiij. in impreſ. Bo
non. nouiter impreſſo. col. j. verſi. prætereà. quòd li
75 cet iuramentum non * tranſeat ad ſucceſſorem re-
ſpectu periurij, bene tranſit virtus & vinculum iu-
ramenti. & plenius in conſi. xxxviij. col. ij. verſ. fir-
76 matur. vbi dicit, * quòd licet iuramentum non li-
get animam ſucceſſoris, ligat tamẽ ſucceſſorem ad
obligationes, & contractus. nõ etiam poteſt prin-
ceps contrauenire cõtractui iurato, quia iuramen-
tum eſt de iure diuino, Deci. conſi. clj. ſecundo du-
bio, & idem plenè conſuluit Io. neuiza. inter conſ.
Albe. bru. nu. xij. vij. col. Et intantum præmiſſa ve-
ra ſunt, quòd nullus princeps poteſt iuramenti vir-
77 tutem tollere. * Imò nec & papa inter merè laicos
poſſet eneruare contractum iuratum, vt conſuluit
Pau. de Caſt. conſi. ccxviij. præſuppoſito ſine præiu
dicio veritatis. Et dicit pulchrè idem Pau. in conſi.
lxv. viſis & conſideratis omnibus. quòd omnis di-
ſpoſitio ſtatutorum laicorum nunquam compre-
78 hendit conuentionem iuramento firmatam,* quia
nec ſpecialiter ſuper iuramento diſponere poſſunt
laici, veluti ſuper re ſpirituali, idem cõſuluit Alex,
conſil. xxxvij. viſo & opportunè diſcuſſo. in ij. vo-
lumi. eſt enim communis doctrina, quòd princeps
79 nec iudex ſecularis nõ poſſunt * quouis modo de-
rogare, infringere, ſeu delere decreta, aut reſcripta
iurata: vt conſuluit Petrus de Ancharano in conſi-
lio ccxxvij. incipien. legitur in canone. j. columna.
& per plura idem ſequitur Alexander in conſilio
xxvij. viſo libello. vlti. colum. j. vol. quia nec prin-
ceps, nec leges aut reſcripta principum poſſunt di-
ſponere ſuper actu iurato: nec ad illum actum iu-
ratum trahuntur. idem conſuluit Alex. conſi. lix. vi
ſo inſtrumento. in eo. j. volu. & conſil. cxxv. incipi.
viſis & conſideratis: in pen. & vlti. col. eo. j. volu. &
conſi. xxxix. viſo ſtatuto. in iiij. vol. vnde ad propo
ſitum noſtrum iuramentum Regis defuncti repu-
tatur factũ hęredis: no. glo. in l. ſi ſeruus. circa prin.
ff. de condi. fur. & ſic Rex noſter adeundo hæredi-
tatem videtur ſe obligaſſe ad omnia ea ad quę obli
gatus erat Rex defunctus: & per eundem modum,
80 * ſcilicet cum iuramento: quia videtur quaſi con-
trahere cum creditoribus hæreditatis. l. apud Iu-
lianum. in fin. ff. ex qui. cauſ. in poſ. ea. ita conſuluit
Paul. de Caſtr. in conſil. lxxvij. viſis & conſideratis
omnibus. & ſequitur pulchrè conſulendo Bartho.
Soci. in conſi. xxxviij. in ij. col. j. vol. nouiter in lu-
cem edito, incipi. in cauſa dominorũ Marchionũ.
quod eſt vltra aliud. j. volu. Et præmiſſa intantum
procedũt, quòd per Cæſareum reſcriptum in quo
81 ſint appoſitæ clauſulæ, non obſtantibus, * & etiam
aliæ derogatoriæ, nunquam extenduntur ad con-
tractus, vel alios actus iuratos, glo. reputata ſing. in
c. cum non deceat. in gl. fi. de elect. in vj. & in ſimili
gl. in clem. dudum. §. pen. verſ. pacta. de ſepul. bene
facit tex. in c. conſtitutus. de reſcrip. & not. Angel.
in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum re. ac. non da. &
ſubdit quòd ſæpe vidit allegari in curia Regis. &
idem dicit Bal. in l. j. in fi. C. quando lic. ab emp. di-
ſcede. & latè Selua gall. in trac. de beneſi. char. xiij.
& q. xiij. iij. partis. col. pe. & cõſuluit Iaſ. inter cõſi.
Albe. bru. nu. viij. in vij. col. circa primũ cõſultatio
nis articulũ. & idẽ tenet Io. Neuiza. in ſuo cõſi. xij.
vij. col. fol. xx. incip. patres comederunt vuã acer-
82 bam. * Decimotertiò in priuilegiis ipſis ſubditur
clauſula, quòd verba narratiua & enunciatiua in
eis contẽta vult habere efficaciam verborũ diſpo-
ſitiuorum: ex qua clauſula ſatis liquet de delibera-
ta mente & voluntate ipſius principis, etiam quòd
iſtud in ſpecie non expreſsiſſet: ex quo verba nar-
ratiua probant ita eſſe prout narratur, quãdo prin
ceps vel papa fundat intentionẽ ſuã ſuper tali nar-
83 ratione,* quã facit, prout in caſu de quo quæritur.
glo. eſt ordi. in clem. j. de proba. & in c. nulli. de re-
ſcrip. & conſuluit Alex. conſi. lxxix. vj. colũ. j. volu.
84 * Item pariter & in verbis enunciatiuis licet regu-
lariter non inducant diſpoſitionem, tamen quãdo
proferuntur à principe, bene diſponunt: ita glo. in
clem. j. iuncto text. & plenè Iaſ. in l. ex his. ij. col. C.
de teſta. mi. Quibus verbis etiam ineſt iuramẽtum
principis iurantis omnia & ſingula contenta in eiſ-
85 dem priuilegiis eſſe vera.* Et licet aliàs verba enũ
ciatiua non diſponant, tamen quando ſunt iurata,
inducunt diſpoſitionem. voluerunt Bald. & Ange.
in l. ex his verbis. præallegata. vbi Ange. in ſua lect.
Peruſina. idem tenet Bart. in l. ex hac ſcriptura. ff.
de dona. in iij. col. & iiij. Petr. de Ancha. in clemẽ. j.
de probatio. Verùm quia excellens Comes S. An-
geli pars aduerſa de prænarratis notabilibus clau-
ſulis nullam mentionem fecit, vt ex lectura reſcri-
pti per ipſum obtenti liquet, ideo infertur reſcri-
ptũ ipſum ſibi minimè opitulari, adeo vt eius vir-
tute admitti poſsit ad agendum, cùm prędictis no-
tabilibus clauſulis derogatũ minimè fuerit per re-
giã decretationẽ in eo: imò expreſſa reſeruatio fa-
cta eſt ibi: dum dicitur, ſi vobis de iure videbitur
Comitem prædictum debere audiri, & poſſe agere
86 non obſtante priuilegio ſeu cõtractu &c. * Maxi-
mè quia ex iuris diſpoſitiõe omnes qualitates ſunt
exprimendæ principi, quę haberent ipſum mouere
ad non concedendũ, vel difficilius concedendum.
ca. poſtulaſti. in verſi. non de leui. vbi Panor. de re-
ſcrip. idem Abb. Panor. in c. in noſtra. & in c. cæte-
rùm. eod. titu. & in ca. paſtoralis. §. prætereà. extrà
de offi. dele. Bal. in c. cùm dilecta. extrà de reſcript.
Ludo. conſilio cccxxvj. & ſeq. & conſil. ccclxxxij.
87 * vbi etiam volunt, quòd requiritur notabilis ex-
preſsio, & non ita in genere, ad hoc vt impetratio
88 ſaluetur à ſubreptione: * quia non ſufficit exprimi
generaliter factum, niſi exprimatur modus facti:
glo. eſt notab. in ca. dilectus filius. & ibi Abb. extrà
de reſcript. Old. in conſil. xiiij. vbi ſubdit, quòd ge-
89 neralitas parit obſcuritatẽ: * imò per inuolucrum
verborum remanent literæ obreptitiæ: quia per il-
lum inuolucrum effugitur deliberata mens princi-
pis: ita dixit Baldus in d. capitulo cùm dilecta. &
conſuluit Franciſcus Curtius in ſuo conſil. lxxiiij.
in octaua charta. ſuper memorata facti narratio-
90 ne.* Et intantum quòd modica obreptio ſeu ſub-
reptio vitiat gratiam, ſeu reſcriptum. capi. ſi motu
proprio

proprio.ij.reſpon.& capit.non poteſt.in princ. de
præben.in vj.& voluit Bened. de plum. in l. j. ff. de
nat.reſtit.Ioan.Andr.in addi.Spec.in rubr.qui fil.
ſint legi.Ang.in l.ſi non lex.ff.de hæred.inſti. Petr.
de Ancha.in conſi.ccccvj.Bal. in c. de cauſis. de re
iudi.& in l.præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtili.
pub.Nec cenſeo omittendum, quòd iſte fuit con-
tractus vẽditionis,& prout eſt, dictæ terrę Lauelli,
& non priuilegium,prout in ſpecie dixit Bald. in l.
qui ſe patris.colum.pen.verſi.hoc ſcias.C.vnde li-
91 be.vbi dixit, * quòd ſi princeps aliquid concedat
recepto precio dicitur contractus venditionis, &
non priuilegium, etiam ſi vteretur verbo indulge-
mus:nam eo caſu non poſſet princeps conceſsio-
nem ipſam reuocare:quia dolum committeret. l. ſi
cùm mihi.ff.de dolo. & idem conſuluit Roma. in
conſi. cclij. pro deciſione propoſitæ conſultatio-
nis. in ſecundo dubio. & in conſil. ccclij. quæritur
primo.colum.iiij.verſi.cæterum.Abb.in conſi.xlj.
incipiente,videndum eſt:primo volum. & ideo di-
92 xit Bal.in præallegata l.ſi cùm mihi. * quòd priui-
legium conceſſum quod non dependet ex ſola vo-
luntate concedentis,ſeu auctoritate,ſed ex iure al-
teri quæſito propter eius factum non poteſt reuo-
cari:& pro hoc dicit ſe in ciuitate Senarum conſu-
luiſſe, quòd priuilegium datum quibuſdam banni-
tis,quòd poſsint ſecurè morari,eo quòd eorum o-
pera communitas habuerat quoddam caſtrũ erat
irreuocabile.& idem tenent Innocentius,Ioannes
Andr. & doctores in capitulo nouit. de iudiciis. &
tradit Alexander conſil. cj. viſis inſtrumentis. co-
lumna.j. j. volu. Et intantum Princeps ex ſuo con-
tractu obligatur,per ca.j.de proba.vt not.Cyn. in
d.l.digna vox.& Bald.in c.j.per illum text. de nat.
feu.quòd non ſolum princeps,ſed etiam ipſe Deus
ex ſua promiſsione obligatur: dixit Bald.in l. j. in
93 prin.ff.de pact.Et intantum quòd *etiam de pleni-
tudine poteſtatis non poteſt contrauenire, ſecun-
dum Pau.de Caſtr.in d.l.digna vox.& Bal.in c. j. §.
ad hæc.colum.v.verſi.item nota ex glo.de pa.iura.
fir.maximè quia geſta per principem cum ſubdito,
ſeu alio recepta pecunia etiam ſi eſſet gratia, reuo-
94 cari non poteſt, *ex quo tranſit in contractum ir-
reuocabilẽ:& vltra Bal.ſuprà allegatum in d.l. qui
ſe patris.tenet Ludo.conſi.ccccl vij. an iudex. Car-
di.in conſi.cxlvij.Dominus noſter Papa fecit, Fe-
lyn.in d.c.j.de proba.colum.iij.& in c.innotuit co
lum.viij. verſi.dicitur autem ſecundum,& ibi Are.
de iudi.ſatis plenius Ioan.neuiza.in ſuo conſil. xij.
v.colum.quod eſt inter Alber.Bru.in nume. prædi
95 cto.*Et ſi aliter diceremus, nemo reperiretur qui
vellet contrahere cum Principe : & ſic hominum
priuaretur commercio:quod eſſet valde graue.l.hi
qui.C.de apoſt.ita Roma.in conſi.ccclij. incipien:
quæritur primò.in fi.& idem in effectu not. Bal. in
96 l.Princeps.ff.de legi. *Vnde ſicut priuatus obliga-
tur ex contractu, & contrauenire non poteſt l. ſi-
cut.C.de acti.& obli.ita dicendum eſt in principe,
qui in contractibus vtitur iure communi:no. Bald.
in l.ex imperfecto.in fi.C.de teſta.ita voluit etiam
Cardi.in conſil. cxlvij. videtur prædictam conceſ-
ſionem. dicens quòd princeps in cõtractibus con-
ſideratur vt priuatus, & ideo tenetur obſeruare ꝙ
probauit,& contrauenire non poteſt,per d.c,j.de
97 proba.*& ſi contraueniat, videtur circunuentus
ex obliuione,vel ex facto impetrantis, & non va
let:ita Ludo. Rom. in conſilio ccxcviij. circa præ-
miſſam.& idem in ſimili caſu conſuluit Pau.de Ca-
ſtro conſi.clvij.viſo & examinato puncto.Alexan.
in con.iij.ex his quæ in themate.volu.v. & in con-
ſilio xxiij,viſo proceſſu.colum.iij.verſi.nec ad hoc
obſtat.eo.volu.idem in ſimili tenet Abb. in conſil.
xciij.in quæſtione hæredum.in tertio dubio, in ij.
volu.Barba.in conſi.xiij.in iij.volum.& ideo con-
ſuluit pulchrè Bald.conſi. cclxxix. pridie conſului.
98 iij.volu.in nouiſsima ſtampa,*quòd quando prin-
ceps etiam motu proprio reuocat illud quod ob-
ſeruare tenetur, præſumitur circunuentus, & ita
circunuentus fingitur, quòd contrarium probari
nõ poteſt,quaſi ſit præſumptio iuris & de iure:pro
ut plenè etiam tradit Deci.in ſuo conſil. ccxcij. in
fin.Nec omittam addendo his quæ ſuprà dixeram,
quòd Princeps noſter in præſenti caſu apparet no
toriè ex verbis priuilegij, & expreſsè voluiſſe au-
ferre ius ipſius Comitis, tum quia expreſsè di-
xit in priuilegio, tum etiam quia vbi de hoc dubi-
taretur, inſpici debet an vti voluerit plenitudine
poteſtatis:puta dum addidit clauſulã,non obſtan-
te, vel aliud ſimile: quo caſu præſumitur voluiſſe
99 auferre ius alterius * etiã quomodocũque ac etiã
ſi tractaretur de graui præiudicio:ita plenè Alexã.
conſil.ccxv.vj colum.in ij.volu.& ibi habes, quòd
priuilegia quæ in contractum non tranſiuiſſent,
100 poterat reuocare ſine cauſa.*Quæ verò in cõtra
ctum reuocabit cum cauſa:& vide omnino dictum
conſil.ccxv. quia ſatis plenè loquitur in hac mate-
ria de clauſulis ſupraſcriptis, & eorum importan-
tia:& ibi in fine quòd non poteſt reuocari priuile-
gium conceſſum non ſubdito : & ibi an imperator
reuocare poteſt factum per ſuum prædeceſſorem.
Ex quibus omnibus, & eorum ſingulis concludo
prædictum Comitem ſancti Angeli commodo di-
cti reſcripti ſubreptitiè & obreptitiè obtenti,nul-
latenus frui poſſe obſtantibus priuilegiis, & con-
ceſsionibus prędictis:ſed reſcriptum ipſum debere
contrario imperio reuocari:& ita audacter, ac in-
trepidè tenendum de iure conſulo ego

Thomas Grammaticus.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio, ſeu quaſi iuriſdictionis, nedum per plures reiteratos actus remiſſionis dicitur acquiſita, verum etiam per vnicum ſolum actum.*

2 *Poſſeſſio, ſeu quaſi iuriſdictionis iudicis probatur per plures remiſſiones factas ipſi iudici.*

3 *Poſſeſſio, ſeu quaſi iuriſdictionis quæſita per aliquem iudicem in vaſſallos alterius iuriſdictionis non ex hoc videtur quæſita in alios vaſſallos in genere illius iuriſdictionis, ibid nu.4.*

*Niſi conſentiente & patiente iudice illorum ſubditorum.*

5 *Poſſeſſio iuriſdictionis, ſeu quaſi vt acquiratur, requiritur conſenſus eius de cuius præiudicio agitur ibidem nu.4. & 6.*

*Et eo ignorante acquiritur.ibidem, numero 7. vbi omnino vide.*

CON



## CONSILIVM CI.

IN Chriſti nomine amen.in In cauſa Se-
reniſſ. dominæ Reginæ matris cum ma
gna Curia Vicariæ prætendentis non
teneri remittere ſuos vaſſallos delin-
quentes in ciuitate Neapo. ad auditores ſuæ Maie-
ſtatis degentes, & tribunalia tenentes in ciuitate
Neap.apparet in primis quòd ipſa magna Cur.mul
tos, & quamplures vaſſallos ſuæ Maieſt. captos &
carceratos, prout erant in eadem magna Curi. ad
prædictos Magnificos auditores remiſit delinquẽ-
tes: dico intus ciuitatem Neapo. Et expeditum eſt
1 in iure, quòd quaſi*poſſeſsio iuriſdictionis nedum
per plures reiteratos actus remiſsionis dicitur ac-
quiſita eidem Sereniſsimæ dominæ Reginæ, verùm
etiam per vnicum ſolum actum, ſecundum veram
concluſionem Bar.in l.j. §. hoc interdicto.ff. de iti.
act.priua.Innoc.& Abb.in c. cùm eccleſia ſutrina.
extrà.de cauſ.poſ.& proprie.iiij.colum. Inno. in c.
cùm dilectus.de cap.mona.Alexan.in l.iij.in prin.
ff.de acquir.poſſ.Quinimò prout in facto deductũ
2 eſt,ac etiam de iure * fundatum dictam quaſi poſſeſ
ſionem eſſe probatam per plures remiſsiones præ-
dictis auditoribus factas, ita conſuluit Franciſ. de
A[illegible].in ſuo conſi. xlij. in iij. col. ibi, ſecundò prin-
cipaliter dicimus. & ſequitur Socin. in ſuo conſil.
clxxxvij. vj. & viij. col. Nec officit quòd interdum
regij officiales, & iudices prædictæ magnæ Curiæ,
ſiue ipſa magna Curia iuriſdictionem ipſam crimi
nalem exercuerunt in vaſſallos ipſius dominæ Re-
ginæ, & ſic quæſierunt iuriſdictionem prædictam
in dictos vaſſallos: quia reſpondeo per huiuſmodi
3 actus non eſſe quæſitam* quaſi poſſeſsionem iuriſ-
dictiouis in alios vaſſallos, prout firmant Io.And.
& Inno.in d.c.cùm dilectus. de capel. mona. doct.
in c.cùm contingat.de fo. compe.Cyn.in l. j. C. de
eman.liber.Pet.de Ancha.in repe.regu.ſine poſſeſ-
4 ſione.& per Alex.in d.l.iiij.in fi.de acqui.poſ.*niſi
conſentiente & patiente domina Regina: ſecundũ
Innocentium & alios in capitulo conquerente. de
officio ordin.& in capitulo, bonæ.de poſtula. præ
latorum. do.Ant.in capi.fin. de cauſa poſſeſsion.&
proprietat.Pet.de Ancha.in dicta regula, ſine poſ-
5 ſeſsione.in quarta quæſtione principali.* Nam ad
acquirendam quaſi poſſeſsionem requiritur con-
ſenſus eius de cuius præiudicio agitur, quia eo
ignorante non acquiritur: vt per Innoc. & Petr. de
Anchar.in locis præallegatis,& per Flori.in l. ſi ſic
conſtituto.ff.quemadmo. ſerui amittan. ſeu conſti.
6 *Nec etiam fuit acquiſita dicta quaſi poſſeſsio per
patientiam violentam quæ non habet conſenſum:
ita Bart.in l. ſequitur. §. ſi viam. de vſuca.do.Anto.
in c.fi.de cau.poſſ.& propr.iiij.colum.in ver. dice-
bam.& in c.literis.de reſtitu. ſpol. maximè quia vt
dictum eſt, requiritur ad acquirendam quaſi poſſeſ
ſionem conſenſus eius de cuius præiudicio agitur.
7 *Nam eo ignorante non acquiritur: ita vltra Inn.
& Flo. tenet Bar.in l.ſi publicanus.§.in omnibus.ff.
de publ.Pau.de Caſtr.in conſi. cclxj. & Are. in con
ſilio præd.xlij.Accedit etiam præmiſsis,quòd cau-
tum eſt in priuilegio prædictæ domi. Reginę quòd
etiam ſi vaſſalli contrahendo ſe alibi obligabunt,
attamen non poſsint extrahi à foro, & iuriſdictio-
ne reginali officialium ipſius Sereniſſ. dominæ Re
ginæ: & clarum eſt quòd qui nõ poteſt contrahen-
do præiudicare, minimè poteſt delinquendo, text.
eſt in l.imperator. quem ita ſummat Bartol.ff.de fi
deicom.lib.Socin.in l.filiusfami. §. diui. in notabi.
ff.de lega.j. Thomas Grammaticus.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum ſeu lex quæ comprimit libertatem eccleſiaſticam, non tenet.*

2 *Libertas eccleſiaſtica dicitur impediri, dum clerici impediuntur exequi ſibi conceſſa à iure cõmuni.*

3 *Contra libertatem eccleſiaſticam illa dicuntur, ex quibus clerici euaderent, ſiue redderentur timidiores.*

4 *Clericos audaces eſſe oportet tanquam defenſi ſint à lege Dei dicentis, noli tangere Chriſtos meos.*

5 *Libertas eccleſiaſtica dicitur impediri, nedum ſi principaliter, verùm etiam ſi ſecundariò quid eſſet contra libertatem ipſius.*

6 *Seruitores eccleſiæ gaudent priuilegio eccleſiæ.*

7 *Familia clericorum gaudet priuilegio clericali.*

8 *Perſonæ eccleſiaſticæ dicuntur omnes clerici, omnes de tertio ordine ſancti Franciſci, etiam fœminæ, item perpetuò oblati.ibidem.*

*Oblati gaudent priuilegio clericali, tanquam perpetuò profeſſi, ibidem.*

9 *Libertas eccleſiaſtica dicitur offenſa, quando fieret aliquid contra priuilegia conceſſa eccleſiæ, vel eccleſiaſticis perſonis, ſiue à Deo, ſiue à Papa, ſiue Rege.*

10 *Cuſtodes animalium eccleſiæ dantium damna, tenentur illa emandare.nu.11.*

*Et ideo dominus animalium recuperat à cuſtode damnum quod ſoluit damna paſſis.ibi.nu.12.*

13 *Eccleſiæ tenentur ad gabellam plauſtrorum quæ deſtruunt viam, & etiam ad gabellam portæ.*

14 *Famulus mercede conductus ab eccleſia non gaudet priuilegio eccleſiæ.*

15 *Seruitores perpetui eccleſiæ ſunt exempti, & gaudent priuilegio eccleſiæ, & non temporales.*

16 *Priuilegium conceſſum non extenditur ad ſeruitores mercede conductos.*

## CONSILIVM CII.

REdemptoris gentium ſuffragio repe-
tito, amen. Requiſitus à venerabilibus
patribus priore, & monachis veneran
di monaſterij ſancti Nicolai, & Catal-
di de ciuitate Licij ordinis ſancti Benedicti, an ci-
uitas Licienſis ſuffulta auctoritate Regij priuilegij
condendi ſtatuta inter ſuos ciues, & inibi inhabi-
tantes potuerit ſtatutum condere in fauorem ſuæ
baiulationis, quòd famuli monaſteriorum, ſeu ec-
cleſiarum, animalia earundem eccleſiarum cuſto-
dientium, dum damna inferunt ob negligentiam
cuſtodiæ teneãtur ad emendam ipſius damni, nec-
non & ad pœnam baiulationis. Et prima cõſidera
tione videbatur dicendum huiuſmodi ſtatutum
1 nõ tenere, * cùm eſſet comprimere libertatem ec-
cleſiaſticam, quod eſt contra text.in l.priuilegia.&
in auct.caſſa.C.de ſa.ſan.eccle. & in c.quæ in eccle-
ſiarum de conſtit.& tenet Cy.in l.ij. C. quæ ſit lon.
cõſue.Bar. in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu. & latè

criben.in d.l.cunctos populos.C.de ſum. tri. & fi. catho.& tanto magis cùm apparet euidenter derogari iuri, ac libertati eccleſiaſticæ: ſecundum Bald.
2 in mar. in verſi.eccleſia. * & cùm clerici impediantur exequi ſibi cōceſſa à iure communi, præſertim eo caſu dicitur impediri libertas eccleſiaſtica: ita dixerunt Anto.de Butr.& Imo.in d.c. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitut.& in c.cùm terra.de elect. Bal.in prædic.l.cunctos populos.& Fulg. in d.auç. caſſa.& ſubdit Fely.in prædic.c. eccleſia ſanctæ Mariæ.hanc opin.eſſe iuri cōſonam: & ideo dixit Bar. & Ang.in l.j.§.quæ onerādæ. ff.quarum re.acti.nōda. quòd illa dicuntur contra libertatem eccleſia-
3 ſticam,& clericorum, * ex quibus clerici redduntur, ſeu euaderent timidiores.& idem tenent Bart. & Bad.in d. aut. caſſa.& ſequitur Abb.in c. nouerint.de ſen.excom.Sed.ſic eſt quòd monachi & clerici fierent timidiores, quia deſiſterent,& ſe retraherent ab induſtria animalium, & agriculturæ, ex qua etiam vitam ducūt: maxime cùm clericos au-
4 daces eſſe oporteat, * tanquam defenſi ſint à lege Dei dicentis, noli tangere Chriſtos meos, id eſt, ſacerdotes: vt refert Bal.in d.authen.caſſa.allegando gl.in authē.de non alienan.§. vlti. & videntur præmiſſa procedere etiam ſi ſtatutū principaliter non diſponeret contra libertatem eccleſiæ, ſeu perſona-
5 rum ipſius: ſed etiam ſi per indirectum * & ſecundariò: prout conſuluit Pet.de Anch.conſil. cxxxvj. & conſi.clxxxv.idem tenet Alex.in addi.ad Bar. in d. auth. caſſa. ſubdens aliàs habuiſſe in facto in cauſa domini Protonotarij. Et ideo cùm ruſtici ſeu famuli clericorum teneantur pro eo quòd gerunt in eorum ſeruitio. videtur id in odium clericorum introductum, & ſic per indirectum: vnde videtur
6 dicendū tale ſtatutum fuiſſe * iniquum,& prauum: cùm non deberent tales pro domino teneri, vt dicit Bar. in l.hi penes.C.de agric.& cenſi.& idem ſequutus eſt Fely.in c.nullus.de fo.compe.quòd maximè concedendum eſt, cùm aſtricti ſeruitiis eccleſiæ gaudeant priuilegio eccleſiæ:per tex.in cap.per exemptionem,de priuileg.in vj.glo.in c.clericum. xj.q.j.vbi tenet expreſsè quòd familia clericorum
7 * gaudeat priuilegio clericali: ſequitur Barba.in addi.c.ij.de fo.compe. vbi poſt multa aſsignat rationem, quia priuilegium datum clerico, ideo datur famulo, quia ſeruit clerico, quod locum habet ſiue ſeruiat ad tempus, ſiue perpetuò: idem videtur tenere Bal.in l.j.& ij.C.de epiſc.& cle. Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium arbitror de iure verius:& præmitto quòd perſonæ eccleſiaſticæ ſunt omnes clerici:gl.in c.ſi quis presbyterorum. de rebus eccleſ. non alie. quorum appellatione veniunt presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, & alij inferiores: iuxta dicta Spec.in titu.de inſtru.edi.§. nunc verò aliqua.verſi.quid de propoſitis.&no.in c.de perſona.xij.q.iiij.ita Archid.& Ioan.And.in c.nullus. de tempo.or.in vj.Imol.in c.nouit. de iudi. Item omnes eremitæ:glo.in c.quia verè.xvj.q.& in ca.ij. de fo. comp. Itē omnes qui ſunt de tertio ordine ſancti Franciſci: & ſignanter fœminæ,vt per Bart.in l. j.ff. de pec.per Bal.in l.officiales.in fi.C.de epiſc.& cle.Item oblati in perpetuum, & dicuntur cōuerſi. glo.in c.vt lex xxvij. q.j. in c.vt priuilegia. extrà de ſen.excom.& no.Card.in Cle.ij.de præben.in ij.q.
8 *vbi dicit oblatos gaudere priuilegiis clericalibus,tanquā profeſſos perpetuò deputatos ad vſum pium. Item omnes religioſæ perſonæ profeſſæ: vt ſunt monachi cuiuſcunq; ordinis approbati. Item fratres.ſ.Auguſtini.ſ. Benedicti.ſ. Franciſci.gloſ.in Cle.j.& ibi Card.not.de deci.Abb.in c.cauſa.de iudic. vbi dicit, quòd religioſi propriè appellantur fratres, not.glo.in clem.j.de relig. do. Item veniūt monachi.Cardi.in cle.ij.de præb. in xij. q.& gaudēt priuilegiis ipſis clericalibus: vt ſuprà.Et ſic cùm famuli cuſtodes animalium complecti, aut includi non poſsint in prædictis, non poteſt allegari ſtatutū aduerſus dictos famulos cuſtodes animalium damnificantes territoria & ſata aliena cum animalibus eccleſiæ, eſſe contra libertatem eccleſiaſticam
9 * imò daretur materia delinquēdi, vbi animaduerſionem, ſeu mulctā non ſentirent. Et rectè intuenti illa dicuntur cōtra libertatem eccleſiaſticam, ſeu perſonas eccleſiaſticas, quæ eſſent contra priuile-
10 gia cōceſſa eccleſiæ, * vel eccleſiaſticis perſonis in priuilegium, ſiue à Deo, ſiue à papa, ſiue ab Imperatore, ſeu Rege. vt dicit Inno.in c.nouerit.de ſentē. excom. ſed ſic eſt, quòd cùm ſtatutum directè diſponat contra ipſos cuſtodes animalium, & minimè ipſos grauando ex factis monachorum, aut eccleſiæ, ſed ex eorum propria culpa, ſeu negligentia aut malitia in cuſtodiendo animalia, ac permittendo ea damnum inferre:nec eadem aliter arcendo,
11 ne damnū inferāt, videtur ergo eo caſu * damnum dari per ipſos cuſtodes.per l.j.ff.ſi quadr. pau. feci. dic.& per l.ij.ff.ad leg.aquiliā. Ideo cùm cuſtos habeat mercedem ex cuſtodia, ipſe debet pariter ad damnum ex eius mala cuſtodia illatum per animalia teneri, tam ex diſpoſitione iuris Cæſarei, quàm Pontificij: per l.qui mercedem. & l. ſi de damno. & l.dominus horreorum.ff.locati.per capit.ſi bos. & cap.ſi læſerit. & ca.ſi.de iniur.& dam.da. & hoc intantum eſt verum, quòd emendato damno per dominum animalium illud recuperat à cuſtode ipſo-
12 rum, * quòd pro emenda ſoluit, vt inquit Spec.in tit.de iniur.& dam.da.§.ij. verſi. in ſumma. & ideo dixit Ant.de But.in c.grauem.ij.col. extrà de ſent. excom. quòd iſti cuſtodes poſſunt accuſari de damnis datis in paſcuis prohibitis cum animalibus eccleſiæ, & dixit Abb.in ſuo conſi.vj. quòd ſi animalia eccleſiaſticarum perſonarum veniunt ad defenſam laici, quòd tenentur ad fidam & diffidam, maximè cùm monachi ipſi negocientur & lucrentur cum curribus, gualanis & bobus, nec retinēt illos ad vſum proprium tantum. Hinc eſt quòd eccleſiæ tenentur ad gabellam plauſtrorum quæ ſoluitur,
13 * quia plauſtra deſtruunt vias publicas: & ad gabellam portæ: vt per Bal.in tit. de pa.conſtan.v.col.§. nos Romanorum.& no.in l.placet. C. de ſac. ſanct.
14 eccl. * maximè cùm famulus mercede conductus ab eccleſia non gaudeat priuilegio, & immunitate eccleſiæ: & ideo huiuſmodi ſtatutum de quo quæritur procedit, & tenet, vt not. Archid.in d.c.ij. xj. q.j.& in c.eccleſiarum ſeruos.xij.q.ij.Abb.in c.nullus iudicū. de fo. compet. aliàs in c.ij. & facit optimè tex.cum gl.in c.ſi.de ſepul.in vj. vbi priuilegiis religionum non gaudent oblati, niſi ex toto ſint tranſlati, vt quia religioni ſe & ſua tradiderunt, aliàs remanent ſub iuriſdictione ordinariorum. ad idem



idem tex.in l.priuilegia. de priuile. & not.Abb. in c.cum & plantare. de priuileg. idem tenet Abb. in c.tuarum.ij. colum. de priuile. & dato abſque veri præiudicio quòd priuilegiū indultum eidem monaſterio,dum facit dictos monachos exemptos,includeret etiam ſeruitores, id intelligendum foret de ſeruitoribus perpetuis, & non temporalibus,
15 *prout ſunt iſti qui ad tēpus ſub certo ſalario inſeruiunt, ita conſuluit Fede. de ſen. in ſuo conſi.vj. aliàs clvj.& Ioan.por. in ſuo conſi.incip.omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio.iiij.col.& not.Rom. in ſuis ſingu. in ſingul. cccccciij. incip. an priuilegium.Bar.in ſuo conſi.xxxvij.quidam Cola Pauli: vbi in terminis decidit q. Imò & plus,priuilegium conceſſum alicui, licet extendatur ad familiares ſeu ſeruitores, non tamen extendetur ad ſeruito-
16 res mercede cōductos:*ita voluit Archid.in c.clericum.xij.quæſt.ij. & Abb.in d.c.ij.de fo. compet. & licet gl.in d.c. clericum. videatur indiſtinctè tenere familiarē gaudere priuilegio domini, tamen quia vtitur verbo mancipiis,intelligitur de perpetuis,& non temporalibus,vt bene enucleat Fely.in d.c.ij.de fo.compe. reſpondēdo ad l.j.& ij.de epiſ. & cleri. aliàs quia communis opinio videtur in contrarium,non eſſet tenenda,per text. in cap.per exemptionem. de priuileg. in vj.vbi in oblatis eccleſiæ quorum vita habet aliquid ſpiritualitatis,requiritur qualitas perpetuitatis,quanto magis in famulis ruſticis nihil habentibus ſpiritualitatis requirenda eſt, vt priuilegio gaudeat perpetuitas: quod maximè procedit, cùm ſtatutum prædictū pœnam imponat cuſtodi ex proprio delicto, & non ex facto monachorum, ideo validum & iuſtum eſt: nec militat dictum Bart.in l.hi penes.C.de agri.& cen. lib.xj. dum voluit per indirectum non poſſe ſtatui contra eccleſiaſticam libertatem, quòd coloni pro rebus eccleſiæ teneantur tributa ſoluere: licet dictum illud Bart. in ſe ſit verum, tamen nihil ad caſum, cùm ibi appareat id ſtatutum in odium clericorum, quod nō eſt hîc, & idem etiam ſentit Fely. in d.c.ij.de for.compe. col.ij. vel & ſic cùm multetur cuſtos ob propriā culpam, vt proprij delicti author, ergo &c. maximè cùm cuſtos ipſe nedum tenetur ad pœnā, ſed ad emendam damni: & non dominus animalium,per l.qui mercedem.cum l.ſequen.ff.loca.allegata: ideo non poteſt dici derogatum libertati eccleſiaſticæ, aut priuilegio in aliquo, per dicta plenè in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtit.& ibi plenè Fely. col.xxvij. Ex quibus omnibus concludo meo iudicio ſtatutum huiuſmodi ſubſiſtere, cùm aliquid contra libertatem eccleſiæ non contineat. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1. *Cauſa ſi eſt ſummaria intentata contra aliquem qui reconuenit intentantem ordinariè, non ex hoc quòd ſit cauſa reconuētionis ordinaria debet retardari in ea procedi.*
2. *Pœna appoſita in electione ſeu creatione officialis ſeruanda eſt.*
3. *Marchiones & comites habentes iuriſdictionem perpetuam in deſcendentes etiam poſſunt alterare formam iudicij nu.4.*
   *Et particularem legem condere etiam in præiudicium ſuperioris.ibidem.*
5. *Superior pōt in modico tollere ius partis & lædere.*

## CONSILIVM CIII.

IN Chriſti nomine amen. In cauſa honorabilis Ioannis de Lamberto mei compatris,cum vniuerſitate, & hominibus terræ Turſij ſuper inciden. in iudicio ſyndicatus capitaniæ ipſius vniuerſitatis,cuius officiū exercuit anno elapſo: prætendit namq; Ioā. ipſe minimè teneri ſtare ſyndicatui perſonaliter, ſed per procuratorē in omnibus cauſis etiam criminalibus,cum ita conuentum fuerit ex ſpeciali pacto cum Illuſtr. Principe Salerni vtili domino terræ prædictæ: & dum fuiſſet in ius vocatus ad hoc Ioan.ipſe in magna Curia Vicariæ, fuiſſetque vniuerſitas ipſa reconuenta ſuper quadam pecuniarum ſumma, eſſetque tandem per eandem magnam Curiā decretum ipſum Ioannem debere accedere ad ſtandum ſyndicatui, nulla facta prouiſione ſuper recōuentione prædicta, nec audito aliter ipſo Ioan.allegante habere teſtes in diuerſis partibus regni iam expreſsis, & tandem interpoſita appellatione ad S.Regium conſilium, pro ipſius iuſtificatione adduco in primis, quòd magna Curia ipſa grauauit ſummopere eundem Ioannē nō procedendo ſuper reconuentione facta per ipſum Io. Conſtat autem,dato abſque veri præiudicio,quòd licet cauſa ex aduerſo intenta eſſet ſummaria, non ex hoc debuit retardari procedi in ordinaria in-
1 tenta, * licet per viam reconuentionis, prout in propriis terminis tenet Bar.in l.ſed & hę.§.non ſolùm.ff.de proc.Pau.de leaza.& Lap.in cle. ſæpè.§. non ſit tamē.& ibi etiam plenè Georg.natta extrà de ver.ſigni.Secundò iuſtificatur appellatio interpoſita ex tenore conuentionis initæ tempore acceptationis officij dictę terrę Turſij: cum Illuſtriſ. Princip. Salerni vtili domino terræ prædictæ in actis iam productis in publicam formam,qua Ioā. ipſe precauit expreſsè de non ſtando aliter ſyndicatui, quàm per procuratorem. Et pacta appoſita in electione ſeu creatione officialis ſeruanda ſunt,
2 *vt not.Bar.in l.dominus.§.fi.de pecul.legat.& in l.ſeruus vetitus,de le.j.& in l.mancipia de ſer. fug. ita dixit Par.de put.qui vltra omnes perfectiſsimè attingit materiam ſyndicatus in verſic. appellatio. in c.ſubiicio pulchram q.in j.colum. vbi narrat ſeruari debere illud pactum factum illi officiali, vt à ſententia ſyndicatorum potuiſſet ipſe appellare ſuſpenſa executione, & ita cōcludit. Tertiò & vltimò licet vniuerſitas ipſa alleget illud pactum non tenere in ſui præiudicium, ego tamē dico quòd tenet & valet, nam iſti Marchiones & comites habē-
3 tes adminiſtrationē * & iuriſdictionem perpetuam in deſcendentes, etiam poſſunt alterare formam iudicij, ex quo plus poſſumus in eo quod habemus iure proprio, quàm alieno, per l.more.& ibi Bal.ff.de iuriſdi.om. iudic. & ſequitur Georg. natta doctor præclarus in repeti.cle.ſæpè.in ver.mandamus.de verb.ſignif.Et ibi plus ſubdit, quòd tales habentes
4 perpetuam adminiſtrationem,& dignitatem poſſunt particularem legem condere etiam in præiudicium ſuperioris,glo.eſt not.in l.j.§.qui magiſtratum.ff.quod quiſque iur.& in l.neque pignus.ff. de

regulis iuris. Sed in caſu noſtro nihil aliud fit, niſi quia alteratur forma iudicij: quia permittitur eidẽ Ioanni comparere per procuratorem in cauſa criminali, ſi qua querela offerretur aduerſus ipſum in ſyndicatu, * quod quidem eſt nulli aut modici præ-
5 iudicij querelantibus, maximè cùm in modico ſuperior poſsit tollere ius partis, & lædere, prout dicit gl. in l. ſed cùm ab hæred. in gl. fi. ad treb. & not. Card. in c. mandatum. ibi not. extrà de reſcri. Bart. Veron. in ſuo tract. de ſer. ruſt. præd. in tit. de aquæduc. & Iaſ. in l. beneficium. ff. de conſtit. princ. ideo ſeruanda eſt eidem Ioanni conuentio facta cum Illuſtr. Principe Salerni vtili domino vniuerſitatis prædictæ Turſij, & iuris eſſe cenſeo ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Tutor ſi quid fecit, aut ſcripſit vt tutor, in quo ius aliquod habeat, non videtur ſibi proprio nomine præiudicaſſe.*

2 *Verba non principaliter prolata ad vnũ effectum, ſed enunciatiua, non inducunt diſpoſitionem.*

3 *Verba enunciatiua licet aliàs probent inter contrahentes, attamen quando inter partes contigit dubitari in iudicio de illo enunciato in inſtrumento, tale inſtrumentum non probat illud enunciatum in eo.*

4 *Notarius ſi dicat in inſtrumento, Titius procurator* Martini *prout &c. talia verba etiam aſſertiua non probant illum eſſe procuratorem* Martini.

5 *Inſtrumentum non probat illud enunciatum in eo, vbi de illo enunciato in iudicio litigaretur inter partes. ibidem. nu. 6. & melius 7.*

8 *Verba enunciatiua probãt, vbi adeſſet iuramentũ.*

## CONSILIVM CIIII.

IN Chriſti nomine amen. In cauſa honeſtæ mulieris Angelæ de Ragone de Capua cum Magnifico Thomaſio ſeneſcalco V.I.D. authore laudato, prætendit prædictus author laudatus ſe dominum alterius tertiæ partis molendini de quo agitur, prætextu quòd Thomas de ragona vt tutor Ioannis de ragona, tunc pupilli, aſſeruerit in eius petitione oblata in Cur. baiulorum Capuæ quòd prædictus Ioannes, & Hippolyta ſorores pupilli habent, & poſsident infraſcriptam tertiam partem molendini, cuius reliquæ duæ partes fuerunt, & ſunt Magnifici domi. Thomaſij de ſeneſcalchis de Capua, & in alia ſequenti charta eiuſdem inſtrumenti producti per eundem dominum Thom. dicitur, item tertia pars cuiuſdam molendini, quæ dicitur *la molinella*, ſiti, & poſiti in aqua Tufiſci, cuius reliquæ duæ partes poſsidẽtur per magnificũ Thomam de ſeneſcalchis de Capua, Ex quibus duabus clauſulis ipſe do. Thomas infert quòd Angela ipſa tãquam ceſsionaria prædicti Ioãnis hæredis prædicti quõdam Thomaſij de ragona ſit periura, tum quia petit quòd prædictus quondam Thomas dixerit eſſe prædicti domini Thomaſij, tum quia prędicta Angela conſenſit venditioni tertiæ partis molendini factæ per dictum Thomaſium de ragona, & quietauit prædictum dominum Thomaſium, ex quo recepit legatum quatuor vnciarum ſibi factum per quondam Bernardinum de ragona. Et quia ex ſcripturis per eundem do. Thomam productis apparet Molendinum ipſum in tribus partibus tripartitum, quarum tertia pars fuerat ipſius Thomæ de Ragona, & hæc eſt de qua in præſentiarum agitur. Alia tertia pars fuit Gẽtilis de Ragona eius fratris, in qua Thomaſius ipſe ſucceſsit ꝓ medietate ipſius tertiæ partis. Alia tertia pars fuit quondam Bernardini de ragona fratris prædictorum quõdam Thomaſij, & Gẽtilis, qui Bernardinus reliquerat dotem prædictæ Angelæ: vnde Angela ipſa non contrauenit venditioni illius tertiæ partis, quæ fuit quondam Bernardini, cui iam ceſſerat, & renunciauerat per conſecutionem legati ſibi facti, ſed bene contrauenit venditioni tertiæ partis, quæ fuit quondã Thomaſij de ragona, Nec obſtat id ꝙ quondam Thomas aſſeruerat, quòd reliquæ duæ partes ſint ipſius domini Thomaſij, ex quo illud dixit tanquam tutor Ioannis & Hippolytæ pupillorũ. & id
1 * quod fecit, ſeu ſcripſit tutor vt tutor, non videtur ſibi proprio nomine præiudicaſſe, text. eſt in l. pater. C. de fideiuſ. & in l. ſi nõ ſignaſti. C. de admi. tu. & in l. nimia credulitate. iuncta gl. C. de acti. & ob. Et maximè quia poſtmodum in eodẽ inſtrumento ſubdit, cuius duæ partes poſsidentur per dictum Thomaſiũ de ſeneſcalchis, & ſic illud quod in præcedentibus verbis dixerat, videtur per ſubſequentia declarari, id eſt, quòd poſsidebat dominus Thomas illlas reliquas duas partes, non ex hoc iuſtificatur eius poſſeſsio, quin poſsit & dominiũ, & poſſeſsio vendicari. Et præſertim procedunt præallegata, quia illa verba non ſunt principaliter prola-
2 ta ad illud, * ſed ſunt iam enunciatiua, & ideo non diſponunt, vt dicit Bal. in rub. C. de fid. inſtru. vbi dicit, quòd ſi notarius dicat in inſtrumẽto, Titius procurator Martini, illud verbum procurator, dicitur enunciatiuum, & narratiuum, non autem diſpoſitiuum. Et licet verba enunciatiua aliàs probent inter contrahentes, tamen quando inter partes contigit dubitari in iudicio de illo enunciato
3 in inſtrumento, tunc tale inſtrumentum * non probat illud enunciatum in eo, ita eleganter tenet Anton. de Butr. in c. illud. extrà de præſump. & ibi per Innoc. & in capit. fina. extrà de ſucceſ. ab inteſt. & ideo dixit Bal. in l. ad probationem. C. loca. quòd ſi conduxi à te fundum tanquam tuum, tale inſtrumentum locationis non probat te dominũ, quando in iudicio inter nos de dominio litigaretur. & eſt ratio, quia illud verbum, tuum. incidenter fuit enunciatum, & incidentia non operantur vltra quàm oporteat ad ipſum principale, & ideo Bald. in præd. rubr. C. de fid. inſtr. circa medium, in ver. venio ad ſecundũ, dixit, quòd ſi notarius in inſtru-
4 mento * dicat, Titius procurator Martini promiſit ſic & ſic, talia verba etiam aſſertiua non probãt
5 ipſum eſſe procuratorem, & eſt ratio, * quia illud verbum procurator, eſt narratiuum, ſed quæ ſunt alio tempore geſta non probantur per tale inſtrumentum, quia quò ad ea tale inſtrumentũ non habet diem, nec conſulem, alleg. Inno. in c. cùm in iure. extrà de offi. dele. & in c. quoniam contra. extrà de probatio. ita etiam in caſu noſtro, quia illæ duæ tertiæ prætẽduntur alio tempore venditæ, ſeu peruenisse ad prædictum do. Thomam: & idem tenet Bal. in c. j. j. col. extrà de procuratoribus. & in c. ferіes. extrà de teſtibus. in quo capitulo ſeries. dixit
6 not. multum, * quòd inſtrumentum non probat illud enunciatum in eo: vbi de illo enunciato in iudicio litigaretur inter partes: & ſubdit quòd lex optimam cum ſua gloſ. in verſi. ſi ſeruus. C. de contrahen. & commit. ſtipul. ad hoc eſt multum ſingu. & ibi eſt caſus, quòd contractus in quo quis ſtipulatur vt ſeruus, non probat ipſum eſſe ſeruũ. ſi poſt ea inter partes in iudicio litigaretur ſuper cauſa libertatis: vt ibi dicitur in gloſ. in verſic. ſi ſeruus. Et quòd enunciatũ in inſtrumẽto non probat, quan-
7 do * de eo in iudicio litigaretur inter partes de tali enunciato, tenet Alexãd. in l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. verſic. iij. operatur: & Alexan. in conſil. xxj. j. volu. & in conſi. clxxvj. eo. j. vol. & Moder. in l. ex
8 his. C. de teſta. milit. * Nec militabit, quòd ratione iuramenti verba enunciatiua probabunt: & quòd iuramentum facit actum valere omni meliori modo &c. per textum in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. quia licet operetur iuramentũ quò ad validitatem contractus, qui principaliter geritur, non autem operabitur, vt talis contractus probet ſufficienter illud enunciatum in eo in hoc iudicio, in quo de illo enunciato diſceptatur inter partes: per illud dictum do. Anton. de Butr. in capitulo illud. de præſumptio. allegatum vt ſuprà. neque hoc dicunt doctores prædicti: & hoc etiam quod dicit textus in d. l. optimam. & ibi ſcribentes Bal. in d. l. ex his. C. de teſtament. milita. In reliquis ſuppleat prudentia & conſcientia Magnifici domini commiſſarij, & relatoris: ac ſumma bonitas & æquitas dominorum Sacri Regij Conſilij. Tho. Gram.



SVMMARIVM.

1 *Filius hæres non poteſt factum patris defuncti impugnare.*

2 *Teſtimonium nullum maius quàm qualitas inſpecta verborum.*

3 *Vis verborum ponderanda eſt, & vis ſermonis ſeruanda.*

4 *Verba & voces ſunt earum quæ ſunt in animo paſſionum notæ.*

5 *Subtilitas nimia facit nos ſæpè errare in coniecturando mentem teſtatoris, cùm eius animum non videamus.*

6 *Teſtator quando ſeipſum gloſat, & mentem ſuam declarat, nunquam itur ad interpretationem.*

7 *Interpretatio omnis dicitur calumnioſa in caſu claro.*

8 *Teſtator ſufficit quòd ita voluiſſe dicatur, niſi ita diſpoſuiſſe appareat.*

9 *Rigor debet de facili ſuccumbere, vbi per aliquas coniecturas poteſt conſtare de mente, & intentione teſtatoris.*

10 *Teſtatoris mens ſemper præſumitur, vt æqualitatem ſeruare velit inter filios, & quando ipſius verba hoc non paterentur, deberent ita reſtringi, & coniecturari ex eo quòd quilibet ſapiens ita feciſſet & faceret.*

11 *Verba quando poſſunt verificari ſecundum naturalem intellectum, & ſecundum ciuilem, debent intelligi ſecundum naturalem.*

12 *Verbum nullum in teſtamento debet eſſe abſque miniſterio aliquid operandi. ſi poteſt operari, imò nec aliqua ſyllaba, nec dictio.*

13 *Pater ſemper præſumitur voluiſſe æqualitatem ſeruare inter filios, ad remouendum odium quod poteſt oriri inter eos ob iniquitatem. & nu. 14.*

15 *Id eſt habendum pro expreſſo de quo ſi teſtator eſſet interrogatus, ita expreſſiſſet, ſeu reſpondiſſet, ſiue loquamur in teſtamentis, ſiue ſtatutis, ſiue reſcriptis.*

16 *Argumentum de ſtatutis ad vltimas voluntates validum eſt. nu. 17.*

Et *pariter de teſtatore ad ſtatuentes. ibidem.*

18 *Statuta loquentia in caſu proprio in quo loquuntur, non patiuntur extenſionem.*

19 *Voluntas intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus.*

20 *Verba videntur adiecta gratia demonſtrationis, quando non eſſent iuncta verbo executiuo.*

21 *Perſona quando adiicitur pacto, cenſetur pactum perſonale: ſi verò imperſonaliter, tunc cenſetur reale. & nu. 22.*

Et *dicitur pactum perſonale, vt in num. ſeq. vbi pulchrè, & latè.*

## CONSILIVM CV.

INcomprehenſibilis Dei ſuffragio poſtulato, amen. In cauſa Magnifici Petrutij Coniger, de ciuitate Licij, cum Magnifico Antonello eius fratre, ſuper eo quòd quondam Nicolaus Coniger communis pater in ſuo vltimo vitæ elogio ſub iſtis verbis cauiſſe compertum eſt: videlicet. I*tem laſſo lo iardino mio, che ſo de* M*oyſe viuace à* Petrutio *mio figlio con tute le caſe, & alberi, che ce ſon con patto & conditione che ipſo* Petrutio *mai per nullo tempo poſſa cercare vita è militia à* Io. *Franciſco ſuo fratre.* inſurgit ergo dubium nunquid ex huius ſeculi peregrinatione migrato prædicto Ioan. Franciſco, & ſuccedente eodem Antonello in feudo, adepto quoque legato prædicto poſsit in præſentiarum peti vita & militia prædicta per ipſum Petrutium ab eodem Antonello. Et quia in iure adeo elegãter, & copioſè reperio in cauſa ipſa per prȩſtantiſsimos doctores illius prouinciæ Idraontinȩ allegatum, vt nihil amplius, nihil præclarius, nihil deniq; præſtantius vltra adduci potuiſſet: & in tantũ, vt mihi allegandi locus præruptus apparere videatur, attamẽ vt cliẽti meas allegationes deſideranti morẽ geram, colligendo ſpicas poſt terga metentium, eorundémque faſciculis alligando, omiſsis ſuperfluis, præſertim quæ ex eorum lectura ſolutionem recipiunt, ad ea quæ in ſubſtantia materiam tangunt, meo iudicio
1 deueniam. * Fundari ſentio principaliter ex aduerſo, factum patris dici factũ filij, intantum vt filius hæres non poteſt factum patris defuncti impugnare, per l. cùm à matre. cum vulg. C. de rei vendic. & prȩſertim approbato teſtamẽto paterno per ipſum Petrutium dico, ꝙ de facili non toruo oculo inſpicienti, apparebit eundẽ magnificum Petrutium in aliquo minimè diſpoſitioni paternæ cõtraueniſſe, petendo vitã à prȩdicto Antonello, cũ pater ipſam peti prohibuerit à Ioã. Franciſc. vnde non apparet prohibuiſſe ne ab alio peti potuiſſet, iuxta tex. in l. cùm prætor. cum vulg. ff. de iudi. & præſertim cùm ipſa teſtatoris verba clara ſint, nec oporteat ab eiſ

dem recedere.l.pediculis.§.argẽto.cum gl.ff.de au
ro & arg.le.gl.in l.voluntatis.C.de fideic. Dyn. &
Bar.in l.j.j.oppo.ff.de iur.codi.ex quo mentẽ teſta
2 toris inſpicere non valemus, * ideo nullum maius
teſtimoniũ, quàm qualitas inſpecta verborum, vo-
luit Bal.l.cùm quidã.pen.col.ver.ſed quæro, poſſu-
mus eſſe certi de mẽte teſtatoris.C.de impub & al.
ſubſti.& in c.ſuper literis.ad finem iij.col.extrà de
reſcrip.Hinc eſt quòd à tenore teſtamẽti recedere
non cõuenit.§.nos igitur.in authẽ.de reſt.fideicõ.
quem allegat Bal.in c.j.de feud.guar. & in l. ſi cùm
3 dotẽ.§.ſi pater.ſol.mat.*& ideo vis verborũ pon-
deranda eſt, & vis ſermonis ſeruãda, dixit Bal. in c.
j.§.& quia videmus.v.colũ.qui feu.da.poſ.idẽ Bal.
in c.j.vij.col.an fil.vel agna.Pet.de Ancha.in conſi.
clxx. quidam ricolinus &c. Et ſic cùm prædictus
quondã Nicolaus in eius diſpoſitione expreſſerit,
ne *ſui filij* prædicti peterent vitã à prædicto Ioan.
Franc.videtur tantummodo ipſum Ioan.Franc.no
4 minatim exceptuaſſe, ne ab eodẽ peti poſſet.*Con
ſtat autem verba, ac voces eſſe earũ quæ ſunt in ani
mo paſsionũ, notæ. i. ſigna ſecundũ Ariſto. cũ quo
concordat Iuriſc.in l. Labeo. ff. de ſupel. leg. Hinc
dixit Bal.in c.mandatum. extrà de reſcri. ꝙ lingua
eſt cor principis, & cordis præco eſt lingua, dixit
Bal.in cõſi.ſchiſma.poſito ſub rub.C.ſi quis aliq.te
ſta.prohi.vnde cùm teſtator ipſe clarè & apertè lo
quutus fuerit caſum exprimendo, & ſe reſtringen-
do ad nomen ipſius Ioã.Franc.non poſſumus alle-
gare aliter fuiſſe voluntatis teſtatoris ad detrahen
dum verbis.l.ſi alij.ff.de vſuf.leg. Bal. in l. cùm vi-
5 rum.C.de fideic. * Quia propter nimiã ſubtilitatẽ
ſæpè erramus in coniecturando mentem defuncti,
cùm animũ teſtatoris non videamus, ita dixit Bal.
in l.precib.ix.col.C.de impub.& al.ſubſtit. & ideo
voluit pulchrè Bal.in auth.niſi rogati.C. ad trebel.
6 ꝙ quãdo teſtator ſeipſum*gloſat, & mentẽ ſuã de
clarat, nũquam itur ad interpretationẽ gl.legis:ſed
tũc eius volũtas expreſſa omnibus modis ſeruãda
7 eſt,*& ideo in caſu claro omnis interpretatio dici
tur calũnioſa, voluit gl.no.& ibi no.doc.in l. quic-
quid aſtringendæ.ff.de verb.obli. nec ſufficit ꝙ te
8 ſtator ita*voluiſſe dicatur, niſi ita diſpoſuiſſe appa-
reat.l.quidã cùm filium.& ibi no.Bal.ff.de hære. in
ſti.Alex.in l.iij.C.de libe.præte. ſic ergo cùm ver-
ba teſtatoris fuerint clariſsima, & apertiſsima, vi-
delicet, quòd vita ipſa non debuiſſet expeti à prędi
cto Ioan.Franciſco, eiuſdem Ioãnis Frãciſci nomẽ
reiterando in legatis factis cæteris filiis eiuſdem te
noris, certè nõ poterimus extendere voluntatem
teſtatoris in aliũ caſum, quem ſciuiſſet exprimere
teſtator ipſe ſi voluiſſet, vt dixit tex.not.in l. vnica.
§.ſin autẽ.C.de cadu.to.& in l.ſeruum.§.non dixit
prętor.ff.de acqui.hęr.& in c.inter corporalia.ver.
vnde ſi certa.de tranſl.epiſ. ſed quia aliter non di-
xit, nec nos dicere debemus.l.de pretio.de public.
in rem actio.l.Labeo.de ſupel.le.& præſertim cùm
aliter tenere eſſet cenſere fuiſſe inæqualitatem ſer
uatam inter filios per patrem, ꝙ quidẽ rigoroſum
eſſet præſumere, aut dicere. & ideo conſuluit Paul.
de Caſtr.in conſi.ccclv.incip. viſo dicto teſtamen-
9 to.ꝙ*rigor debet de facili ſuccũbere, vbi per ali-
quas coniecturas poteſt cõſtare de mente, & inten-
tione teſtatoris in contrariũ, & in caſu iſto nedum
ſunt coniecturæ conſiderandæ, ſed etiam expreſſa
verba ipſius teſtatoris, & ideo non opus eſt conie-
cturis, quæ coniecturæ ſemper præſumerent teſta-
torẽ voluiſſe æqualitatẽ ſeruare inter filios, etiam
quando ipſius verba hoc nõ paterentur, deberent
10 *ita reſtringi, & coniecturari, ex eo ꝙ quilibet ſa-
piens ita feciſſet & faceret, vt dicit Abb.in conſ. j.
& conſi.lxxv.in vol.idem Abb.in c. nihil. extrà de
elect.Bal.in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit. de fur. Petr.
de Ancha.in repet.c.canonum ſtatuta.extrà de cõ-
ſtit.& ideo quando prædictus Antonius cõſeque-
retur & legatũ ante partem, & feudum, non eſt mo
do aliquo præſupponẽdum teſtatorẽ voluiſſe plus
11 diligere vnum filium, quàm cæteros tres: *concur
rente etiã quia quandò verba poſſunt verificari ſe
cundum naturalem intellectum & ſecũdum ciui-
lem, potius debent intelligi ſecundũ naturalẽ: vo-
luit Domi.de ſancto Gemi.in c.ſuſceptũ.iij.no.de
reſcrip.in vj.Io.And.in c.cum Vintonien.ſuper gl.
in verſ promeruit.extrà de elect.& idem not.gl.in
d.c.ſuſceptum. & ſuperuacuũ fuiſſet exprimere il-
la verba, videlicet, *che non poſſa cercare vita à* Ioan.
*Franciſco ſuo fratre*:ex quo nullum verbum debet eſ-
12 ſe ſine miniſterio operandi, ſi poteſt operari:*imò
nec aliqua ſyllaba, nec dictio: dixit gl.in l.j. ꝙ met.
cauſ.ff.& in c.ſi Roman. xviij. diſtin. & in c. ſolitæ.
extrà de maio.& obed.Bald.in rubr. de cõtrahen.
emp.in ix.q.nec poteſt dici, ꝙ Petrutius ipſe in re-
compẽſam dictæ vitæ militiæ legatũ ipſum habue
rit:ex quo teſtator iſtud nõ exprimit.Et quãdo ab
ſque veri præiudicio, poſſet dici expreſſum, prout
minimè poteſt, id eſſet de plano intelligẽdum pro
recompenſa, ne petatur à prædicto Ioan.Frãciſco.
Et ſuadent præallegata ad euitandũ inæqualitatem
13 inter filios, * quam patrem voluiſſe præſupponen
dum non eſt in dubio, per tex.in l.cùm pater.§.pa
ter pluribus.& §.dulciſsimis.ff.de lega.ij.alleg.per
magnificos collegas conſulentes in cauſa, & hoc
ad remouendum odiũ, quod poſſet oriri inter fra-
tres ex inęqualitate ſeruata: prout in pręſentiarum
vigẽt, ex quo vnus conſequeretur pluſquàm alius
14 nulla ſubſiſtente,*nec verificata cauſa inæqualita-
tis prædictæ:& ſic odiũ excreſceret inter eos.l.cum
oportet.in princ.vbi eſt text.ſing.C.de bonis quæ
lib.& in auth.de trien.& ſemi.§.illud.& not. in au-
then.ex teſtamẽto.C.de colla.& in l.inter filios.C.
famil.erciſ.ibi, æquo iure.& in l. ſi maior. C. com-
15 muni diuid. *& hoc ex quo id eſt habendũ pro ex-
preſſo, de quo ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita re
ſpondiſſet, ſeu expreſsiſſet:& hoc ſiue loquamur in
ſtatutis, ſiue in teſtamẽtis, ſiue reſcriptis, gl.eſt no.
in l.tale pactum.& ibi Bal.& Pau. de caſt.in ij. not.
per d.gl.ff.de pac.Bal.in l.j.C.quæ res pig.obl.poſ.
& in l.cuſtodiam.ff.de peri.& commo.rei vẽd.bo-
nus eſt tex.quem ad hoc ponderat Pau.de Caſt.in
l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& poſthu.l. ſi. ſecundum
Bar.Bal.& Ang.ff.de poſthu.hære.inſtit.& hinc eſt
16 optimum argumentum * de ſtatuto ad vltimas vo-
luntates, ſecundum Bar.& alios in l.j. ff. de his qui.
17 vt indi.Et pariter*de teſtatore ad ſtatuentes.l.fin.
C.de rebus ali.nõ alien.& tenet Ang.in l.j.ff.de ac
quir.rer. do. & alibi diſpoſitio ſtatuti & teſtatoris
paribus paſsibus incedũt:ita Nico.de math.& Bal.
in l.pen.C.de verbor.ſignifi.Bald.in tit.de pa. con
ſtan.in



ſtan.in ver. nos Romanorum. Lud. in conſilio lxv.
Hinc eſt quòd prohibitio teſtatoris æquiparatur
prohibitioni ſtatuariæ, ſecundum Petrum de Anc.
conſilio c.plura ſunt dubia. Et ideo per omnes mo
dos per quos coniecturatur mens teſtatoris, per
eoſdem coniecturatur mens ſtatuti, voluit Angel.
in conſilio cclxxx. Martinus &c. Ioannes de Flo-
18 rentia. iij.colum.in fin.* Et quia ſtatuta intelligun
tur in caſu proprio in quo loquuntur, nec patiun-
tur extenſionem, per textum in l.ſi verò.in §. de vi
ro.ff. ſoluto matrimonio. & voluit Bartolus in l.
omnes populi.ff. de iuſti.& iure.& in authent.quas
actiones.C.de ſacr.ſan.eccle. ergo & eodem modo
dicendum eſt in prohibitione teſtatoris, vt in caſu
expreſſo locum habeat, id eſt, ne petatur vita à Io.
Franciſco, nec extendatur etiam vt ab ipſo Anto-
nello peti non poſsit. Præterea apparet clariſsimè
voluntatem teſtatoris fuiſſe, vt à prædicto Ioanne
Franciſco ita expreſsè nominato vita ipſa nullate-
nus peteretur: vnde defuncto prædicto Ioan.Fran-
ciſco videtur voluntas illa teſtatoris ceſſaſſe: cùm
19 voluntas intelligatur rebus ſic ſtantibus,*& in eo-
dem ſtatu permanentibus.cap. quemadmodum.ex
trà de iureiur. l.fin.ff.qui ſatiſd.cog. c. ſignificante.
de pigno.l.ſi vehenda. §. idẽ iuris.ff. ad leg. Rhod.
de ia.& ſic trãſlato dicto feudo in alium, ob deceſ-
ſum prædicti quondam Ioan.Frãciſci, apparet diſ-
poſitionẽ teſtatoris euanuiſſe rebus minimè in eo-
dem ſtatu permanẽtibus, prout tempore legati, &
poſtea vſque nunc. Nec ſuffragaretur parti aduer-
ſæ quòd in illis verbis legati, videlicet, ne petatur
vita & militia à Ioanne Franciſco, fuerit illud no-
men Ioannis Franciſci appoſitum gratia demon-
ſtrationis, iuxta not.per Bartol.in l.centurio.ff. de
vulga. & pup.Ioan.Andr.in c.ſi pater.de teſtamen.
nam reſpondetur quòd hoc non ſonat, nec eſt ve-
riſimile, quia ſufficeret teſtatori dixiſſe, ne petatur
vita militia ſuper feudo ſic ſimpliciter, nec fuiſſet
neceſſe nominatim exprimere à Ioanne Franciſco:
20 *præſertim quia tunc videntur adiecta dicta ver-
ba gratia demonſtrationis, quando non eſſent iun-
cta verbo executiuo, vt apertè declarat Bart. in d.
l.centurio. & doct. in c.raynutius. de teſta. & pro-
batur in l. cohæredi. §. cùm filiæ. quem ad hoc ibi
inducit Paul.de Caſtr. ff. de vulga. & pup. & conſu-
luit Alexand. in conſilio vigeſimo. in ſecundo vol.
Et minimè opitulabitur prædicto magnifico An-
tonello fundamentum, quòd factum fuerit reale,
ad conſtituẽdum pactum merè perſonale: ita quòd
perſonam non egrediatur, requiritur quòd ſit ap-
poſita dictio tantùm, vel dictio duntaxat, & his ſi-
milia, nam hoc non eſt omnino verum, imò iſtud
probat Imo.per optima media in l.ſi ſic.ff.de verb.
oblig. & ibidem Franciſ. de Are. & ſequitur Iaſ. de
may.in l. qui in futurum. ff. de pac.vbi ſubdit Fulg.
21 idem tenere. Imò plus expreſsè ac non firmat, * ꝙ
quando perſona adiicitur pacto, prout eſt in caſu
præſenti, pactum cenſetur perſonale. Si verò im-
perſonaliter, tunc cenſetur reale: textus eſt clarus
in l.cõtra iuris ciuilis.ff.de pac.& probat bene tex.
in l.iuriſgentium.§.pactorum.ff.eo.tit. intelligẽdo
tamen vt declarat Bart.in l.niſi.ff.eo.tit. & ita vide-
tur eſſe doctri. Iuriſc.in d.l.qui in futurũ.Item licet
requiratur dictio tantũ, vel dictio duntaxat, ſeu ſi-
milis, ad conſtituendum pactũ merè perſonale, ita
quòd perſonam nõ egrediatur: tamẽ ſi perſona ad-
iicitur verbo executiuo, abſque dictione exactiua
tantũ, vel alia ſimili, vt promitto non petere à te,
22 tunc facit pactum perſonale,* quod quidẽ finietur
cum perſona, & non porrigetur ad hæredes.ita ma
giſtraliter voluit Bar.in d.l.niſi. in fi.ff. de pac. Pau.
de Caſt.in l.qui in futurũ.ff.eo.tit.quem ibidem ſe-
quitur Iaſon. Et ex pręmiſsis cõcurrere arbitratus
ſum in eandem ſententiam cum Magnificis conſu-
lentibus, vltra copioſiſsimas ipſorum allegationes,
& eam vt veridicam, & iuri conſonam approban-
do, videlicet, quòd peti poſsit dicta vita militia ab
Antonello: ne illotis manibus ad rem ipſam acceſ-
ſiſſe viderer, ſupraſcripta breuiter ad pręmiſſæ con
ſultationis confirmationem. prout in themate pro-
poſito ſubiicere volui, cum propriæ manus ſubſcri
ptione, & ſigilli munimine, quo in ſimilibus vti
conſueui ego Thom.Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Euictio dum imminet in limine contractus rei ven-
ditæ tenetur venditor præſtare fideiuſſores de
euictione, licet in contractu promiſſus non fuerit.
& numero 2.*

*Et intelligitur nedum pro illa quantitate, ſed etiam
pro toto precio, & ſic de euictione futura.*

3 *Fideiuſſor licet non ſit promiſſus, nec datus tempore
contractus, ſi demum mouetur lis ſuper re vendi-
ta ante precij ſolutionem, etiam ſopita lite per ſen
tentiam, vel tranſactionem, vt venditor conſe-
quatur pecuniam debet præſtare fideiuſſorem de
euictione generali de omni lite quæ foret mouenda
ab omni perſona.*

## CONSILIVM CVI.

IN Chriſti nomine, Amen. In cauſa Ar-
melinæ Brunæ cum notario Antonio
Gãbardela, ex quo imminẽte euictio-
ne in limine contractus domus prædi-
ctæ ex iuris diſpoſitione, vt dicta venditrix conſe-
qui poſsit pecuniam, ſiue precium domus prædictæ
ab ipſo Antonio Gambardela emptore, debet præ
1 ſtare fideiuſſores de euictione, * licet à principio
non fuerint dati: iuxta l.ſi poſt perfectã.C.de euic.
l.habitationum.ff.de per. & commo. rei vendic. fit
dubium an ſi venditrix vincat mouẽtem litem, te-
neatur etiam dare fideiuſſores pro euictione futu-
ra ad effectum vt conſequatur pecuniam rei ven-
ditæ. Et certè prima facie videretur dicendũ quòd
cauſa ceſſante ceſſat etiã præſtatio fideiuſſoris: ni-
hilominus in cõtrarium eſt veritas: quòd quamuis
à principio ante litem motam non ſit dandus fide-
iuſſor, eo ipſo quòd deinde lis mouetur, etiã ſopita
2 lite mota per ſententiam* vel tranſactionẽ, vt ven
ditor conſequatur pecuniã de domo vendita, de-
bet dare fideiuſſores de euictione generaliter de
omni lite fortè mouẽda ab vnaquaque perſona. de
hoc eſt caſus in l.fina.§.emptor. ad ſi. ff. de reſcind.
vend. qui caſus eſt nota. & ſingula.ibi, ꝙ venditor
prædiorum ob ſuſpicionẽ quam emptor habuit de
lite ſibi mouenda per Mæuiam & Semproniã fecit
pactum emptori ob litẽ prædictã dare fideiuſſores
in caſu euictionis, quinimò vẽditor voluit aliud pa
ctũ ab emptore, vt ſi pecunia retẽta ob dictũ caſum

non ſolueretur ad certum tempus poſt præſtitam
fideiuſsionem, quòd prædia eſſent inempta: euenit quòd venditor non præſtitit fideiuſſorem, ſed
Semproniã vicit, cum Mæuia tranſegit, adeo quòd
prædia remanſerunt libera ab euictione prædicta:
emptor verò minimè ſoluit precium rei emptæ ad
tempus deſtinatum: dicebat venditor prædia eſſe
inempta, emptor replicabat venditorem non dediſſe fideiuſſorem, cuius occaſione ipſe non ſoluerat: reſpondit igitur Iuriſconſ. quòd licet lites ſuſpicatæ ſint ſopitæ, nihilominus non debuit ſoluere
emptor, niſi dentur fideiuſſores, & iſte eſt caſus l.
prædictæ. gloſſ. verò ibi aſsignat rationem dictæ l.
quòd lis mota à Mæuia & Sempronia, licet ſit ſublata, non ex hoc ceſſat diſpoſitio fundata ex cauſa
impulſiua, & non finali: per quem textum Bart. in
dicta l. ſi poſt perfectã. & in dicta l. habitationum.
& in eadem l. fina. de reſcind. vend. decidit q. mo-
3 tam per gloſſ. in dictis iuribus: * quòd non ſolùm
quando lis mouetur emptori, cuius occaſione retinetur pecunia ex lite mota in limine contractus
tenetur vẽditor nedum præſtare fideiuſſores in caſu euictionis litis motæ, ſed etiam generaliter de
omnibus mouendis. allegat d. §. emptor. & ſic dubium remanet reſolutum per caſum dictæ l. fin. &
hoc eſt quod conſuluit Alexand. conſilio lxv. in v.
volum. ad intellectum d. l. ſi poſt perfectam. quòd
ſufficit ſola lis mota non per calumniã ad effectum
conſequendi fideiuſsionem, cùm lis mota non ſit
cauſa impulſiua, quæ in dubio præſumitur: ſecundum Bartol. in l. ij. de donat. Dyn. in c. imputari. de
reg. iur. in vj. & in c. decet. eod. tit. per Cyn. in l. generaliter de epiſco. & cle. & nimirum ſi Bart. & clarius Angel. in dicta l. ſi poſt perfectam. & in aliis allegatis iuribus, & in l. j. §. ſtipulationum. de prætor.
ſtipulat. adhibent cautelam pro habendo fideiuſſore pro euictione, vt ſupponatur tertius motor litis & controuerſiæ cui dicebat prouideri per iuramentum calumniæ, quæ eſt vana prouiſio, ſecundum Baldum in d. l. ſi poſt perfectum. nam ſi lite illa mota & ſopita, vel iure vel iniuria fuiſſet cauſa
tollendi cautionem cum fideiuſſore, doctores prædicti dediſſent cautelã, vt expectaretur litis euentus, qui breuis, & faciliter amouibilis, quando à
tertio ſuppoſito lis moueretur, prout declarat Alexand. in præallega. conſilio, ex quo tertius non iure
agens repelleretur ab agendo, & litis ingreſſu ex
defectu actionis, & ſimilium: vnde quia dubium,
& caſus deciditur in ſpecie, non opus eſt adducere rationes. concurrit & lis alia mota per venerandum monaſterium ſanctæ Mariæ Carmelitanæ, quæ
ſaltem operatur deteriorationẽ perſonæ dictæ venditricis, quo caſu licet aliàs non teneretur præſtare
fideiuſſorem, dicto reſpectu debet illos præſtare,
per no. per Angelum in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. & in l. j. ſi cui pluſquam per legem falcid.
& in l. apertiſsimi. C. de iudic. Angel. & Imol. in l.
qui bona. & in l. qui damni. de dam. infe. & quæ latè Mod. in l. ſi ab arbitro. qui ſatiſd. cogan. & ita de
iuris cenſura conſulo ego, quòd nedum debet cautio præſtari de lite mota, ſed etiam de quacunque
alia mouenda. ita Bar. in d. l. ſi poſt perfectam. & ibi
etiam Bald. & Bart. & Ang. & Imo. in l. j. §. ſtipulationum. ff. de præto. ſtipula. & text. in l. fin. ff. de reſcind. vend. & habebunt locum præmiſſa, etiam ſi
pars illa, ſeu tertius qui litem mouit fuerit concordatus à parte: vt eſt textus in l. fin. & ibi Baldus &
Alber. ff. de reſcind. vendit. Thom. Grammat.

SVMMARIVM.

1 *Vxor habet hypothecam in bonis viri virtute dotium ſuarum, & ſucceſſiuè competit ſibi electio. numero 2.*
3 *Vxor ob vergentiam viri ad inopiam poteſt aduocare pro iuribus ſuis dotalibus, & dote, bona viri etiam emphyteutica.*
4 *Bona emphyteutica poſſunt etiam inuito domino directo obligari.*
5 *Creditor emphyteutæ ad euitandum caducitatem poteſt offerre, & ſoluere precium pro re emphyteutica virtute hypothecæ quam habet, vt emphyteuſis duret.*
6 *Tertius quilibet poteſt ſoluere & offerre ſolutionem canonis pro re emphyteutica ad euitandum caducitatem ipſius rei.*
7 *Mora modici temporis non eſt in conſideratione.*
9 *Emptor ſi fuit in mora implendi contractum ex parte ſua poteſt infra modicum tempus illam purgare, & dicetur modicum tempus arbitrio iudicis.*
10 *Modicum & nullum æquiparantur.*
11 *Oblatio iudicialis habet vim depoſiti, & liberationem inducit.*
12 *Obligatio facta in iudicio ab eo qui habet pecuniam, & facultatem ſoluendi ſufficit.*
14 *Depoſitum iudiciale obtinet vim veræ ſolutionis.*
15 *Oblationem verbalem ſi creditor recuſat recipere, ſeu acceptare, ſufficiet debitori obtuliſſe, maximè in iudicio.*
16 *Creditor ſecundus habet ius offerendi primo creditori tamen ſecus erit in vxore habente & retinente bona ſui viri hypothecata pro dote, ob vergentiam viri ad inopiam. & nu. 17.*
18 *Vxor quando mittitur in poſſeſſionem bonorum viri pro dote, licet ſibi computet fructus bonorum in ſortem, & ſic in dotem, tamen ſecus erit, quando mitteretur in poſſeſſionẽ in caſu inopiæ viri, quia tunc fructus cederent ipſi mulieri.*
20 *Teſtes conſanguinei producti per cõſanguineum, ſeu affinem, non repelluntur in cauſis ciuilibus.*
21 *Teſtium numerus ſupplet defectum fidei ipſorum teſtium.*

## CONSILIVM CVII.

REdemptoris gentium præſidio iterato
Amẽ. In cauſa honeſtæ mulieris Luciæ
de Oliuerio, cum nobili Ferdinan. monacho, ac Franciſco & Laurentio viualdis. Quo ad Ferdin. monachũ principaliter eſt videndum, an per oblationẽ & verbalẽ & realem ipſius Luciæ debeat Lucia ipſa obtinere. Et nulli dubium quòd Lucia ipſa habet hypothecam ſuper domo
de qua aſsiſtentia petitur per Viualdum, tanquam
in bonis ſui viri exiſtentem. vulga. l. aſsiduis. cum
vulg. C. qui pot. in pig. hab. l. j. & vt plenius: & ibi
1 Bal. C. de rei vxor. act. * & ſic cùm habeat hypothecam, habet etiam electionem reſpectu hypothecæ:
2 per * textum in auth. hoc niſi debitor. & ibi Baldus
C. de ſolut. & Bald. in d. l. j. §. & vt plenius. & ibi dicit, quòd habet ius prælationis: & ſic ſucceſsiuè
Lucia ipſa ob vergentiam viri ad inopiam, legiti-
3 mè potuit aduocare pro dote, * & iuribus ſuis domum ipſam emphyteuticam: vt dicit Bartol. in l. ſi
conſtante. iij. q. iij. partis. ff. ſoluto matrimo. quem
ibidem ſequitur Alexander, qui dicunt procedere
etiam ſi emphyteuſis eſſet reſtitutioni ſubiecta, vt
quia eſſet vſque ad tertiam generationem, & ſentit
etiam Pau. de Caſt. in l. tutor. §. fi. de pig. act. Quo-
4 rum * deciſioni ſuffragatur ratio, quia bona emphyteutica poſſunt etiam inuito domino obligari.
l. emptor. §. fin. & ibi etiam hoc not. Bald. ff. de pig.
act. glo. & doct. in l. fina. in ver. vendere. C. de iure
emphyt. Specul. in titu. de emphyt. §. nunc aliqua.
ver. cxxij. vnde licuit prædictæ Luciæ ſoluere, ſeu
realiter & verbaliter offerre penſionem, ſeu canonem pro ipſa domo emphyteutica, attenta hypotheca, ita quòd per eius ſolutionem durat emphy-
5 teuſis: * cùm ex iuris diſpoſitione creditor ad euitandum caducitatem poteſt ſoluere canonem pro
re emphyteutica virtute obligationis, vel hypothecæ quam habet, vt emphyteuſis duret. textus eſt in
l. vectigali. in ver. tam debitor quàm creditor. ff. de
pigno. & ibi hoc not. Angel. & Bartolus, vt ſic per
ſolutionem ipſam conſeruetur creditori ius hypo-
6 thecæ, * quòd aliàs pariter perempto iure principalis debitoris: imò plus etiam ſi à quocunque tertio fieret ſolutio canonis, euitatur quòd res ex qua
ſoluitur, non incidat in commiſſum: ita Baldus in
l. ſolennibus. de rei vendicat. & conſuluit pulchrè
Ludouic. in conſil. ciij. & ſequitur dominus Anton. de Alexan. in additio. ad Bartolum in l. in emphyteuticariis. C. de iur. emphy. Nec obſtat quatenus dicatur quòd prædicta Lucia fuerit in mora:
nam licet nulla mora per eandem commiſſa fuerit
vt infrà oſtendam, attamen poſito abſque veri præiudicio quòd eſſet, illa figurari & vocari non poſ-
7 ſet * niſi modica, licet non vera: & clariſsimum eſt
quòd mora modici temporis non eſt in conſideratione. l. ſi in lege. §. colonus. cum vulgar. ff. loca. &
in c. propter ſterilitatem. in fi. & in c. potuit. de loca. alibi in mora modici temporis non eſt periculum. l. ſi debitori. ff. de iudic. & ideo dixit Alber. de
roſa. in l. j. C. de verb. ſig. quòd mora parua non dicitur mora: & dicit Specul. in tit. de teſte. §. vj. ver-
8 ſic. datus. quòd licet mora ſit periculoſa, * tamen
fallit in mora modici temporis, & alibi. paria ſunt
aliquid fieri in termino, & parum poſt. glo. eſt notab. in l. Pomponius. §. rati. ff. de procu. quam reputat ſing. Imol. in l. ex conſenſu. §. eum qui. vj. col. ff.
de appel. & eſt ſimilis in l. ij. in princip. ibi, niſi poſt
narrationem. C. de iuramen. calum. & dicit Bald. in
9 l. ij. in vij. q. C. quando licet ab empt. diſce. * quòd
ſi emptor fuit in mora implendi contractũ ex parte ſua, poteſt eam purgare infra modicũ tempus,
& dicitur modicum tempus arbitrio iudicis. l. j. in
princip. de verb. obliga. l. iij. §. cùm igitur. de vi &
vi arm. per quæ iura ita in terminis voluit Franciſ.
de Are. in l. ſi ita quis. §. Seia. de verb. obli. ſed cùm
notoria conſuetudo ſit in ciuitate Neapo. quòd in
xv. die mẽſis Auguſti cum tribus diebus feſtiuis ſequentibus conſueuerunt ſolui penſiones, & cenſus, quis igitur dubitabit Luciam ipſam iudicare
etiam in minima, ſeu modica mora minimè fuiſſe,
prout in rei veritate nulla fuit mora, cùm * mo-
10 dicum * & nullum æquiparentur. capit. licet cauſam. in verſi. modica vel nulla. de probationib. cap.
cùm te. de iudic. c. temerè. iuncta gloſſ. in ver. præteriit. xxxj. diſt in. cap. reuera. de conſecr. diſtinc. ij.
& præſertim dicendum eſt ipſam Luciam in nulla
mora fuiſſe, cùm ante lapſum medietatis mẽſis Auguſti præteriti requiſiuerit prædictum Ferdinandum iudicialiter, vt ad ſe reciperet canonem trium
11 annorum, & cautelam faceret. * Quæ oblatio ita
iudicialis habet vim depoſiti, & liberationem inducit. Bartol. in l. ſi rem alienam. §. fi. ff. de pig. act.
& ibi plenè Alexand. & Bartol. in l. interdum. ff. de
verbo. oblig. & pulchrè & concluſiuè Bald. in l. inuicem. C. de compenſ. Et dixit Bald. in l. acceptam.
12 C. de vſuris. quòd * oblatio facta in iudicio ab eo
qui habet pecuniam, & facultatem ſoluendi, ſufficit, prout eſt in terminis noſtris, in quibus Ioan.
nepos & procurator Luciæ homo notoriè diues, &
13 habebat in ſpecie pecuniam deſtinatam ad hoc, * &
huiuſmodi verbalis oblatio tollit omnẽ pœnæ cõmiſsionem, ita etiam voluit idem Baldus in l. acceptam. in iij. oppo. ſuprà allegata. Et ſic dum oblatio ipſa facta fuiſſet die xiiij. Auguſti, vt ex actis apparet, & per Curiam ipſam intimata prædicto Ferdinando, & per eum minimè acceptata, tandem
xviij. die eiuſdem menſis Auguſti fuit pecunia ipſa
etiam realiter depoſita in curia penes magiſtrum
actorum, ad inſtantiam partis aduerſæ, & ad eius
14 requiſitionem. * Apparet igitur quòd huiuſmodi
depoſitum obtinet vim veræ ſolutionis. l. creditor.
& ibi Bartolus. C. de pignoribus. l. j. & ibi Bartolus.
C. qui potio. in pign. habe. & tandem ſimiliter minimè acceptatum fuit ex aduerſo, nec à principio,
15 nec ex poſt facto. * Et quando nedum realem, verum etiam & verbalem oblationem factam aduerſarius recuſat recipere, ſufficit verbalis oblatio
illa, ita ſingulariter voluit Baldus in l. j. ij. colum.
C. ne liceat in vna eadẽmque cauſa. Rapha. in l. qui
Romæ. in princip. ff. de verborum obligationibus.
& facit gloſſ. in cap. paſtoralis. in fi. de offic. ordin.
ſecundum Alexandrum, qui idem ſequitur in add.
ad Baldum in præalleg. l. j. in ij. colum. Nec obſtat
quod dicitur ex aduerſo, domum eſſe longè maioris valoris quàm fuerat appreciata: & ſucceſsiuè
alia bona conſignata, &c. nam ſeruatis ſeruandis
proceſſus præſentis cauſæ finem accepit, & nihil
de hoc in eo probatum, aut deductum. Nec militat
quòd offeratur per ipſum Ferdinandum, ac etiam
per Viualdos creditores, quòd ſunt parati ſoluere
in pecunia id quod eidem Luciæ de ſuis dotibus,
16 & iuribus dotalibus debetur: * cùm ex vulgata iuris diſpoſitione ſecundus creditor habeat ius offerendi primo creditori. l. fina. C. ſi antiq. cred. Nam
huic reſpondetur, quòd Lucia ipſe non venit ad dicta bona virtute ſuæ hypothecæ ex cauſa ſoluti matrimonij, cùm vir ſuperſit, ſed venit ob vergentiam prædicti eius viri ad inopiam: & in huiuſ-
17 modi caſu habet hoc ſpeciale priuilegium, * vt
contra ipſam non habeat locum ius offerendi: ſecus enim eſſet ſoluto matrimonio, ita dixit in propriis

priis terminis Cynus in l.cùm tibi. C. qui pot. in
pign.habe. & ibi dixit quòd licet poſterior credi-
tor habeat ius offerẽdi, primo creditori, per l.Pau-
lus.§.qui pignoris.ff.quib.mod.pign.vel hypo.ſol.
tamen ſecus erit in muliere retinente bona hypo-
thecata ob vergentiam viri ad inopiam: idem vo-
luit Cyn. in l.vbi adhuc. C.de iur.dot.in xiij.quęſt.
Paul.de Caſtr.in l.ij.in prin.ff.ſoluto matrim. & ibi
ſequitur dictum Cyn. ſubdens idem etiam conſu-
luiſſe Bart.& mouetur ratione, ex quo eo caſu du-
rante matrimonio non eſt vera dotis reſtitutio, vt
voluerunt doctores communiter poſt gloſſ. in l.ſi
conſtante.ſoluto mat.& ibi rectè intuenti idem vi-
detur tenere Bartol.in princi.d.l.ſequutus opinio-
nem Iac.de Are.& Cyn.in dicta l.cùm tibi. & idem
tenuit Io.An.in addit.Specu.in titu.de donatio.in-
ter vir. & vxor.§.formatis inſtrumentis. in addit.
incip.vt nota.in l. vbi idem in ſocero. idem voluit
Baldus in l. vbi adhuc.in iij.colum.in text.ibi quæ-
ſiuerit.& idem dixit in l.j.vlt. colum.ff.ſolut. matr.
& conſuluit idem Baldus in j.volum. conſilio cc-
lxxxij. incip. præmittendum &c. hanc opinionem
firmat etiam Baldus nouel.in trac.ſuo de priuileg.
dot.in vij.par.in xlvij.& penul.priuileg. & ibi ſub-
dit quòd tenebit mulier bona ipſa tãquam ſibi ob-
ligata pro eius cautela, & tanquam poſita in loco
tuto: & ex fructibus dictorum bonorum ſe & fa-
miliam ſuam cum viro ſuſtẽtabit. per dictam l. vbi
adhuc.nec tales fructus computabuntur in ſortem
dotis: & ſic intereſt mulieris potius habere apud
ſe dicta bona, quàm pecuniam dotalem ſibi obla-
tam: cùm mulier non poſsit ſic de facili ex dicta pe
cunia lucrari, & eius vitam ducere, ſicut ex fructi-
bus dictorum bonorum: idem ſequitur Afflict.re-
gius conſiliarius in ſua deciſione cxcix.qui ſubdit,
quod contrarium firmârunt Baldus, Angelus, Io-
annes de Imo.Ludo. & Pau.de caſt. & Alex. in d.l.
ſi conſtante.in princip. & Baldus in auth. quòd lo-
cum.C.de colla. & Cæpol.in caut. cxxj.circa fin.&
nihilominus ſacrũ Regium conſilium bis pronun-
ciauit non habere locũ ius offerendi in dicta cauſa
aſſecurationis: quia non eſt vera reſtitutio dotis,
ſed mulier eo caſu retinebit bona loco pignoris &
hypothecæ, ideo creditor non habet ius offeren-
di; ſecus eſſet dicendum quando mulier egiſſet hy-
pothecaria, & adiudicatione ſuper bonis mariti,
quia tunc haberet locum ius offerendi, ſecundum
18 Cyn.in d.l.cùm tibi. *Et inſuper addo vltra prædi
cta, quòd licet aliàs quãdo mulier mittitur in poſ-
ſeſsionem bonorum viri pro dote, computet ſibi
fructus in ſortem ſeu dotem: tamen ſecus erit quan
do mittitur in poſſeſsionem in caſu inopiæ viri,
prout in caſu de quo agitur, quia tunc fructus ce-
dunt ipſi mulieri, ita dixit do.Ioan.campe.in tract.
de priuileg.dot.in iij.par. quæſtio.lvj. & liiij. & ibi
ſubdit quòd eo caſu reſultant multi effectus, inter
quos etiam eſt, quòd mulier ex dicta dote aletur.&
procedit hoc etiam in fructibus illius anni, quo
dos repetitur, prout in caſu iſto ob inopiam viri.
nam omnes fructus debentur mulieri, ita dicit Io.
campe.in dicto tract. dot.in iij.parte. quæſt.xlviij.
& ſic ex prædictis truncatis fundamentis apparen-
tibus ex aduerſo, apparet minimè competere ius
offerendi allegatum, & minimè ſuffragatur repul-
ſa ſuper qua ſummopere nixi ſunt, cùm licet pro-
bentur quam plures teſtes affines, & alij cõſangui-
nei ipſius Luciæ, attamen ſuperſunt alij teſtes qui
nullam maculam repulſæ paſsi ſunt, & ſic per iſtos
ſuppletur eorum dictum per dicta Bald. & Moder.
19 in l.ſi quis ex argentariis.§.cogentur.de eden.*ta-
men poſito abſque veri præiudicio quòd omnes
eſſent affines, ſeu conſanguinei, non tamen iure
aliquo cauetur, quòd conſanguineus, affinis, vel
20 cognatus repellatur à teſtimonio, * imò etiam eſt
totum cõtrarium, videlicet, quòd non repellun-
tur in cauſis ciuilibus. glo. eſt in cap.accedens.lo j.
21 in ver.ſubeſſe.vt lite non conteſta. cum vulga. * &
præſertim cùm ſint pluſquam quinque teſtes, & nu
merus ſupplet defectum fidei teſtium. gloſſ. eſt in l.
iij.§.eiſdem.ff.de teſtib.Baldus in l.ſi quis ex argen
tariis.§.j.ff.de eden.& in cap.ſi qui teſtium.col.pe-
nult. extrà de teſtib. vbi dicit formaliter, quòd id
quod deficit in fide, ſuppletur in numero teſtium,
& ſubdit eſſe menti tenendum. idem voluit Nico.
de Neapol. in l. excuſantur.ff.de excuſatio. tuto.&
ideo dixit Imola.in l.qui teſtamento.j.colum.ff. de
teſtam. quòd licet teſtes amici propter amicitiam
non faciant integram fidem. l.iij.ff.de teſtib.tamen
ſi tres teſtes amici producti ſunt, vbi duo integri
ſufficiebant, ſupplebitur defectus reſultãs ex ami-
citia ex ipſo numero.per gl.in d.l.iij. & ibi not.Iac.
but.Cætera quæ ex aduerſo allegantur, figurantur
in aëre, & de eis nihil in facto probatur, & ideo vt
ſuprà cenſeo iuris eſſe ego Thom.Gram.

SVMMARIVM.

1 *Iudici ſi datur cognitio de certis perſonis, non po-
terit alius iudex habens vniuerſalem iuriſdictio-
nem ſe de cognitione aliarum certarum perſona-
rum intromittere, quia priuilegium eſt cõceſſum
illis perſonis, & non rei.*
2 *Iudex ſpecialis deputatus in priuilegium perſonæ ſo-
lus cognoſcere poteſt de illis perſonis.*
3 *Citatus qui notoriè non eſt de iuriſdictione citantis,
non arctatur ad comparendum coram eo.*

## CONSILIVM CVIII.

IN Chriſti nomine, Amen. Aditus ab
Illuſtr. Admirato huius regni Siciliæ
Bernardo villa Marina, Comite Ca-
pudatij pro patrocinio aduerſus ma-
gnam Curiam vicariæ, & interro-
gatus à ſua Illuſtirſ.dominat. an magna Curia ipſa
poſsit procedere contra ſuos recommendatos, ſeu
aliquẽ ex eis pro cauſa criminali: adeo quòd ſi aliquem
citari fecerit, & non comparuerit ad allegandum
declinatoriam fori, poſsit ipſum reputare contu-
macem. Et præmitto quòd anno quolibet, vt noto-
rium eſt, datur liſta eidem magnæ Curiæ Vicariæ
per magnã Curiam admiratiæ de nominibus quin
quaginta recommẽdatorum per Viceadmiratum,
ad hoc vt habeat de eis notitiam, & hoc non infi-
ciatur, ſed quia per priuilegia conceſſa eidem cu-
riæ admiratię datur cognitio quinquaginta recom
mendatorum, reddendo eoſdem immunes, & ex-
emptos ab omni alia curia. Et licet magna curia
Vicariæ habeat iuriſdictionem generalem in toto
Regno,



Regno, attamen vbi de certis perſonis datur co-
gnitio alicui iudici, prout in caſu in quo ſumus,
non poterit alius iudex, * licet habeat generalem
1 iuriſdictionem ſe de cognitione illorum intromit-
tere, quia priuilegium illud eſt conceſſum perſo-
nis dictorum recommendatorum, & non rei. text.
eſt in l.nec quicquam.ij.reſpon. ff.de offi.proconſ.
ſecundum Pau.de Caſtr. in l. ſi quis cùm procura-
torio.§.Iulianus.ff.de procura. ſecus ſi in fauorem
cauſæ eſſet tale priuilegium indultum. idem tenet
Baldus in l.vnica. §.vbi autem. C.de caduc. tol. vbi
ſubdit, * quòd quando in priuilegium perſonæ de-
2 putatur iudex ſpecialis, ille ſolus cognoſcere po-
teſt. alleg. idem tenere Iac.de Are. in l.quòd in re-
rum.ff.de legat.j.quia iſta commiſsio nedum eſt in
ſpecie, ſed etiam in indiuiduo: & ſic quatenus ci-
tatus fuerit recommendatus aliquis per magnam
curiam Vicariæ, quæ habet liſtam in ipſis recom-
mendatis, & ſic plenam notitiam per acta notoria
in ipſa magna curia Vicariæ non tenebatur, nec te-
netur ex iuris diſpoſitione cõparere, * cùm cita-
3 tus, qui notoriè non eſt de iuriſdictione citantis,
non arctatur ad comparendum coram citante.tex.
eſt & ibi not.in l.fin.ff.de iuriſdict.om.iud.& tenet
Bart.& alij in l.ij.ff.ſi quis in ius voc.non ier. & ſic
citatio ipſa habetur pro non facta: per ea quæ not.
Andr.de Iſern.in c.j.§.præterea.iiij.colum.quæ ſit
prima cau.benefic.amit. Alex.in conſilio lxxvij. in
iij. volum. & ſic ſi non tenebatur comparere, non
poterat contumax reputari: & ſic fui à prædicto
Illuſtriſsimo magno Admirato valde rogatus de
patrocinio ſuæ iuriſdictionis aduerſus magnam
curiam Vicariæ, quod libenter præſtiti, & obtinui
recommendatum iam captum per eandem, & car-
ceratum, remitti ad eandem magnam curiam ad-
miratiæ, abſque purgatione alicuius contumaciæ,
tanquam nullæ. Thom.Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Brachium ſeculare imploratum per iudicem eccleſia
ſticum, non debet aliter impartiri, niſi per prius
adhibita aliquali cauſæ cognitione, ſi iuſtè, vel in-
iuſtè imploretur.*
2 *Iudici eccleſiaſtico circa implorationem brachij ſe-
cularis nõ de facili deferendũ eſt, cùm peccatis no
ſtris exigẽtibus plures hodie reperiantur prælati
mali, quàm boni, & ideo oportet conſtare de iuſti
tia requirentis, ſeu implorantis brachium.*
3 *Ordinarius vnus dum requiritur per alium ordina-
rium ſuper executione ſententiæ, & coram ipſo
iudice requiſito opponitur de nullitate, ſeu iniqui-
tate ipſius ſententiæ, iudex requiſitus eo caſu non
debet exequi.*
4 *Executionem imploratam à iudice eccleſiaſtico im-
peditur impartiri nedum per nullitatem obiectam,
verùm etiam per iniquitatem euidentem.*
5 *Iudex eccleſiaſticus dum implorat brachium iudicis
ſecularis pro executione ſuæ ſententiæ à qua fuit
appellatum, talis imploratio non ſubſiſtit, nec bra
chium ſeculare eſt ſibi impartiendum.*
6 *Pœna corporis afflictiua vbi venit imponenda pro
crimine, inquiſitus non relaxatur fideiuſſoribus.
ibid. nu. 7.*
*Et pariter ſi pœna eſſet arbitraria.*
8 *Pœna corporis afflictiua imponitur pro crimine fal-
ſi, etiam in foro eccleſiaſtico.*
9 *De falſò inquiſitus debet in carceribus defendi, &
non liberatur.*
10 *Falſi crimen eſt exceptuatum, nec comprehenditur in
generali indultu.*
11 *Falſi crimen eſt deteſtabilius homicidio, & venefi-
cio, & intantum, quòd reducit hominem ad ni-
hilum.*
12 *Appellari non poteſt à iudice retardãte iuſtitiam, ſed
debet adiri ſuperior, vt prouideat.*
13 *Iudex ordinarius etiam ſi expreſsè denegaſſet facere
iuſtitiam, non priuatur iuriſdictione, niſi requiſi-
tus iuſtitiam denegaſſet.*
14 *Iudex eccleſiaſticus ſi ter requiſitus denegaſſet iuſti-
tiam clerico priuatur iuriſdictione, ſi autem lai-
co, incurrit indignationem principis, & tenetur
parti cui denegauit ad intereſſe.*
15 *Appellans ſi apoſtolos non petijt, appellatio eſt de-
ſerta.*
16 *Brachium ſeculare poteſt denegari impartiri iudi-
ci eccleſiaſtico, ſi fuit appellatum per eum contra
quem fuit imploratum, & appellatio non fuiſſet
admiſſa.*
17 *Appellatio ab interlocutoria tenet etiam ſine expreſſio
ne grauaminum, & hoc quando ex actis apparet
iniquitas interlocutoriæ, & ſic grauaminum.*

## CONSILIVM CIX.

REdemptoris gẽtium ſuffragio repeti-
to, Amen. In cauſa vertente inter Illu-
ſtriſsimum Comitem Nolæ cuius cau-
ſas ago ex vna, & clericum Bernardi-
num miranda eius vaſſallum carceratum per Re-
uerendum Vicarium Nolanum ad inſtantiam ip-
ſius Illuſtriſsimi Comitis ex altera, audio inuoca-
ri brachium ſeculare per Reuerendum Vicarium
Neapolitanum Metropolitanum ſuper executio-
ne ſui decreti aduocationis cauſæ ad ipſum, ſeu
eius curiam archiepiſcopalem Metropolitanam,
necnon ſuper liberatione, & excarceratione ipſius
Bernardini. Præcipit canon Excellentiſsime do-
mine Hieronyme de colle regens Cancellariam di
gniſsime, non aliter inuocanti prælato brachium
ſeculare impartiri, quam adhibita per prius ali-
quali cauſæ cognitione ad cognoſcendum ſi iuſtè
1 * vel iniuſtè imploretur. textus eſt in c.j.& ibi doc.
extrà de offi.ordi.& in c.adminiſtrator.xviij.q.vj.
per quem textum ita in terminis conſuluit Petr. de
Ancharano in conſilio ccclxxxij. retento ordine
2 dubiorum. * Ex quo non de facili credendum eſt
huiuſmodi implorationi, ſeu literis prælatorum
ad hoc, cùm peccatis noſtris exigentibus plures
hodie reperiãtur prælati mali, quàm boni, & ideo
oportet conſtare de iuſtitia requirentis, ſeu implo
rantis huiuſmodi brachium. ita pulchrè voluit An-
dræas de Iſern.in conſtit.regni poſt mundi machi-
nam.circa med. & etiam in vltimis verbis vlti. col.
& d.Abb.in d.c.j.de offic.ordin.& ideo voluit pul-
3 chrè Ioan.Andr. in c.cùm in iure.de offi.deleg.* quòd
vbi vnus ordinarius requiritur per alium ordina-
rium ſuper executione ſuæ ſententiæ: & coram tali
requiſito

requiſito opponitur de nullitate, ſeu iniquitate
ipſius ſententiæ, talis iudex requiſitus non debet
exequi, idem not. Innocen. in ca. ad aures. extrà de
æta. & qual. & not. Barto. in l. diuus. ff. de cuſto. reo.
& conſuluit Petrus de Anchara. in prædicto con-
ſilio ccclxxxij. vbi ſubdit per prædicta, quòd ne-
dum nullitas impedit huiuſmodi executionem,
4 *verùm etiam & eiuſdem iniquitas. Et quòd tali
caſu iudex ſecularis non debeat exequi, etiã quan-
do per ipſum ſuſpicaretur de iniuſtitia ſententiæ
prædictæ, ita ſubdit Ioannes Andræas in d. c. cùm
in iure peritus. de offic. delega. & in cap. j. de offic.
ordin. & ſequitur Thomas Ferra. in caute. ſuis. cau.
liiij. incip. ſi coram aliquo iudice. adde plenè Fely.
in cap. cùm ſit. vj. colum. verſic. limita quintò. ex-
trà de foro compet. Sed quid opus eſt ire per men
dicata ſuffragia? conſtat autem ab huiuſmodi de-
creto Vicarij Metropolitani fuiſſe appellatum ad
5 ſummum Pontificem, & notiſsimi iuris eſt * quòd
vbi iudex eccleſiaſticus implorat brachium ſecu-
lare pro executione ſuæ ſententiæ à qua fuiſſet ap-
pellatum, talis imploratio non ſubſiſtit, nec bra-
chium ſeculare ſibi modo aliquo impartiendũ eſt.
ita dicit dominus Abbas in cap. j. de offi. ordi. vlti.
& penu. colum. & ſentit Bart. in l. diuus. ff. de cuſt.
reo. & conſuluit Oldrad. in conſilio lxxxix. & vo-
luit ſatis pulchrè Andr. de Iſern. in prædicta con-
ſtitu. Regni, poſt mundi machinam, vbi not. ſubdit
hoc procedere etiam ſi appellatio ipſa non fuiſſet
admiſſa, prout in caſu noſtro, in quo minimè ad-
miſſa prætenditur. & inde de ſtylo ſacri conſilij ci-
tatur pars cuius intereſt. Et licet præmiſſa ſufficiãt
pro denegatione brachij implorati, attamen vt ho
nori prædicti excellentis Comitis ſatisfiat, & ſuc-
ceſsiuè reuerendi Vicarij Nolani, oſtendam reue-
rendum Vicarium Nolanũ minimè in aliquo gra-
uaſſe prædictum clericum Bernardinum, ex quo
potuiſſet cauſa deuolui ad Metropolitanum. Con-
ſtat primò prædictum Bernardinum in ſua petitio-
ne oblata Metropolitano expoſuiſſe ſe carceratum
ex pretenſo crimine falſi, & ad fideiuſſorum obla-
tionem minimè liberatum fuiſſe, ſeu excarcera-
tum, & ſic appellauit, prout appellaſſe dignoſci-
tur ex concluſione ſuæ petitionis à tarditate ſuæ
excarcerationis. Sed quòd iuſtiſsimè reuerendus
Vicarius Nolanus eundem carceratum detinuerat
per paucos dies, prout adhuc detinet, apparet prin
6 cipaliter, * quòd vbi venit imponenda pœna cor-
poris afflictiua pro crimine inquiſitus non relaxa-
tur ſub fideiuſſoribus, ita dicit Bartolus in l. j. ff. de
cuſto. reo. Baldus & Angelus in l. ij. de exhib. re. &
in l. eos. C. de appel. Ioan. de Anan. in conſilio j. cir-
ca med. Imò plus voluit Lud. in l. ij. ff. de in ius vo-
7 can. * quòd nedum ſi venit imponenda pœna cor-
poralis pro crimine, verũ ſi pœna arbitraria, non
debet quis ſub fideiuſſoribus relaxari. ita etiam re-
ferunt & ſequuntur Modern. in tracta. ſyndica. in
8 ver. fideiuſſor. in cap. ſi iudex. in ſexta colum. * Et
quòd pro huiuſmodi crimine falſi imponatur pœ-
na corporis afflictiua in foro etiam eccleſiaſtico,
eſt textus in cap. ad audientiam. & in cap. ad falſa-
9 riorum. extrà de crimine fal. * Et quòd pro crimi-
ne falſi carceratus non liberatur, ſed debet in car-
ceribus audiri, nec ſub fideiuſſoribus relaxari, eſt
etiam textus magis clarus in cap. ij. extrà eodem ti
tulo. de crim. fal. & in cap. in memoriam. & ibi bo-
na gloſſa nona diſtinctione. vbi etiam voluit Car-
din. Alexand. quòd etiam in dubio ſi fuerit iudex,
an inquiſitus falſum commiſerit, debet interũ ſta-
re carceratus. idem etiam in ſpecie tenuit permul-
ta bona iura dominus Antonius de Alex. in addit.
ad Bartolum in l. j. ff. de cuſto. reor. & idem conſu-
lendo tenet excellens doctor Philippus Decius in
cõſilio cxliij. diuino implorato præſidio &c. & ibi
reprobat excarceratioñe ſub fideiuſſoribus factã
de presbytero Tadeo carcerato pro crimine falſi
per Reuerendum Abbatem burgundiorum, cùm
nõ bene fecerit ipſum liberare, ſeu excarcerare ex
10 cauſa: * quia de falſo imperabatur: quod crimen
eſt exceptuatum: hinc eſt quòd non includitur in
generali indultu facto de criminalibus: vt in l. Lu-
cius. ff. ad turpil. ſecundum Alber. de roſa. in rubri.
de crim. fal. idem tenet Bart. in dicta l. Lucius. Petr.
de Ancha. in repetit. c. j. xxxix. char. de conſtitutio.
Angelus in diſput. ſua incip. exorta guerra. Marſil.
11 in ſingulari ſuo clxiij. incipiente, crimen falſi. * Et
in tantum eſt hoc crimen exceptuatum, quòd eſt
deteſtabilius veneficio & homicidio: ita dicit An-
gelus in authentica, de nuptiis. §. mitiores. in tan-
tum quòd homo deuenit ad nihilum inter homi-
nes: quia dicitur eo caſu eſſe ſine fide, & ſine con-
ſcientia: ita dicit Cynus in l. tranſigere. C. de tranſ-
act. Secundò apparet prædictum Bernardinum ap
pellaſſe à tarditate iudicis ob retardatam eius libe-
rationem: nam ex actis nulla apparet mora com-
miſſa per Vicarium Nolanum in procedẽdo, cùm
xxv. Iunij fuerit expoſita querela de falſo contra
ipſum clericum Bernardinum, & xxvj. eiuſdem
fuerit examinatus, & dũ fuiſſet proteſtatus, quòd
non poterat aliquem alloqui, nec facere ſuas de-
fenſiones: & ſic xxvij. eiuſdem fuit liberatus à car-
ceribus in quibus permanſerat præſtita cautiòne
de tuto carcere, data leuitate carcerum, offeren-
do etiam eidem Bernardino aduocatos, & expe-
diendo mandata pœnalia aduocatis, & procura-
toribus per ipſum nominatis, vt eius patrocinium
ſuſcipere debuiſſent, & tandem citatus receptu-
rus copiam capitulorum, comparuit tertio Iulij,
& dixit in præſentiarum ſe carceratum per vica-
rium, licet in præteritum per dominum archiepi-
ſcopum: & quòd non poteſt procedi ad oblatio-
nem dictorum capitulorum, ſed quòd debet prius
liberari, & dari copia repertorum, & querelæ: &
dum eſſet intimata procuratori fiſcali reſponſio
prædicta, & dictum procuratorem fore interlo-
quendum ad primam, tandem die vj. Iulij obti-
nuit literas inhibitoriales continentes fuiſſe ſibi
iuſtitiam retardatam, cuius contrarium liquet ex
præmiſsis exactiſsima diligentia, & nulla tardita-
te. Et nihilominus perperam fuit appellatio ipſa
admiſſa per viam retardatæ iuſtitiæ, cùm à tardi-
12 tate iuſtitiæ non poteſt appellari, * licet poſſet ad-
iri ſuperior, vt prouideat, ita voluit Baldus poſt
Gulielmum in l. fina. C. de ſentent. & interlocutor.
& hoc quia appellatio non poteſt interponi, ni-
ſi ſuper eo quòd infirmari vel confirmari poteſt,
quod non eſt in iuſtitia retardata: idem tenet Bal-
dus in l. finali. §. j. C. de tempor. appel. Bald. in l. ſed
& ſi



& ſi per prætorem. §. ait. ff. ex qui. cau. mai. Cy. in l.
j. C. vbi de cri. agi opor. Mod. in tract. ſyndi. in titu.
de offi. ſyndi. viij. car. * Imò etiam ſi expreſsè iudex
13 ordinarius denegaſſet iuſtitiam, minimè priuare-
tur iuriſdictione, niſi ter fuiſſet per prius requiſi-
tus, & iuſtitiam denegaſſet, ita dixit Ioan. Andr. in
c. dilecto, extrà de appel. Abb. in c. ex parte. extrà
eod. titu. Cyn. & Bal. in auth. ſtatuimus. C. de epi. &
cle. & conſuluit Alex. in conſi. xj. in j. volu. vbi ſub-
14 dit prædictos doctores tenere, * quòd ſi ter iudex
requiſitus denegauit iuſtitiam miniſtrare clerico,
priuatur iuriſdictione, ſi autem laico, incurrit in-
dignationem principis, & tenetur parti cui dene-
gauit ad intereſſe, ſed quia in caſu de quo agitur,
non apparet nec retardata, nec denegata ex actis.
ergo non potuit cauſa auferri à iuriſdictione & co-
gnitione ipſius Reueren. Vi. Nolani, & ſucceſsiuè
cùm iniuſtè appellatum fuerit, brachium ſeculare
nullatenus impartiri poteſt, aut debet. Tertiò ap-
paret Reuerẽ. Vicarium Neapo. nimis properè, &
animosè cum reuerentia proceſsiſſe ad inhibitio-
nem, & ſucceſsiuè ad aduocationem cauſæ prædi-
ctæ à Vicario Nolano omni iuris ordine præter-
miſſo, nullis productis apoſtolis per prædictum
Bernardinum, ſeu per alium eius nomine coram
ipſo Metropolitano, prout ex iuris diſpoſitione
tenebatur, imò nec etiam petitis coram Vicario
15 Nolano, prout peti debebant. * Conſtat namque
quòd ſi appellans apoſtolos non petiit, appellatio
eſt deſerta, vt in l. eos. §. apoſtolos. C. de appella. in
ibi Barto. Inno. in ca. j. de appel. & ideo dixit tex. in
c. j. de appel. in vj. quòd ſi præmiſſa non obſeruabit,
appellans: & reputabitur non appellans: & ideo ad
prioris iudicis redibit examẽ. Nec habet in aliquo
obſtare quòd appellatio interpoſita ad ſedem apo
ſtolicam non fuerat rite, nec rectè interpoſita, &
ideo non admiſſa per Metropolitanum, cùm in eo
non fuerint inſertæ aliquæ cauſæ grauaminũ: nam
huic reſpõdetur, quòd ſi rectè inſpiciatur, ſatis ap-
paret inſerta cauſa: quia Metropolitanus declara-
uerat carceratum ex crimine falſi liberandum ſub
16 cautione, contra iura præallegata. * Item etiã quòd
non admiſiſſet appellationem, non poterat proce
dere ad inuocationem brachij ſecularis: vt dixit
And. de Iſer. in d. conſtitutione Regni, poſt mundi
machinam. & Abb. in c. j. de offi. ordina. Et nihilo
minus dato quòd nulla eſſet inſerta cauſa graua-
minis, dico quòd de iure ſufficit, ſi appellans dicat
appello, quia iudex me grauauit: prout continetur
in actis: quia tunc huiuſmodi appellatio ab inter-
locutoria valet etiã ſine expreſsione grauaminum:
17 * & hoc quando ex actis apparet iniquitas interlo
cutoriæ, & erit ſatisfactum. clem. appellanti. ita Bal.
in l. minoribus. C. de his quibus vt indignis. Angel.
in conſi. cxiij. incip. quædam domina. & in l. vbi au-
tem. §. qui illud. ff. de verborum obligatio. Fely. in
capi. ſuper quæſtionum. de offic. delega. domini de
Rota in deciſ. ij. in titulo de appel. in no. in addit.
incipiente, dic circa iſtam materiam. Felyn. in c. ſu-
per quæſtionum. col. v. ver. glo. in verſ. circa finem.
extrà de officio delega. & in capitu. cum ordinem.
colum. ix. verſicu. ad gloſ. in clementina appellant.
de reſcriptis. Et ſic ex præmiſsis omnibus conclu-
do Metropolitanum minimè in ſua imploratione
brachij ſecularis audiendum, cùm perperam illud
ſibi impartiri petierit, ergo

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Doctoris legentis in cathedra dictum non aſtringit de neceſſitate.*

2 *Leges in ſtudijs addiſcuntur, & in palatijs digeruntur.*

3 *Clericatus probari poteſt per teſtes, imò per vnum teſtem. num. 4. & 5. Et etiam probatur per teſtes ſingulares. ibid.*

6 *Clericus dicitur in poſſeſſione clericatus ex ſola delatione habitus.*

7 *Clericus propter coniugium nec propter immiſtionem in negocijs ſecularibus clericis interdictis, niſi conſtet, fuiſſe ter à ſuo diœceſano monitus, vt deſiſteret, non perdit priuilegium clericale.*

8 *Clericus coniugatus non gaudet penitus in omnibus priuilegio clericali, tamen ſaltim in duobus retinet, videlicet, quòd ipſum percutiens incidit in canonem. ſi quis ſuadente xvij. q. iiij. item nec poterit coram iudice laico conueniri, dummodo contraxerit cum vnica, & virgine.*

9 *Poſſeſſio corporalis dicitur adepta per conſtitutum contentum in priuilegio.*

## CONSILIVM CX.

SVmmi opificis præſidio repetito, a-
men. Auditum mihi eſt Excellens, &
magn. domine locum tenens, ac hu-
ius regiæ cameræ præſidentes in cau-
ſa Magnifici ac Reuerendi Loyſij Al-
phonſi de Silua de ordine Chriſti commendatoris,
pridie me abſente fuiſſe per magni. Petrutiũ de mi
nodois meum in hac cauſa concurrentem, allega-
tum fuiſſe, clericatum non poſſe probari per teſtes,
quod mihi cũ reuerẽtia ab omni veritate alienum
viſum fuit, & licet multas reuoluerim membranas,
nullatenus tamen reperire valui quonam pacto id
1 iure fundari potuiſſet, niſi dixerim * id comproba
tum aliquibus coloratis rationibus, & opinione
ipſius magnifici concurrentis legẽtis in cathedra,
cuius legentis dictum de neceſsitate non aſtringit,
vt dicit And. de Iſer. in tit. de cõtrouer. inter empt.
& vend. in addi. magna quæ incip. notãdum. quem
refert & ſequitur Pari. de put. in trac. ſyndi. ver. iu-
dex malè iudicans. in cap. licet aliàs. in fi. verb. tum
2 etiam * quia iura addiſcuntur in ſtudiis, & in pa-
latiis digeruntur, vt dixit pulchrè Bald. in l. Aemi-
lius Largianus. ff. de mino. idcirco audacter teneo
3 contrarium eſſe verum, * & quòd imò clericatus
probari poteſt per teſtes, tex. eſt iũcta gloſ. in c. ij.
extrà de cle. coniug. in verſic. per argumenta. & te-
nent docto. in l. ſi qua per calumniam. C. de epiſco.
& cleri. Imò & plus dico, quòd nedum poteſt cle-
4 ricatus probari per teſtes, * verùm etiam poteſt
probari per teſtes ſingulares, ita voluit Angelus in
5 l. ij. §. diem. ij. colum. ff. quemadmo. teſt. ape. * Quin
imò fortius reperi clericatum probari poſſe per
vnum teſtem, licet aliàs in qualibet plena proba-

tione requirantur duo teſtes:ita voluit not. Bal. in
c.licet vniuerſis.& in ca.nuper.de teſti.in vj. quem
ibi ſequitur Felyn.& etiam Iaſ.in l.reſcripta.C. de
precib.impe.offeren.dicens eſſe bene no.quia mul
tum limitatur regula quæ vult , quòd vni teſti non
6 debeat plenè credi. * Accedit inſuper, quòd ſola
delatio habitus ipſius Reueren.Loyſij Alphonſi fa-
cit ipſum eſſe in quaſi poſſeſsione religionis, & cle
ricatus,à qua non poteſt excludi per iudicem lai-
cum.ca.ſi iudex laicus.de ſen.excom.in vj.ita dixit
Pet.Iac.But.Bal.& Saly.in l.ſi qua per calumniã.ij.
col.C.de epiſc. & cleri. & conſuluit Alex. in conſil.
7 viij.in j.volu.*Nec militare poteſt aduerſus ipſum
quòd ſit coniugatus : quia cùm habeat vnicam &
virginem, non deſinit gaudere priuilegio clericali:
capitulo primo:de cleri. coniug.in vj. idem voluit
Anto.de But.& alij in c.ij. de foro compet.Bal.in l.
affinitatis.in fin.C.commu.de ſucceſ. Imò nec per
dit huiuſmodi priuilegium clericus propter cõiu-
gium:etiamſi ſe immiſcuiſſet negociis ſecularibus,
8 * quæ clericis interdicta reperiuntur : niſi conſta-
ret fuiſſet ter à ſuo ſuperiore monitum , vt deſiſte-
ret ab eis.vt probatur in capit.j.de cle.coniu.in vj.
& Alexã.in d.conſi.viij.in j.volu. in fin. Et licet ſe-
cundum aliquos clericus coniugatus non gaudeat
penitus in omnibus priuilegio clericali,tamen ſal-
tim in duobus retinet:videlicet,quia ipſum percu-
tiens incidit in canonem ſi quis ſuadente.xvij. qõ.
iiij. item non poterit coram iudice laico conueni-
ri,dummodo contraxerit cum vnica,& virgine: ita
voluit Ioan.Andr. in ſuo conſil. incip. quia ſæpiſsi-
me.& propterea cum vltra corporalem poſſeſsio-
9 nem adeptam ſaltem*per conſtitutum contentum
in Regio priuilegio conceſsionis ſibi factę,vt dixit
Bart.in l.ab emptione.circa fin.ff.de pact.per text.
in l.certè.ff.de pre.& plenè Iaſo.in l.quoties.C.de
rei vendi.ideo cùm ipſe poſsideat principaliter eſt
penitus exemptus à iuriſdictione iudicis ſecularis
& remitti debet ad eius iudicem competentem,
prout iuris notorij eſt,& ita iuris eſſe dico ego
Thomas Grammaticus.

Sᴠᴍᴍᴀʀɪᴠᴍ.

1 *Conſuetudo vltima,& ſic poſterior eſt attendenda.*
2 *Conſuetudo dicitur inueterata per lapſum decennij.*
3 *Conſuetudo bina dum probatur,& vna eſt contraria alteri, debet ſecundum eam iudicari, quæ apparet iuri communi conformis.*
4 *Scholaris ſi alta voce legit in camera cõtingua,poteſt expelli.*
5 *Appellari non poteſt à ſententia expulſionis à domo.*

## CONSILIVM CXI.

IN Chriſti nomine, amen. In cauſa
Franciſci cori , & Andreæ de Iordano
iuris profeſſor. ac do. Vincentij phy-
ſici, cum Morgante armerio , quæſtio
eſt trita Bart.in l.j.vlt.colũ.ff.ſol.matr.
Ang.Bal.& Lud.in l.ij.ff.eo.tit. vbi de fabro maleã-
te quòd expelli poteſt à doctore , ſeu ſcholari vici-
no:quia impeditur propter ſtrepitũ ſtudere,& ma
ximè quando ſcholaris præuenit: & plenè ibi Iaſo.
materiam exorditur idem concludedo. Nec mili-
tat quòd in facto apparet ibidem vocari ſtrata ar-
meriorũ:& quòd ſunt xxv.anni quòd ibi ſtetit qui-
dam armerius nomine magiſter Triphonus: & ſic
ſtante conſuetudine illius contratæ non videtur
poſſe expelli, prout declarat Barto. rectè intuenti.
Quia reſpõd. quòd ſi ab eo tempore,vt ex aduerſo
dicitur xxv.ann.nemo ibidem deguit armerius,ſeu
qui ibi artem armeriæ exercuiſſet,ſed ſolùm ibi ſte
tit pater eiuſdem domini Andreæ ſcholaris,qui eſt
ſartor,& ſucceſsiuè Andreas ipſe qui eſt ſtudẽs,ſe
quitur quòd iſta poſterior conſuetudo præferẽda
venit,vt non inhabitent armerij , ſeu malleantes,
1 cùm poſterior conſuetudo attendenda ſit,*& præ
ferri debeat anteriori conſuetudini,vt inquit Bar.
in l.ſed ſi lege.ff.de peti.hære.Bal.in c.j.in §.notan
dum.qui feu.da.po.Bar.in l. nemo. §. tẽporalis.de
2 reg.iu.*imò in caſu præſenti cùm appareat lapſum
fuiſſe decenniũ,dicetur inueterata conſuetudo, vt
per totum tit.quæ ſit lon.conſue.Ita plenè Abb. in
c.fi.de conſue.maximè quia cùm iſta vltima cõſue-
tudine cõcurrat habitatio doctoris,ſcilicet medici
phyſici,& ſcholaris ipſius Andrææ , & ſit diſpoſitio
iuris cõmunis conformis,quòd fabrũ malleantem
doctor ſeu ſcholaris expellere poſsit. Et vbicũque
probatur de bina conſuetudine,quarũ vna ſit con-
3 traria alteri,debet iudicari * ſecundũ eam quæ eſt
iuri communi conformis,ita dixit Bal.in l.non ſo-
lùm.de iure dot.Bar.in l.ij.in fi.prin.ff.ſolu.mat.Et
in tãtum huiuſmodi ſtrepitus remoueri & expelli
4 poſſunt ex iuris priuilegio per ſcholares, *quòd ſi
alter ſcholaris alta voce legeret in camera conti-
gua,poſſet expelli per alium,ita Spec.in tit.de iudi.
§.generaliter.An.de But.in c.inter dilectos.extrà
de fide inſtru.& idem in proœ.decre.& plenè Iaſo.
in d.l.j.ff.ſolu.matr.& in l.j.ff. de fer. & hoc ob pu-
5 blicam vtilitatẽ * adeo quòd non poſſet ab huiuſ-
modi ſententia expulſionis appellari,per text.in l.
vnica.C.de ſtudi.libe.vrb.Romæ.lib.xj.& ita mihi
de iure dicendum videtur.
Thomas Grammaticus.

Sᴠᴍᴍᴀʀɪᴠᴍ.

1 *Iudex in iudicando ſecurius eſt procedere per vias ſigillatas, ideſt per textus legum, & ipſos diligentius conſiderare.*
2 *In regulis iuris ſe fundans non poteſt errare.*
3 *Prior in hora conceſſionis ſeu impetrationis, licet æqualis in data collationis, venit præferendus.*
4 *Prioratus horæ poteſt probari per teſtes.*
5 *Diſtantia loci facit vt quis ignorare præſumatur.*
6 *Verba appoſita in conceſſione beneficij, videlicet, confiſi de prudentia ſufficientia, idoneitate, & legalitate veſtra, apparet fuiſſe habitũ reſpectum ad perſonam cui facta eſt conceſſio.*
7 *Clauſula, anteferri omnibus, derogat indultu alteri conceſſo habenti ius ad rem duntaxat, nu.8.*
9 *Ius non dicitur quæſitũ in beneficio per acceptationem per quemcunque factam circa collationem, etiam ſi petitum ſit ab executore, vt conferatur.*
10 *Papa concedens alteri indultum conferendi certa beneficia, non ex hoc videtur à ſe exemiſſe facultatem conferendi, imò maior poteſtas penes ipſum remanſit.*
11 *Clauſula, dummodo datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum, præſeruatur ille qui haberet ius in re.*
12 *Ordinarij conferentis literis ſtatur etiã contra apoſtolicos impetrantes, etiam reſpectu datæ temporis ſolo ſuo ſigillo ſigillatis ſine tabellione, & teſtibus. ibid.nu.13.*
14 *Beneficia quæ ſunt de menſa in veritate non vacant, licet ex quodam abuſu conferantur tanquam vacantia, & nu.ſeq.*
18 *Vinco vincentem te fortius vinco te.*
19 *Indultum generale ſuper beneficijs ſi vni conceſſum eſt, & vacante beneficio alteri fuit in ſpecie illud vacans conceſſum, in ſpecie licet ſit poſterior conceſſio præfertur tamen primæ.*
20 *Renunciatio ſeu ceſſio facta lite pendente non poteſt fieri in præiudicium tertij.*



## CONSILIVM CXII.

AEterni numinis ſuffragio poſtulato,
amen. Nouit Excel. veſtra Illuſtr. do-
mi Hieronyme de colle regẽs Can
cel digniſsime , ex quatuor intrepi-
dis venatoribus duos potiſsimè in-
ſignes proceres , ac magnates aucupationi vnius
duntaxat tremulæ coturnicis incubuiſſe,niſi ad de-
cus tantorum virorum conſeruandum ipſorum nõ-
mina tantum collitigantibus accommodata in rei
veritate fuiſſe concedamus , ſed fretus tui integer-
rimi animi rectitudine , ac librata iuſtitiæ tutrina,
qua hoc imperiũ aſtreæ faſtigio hoc nouiſsimè aſ-
ſumpto facillimè moderaris , prout quotidie ſen-
tio, veneror, & admiror patrociniũ meũ huic cle-
rico Lucę de Raynaldo de Capua vni ex venatori-
bus liberaliter tãquam iuris optimas partes fauẽti
1 impertiri non ſum veritus. * Verùm quia ſumus in
deciſiuis , & in iudicando , in quibus ſecurius eſt
procedere per vias ſigillatas; ideſt per textus legũ
& ipſos diligentius conſiderare, prout dixit Bal. in
conſil.xcvij.ſuper primo quæſito.ij.colum.ij. volu.
2 vel ſaltem * facere fundamentum in regulis iuris,
ne poſsit errari, prout dixit idẽ Bal.in cõſi.xxxvj.
factum ſic ſe habere videtur.in iij.volu. Dico prin-
cipaliter prædictum clericum Lucã eſſe præferen-
dum Pyrrho Antonio de Cõſtantio , tanquã prio-
3 rem in hora:* licet æqualem in data collationis,
tex.eſt iuncta gl.in c.ſi à ſede.de præbendis,in vj.&
ibi communiter doctores,glo.in l.ſi ex pluribus. &
ibi doctores in §.Lucius Titius.el ij.ff.de ſolutio.in
4 verbo obligauit, & in verbo, ex vſu. * Et ſufficit de
dicta prioritate horæ fuiſſe probatũ per teſtes dun-
taxat: vt not.glo.& omnes in d.c.ſi à ſede.in verbo
nec appareat. abſque quòd dicatur in bullis , & ex
quo ſufficit probatio per teſtes. cum glo. ibi dicat,
vel ſi in bullis fuerit dictum. quaſi in primo caſu:
dum loquitur de probatione per teſtes non requi-
ratur quòd dicatur in bullis vltra , quia cum teſti-
bus concurrunt literæ ſcribæ, ſeu notarij , qui ſcri-
pſit bullas collationis, eo magis quia prædictus Lu
cas poſſeſsionem habuit , & nullo modo prædictus
Pyrrhus Antonius, per tex.cum gl.in d.c. ſi à ſede.
Nec obſtat quòd donnus Hilario prior Trinitatis
Cauen. qui nobis cõtulit ante dictam collationem
nobis factam erat creatus prior S.Pauli de vrbe,in
capit.generali, & ſic erat reuocatus à prioratu Ca-
uenſi: vnde carebat poteſtate conferendi.nam huic
reſpondetur , quòd adhuc erat in adminiſtratione
prioratus Cauenſis , & non erat adhuc ingreſſus
prioratum ſancti Pauli , nec intrauerat, & ideo
quantum ad hoc cùm tractetur de actu fauorabili,
& ad ſuſtinendum ſuum factum , non habebatur vt
prior de Vrbe, cuius officium ingreſſus nõ fuerat
ſecundum Bartol.in l.j.j.col.inj.oppo.ff.de pœnis.
Secundò reſpõdetur , quòd prædictus donnus Hi-
lario prior veriſimiliter præſumebatur ignorare
creationem, ſeu permutationem ſibi factã de prio-
ratu prædicto. per regulam vulg. præſumitur igno-
rantia vbi ſcientia non probatur , tum etiam con-
currente qualitate loci, in quo fuit celebratum ca-
5 pitulũ in ciuitate Mantuæ , attenta diſtantia, * cùm
ita ſit, in dubio ignorare præſumatur: per tex. in c,
cùm intra.extrà qui mat.accu.po.vbi bonus tex.de
hoc: per quem ita in propriis terminis conſulendo
tenet Lud. Roma.conſi.cccxxx.circa primum.pen.
col. verſ. cùm igitur marſilien.capitulum tanquam
diuerſæ prouinciæ exiſtens &c. Tertiò reſponde-
tur quòd prædictus donnus Hilario non habebat
facultatem conferendi beneficia , quia prior , ſed
tãquam vicarius generalis in ſpiritualibus & tem-
poralibus, imò non ſimpliciter, quia vicarius , ſed
quia cum ſpeciali commiſsione conferendi : iuxta
tex.cum glo.in c.fin. de offi. vic. in vj. & eſt deciſio
Rot.in nouis, deciſ. cccxcvij. aliàs deciſ. v. incip. ſi
epiſcopus dat & committit. titu. de offic. vicar. &
in antiq.deciſ.cccxxvij. aliàs eſt deciſ. iiij. eod. titu.
incip. not. quòd licet ordinarius. vnde licet fuiſſet
permutatus in prioratu S. Pauli de Vrbe , tamen
quia non habuerat poteſtatem conferendi niſi vt
vicarius generalis, & ſpecialis commiſſarius, & nõ
vt prior, nihil ad rumbum: quia ex diuerſis non re-
cta ſit illatio.l.fin.C.de codi.& l.fin.cum ſi.ff. de ca-
lum.Quartò prædictus donnus Hilario non habe-
bat poteſtatem conferendi, quia prior,ſed tãquam
perſona prudẽtiſsima, legalis, ac idonea : & prout
apparet in poteſtate vicariatus conceſſa,ibi dũ di-
citur , cum facultate & poteſtate conferendi om-
nia, & quæcunq; beneficia &c. & parum ante ſunt
hæc verba, confiſi de prudentia, & ſapiẽtia , idonei
tate & legalitate veſtra&c.ex quibus apparet quòd
non habito reſpectu ad prioratum prædictũ fuerat
6 hæc facultas conferendi beneficia conceſſa , * ſed
fuit habitus reſpectus ad perſonam prædicti donni
Hilarionis , quòd ſatis apparet probari per verba
ſuprà narrata, ita dixit do.Abb.in c.quoniam Abb.
iij.colum.verſic.ſed concludo tertiò. extrà de offi.
delega.Ludo.in conſi.cccxxx.iij.colum.verſicu.iij.
quia & poſito. Vltimò quia in commiſsione prædi-
cta præceſsit nomen proprium prædicti Hilario-
nis: quinimò eius qualitatis , prout apparet ſub il-
lis verbis, de prudẽtia &c.igitur ad reuocationem
prioratus non cenſetur reuocata poteſtas vicaria-
7 tus , * cum commiſsio ſpecialis conferendi ſuffi-
cit: ita voluit Abb.in prædi. ca. quoniam Abb. iiij.
colum.verſi.& idem quòd ſuprà tenet Bar.& plenè
Card.in cle.& ſi principalis.de reſcri.maximè.v. &

j.q.vbi dicit, quòd ita de cõſuetudine ſeruatur: &
quòd hoc voluit ibi gl.cui ſecundum eum ſtãdum
eſt:& ex his apparet ſatis excluſus clericus Pyrrhus
8 Ant.de conſtantio.* Quò verò ad Reueren. domi.
Cardi.de Aragonia in bullis ſuæ dominat. cõceſsis
apparet ineſſe clauſula, anteferri omnibus &c. ſub
data viij. menſis Iunij, per quæ verba ſatis apparet
derogatum indulto Illuſtr. Ferdinãdi columnæ ha-
benti ius ad rem duntaxat, ita Ioã.And.Butr.Imo.
& Domi.in c.cauſamque. de reſcrip, & ideo voluit
Cardi.in ſuo conſi.lxij.caſus ſuper quo &c. ꝙ non
dicitur ius quæſitum in beneficio per acceptatio-
nem, per quencunque factam citra collationem,
9 etiam ſi petitum ſit ab executore, vt conferat, per
quam petitionem quis dicitur acceptare, idem vo-
luit Imo.poſt Card.in c.inter cætera.iiij.colum.de
præben.item in bullis prædicti do.Cardin.deroga-
tur in ſpecie omnibus & quibuſcunque indultis.
Nec eſt dubitãdũ ſi papa id facere potuerit in con-
ferendo beneficia de quibus alteri poteſtatem per
10 indultum prædictũ conceſſerat:* cùm non ex hoc
videatur à ſe exemiſſe facultatem conferendi, imò
maior poteſtas penes ipſum remanſit, c. dudum de
præbend.in vj.per quem text.ita conſuluit Petr. de
Ancha.in conſi.clxiiij. & conſi. xxviij.incip. ratio-
nes inductæ. & ibi ſubdit ꝙ ſemper remanet penes
dominum maior iuriſdictio quàm transferat, &
præſertim cùm papa in beneficialibus liberam ha-
beat poteſtatem ſeu voluntatem.clem.j.in fi.vt lit.
pẽd.c.ij.de præben.in vj.Accedit inſuper alia clau-
ſula in bullis prædicti Reuerendiſsimi Cardinalis:
11 videlicet, dummodo datæ præſentium non* ſit al-
teri ius quæſitum virtute cuius clauſulæ præſerua-
tur prædictus clericus Lucas habens ius in re: ita
conſuluit Cald.in conſi.viij. ſub tit. de reſcript. ibi
declarans quid ſit habere ius in re: & idem cõſuluit
Lud.Roma.in conſi. cclvj. approbo ſententias &c.
12 * Et ideo cùm appareat collatio mei clientis Lucæ
facta ſibi ab ordinario anterior quàm fuerit colla-
tio Reuerendiſsimi Cardinalis, & Illuſt. Ferdinan
di Columnæ, & in prædicta eiuſdẽ Lucæ collatio-
ne ceſſet præſumptio fraudis in data reſpectu in-
ſtrumenti poſſeſsionis adeptæ per ipſum Lucam, ac
etiam per teſtes de hora anterioris collationis de-
ponentes, ſequitur quòd ambobus præfertur. per
tex.in c.ſi à ſede.de præbend.in vj.& ibi gloſ.& ita
voluerunt domini de Rota in deciſi. xxij. in nouis.
aliàs deciſi.j.de probat.incip. fuit dubitatum.& in
deci.cccxlviij.aliàs deciſ.x. eod. tit. inci.voluerunt
& ordinauerunt &c. & vult præallegata deciſ. xxij.
in fin.quòd etiam contra apoſtolicos impetrantes
ſtandum eſt literis ordinarij conferentis etiam re-
ſpectu datæ & temporis ſolo ſuo ſigillo ſigillatis ſi-
ne tabellione & teſtibus, quãdo poſſet apparere de
excluſione fraudis, & anticipationis præſumptæ, &
13 inter alia ponitur,* ſi poſteà apparet de apprehen
ſione poſſeſsionis facta per notarium de beneficio
collato per ordinarium: & idem dicitur in d. deciſ.
cccxlviij.& præſertim vendicant ſibi locũ præalle-
14 gata, * cùm ſimus in iure quæſito ad rẽ quò ad apo
ſtolicos impetrãtes habẽtes poſteriorẽ collationẽ,
quos non defendit dicta clauſula, dũmodo à data
præſentium per deciſ. Rotæ in non. ccxliiij. incip.
licet de more & ſtilo cur.aliàs deciſ.xvij.de præbẽ.
& deciſ. cccxcij. aliàs eſt deciſ. vj.inci. cùm ad ca-
pitulum.tit.de electio.& latè Fely.in c.cauſamque.
penult.col.verſi.clauſula anteferri.de reſcrip.Item
ſuperatur prædictus Illuſt. Columnenſis per prædi-
ctum Lucam, ex quo eccleſia prædicta eſt de menſa
15 abbatiali: * & ideo ad eam nõ extendũtur indulta,
ſicut nec ad beneficia de menſa, licet in dictis in-
dultis fiat mentio de beneficijs regularibus vacatu
ris, vt in cle.frequens.§.quædam.& ibi gloſ.in ver-
bo, ad mẽſam, de exceſ.præla.& in cle.j.præmiſſa.
& ibi gl.in verbo, de mẽſa.& in verbo, reuocari.de
16 ſupplen. negli.prælat. * cùm beneficia quæ ſunt de
menſa in veritate non vacent, licet ex quodã abuſu
cõferantur tanquã vacantia, ſed ſtandum eſt verbis
Papæ in proprio ſignificatu, videlicet, quòd in ve-
ritate non vacant, vt in d.§.quidam.& ibi Cardi.&
Rota in antiquis deci.xxvij.aliàs eſt deciſ.j.titu.de
conceſ.præbend.incip.no.quòd vbi beneficium.&
ſic literæ prædictæ licet reſpectu beneficiandi, &
ſic reſpectu perſonæ ſint fauorabiliores, vt in c.ſi à
17 ſede.& c.ei cui.de præben.in vj. * & per cõſequens
ampliandæ, tamen reſpectu beneficij ſunt odioſæ
& ſtricti iuris, & non veniunt quælibet beneficia:
ſed illa quæ ſunt ſub proprio ſignificatu, & per con
ſequens quæ in veritate propriè vacant, & ſic non
de menſa. vt in c.quamuis.el j.& in c.cui de non.de
præben.in vj.& no.Pau.& Cardi.ibi, in clem.ne ro
mani.§.ſanè.col.v.in vij.& viij.q.de elect.& no.gl.
antepe.in d.c.cùm de beneficio.& Cardi.in d.§.ſa-
nè.octaua quæſtione. & voluit Imo.in c.cùm olim.
de præbendis in ſexto.ſecũdum doct. in locis præ-
allegatis, & ideo cùm ex præallegatis clericus Lu-
cas omnino ſuperet prædictum Illuſtr. Columnen-
ſem, cùm indultum eidem nullatenus ſuffragetur
ex prædictis, ſuperat quoque & Reuerendiſsimum
Cardinalem ratione prioris datæ in bulla, maximè
cùm ſit in indultu ſeu bulla domini Cardinalis, dũ-
modo datæ præſentium nõ ſit alteri ius quæſitum,
virtute cuius clauſulæ vincitur etiã dominus Car-
dinalis, tamen ſua Reuerendiſsima dominat. ha-
bet ius in re: quia in eius bulla fit ſpecialis collatio
huius beneficij, cum clauſula, non obſtantibus om-
nibus, & quibuſcunque indultis, quo caſu vincitur
Columnenſis à prædicto domino Cardinali: ſed ſic
eſt quòd Lucas vincit domi.Cardi. & ſuperat, ergo
18 fortius vincit Columnenſem, * quia ſi vinco vin-
centem te, fortius vinco te: tex. eſt not. in c.autho
ritate.de conceſ. præben.in vj.vbi text.ad literam.
& eſt bonus text.in l. de acceſsionibus. ff. de diuer.
& temp.præſcrip.& conſuluit Fran. Curt. in conſi.
xlvj.j.colum. quòd ſi vinco vincentem te, fortius
vinco te: & Alex. in conſi. ccviij. in fin. ij. volu. Et
potiſsimè quòd dominus Cardi.quem vincit præ-
dictus Lucas, ſua reuerendiſsima dominat. vincat
Columnenſem, vltra præallegata adducitur, nam
indultum columnenſis eſt generale, & ſic in gene-
re conceſſum: in bulla verò Reuerendiſsimi domi-
ni Cardinalis eſt in ſpecie conceſſum hoc benefi-
19 cium: quo caſu * licet poſterior præfertur colum-
nenſi, ex quo ſpecialiter conceditur, ita per plura
conſulendo tenet Federicus de ſen.conſi. cxcvj. &
cxcvij. vbi multa bona adducit. Nec obſtaret re-
nunciatio ſeu ceſſio facta Columnenſi per prædi-
20 ctum domi.Cardina.* quia ipſa fieri non potuit in
præiudi



præiudicium tertij, vt voluit Abb.in c.fi.in v. not.
extrà de maio.& obed. Apparet enim ꝙ per acce-
ptationem domini Cardi.de beneficio, & præſen-
tationem ſeu productionem bullarum factam in
præſenti iudicio, & intimationem factam partibus
& præſertim huic meo cliẽti, eſt eidem clienti Lu-
21 cæ ius quæſitũ virtute ſupradic.c. authoritate. * &
ideo nõ potuit, nec poteſt renunciare vſui ipſarum
bullarum in præiudicium Lucæ venientis ex eiuſ-
dem Cardinalis perſona ab ipſarum vſu deſiſtentis
prout not.Innoc.& Hoſt.in c.ex conqueſtione.de
reſtit.ſpol.& ibi doct.Bald.in l.petendæ.vlti.col.C
temp.in integ.reſtitu.& conſuluit Fede. in d.conſi.
cxcvj. & cxcvij. quòd maximè procedit, quia vir-
tute dictæ renũciationis fuit eidem domino Card.
penſio ſuper beneficio prædicto ſtabilita, quo caſu
non videtur vſui renunciaſſe, & ita ex prænarra-
tis cenſeo de iuris cenſura prædictum clericũ Lu-
cam cæteris præferendum cõcurrentibus. Et quòd
eidem vt intrepido venatori iure optimo huiuſce-
modi venationis palma debeatur, & ita cenſeo iu-
ris eſſe ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem habere prætendens in præiudicium alterius eandẽ habentis, debet verificare, & probare, quòd illo alio præſente & patiente iuriſdictionem ipſam exercuerit, vt præiudicet.*

2 *Teſtes deponentes de antiquiori poſſeſſione etiã decennij retro, præferuntur teſtibus de iuniore poſſeſſione in interdicto retinendæ.*

3 *Titulus & poſſeſſio iuſtificata, licet multum proſit, tamen hoc eſt verum, niſi poſſeſſio collitigantis eſſet antiquior illo ſuo titulo. & nu. 4.*

## CONSILIVM CXIII.

IN Chriſti nomine amẽ. In cauſa ma-
gni. Iacobi de Tufo, cum magni. Ioan-
ne Carrafa de Neapo. vtili domino
caſalis ſancti Elpidij ſuper impoſi-
tione aſsiſiæ in dicto caſali apothe-
cariis, & macellatoribus eiuſdem quam recuſat
prædictus mag.Ioannes, aſſerens ipſum tanquam
vtilem dominũ eſſe in poſſeſsione imponendi aſsi
ſiam prædictam, & non prædictus Iacob. vel is co-
meſtabilis ciuitatis Auerſæ: & hoc virtute ſui pri-
uilegij de conceſsione caſalis prædicti cum omni-
bus eius iuribus & iuriſdictionibus &c. Quod qui-
dem nihil habet obſtare antiquiſsimæ ac longæuæ
poſſeſsioni ipſius Iacobi, cum ſi prædictus Ioan.
aliquando dictum officium catapaniæ in prædicto
ſuo iure exercuerit per ſuos miniſtros ſeu catapa-
nium non tenet huiuſmodi poſſeſsio extante anti-
quiori & priori poſſeſsione ipſius Iacobi: vt ex me
ritis probatorum liquet, ſed incubuiſſet eidẽ Ioan-
ni de neceſsitate verificare quòd ipſo Iacobo ge-
nerali comeſtabulo præſente & patiente iuriſdi-
1 ctionem prædictam exercuerit: * ad hoc vt intelli-
geretur eidem Iacobo præiudicatum: ita voluerũt
Inno.& alij in cap.conquerente.de offic.ordi.in c.
bona.de poſtu.præla.do.Anto.in c.fi.de cauſa poſ.
& propriet.Petr.de Anch.in reg.ſine poſſ.in iiij. q.
de reg.iur. Secundò apparet quòd teſtes producti
per eundem mag.Ioannẽ, & in eius fauorem depo
nẽtes de eius poſſeſsione per ann. x. xij. & ad plus
xv.& xviij.teſtes autẽ ipſius Iacobi deponunt eun-
dem Iacobũ, & ſuos prædeceſſores ſtetiſſe in poſ-
ſeſsione ſeu quaſi imponendi aſsiſiam prædictã in
omnibus vicis ſeu caſalibus ciuitatis Auerſæ, & ſi-
gnanter in caſali prædicto ſancti Elpidij per annos
2 xxx.item xl. item l.* Et ex iuris diſpoſitione teſtes
deponẽtes de antiquiori poſſeſsione etiam decen-
nij retro præferuntur teſtibus de iuniori poſſeſsio
ne in hoc interdicto retinendæ poſſeſsionis: vt vo-
luit Abb.in c.cùm ad ſedem.vij.col.extrà de reſtit.
ſpol.conſuluit Alex.in conſi.lxxx. in fin.in ij.volu.
& conſi. lxxxiij.in v. volu. & idem voluit Fran. de
Are.in c.licet cauſam.extrà de probat.vnde ſtante
antiquiori poſſeſsione ſemper recentior præſumi-
tur vitioſa: vt dicũt doct.communiter in d. c. licet
cauſam. & in l.j.C.vti poſ.Nec habet ſuffragari ei-
dem Ioanni titulus ſui priuilegij cum omnibus iu-
riſdictionibus ad dictum vicum, ſeu caſale ſpectã
3 tibus, & pertinentibus,* ex quo licet multũ poſsit
titulus & poſſeſsio iuſtificata, tamẽ hoc eſt verum,
niſi poſſeſsio collitigantis eſſet antiquior illo ſuo
titulo, prout in caſu præſenti eſt poſſeſsio ipſius
Iacob.ita dixit pulchrè Bal.in l.data opera.in fi.C:
qui accu.non poſſ.& in l.non ignorat.C.ad exhib.
Tertiò & vltimò manifeſtiſsimi iuris eſt ex produ-
ctis liquere, nedum de antiquiori poſſeſsione ſeu
quaſi prædicti magn.Iacobi, verùm etiam de anti-
quiori titulo, quàm ſit titulus & poſſeſsio ipſius ma
4 gnifi.Ioannis carrafæ: *ex quo quidem antiquiori
titulo præſumitur antiquior & iuſtior poſſeſsio,
ita Bal.in cap.licet cauſam. de proba. poſt Iaco.de
Aret.in l.quoties.C.de rei vendi.argũ. prædictæ l.
quoties. Bald.in l.nõ ignorat.C.ad exhib. Franciſ.
de Curt.in conſi.lxxvj.ſuper motiuis &c. redditis.
vj.colum.maxime cum titu.eiuſdem Iaco. excedat
tempus cxxx.anno.vt ex eius calendario liquet.ſe-
quitur pariter quòd & poſſeſsio ipſa ſit antiquior,
& meritò præferenda cum ſi qua fuerit poſſeſsio
ipſius Ioannis illa fuit clandeſtina reſpectu anti-
quioris poſſeſsionis ipſius Iacobi, & ita videtur
conſulẽdum mihi de iure intrepidè: & ita pronun-
ciatum fuit per S.conſilium in præſenti cauſa.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio receptionis dotium facta per virum eſt tantæ importantiæ, quòd ſi poſt ſtipulationem capitulatorum matrimonij, & promiſſionis dotiũ ante confeſſionem receptionis ipſarum fuiſſent alia debita per virum contracta, ſemper attenderetur tempus promiſſionis dotium factæ per vxorẽ, ſeu per alios eius nomine ipſi viro, & mulier ipſa præferretur cæteris creditoribus in hypotheca.*

3 *Confeſſio receptæ dotis facta per virum tantum operatur quantum vera ſolutio. Vxor habet hypothecam virtute legati facti per eius virum. & nu. ſequenti.*

5 *Vxor agens virtute legati nõ tenetur probare rem illam fuiſſe in bonis ipſius teſtatoris legantis, ſed proceſſiſſe à teſtatore duntaxat.*

6 *Vxor poſt mortem viri poteſt remanere in poſſeſſione bonorum viri hypothecatorum ſibi pro ſuis dotibus, & iuribus dotalibus pro quibus vti poteſt retentione in eis. num. 7. Maximè vbi mulier ipſa declaraſſet animum ſuum velle illa pro dote retinere.*

8 *Ius retentionis virtute hypothecæ in bonis viri, nedum competit vxori, verùm etiam, & eius filijs virtute dotium maternarum. ibid.*

9 *Vxor mortuo viro ſi adminiſtrauit bona mobilia, & alia, non reddito computo & ratione ipſorum bonorum non poteſt vti retentione bonorũ quondam viri: & ibi narratur quæ requirantur concurrere.*

10 *Titulus legati excludit compenſationem.*

11 *Compenſatio prohibetur opponi aduerſus mulierem agentem actione de dote.*

12 *Tutor comparando ſeu ſe ſubſcribendo, aut alia faciendo nomine pupilli non videtur ſibi proprio nomine præiudicaſſe. nume. 13. & idem teſtis vel notarius.*

## CONSILIVM CXIIII.

REdemptoris gentium præſidio repe-
tito amen. In cauſa Illuſtriſ. dominæ
Ioannæ de picolhominibus de Ara-
gonia. Excellentia veſtra pernoſcat
Illuſtriſsi. Prorex vóſque alm . ius
S. collateralis concilij proceres, Quòd docẽte phi
loſopho nihil ita abſque labore manifeſtam facit
veritatem quàm breuis, & pura narratio, idcirco
ſuper puncto, an liceat eidem Illuſt. dominæ Ioan-
næ vti retentione bonorum quæ fuerunt quõdam
Comitis Neocaſtri eius viri loco pignoris: & hy-
pothecæ obligatorum pro dotibus ſuis & aliis iu-
ribus dotalib⁹. Et pręmitto ſatis liquidò apparere
de hypotheca tacita & expreſſa ſuper bonis prædi-
1 ctis eidem dominæ Ioannæ * competenti, de tacita
enim liquet ex iuris diſpoſitione, per tex. vulg. in l.
aſsiduis. qui po. in pign. hab. & in l. j. C. de rei vxor.
act. de expreſſa cõſtat per capitula matrimonij: &
confeſsionem receptarum dotium vltra partẽ do-
tium numeratam. Quæ confeſsio eſt tantæ poten
tiæ fauore dotium quòd ſi poſt ſtipulationem ca-
pitulorum matrimonij. & promiſsionis dotiũ an-
te confeſsionem receptionis ipſarum fuiſſent alia
debita per virum contracta ſemper attenderetur
tempus promiſsionis dotium factæ per vxorẽ ſeu
2 pro eius parte ipſi viro, * & mulier ipſa pręferretur
cæteris creditoribus in hypotheca. ita ſing. voluit
Angel. de perigli. in l. j. ff. ſoluto matrimo. vbi ſub-
dit ita fuiſſe conſultum per ſolennes doctores fre-
tos authoritate Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu.
de donat. inter virum & vxor. Cyn. in l. in contra-
ctibus. C. de non numerata pecunia. & idem tenet
Ludouic. in l. ſi conſtante. quarta quæſtione. ff. ſolu
3 to matrimonio. * Nec militaret ex aduerſo oppo-
ni de non numer. dote, cum ſit lapſum tempus op-
ponendi quo caſu tantũ operatur confeſsio quan-
tum vera ſolutio in præiudicium mariti, & quo-
runcunque, ita dixit Andr. de Iſer. in titu. de ſtat.
contra liber. eccleſ. in §. diffidamus. & idem Andr.
in conſtit. regni cauſas &c. & Alexan. in conſi. xxv.
in ij. volumi. & in conſil. cxlij. in quinto volu. Item
transfertur hypotheca virtute legati facti per præ-
4 dictum quondam Comitem Neocaſtri eius * virũ
in ſuo vltimo vitę elogio de dictis dotibus. per tex.
in l. prima. C. commu. de leg. per quẽ ſatis not. vo-
luit Ange. in dicta l. j. quem etiam refert & ſequitur
ibidem Iaſo. in ij. not. quòd intentum transfertur:
5 * & competit hypothecaria pro legato vt agẽs vir-
tute legati non teneatur probare rem illam fuiſſe
in bonis, & de bonis ipſius teſtatoris legantis, ſed
proceſsiſſe à teſtatore duntaxat. idẽ ſequitur do-
mi. Anton. de Alexan. dicens ipſum eſſe caſum mi-
rabilem in l. rem alienã. C. de pignora. actio. Et ſic
ſuccedit quod defuncto Comite eius viro potuit
legitime domina Ioanna ipſa remanere in poſſeſ-
6 ſione bonorum * viri ſibi hypothecatorũ pro eius
dotibus cum regio aſſenſu etiam ſuper hypotheca-
ria obligatione legati interpoſito, ſeu obtento, &
retinere poſſeſsionem prædictorũ bonorum pro
dotibus ſuis, & iuribus dotalibus pro quibus vti
poteſt retentione in eis, ita voluit Bald. in l. ſi cui.
quæ eſt pen. C. de non nume. pecu. & idem Bal. in l.
pen. C. de pigno. act. Cy. & Bal. in l. cum tibi. C. qui
pot. in pign. hab. & optime ac breuiter Barto. in l. ſi
filiofami. & ibi tex. ff. ſol. matri. & ſequitur pulchrẽ
Iaſo. in §. item ſeruiana. xj. colum. inſtitu. de act. vbi
ſubdit hoc eſſe diligentiſsime no. ex quo ſæpiſsime
occurrit in facto: & idem confirmat Alex. de Imo.
& Iaſon in l. ſi non ſortem. § ſi centum. ff. de condi.
inde. & idem conſulendo tenet Soci. in cõſi. cxxxj.
in j. vol. vbi ſubdit hoc maximè procedere vbi mu-
lier declaraſſet animum ſuum velle pro dote reti-
7 nere: * prout mulier ipſa fecit: & idem conſuluit
Socinus in conſilio clviij. in ij. volumine. vbi plus
ſubdit quòd nedum virtute hypothecæ poſſunt re-
8 tineri per vxorem bona viri eo mortuo, * verùm
etiam per filios ipſius vxoris ex cauſa dotium ma-
ternarum, quia ius tale retentionis tranſit in ſingu
larem ſucceſſorem, vt habetur in l. cum prætor. C.
de diſtra. pig. & conſuluit Paulus de Caſt. in conſi.
ccccl xj. incip. viſis actis & actit..tis: & omnes con-
cludunt hoc maxime procedere quando res ſeu
bona ſine vitio peruenirent ſeu perueniſſent ad di
ctam vxorem. Nec ſuffragatur quòd ex aduerſo di-
citur prædictam dominam Ioannam habuiſſe mul
ta, & quãplura bona mobilia, & pecunias, & quòd
9 maiorem partem ipſorũ bonorũ diſtraxerit. * Et
ſic ꝙ tenetur ad reddendum calculum rationis, &
donec reddiderit, nõ poterit interim vti dicta re-
tentione pro ſuis iuribus dotalibus, prout Magni-
ficus do. Ioan. Anto. muſectula concurrens ex ad-
uerſo allegauit tenere in propriis termini Soci. in
ſuo conſi. clxxx. in ij. vol. per me quidẽ longè præ-
uiſo ac bene ruminato, vt patebit ex infrà dicẽdis
reſponſionibus & ſolutionibus. Et in primis quòd
ibi Soc. ſe fundat, ex quo in caſu prædicti conſilij:
mater illa fuerat tutrix, & per inſtrumentum re-
nũtiauerat omni ll. auxilio, & hypothecauerat om-
nia eius bona pro tutelæ adminiſtratione. Item illi
mulieri de qua in conſi. prædic. non fuerat dos le-
gata in teſtamento prout fuit huic dominæ Ioãnæ,
quo caſu etiam quòd amouiſſet, ſeu diſtraxiſſet bo-
na, cum titulus legati debeat aliquid operari, & de
compenſatione in promptu non liceret excipere,
nec admitteretur compenſatio: or quanto magis
ſi eſſet in liquida expoſitione dicti calculi ſeu ra-
tionis cum aduerſus mulierem repetentem dotem
non liceat excipere de compenſatione quãdoqui-
10 dem fuerit dos legata * cum titulus legati compen-
ſationem excludat, & hoc vt aliquid operetur vl-
tra iuris communis diſpoſitionem: ita voluerunt
Bald. & Moder. in l. diuortio. §. donationes. ff. ſolu-
to matrimonio. gloſſa ſingula. in l. ſi non deſigna-
tam in verſ. non numeratæ. C. de fal. adie. leg. quam
ad hoc reputat mirabilem ibi Bald. & ſequitur etiã
11 Cyn. & Salyce. * nam compenſatio prohibetur op-
poni aduerſus mulierem agẽtem actione de dote,
& retinentem. per tex. in l. filiofa. in princi. ff. ſolu.
matri. vbi etiam Barto. ſubdit quòd mulier retinet
bona viri pro dote, & compenſat. ADDITIO.
Et dato abſque veri præiudicio quòd ipſa domina
Ioanna fuiſſet tutrix & obligaſſet ſe in forma ad
reddendum calculum rationis tutelæ & reſtitutio-
nis reliquorum, adhuc non poſſent hæredes vti re-
tentione dotiũ quouſque redderetur ratio admi-
niſtrationis tutelę per tex. in terminis. in l. vnica. §.
exactio. C. de rei vxor. actio. qui expreſſe prohibet
retentionem in dote. licet Soci. in ſuo prællegato
conſil. 180. dixerit quòd ille text. locum non habet
dum reperitur dos obligata & legitimè hypothe-
cata per mulierem dum aſſumpſit tutelã filiorum,
maximè dum in huiuſmodi aſſumptione fuiſſet re-
nuntiatum omni legum auxilio iuxta not. in auth.
matri & auiæ. C. quando mulie. tut. offici. fung. po-
teſt. quo caſu poſſet etiam perſonaliter capi, licet
aliàs non. l. vnica. C. de offic. omnium iudic. & per
Barto. in l. ſi quis ſub conditione. C. de teſta. tute. &
Bar. & alij, in d. auth. matri & auiæ. Item promiſsio
redditionis rationum cum reliquorum reſtitutio-
ne quæ fit in tutela non poteſt ſeparari nec aliqua
certa quantitas quæ forte in inuentario eſſet appo
ſita poteſt de per ſe peti. Sed inſimul tota ratio re-
uideri debet cũ poſsit cõtingere quòd tutor plus
oſtendat in redditione rationis ſe impendiſſe in
rem pupilli quàm ipſe habuerit. l. j. §. præterea ſi tu
telæ. ff. de contra. iud. tute. Ita pulchrè conſulendo
tenet Alex. in conſil. 92. narratis. in vij. volu. Quod
maxime procedit cùm debitum tutelæ prædictæ
non ſit liquidum ſed incertum donec tutelæ ratio
integrè reuiſa non ſit, quia pro reo non debet dari
retentio: quæ eſt quædam compẽſatio, vt habetur
per Bart. & alios in l. diuortio. § ob donationis. ff.
ſolu. matri. & de debito liquido ad non liquidum
non habet locum compenſatio. vt per Bartol. in l.
aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſci: &
latè per Alexan. conſil. 94. clariſsime domine. in 4.
volumine, præſertim cum ſimus in inſtrumento li-
quido dotium habente ex forma ſtatuti ſeu ritus
mag. curiæ vicariæ executionem paratam. quia tũc
non retardatur executio ob retentionem bono-
rum quæ adminiſtrantur ratione tutelæ, cum non
ſit liquidum id quod pro tutela prætenditur debe-
ri vt ſuprà: vt probatur ex dictis Alexand. in con-
ſilio 94. ita ex multis præmiſſorum tenet Anto. ne-
guſa in ſuo tracta. de pignori. & hypote. fol. 131. In
primo membro quintæ partis. xj. colum. verſic. de
cimo circa effectum. vbi dicit deciſionem Socin.
in dicto conſilio clxxx. ſemper fuiſſe viſam ſibi du-
biam: & quòd non videtur bene reſponſum ad di-
ctum §. tacet. in quo retentio dotis generaliter &
indiſtinctè prohibetur per text. in prællegata l.
vnica. §. ſed nec retentio in fi. & ſic concludit quòd
dicta deciſio Soci. non ſit de iure tenenda, & quòd
ipſe ita pluries iudicauit & iudicari vidit contra
illam & ita etiam modernis temporibus pluries ſe
cundum hãc opinionem neguſancij vt veridicam
contra dictum cõſi. Soci. iudicatum fuit per S. Re-
gium conſilium Neapolitanum me exiſtente vno
ex Regiis conſil. & ita votante cum aliis patribus
de dicto conſilio. Nec opitulabitur parti aduerſæ
quòd contra prædictam dominam Ioannam fuerit
lata ſentẽtia ſuper dicto Comitatu: & nihil propo-
ſuit in cauſa in qua vocata fuit de iuribus ſuis circa
ipſam dotem: & ſic videtur ſibi præiudicaſſe, adeo
vt omnino ſententia lata contra ipſam debeat exe-
cutioni mandari, maximè cum ſit regia. Nã reſpon
detur quòd pars aduerſa ab initio præſentis cauſæ
ſupplicationẽ porrexit in qua aſſerebat ſucceſsio-
nem Comitatus Neocaſtri ad eandem ſpectare: &
eandem indebitè detineri per prædictã dominam
Ioannam. & eius filiam quæ tenebãtur ad aſsigna-
tionem & reſtitutionẽ ipſius Comitatus eidẽ parti
aduerſæ: vnde citatis ipſa domina Ioanna, & filia,
ſemper mater ipſa tutritio nomine prædictæ eius
filiæ comparuit in iudicio prædicto, & nunquam
proprio nomine cum in rei veritate nulla ſibi com
12 petebat ſucceſsio. * Et ſic quatenus tutritio nomi-
ne comparuerit ſemper nihil ſibi præiudicauit ſu-
per hypotheca ſuorum iuriũ dotalium, & dotium
ſuper quibus vocata nõ fuerat, ſed ſuper ſucceſsio
ne duntaxat. Et ideo tutor comparendo ſeu aliquid
faciendo, aut ſe ſubſcribendo tutorio nomine pu-
pilli non videtur ſibi proprio nomine præiudicaſ-
ſe: text. eſt in l. ſi pater. C. de fideiuſſor. & in l. ſi non
ſignaſti. C. de adminiſtratione tutorum, & in l. ni-
mia credulitate. iuncta gloſſ. C. de actio. & obliga.
& in l. ſi fideiuſſor. §. patri. ff. de pignor. & ideo di-
xit Barto. in dicta l. ſi pater per l. caius. C. de pigno-
13 ratit. actione. * quòd quando ſubſcriptio fit à te-
ſte velut notario, & non vt à principali, non præ-
iudicat: vt in dictis iuribus, & idem tenet Bart. in l.
quæ dotis. vlti. col. ſolu. matr. & in l. ſicut. §. non vi-
detur. ff. quib. mod. pign. vel hypotheca ſol. Ex qui
bus omnibus concludo ſententiam regiam latam
ſuper ſucceſsione Comitatus prædicti minimè in
aliquo officere iuribus prædictæ Illuſtriſ. dominæ
Ioannæ circa retentionem iuridicam ſuarum do-
tium ſeu bonorum hypothecatorũ pro eis. Sentiat
ergo iuſtitiam Sereniſsimi ac Cap. domini noſtri
Regis, & prædicta quoque Illuſt. domina quæ ho-
die per totum orbem terrarum plenis faucibus de
cantatur, cum aſtream diu ad ſuperos euolatam
redemerit: & cuius veſtra Illuſtriſsi. Doctor & Ex-
cellentiæ veſtræ illuſtriſsimæ cognitrices ac exe-
cutrices exiſtunt, ne ſententia lata contra filiam
aduerſus matrem contra omne iuris debitum exe-
cutioni demandetur.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Veritas ex multis conſiſtit in paucis, & multitudo reſtringitur, quia oneroſa eſt & nihil habet honeſti.*

*Virtus legum eſt in adaptatione de ſimilibus ad ſimilia.*

2 *In priuilegio confirmatorio conceſſo ex certa ſcientia, ſi ſeriosè narratur factum, & prima conceſſio, & deinde confirmatur, non eſt neceſſe exhibere primam conceſſionem, ſed ſola confirmatio ſufficit, quod ſecus eſt, quando ſimpliciter fieret primo cõfirmatio non inſerto tenore priuilegij.*

3 *Clauſula ex certa ſcientia facit præſumere cauſam in principe concedente gratiam etiam parte non concordata de plenitudine poteſtatis.*

4 *Clauſula ex certa ſcientia nedum dat robur actui cõfirmationis, verùm etiam illum extendit.*

5 *Conſilium & voluntas præſumitur ex breuitate temporis.*

6 *Inſtrumentum relatum de quo præſumitur ex qualitate facti quòd pars habuit notitiam, non eſt neceſſe edi.*

*Hæres ſuus poſt aditam hæreditatem præſumitur ſcire facta defuncti. ibid.*

7 *Sententia antiqua præſumitur etiam quo ad acta.*

8 *Sententia dicitur antiqua poſt lapſum biennij. & nume. 9.*

10 *Scripturæ antiquæ creditur etiam ſine comparatione literarum.*

11 *Diuturnitas temporis facit præſumere omnia ſolenniter proceſſiſſe nu. 12.*

13 *Scriptura priuata per ſcribentem confeſſata habetur pro publica.*

14 *Supponens videtur fateri omnia quæ ſupponit.*

15 *Scriptura producta per aduerſarium prodeſt alteri parti contra producentem.*

16 *Scriptura ſi eſt iudicis authoritate exemplata, non eſt neceſſe originalem exhibere, niſi pars petens exhibitionem vellet illam improbare de falſo, tamen ſi iuratur amiſſio originalis releuabitur. & 17.*

## CONSILIVM CXV.

Redemptoris gentium præſidio iterato amen. In cauſa vniuerſitatis, & hominum terræ Raclæ prouinciæ Idrontinæ, cum Magnifico Bindo Tholomæo eorum vtili domino ſuper petita exhibitione originaliũ capitulorum eidem vniuerſitati cõceſſorum per quondam ſaluatorẽ Tholomæum, & quæ in priuilegio regiæ confirmationis conceſſo eidem vniuerſitati ſerioſius enarrãtur, eſt videndum an teneatur prędicta vniuerſitas capitula ipſa originalia exhibere cũ ipſa minimè reperiãtur, ſed amiſerit. Et quia veritas ex multis conſiſtit in paucis: vt dicunt doct. per text. in auth. de refer. circa princip. & glo. in conſtitutione regni vniuerſos ſub rubr. de cau. in iudi. cito
1 decid. dicit* quòd multitudo reſtringitur, quia oneroſa eſt & nihil habet honeſti: virtus vero in modicis ex multis conſiſtit: & ideo Bal. in l. non ſolum. §. qui primipilum. ff. de excuſ. tutor. per illum tex. in ver. adaptans. dicit quòd virtus legum eſt in adaptatione de ſimilibus ad ſimilia: in caſu iſto reperiuntur capitula inſerta in priuilegio regij aſſen
2 ſus de verbo ad verbum. Et ideo ſuccedit* quòd in particulari in terminis noſtris dixit Iaſo. in auth. ſi quis in aliquo documento. C. de edend. referendo Specu. ponere veritatem quòd ſi in priuilegio confirmatorio conceſſo ex certa ſcientia ſeriosè narretur prima conceſsio, & deinde confirmatur, nõ eſt neceſſe exhibere primam conceſsionẽ: ſed ſola confirmatio ſufficit. quòd ſecus eſt, quando ſimpliciter fieret prima confirmatio non inſerto tenore priuilegij: & ſubdit hanc doctrinam Specul. teneri per Panor. in d. c. inter dilectos: dicẽtẽ eſſe no. & alleg. etiam Rom. in quodã ſuo cõſi. vbi ſatis clarè tenet, ꝙ ſi princeps ſeu papa ex certa ſcientia confirmat, & id quod cõfirmat de verbo ad verbũ inſerit: tũc valet confirmatio, & probabitur per eam conceſſio confirmata: alleg. lxiij. diſtin. ſinodo: & extrà de cõfirmatione vtili vel inutili. c. penul. Item in hoc priuilegio adeſt clauſula ex certa ſcientia, & alia: videlicet, capitula, & petitiones, quæ & quas recepimus decretari modificaríque iuſsimus. Et in fine eiuſdem priuilegij ſunt, & alia verba, videlicet, tenore præſentium, & ex certa noſtra ſcientia, & gra
3 tia ſpeciali capitula ipſa &c. * Clauſula iſta vulgariter operatur vt faciat præſumi cauſam in principe concedente gratiam etiam parte non citata de plenitudine poteſtatis, Panor. in c. cum olim. verſi. an autem princeps, extra de re iudi. Inn. in c. innotuit. extrà de elec. Bal. in l. eos. C. de appe. & ſupplet iſta clauſula illam aliam, videlicet, non obſtante tali lege. Bal. in l. omnes, in prin. C. de quad. præſcr. doct. in l. idẽ Vlpianus. §. ſunt & alij de excu. tuto.
4 * Et per iſtam clauſulam nedum robur actui confirmationis, verum etiam illud extendit, Bald. in c. ex parte. extra de conſti. Iaſ. in l. more. xviij. col. circa fin. ff. de iuriſd. om. iud. & in eodem ipſo caſu de quo agitur eſt aliud, quia capitula ipſa fuerũt conceſſa per prædictum eorum vtilem dominum die xxv. Decẽb. anni M. D. lxiiij. & in priuilegio aſſenſus, ſeu confirmationis prædictæ apparet data in eadem ciuitate Tarenti. xxvij. eiuſdem menſis eiuſdem anni. Ad quod facit quod habetur in l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipulat. Ad præſumptam præſentiam ipſius quondam Saluatoris concedentis, & abſque aliquo metu, iuxta
5 regem. * Ex breuitate namque temporis præſumitur conſilium, & voluntas, argumen. l. ſi ventri. §. eorum. vbi Barto. & doct. ff. de priuileg. cred. Bart. in l. poſt contractum. ff. de donat. Pariter præſumitur ex breuitate, ſeu vicinitate loci. capitul. quoſdam. extra de præſumptio. Bald. in l. ſi vicinis. C. de nuptiis. & in l. domini horreorum. ff. loca. cum ſimilib. & inter eaſdem partes non eſt neceſſe edi etiam inſtrumentum relatum de quo præſumitur ex facti qualitate habere notitiam pars, vt per Iaſon. in præallegata. authen. pro limitatione dicti ſui, ibidem non obſtante quòd ad hæredem ſit trãſ
6 itus. * Quia hæres præſumitur poſt aditam hæreditatem, maximè hæres ſuus ſcire facta defuncti. l. cum hæres. ff. de liber. legat. & in hoc caſu maximè
7 vt infrà dicetur. * Item & aliud hic conſiderãdum, quia



quia ſumus in factis antiquis pro quibus præſumẽdum eſt, vt in ſimili dicimus de ſententia antiqua
8 pro qua præſumẽdum eſt etiam quò ad acta: * licet de eis nõ appareat. c. cũ in iure. & ibi Inn. extrà de offi. dele. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. Bal. in l. emãcipatione. C. de fid. inſtr. Abb. in c. cũ inter. extrà de re iudic. * & dicetur antiqua ſententia poſt
9 lapſum biẽnij, ſecundũ Hoſt. in d. c. cũ inter. & Bal. in c. j. de mili. vaſ. qui cõtu. eſt in vſib. feu. Et ꝙ poſt lapſum biennij præſumatur pro ſentẽtia, nec debet pars appellans vlterius audiri: tenet Guid. papæ in ſuo tract. de pręſump. in fol. iiij. & plene Laur. calc. in ſuo conſi. xv. vbi pleniſsimè, & aliquid per Frãc. de Are. in conſi. ſuo xxxvj. & dixit Io. And. in c. clerici. de vi. & ho. cleri. quod breue tempus dicitur quòd ante biennium: & poſt biẽnium dicitur longum tempus ſeu vetus: & vide etiam Spec. in tit. de
10 ſen. §. fin. * Et facit quod dicitur de ſcriptura antiqua cui creditur etiã ſine comparatione literarum: Bal. & Saly. in l. comparationes. C. de fide inſtru. & dixit Bal. in prædic. c. j. in verſ. quæro ſi apparet. de mil. vaſſ. qui contu. eſt. Quod in ſententia antiqua
11 præſumitur citationem factam fuiſſe. * Et dicitur regulariter in iure quòd ex temporis diuturnitate
12 præſumuntur omnia ſolenniter * acta fuiſſe. l. qui in aliena. ff. de acqui. hær. xxxiij. q. j. ſi quis acceperit. & ibi gl. j. q. j. conſtat argu. ad id in c. ad id. extrà de ſpon. Vltimò ſuffragatur quòd prædictus quõdam Saluator ductus pœnitẽtia ſupplicauit Sereniſsimo Regi Ferdinãdo primo pro reuocatione prædicto
13 rum capitulorũ quo caſu * cũ ſcriptura ipſa fuerit cõfeſſata habetur pro public. ita Bal. in l. alia. C. de
14 his quib. vt indig. * Et qui ſupponit confitetur omnia quæ ſupponit: & huiuſmodi ſuæ confeſsioni ſtandum eſt in eius præiudicium. l. cum precum. C. de libe. cau. & vltra talis prætenſa reuocatio fuit in iudicio producta ex aduerſo, vnde ſuccedit quòd
15 prodeſt eidem vniuerſitati * contra producentem: Bal. in l. j. §. edenda. ff. de eden. Bal. in l. j. ij. col. C. vt quæ de. aduo. Bal. in addi. Spe. in tit. de inſtru. edic. ver. productio. & ibi etiam Specu. & Inn. in c. olim extrà de cenſi. Bart. in l. publia. ff. depo. cum multis concord. Nec cogitetur ex calumnia quòd prædictus quondam Saluator cogitauerit de aliis gratiis
16 per ſe factis, * quia generaliter nõ præſumitur pluralitas actuum. c. in pręſentia. §. verbum. lo ij. & ibi Anto. de Butr. xvij. colum. extrà de proba. gloſ. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. Bal. in l. teſtium. C. de teſtib. & in l. neque natales. ij. col. C. de probat. & in l. edita. C. de eden. Bal. in l. qui iuraſſe. §. fin. ff. de iureiur. vbi dixit quòd pluralitas factorum non præſumitur, & ſic non debet aliqua exhi-
17 bitio fieri, & ita iuris eſſe conſulo. * Et tantò magis cum ſcriptura ipſa iudicis authoritate exemplata fuerit, quo caſu non eſt neceſſe originalem ſcripturam exhibere, niſi pars petẽs exhibitionem voluiſſet ipſam improbare de falſo, & nihilominus eo caſu releuaretur ille cuius eſt ſcriptura ſi iuraret originalem perdidiſſe, vt probatur in l. fina. C. de fide inſtrumen. & tenet gloſ. in capit. abbate. de verborum ſignific. refert & ſequitur Cardin. Alexand. in capit. & veterum. ix. diſtinct.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum factum manu notarij apoſtolici coram iudice eccleſiaſtico probat.*

2 *Teſtamenta quæcunque. etiam ad non pias cauſas ſunt eccleſiaſtici & eccleſiaſtici intereſt, vt teſtamenta quæcunque ſint adimpleantur cum nõ ſint merè temporalia, ſed eccleſiaſtica & pia, licet non ad piam cauſam.*

*Teſtamentum notarij apoſtolici, licet de iure ciuili non teneat cum non interfuerint ſeptem teſtes, tamen de iure canonico, & in eius foro tenet etiam ad nõ pias cauſas, & etiam cum duobus teſtibus. ibidem.*

3 *Teſtamentum in præſentia presbyteri parochialis cum duobus teſtibus tenet.*

4 *Teſtamentum in quo interuenit alter presbyter, ſeu alius loco presbyteri, & tres alij teſtes, vel quatuor abſque presbytero valeret teſtamẽtum quia dicti duo alij teſtes ſunt maioris authoritatis quàm presbyter ſolus.*

5 *Confeſſio abſente parte valet & tenet in foro canonico.*

6 *Confeſſio viri in fauorem vxoris cum ſit inter perſonas prohibitas, licet de iure nõ teneat, tamen morte ipſius mariti eam non reuocantis confirmatur.*

7 *Confeſſio dotis receptæ facta per virũ tenet vbi præceſſit promiſſio dotis, licet fuerit inter perſonas prohibitas.*

8 *Confeſſio dotis receptæ per virum in vltima voluntate præſente vxore, & acceptante, concurrentibus alijs coniecturis, tantò magis ceſſat præſumptio fraudis viri.*

## CONSILIVM CXVI.

Redemptoris gentium poſtulato ſuffragio. amen. In cauſa nobilis dominæ Rachellis ruffæ viduæ de ciuitate Auerſæ repetentis dotes ab hæredibus ſui viri defuncti coram iudice eccleſiaſtico virtute teſtamenti confecti per notarium
1 apoſtolicum. * Dico quòd de iure canonico, & in eius foro bene probat, & valet, vt dixit Io. And. nõ habens contradictorem in hoc in ca. ſicut. ne cler. vel mona. quem refert & ſequitur Firmia. in ſuo reperto. ſeu alpha. in litera N. in verbo mortuus. el ij. & ratio eſt quia teſtamenta quæcunque etiam ad nõ pias cauſas ſunt eccleſiaſtici, & eccleſiaſtici in-
2 tereſt, * vt teſtamenta quæcunque ſint adimpleantur cum non ſint mere temporalia, ſed eccleſiaſtica, & pia, licet non ad piam cauſam, ſecundũ Inn. & Hoſt. Ant. de Bu. Imo. & Fely. in c. ſi inſtrumẽta. de fid. inſtr. qui pro hoc alleg. id quod habetur per Hoſti. & alios in c. Ioan. de teſta. vbi dicitur eccleſiaſticum eſſe competentem pro executione quorumcunque teſtamentorum, & ꝙ iſtud cõmuniter tenetur ibi, licet aliter ibi dixerit Abb. & quidam alij, vt ibi per eum, & ſic de iure canonico, & in eius foro in quo ſumus teſtamẽtũ illud probat. Sed an teneat ex quo non interuenerunt ſeptem teſtes, iuxta tex. in l. hac cõſultiſsima. de teſta. dico quòd licet de iure ciuili nõ teneret, tñ de iure canonico, & in eius foro tenet etiã ad nõ pias cauſas, & etiam cum

4 cum duobus teſtibus duntaxat, *licet hîc ſint qua
tuor, quia ſi valet in præſentia presbyteri parochia
lis cum duobus teſtibus: per tex. in ca. cum eſſes. de
teſta. ſecundũ tertiam lec. quã ibi tenet Io. And. qui
dixit quòd in relictis etiã ad non pias cauſas in fo-
ro canonico etiã in terris imperij ſeruabitur d. ca.
cum eſſes. & quòd ita de cõſuetudine obſeruatur,
prout eũ refert Abb. ibi, licet non teneat illam ter-
tiam lecturam: tamen ſecundũ Imol. ibi cõmuniter
tenetur & ſeruatur in practica. Et quòd in deciſi-
uis non eſt recedendũ ab ea, & ꝙ ipſe ſic conſuluit
vnde ſi hoc eſt quando cũ interuentu parochiali ſit
teſtamẽtum coram duobus teſtibus, multò magis
quando cũ notario apoſtolico ſub maiori authori-
tate, ſeu ſaltim eadem, & fortius vult Spec. in titu.
de inſtru. edic. §. compendioſe. vj. col. verſ. item per
ius canonicum, & etiã refert & ſequitur Abb. in d.
c. cum eſſes. quòd ſi interuenit alter presbyter ſeu
alius loco presbyteri, & tres alij teſtes vel quatuor
abſque presbytero quòd valeret teſtamentũ, quia
dicti duo alij teſtes ſunt maioris authoritatis quàm
presbyter ſolus, vt in c. licet teſtes ex quadam cum
ſimi. de teſti. igitur multò magis in caſu iſto in quo
ſunt ſubſcripti quatuor teſtes. Secũdo dato abſque
veri præiudicio quòd præmiſſa ceſſarẽt, dico quòd
de hoc debito dotali probatur per plures teſtes, &
per confeſsionem mariti præſente Rachela, & ac-
ceptante, ſecundũ Saly. in l. vnica. C. de confeſ. xv.
oppo. & Saly. in l. iubemus, in fi. C. de libe. cau. & in
l. generaliter. vj. q. C. de nõ nume. pecu. Ale. in cõſ.
xx. in iiij. vol. latè Fely. in c. ſi cautio. vj. col. ſecunda
declaratione, maximè de iure canonico, & in eius
5 foro in quo ſumus, & in quo valet *etiam facta ab-
ſente parte, ita gloſ. ſing. in c. quotiens cordis ocu-
lus iã glo. ex parte in verſi. promitto, in fi. j. q. vij. &
communis opinio in d. c. ſi cautio. ſecundum Fely.
ibid. in viij. col. ver. fallit ſecundo, & vltra alios al-
lego deciſio. Rotæ in antiquis ccccxxx. vbi dicitur
quòd opinio dictæ glo. eſt communis, & ideo ab ea
in deciſiuis, nec in practica recedendum, eò magis
quia fuit tot vicibus geminata, prout dicit Fely. in
xiiij. col. verſi. fallit vltimò. Nec obſtat quòd ema-
nauerit inter perſonas prohibitas. per l. qui teſta-
mentum. ff. de probat. etiam ſi eſſet iurata, vt tenet
Bart. in l. cum quis decedens. §. titia. ff. de leg. iij. &
latè Fely. in c. ſi cautio. xxj. col. verſi. prima conclu-
6 ſio, *quia eo caſu fuit morte ipſius viri confirmata
tacite, prout dicit Bar. in d. §. titio. etiam quòd non
interuenerit vera traditio, & probatur in c. fina. de
dona. inter vir. & vxor. maximè in vltima volũtate
per gl. in l. j. C. de fal. cau. adie. lega. ſecundũ Roma.
in conſil. ccccxxx. conſultatio præſens &c. & latè
Fely. in d. c. ſi cautio. xxij. col. verſic. fallit ſecundò,
& fallit tertiò, & latius Bald. nouel. in trac. ſuo de
priuileg. do. x. parte, in princ. iij. colum. vbi dicitur
quòd ex quo reuocauit expreſsè dicitur tacitè con
7 firmata per mortem. *Secundò reſpondetur quòd
hîc præceſsit promiſsio dotis quo caſu talis cõfeſ-
ſio probat, licet inter prohibitos. Ita Ioan. Andr. in
addi. Spec. in rub. de donat. inter vir. & vxo. Lud. in
conſi. ccccxlv. cõſultatio. in iij. col. Bal. in l. in con-
tractibus. §. ſed quoniã. de non nume. pe. Bal. in l. j.
ff. ſolu. matr. & in tract. dotiũ. in decima parte. verſ.
fallit ſeptimò. in viij. col. Fely. latè in d. c. ſi cautio.
verſic. fallit decimò. Ioan. campe. in ſuo tracta. do-
tium. in prima parte. in q. lij. & ita fuiſſe alias deci-
ſum in S. regio conſilio: refert Afflic. in ſua deciſi.
ccccij. Tertio ceſſantibus præmiſsis: & quæ vrgere
apparent dicitur quòd, ineſt etiam cõfeſsio viri in
ipſa vltima voluntate de recepto & parte præſente
& acceptante: & concurrunt aliæ coniecturæ de
8 * dicto debito quo caſu ceſſat præſumptio fraudis
viri: ita Alexã. in conſi. xviij. conſideratis his &c. in
iij. volu. Bal. in l. multum. ij. col. verſ. ſed quomodo.
cum ſeq. col. C. ſi quis alteri vel ſibi. Franc. de Are.
in conſi. lxiij. in præſenti conſultatione &c.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non appellans à ſententia lata contra ſuum principalem apparet euidenter delinquere.*

2 *Procuratoris contumacia ſeu negligentia, licet noceat domino in non appellando non habebit locum vbi dominus principalis eſſet abſens & ignorans, & cauſa agitabatur per procuratorem, quia tunc non poteſt imputari domino ſi non appellauit.*

3 *Procuratoris contumacia non nocet domino, niſi dominus ſciuerit, & purgare potuerit contumaciam procuratoris, & ſupplere eius defectum, & non fecit. nu. 4.*

5 *Sententia contra dominum non verum contumacem, ſed præſumptum non tranſit in rem iudicatam, niſi poſt decem dies à die ſcientiæ in quo dominus ipſe ſciuit ſententiam contra ſe latam.*

6 *Appellandi tempus currit domino à tempore ſcientiæ, & non à tempore ſententiæ nu. 7. Et niſi cum procurator non ſit ſoluendo, & ſic cum dominus non poſſet recuperare à procuratore reſpectu paupertatis ipſius procuratoris non appellantis ſuccurritur domino, vt appellare poſſit.*

7 *Procurator dum ob paupertatem non volens domino reficere intereſſe, ex quo non appellauit à ſententia facit vt ſuccurrendum ſit domino, vt ipſe dominus appellare poſſit & etiam quòd dominus reſtituatur ad fatalia. & nu. 8.*

## CONSILIVM CXVII.

REdemptoris gentium ſuffragio repe-
tito amen. Dum ex reſta inſtrumen-
ti mutui Marcus de alagna præten-
deret ſe creditorem nobilis Franci-
ſci de planellis de ciuitate Butonti
in ducatis quadringentis quinquaginta: eundẽm-
que in magna Curia conueniri feciſſet ſuper præ-
ſentatione inſtrumenti: idẽmque Franciſcus per-
ſonaliter comparens: & ſeptuagenarius adiuit ma
gnificum dominum Marcellum gazellam regen-
tem regiæ cancellariæ aſſerendo integrè ſatisfe-
ciſſe, & quòd prædictum reſiduum petebatur pro
vſura, prout probauit iam ſatisfeciſſe: ſicque per
prædictum dominum regentem fuit declaratum
Frãciſcũ ipſum minimè moleſtandũ. Et interpoſi-
ta reclamatione à decreto prædicto ad eũdem do-
minum



minum Marcellum repetitur nulla apparente de-
legatione ipſius cauſæ in perſonam magnifici Ni-
colai maiorana regij conſiliarij fuiſſe in cauſa ipſa
proceſſum cum procuratore prædicti Frãciſci ab-
ſentis in ciuitate Butonti vſque ad publicationem
productis impertinentibus, & nulla petita reiectio
ne per procuratorem ipſius Franciſci, nec produ-
cta prædicta citatione magnæ curiæ eidem procu-
ratori relicta: immo quod deterius reſpondit pro
curator ipſe non eſſe procuratorem prædicti Fran
ciſci, & nolle comparere pro eo cum ſibi ſalarium
non tranſmiſerit, in tantum quòd fuit lata ſenten-
tia contra ipſum Franciſcum, & intimata eidẽ pro
curatori minimè appellauit, ob quod deliquiſſe
euidenter apparet, prout dicit Bar. in l. j. §. fi. quãdo
1 appel. ſit. * Et licet contumacia ſeu negligẽtia pro-
curatoris in non appellando noceat domino, per
text. in d. l. §. fina. ff. quando appe. ſit. & ij. q. vj. §. ſi
aduerſus. & plenè per doct. in l. j. & ibi Bar. §. ſi pro-
2 curator. ff. ſi quis ius dic. non obtempe. * attamen
hoc nõ habet locum vbi dominus principalis eſſet
abſens, & ignorans, & cauſa agitabatur per procu
ratorem, quia tunc non poteſt imputari domino, ſi
non appellauit, ſed quãdo dominus eſt præſens, &
ſciens ſententiam contra ſe eſſe latam, tunc nul-
lo modo ſibi ſuccurritur, ſi non appellauit, cũ do-
minus ipſe fuerit in culpa in non appellando: per
text. à contrario ſenſu. in d. l. quando appell. ſit. in
§. fi. ibi difficile: quia ſi præſens fuit dominus etiã
3 * cum difficultate aliquo caſu non auditur: ita vo-
luit Alex. in ſuo conſi. xcv. incip. viſis proceſsibus.
in iiij. col. ver. vnde eo caſu quo nos dicimus. in ij.
vol. vbi ſubdit ſe hoc etiam probare vrgenti ratio
ne: quia in caſibus in quibus dicimus cõtumaciam
4 procuratoris non nocere domino: quòd* fortius
eſt quoniam ſola negligentia limitatur procedere,
niſi dominus ſciuerit & potuerit purgare contu-
maciam procuratoris, & ſupplere eiuſdem defe-
ctum, & non fecit: caſus eſt not. & ibi hanc doctri
nam colligunt omnes in capitu. j. vt lit. non con-
teſta. & in l. ij. & ibi Barto. C. de eroga. mili. an. lib.
xij. Secundò eſt conſiderandum quòd procurator
iſte permanebat tunc temporis ad ſeruitia Illuſtr.
Duciſſæ Mediolani, vnde viſum fuit prædicto Frã-
ciſco bonum elegiſſe, & fidum procuratorem, licet
demum expulſus, & licentiatus fuerit per eãdem,
& inſuper pauperrimus, ex quo caſu minimè poſ-
ſit Franciſcus ipſe ab eodem etiam quid minimum
de ſumma prædicta ad quam condemnatus extitit
recuperare. Et hinc voluerunt doct. in l. j. §. ſi aduer
5 ſus. ff. quando appel. ſit.* quòd ſi contra dominum
non verum contumacem ſed præſumptum feratur
ſententia non tranſit in rem iudi. niſi poſt x. dies à
die ſcientię in quo dominus ipſe ſciuit ſententiam
contra ſe latã: Ang. tamen dicit ibidem ꝙ quando
procurator fuerat verè contumax, tunc dominus
6 poteſt appellare: * quia nõ eſt dominus verè cõtu
max vel fictus, ſed tẽpus datũ ad appellandũ à tẽ
pore ſcientiæ currit, & non à tẽpore ſententiæ, ſeu
notitiæ domini ipſius ſententiæ, niſi cũ procurator
ſoluẽdo nõ ſit, vt firmat idem Ang. in l. & poſt edi-
7 ctũ. §. ſi. ff. de iudi. * Et ſic in caſu prædicto: vbi do-
minus nõ poſſet recuperare à procuratore reſpectu
paupertatis ipſius procuratoris nõ appellãtis ſuc-
curritur domino: vt appellare poſsit: idẽ tenet Bal.
in marg. ſua in verbo procurator. & in addi. Spe. in
8 tit. de appel. §. breuiter. in ver. item quid ſi pars* ꝙ
ſi procurator dolo vel negligentia cauſam appella-
tionis non proſequatur tenetur ad intereſſe domi-
no, ſed ſi non eſt ſoluẽdo, dominus reſtituitur ad
fatalia, idem ſequitur Ang. & Imo. in l. ab executio-
ne. de appel. in fi. & Cardi. in clem. ſicut. de appel. &
idẽ præ cæteris melius tenet gl. & doct. in l. j. §. fi. ff.
quãdo appel. ſit. & in auth. hodie. C. de appel. vbi di
cunt ꝙ procuratore nõ reperto ſoluẽdo dominus
poteſt in integrum reſtitui aduerſus negligentiam
procuratoris nõ appellãtis, & nõ ipſo iure: ſed per
reſtitutionẽ in integrum, prout ita petitum fuit: &
ita tenet Saly. in d. auth. hodie. ſecundũ prædicta ex
cauſa paupertatis procuratoris per nõnulla ex prę
miſsis deciſionibus: refert Matth. de afflic. ita fuiſſe
iudicatum in S. cõſilio in ſua deci. cccxliiij. & alle-
gat idẽ tenere Fely. in c. j. in iiij. col. vt lite nõ con-
teſt. hodie tamen abſque dubio, ſi procurator ſcri
pturas, & inſtrumẽta habita produxiſſet ſeu repul-
ſam petiiſſet, & ſic cauſam defendiſſet, & ſententia
fuiſſet lata in eius fauorem, prout indubitanter in
cauſa appellationis conſequetur, ſicque debet om-
nino cauſa ipſius appellationis, & reclamationis
committi non obſtante contumacia procuratoris
prædicti, & ita conſulo iuris eſſe ego, & ſic cõmiſſa
fuit per Excellentem Ludouicum montaltũ regen-
tem: & commiſſa ſic fuit. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia an currat in ſententia lata per expertos quæ nunquam trãſit in rem iudicatam, & an poteſt dici de nullitate vſque ad xxx annos.*

2 *Sententia expertorum ſi fuit dicta nulla currit, & perit inſtantia, ſicut in alijs iudicijs.*

3 *Appellatio ſi fuit interpoſita à ſententia expertorum currit & perit inſtantia anni ſicut in cæteris.*

## CONSILIVM CXVIII.

COntigit hæſitari & non abſq; dubio,
an in ſententia expertorum quæ nun-
1 quam trãſit in rem iudicatam, * ſi fue-
rit appellatum, currat inſtantia appel-
lationis, ſicut in cæteris, & reſpondi
quòd ſic, ex quo ſicut ſententia nulla nunquam
tranſit in rem iudicatam, ita quòd officio iudicis
principaliter agẽdo poteſt dici de nullitate vſque
ad xxx. annos, vt in l. ſicut. & ibi bona gl. C. de prę
ſcrip. xxx. anno. Spec. in tit. de ſenten. §. iuſta. in fi.
2 * Sed tamen poſtquam fuit dictũ de nullitate cur-
rit & perit inſtantia, ſicut in aliis iudiciis, vt dixit
Bal. in c. ſæpe. de appel. & ſequitur Philip. in c. dile-
cto. in verſi. v. quæritur. de appel. & ſententia debet
mandari executioni: pari modo dici poteſt, ꝙ licet
ſententia expertorũ nunquã tranſeat in rẽ iudica-
tam, ita ꝙ perpetuò poteſt appellari, vt in c. propo
ſuiſti, de proba. & ibi cõmuniter doct. Bal. in l. ſi ab
hoſtib. §. ſi vir. ff. ſol. mat. Ang. in l. quòd ſi nolit. §.
3 ſi mancipium. ff. de ædil. edict. * Sed tamen poſt-
quam à ſententia expertorum fuit appellatum, cur
rit & perit inſtantia appellationis, ſicut in cæteris
iudiciis termino vnius anni, vt in ca. ex ratione. de
appel.

appel.& talis ſententia expertorum mãdatur exe-
cutioni, nec enim poſſunt leges de vnoquoque ar-
ticulatim ius dicere, ſed de ſimilibus ad ſimilia ar-
guitur. l. an poſſunt. ff. de legi. Et propterea ſi lata
fuit ſententia ſeu rectius relatio per tabularium, &
ſucceſsiuè per primarium confirmando ſenten-
tiam primo loco latam per alium tabularium, &
ſic per expertum, & ab hac vltima ſententia fuerit
appellatum, & non proſecuta appellatio, vt quam
plures anni ſint decurſi à tempore appellationis,
dico quòd perempta eſt inſtantia appellationis in-
terpoſitæ, & ſententia prædicta debet executioni
mandari ex præmiſsis: & ita iuris eſſe conſulo ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor petens debitum principale in iudicio, & nihil de intereſſe, aut expenſis expreſſit, & pariter iudex in nihilum prædictorum condemnauit, niſi in debito principali non poterit actor appellãs in cauſa appellationis petere intereſſe ſeu expenſas quas in cauſa id non petierat. ibid.*

2 *Sententia lata non viſis actis etiam ſi non eſſet iuſta non tenet. in nu ſeq.*

*Delegati iuriſdictio eſt odioſa, & ideo reſtringenda in dubio. ibid.*

4 *Emens fructus ante tempus in herba pro viliori pretio, quàm valebant tempore quo erant in eſſe. ſeu maturi dicitur vſuram committere, & vſurarius nuncupandus eſt emptor. ibid.*

5 *Fructus agri geminati in autũno veriſimiliter valituri ſunt viginti, & ſi aliquis det decem tantũ, contractus talis ſit in fraudem vſurarum, licet ex forma ipſius non appareat vſurarius.*

6 *Contractus redditur vſurarius ex expectatione, dum emens propter illum dat minus quàm res in præſenti valeat.*

7 *Emptor ſi promiſit ſoluere ad certum tempus, & ex quo ante tempus ſoluat dedit minus quàm tenebatur, non licebit.*

8 *Contractus plures vno cõtextu eodem die celebrati, vt eſt contractus quietationis ſatisfactionis, & mutui debent reputari vnus contractus.*

9 *Teſtes aduerſus inſtrumentum in fraudẽ vſurarum confectum in quo ſunt ipſi deſcripti, vel tabellio qui ipſum confecit ignorent de vſura, tamen probari poteſt per alios teſtes dicentes, quòd ita erat præordinatum à partibus.*

## CONSILIVM CXIX.

REdemptoris gentium præſidio repe-
tito, amen. In eadem cauſa de qua in
præcedẽti folio Franciſci de planel-
lis, cum Marco de alagna plenius al-
legãdo, vt prædicto Franciſco clien-
ti moremgeram, cum de competenti mercede ſa-
tisfecerit, præſuppoſito quòd prædictus Marcus
creditorem ſe prætendens in ducatis ccccl. ex re-
ſta inſtrumenti mutui ducatorum 1372. fuit tandem
Franciſcus ipſe contumax conuentus, & deſtinato
commiſſario ad exequandũ ſe obligauit infra cer-
rum terminum comparere: & tandẽ veniens Nea-
po. adiuit dominum Marcellum regentem Cancel
lariæ qui tãdem ipſo audito, & viſis libris eiuſdem
Marci, declarauit fuiſſe eidem Marco ſatiſfactum,
& eundem Franciſcum teneri ad ducatos xlij. dun-
taxat. & à reliqua quantitate abſoluendum. Et re-
clamatione interpoſita per prædictum Marcum,
Marcus ipſe declarauit prædictos ducatos ccccl.
ſibi pro intereſſe deberi. Liquet namque ex iuris
diſpoſitione quòd dum creditor petiit debitum
principale in iudicio, & nihil de intereſſe, aut ex-
penſis expreſsit. Et pariter iudex in nihilũ taliter
conuentum condemnauit nihil in debito princi-
1 pali, * quòd tamen non poterit actor appellans in
cauſa appellationis petere intereſſe, aut expenſas
quæ & quas in cauſa principali nõ petierat, voluit
Ange. in l. cum in bona. in vlt. colum. ff. de appel. re
probando nonnullorum opinionem aliter tenen-
tium, & hoc per regulam Barto. in l. ita demum. C.
de procu. per illum text. ex quo appellatio reducit
nos ad terminos cauſæ principalis poſt litẽ conte-
ſtatã. & non ante, ſed in cauſa principali poſt litem
conteſtatam, iſta acceſſoria, videlicet intereſſe, aut
expenſæ quæ veniunt officio iudicis mercenario
peti non poſſunt, ergo nec in cauſa appellationis,
ſeu reclamationis, idẽ refert & ſequitur Iaſo. in l.
j. ij. colũ. C. de iudi. dicẽdo hoc eſſe not. quia caſus
frequens eſt & malè declaratus. Et ſic facta decla-
ratione prædicta per prædictum dominum Mar-
cellum, & interpoſita reclamatione per prędictũ
Marcum reperitur in cauſa ipſa certo modo pro-
nunciatum per Magnificum Nicolaũ maioranam:
neſcitur qua authoritate ſeu commiſſione ſufful-
tum contra prædictum Franciſcum ſe fundãdo ſu-
per inſtrumento debiti, & informationibus datis
per eundem Franciſcum aduerſus dictum inſtru-
mentum, necnon & ſuper reconuẽtione facta per
eundem Franciſcum eundẽ condemnando ad præ-
dictos ducatos ccccl. tam ex reſta debiti quàm pro
intereſſe nulla facta mentione præcedentis ſenten
tiæ latæ per d. Marcum in fauorem ipſius Franciſci:
& ſic apparet ſentẽtia contra ſententiã, quæ quan-
tum teneat iuris diſpoſitioni me remitto. Accedit
& aliud quòd in ſententia prædicta nulla fit mẽtio
de viſura librorum Marci prædicti viſorum per
prædictum dominum Marcellum, nec de confeſ-
ſione eiuſdẽ Marci ſuper partitis in eius libro con-
tentis, prout de his omnibus, & aliis ſigillatim in
ſententia ipſa enunciatur, ex quibus apparet eiuſ-
dem domini Marcelli regentis decretum funda-
mentum ſumpſiſſe, prout ex eius tenore liquet, vn
de de prædictis circunſtantiis ſuper quibus fundã-
tum fuit decretum ipſius Magnifici regentis nulla
fuerit facta mentio in ſententia ipſius Magnifici
Nicolai maiorana reſultare apparet ſentẽtiã ipſam
fuiſſe latam non viſis actis quæ etiamſi fuiſſet iu-
2 ſta, prout minimè fuit: * attamẽ eſt nulla actis non
viſis, vt dixit Barto. in l. ij. in prin. C. de iudi. & in l.
j. C. de eden. j. colum. & in l. properandũ. §. & ſi qui
dem. j. col. verſic. not. illud. C. de iudi. Item non te-
net ſententia ex alio. nam non apparet de aliqua
cõmiſsione ipſius Magnifici Nicolai perſonam
factam per prædictum dominum Marcellum, ſeu
alium virtute cuius potuiſſet ipſe magnificus Ni-
colaus



colaus de cauſa prædicta, maximæ reclamationis
& reuiſionis interpoſitæ cognoſcere. Et licet certo
modo in aere figuretur ob abſentiam ipſius domi-
ni Marcelli prædictum Magnificum Nicolaum ha
buiſſe cognitionẽ cauſarum vertentium coram eo
dem domino Marcello: attamen de huiuſmodi co-
gnitione, & poteſtate adhuc non apparet, nec præ
ſumẽda eſt, quòd eidem fuiſſet delegata reuiſio, &
cognitio cauſarum per eundem magnificum Mar-
3 cellum deciſarum: * cùm delegati præſertim iu-
riſdictio ſit odioſa, & in dubio reſtringenda. c. j. de
offic. deleg. in vj. & tenet in ſpecie Alex. de Imo. in
l. ſi. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Nunc au-
tem dico ad punctum cauſæ principalis, emit Mar
cus prædictus à dicto Franciſco ccccxxviij. ſalmas
olei die viij. Martij. M. D. xviij. ad rationem tarra-
norum. xij. pro qualibet ſalma aſsignandis eidem
Marco de mẽſe Februarij ſequẽtis anni M. D. xix.
quo tempore quælibet ſalma olei fuit in pretio tar
ranorum xxvj. xxvij. & xxviij. prout ita generaliter
vendita fuit, vt liquet ex actis, & proceſſu in quo
infiniti teſtes ipſius Franciſci deponunt quòd ſem
per ſalma olei tempore recollectionis olei muſti
communiter vendi conſueuit: prout etiam eodem
anno venditionis prædictæ vendita fuit ad ratio-
nem tarranorum xviij. xix. xx. xxj. & xxij. & nun-
quam minori pretio: & ſi interdum minori pre-
tio ſupra dicto vendita fuiſſet eſſet vſura, & contra
conſcientiam ementis: & ita quamplures teſtes ſu-
per expoſitione, xv. atteſtati ſunt. Et non abs re ſa-
tis ad propoſitum voluerunt notanter doctores in
cap. in ciuitate. & in cap. nauiganti. extrà de vſuris.
* quòd emens fructus in herba, & ſic ante tempus
4 pro viliori pretio quàm valebant tẽpore quo erãt
in eſſe ſeu maturi dicitur vſuram committere, &
vſurarius nuncupatus eſt: idem voluit Baldus in
rubrica, de vſuris. in iij. quæſtione, vbi ſubdit hoc
maximè procedere ſi præſens numeratio pretij ſit
cauſa damni venditoris, ſecus ſi pro iuſto pretio
emerit, & idem tenet Cardinalis in clementina j.
xij. quæſtione de vſuris. & ſatis pulchrè idem tenet
Reuerendus pater frater Alexãder arioſti. ordinis
minorum in ſuo copioſo, & not. libello de vſur. in
iij. parte: in quæſtione quid de emẽte. vbi plus ſub-
dit vnum verbum ſatisfaciens ad caſum de quo in
5 præſentiarum agitur. * Quòd ſi fructus agri ſemi-
nati in Autumno veriſimiliter valituri ſint vigin-
ti, & quis det decem tantum, contractus talis ſit
in fraudem vſurarum, licet ex forma ipſius non
appareat vſurarius. Et pro confirmatione prædi-
ctorum accedat quòd non licet minus emere rem
prætextu, quòd pro eius emptione pretium ſol-
uendum anticipetur, & in præſentiarum ſoluatur,
& res empta non ſtatim tradatur, ſed expectatur:
quia vſura eſt, nam expectatio facit cõtractum eſſe
6 vſurarium, dum * emens propter illum dat minus
quàm res in præſenti valeat: ita dixit Alexander
Lombar. in ſua ſumma, & etiam exemplificat di-
cendo quòd ſi tu das decem pro mina frumenti,
quæ valet xij. recepturus minam in Autumno. vſu-
ra eſt: ita etiam refert & ſequitur prædictus Reue-
rendus pater Alexander arioſti ordinis minorum
in ſuo prædicto libello vſurarum, in iij. parte. verſi.
vtrum liceat minus cum quæſtione ſequenti. Nam
7 ex * quo ante terminum ſoluitur non licet minus
dare: ſecundum Franciſcum de maio. in iiij. diſtin-
ctione. xiiij. quæſtione iiij. & idem tenet prædictus
Alexander arioſti. in quæſtione vbi ſuprà. Et opti
mè ſuffragatur prædictis quòd in ſimilibus cõtra-
ctibus attendendum eſt veriſsimum pretium rei,
& conſuetudo creditoris, & ſic iudex ſubtiliter
veritatem inquirendo cauſam decidat, argumen.
ff. de pigno. actio. l. ſeruus. in fine. & l. vel vniuerſo-
rum. & ff. de vſuris. l. qui ſemiſſes. & conſiderata fa-
ma vniuſcuiuſque contrahentis. ita dicunt Hoſti.
& Ioannes Andr. in cap. ex literis. de iureiur. Et fa-
cit bene aurea deciſio ſummi Pontificis in cap. ad
noſtram. de reb. eccle. non alien. vbi Papa contra-
ctum illum reſcindit, & improbat non ex eo quòd
amplius eſt emptor ipſe percepturus, ſed ratione
læſionis contingentis ex eo quòd minus vltra mo-
dum lædebatur. Eſt inſuper ſatis ſupérq; ſatis cõſi-
derandum quòd idem oleum conſignãdum eidem
Marco eo aliter non conſignato per ipſum Fran-
ciſcum fuit venditum eidẽ Franciſco per eundem
Marcum ad rationem ducatorum ſex pro qualibet
ſalma, & dum Franciſcus tunc temporis in neceſſi-
tate conſtitutus, vt plenè docuit pro ſatisfacien-
do compoſitionem mille ducatorum factam cum
ducali Curia. per ipſum, oportuit ipſum ita facere
quòd apertiſsimè demonſtratur tam ex caſſatione
inſtrumenti prædicti, & quietatione eiuſdem facta
manu propria eiuſdem Marci in calce dicti inſtru-
menti iam recognita & confeſſata per eundẽ Mar-
cum ſub data eadem contenta in inſtrumento mu-
tui eodem celebrato, tam etiam quia non eſt veri-
mile, quòd eodem die ſatisfactionis & quietatio-
nis debiti prędicti voluiſſet iterũ Franciſcus etiam
effici debitor iterum eiuſdem Marci in tam maxi-
ma ſumma, ſed veriſimilius eſt, & iſta eſt veritas ꝙ
aſsignatis, & ſatisfactis iam vt ex proceſſu liquet
centum ſalmis olei eidem Marco, & remanentibus
ducentũ & xxviij. de aliis fuit conuentum, vt Fran-
ciſcus ipſe illas ſolueret infra certum tempus ad ra-
tionem ducatorũ ſex pro qualibet ſalma, & ſic fuit
celebratus alius contractus eodem die ſub nomine
8 mutui vnciarum ccxxviij. * qui contractus quieta-
tionis & ſatisfactionis, necnon & mutui eodẽ die
celebrati debet reputari vnus duntaxat cõtractus,
vt dixit Baldus in l. pen. §. mulier. ff. ſolu. matrimo.
idem Bald. in l. petens. C. de pact. col. pen. & in l. j.
in fin. C. de oper. lib. & in l. Sempronius. ff. de leg. ij.
& conſuluit Angelus in conſilio cxlv. incip. in pri-
mis. Et nihilominus apparet in fraudem vſurarum
geſtum eſſe, cùm licet in contractu ipſo mutui di-
catur pecuniam fuiſſe numeratam prædicto Fran-
ciſco, attamen probatur per quatuor teſtes con-
cludenter pecuniam ipſam minimè perueniſſe ad
prædictum Frãciſcum, ſed ex quadam oſtentatione
fuiſſe ibi demonſtratã, & minimè prædicto Fran-
ciſco numeratam, aut conſignatam, & idem vlti-
mo loco deponit magnificus Cæſar Carlinus præ-
ceptor Regius in eadem prouincia qui pecuniam
ipſam commodauit, vt ita exhiberetur duntaxat,
vnde iuris diſpoſitione cautum eſt, quòd aduerſus
inſtrumentum in fraudem vſurarum confectum,
licet teſtes in eo aſcripti vel tabellio ignoret de
vſura, tamẽ poteſt probari per alios teſtes dicẽtes,

9 * quòd ita erat præordinatum à partibus, ita not.
Innoc. in c. grauis. extra de deposi. Baldus in l. cùm
allegas. C. de vſur. vbi concludit in his multum ha-
bere locum arbitrium iudicis, vt not. per Innoc. in
c. cùm oporteat. de accuſatio. Ita etiam ſequitur &
refert Lauren. de Rodul. in repe. c. conſuluit. extrà
de vſur. in q. cxx. vbi ſubdit hoc vltimum ſibi pla-
cere, & inſuper alleg. not. per Ioan. Andr. in c. ad
noſtram. extrà de empt. & ven. & ita vt concluſum
ſuprà eſt, cônſulo iuris eſſe ego

Thomas Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Conſtitutum licet ſit actus fictus, tamen transfertur ex eo vera poſſeſſio.*

2 *Conſtitutum transfert naturalem & ciuilem poſſeſſionem, & etiam dominium, ſed per precarium ciuilis tantum.*

3 *Executio facta per iudicem de facto, & parte non citata debet pari modo de facto reuocari, quia ſicut fuit iudex facilis in condemnando, ita & in reuocando.*

4 *Eccleſia prima curata licet per adoptionem ſecundæ curatæ vacet ipſo iure, non tamen poteſt epiſcopus illum ſpoliare ipſo prius non citato, & audito, quia poſſit ſibi defenſio competere, vt puta diſpenſatio, vel quid ſimile.*

5 *Præſumptio iuris licet ſit contra abſentem, non tamen ex hoc debet priuari poſſeſſione ipſo prius non citato, & ſi de facto fieret, deberet de facto incontinenti reuocari.*

6 *Tertius poſſidens quando ſuſpicatur quòd alius petat exequi ſententiam in rebus à ſe poſſeſſis, debet proteſtari victori quòd in talibus rebus non procedatur ad aliquam executionem, nec aliqua nouitas fiat, quia ſunt ſuæ, & per ipſum poſſidentur, & quatenus eſſet facta executio petat eandem reuocari.*

7 *Pignus iudiciale & prætorium differunt, nam prætorium eſt quando nulla diffinitiua præcedente, ſed ratione contumaciæ ſolum proceditur ad miſſionem in poſſeſſionem contra eum edicto prætoris: pignus iudiciale eſt quando pro executione diffinitiuæ capiuntur bona ſecundum formam iſtius §. in venditione. l. à diuo pio.*

8 *Executio facta poſſeſſione ſequuta ſemper eſt executa ſciente & patiente venditore per quod ſatis apparet probari de traditione aliter quàm per precarium, & conſtitutum.*

9 *Venditor eo tunc quòd conceſſit titulum rei venditæ emptori videtur conceſſiſſe quouſque poſſeſſionem rei prædictæ acquireret.*

10 *Poſſeſſionis cauſa præſumitur mutata ex titulo.*

11 *Poſſeſſori etiam iniuſto non eſt auferenda poſſeſſio non præcedente citatione.*

12 *Executio ſi fuit nulliter facta contra tertios poſſeſſores, licet aliàs iniuſtè ipſis tamen nõ citatis, etiam ſi vellet creditor quod iudex ipſam confirmet id fieri non poteſt.*

13 *Venditor licet remanſerit in poſſeſſione rei venditæ, ſi tamen conduxit ab emptore ex hoc non inducitur præſumptio ſimulationis, & valet contractus, tam emptionis, quàm locationis.*

## CONSILIVM CXX.

Redemptoris gẽtium auxilio inuocato,
Amen. In cauſa venerandi monaſterij
ſancti Laurentij extra mœnia ciuitatis
Auerſæ, cum nobili Ioanne coſſa de
Neapo. ob executionem factam in bonis monaſte
rij prædicti per prædictum Ioannem prætextu cer
tæ pecuniæ eidẽ debitæ per quendam Laurentium
conte virtute inſtrumenti exequendo in eodẽ tan-
quam in bonis ipſius Laurentij conte debitoris, &
hoc reuocato precario. nã in hoc fallitur cùm bo-
na ipſa tam tempore executionis prædictæ, quàm
antè erant, & ſunt ſub poſſeſsione, & dominio ip-
ſius monaſterij,, vt conſtat ex numero infinitorum
teſtium vltra inſtrumentum emptionis dictorum
bonorum productum per dictum monaſterium in
quo ineſt conſtitutum, & precarium virtute cuius
fuit tranſlata poſſeſsio ciuilis & naturalis in ipſum
1 monaſterium, * & per conſequens dominium, licet
enim conſtitutũ ſit actus fictus, tamen transfertur
ex eo vera poſſeſsio. l. certè. §. j. ff. de prec. & firmat
expreſsè Bart. in l. ab emptione. ff. de pact. in fin. in
vlti. q. & poſt eum Mod. Papi. in viij. col. in fin. Et ꝙ
per precarium trãsferatur poſſeſsio ſaltem ciuilis
eſt tex. in l. & habet. §. eũ qui precario. ff. de preca.
2 * Et ſimiliter quòd per conſtitutum transferatur, &
ciuilis & naturalis poſſeſsio, ſi etiã dominium te-
net Bar. in l. interdum. in prin. ff. de acqui. poſ. & ibi
cæteri ſcribentes: & per Pap. vbi ſuprà. & eo magis
cùm liqueat per bona inſtrumẽta producta de poſ
ſeſsione Magnifici Thomæ de aldemari vẽditoris,
& qui bona prædicta vendidit prædicto monaſte-
rio, & tempore dicti conſtituti & precarij vendi-
tor ipſe poſsidebat bona prædicta. Quibus ſtanti-
bus minimè poterat, nec poteſt Ioan. ipſe ſe intro-
mittere in bonis prędictis. Eodẽ monaſterio prius
non citato nec monito tanquam poſſeſſore cùm
3 auferri nõ poteſt poſſeſsio * etiam iniuſta de facto,
& cauſa non cognita, per text. vulga. in c. licet epi-
ſcopus. de præben. in vj. & in l. fin. C. ſi per vim vel
alio modo. & in l. meminerint. C. vnde vi. hinc di-
xerunt Bald. Saly. & Modern. prædicti in l. ſi pacto
quo pœnam. C. de pact. iij. col. quòd ſi iudex fecit
aliquam executionem de facto parte non citata,
debet pari modo eandem de facto, & parte non
citata reuocare: quia ſicut fuit facilis in condem-
nando, ita debet eſſe facilis in reuocando: per text.
in l. j. §. j. ff. ſi mul. ven. nomi. quem tex. reputant ad
hoc ſing. Moder. prædicti poſt Bald. in c. inter qua
tuor. de maio. & obed. & de prædictis eſt etiam gl.
not. in l. minor. in princi. ff. de euic. quam reputant
ſing. Bal. & Saly. in l. dies feſtos. C. de fer. Hinc di-
cebat Panor. in c. ex ratione. pe. col. extrà de appe.
4 * quòd licet per adoptionem ſecundæ eccleſiæ cu
ratæ vacet prima ipſo iure: vt in c. de multa. de præ
ben. non tamen poteſt epiſcopus illum ſpoliare ip-
ſo prius nõ citato & audito, quia poſſet ſibi defen-
ſio competere: vt puta diſpenſatio vel quid ſimile:
5 & ſic ſunt duo text. notab. probationes: * quòd li-
cet contra abſentem ſit præſumptio iuris, non ta-
mẽ ex hoc debet priuari poſſeſsione ipſo prius nõ
citato, & ſi de facto fieret, deberet incontinenti de
facto reuocari. argu. c. cum cauſa. extrà de offi. de
leg. & in c. conquerente. de offi. ord. & idem in ſpe
cie rep



cie reperio conſuluiſſe Alexãd. in conſilio lxxxiij.
viſa facti narratione, & copia teſtamenti. ij. colum.
quaſi per totum. & maximè in v. colum. in ij. volu.
Et plus voluit idem Alex. in l. à diuo pio. in §. ſi ſu-
6 per rebus. iiij. colum. ff. de re iudic. * quòd quando
tertius poſsidens ſuſpicatur, quòd alius petat exe
qui ſententiam in rebus à ſe poſſeſsis debet prote-
ſtari victori, quòd in talibus rebus non procedatur
ad aliquam executionem, nec aliqua nouitas fiat,
eò quia ſunt ſuæ, vel à ſe poſſeſſæ, & quatenus exe-
cutio ſit facta petat illam contrario imperio reuo-
cari, & reuocetur quatenus de facto proceſsit, &
quòd iſta petitio eſt iuſta. dicebat ipſe Alex. in qua
ſummariè procederetur, & plus ſubdit quòd ſi pen
dente dicta petitione & proteſtatione fieret execu
tio eſſet nulla. Confirmantur præmiſſa per dicta
eiuſdem Alex. in d. l. à diuo pio. in §. in venditione.
7 xxiij. col. verſ. additio: quæritur Bar. * vbi dicit eſſe
differentiam inter pignus iudiciale & prætorium:
nam prætorium eſt quando nulla diffinitiua præ-
cedente, ſed ſolum ratione cõtumaciæ proceditur
ad miſsionem in poſſeſsionem cõtra reum edicto
prætoris, de quo in l. ſiue vnus. ff. quibus ex cau. in
poſ. ea. Pignus autẽ iudiciale eſt quando pro execu
tione diffinitiuæ capiũtur bona ſecundũ formam
iſtius §. in vẽditione iſtius. l. à diuo pio. Cùm ergo
reſpectu dicti monaſterij nõ poſsit dici fuiſſe con-
tractũ aliquod pignus ſuper dictis bonis non prę-
torium, ex quo non præceſsit aliqua cõtumacia ip
ſius monaſterij non aliter citati, & minimè iudi-
ciale cùm non præceſſerit aliqua ſententia diffini-
tiua ſequitur prædictum Ioannem coſſam nullate-
nus audiendum ſuper prætenſa executione bono-
rum quæ poſsidentur per dictum monaſterium fru
ctus percipiendo, & bona ipſa in partem affittan-
do ſciente etiã & patiente prædicto domino Tho-
8 ma venditore per * quod ſatis probari apparet de
traditione aliter quàm per precarium & conſtitu-
tum. l. ij. C. de acquir. poſ. l. quædã mulier. ff. de rei
vend. & eſt tex. ſecundum lect. Iac. de Are. & Bald.
ibi in l. indicia. C. eod. titu. quòd ſine dubio proce-
dit ſiue fuerit probatũ de poſſeſsione prædicti do-
mini Thomæ venditoris, & authoris ſiue non: quia
ſi prædictus dominus Thomas à quo prædictũ mo
naſteriũ cauſam habet, & titulũ poſsidebat, prout
iam ex proceſſu liquet, clarum eſt, quòd monaſte-
rium intelligebatur, & intelligitur ex illo titulo
poſsidere, ſi verò ipſe venditor tunc non poſside-
bat vel dubitari poſſet an poſsideret, vt quia for-
ſan non eſſet probatum, & tunc etiam dictum mo-
naſteriũ præſumitur poſsidere occaſione eiuſdem
tituli, nam eo ipſo quòd ipſe vẽditor titulum con-
9 ceſsit, eidem monaſterio, videtur * cõceſsiſſe quo-
uſque poſſeſsionem dictę rei acquireret: vt in l. hoc
ſi res. ff. de rei vendic. ſecundum Bal. in d. l. indicia.
vbi ſubdit hoc eſſe verum ſiue titulus præceſſerit
10 poſſeſsionẽ ſiue poſſeſsio præceſſerit titulũ, * quia
ex titulo præſumitur cauſa poſſeſsionis mutata, vt
nota. in l. cùm nemo. C. de acquirend. poſſeſsione.
ſecundum Bar. in l. cùm ſolus. ff. de vſuca. quod ma
ximè procedit, ex quo in dicto inſtrumẽto emptio
nis fuit data licentia appræhẽdendi &c. vt in l. prę-
dia. ff. de acquir. poſ. ſecundum Bald. in prædi. l. in-
dicia. & ideo quouſque cõcludatur in precario &
conſtituto tam reſpectu ad inſtrumentum datio-
nis in ſolutum factæ prędicto domino Thomæ qui
etiam realiter tenuit & poſſedit quàm reſpectu ad
dictum inſtrumentum venditionis poſtea ſatis per
interuallata tẽpora factæ per dictũ dominum Tho
mam, ex quo monaſterium prædictum longè ante
executionem prædictam, & tempore executionis
imò ſatis ante litem ſuper hoc motam contra Lau-
rentium aſſertum debitorẽ tenebat, & poſsidebat
ac tenet & poſsidet fructus percipiendo prout di-
ctum eſt, tamen executio prædicta fieri non po-
tuit, & facta fuit, & eſt nulla, & debet reuocari
cõtrario imperio ſaltim quatenus de facto proceſ-
ſit tanquam facta in bonis poſſeſsis à tertio non ci
11 tato: * cùm etiam iniuſtè poſsidenti non ſit aufe-
renda poſſeſsio nulla præcedente citatione. l. ſi de-
ſerta. cum ſimi. & ibi Bald. C. ſi propter publi. pen.
Imo. in c. cum olim. de priuileg. & Bart. in l. fina. C.
de edic. diui. & Angelus in §. quadrupli. inſtitut. de
act. tamen in indiuiduo ad quaſi terminos in quã-
dam executione facta ad inſtantiam cuiuſdam cre-
ditoris contra priorem, & fratres ſancti Domini-
ci emptores, & tertios poſſeſſores ipſis non cita-
tis conſuluit per optima iura, & rationes Ludou.
Roman. in conſilio clviij. circa articulum propo-
ſitæ conſultationis. & ibi ſubdit quòd ex quo di-
cta executio fuit ab initio nulla contra prædictum
priorẽ, & fratres tertios poſſeſſores: licet & aliàs
iniuſtè ipſis non citatis, tamen ſi vellet creditor
quòd iudex in dicto iudicio executionis eam con-
firmet, ex quo forſitan aliàs poſſeſsio monaſterij
erat iniuſta, quòd nõ debet admitti, nec iudex hoc
12 poſſet: * quia ſicut fuit facilis in exequendo, ita de
bet eſſe facilis in reuocando, adeo quòd nõ debeat
confirmationem petẽti applaudere. l. j. §. neceſſa-
rio. ff. ſi mulie. vent. nomi. & plenè dicta per Bald.
in prædicta l. ſi pacto quo pœnam. Et ſic ex hac ſola
ratione tutiſsima conſtat huiuſmodi executionem
fieri non potuiſſe, ſed nulla fuiſſe, & contrario im-
perio, ſaltem quatenus de facto proceſsit reuocan
dam, & ex hoc tollitur, quod ex aduerſo dicitur
de ſimulato contractu inter prædictũ Laurentium:
& monaſterium, nam tollitur per inter. quia non
fuit facta alienatio inter Laurentium, & monaſte-
rium, ſed inter prædictum dominum Thomam, &
monaſterium, & ſic licet Laurentius in poſſeſsione
etiam precaria remanſerit cum prædicto domino
Thoma, cùm tamen verè nõ ſit ex quo verè apprę
hendit poſſeſsionem dictorum bonorum: & dictus
Laurentius ſibi reſpondebat de fructibus, qui pro
tunc erant: igitur etiam reſpectu domini Thomæ
poſſeſsio fuit vera cum traditione ſeu acquiſitio-
ne reali ex præcedenti titulo, per dictam l. indicia.
& ibi Baldus poſt Iacobum de Aret. vt ſuprà fuit
oſtenſum quantum ad monaſterium, & prædictũ
dominum Thomam contrahentes, & ideo ceſſat
fraudis, & ſimulationis præſumptio: quia licet nõ
ceſſet per conſtitutionem precarij abſque tradi-
tione reali, ſeu de reſponſione fructuum, quia non
videtur verſimile quòd emptor velit dimittere rẽ
per ipſum emptam venditori, & pretium, cum ne-
mo præſumitur iactare ſuum, vulga. l. cùm de inde-
bito. de probationib. tamen quando venditor re-
ſponderet de fructibus emptori, & multò magis

monaſterio prædicto, quòd dictam venditionem
non contraxit cum ipſo Laurentio, ex quo Lauren
tius non remanſit in poſſeſsione ſimpliciter vigore
precarij, ſed vt conductor dictorum bonorum de
fructibus reſpondendo, igitur ceſſat ſimulationis
& fraudis præſumptio. argu. l. litibus. C. de agric. &
cenſ. lib. xj. ſecundum Bart. in l. poſt contractus. ff.
de donat. in prin. iij. col. & in l. ſicut. in §. ſuperua-
cuum. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſol. & latius Cę
po. in tracta. ſimula. in prin. operis, & colum. xxiiij.
præſumptione. Bald. in l. qui fundum, in addi. ff. de
13 contrahen. empt. * vbi licet venditor remanſerat in
poſſeſsione, ſi tamē cōduxerit ab emptore: ex hoc
non inducitur præſumptio ſimulationis, & valet
contractus, tam emptionis, quàm locationis ei-
dem venditori factæ per emptorem. Itē & ex alio
liquet de iure ipſius monaſterij tertij poſſeſſoris nō
citati, quia ex quo probauit ſe poſſediſſe, & poſsi-
dere, & locaſſe, ac fructus precepiſſe, & percipere
dato quòd pars aduerſa probauerit quòd Lauren-
tius debitor dolo deſiiſſet poſsidere alienando in
fraudem etiam paratæ executionis: vt quia aliena-
tio fuiſſet facta poſt litem motam, licet hoc nō ſit,
attamen executio fieri non poteſt cōtra iſtum ter-
tium poſſeſſorem non citatum. Et licet ſecundum
omnes hoc abſque dubio procederet in caſu præ-
ſenti in quo alienatio tam facta prædicto domino 1
Thomæ, quàm poſtea per interuallata tēpora per
prædictum dominum Thomam prædicto monaſte
rio poſſeſſori fuit ſatis ante litem motam per præ-
dictum Ioannē coſſam contra dictum Laurentium,
prout tenet Bart. & omnes in l. à diuo pio. §. ſuper
rebus. ff. de re iudic. tamen procedit in caſu in quo
fuiſſet facta poſt litem motam, & ſic in fraudē exe- 2
cutionis: ſecundum Bart. qui indiſtinctè loquitur:
& ſic etiam iſto caſu in d. §. ſi ſuper rebus. & eſt opi
nio verior & communior ſecundum Alex. in d. §.
ſi ſuper rebus. iiij. col. in v. addi. reprobata opinio
ne Bal. de qua ibi per eum, & ſic ex omni capite de-
bet pronunciari pro monaſterio prædicto, & con
tra prædictum nobilem Ioan. coſſa, & quòd execu
tio prædicta retractetur, cùm minimè fieri potue-
rit contra prædictum monaſterium tertium poſ-
ſeſſorem non citatum, & ita de iuris cenſura ſen-
tio ego Thomas Grammaticus.

Et ego Pamphilus mollus de Capua concurro
in eandem ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *In communione nemo perſiſtere cogitur, maximè vbi res diuiſionem patitur.*

2 *Domus conceſſa in feudum & domus domini tenent vnam curtem communem, diuiſio ipſius curtis debet fieri per cordulam verſus domum domini, & illa dimidia erit ſua, alia dimidia erit vaſſalli.*

3 *Seruitutem oneris ferēdi à parte inferiori ſi quis debet tenetur de iure parietes ſuſtinētes onera ſuis ſumptibus conſtruere.*

4 *Reficere hoc verrbum ſeu verbum reparare quid importet.*

5 *Contrahētibus licet permittatur ad inuicem inter ſe decipere vſque ad dimidiam iuſti pretij, nō tamen habet locum in clerico ſeu eccleſia, quæ minimè debet laqueum parare.*

6 *Eccleſia vniuerſitati ſi plus offertur quàm res valeat id recipere non debet, ſed iuſtum pretiū tantum, cum nō debeat in ſuis contractibus fraudem adhibere.*

7 *Eccleſia debet eſſe cultrix iuſtitiæ & æquitatis.*

## CONSILIVM CXXI.

REdemptoris gentium poſtulato præſi-
dio. Amen. Et quia docente Philoſo-
pho nihil ita abſque labore manifeſtā
facit veritatem, quàm breuis & pura
narratio: idcirco veritati duntaxat inhærendo,
vt conſueui mendicatis ſuffragiis procul pulſis ad
tangens factum deueniam. Et quòd egregius Ma-
rinus ruta abſque dubio debeat obtinere in præ-
ſenti iudicio, adeo quòd Reuerendus rector ec-
cleſiæ ſancti Georgij maioris de Neap. tenetur ad
petitam diuiſionem curtis petitam per eundē Ma-
rinum, cum curtis communis ſit prout ex proceſ-
ſu liquet, & inficiari non poteſt vltra vulgaria iura
diſponentia neminem compelli poſſe in commu-
nione perſiſtere: iuxta tex. in l. fi. communi diuid. l.
inter omnes. C. de prædi. minor. l. ſi non ſortem. §.
1 ſi centum. de conditione indebiti. * Maximè vbi
res diuiſionem patitur, prout ad oculum in caſu j.
demonſtratur: tenet Baldus in propriis terminis in
plateola ſeu curti communi in c. j. §. ſi quis de mā-
ſo. de controuerſ. inueſti. in vſib. feud. & ideo ſatis
ad propoſitum voluit Bart. in l. quòd conclaue. ff.
de dam. infec. quòd ſi inter domum conceſſam in
2 feudum & domum domini eſt vna curtis, * ſeu cu-
ria debet diuidi per cordulam verſus domum do-
mini, & illa dimidia erit ſua, alia dimidia erit vaſ-
ſalli, idem in ſpecie & in terminis propriis quæ-
ſtionis propoſitæ voluit Bartho. Cæpo. in tracta de
ſeruit. vrb. præd. in tit. de curia ſeu curte, & in titu
lo præcedenti de clauſtro, ſiue conclaui poſt me-
dium, vbi in ambobus ſequitur dictū Bald. præal-
legatum. Quò verò ad refectiones illius membri,
ſeu manſionis quæ eſt eccleſiæ petitā vt poſsit de-
ſuper Marinus ipſæ ædificare, & reparare ſuper eo
domum ſibi in emphyteuſim conceſſam, apparet
namque quòd pars dictæ domus conceſſæ eidem
Marino eſt ſupra membrum illud ſeu domum di-
ctæ eccleſiæ, & ſic Abbatis, & ſic exiſtente domo
Marini prædicti ſeu eius parte, ſupra domū dictæ
eccleſię conſtructa: ſequitur de neceſsitate quòd
dictum membrum eccleſiæ exiſtens in parte infe-
riori debet ſeruitutē oneris ferendi prædicto Ma-
3 rino, quam ſeruitutē oneris ferendi * quando quis
debet tenetur de iure parietes ſubſiſtentes onera
ſuis ſumptibus facere & cōſtruere per tex. in l. eū
debere columnam. ff. de ſerui. vrb. præd. & in l. & ſi
forte. & §. etiam. & §. ſeq. & ibi clarè Bart. ff. ſi ſer.
vend. ita in ſpecie tenet etiā Barth. Cæpol. in præd.
tit. de ſeruit. & propriet. in titu. de ſeru. one. fer. ij.
col. Nec obſtat quatenus dubitari cōtingeret quòd
ex forma inſtrumenti tantummodo videatur ex-
preſſum quòd teneatur Marinus ipſe reparare: nā
non ex hoc apparet Marinus ipſe prohibitus ædifi-
care de nouo, quia reparare eſt facilius quàm con-
ſtruere



ſtruere de nouo, dixit Bald. in l. ſancimus. C. de teſt.
j. colum. ver. ſed tu dic. maximè cùm interſit eccle
ſiæ quòd dictum eſt vt domus ipſa magnificetur, &
augmētetur. * Suffragatur & aliud quia ſub verbo
4 reficere ſeu reparare continetur ſarcire, ædificare
vehere, & apportare, & etiam ea quæ ad eandem
rem opus eſſent, textus eſt in l. j. §. deinde. ff. de ri-
uis. ſuper quo dixit Bartol. in terminis ipſius l. not.
quòd quando quis vult reficere vel immutare ex
neceſsitate vel ex magna vtilitate, & poteſt. Nec
inſuper obſtaret quatenus diceretur, vt ſuprà non
fuiſſe conuentum expreſsè cum prædicto Marino,
vt potuiſſet de nouo ædificare, ſed reparare dun-
taxat, & ſic meritò videretur imputandum prædi-
cto Marino qui legem ſuam clarius non aperue-
rit, præſertim cùm liceat contrahentibus ad inui-
cem inter ſe decipere &c. nam licet per ſuperius al
leg. ſatis reſponſum appareat, attamē quo ad dece
ptionē inter contrahentes eſt veriſimiliter cōſide-
randum, & aduertēdum ꝙ Marinus ipſe debebat
domos prædictas ſibi in empyteuſim conceſſas,
adeo bene ædificare, & reparare vt de fructibus,
ſeu penſione ipſarū potuiſſet ſoluere ſuū annuum
cenſum eccleſiæ debitum, & aliquid ſibi etiā com-
modi afferre propter præſumptionē, quæ reſultat,
vt nemo ſua iactare præſumatur, vnde exiſtēte for-
ma illa in dictis domibus, quæ in præſentiarū exi-
ſtit ſine alio ædificio, aut parū, aut nihil ex eis cō
ſequi poſſet, & ſic enormiſsimè læderetur ex huiuſ
modi cōtractu. Et licet contrahentibus permitta-
5 tur inter eos ſe decipere &c. * non tamen regula
hæc habet locū in clerico ſeu eccleſia quæ minimè
debet laqueū parare. c. de iudæis. xxvij. q. j. ita not.
Ant. de but. in c. cōtinebatur. de his quæ fi. à præla-
fine cō ſen. cap. & in c. in ciuitate. extrà de vſur. &
tenet ſ. Ber. in ſuo libel. de contract. & vſur. in xxx.
artic. in ij. c. vbi etiam dicit quòd ſi in vēditione rei
eccleſiæ plus offertur quàm res valeat eccleſia id re
6 cipere non debet, ſed tantū iuſtum pretium, * nā
conſtat ꝙ eccleſia in ſuis contractibus non debet
fraudē adhibere. c. per tuas. extrà de dona, & in c.
j. §. j, in tit. de alie. feud. in vſib. feub. vbi pulchrè di
7 cit tex. * quòd eccleſia cultrix debet eſſe iuſtitiæ. &
æquitatis, & ideo facit contra prælatos ſæpiſsimè
contrarium facientes prætextu ꝙ ſemper melior
conditio eccleſiæ fieri debeat, ita in ſpecie refert &
ſequitur Bartho. Cęp. contra pręlatos inuehendo
in libello de contractu emptionis, & venditionis,
in fol. iiij. verſi. ſecunda præſumptio. iij. col. & ideo
dixit ſ. Thom. in ſecunda ſecundæ. q. lxxvij. artic. j.
ver. ad primum, ꝙ ſecundum canones illicitum ré-
putatur, ſi in emptione & venditione, & ſic in con
tractibus non ſit æqualitas iuſtitiæ, & ille qui plus
habet recompēſare debet ei qui damnificatus eſt:
Et ſic ſucceſsiuè infertur quòd ſi iuſta Marinus ip-
ſe petiit, vt demonſtratum eſt, ſequitur quòd à tem
pore ſuæ proteſtationis & requiſitionis debet ei
aliqua debita, & conueniens remiſsio cenſus, ſeu
canonis ſoluendi fieri, & ideo prodeat de vultu
dei optimi iudicium, vt oculi iudicantium verita
tem reſpiciāt, cùm ſcriptum ſit, ita magnum, ſicut
paruum iadicabis, qnia omnis ſpiritus laudat Do-
minum & ita iuris eſſe conſulo ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſeu princeps confirmans aliqua priuilegia exemptionis quæ aliqua eccleſia obtinet in priuilegiis ſuis eo ipſo robur habeāt dicta priuilegia, licet ea de quibus ſit mentio obtineri non poſsint.*

2 *Priuilegium vt poſsit creare tabelliones ſi fuit conceſſum alicui per principem, & demum à ſucceſſore principe habitum fuit aliud priuilegiū confirmationis, & primum priuilegium in progreſſu temporis reuocatum in dubium, ad quod probandum adducitur confirmatio, opponitur non eſſe ſtandum confirmationi, niſi exhibito primo priuilegio, tamen ſtandum erit ipſi confirmationi. numero 3.*

4 *Clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis quid importet. nume. 5 & 6.*

7 *Princeps tunc dicitur ex certa ſcientia quid facere cùm illam clauſulam apponit in reſcripto, ſeu priuilegio.*

8 *Princeps quando narrat factum in priuilegio, quo caſu habetur ac ſi dixiſſet ſe prouidere ex certa ſcientia.*

## CONSILIVM CXXII.

IN Chriſti nomine, Amen. Magnificus
dominus Antoninus de Bononia tenēs
& poſsidens iuſtis & legitimis titulis ta
bulam macellandi carnes prope caſale
ſancti Ioannis à toduziola, & etiam tabernam, ex-
emptas res prædictas ab omni ſolutione gabellæ,
& iuris tam impoſiti quàm imponendi, obtinuit
confirmationē à Cæſ. Maie. iuxta formam, ſeriem,
& tenores pleniores priuilegiorū & literarū, quæ
de præmiſsis obtinet: quæ licet præſentibus nō in
ſerantur in ipſo confirmato: vult tamē Cæſ. Maie-
ſtas haberi pro ſufficienter inſertis, & expreſsis ac
ſi de verbo ad verbum particulariter & ſpecificè
annotarentur, & insererentur, quatenus tamen in
illorum, & illarum poſſeſsione melius, & plenius
hactenus fuit, tenorémque eiuſdem priuilegij con
firmatorij ex certa ſciētia expreſsè deliberatéq;, &
conſultò confirmat, ratificat & acceptat, & quate-
nus opus eſt de nouo concedit & donat, volens
quòd dicta confirmatio, & noua conceſsio ſit, &
eſſe debeat omni futuro tempore eidem Antoni-
no, & ſuis hæredibus ſtabilis & fructuoſa. In du-
bium vertitur cum prædictus Antoninus amiſerit
priuilegiū principale an ſufficiat docuiſſe de præ-
dicto priuilegio confirmatorio, & iudicio meo di-
1 cendum eſt quòd ſic, & * quòd dicta confirmatio
modo quo ſuprà, ſufficit non aliter apparente de
priori conceſsione, cùm enarretur in eo ſubſtantia
præcedentis conceſsionis, text. eſt iuncta gloſſa in
capitulo ſi Romanorum. decimanona diſtinctio-
ne. in verbo ſunt recipiendæ, vbi colligit gloſſa ar
gumentum ex textu, quòd ſi Papa in aliquo priui-
legio confirmat priuilegia exemptionis, quæ ali-
qua eccleſia obtinet in priuilegiis ſuis eo ipſo ro-
bur habent dicta priuilegia, licet ea de quibus ſit
mentio exhiberi nō poſsint. nam decretales Inno.
& Leonis, quę in ipſo tex allegantur hodie non ap-
parent,, & ſuper eis ibi Papa ſe fundat. Et ideo vo-

luit pulchrè Speculator in titulo de inſtrum. edi-
tio.§.nunc autem videndum, verſiculo, quid ſi eſt
conceſſum: referendo etiam Odoffredum ita tene-
2 re, * quòd ſi fuit alicui conceſſum priuilegium à
Principe, vt poſsit creare tabelliones: & demum
obtinuit priuilegium confirmationis à ſucceſſori-
bus principibus ingreſſu temporis reuocatur indu
bium priuilegium & ad illud probandum produ-
citur confirmatio, & opponitur non debere ſtari
confirmationi, niſi producto primo priuilegio, vt
in authentica, ſi quis in aliquo. C.de edendo. de-
terminat Speculator ſtandum eſſe priuilegio præ-
dicto confirmatorio, quod maximè procedit in
caſu iſto vbi enarratur ſubſtantia prioris priuile-
gij: licet verba formalia non apponantur, text.eſt
&ibi not. Alber.in l.j.C.de epiſcopali audientia.&
tantò magis cùm Cæſar noſter conceſſerit in dicto
priuilegio exprimendo illud ex certa ſcientia con
firmare, prout dicit glo.in cap.ad hæc ſumus.extrà
3 de reſcript. * ideo ex narratione facti declarata,
& poſita in dicto priuilegio per ipſum principem
non poteſt præſumi malè informatus, nec per ſub
reptionem inductus, ad ita dicendum, quia vbi eſt
clauſula ex certa ſcientia, ibi non eſt error: ita Bar
tolus & omnes in l.ſed & ſi quis.§.fin.ff.ſi quis cau.
4 Bartolus in l.fina.§.pen.ff.de condit.indebit.* Et
tantæ virtutis eſt clauſula prædicta quòd validat
alias inualida. ſecundum Innocentium & ſcriben-
tes in c. j. extrà. de tranſact. Imò princeps reſcri
5 bens cum clauſula ex certa ſcientia, * idem eſt ac
ſi illud ſe facere dixiſſet de plenitudine poteſtatis.
glo.eſt not. quã Abb. exclamat in c. adhæc. extrà
de reſcriptis.& in cap. ex multiplici.extrà de deci.
glo.in clem.& ſi principalis.in verſic. literarum.de
reſcript. Abbas in cap.cùm olim.de re iud. & ideo
dixit pulchrè Baldus in l.eos. C.de appellat.quòd
quando per principem opponitur dicta clauſula
ex certa ſcientia videtur clarè illud gerere de ple-
6 nitudine poteſtatis in tantum: * quòd de eius viri
bus, & validitate non poteſt in dubium refricari,
idem per prius conſuluerat Oldr. in conſilio clvij.
incip. factum tale eſt. dominus Nicol. papa quar-
tus.viij.colum.& Ioan.de Imo.in l.quidam conſu-
lebant.ff.de re iudic.Et dicitur tunc ex certa ſcien-
7 tia principem aliquid facere ſeu feciſſe, * quando
ipſam clauſulam appoſuit in priuilegio ſeu conceſ-
ſione, ita dicit glo. in dicta clem. & ſi principalis.
in glo.fina.de reſcriptis.& in c.ſtatutum. in ver.li-
terarum.eo.tit.in vj.& præſertim vindicabunt ſibi
locum præallegata in caſu præſenti in quo prin-
ceps noſter narrat factum in priuilegio, quæ nar-
ratio perinde eſt & operatur ac ſi diceret ſe pro-
uidere ex certa ſcientia ita conſuluit Pet. de Anch.
in conſilio cclxxxviij. vltra alia ſolenniter &c. ij.
colum.& Alexander in conſilio lxxvij. in cauſa &
lite.ij.colum.ij.volu. & Brunus in ſuo conſilio j.x.
colum. & ita de iuris cenſura arbitror.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Maior vnus & alter minor aſſerentes ſe læſos per ſententiam ſacri conſilij circa venditionem rei, videntur habuiſſe notitiam contẽtorum in dictæ ſententia ſi in ea continebatur eos habere ius offerendi, & non obtulerunt, demum factis ambobus maioribus talis ſententia eis nocuit, & nocet.*

2 *Legens ſententiam ſeu aliquam rem in aliqua parte ipſius, & non in totum præſumitur totum percunctaſſe.*

3 *Minor læſus infra quadriennium poteſt petere ſe reſtitui in integrum aduerſus læſionem numerandum à die notitiæ læſionis prædictæ.*

4 *Minor ſeu pupillus non petens rem, ſed aſſerens ſe non teneri ad obſeruantiam contractus videtur petiiſſe omne neceſſarium antecedens ad illud. numero 5.*

6 *Pro ſententia in dubio præſumendum eſt, & maximè dum fuit ab antiquo lata & partibus præſentibus, & non contradicentibus præſumitur etiam quo ad acta valida, licet de eis non conſtat, maximè dum de ipſa fit mentio in inſtrumento venditionis.*

7 *Conſilium & interuentus matrimonij, vbi interuenit præſumendum eſt abfuiſſe dolum & culpã in re minoris.*

8 *Reſtitutio in integrum regulariter non conceditur aduerſus ſententiam principis.*

9 *Minores qui ſciuerunt tenorem ſententiæ in qua tenebantur offerre, & non obtulerunt non poſſunt in integrum reſtitui, dum allegant dictam ſentẽtiam nullam.*

## CONSILIVM CXXIII.

Redemptoris gentium ſuffragio repeti-
to. Amen. Dum in anno M.cccclxxx-
viij.pro parte Iacobi Nicolai Saxi fra-
tris maioris, & Marci Saxi adulti fuiſ
ſet petita redditio calculi contra tutores: & reſti-
tutio dictæ terræ contra quondam Diomedem pa-
trem Alphonſi Gargani: oppoſito per ipſum de
ſententia ſacri conſilij, & illius executione fuit
tandem per prædictos replicatum, ſententiam ip-
ſam minimè opitulari, ex quo per alienationem
dictæ terræ fuerant enormiter læſi ratione vilis
pretij: tum etiam ex diſpoſitione iuris aliter pro-
uidentis, prout in actis ſacri conſilij: ex quibus
cùm habuerint notitiam dictæ ſententiæ de vendi-
tione terræ prædictæ, & aſſeruerint quòd alter erat
maior & alter adultus: ſine dubio dicebantur tunc
habere, & continuatis temporibus multo magis
notitiam plenam contentorum in ſententia, & per
conſequens de dicta reſeruatione iuris offerendi
contenta in ſententia in tantum quòd demum ip-
ſis factis maioribus in actibus ſucceſsiuis talis prę-
1 cedens ſententia nocuit & nocet, * ſicut cuilibet
maiori habenti notitiam de aliquo actu, ita ſatis
pulchrè voluit Bartolus in l. qui Romæ.§.duo fra-
tres. iij.quæſtione per totam illam quæſtionem.ff.
de ver. oblig. & multum ad propoſitum conſuluit
Pet. de Ancha. in conſilio clxix. principaliter &c.
& Pau.de Caſt.in conſilio xvij. in cauſa quæ verti-
tur.v.col.ver.item.alleg.ipſe Paul.conſ. x. clarum
eſt &c.& Alex.in conſi.clxvij.põderatis his.ij.c.ij.
volu.& ibi alleg.Baldum in authen.at qui ſemel.C.
2 de probatio.in iiij.col.verſic. ſed pone* quòd qui
legit in aliqua parte nõ in totum præſumitur ſcire





effectum eius, ſi per ſpatium temporis habuit pe-
nes ſe, quia præſumitur totum percuntaſſe ſeu per
cuntari feciſſe, & melius omnibus ad propoſitum
noſtrum declarant do. Anto. de Alexand. in l. eius
qui colum.vij.in quarto membro, per iiij.col. ff. ſi
cert.petat. quòd quidem maximè procedit in caſu
præſenti propter reiteratas, & exquiſitas partes li
tis, cum tam longiſsimo tempore, & tanto diſcur-
ſu factas ſemper cum commemoratione primæ ſen
tentiæ, & cum eorũ magna cupiditate recuperan-
di dictam terram ſæpius petitam, & ideo præſu-
muntur ſciuiſſe omnia maximè contenta in ſen-
tentia, & per conſequens dictum ius in executio-
ne dictæ ſententiæ eis reſeruatum, & quòd de reſer
uatione non curauerũt cogitando velle habere ter
ram ipſam abſq; pretij reſtitutione, prout ſenten-
tia cantat. Et ſic data notitia dictæ ſentẽtiæ, & tem-
poris diſcurſu per annos xxvij.à tempore quo lata
fuit non videtur tractari poſſe de reſtitutione in
integrum petita, * quia lapſum eſt quadriennium
3 ſtatutum ad obtinendum talem reſtitutionẽ à tem-
pore læſionis attẽta notitia prædicta ex curſu tem-
poris etiam præſumpta, vt in l.fi.C.de in integ.re-
ſtitu.& in clem.j.eo.tit.& in c.j.& ij.eo.titu.in vj. &
cum prædicta ſint notoria ex actis S. conſilij inter
eaſdem partes per conſequens dicendum eſt quòd
prædicti actores veniunt repellendi à limine iudi-
cij per tex.vulg.in l.iij.§.ibidem.ff.ad Trebel. cum
ſimi.& ex quo dicti actores veriſimiliter credebãt,
& credere debebant improbabiliter de alienatio-
nis nullitate diſputari, quod demonſtratur apertè
ex exitu dictæ cauſæ, quia contra eos fuit primo la
ta ſententia ſuper prætenſa nullitate in qua mini-
mè curauerunt * tam lõgo tempore litigari, & con-
4 tra ſe ferri ſententiam, ſecundum Bald. in l. contra
maiores.in fi.C.de inoffi.teſta.per l.rem nouam.in
fin. & ibi idem Bal.C.de iudic.& quod not.Bart.in
l.ij.§.non ſolum. ff. ad Tertul. qui loquitur in pro-
priis terminis reſtitutionis in integrum circa di-
ctam improbabilitatem credendi, & proinde cur-
ſum termini prædicti optimè probatur in l. intra
vtile.ff.de minori. Maximè cum prædicti ex aduer
ſo principales fuerint actores, argu.l. petendæ. C.
de tempo.in integr.reſtit.pete.Et quòd fratres ipſi
maximè illi qui erant pupilli prætendendo & alle-
gando ſe læſos dato ꝙ de reſtitutione in integrum
mentionem aliquam non fecerint, videntur tamen
ipſam petiiſſe, & quando eis de iure competiiſſet
debuiſſet eis concedi proculdubio, quia minor ſeu
pupillus petens rem, ſed aſſerens ſe non teneri ad
5 obſeruantiam contractus, * videtur petiiſſe omne
neceſſarium antecedens ad illud, vulga.l.ij.ff.de iu-
riſd.om.iudicum.ita glo. not. & magiſtra quam ad
hoc not. Ant.de Butr.in c.conſtitutus.de relig.do-
mi.in gl.ſuper verſi. iuxta ratam.refert & ſequitur
Alex.in rub.C.qui admi.ad bonorum poſſ. Iaſ.in l.
nam & poſtea.§.ſi mino.iij.colum.ff. de iureiuran.
vbi poſt dictam glo. & Anto. de Butr. dicunt quòd
ſi minor tanquam læſus in contractu venditionis
petat rem quam vendidit & tradidit ſibi reſtitui,
ſatis videtur petere per reſtitutionem in integrum
reſcindi contractum, quod etiam comprobatur
per dictum Bart. in l.ex diuerſo.§.j.ff. de rei vendi.
vbi tenet quòd quis petendo rem ſuam ſibi reſtitui
videtur in neceſſarium antecedens petere decla-
rari ſe dominum. Et quia per S.conſilium dicta re-
ſtitutio conceſſa non fuit, præſumendum eſt poſt-
quam fuerat petita & non conceſſa, quòd eiſdem
non competebat, cum in dubio præſumendum eſt
6 pro ſententia S. conſilij vt in iure clarum eſt, * &
maximè dum fuit ab antiquo lata, & partibus præ-
ſentibus & non contradicentibus præſumitur etiã
quo ad acta valida, licet de eis non conſtet, & ma-
ximè dum de ipſa fit mentio in inſtrumẽto ſupradi-
ctæ venditionis, vt tenet Cy. & communiter doct.
in l.emancipa. C.de fi.inſtr.Bar.& Mod.in l.admo-
nendi.ff.de iureiurand.Imol.& alij in ca. quoniam
contra de proba.& in c.cum in iure. de offi. deleg.
Corroborantur præmiſſa cum venditio terræ præ-
dictæ facta fuerit per quõdam Marcellam matrem
prædictorũ Iacobi, Nicolai, & Marci, & ipſa quo-
que vnà cum aliis fuit condemnata tam proprio
quàm tutorio nomine per d.S.conſilium. Nec præ
ſumendum dictam Marcellam voluiſſe prædictum
Nicolaum, Iacobum, & Marcum eius filios deci-
pi, & fraudari in dationem inſolutum prædicta, &
captura poſſeſsionis dictæ terræ pro ducatis tre-
centis, ſi plus valuiſſet tunc temporis, attẽto quòd
fuerat eis attributa facultas tempore executionis
dictæ ſententiæ ſoluendi dictos ducatos trecen-
7 tos, * nam ratione conſilij, & interuentus matri-
monij præſumitur de iure abfuiſſe dolum, & cul-
pam, vt eſt gl.not.in l.ij.in gl.magna.circa medi.C.
de his quibus vt indi. quam ibi pro valde ſingu. &
perpetuò menti tenenda, alle.Pau.de Caſt.& Bald.
8 maximè quia aduerſus ſententiam principis, * &
ſic S.conſilij non conceditur reſtitutio in integrum
regulariter, ita Innoc. cum de reſtit. integr. Suf-
fragatur inſuper quia cum dictus contractus per
lapſum quinquennij poſtquàm dicti Marcus, &
frater effecti fuerunt maiores, fuerit ratificatus &
habeatur pro ratificato per lapſum dicti quinquen
nij, & ipſorum taciturnitate ipſis effectis maiori-
bus non poſſunt eſſe per viam reſtitutionis in in-
tegrum venire contra per text.ſing.in l. ſi quando.
C.ſi maio.fac.fue.ſuam alie.factam ratam habuit,
& ſic cum potuerint bene offerre dictos ccc. duca-
tos & noluerunt, videtur eis eſſe pręcluſa via, cum
in facultate ipſorum fuerit tempore executionis
primæ ſententiæ offerre dictos ducatos cl. & no-
luerunt, vnde de iure qui poteſt vel potuit facere,
vt poteſt agere, & noluit potuiſſe videtur. vltima l.
qui poteſt.ſuprà.de regulis iuris. vnde quia ipſi po
tuerũt bene offerre & noluerunt non ſunt aliter vl-
terius audiendi. Et dato abſque veri præiudicio
quòd fuiſſet litigatum ſuper nullitate dicti con-
tractus, prout in rei veritate non fuit litigatum mi
9 nimè etiam ex capite reſtitutionis cum * ipſi ſciue
rint tenorem dictæ ſententiæ, & habebant noti-
tiam dictæ ſententiæ, ita apparet conſuluiſſe Paul.
de Caſtro in ſuo conſilio ccxciiij. Ego Paul. de Ca-
ſtro vtriuſque Iuris Doct.&c. Sícque prędicti Saxi
actores improbabili ratione, & modo temerario,
vt ſic inquàm moti ad inchoandum ſeu intentan-
dum dictam cauſam nullitatis eandem, ita impro-
babiliter tam diu non proſequendo, ac permitten-
do labi tempus ſtatutum ad quadrienniũ. Imò per
duplicatũ quadrienniũ tacendo, cum in illa etiam

ſuccubuerint vlterius audiri non merentur ex præ
miſsis. Et de iure ſentio ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis contra ſententiam impedit executionem quouſque de nullitate cognoſcatur.*
2 *Inſtrumentum ſi debet virtute ſtatuti executioni mandari debet intelligi de inſtrumento valido facto per notarium, & habens requiſita ad inſtrumentum.*
3 *Exceptio nullitatis quæ impedit executionem debet apparere ex reuolutione chartarum.*
4 *Sententia lata non præcedente citatione ad audiendum ſententiam cum peremptorio, & ſub die, & hora eſt nulla. ibidem nu. 5. & 6.*
7 *Sententia lata ſub citatione, ſeu monitione, vt pars compareat ad audiendum intentionem curiæ, vel iudicis eſt nulla.*
8 *Iudicium inter maiorem, & minorem, vel pupillum non eſt validum.*
9 *Curator dari debet pupillo inuito, multò magis ipſo pupillo petente. ibidem. nu. ſeq.*
13 *Sententia ſiue decretum eſt indiuiduum, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non.*
14 *Iuramentum de ſui natura appoſitum in contractu eſt indiuiduum, licet quantitas in eo appoſita ſit diuidua. & nu. 15.*

## CONSILIVM CXXIIII.

REdemptoris gentium ſuffragio repetito, amen. In cauſa Vincentij de Auerſa de ciuitate Monopolis, cum honeſta muliere Duciſſa Maiſa ſuper nullitatibus introductis in S. Regio conſilio à ſententia lata per cur. Magnifici Regij Cap. eiuſdem ciuitatis Monopolis, quæ ex pluribus apparet nulla, & ſic retractanda. Et in primis debet ante omnia in eius executione ſuperſederi: imo impediri executio ipſa quouſque de nullitate prædicta cognoſcatur,
1 * cum de ſententia nulla minimè executio exequi, ſeu fieri debeat. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. & ibi per Bar. & in l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clã.
2 & ſic ſi non eſt ſententia, nec executio. *Sicut dicimus in ſimili de inſtrumento quòd virtute ſtatuti debet mandari executioni: nam id intelligendum eſt, ſi fuerit inſtrumentum validum factum per notarium, & habeat neceſſaria requiſita ad inſtrumentum, vt per Bart. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. & in l. diuus. ff. de teſt. mili. Bal. in l. j. C. de iur. & fact. igno. & in l. fi. C. de litigio. & in l.
3 ſi abſentis. C. ſi cert. petat. *& de iſta nullitate ſententiæ apparente ex reuolutione chartarum quæ impedit executionem ſententiæ loquitur Bald. & Pau. de Caſt. in aut. quæ ſupplicatio. C. de preci. imp. offe. & Bar. ad repri in ver. ſummariè. circa fi. & Bar. in l. j. C. ne lic. tertiò prouo. & in l. fi. de ordin. cog. nunc autem deueniẽdo ſeriatim ad exhibitionem nullitatum apparet. In primis ſententiam ipſam fuiſſe latam non præcedente citatione ad audiendum ſententiam ipſam diffinitiuam, & in qua etiam requirebatur contineri peremptorium per l. ad peremptorium. ff. de iudi. & in l. ij. C. quomodo & quando iudic. aliàs ſententia non valet:
4 *& talis citatio debet continere diem & horam, vt ſatis pulchrè conſuluit Bart. in conſi. clxxvj. & ita etiam apparet notoriè de antiquiſsimo ſtilo, & obſeruantia ipſius curiæ ſemper ita fuiſſe, vnde cum
5 ad audiendum * dictam ſententiam nulla interuenerit citatio, huiuſmodi ſententia fuit, & eſt ipſo iure nulla. l. iij. §. ſtichus. & ibi Bart. ff. de ſtatu. li. c. ij. de do. & contuma. lib. vj. Inno. in c. conſuluiſſet. de offi. deleg. & in c. cum olim. de teſti. & Alexã. in conſil. cij. in ij. volu. conſil. & gloſ. in clem. ſæpe. de verbo ſignifi. verſ. ad id. & voluerunt do. de Ro. in deciſ. cccxlij. inci. retẽto eodem themate, idem auditor ſub rubri. de ſent. & re iudi. vbi decidit not.
6 * quòd ſententia lata ſub hac citatione, videlicet, ad audiendum intentionẽ curiæ vel iudicis eſt nulla ipſo iure. quia dicta citatio dicitur incerta, vaga & nimis generalis. argu. ff. de verb. obli. l. qui inſulam. & c. fi. de reſcrip. & ibi per Bar. in ver. indeterminatè. tum quia huiuſmodi pronunciatio poſtea lata eſt diffinitiua, vt liquet ex proceſſu quæ non
7 erat ferẽda, ex* quo pars debebat peremptoriè citari ad ipſam audiendam per l. ad peremptorium. & l. fi. ff. de iudi. & per not. per Inn. in c. ad petitionem. de accuſa. & per Ioan. And. in cle. ſæpe. de verbo. ſigni. ſuper ver. peremptoriis. qui allegat Inno. vbi ſuprà. Spe. in tit. de citatio. §. viſo. verſi. quid ſi lata. & conſuluit optimè Alexand. in ſuo cõſi. cv. in ij. colum. in v. volumi. & ſic cum ſententia ipſa lata fuerit abſq; citatione ſed cum vna monitione tantum, videlicet, ad audiendum intentionem curiæ, quia partes ipſæ ambæ concluſerant ſuper vno emergenti, videlicet, quia curator datus liti, & ad litem propter infirmitatem ſuperueniẽtem ſibi non potuit adeſſe, nec pupillis minoribus, nec iudicio, & petit de alio prouideri, & dum fuiſſet ſuper hoc concluſum ad interloquẽdum iudex ignarus protulit ſententiam diffinitiuam, nec poteſt allegari prætenſus antiquus ſtilus qui dicitur eſſe in conſilio Regio, videlicet quòd cõcluſo proceſſu ſit mandatum ad dicendum & allegandum quicquid dicere & allegare voluerit, adeo quòd demum non eſt opus alia citatione ad ſententiã. Quare reſpondetur, nos non fuiſſe in S. conſilio, vbi de antiquo ſtilo ita conſueuit, & pariter in magna Curia Vicariæ in quibus ambobus tribunalibus nũquàm conſueuit citari ad ſententiam, niſi ad dicendum & allegandum, vt ſuprà, ſed ſumus in Curia Regij Capitanei ciuitatis Monopolis in qua ſeruatur ius commune. Et vltra hoc iſtud mandatum non fuerat factum ipſis pupillis pro parte altera, nec etiam erat concluſum & renunciatum, in cauſa, meritò ſententia eſt nulla ipſo iure, maximè quia erat concluſum ad interloquẽdum, dum ſcriptum fuerat quòd
8 curia viſis actis prouideret ad primam. * Secunda nullitas apparet. nam iure cauetur quòd inter maiorem, & minorem, vel pupillum non poteſt eſſe iudicium, vt ſit validum abſque tutore vel curatore. per text. in l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tutel. vbi habetur quòd ſiue ipſi pupilli agant, ſiue conueniantur oportet eis de tutore vel curatore prouideri: & iſtud quòd curator detur, vel non detur incumbit actori & maiori, aliàs iudicium eſt nullum,



nullum, & maior condemnatur ad expenſas attento,
9 * quòd ei incumbit iſta petitio tutoris vel curatoris: tex. eſt in l. j. C. qui pet. tuto. vbi datur forma qualiter peti & dari debeat: nam quando iſte pupillus eſſet abſque legitima perſona defenſoris diceretur indefenſus, & iudicium fruſtraretur in damnum maioris: vt dicit Ioan. Andr. in addi. Spe. in titu. de reo. §. j. in addi. inci. auctoritati aliàs quẽ
10 Goffre. * Et illud quòd dicitur de minore ſeptennio, id eſt de infante, videlicet, vt non valet iudicium ſine tutore procedit etiam in maiore vij. & minore xviij. ann. per tex. in l. acta. & l. contra pupillum. ff. de iudi. & ff. de admi. tut. l. j. & ij. C. ſi aduer. rem iudi. l. fi. C. qui legi. perſo. hab. in l. j. & ij. cum ſimi. & ideo cum in caſu de quo agitur iſti pupilli fuiſſent in medio litis relicti abſq; curatore,
11 & defenſore: *quia curator eorum propter ſuperuenientem infirmitatem ſe excuſauit à cura. quæ quidem excuſatio iuſtiſsima fuit. l. j. ff. de excu. tut. quæ excuſatio liquet facta manu propria eiuſdem curatoris in lecto iacentis ſub die xxij. Ianuarij. M. D. xxiiij. meritò ipſe pupillus dicitur iure indefenſus: *nam ſi curator dari debet pupillo inuito,
12 tantò magis ipſo petente. l. potuit. C. de iure delibe. & l. ſi infanti. eod. titul. ergo ſententia debet declarari nulla. Et erit declaranda nulla tam ſi eſſet lata contra vnum pupillum infantem ſiue minorem xviij. anno. licet omnes litis conſortes eſſent maiores, quàm ſi eſſet nulla: quia lata contra omnes infantes, ſiue minores: * quia iudicium, ſenten
13 tia, ſiue decretum eſt indiuiduum, & nõ poteſt pro parte valere: & pro parte non, vt conſuluit Bald. in conſil. xc. proponitur quòd vnus hæredum. in j. volum. per l. in hoc iudicio. ff. fami. er. Item quia ſicut decretum eſt nullum quando eſt latum vltra ſortem debitam. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. & ibi Bar. & Pau. de caſt. & Iaſ. ff. de condi. inde. & Alex. in l. j. §. pe. ff. de verbo. oblig. ita dicetur & nullum quando reperitur latum contra minorem indefenſum tam reſpectu ipſius infantis quàm aliorũ maiorum: quia eſt indiuiduum: vt dixit per conſil. Bal.
14 *Et ſicut eſt indiuiduum iuramentum de ſui natura in contractu interpoſitum, licet quantitas ſit diuidua: vt inquit Bald. in l. fi. C. ſi ex fal. inſtru. & habetur in l. ſi ex falſis. C. de tranſa. Ita etiam dicimus in ſententia ſiue decreto: vt ſit indiuiduum. Sicque concludo decretum prædictum fuiſſe nullum in
15 totum reſpectu vnius ex litigatoribus infantis: * licet in cauſa præſenti ſint tres pupilli minores per tex. in l. magis puto. in fin. ff. de rebus eo. Abb. in c. ſuper literis. ij. colum. in verſic. deſcendo. extrà de reſcript. quia ſententia in totum eſt nulla quando deficit aliquid de ſubſtantialibus. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſa. ſicque ſi fuit omiſſa legitima citatio, certè apparet omiſſa maxima pars ſubſtantialium: ergo liquet apertè de nullitate ſententiæ, quæ omnino nulla declarari debet per S. Regium conſilium. & ita iuris eſſe arbitror: ſic conſulo ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in qua ſit mentio de morte dicitur facta cauſa mortis.*
2 *Donatio cauſa mortis æquiparatur legato.*
3 *Dos vbi legatur per patrem poteſt ante omnia peti tanquam æs alienum ad quod pater ipſe tenebatur, & in tantum quòd dotem ipſam non tenetur filia ipſa conferre. ibid. nu. 4. & 5.*
6 *Legatum dotis factum à patre filiæ ſtatim debetur.*
7 *Donatio donatoris morte confirmata ſapit naturam vltimæ voluntatis.*
8 *Præcedentia declarantur per ſequentia.*
9 *Tempus mortis vbi adijcitur verbis executiuis, & non diſpoſitiuis, tunc non demonſtratur mors tanquam cauſa finalis ſed adijcitur cauſa demõſtrandi tempus executionis. ibidem.*
10 *Donatio facta per patrem filiæ in poteſtate facit quod filia ipſa non videtur capax dictæ donationis.*
11 *Hæres adeundo hæreditatem videtur ſe obligare ad omnia debita hæreditatis, ad quæ erat obligatus defunctus, & per eundem modum, & non aliter, & videtur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditariis. nu. 12.*

## CONSILIVM CXXV.

REdemptoris gentium præſidio inuocato, amen. In facti contingentia proponitur quòd quondam nobilis Ioan. de admiratis de ciuitate Monopolis binas filias habens; vnam nomine Iuliam primogenitam nobili Franciſco de indello matrimonio copulatam, cum præciſa dote infra certum temporis ſpatium perſoluenda. Aliam verò ſecundam nomine Admirata nuptui tradidit nobili Camillo de Petrorolis cum longe maiori dote ſimiliter infra certos terminos exſoluenda: & tandem æqualata dote eidem Iuliæ primogenitæ per quoddã inſtrumentum donationis conſequenda poſt eiuſdem patris mortem, deceſsit pater ipſe ab inteſtato ſuccedentibus in eius hæreditate prædictis ambabus filiabus. Et cùm Iulia prætendat ob mortem prædictam eſſe factum caſum ſatisfactionis ſupplementi dotis æqualatæ: Et econuerſo ipſa quoque admirata de ſuis integris dotibus ſibi in præſentiarum ſatisfieri, & in quibus durat de termino ſatisfaciendi per plures annos, prætendat quoque prædictam Iuliam teneri ad collationem ſuæ dotis: idcirco quid de iuris cenſura ſentirem interrogatus ex infraſcriptis faciliimè liquebit. Et in primis aut præſupponimus hanc dotis æqualitatem factam per prædictum communem patrem eſſe donationem inter viuos, prout etiam in ea aſſeritur: & ſumus in caſu claro, vt infra, aut volumus dicere quòd ſit
1 donatio cauſa mortis. * quod verius videtur cum faciat mentionem de morte, id eſt, vt poſt mortem ipſius patris Admirata ipſa illam conſequatur, & ſic eſt dicenda donatio cauſa mortis, prout dicit textus in l. ſæia. ff. de donatio. cauſa mortis, Baldus in l. & ſi mortis. C. ad legem falcidiam. & in l. prima. ſi quis in fraudem patron. Bartol. in l. finali. C. de pact. & etiam quòd tempore ſanitatis facta fuerit, ſi tamen relicta ſit, ſeu relinquatur ad tempus
2 *mortis, dicetur tamen donatio cau. mor. vt dixit Bald. in

Bal.in l.fi.C.de donatio.cauſa mortis. & conſuluit
Alex.in conſi. xxvij. in iij. vol. vnde præſuppoſito
3 *quòd fuerit donatio cauſa mortis, dico, ꝙ ęquipa
ratur legato per tex.in d.l.fi.& ibi Bal.C.de donat.
cauſa mor.& voluit Spec.in tit.de dona.§.donata-
rius.& eſt text.in l.marcellus.§.j.ff.de dona. cauſ.
mort. ſed vbi dos legatur per patrem, poteſt ante
4 omnia peti tanquam * æs alienum ad quod pater
ipſe tenebatur, prout dicit pulchrè Barto.in l.ij.§.
5 ſi ſponſa.ff.de priuileg.credito. * In tantum quòd
dotem ipſam non tenetur filia conferre: vt dicit
Barto.in l.heri.§.cum pater.ff.de legatis primo.&
Bald.in l.filia legatorum. C. de lega.& ideo conſu-
luit Bartol.in ſuo conſilio incipiente Vbertus &c.
quòd legatum dotis factum à patre filiæ ſtatim de-
6 beatur. *Et præſertim cũ ex iuris diſpoſitione do
natio ſit morte donatoris confirmata, & ſic ſapiat
naturam vltimæ voluntatis.l. filiæ cuius. C. famil.
erciſcun.& voluit Bal. in l. ſecunda. in ſecunda op-
7 poſitione.C.de condictio.ob cauſam.*Et maxime
cum huiuſmodi donatio morte confirmetur, & re-
cta via transferat dominium in donatarium à die
mortis: ſiue interuenerit traditio ſiue non.text.eſt
ſingu.in l.ij.ff.de public.nota.in l.j.C.de don. cauſ.
mor.& Bal.in l.ij. C.ſi quis alte. vel ſibi. Et ſi velle-
mus dicere eſſe donationem inter viuos reſpectu
verborum impoſitorum in inſtrumento, videlicet
quòd non poſsit ipſam reuocare per text. in l. vbi
donatur.ff.de dona.cau. mor. & quòd dicta verba
poſt ipſius patris mortem abſque aliqua contradi-
ctione: & replicatione, quæ quidem verba executi-
ua ſunt. vt declarat Bart.in l.liber homo.§.decem.
ff.de verbo.obli.& declaratur ex verbis ſequenti-
bus: videlicet, quos ducatos. xl. titulo donationis
inter viuos donauit & dedit, & eos intelligi de-
bere donatos poſt ipſius patris donantis mortem
prædictę Iuliæ patet, quòd dicta verba poſt mortẽ
8 ſunt apoſita ſolutioni: *nam præcedentia declaran
tur per ſequentia: & econtra.l.qui filiabus.in princ.
& l.ſi ſeruus plurium.in fi.ff.de leg.j.& ideo ſucce-
dit quòd vbi tempus mortis adiicitur verbis exe-
cutiuis & non diſpoſitiuis, tunc non demonſtra-
9 tur mors tãquam cauſa finalis.* ſed adiicitur cau-
ſa demonſtrandi tempus executionis ita dicit ſin-
gulariter Bald.in addit.Spec.in titu.de inſtru. edi.
vlti.colum.& eſt de mente Bal.rectè intuenti: in l.
ij.C.de iure dot. Et ſic quò ad iſtud primum caput
cõcluditur quòd ſiue ſit donatio inter viuos, ſiue
cauſa mortis, quam videlicet cauſa mortis in veri-
tate interpretari debemus, vt tantò magis valeat
10 *cum ſit facta per patrem filiæ in poteſtate quæ nõ
videtur capax dictæ donationis: vt conſuluit Bald.
in quodam ſuo conſi.incip. quæſtio iſta ſubtilis eſt
& quòd in ſimili conſuluit Paul.de Caſtr. in conſil.
xcix. incipiẽ. in Chriſti nomine notandum eſt. vbi
concludit quòd licet poſsit dici donatio inter vi-
uos, tamen potius eſt iudicãda donatio cauſa mor-
tis, vt actus potius valeat quàm pereat: & ad idem
facit caſus ſingul.in l.apud celſum.§.Iulianus.ff.de
dol.exceptio.& ſic ſiue ſit vna ſiue alia concluden-
dum eſt, prædictæ Iuliæ donationem ipſam per
quam fuit ſibi dos æqualata ſtatim deberi: Et econ-
uerſo eidem admiratæ pro dimidia parte hæredi-
11 tatis ſibi debitæ de dotibus per quondam eius* pa
trem promiſsis ſatisfieri, cũ pro ea parte qua ſuc-
cedit confundatur actio, & non in totum. l. ſi adul-
ta.& ibi Bald.in ij.not.C.de hære.actio. l. ſi ab eo.
& ibi Bal.C.de nego.geſt.l.Lucius titius.& ibi Bar.
in prin.ff.de leg. j. & ibi dicit quòd per aditionem
hæreditatis confunditur actio pro parte hæredita-
ria, & pro alia parte aget contra ipſam Iuliam hæ-
redem per text.in d.l.j.adulta.& in l.j.& ibi doct.&
Bald.C.de hære.acti. quæ quidem Iulia pro dimi-
dia hæreditatis adeundo hæreditatem videtur ſe
obligare ad omnia ea quæ obligatus erat defun-
12 ctus, & per eundem modum, & non aliter: * quia
videtur quaſi contrahere cum creditoribus hære-
ditariis. l. apud Iulianum. in fin. ff. quibus ex cauſ.
in poſſ.ea.ita conſuluit Pau.de Caſtr.in cõſil.lxxvij.
viſis & conſideratis omnibus. & ſequitur etiam
conſulendo Soci.in conſi.xxxviij.ij.colum.in j.vo-
lumine nouiter in lucem edito vltra aliud pri-
mum volumen, quod incipit in cauſa dominorum
Marchionum: vnde cùm prędicta Admirata ſit cre-
ditrix in hæreditate pro ſuis dotibus infra certos
terminos ſibi ſolui promiſsis per quondam Ioan.
eius patrem quo ad dimidiam hæreditatis ſibi tan-
gentem ſit actio confuſa deductis ex tota maſſa hæ
reditatis ducatis quadringentis pro donatione: &
æqualitate dotium vltra medietatem confuſam
quæ remanere debet penes ipſam Iuliam, cum reli
qua dimidia hæreditatis quam petere minimè po-
teſt in præſentiarum, niſi terminis aduenientibus.
Et ita ex præmiſsis de iure reſpondendum conſu-
lo ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Reus cogi poteſt officio iudicis edere inſtrumenta acto*
*ri, licet aliàs cogi non poſſet.*
2 *Editio facienda eſt per reum quando acta ſunt deper-*
*dita. ibidem. nu. 3.*
*Et hoc quando ex cauſa magna, & quando dicatur hoc*
*procedere ſubſiſtente cauſa magna.*
4 *Inſtrumentum in quo continetur aliquid, & eſt de*
*antiquo factum, adeo quòd notarius, & teſtes de-*
*fecerunt, tamen non eſt iuſta cauſa compellendi*
*reum ad edendum, ex quo imputabitur actori qui*
*in tantum ſe arctauit ad agendum: debuit enim*
*ipſe agere vel ſui anteceſſores dum factum erat*
*recens.*
5 *Edere quando quis cogitur per officium iudicis ſit ex*
*cauſa, vt quando id quod edi petitur fuerit fa-*
*ctum mandante eo qui ſibi edi petit, & quòd ſua*
*interſit, vt editio fiat, ex quo ſuam continet vtili-*
*tatem.*
6 *Edere reus non cogitur inſtrumentum quando reus*
*ipſe emit chartam, & ipſum à notario recollegit de*
*ſua propria pecunia.*
7 *Agens ex mãdato oportet probare præceſſiſſe mãda-*
*tum antequam mandatarius expediuerit actum.*
8 *Perſona loquentis non intelligitur in generali ſer-*
*mone nec comprehenditur, imo exceptuata intel-*
*ligitur.*
9 *Promittens principi accommodare arcem vel turrem*
*contra omnem hominem mundi, non præſumitur*
*ipſum accommodare voluiſſe cõtra ſeipſum ibid.*
*Imo etiam ſi promiſiſſet accommodare contra ſeip*
*ſum non teneret promiſſio.*





## CONSILIVM CXXVI.

Redemptoris gentium auxilio inuoca-
to, amen. in cauſa Vinceguerræ de fal-
co, cum Marco iuueni & litis confor-
tibus &c. Non te moueat dicentis au-
ctoritas non quis loquatur, ſed quid loquatur at-
tendas: vt docet diuus Hieronymus regiſtratus in
decretis in c.ego ſolus.ix. diſtinc. idcirco cum per
eximios V.I.D. ac celeberrimos concurrentes ſu-
per incidenti præſenti fuerit non minus ſubtiliter
quàm copioſè allegatum in fauorem ipſius Vince-
guerræ actoris petentis ſibi edi inſtrumentum à
prædictis reis, idcirco breuiter eorum allegationi-
bus reſpondẽdo quæ eiſdem ſub alia videtur con-
1 futare conabor.*Et inquantum primo loco diſſe-
rendo concludant, quòd ex officio iudicis reus
edere actori inſtrumenta cogi poteſt auctoritate
Spec.in titul.de inſtru.edi.§.videndum, verſicu. ex
præmiſsis. Certè ſalua eorum pace ſi verba Spe. re
ctè ponderentur innuunt totum oppoſitum: & in
eis fortè in quibus fieri poſsit fundamẽtum ex ad-
uerſo id proculdubio ruit: cum loquatur de inſtru-
mentis hæreditariis quæ fiunt pro cautione plu-
rium hæredum vel vbi reus haberet protocollum
notarij penes ſe quia edere cogetur. Et pariter mi-
nimè Alexand.in d.l.ij.verſi.iij. fallit id tenere ap-
paret ad quod allegatur: imo rectè intuenti contra
rium tenere videtur: & in eo ad quod adiicitur ex
aduerſo loquitur de actis cauſæ, & non de inſtru-
mentis quæ longè differunt ſecundum Innoc. in c.
2 j. extrà de proba. qui dicit * quòd ex cauſa magna
reus edere cogitur acta, vt quando originalia eſ-
ſent deperdita, & tantum vult quòd acta edantur
per reum quãdo originalia eſſent deperdita: quòd
in caſu de quo agitur nullatenus adaptari poſſe in-
dubitati iuris eſt. Nec ſimiliter cum reuerentia Iaſ.
allegatus in l.fi.C.de eden.de hac materia verbum
aliquod facit, niſi fortè ipſum alibi allegare voluiſ-
ſe eorum intentionis fuerit. Et pariter de Ludo. in
conſil. ccxcvj. nunquam ibi de hoc ſcripſiſſe facil-
limè inſpici poteſt, niſi in alio conſi. per maximum
numerum diſtante ab allegato nu. quod incipit, vt
clarior reſultet: & eſt nu. cccxcviij. vbi conſuluit
in iudicio denunciationis euangelicæ quod longè
diſtat à caſu propoſito. itẽ loquitur in libro ratio-
num ſcripto mandante actore: quæ omnia ceſſant
in caſu in quo ſumus: & alia ratio pactum refor-
mat. Et licet Anto.de But. & Imo. de mente Inno.
in c.j. de proba. & Rot. in eis videantur illud tene-
re, attamen illud tenent procedere cum grano ſa-
lis, videlicet, quando fuiſſet magna cauſa, vt quan-
do debitor fortè amiſiſſet ſuum inſtrumentum, &
originale tabellionis eſſet deperditum caſu, vel in-
3 cendio: *quia tunc iudex ex officio cogere poſſet
reum ad edendum: vt ex lectura præallegatorum
doctorum ita tenẽtium apparet: quos ſequitur So
ci.in ſuis fallen. in regu.cxij. in fi.limit. ex aduerſo
allegata, ita illos intelligendo, prout ita dicũt. quæ
quidẽ qualitates in caſu de quo agitur penitus ceſ-
ſare apparent, & pariter vnaquæque ipſarum, nam
licet factum de quo in inſtrumento ſit antiquum,
adeo quòd notarius & teſtes defecerint, attamen
non erit iuſta cauſa compellendi reum ad eden-
dum, quia imputabitur actori, qui in tantum ſe ar-
ctauit ad agendum, debuit enim agere ipſe vel ſui
anteceſſores dum factum erat recens, vt magiſtra-
liter inquit inſignis & præclariſsimus domin. An-
ton.de Alexand. Neapolitanus noſter in l.fina. v.
4 columna.C.de eden.*vnde cùm ſatis poteſt culpa
parti aduerſæ imputari, quæ ob eius negligentiam
inſtrumentum ipſum in publicam formam redigi
non procurauerit, ergo ceſſat ratio motiua prædi-
ctorum doctorum. Et facit optima ratio vltra alle
gata copioſè per obſeruandum collegam. domin.
Ioan.de Ana.de ciuitate Caue. quòd actor habet in
ſua facultate quomodo & quando agere velit: &
ideo antequam ad iudicium intentandum ſe con-
ferat debet ſibi de probationibus pręuidere ac prę
parare, quod ſecus eſt in reo, vt patet: item actoris
arma tendunt ad offendendum, & arma rei ad de-
fendendum: & defenſio magis de facili à iure con-
ceditur quàm offenſio: vt in l.j.C.vnde vi.& in l. vt
vim.cum vulga. ff. de iuſti.& iur. Item ex iuris di-
ſpoſitione quãdo quis cogitur edere per officium
iudicis requiritur id ex cauſa fieri: & cauſa ex cæ-
teris erit, quando id quod edi petitur ſit factum
mandante eo qui ſibi edi petit: & quòd ſua inter-
ſit. vt editio fiat ex quo ſuam continet vtilitatem:
& ſic requiruntur iſta duo copulatiuè interuenire,
5 videlicet: * quòd eo mandante: & ad ſuam vtilita-
tem: vt in l.argentarius.in princ. ff.de eden. & ex-
preſsè tenet idem Barto.in l.prętor.§.j.ff.eo.tit.&
eſt etiam de mente Bar.in l.j.C.de eden. Et clarum
eſt quòd inſtrumentum prædictum eſt proprium
ipſius rei: quia ipſe emit chartam, & ipſum recolle
git à notario de ſua propria pecunia, quo caſu il-
6 lud edere cogi * non poteſt: ita in propriis termi-
nis voluit Bart.in d.l.fin.C.de eden.in fin. verſicu.
referens quòd ita videtur velle Innocent.in d.c. j.
extra de proba. Et ſic nullatenus concedi poteſt:
vt ex aduerſo allegatur quòd inſtrumentum præ-
dictum debeat intelligi factum mandante prædi-
cto Vinceguerra. Et licet eius vtilitatem, vt præ-
tenditur contineat, attamen non ex hoc illud ſibi
edi debet, quia non ipſo mandante factum fuit, ita
pulchrè Bar.in l.prætor ait.§.j.ff.de eden. Nec ob
7 ſtat quòd videtur mandaſſe &c. * nam certum eſt
quòd agens ex mandato oportet quòd probet prę
ceſsiſſe mandatum antequam mandatarius expedi
uerit actum, vt eſt tex.cum gl.ſing. in l. ſi vero non
remunerandi.§.ſi poſt creditam.ff.mãda. quem ita
allegat Iaco.de Aret.& Bal.in l.ob hęc verba.ff.de
his qui no.infa. aut vult agere ex ratihabitione quæ
retrotrahitur, & mandato comparatur, vt in l.fi.C.
ad maced. & non poſſet hoc facere quia ratihabi-
tio non poteſt ei prodeſſe quoad actũ reaſſumptio
nis qui nõ fuit eius nomine geſtus per ipſum reum
conuentum.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de nego.geſt.
& l.ſi ſeruus.ff. de procur. vnde cum non appareat
quòd ille actus reaſſumptionis inſtrumenti fuerit
factus nomine prædicti Vinceguerræ quantum ad
hoc vt dictum inſtrumentum debuiſſet ad ipſum
peruenire, ergo &c. Nec militat quòd fuerit actus
reaſſumptionis celebratus ad inſtantiam cuiuſli-
bet prætẽdentis intereſſe, ex quo certũ eſt ꝙ huiuſ
modi actus fuit factus ipſo reo inſtante, vt ex eius
lectura patet, & ad eius vtilitatem, & ſic non vi-
detur

detur id facere voluiſſe, nec feciſſe in fauorem al-
terius prætendentis intereſſe contra ſe:cũ in gene
rali ſermone non cõprehendatur perſona loquẽ-
8 tis:imo ſemper exceptuata*intelligitur.l.paul'.§.
fi.vbi Bar.ff.de pign,cum aliis concord.ibi per gl.
alleg.Bartol.in l.conſolari.ff.de ſena.Cyn.&Bald.
in l.cum acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. Et ideo
dixit pulchrè Albericus de Roſa. & Bal.in l.fra-
9 ter à fratre.ff.de conditio.inde.* quòd promittẽs
principi accommodare turrim, vel arcem contra
omnem hominem mundi non tenebitur illam ac-
commodare contra ſe ipſum, imo plus etiam ſi in
ſpecie promiſiſſet accommodare contra ſe ipſum
non tenet talis promiſsio: ita Bal.in c.imperialem
§.fi.de prohi feud.alien.per Federi. Cęteris autẽ
motiuis reſpondere non curo,cum potius Magni-
ficentię concurrentis cathedraliter legenti,prout
conſueuit inſeruient quàm in practica, cum leges
in ſtudio addiſcantur, & in palatiis digerantur, vt
dixit pulchre Bal.in l.Aemilius largianus. ff.de mi
noribus.Maximè cùm motiua ipſa ex ſe reſoluan-
tur, nec aſtringant in aliquo, vt ex eorum lectura
ſubtile, ac peregrinum ingenium Magnifici iudi-
cantis perpendere poterit, cui placeat præponde
rare auctoritatem Bal.Franci.de Aret.&Panor. ac
Fely.in d.c.j.de proba.contra Ant.de But.&Imol.
maximè cùm Fely. dicat opinionem cõtrariam eſ
ſe duram, videlicet, ipſius Anto.& Imo.& quòd al
legant aliqua in ſimili non vrgentia: & quòd iſta
opinio noſtra eſt bona, & ſuper æquitate fundata,
& rectè eam comprobat text. in terminis propriis
in d. c. de proba. nam ibi nulla habebatur proba-
tio,& excuſabatur ex antiquitate temporis actor,
& tamen ille tex.negat ei impartiri officium iudi-
cis:& idem reperio tenuiſſe excellẽtem Iuriſcon-
ſoltorum Principem ætate noſtra, & patrem om-
nium do.Anto.de Alexã.ſub magiſtrali diſtinctio-
ne in d.l.fi.viij. col.in verſi.pro cõcordia potes di
cere.vbi concordando opiniones dicit quòd quę-
dam ſunt quæ de ſui natura non poſſunt probari
ſine inſtrumentis rei: vt eſt exemplum in teſtamẽ-
to in ſcriptis, & in his iſta eſt iuſta cauſa:quia iudi
cis officio fieri debeat editio nec poterit imputari
actori quare ſibi nõ prouidet de aliis probationi-
bus.Quædam verò de ſui natura poſſunt aliter pro
bari,& tunc licet actor non habeat alium modum
probandi,niſi per inſtrumentum rei,&iſta non eſt
iuſta cauſa editionis, & ita procedat dictum Anto.
de But.in d.c.j.imputet enim ſibi actor qui ad hoc
ſe arctauit, nec præparauit ſibi alias probationes.
Quædam autem ſunt in quibus actor ſibi proba-
tiones parauit, quæ ſibi nulla ſubſiſtente culpa pe-
rierunt, & tunc fiet editio, & hæc eſt magna cauſa
de qua Inno.Anto.de But.& Imo. ex aduerſo alle-
gati:vnde cùm hic ſatis poſſet ex aduerſo imputari
actori, quare diligentiam non adhibuerit in reaſſu
mi faciendo inſtrumentum ad eius inſtantiam, vel
ſibi prouidendo per prius de aliis defenſionibus:
ſeu probationibus, ergo&c.In cæteris ſuppleat re
ligio, ac prudentia audientiæ reginalis coram qua
lis vertitur, &ita conſulo iuris eſſe, vt ſuprà per
me concluſum extitit:ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta ſeu ſcripturæ debent produci in iudicio parte præſente, vel ſaltem citata legitimè, ad hoc vt probent, aliàs nihil probant.*

2 *Quæſtio emergens ſuper rebus pignori captis, dum agitur coram iudice exequente ſummatim, ipſa cognitio non facit præiudicium agere volenti ordinariè.*

3 *Fraus præſumitur inter conſanguineos.*

4 *Conſuetudo ad hoc vt inducatur multa requiruntur ad probandum aliquid eſſe factum, vt trahatur ad conſuetudinem.ibidem.*

5 *Inſtrumento, ſeu ſcripturis notarij abſque teſtibus non creditur.*

6 *Baſtardelli notariorum non probant.*

7 *Notarius rogatus de ſcriptura intelligitur de publica ſcriptura.*

8 *Bona paraſernalia non habent priuilegium antelationis.*

9 *Mulier poteſt habere triplex patrimonium.*

10 *Dodarium non habet priuilegium antelationis ſicut dos.*

11 *Mater non poteſt cogi dotare filiam, niſi in ſubſidium.*

12 *Mulier repetens dotem conſtante matrimonio ob dilapidationem bonorum viri non debet audiri, niſi à principio dilapidationis querimoniam fecerit, non autem ſi paſſa fuerit dilapidare, quod intellige etiam ſi tempore querelæ dilapidaſſet.*

13 *Maritus dum vidit creditores irruere contrà ipſum cautela eſt, vt conſignet vxori prædia pretioſiora ob dotes conſumptas, quia vxor venit in eis præferenda, & de veritate dictæ cautelæ.*

14 *Teſtes idiotæ& illiterati non probant tenorem ſcripturarum.*

## CONSILIVM CXXVII.

REdemptoris gentium ſuffragio repeti
to amen. In cauſa magnifici vtriuſque
Iuris Doctor. Ioãnis thomaſini de Li-
cio, cum Raphaele guidano eius ſoce-
ro: necnon & eius cognata appellantibus à Regia
prouinciali audientia Idrontina tanquam tertij
comparentes aduerſus executionem ſententiæ la-
tæ in fauorem ipſius domi.Ioan.Thomaſini,& iam
executæ, & ſucceſsiuè aduerſus decretũ per quod
fuit dictum executionem ipſam eſſe perficiendam.
Et in primis ex proceſſu minimè conſtare video
ſcripturas productas ex aduerſo ſub prætextu ꝙ
ſint inſtrumẽta, fuiſſe eidem Ioãni thomaſino ali-
ter intimatas,cum iure cautum ſit ſcripturas ſeu in
ſtrumẽta debere in iudicio produci parte præſen-
1 te,* vel ſaltem legitime citata ad hoc,vt probatio,
nem aliquam inducant:aliàs nihil probant. l. iudi-
ces.& ibi Bal.in iiij.not.extrà de fide inſtru. & in l.
item illa.ff. de cõſti.pecu. Ang.in l.properandum.
§.ſin autem reus.C.de iudic. & in l.omnium. C. de
teſta. Imo ad hoc vt probent eſt neceſſe quòd de-
tur copia parti contra quam producũtur cum ter-
mino ad opponendum: itá ſingulariter dixit Bart.
in extrauag.ad reprimen.in ver.de plano: ſequitur
Ludoui.Romanus.in l.qui ante calẽdas.ff.de verbo
obliga.



oblig.& in ſuo cõſi.clvj.honorande domine: idem
tenet &ſequitur Ang.de Are.in §.appellantur.cir
ca fi.inſtit. de except. refert etiam & ſequitur. Et
ſic cum ſcripturæ ipſæ productæ, & non in modi-
co numero, nec parte præſente productæ, aut ſal-
tim eidem intimatæ minimè fuerint, nec ipſarum
copia habita: ergo &c. maximè cum petita fuerit
nec aliter aſsignata, ideò non probant. Secundò
dicitur in cauſa prædictæ interpoſitæ appellatio-
nis minimè procedi poſſe ex mente l.à diuo pio.§.
ſuper rebus.ff.de re iud.cũ concord.prout ibidem
ſumit Bar.quòd dum coram iudice exequendi exa
minatur quæſtio emergens ſuper rebus pignori
2 captis ſummatim ipſa cognitio non * facit præiu-
dicium agere volenti ordinariè:idem dicunt doct.
& Fely.in c.veniens.lo.ij.extrà de teſti.quòd facta
examinatione per iudicium ſummarium, tertius
poteſt poſteà agere ordinariè,qui prius venerat ad
impediendum executionem:& ſic non procedit ap
pellatio interpoſita per ipſas mulieres tãquam ter
tias comparentes, ſeu venientes ad impediendum
executionem: & tamen in iudicio ipſo ſummario
reportarunt contrariã ſententiam,ſed debẽt ordi-
nariè agere ſi velint,nec aliter impedire, ne execu-
tio perficiatur,maximè cùm doloſè cũ reuerentia,
impius ſocer verſatus ſit,dum elapſis iam annis xx.
à tempore ſatisfactionis faciendæ de dote ſibi pro
miſſa per duo luſtra diuerſis calumniis in litẽ eun-
dem protraxit,ſupponendo mulieres prædictas:vi
delicet vxorem,& nurum ad impediendum execu-
3 tionem,*maximè cum regulariter inter conſangui
neos fraus præſumatur: vt colligit Bartol.in l. poſt
contractum.ff. de dona. & alij poſt ipſum ibidem.
præſertim in ſolito calumniari,per regulam ſemel.
Bart.& cæteri in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.
ff. de noui operis nuntia. cum aliis concordantiis.
Et quatenus ſuper quarto eorum articulo nitãtur
probare de conſuetudine, vt prætenditur,quòd de
tur fides ſcripturis abſque teſtibus,iſtud quidem
eſt omnino iuri contrarium,licet multa requiran-
4 tur ad probandum aliquid eſſe factum, * vt traha-
tur ad conſuetudinem, quæ deficiunt in caſu præ-
ſenti,de quibus plenè per Alexã.de Imo. in conſil.
xlv.viſis atteſtationibus.in ij.volu.quatenus ibi in
princip.repugnent dicta teſtium deponentiũ ſem-
per fuiſſe conſuetudinem, quia per hoc non con-
cludunt eſſe conſuetudinem, ex quo debent teſtes
atteſtari factum quod viderũt, non autem ius per
conſuetudinem quod eſt ius non ſcriptum: & ſub-
dit parum infrà in verſi.item ad hoc quòd vt teſtis
probet conſuetudinem oportet quòd deponat de
viſu illius actus cuius conſuetudo allegatur, &
quòd deponat de actuum frequentia, & temporis
diuturnitate, & plus ꝙ tales actus fuerint facti,
ita & taliter quòd appareat interueniſſe tacitus
cõſenſus populi, vel maioris partis. Quinimò ſub-
dit aliud neceſſarium requiri, videlicet, quòd te-
ſtes concordent in tempore & actibus,alias vt ſin-
gulares non probarent, & ibi etiam ad hoc multa
bona allegat: & in præmiſſo caſu non concludunt
teſtes de conſenſu populi etiam tacitè nec de cer-
tis particularibus cauſis ſiue ſuper ipſa conſuetu-
dine, & ideo ſint ſingulares, & nihil probantes: &
in eodẽ conſi. concludit,prout in terminis noſtris
contra aliquos teſtes qui ſunt conſanguinei: & in
hoc caſu ambo teſtes ſunt generi ipſius catharinæ
vxoris ipſius Raphaelis:notarius monachus autem
eſt nepos ipſius ſicut & alij teſtes, vnde dicta con-
ſuetudo ex nullo capite apparet probata, concur-
5 rente inſuper, * quia videtur eſſe contra ius ſcri-
ptum, & ideo daretur occaſio fabricandi falſum,
& ex iuris diſpoſitione ſcripturis tabellionum ab-
ſque teſtibus non creditur: vt in aut. de tabellio.in
prin.& in aut.de inſtr.cau.& fide.§.ſed ſi inſtrumẽ
ta. Alex.in conſi.xxv. viſo inſtrumento cõtractus,
maximè contra ſecundum, vt ibi in ij.volum. & in
conſi.xix.in his quæ in themate &c.ſeu in regnãte
&c. iij.col. iuxta medium, vbi multa & clara alle-
gat & concludit ſcripturis tabellionum minimè
credendum abſque teſtibus concurrente inſuper
quòd in illa charta ſeu ſcriptura capitulorum ma-
trimonij, prout conſtat illis qui eandem inſpexe-
runt eſt rubrica alterius manus, & huiuſmodi char
6 tæ quæ fiunt:†vt baſtardelli per notarios non pro-
bant,nec fidem faciunt. ita Bal.in rub.de fi.inſtru.
colum. vij. Imò etiam ſi fuiſſet ſcriptum in libro
protocolli minime probaret propter ſcripturam
alterius manus:quia notarius nõ poteſt facere ſcri
bere per alium in protocollo. Bal.eadem rub.C.de
fide inſtrumẽ.colum.vij. verſic. ſed hic dubitatur.
Quartò ſubdunt alium articulum quintum de tra
ditione dotium. placeat cõſiderare quòd refertur
ad ſcripturam contractus de hoc, nõ autem publi-
cum inſtrumentum, & alium quintum articulum
ſupponunt de notario referẽdo intra ſcripturam
contractus non autem inſtrumentum publicum,
& alium tertium articulum per quem ponũt quòd
tam in contractu conſignationis dotis interfuit
pro te, cola morrea quanto cola de notario Petro
qui ſe reperiũt in conſtitutione dotarij, & ſunt ſu-
perſtites, qui teſtes licet ſint cõſanguinei &affines,
tamen ſe referunt omnes ad ſcripturã contractuũ,
& quatenus aliqui ex eis deponant ꝙ eis præſenti-
bus fuerit dos promiſſa conſignata, tamẽ non con-
cludunt ſi in totum, vel in parte, imò quatenus ſe
referunt ad ſcripturas relatas, adeo probãt quate-
nus probat ſcriptura relata.per ea quæ habẽtur in
aut. ſi quis in aliquo documento.C. de eden. Imò
circa hæc eorum generalis locutio continet quid
impoſsibile inquantum aſſerant de integra dotis
cõſignatione in eorum præſentia ex quo bona ſta-
bilia quę fuerunt conſignata ſunt extra mænia vr-
bis,& ideo conſideretur in hoc etiam iuris myſte-
rium. Quod quando partes vadunt ad notarium,
& rogant ipſum de contractu celebrando in du-
bio.quia notarius poteſt rogari, vt tabellio qui fa-
7 ciat publicam ſcripturam, * & vt priuatus priua-
tam.tamen in dubio præſumitur rogatus vt faciat
publicam, vt tabellio, ita Bald.in præalleg.rubr.C.
de fide inſtru.col. iij. circa medium. Et ſic accedat
conſtitutio regni inſtrumẽtorum robur, per quam
diſponitur, ꝙ niſi ex ſchedis, & protocollis nota-
riorum non redigantur inſtrumenta ipſa in publi-
cam formam &in pergameno, & cũ ſubſcriptione
teſtium propria manu qui interfuerunt nullam fi-
dem faciunt, nec aliquam habent roboris firmita-
tem, & ſi teſtes mortui reperiuntur imputabitur
parti, & ſuæ negligentiæ, vt concludunt gl. & An-

dreas ibi: & ſic concluditur quòd tales ſcripturæ
in protocollis exiſtentes in regno nullam fidem fa-
ciunt, & ita etiam teſtatur Affliſt. in ſua deciſion.
clxxviij. in cauſa filiorũ, & hæred. vltra quòd con-
ſeruator protocolli eſt omnino reprobus, vt pro-
batur. Conſideranda eſt etiam, & quartò manifeſta
calumnia, dum prætendit vna ex mulieribus præ-
dictæ præferri tanquam in bonis parafernalibus,
vt interdum in petitionibus ſuis locuta eſt quaſi
iſta bona quę ſibi obuenerũt per ſucceſsionẽ fratri
8 ſuo præmortuo ſint parafernalia, & ſibi debeantur
tanquàm cõſumpta à viro nam calumniatur: *tum
quia ipſa mulier dicitur permutaſſe, & non mari-
tus: tum quia bona parafernalia quæ non ſunt in
hoc caſu non habent priuilegium antellationis ſi-
cut dos: glo. in l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure doti. & ibi
Barth. cæp. in ſuis caute. clvij. & cum filia agit pro
dote, & ipſa mater pro prætenſis parafernalibus,
præferenda eſt filia ex priuilegio dotis. per l. fi. C.
9 qui poti. in pig. habeã. *Imò eſt & aliud quod ob-
ſtat quia mulier poteſt habere triplex patrimoniũ,
videlicet, dotis parafernalium item & aliorum bo
norum quæ retinet penes ſe. l. maritus. & ibi Bald.
Bar. & alij poſt antiquos. C. de procu. & paraferna-
lia nõn dicuntur niſi ſint tradita viro: vt habeat &
adminiſtret tanquàm parafernalia: tex. gl. & Bal. in
l. vbi adhuc. C. de iure dot. & tunc dominium eſt
vxoris: & poteſt ipſa alienare: vt ibidem: & ſi mari-
tus alienaret poteſt vxor vendicare: vt in d. l. vbi
adhuc. ſed in hoc caſu nedum non eſt probatum
quòd ſint parafernalia, imò nec articulatum inten
dentes calumniis mulieres ipſe ſuppoſitæ, imò ne-
dum bona quæ habet penes ſe mulier poteſt ven-
dere vt ſuſtineat ſuos, ſed etiam dotes. l. maritus.
ff. de iure do. l. quamuis. ff. ſolu. matri. Quod autem
dicitur de dodario nihil probatur, & minimè de a-
lienatione alicuius rei dotalis quòd fuerit aliena-
10 tio rei in dotem, niſi bonorum ſucceſsionis ſui fra-
tris videlicet, ipſius Catherinæ. *Et Dodario non
appareat niſi per huiuſmodi chartulas nullius fi-
dei, & prætenduntur, vt apparet eſſe tantum. Item
non habet dodarium priuilegium antelationis, ſi-
11 cut & dos. præallega. l. aſsiduis. aliàs ſi. C. qui pot.
in pig. habe.* licet habeat tacitam hypothecam. d.
l. vbi adhuc. Item cum non ſit probatum de dote,
vt ſuprà, & dodariũ commẽſuretur doti: vt in aut.
ſed iam neceſſe. And. de Iſer. in conſtit. Regni mu-
lier quæ dodarium. Et quòd ſubdit de pannis datis
in dotem filiabus ex cõſuetudine, quòd ſeruentur
filijs nihil ad rem: nam ſi ex conſuetudine ſeruantur
filiabus in dotem, nam & mater licet nõ poteſt co-
gi dotare filiam niſi in ſubſidium, tamen poteſt ſi
velit, ſicut quilibet extraneus. l. auia. & l. fi. C. de iu-
re dot. ſi maximè arctat conſuetudo tenetur hoc fa
cere ſicut & pater promittens tenetur præallega. l.
fin. C. de iure dot. Quò ad nurum de fundo dotali
vendito conſtat per inſtrumentum mandati pro-
ducti per eandem in perſonam ſui viri vt vẽderet
pro ſuis negotiis peragẽdis: & pro eius neceſſariis
exequẽdis. Quod ſi vendidit vt procurator, & prę-
ſumitur ex tẽpore, maximè quòd ipſa principalis
percepit pecuniam, cum dicatur in eo pro ſuis ne-
gotiis peragendis quo caſu non eſt locus coniectu
ris, & ſic ſiue pro ære alieno ſoluendo vendidiſſet
abſque veri præiudicio, vel pro alimentis ſuorum,
& ſuæ familię: id iure permittente feciſſe conſtat. l.
mutus. ff. de iu. do. & l. quamuis. cum ſeq. ff. ſol. ma.
Eſt etiam conſideranda doctrina Ang. in l. ſi credi-
tores. §. planè. ff. de priuile. cred. vbi Ang. not. per
12 illum text. * contra mulierem repetentem dotem
conſtante matrimonio propter defectum faculta-
tum viri: vt minimè audiatur niſi in principio di-
lapidationis querimoniam fecerit, non autẽ ſi fuit
paſſa diu dilapidare, quod intelligitur niſi etiam
tempore querelæ dilapidaſſet: & hoc adducitur ex
abundanti quando verè appareret de validitate aſ
ſertorũ inſtrumentũ. Quò verò ad bona paraferna
lia vltra ea quæ dicta ſunt, ꝙ imò nõ ſint paraferna
lia apparet optimè per cõſ. Alex. de imo. xlij. ſuper
præmiſſo themate &c. in j. vol. & apertius Azo in
ſumma. C. de iure dotiũ. j. col. Quò verò ad inſtru-
mentum dotium receptarum in quo Raphael ipſe
recepiſſe dotes fatetur, & quòd ideò ſibi dabat cer
tum fundum in excambiũ dotium per ipſum con-
13 ſumptarũ, adducebatur cautela Bal. Nouel. *quòd
quando creditores irruunt contra maritum con-
ſignet ipſe vxori prædia pretioſiora ob dotes con
ſumptas, quia vxor venit in eis præferenda, & ad
hoc allegat Bar. in l. ſi conſtante. ſol. matr. nam ad
hoc reſpondetur quòd Bar. hoc non dicit: & ideo
non bene adaptatur per ipſum Bal. Nouel. ad cau-
telam fraudis prædictæ: imò expreſsè contrarium
tenet Pa. de Caſtr. in l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus.
ff. de re iudi. & ibi dicit quòd ſi poſſeſsio venit ter
tiò à manibus condemnati, ſi in fraudem executio
nis vel debiti, ſi in fraudẽ executionis: vt quia poſt
litem motam fit executio non obſtante contradi-
ctione tertij, ſi autem ante litem motam agitur via
ordinaria: videtur cùm appareat ex calẽdario di-
cti inſtrumenti, quòd nedum poſt litem motã, imò
poſt latam ſententiam contra ipſum celebratum
fuerit eſt in notoria fraude, & ideo non creditur
ipſi marito propter præſumptam fraudem inter
ipſum, & vxorem: arg. l. qui inteſtato. ff. de probat.
vnde cũ non appareant quòd ſint conſumptæ do-
tes, & ipſe debitor poſsidet longè pluſquam articu
larunt ipſæ mulieres, ideo non eſt locus coniectu-
ris, ſed certè fraudis quòd ad euitandum executio
nem ſententiæ factum apparet. Item adducitur in-
ſuper quòd teſtes deponentes de tenore ſcriptura
rum ſeu inſtrumentorum de quibus in proceſſu,
14 * cum ſint notarij idiotæ, & illiterati nõ probant:
vt dicit Bart. in l. ſi quis in aliquo. C. de eden. idem
Bar. & Bal. in l. ſicut iniquum. C. de fi. inſtru. Et ſic
cum non appareat probatum de prætenſa dote mi
nimè debet prædicta Catherina audiri, & fruſtra
tentat loqui de ſuis dotibus conſequẽter conſum-
ptis: quia quæ non ſunt in rerum natura, non ha-
bẽt ens nec qualitates: vulgar. l. lecta. ff. ſi certum
petatur. nec verificatur quòd dotes fuerint aliter
alienatæ per eius virum, de mulieribus nihil pro-
batur, & veriſimiliter conſiderandum eſt fore
conſumpta conſtante matrimonio quinquaginta
annorum: & de cõſeruatis & datis filiabus ex con-
ſuetudine loci, quia pretioſa conſeruantur, vt di-
citur ex conſuetudine ibi dari filiabus, ſed ex con-
ſuetudine iſta debent dari filiabus: & tacitè ibi vi-
dentur ea conditione dari dotes: vt ipſamet confi-
tetur



tetur ex conſuetudine teneri dare filiabus, ſi ex ne
ceſsitate, & tacita conditione dotis per conſuetu-
dinem per ipſammet illatam, ergo &c. nõ debet ab
alio reſtitui quod ex neceſsitate dare, & ſoluere al
teri tenebatur eadem vxor, de ſtabilibus ſeu immo
bilibus nulla probantur fuiſſe conſumpta per vi-
rum quæ fuiſſent in dotem ſibi data, ſed probatur
bene de aliquibus obuentitiis per ſucceſsionem,
quæ nunc poſſunt dici nec dotalia, nec paraferna-
lia, vt dicunt Bar. & Bal. in l. maritus. C. de procur.
& Azo in ſumma de iure dotium Et ita vt ſuprà
concluſum iuris eſſe arbitror ego

Thomas Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Patruus contrahens cum nepte minore, cum enormi læſione ipſius minoris præſumitur in dolo.*
2 *Contrahens cum minore quem cognoſcit contrahendo enormiter lædi videtur eſſe malæfidei, & contractus reprobatur, nec validatur iuramento tanquam dolo extortum.*
3 *Minor probata minori ætate ſi conqueratur ſe deceptum, non requiritur quòd aliter à iuramento abſoluatur, & dum enormiter læditur contrahendo contractus non tenet, & reſtituitur ad alienata.*
4 *Simplicitas & dolus præſumitur in contractu damnoſo facto per minorem etiam cum iuramento, & pariter per ruſticum, & mulierem.*
5 *Aſſertiones in renuntiatione contẽtæ, licet videantur eſſe notarij attamen cenſentur eſſe partium, & quòd ab eis fuerit notarius rogatus de aſſertionibus prædictis. & ibid. nu. 6.*
7 *Renunciatio doloſa & euidenter iniqua non valet.*
8 *Liberalitas magna in muliere non modica èſt doli præſumptio ibid nu. 9. Cum mulieris naturæ repugnet. nam auariſſimum eſt genus mulierum.*
10 *Puella poteſt repetere renunciata & alienata nulla abſolutione à iuramento obtenta, & pariter minor.*
11 *Maior enormiter læſus non obſtante iuramento poteſt contrauenire, licet promiſerit non contrauenire aliqua ratione, vel cauſa, nec erit neceſſaria abſolutio.*
12 *Læſus enormiter ex contractu iurato tale iuramentum nihil operatur.*
13 *Iuramenti diſpoſitio in minore iurante, vt confirmet contractum habet locum, quando actus non valebat de ſe ex defectu decreti, & auctoritatis, ſecus ſi alia ratione.*
14 *Clauſula ius & iuſtitia miniſtrari vtilis ſatis eſt ad ſubſtinendum libellum, & ipſum interpretandum eo modo quo fauorabilius poteſt iuuari intentio actoris.*
15 *Clauſula ius & iuſtitia miniſtrari operatur, vt veniat ferenda ſententia ſecundũ illum modum, qui in proceſſu narratur. maximè cum quæuis narratio, & omne ius demonſtratum per probationes poteſt, & debet iudex attendere etiam ſi vnum ſit petitum, & aliud probatum.*
16 *Reſtitutio in integrum licet non fuerit formiter & expreſsè poſtulata ante ſententiam tamen ſi fuerit factum ſimpliciter narratum iudex ex officio incidenter reſtituet.*
17 *Iudicium licet ſit cœptum ordinariè, quia nihil de ſolennitatibus mutat, ex quo adhuc natura cauſæ dicitur ſummaria, licet proceſſus ordinariè peragatur.*
18 *Narratio facti ſimpliciter perinde eſt, ac ſi oppoſita fuiſſet exceptio, quia poſtquam factum proponitur & notum eſt iudici, poteſt iudex ipſe ex officio ſupplere, & abſoluere.*
19 *Furioſus ſi dubitatur an actus factus per ipſum fuerit tempore quo fuerat furioſus, vel ſanæ mentis attenditur, ſi fuit factus more ſapientis, & tunc præſumitur geſtus tempore ſanæ mentis, & econtra num. 20. & ſeq.*

*Et ibi de fatuo Pariſienſi.*

## CONSILIVM CXXIII.

REdemptoris gentium præſidio repeti-
to, amen. In cauſa huius Magnificæ Lu-
cretiæ, cum eius patruo colligẽdo ſpi-
cas poſt terga metentium eorúmque
faſciculis alligando, cõcurro in eandem ſentẽtiam
1 cum Magnifico cõſulente. * Nam quis dolum non
præſumi in patruo contrahente cum nepte & mi-
nore enormi læſione interueniente, vt probatur in
l. ſi ſuperſtite. C. de dolo, & in l. omnes. §. Lucius. ff.
quæ in fraud. cred. & in l. ſi ſocietatem. §. arbitro-
rum. verſi. quæro nunquid. ff. pro ſoc. ita conſulue-
runt Rapha. Fulg. & Cuma. in cõſ. clxxx. viſa prima
fronte &c. ij. colũ. vbi dicunt ꝙ videtur malæfidei
qui contrahit cum minore quem cognoſcit cõtra-
2 hendo enormiter lædi: * & cõtractus ille debet re-
probari, nec validatur iuramento: & ideo ſubdit
per ipſum iuramentum dolo extortum non vali-
dari cõtractum, nec ex eo minor repræſentari ma
ior, cum non valeat: per id quod dixit Bald. in præ-
dic. §. item ſacramenta. in verſ. querimoniam. quia
iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum:
vt dicit Bart. in d. §. item ſacramenta puberum. &
probatur in c. cum contingat. nam Lauram ipſam
ita grauiter deceptam nemini dubium poſſe legiti
mè propria auctoritate ipſo iure, aut per in inte-
grum reſtitutionem prædicto cõtractui contraire:
quam ſententiam ipſa quoq; naturalis iuſtitia tue-
tur: quãdo patruus prædictus graui iactura, ac de-
trimẽto ipſius mulieris locupletari quæſiuit. Nam
conſtat natura fragilem ſexum infirmum fragiléq;
ætatis conſiliũ, & multis captionibus ſuppoſitum,
& multorum inſidiis expoſitum. Ideóque prætor
naturalem æquitatem ſequutus edictum propoſuit
quo earum curam ſuſcepit, & aduerſus captiones
opitulationem pollicitus eſt l. j. ff. de mino. quæ na
turalis æquitas in iudiciis admodum eſt ſequenda.
l. non ſine. C. de bonis quæ lib. & l. placuit. de iudi.
ita formaliter dicit Fulgo. conſi. cxxxvij incipi. ſi-
nus guidonis. Imo plus minor probata minori æta
te ſi conqueratur ſe deceptum nõ requiritur quòd
aliter à iuramento abſoluatur: vt dixit Bart. in l. ij.
& ibi docto. de reſcind. vend. Pau. de caſt. in conſil.
clvj. Soci. in conſi. lxxxv. & xxv. in iij. col. j. volum.
3 *Imò dum enormiter læditur contrahendo ſeu di
ſtrahendo contractus non valet, & reſtituitur ad
alienata ita dixit Imo. in ca. cum cauſa. de empt. &
vendi. vbi Moder. & Roma. in l. fin. de in lit. iuran.
etiam non petita abſolutione: & ſuadet ratio, quia

enormis læſio dolus eſt,& iuramentum eſt bonæfi-
dei : talis dolus tanquam dans cauſam contractui
bonæfidei reddat illum ipſo iure nullum : ita Bald.
in conſi.cxiij.j.volu.in quo non facit differentiam,
an ex propoſito vel re ipſa,quòd maxime procedit
data enormi læſione dum renunciauit hæreditati
ſibi debitæ pro modico,& ideo dixit Bal.in rub.de
re,permuta. circa fin.* quòd ſimplicitas & dolus
4 præſumitur in contractu damnoſo facto per mi-
norem etiam cum iuramento , & pariter per ruſti-
cum , & mulierem:ideo tanquam captioſum & in
iuſtum poteſt contendi quòd maximè procedit in
fœmina,quæ pro tenui dote renunciauit,& matri-
monium nihil ſibi obſtat:vt dicit Petr. de Anch. in
ſuo conſil. lxxxviij. & lxxxij.& clxxx. & cccxlj. &
ccclxxvj.& dixit Bal.in c.j.§.itẽ ſacramẽta. de pro
hi.feu.alie.iiij.col.ꝙ dolus præſumitur contra mi-
norem,maximè cum contractus renunciationis di
ctæ Lauræ continuetur poſt contractum matrimo
nij,& promiſsionis dotium: & propter vicinitatẽ,
& vnitatem temporis videtur ineſſe primo con-
tractui,& cenſetur pars illius contractus:arg. l. le-
cta.ff.ſi cert.peta.ita Bal.in conſi.cv.j.volu.& conſ.
ccclxxxiij.eo.volu.& conſi.cccxvij.iij.vol.& con-
ſuluit etiam Soci.in conſil.cxliij.v.colum.j. vol.&
ideo dixit Bar.in l.ij.& ibi doct.de reſcind. vendi.
5 * quòd minor probata minori ætate, ſi conquera-
tur ſe deceptum nõ requiritur abſolui à iuramen-
to:idem conſuluit Paul. de Caſtr. in conſil. clvj. &
Soci.in conſil.lxxxv.xxv.iij.colum.j.volu.Et licet
aſſertiones in renunciatione contentæ videantur
eſſe notarij,attamen cenſetur eſſe partiũ, *& quòd
6 ab eis fuerit notarius ipſe de prædictis aſſertioni-
bus rogatus:vt declarat Bald. in l. mater.C. de rei
vendic.& in l.ij. C. de reſcind. vendi. quæ ex parte
Lauræ prædictæ fuit erronea : & ita præſumitur
iuxta l.error.C.de iur.& fa. ignor. Ex parte verò
ipſius Vincentij patrui fuit ſcienter facta, ex quo
in facto proprio.l.fin.ff.pro ſoc. & ſic fuit falſa, &
vocis aſſeueratio,cum intentione fallendi.l.j.ff. de
dolo.& not.Cy.in l. præſcriptione. C.ſi contra ius
7 vel vtil.publi.*Item tanquam doloſa, & euidenter
iniqua nõ debet renũciatio prædicta valere, iuxta
nota.per Pet.de Ancha.in conſi.clxxx.viſa diligen-
ter narratione. Cum enim in domo ipſius Vincẽtij
patrui exiſtens,puella prædicta Laura ad ſuggeſtio
nem eiuſdem , vt arbitror , & falſis perſuaſionibus
inducta ad renunciandum, non modicum læſa
exiſtat,apparet enim notoriè circunuenta dolo, &
fallaciis ipſius patrui per caſum l.ſi ſuperſtite.C.de
dolo.in verſi.ſi læſa es immodice.per quem text.in
8 ſimili ita caſu Pau.de Caſtr.in conſi.clxxiiij.*con-
tra ſuperius conſulta &c. nõ enim modica eſt doli
præſumptio magna, imò maximę libertatis in hac
9 muliere,quæ mulierum naturæ repugnat, *cum a-
uariſsimum ſit genus mulierum.l.ſi ego.ff. ad velle.
ita Anto.de Butr.in ſuo conſi. lviij.domina orabi-
lis &c. & dicit Pau. de Caſt. quòd in huiuſmodi ca-
ſibus ſufficeret iuſtitia naturalis ad intentionem
fundandam.l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de excuſ.tu
tor. quilibet enim per noſcere & iudicare poſſet
puellam hanc dolo inductam, & circunuentam
fuiſſe:& iudex quilibet de facili oberraret dum illi
non ſubueniret.Et pariter quòd poteſt puella ipſa
10 repetere renũtiata,ſeu alienata nulla *alia ſolutio-
ne à iuramento obtenta conſuluit Anto. de Butr.
in ſuo conſi.xlv.iuris rigor &c.Calder.in cõſi. viij.
vbi concludit quòd mulier, & minor in contractu
deceptus,ſeu decepta non obſtãte iuramento con
trauenire poſſet.& idem tenet in c.cum contingat.
col.viij.de iureiur. Et dicit quòd quẽadmodum in
c.quãuis.de pac.excluditur dolus, ita etiã enormis
læſio : & tali caſu nedum minor verum etiam ma-
ior non obſtante iuramento contrauenire poteſt:
11 *adeò quòd non eſt neceſſaria abſolutio,etiã quòd
promiſerit non contrauenire aliqua ratione vel
cauſa quacunque. idem ſequitur Cuma. in conſil.
xviij.Panor.in conſi.viij.& in d.c. cùm contingat.
penul.char.idem Abb.in conſi.ccvij.Barba.in con
ſil.xxj.& liij.Petr.philip.Corn.conſil.xj. & conſil.
cxxiiij.& cxiiij. vbi dicit iſtam eſſe communem o-
pinionem,& ſemper in practica ſeruatã:nec omit-
tam idem conſuluiſſe Alexand. in l. ſciendum. xiij.
col.ff.de verbo.obliga.vbi dicit in ſpecie iſtam eſſe
communem opin.contra Bart.in l. ſi duo patroni.
12 §.idem Iulianus.de iureiur.& ibidem Alexan. *Ex
quo dum quis enormiter læditur ibi iuramentum
nihil operatur:ita egregie conſuluit Deci.in conſi.
xxxj.col.ij.& conſi.xlv. Et diſpoſitio iuramenti in
minore iurante:vt confirmet contractum habet lo
cum quando actus non valebat de ſe ex defectu de
creti,& auctoritatis : ſecus ſi alia ratione, & idem
ipſe conſuluit in ſuo conſil. lxxvij. colũ. vj. j. volu.
Sícque puella ipſa circunuenta, & minor à patruo,
& maiore non obſtãte iuramento poteſt agere ne
decipiatur , & conſeruetur indemnis , quia illicita
cõmercia præſes prouinciæ reſcindere debet:nam
ſagacitas quæ cõtra minorem fragilis ætatis atque
conſilij committitur ſpecies eſt doli mali : maximè
quia proponitur quòd aduerſarius minoris admi-
niſtrauerat ipſius patrimonium : & ſic non poteſt
ignorantiam prætendere de bonis ipſius.l.fi. arbit.
tute. Et ideo à dolo præſumpto vel à magna teme-
ritate, quæ dolo comparatur non poteſt probabi-
liter excuſari:ita Bald.in conſil.cccxij. j. volu. ſi ita
13 etiã vt proponitur &c.*Nec obſt. in aliquo quod
decidit Afflic.in ſua deciſ. cccxxij. quia vt ipſemet
dicit in conſtitutione obſcuritatem.illud eſt vt cau-
tius cum cõſilio fiat, & ita etiam in terminis tenet
Alex.in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. & in l. qui
romæ.§.duo fratres.vbi latè cæteri ſcribẽtes.ff.de
verbo.obli. Inquantũ verò Laura prædicta ſe fun-
det ſuper narratis per eam in enormitate læſionis,
nec alleget excipiendo , nec expreſsè per modum
petitionis,non erit ex hoc vis aliqua facienda,cum
in memoriale oblatum appareat petitum ſibi ius
14 * & iuſtitia miniſtrari quæ clauſula eſt ſatis vtilis
ad ſubſtinendum libellum , & ipſum interpretan-
dum, eo modo quo fauorabilius poteſt iuuari in-
tentio actoris,ita inquit Ant.de But.in c.literæ. de
dilatio.& in c.examinata.de iudi.& not. doct. in c.
ij.de ordi.cogni.& conſuluit Alexã.in conſi.vj. iij.
col.iij.volu. & ideò virtute talis clauſulę venit ſen-
tentia ferenda , ſecundum illum modum & viam
quæ in proceſſu probatur.arg.l. ſi quis intentione.
ff.de iudi.ita dixit Inno.Ioan.And.& Ant.de Butr.
in c.ij.de ord.cogni.Spec.in tit.de libe.obla.§.nũc
videndum.verſi.ſed cum his.Bal.in l.ædita.in repe.
peruſi.



peruſi.C.de edendo.Anto.de Butr.in c.fi.de offic.
Archi.& Ang.in l.fin.de ann.except. maximè cum
quęuis narratio:& omne ius demonſtratũ per pro
bationes poteſt,& debet iudex attendere etiam *ſi
15 vnum ſit petitum,& aliud probatum:Alexã.in l. ſi
quis ſtipulatus.§.griſogonus.ff.de verb.oblig.&in
l.certi condictio.§.ſi nummos.ſi cert.pet.Soci. in
conſi.xxiiij.col.xj.& in conſi.xxxix.in fi.Alex.in l.
j.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.& in conſi.clxvij. in
ij.volu.Nec militaret dicere quòd reſtitutio in in-
tegrum nõ fuerit per eandẽ formiter,aut expreſsè
poſtulata. nam reſpondetur ꝙ non oportet ipſam
16 ſolenniter poſtulari ante ſententiam : * ſed ſufficit
ſimpliciter factũ narrari , & iudex ex officio inci-
dẽter reſtituet:vt inquit Bar.in l.minor. ff.de min.
& in l.diuus.in fi.ff.de in integ.reſti.& dicit Bald.in
conſi.cccxxv.j.volum.quòd reſtitutio replicando,
excipiendo,& narrando legitime petitur ſolo ver-
bo, & ſufficit quòd in actis appareat:nam proce-
dendo ſatis videtur reſtituta,& ſublatum obſtacu-
lum. Et pariter nec obſtat quòd iudicium ſit cœ-
ptum ordinariè quia nihil de ſolennitatibus mu-
17 tat ex quo adhuc natura* cauſæ dicitur ſummaria
licet proceſſus ordinariè peragatur:vt dicit glo. in
clem.diſpendioſam.in ver.valeat.& clemen. ſæpe.
verſic.non contradicentibus.& ibi latè ſcribentes,
& ſatis fuit prędictę puellæ narratæ factum ſimpli-
citer,ex quo reſultat exceptio:nec eſt neceſſe quòd
dicat excipio vel oppono : nam ſimplex narratio
facti perinde eſt ; ac ſi oppoſita fuiſſet exceptio:
18 * quia poſtquam factum proponitur, & notum eſt
iudici,poteſt ipſe iudex ex officio ſupplere, & ab-
ſoluere.Bar.in l.j.de excep.& plus dixerunt domi-
ni de Rota in deciſ.cccxxj. quos ſequitur Anto. de
Butr.in c.vnico.de lit. conteſt. quòd etiã ſi factum
ex quo reſultat exceptio narretur in poſitionibus,
& capitulis ad finem probandi, ſufficienter tamen
videretur primò poſita.Quæ præſertim procedere
debent in regno iſto in quo omnes cauſę ſunt ſum-
mariæ,& in eis ſola facti veritas attendẽda eſt per
19 c.deteſtantes.*& iudex qui eo modo in cauſis pro
cedere debet poteſt manu regia procedere,ſecun-
dum Bar.in extraua.ad reprimen.in verſic.videbi
tur.& Bal.in l.nemo. C.de ſent.& in l.nec quicquã.
ij.col.ff.de offi.proconſ.& in c.ij.de no. forma fid.
20 * & princeps non attendit ordinem iudiciorum,
ſed meram veritatem.c.ad petitionem.extra de ac
cu. Et hinc eſt quòd habens facultatem cognoſcen
di de cauſa ſola facti veritate inſpecta poterit rece
21 dere à regulis iuris,*& credere probationi perſua
ſiuę,licet non concludenti , ſecundum Bal.in l. ſo-
lam.in fi.C.de teſti.quem pro ſing.alleg.Franciſ.de
Are.in conſ.lxxxiiij.diligẽter ponderatis his. pen.
colũ.refert & ſequitur Iaſo.in l.certi condictio. §.
22 nummos.ff.ſi cert.pet.*Imò eo caſu debet in cau-
ſa ipſa iudicare ſicut Deus eſſet iudicaturus, vt in-
quit pulchrè Bal.in l.pen.ij.colum.verſ.vj.quæro.
C.de iure deliber. Inquãtum autem donatio poſt-
modum facta per prædictum Vincẽtium patruum
eidem Lauren.eiſdem bonis ſibi renunciatis,fortè
conſcientia ductus , & ad eius exonerationem , &
demum diabolico ſpiritu inſtigatus ſe pœnituerit,
& conetur donationem ipſam infringere prætex-
tu,quòd tempore donationis prædictæ nõ erat ſa-
næ mentis,ſed furioſus, attamen non apparet veri
ficatum quòd morbus talis furoris fuiſſet conti-
nuatus ſeu perpetuus,ſed interdũ furebat , & ideo
ſuccedit , quòd dum contingat dubitari, an actus
geſtus à furioſo fuerit factus tempore furoris, vel
tempore ſanæ mẽtis,tũc ſi actus ille apparet quòd
more ſapientis geſtus ſit,& tunc præſumendum eſt
illum fuiſſe factum tempore quo nõ erat furioſus,
23 *ſed ſanæ mentis,aliàs ſecus per l.is qui.de tuto.&
cura.da.ab his.& in l.titia.de inoffi. teſta. ita dixit
Bal.in l.furioſum.C.qui teſtamen.facere poſ.& ſe
cundum prædicta eſt intelligendum , quod dixit
Bal.in c.j.per quos fiat inueſtitu.De Valerio maxi
mo quòd Romæ à Senatoribus fuit approbatum
teſtamẽtum furioſi, quia rectè & ritè diſpoſuerat,
ſicut quilibet ſanæ mentis,ſed cum hic Vincentius
patruus ad exonerationem ſuæ conſcientiæ reſti-
tuerit prædictæ Lucretiæ ſuæ nepti indebitè per
ipſum ab eadẽ recepta & habita,& eius filium hæ-
redem inſtituerit,& dotes filiabus eaſdem ad inui-
cem ſubſtituendo,relinquendo,etiam tutorem pu
pillis eligendóque inſuper ſibi ſepulturas. Sunt
enim iſta non ſigna fatuitatis, aut furoris , ſed ho-
minis ſanæ quidem mentis , & conſilij. Et quando
ſtultus , vel furioſus facit actum quem quilibet ſa-
næ mentis feciſſet,tunc valet & tenet actus ille, ita
voluit Ioan.And.in c.fin.de ſucceſ.ab inteſta. Ho-
24 ſtien.& Abb.in c.ad noſtram. de conſuetud.* vbi
facientes mentionem de ſententia lata à fatuo illo
Pariſienſi contra tabernarium qui volebat ſibi ſol-
ui per quendam pauperem,qui comederat vinum,
& panem ad odorem carnium hoſpitis, nam iudi-
cauit debere ſibi ſolui per tinnitum, ſeu ſonum pe
cuniæ , & talis ſententia fuit approbata per totum
conſilium Pariſienſe, quia quilibet prudens iudex
ita decreuiſſet, ac pronunciaſſet , idem not.Pet. de
Ancha.in clem.ſi furioſus.de homicidiis. Et ex his
vt complacuiſſem Excellenti do.Marcello gazella
regenti regiam Cancellariã qui pro Lucretia præ-
dicta ſatis me rogauit,ne eius iura defraudarentur
volui præmiſſa ſuccinctè quoad potui ſcripſiſſe , in
cæteris ſuppleat &c. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum conceditur aduerſus ſententiam culpa iudicis latam,vt quia iudex ſciebat factum,& ius,& voluit gratiam facere.*

2 *Sententia lata non admiſſis probationibus, vbi aliàs exequi poſſet per reſtitutionem in integrum petitam,eius executio impeditur , & exequi non poteſt.*

## CONSILIVM CXXX.

IN Chriſti nomine amen. Excellens do
mine locum tenens Regiæ cameræ in
cauſa vniuerſitatis Iuuenatij, cum vni-
uerſitate Butonti fuit dictũ quòd ſen-
tentia eſt de ſe clariſsima,vt ex eius facie liquet, &
ideo nõ indiget aliqua declaratione , vt petitur ex
aduerſo. Nec poſſet declarari ſecundum mentem
iudicãtis cùm ex ipſius lectura apertiſsimè digno-
ſcatur,nec iudicantis intẽtio in mente retenta po-
teſt aliquid operari , ſi verba ſententiæ intentioni
non deſeruiunt , tum etiam quia nullo iure conce-

ditur iudici declaratio huiuſmodi ſecundum eius
intentionem, maximè vbi notoriè grauauit dene-
gando beneficia, & repulſam ex quibus ſatis appa-
ret læſa cum minimè audita fuerit in ſuis defen-
ſionibus, videlicet in beneficiis nec in repulſa ſibi
de iure cōpetentibus non abſq; notoria iudicantis
culpa, & ſic tanquam læſa non poteſt ſibi in inte-
grum reſtitutio denegari ad iura, & probationes
omiſſas procedēdum per iura vulgaria. Item com
petit ſibi reſtitutio in integrum ex alio capite vt j.
præſupponendo vnum in iure veriſsimum; quòd
reſtitutio in integrū conceditur aduerſus ſenten-
1 tiam culpa iudicis latam, *vt quia iudex ſciebat fa-
ctum, & ius, & voluit gratiam facere: ita dicit gloſ.
ſing. in l. ſeruo inuito. §. cum prætor. in verſi. aucto
ritatem. & ver. ambitioſè. ff. ad Trebel. idem Guili.
& Cy. in l. pen. ff. de iuſt. & iu. Bald. in l. pœnales. C.
quando prouoca. non eſt neceſ. & in l. conſtitu. C.
de pœna iudi. qui malè iudi. vbi ſubdit gl. ipſam eſ-
ſe ſing. & quòd talis reſtitutio competit ad totam
cauſam. Sed quis inficiabit ſententiam latam non
admiſsis probationibus, imò denegatis beneficiis,
& repulſa, iudicem ipſum nulla aut maxima culpa
2 carcere, *& ſic ſententia ipſa ex gratia iudicis lata.
Et ideo ſuccedit quòd vbi aliàs exequi poſſet per
dictam reſtitutionem in integrum petitam eius
executio impeditur, & exequi nō poteſt. ita inquit
Bart. in l. iiij. §. condemnatum. & ibi plenè Imo. &
Alex. in ix. col. ff. de re iudi. Bal. in aut. quæ ſuppli-
catio. C. de preci. impe. offer. vbi ſubdit quòd ſi pe-
titur bona fide in integrū reſtitutio debet eo caſu
ſuſpendi executio: vbi verò euidenter temerè pe-
teretur, vt quia incoloratè petitur non ſuſpenda-
tur, & maximè vbi præſumptio non eſt contra pe-
tentem: vt nota. dixit Ange. in l. falſam. C. ſi ex fal.
inſtr. Itē apparet quòd præſumptio eſt pro nobis,
quia pars aduerſa vniuerſitas Iuuenatij prætendit
habere ius paſculandi in territorio Butontino: q̄
ius non præſumit. Item quòd fuerunt petita quæ
de iure concedi debent, videlicet, repulſa, & be-
neficia, & fuerunt petita coram primis iudicibus
primo loco, & demum coram auditore reginali, &
ſucceſsiuè in præſentiarum, & manifeſtè animi paſ
ſiones hucuſque præmiſſa concedere impediuerūt.

V. Excellentis do. obſequētiſsimus Tho. Gram.

SVMMARIVM.

1 *Iudici minimè credendum eſt, niſi quatenus conſtet ex actis, etiam ſi dixerit aliquid fore notorium.*

2 *Iudex ſi dixerit quòd informatus de fama procedit ad inquiſitionem ſibi credendum eſt.*

*Iudex procedens ex officio nedum ſibi non creditur, dum aſſerit aliquid eſſe notorium, ſed etiam non poteſt recipere teſtes ſuper illo notorio, vel infamia, niſi prius parte citata. ibidem. nume. 2.*

3 *Et maximè vbi allegatur notorium extra locum iudicij.*

4 *Iudicis verbo quantūuis auctoritatis credendum non eſt ſiue in cauſis, ſiue ſuper teſtamentis, ſiue quibuſlibet aliis contractibus quæſtio ageretur. ibidem, num. 5. Niſi eſſet cardinalis ibidem.*

6 *Iudicium etiam duorū relationi minimè ſtandū eſt.*

7 *Poſſeſſorij cauſa dicitur modici præiudicij.*

8 *Iudici creditur de geſtis coram eo.*

9 *Iudex ſpoliare poteſt iniuſtum detentorem beneficij, quia quæ poſſunt de facto fieri non requirunt ſcripturas. ibidem.*

10 *Iudices duo ſi atteſtantur de actis geſtis coram eis plenè probabunt.*

## CONSILIVM CXXX.

REdemptoris gētium auxilio inuocato
amen. Nuper requiſitus à Reuerendiſ.
Dominico de adiaches Archiepiſco-
po brunduſino, & V. I. D. vt reſcribe-
rem ſuæ reuerendiſsimæ do. conſulēdo an creden-
dum ſit iudici aſſerenti aliquid eſſe geſtum coram
1 eo. *Et certe prima facie videretur dicēdum quòd
non, cum iudici minime credendum ſit, niſi quate-
nus conſtet ex actis: per tex. in c. quoniam contrà.
cum vulg. de probat. ita dicit Abb. in ſuo cōſil. lxv-
vij. colum. & tenet Guid. Papæ in ſingu. ſuo. dccc-
vij. incip. ſi credatur: alleg. Spec. in titu. de teſte. §. j.
colum. xxiij. in fi. ibi: ſed quod dixi. Quod proce-
dit etiam ſi dixerit aliquid fore notorium, vt dicit
Fely. in d. c. quoniam contra. in fi. ij. col. ibi ex præ-
dictis &c. & melius Franc. de Aret. in conſil. clxv.
colum. vij. vbi tenet ſecus ſi iudex diceret informa-
2 tus de fama proceſsit ad inquiſitionem: *quia cre-
ditur ipſi iudici: quia aſſertio de fama ſit leuis præ-
iudicij: vt ibi. cuius contrarium tenet Felyn. in præ-
dicto c. quoniam contra. in prin. iij. col. & melius.
Hinc eſt quòd etiam ſi iudex procedat ex officio
non ſolum non creditur aſſerendo aliquid eſſe no-
torium &c. ſed etiam non poſſunt recipi teſtes ſu-
per probatione illius notorij, vel infamię parte nō
3 citata. *Et maximè vbi allegatur notorium extra
locū iudicij: vt tenet Aret. in conſi. ij. loco ſuprà al-
lega. in fi. & Rapha. Fulgo. in conſ. cvij. incip. ſuper
eo: ad mediū. ij. col. & notabiliter: & hinc eſt q̄ ſiue
4 in cauſis ſiue ſuper teſtamētis, *ſiue ſuper quibuſli
bet aliis cōtractibus quæſtio agitetur verbo vnius
iudicis quantūuis auctoritatis credendum nō eſt,
per tex. in c. cū à nobis. de teſti. & in c. poſt ceſsio-
nem. de proba. ita tenet Card. in ſuo conſi. cxxviij.
in q. quæ vertitur &c. j. col. & idem reperio tenere
Henri. boich. in d. c. quoniam contra. de probat. co
lum. j. dummodo cauſa pēdeat coram eo prædicto
tempore quo fiat relatio per iudicem, & ita dicit
intelligi debere. c. ſtatuēdum. ij. q. vj. & ibi limitat:
5 *niſi ſit cardinalis. allegat c. j. de loca. & cond. & c.
nobiliſsimus. xcvj. quòd confirmari poteſt per di-
cta Barba. in d. c. quoniam contra. col. xix. vbi pro
examinatione præſentis hæſitationis, & ibi etiam
6 per prædictū Henri. Boich. j. col. *Et fortius idem
dicendū erit ſi duo iudices eſſent: quia eorum rela-
tioni minimè ſtandum erit per tex. in c. olim ex li-
teris. de reſcript. ibi non obſtāte relatione illorum
priorum iudicū de falſitate commiſſa per illū Pe-
trum rubeū: Pontifex mādauit inquiri ſecundum
Io. and. Ant. & Abb. ibi: & Henri. Boich. in d. c. quo
niam cōtra. col. ij. & Barb. in d. c. olim. col. ij. ij. no.
vbi ſe remittit ad not. in c. poſt ceſsionem. de pro-
bati. & in c. cū dilecta. de purg. cano. & in d. c. cum
à nobis. de teſti. & in l. ſi qua per calumniam C. de
epiſ. & cle. cuius contrariū tenet Spe. vbi ſuprà. &
in ti. de ſent. §. iuxta. ver. ſed pone. Luc. de pen. in l.
vnica. C. de queſti lib. xij. colū. ij. verſ. xx. & melius
per eundem in l. j. C. de curial. lib. xij. verſ. vlti. not.
fol. liiij. colum. iij. vbi ſubdit contraria procedere
in gra



in grauioribus criminibus &c. & faciunt not. per
7 Felyn. in d. c. quoniam contra. j. col. in fin. *Ex quo
infertur quòd cum cauſa poſſeſſorij dicatur leuis
præiudicij, vt pulchrè per Matthe. in ſuo ſingul. Iſ.
Bart. in l. momentaneę. C. qui legi. perſo. Iaſ. in l. ad
monendi. ff. de iureiur. colum. lxxv. & in repet. l. ad
monendi. ff. de iureiur. colum. lxxxv. verſic. dictum
eſt ſuprà. & colum. cvij. circa fin. ſtatur relationi iu
dicis aſſerētis quem fuiſſe ſpoliatum à iuriſdictio-
ne, & ipſius exercitio: confirma per ea quæ latè po
nit Georg. Natta in repe. clemen. ſæpe. de verb. ſig.
colum. lxxvij. in fi. ibi: an autem in iſtis cauſis bre-
uioribus: & Par. de put. in tracta. ſindic. in ver. cre-
dere, & creditur: & ibi niſi iudici opponitur. fol.
xxxix. colum. iiij. in fin. vbi etiam tenet quòd de iu
re Longobardo ſtatur iudicis aſſertioni. Quibus
omnibus præmiſsis minimè obſtantibus arbitror
contrariam ſententiam Reuerendiſs. domin. fore
de iure veriorē cum diſtinctionibus de quibus in-
8 frà. *Et quòd credatur iudici de geſtis coram ipſo,
tenet glo. in conſtitutione Regni Caroli ſub rubr.
de exhib. malefa. vbi gloſſ. & And. de Iſern. dicunt
quòd de iure Longobardo creditur iudici reme-
moranti quæ geſta ſunt apud ipſum: quia rememo
ratio iudicis habetur loco actorum: & parificatur
ipſa rememoratio, ſecundum dictum ius Longo-
bardorum ſcripturæ actorum quam iudex coram
ſe ſcribi fecit, ſecundum ius commune Romano-
rum: & ideo dimiſsis dictis doctorum in vſib. feu.
ex quo ius conſtitutionum Regni eſt ſpeciale ius
Regni ſecundum conſtitu. puritatem, ſub rubr. de
præſtan. iura. baiulis. in qua diſponitur quòd iuſti-
tia miniſtrari debet ſecundum conſtitutionem ip-
ſius Regni, & in defectum earum ſecundum con-
ſuetudines approbatas, & demum ſecundum iura
communia Longobarda, videlicet, & Romana:
prout qualitas litigantium exegerit, qualitas enim
in hoc caſu eſt quæ apparet notoriæ violentiæ, &
de facto illatæ, & notoriæ etiam ex confeſsione
partis, & quampluribus aliis examinatis, vt dici-
tur in relatione, ſeu aſſertione prædicta audientiæ
prouincialis per ſuas literas ad ſuperiores magi-
ſtratus. Quibus ſuffragatur iuris præſumptio quæ
eſt pro ordinario in eius diœceſi, & ex aduerſo al-
legatur priuilegium pro quo non præſumitur, ſed
pro ordinario per c. perſonas. de priuileg. maximè
exiſtente in ſua poſſeſsione, prout ſtetit, & ſtat ipſe
9 Reuerendus Archiepiſcopus ordinis. *Et inſuper
ſuffragatur quòd iudex poteſt nedum de iure, ſed
etiam de facto ſpoliare iniuſtum detentorem, ita
Abbas in c. quia clerici. de iurepatr. & quæ poſſunt
de facto fieri non requirunt ſcripturas. Item in ca-
pit. Regni. de violentiis ſub rubrica de offic. viola.
in capitulis regni char. xiij. dicitur quòd de violen-
tiis eccleſiis illatis debet ſummariè procedi, & de
plano abſque libello, aut litis conteſtatione, aut
ſtrepitu, ſeu figura iudicij, & iudex ex officio ſuo
10 inquirit modo, vt ſuprà. & reſtitui faciet. *Maxi-
mè dum duo iudices atteſtantur de actis & geſtis
coram eis plenè probabunt, vt dicit Spec. in tit. de
ſentent. §. iuxtà. verſi. ſed pone. & ſequitur Luc. de
pen. in l. j. C. de quæſtionib. lib. xij. ij. col. ex quibus
concluditur ſtandum aſſertioni iudicis, & ita con-
ſulo, & iuris eſſe dico meo iudicio, ego Tho. Gra.

SVMMARIVM.

1 *Metu compulſus ad retrocedendum, ſeu donandum aliquid, licet coactè, & per metum tradiderit, ſi demum intentauit remedium poſſeſſorij recuperandæ poterit aduerſarius articulare, & excipere de dominio. nu. 2.*

3 *Spoliatus poſſeſſione alicuius rei ſi ipſam retrodonauerit, & ſic donationi præmiſſæ renunciauerit eo caſu amiſit, tam poſſeſſionem quàm proprietatem ipſius rei.*

4 *Poſſeſſorio recuperandæ conuentus à ſpoliato, ſicut probando de ſuo dominio per ſententiam auditur contra ſpoliatum, ita & probans de ſuo dominio per inſtrumentum publicum.*

5 *Exceptio dominij contra ſpoliatum quando non requirit probationem facti non poteſt reijci, debet admitti.*

6 *Probatio inſtrumēti non requirit probationem facti, ſed dicitur probatio probata.*

7 *Iuramenti exceptio obſtat, dum allegatur metus, ſeu vi fuiſſe interpoſitum iuramentum, quia non poteſt propria authoritate abſolui, ſed requiritur abſolutio.*

8 *Spoliatus quod ſit ante omnia reſtituendus, non habet locum, ſi compulſus eſſet per metum ad tradendum.*

9 *Spoliatus ſi poſt ſpolium renunciauit ſpoliatori, talis renunciatio repelleret ipſum ſpoliatum agentem poſſeſſorio recuperandæ, & hoc in beneficialibus.*

10 *Spoliatus renuncians ſpoliatori videtur voluiſſe purgare vitium ſpolij ſaltim reſpectu poſſeſſionis conſequendæ.*

11 *Spoliatus ſi poſt ſpolium renuntiauit in forma promittendo non contrauenire renunciando, ac retrodonando videtur eo caſu feciſſe pactum de non agendo, & ſibi præiudicauit tam in poſſeſſorio quàm in petitorio.*

## CONSILIVM CXXXI.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtu-
lato, Amen. In cauſa Illuſtriſsimi Co-
mitis Nolæ, cum Bernardino miranda
de Ottaiano, aſſerit Bernardinus ipſe
ſe ſpoliatū poſſeſsione quorundam bonorum, ſibi
vt prætēdit donatorum per prædictum Comitem:
ideo ſe reſtitui petit tanquam ſi armato milite mu-
crone accinctus galeaq; criſtatus iuſtiſsimo bello,
ac iuremerito à minore, & puero bona eadem ad-
eptus fuiſſet. Obiectum fuit per Comitem de re-
nuntiatione, ac retrodatione eorundem bonorum
ſibi facta per ipſum Bernardinum publico inſtru-
mento mediāte & præſertim ob imminentē neceſ-
ſitatem ipſius Comitis concurrente, quia tanquam
minor & læſus intendebat donationem ipſam ci-
dem factam reuocare: ideo donationē prædictam
valoris trium milium ducatorum eidem Comiti
retroceſsit: contingit ergo de pluribus hæſitari. Et
primò: an competat eidē Bernardino cōtra Comi
tem remedium recuperandæ poſſeſsionis, cum per
metum ſpoliatū fuiſſe proponatur. Secundò an li-
cuerit eidem domino Comiti proponere, & pro-
bare ſuper proprietate, & dominio. Tertiò an
obſtante iuramento in contractu renuntiationis

factæ per ipſum Bernardinum iurante, de quo plu-
ries obiectum extitit, & reſeruatum in deciſione
cùm cauſæ licuerit eidem Bernardino articulare,
& producere contra iuramentum iuramento ipſo
obſtante. Et quò ad primũ nulli dubium dato abſ-
que veri præiudicio quòd Bernardinus ipſe fuiſſet
compulſus per metum ad retrocedendum, ſeu do-
1 nandum bona de quibus agitur, * licet coactè, &
per metum tradiderit, ſi demum intentauit reme-
dium poſſeſſorij recuperandæ potuit Comes arti-
culare, & excipere de dominio & proprietate. ca-
ſus eſt cum glo. magiſtra. in ca. ſuper hoc. extrà de
renun. & ibi ſubdit gloſſ. quòd eo caſu non poteſt
quis dici ſpoliatus, nec poteſt petere reſtitutioné,
2 *ex quo ſemel tradidit, & licet fuerit per metũ da-
bitur ſibi actio quod met. cauſ. & non interdictum
recuperandæ poſſeſsionis, idem tenet Imo. & Mo
der. in vulga. §. nihil commune. Bald. in l. penult. de
condict. ob turpem cau. & in l. iij. quod met. cau. &
3 in l. ij. per Bartol. eod. titu. * Item cùm Bernardi-
nus ipſe bona prædicta retrodonauerit, & ſic do-
nationi præmiſſæ renũciauerit eo caſu amiſit tam
poſſeſsionem quàm proprietatem ipſorum bono-
rum, vnde notoriè obſtat ſibi defectus proprieta-
tis. textus eſt optimus in cap. accepta. de reſti. ſpol.
cùm vulga. & nõ poteſt petere reſtitutionem, quia
per renunciationem perdidit tam proprietatem,
quàm poſſeſsionem, vt in l. ſi quis vi. §. differentia.
ff. de acquir. poſ. & not. Innocen. in cap. ſuper hoc.
de renuntia. Præterea probatum fuerit de domi-
nio, & proprietate eiuſdẽ Comitis per inſtrumen-
tum publicum renuntiationis prædictæ, quo caſu
apparet obſtare exceptionem dominij, & proprie
tatis, & ideo ſtante ſtatuto quòd inſtrumentum pu
blicum habeat executionem paratã, prout ſenten-
tia, & prout hodie in regno per ritum magnæ Cur.
vicariæ fit præſentatio inſtrumenti liquidi, & in
4 promptu executioni demandatur, *nam ſicut op-
ponens & probans de ſuo dominio per ſententiam
auditur contra ſpoliatum agentem remedio recu-
perandæ, ita & probans de ſuo dominio per inſtru
mentum publicum quod æquiparatur ſententiæ, fa
cit quod notat Barto. in ſimili in l. vinum. ff. ſi cert.
peta. & ibi in l. in hac. ff. de tritica. Ita pulchrè dixit
excellens doc. Ant. curſ. ſicu. in ſuo tract. de excel.
reg. admixto cum regula quòd ſpoliatus ſit ante o
5 mnia reſtituendus in xxxv. limit. * Quod corro-
boratur, nam quando exceptio dominij obiecta
contra ſpoliatum non requirit probationem facti
non poteſt reiici; ſed debet admitti, ita Bald. in l.
penul. C. ſi à non compe. iudic. & Oldr. in conſilio
cclxxxj. incip. in cauſa qua quæritur, & Alex. ibid.
6 in apoſtil. * ſed probatio per inſtrumentum non
requirit aliam probationẽ facti. quia dicitur pro-
batio per probata, & non probanda, dixit Bald. in
l. ij. C. quando fiſc. vel priua. & in l. quotiens. vltim.
colum. C. de iudi. & in l. fin. de vſucap. Et nedum di
citur probatio probata, ſed veritas apparens, adeo
quòd non indiget diſceptatione fori, dixit not.
Bal. in l. imperator. ff. de ſta. ho. ij. col. & alibi dici-
tur euidentiſsimè cõſtare quòd per inſtrumentum
apparet, dixit Bal. in l. j. in princ. in ver. venio. ff. de
ope. no. nun. Ant. de But. in c. licet cauſam. de pro-
bat. ergo cùm de tali probatione dominij, & pro-

prietatis docemus in promptu per inſtrumentum,
7 ergo &c. * Quò vero ad tertium dubium, an ob-
ſtet iuramentum eidẽ Bernardino reſpectu metus
allegati ſeu vis, & certè omnino dicẽdum eſt, quòd
ſic cum reſpectu allegationis prædictæ non potuit
propria auctoritate ſperni, ſed requirebatur abſol
ui, vt voluit Archi. in c. ij. de pac. in vj. Innoc. in c. ve-
nerabilem. de elect. Ioã. de Imo. in c. cùm contin-
git. de iureiu. Cano. in c. ad aures. extrà quod met.
cau. Et dato abſque veri præiudicio ꝙ pars aduerſa
fuiſſet abſoluta à iuramento, ſeu ꝙ non requirere-
tur abſolutio: attamẽ nulla fuit vis probata, prout
à iure probari requiritur: & etiam ꝙ quis fuerit vi
expulſiua ſiue ablatiua priuatus ſua poſſeſsione ad
8 hoc, vt reſtitui poſsit: ſecus ſi compulſiua: *quia eo
caſu regula ꝙ ſpoliatus ſit ante omnia reſtituẽdus
locum non habet: vt ſi compulſus eſſet per metum
ad tradendum &c. ita diſtinguunt dd. præallega.
videlicet, Imo. & Mod. in d. §. nihil cõmune & Bal.
in pluribus ſuprà alle. & ibidẽ Alex. in d. §. nihil cõ
mune. in ix. col. in iij. lim. quæ iura ſingulariter col
ligendo, & limitando modo prædicto, refert & ſe-
quitur prædictus Ant. Curſ. in regula præallegata.
in xxxij. limit. & pulchre Franc. de Are. in d. §. nihil
commune. Et tamen in facto apparet plenè proba
tum per infinitos teſtes quòd Bernardin. ipſe ſtetit
carceratus in poſſe Vicarij Nolani tanquam cleri-
cus, & à Vicario carceratus detinebatur in caſtro
Nolæ ad querelam Reuerendi Archiepiſcopi Ni-
coſini ſuper prætẽſa falſitate & fraude. Et quòd tẽ-
pore renunciationis prædictæ, & longè antè Co-
mes cum prædicto Archiepiſcopo diſceſſerat & pe
rierat Romam: & ipſo Comite exiſtente Romæ, &
ipſo Comite inſcio talis renunciatio facta fuit: &
quòd carceratio prædicti Bernardini ſatis diſpli-
cuit eidem Comiti, tunc exiſtenti valde infirmo in
lecto: & quãquam primùm carceratione ipſam au-
diuit fuit viſus publicè flere: adeo ꝙ ex huiuſmodi
mœſtitia ſuſcepta recidit. Et inſuper liquet renun-
tiationem prædictam fuiſſe publicè factã in eccle-
ſia Archiepiſcopatus, prout etiã de præmiſsis om-
nibus etiã tres teſtes quorum duo ſunt notarij ex
aduerſo producti deponunt. Nec prodeſſet eidem
Bernardino, quòd duo teſtes vltimò producti, &
pluribus repulſis attẽti videãtur depoſuiſſe quòd
Bernardinus ipſe poſt ſpolium renunciauerit, &
quòd ideo ſuccedat diſpoſitio textus in c. ſollicitæ.
extrà de reſtitutio. ſpoliat. Nam reſpondeo primò
quòd teſtes ipſi ſunt multi, & quamplurimis effica-
ciſsimis repulſis attincti: vt apparet in repulſa: &
dato abſque veri præiudicio, quòd eſſent integri:
dico quòd illud quod habetur in c. ſollicitæ, pro-
9 cedit in beneficialibus: *ſecus in prophanis in qui
bus ſi ſpoliatus poſt ſpoliationem renuntiauit, talis
renũtiatio repelleret ipſum ſpoliatum agentẽ poſ-
ſeſſorio: quia manifeſtè fundaret exceptionem ex-
cipientis ſuper proprietate, & conſequẽter obſta-
ret agenti poſſeſſorio: per id quod legitur, & nota.
in ca. ad decimas. de reſt. ſpo. in vj. tum etiam quia
renuntiando illi ſpoliatori videtur voluiſſe purga-
re vitium ſpoliationis ſaltem reſpectu poſſeſsionis
conſequendæ. cùm poſſeſsio ſequatur proprieta-
10 tem: vbi manifeſta, * ſeu notoria eſt. c. cũ dilectus.
de cau. poſ. & proprie. l. pen. ff. de publ. ita ſignãter
voluit



voluit do. Abb. in prædicto c. ſollicitæ. & idem ſe-
quitur conſulendo Alexand. in conſil. xciij. ij. col.
in v. volum. Imò dico & plus quòd talis exceptio
renunciationis factæ per ſpoliatum oppoſita con-
tra agentem ſpolio militat etiam quòd talis renun-
ciatio facta fuiſſet poſt ſpolium, maximè vbi eſt re
nunciatum in forma, & promiſſum & iuratum non
contrauenire renunciando, ac retrodonando &c.
Nam eo caſu videtur fuiſſe factum pactum de non
agendo, & ſpoliatus ſibi præiudicauit tam in peti-
11 to rio * quàm in poſſeſſorio, ita voluit Innocent.
in c. ſuper hoc. de renuncia. & ſequitur Imo. in præ-
dicto c. ſollicitæ. per illum textum à contrario ſen
ſu, vbi ſubdit ꝙ imò eo caſu videtur obſtare textus
in d. c. ſollicitæ. quia ex quo poſt ſpolium ſit talis
renunciatio non deberet admitti excipiens, quia
non eſt veriſimile quòd ſponte fecerit. Innoc. vide
tur velle in d. c. ſuper hoc, & ſentit gloſſ. ſequens in
d. c. ſollicitæ. quòd ratio text. dicti c. non ſit perfe-
cta. ſed ratio ſit illa quam voluit glo. quòd quando
renunciat poſt ſpoliationem nõ concludit ad poſ-
ſeſſorium, ſed iſtud eſt literam violare, ideo poteſt
dici, vt dicit do. Anto. in c. ſuper hoc. de renun. xvj.
colum. verſi. ſed adhuc. & etiam in dicto ſollicitæ,
quòd non audiatur talis excipiẽs ſaluo niſi aliquid
alleget & probet per quod diminuatur de præſum
ptione iuris, nam talis præſumptio non eſt iuris, &
de iure, ſed iuris tantùm. ideo poteſt eneruari, per
not. in l. ſiue poſsidetis. C. de prob. & in c. is qui. ex-
trà de ſpon. & ideo ſi excipiens dicat quòd ſponte
12 renunciauit, ex quo coram iudice renũciauit, *co-
ram quo non eſt veriſimile quòd tenuerit vel vio-
lentiam paſſus fuerit per l. fina. ff. quod metus cau.
cum data iudicis præſentia omnis metus ceſſet, vt
dicit Barto. in l. frater à fratre. in ver. tertio quæro
quid de contractu. ff. de condi. ind. Angel. & Imol.
in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebe. & ideo in ſpecie
dixit Bald. in l. pacta nouiſsima. C. de pact. quòd o-
mnis metus & dolus præſumitur ceſſare quando
interuenit præſentia iudicis, maximè quia dicitur
contractus bona fide fieri quando interuenit præ-
ſentia iudicis, vt dixerunt Bart. & Imol. vbi ſuprà.
& tenet Par. de put. in tracta. ſindic. in verſi. iuſtitia.
in c. iudex in iiij. colum. ver. iudex præſumitur mi-
nimè de præallegatis faciens mentionem, idem ſe-
quitur Iaſ. de may. in l. traditionẽ. la ij. C. de tranſ-
act. j. colum. & Pet. gerar. de petra ſancta in ſuo ſin-
gul. lvij. incip. qualiter tutorem. * Et idem dicen-
13 dum eſt ſi renuncians dixiſſet ſe habere conſcien-
tiam læſam, & ideo renunciaret, ita formaliter te-
net Imo. in dicto c. ſollicitæ. de reſtitu. ſpolia. & ſe-
quitur Socin. in ſuis fallen. in reg. incip. ſpoliatio,
quando in renunciatione. iij. fallen. vbi idem for-
maliter dicit, vnde quia prædictus Bernard. cleri-
cus ſtabat ſub iuriſdictione epiſcopi Nolani, & in
eius curia, & abſente Comite, ac prædicto archie-
piſcopo Nicoſino querelante à ciui. Nolæ, & à re-
gno tempore renũciationis prædictæ liberè facta,
prout teſtes etiam producti per eundem et Ber-
nard. depoſuerunt, item cùm appareat notoriè ha
buiſſe conſciẽtiam læſam dum id aſſeruit ſubdens,
comitem ipſum velle reuocare donationem prædi
ctam tanquam minorem, & circunuentum ſatis ap
paret de læſa conſciẽtia probata dicta minori æta-
te, ac metu, & reuerentia ipſius comitis erga eun-
dem Bernard. verificatis quoque aliis qualitatibus
inſtrumenti prædictæ renunciationis: & nihil eſt
in eo expreſſum quod verificatum non ſit, maximè
de imminenti neceſsitate ipſius comitis debitoris
in duc. fere xxx. mile: ſicq; ſequitur quòd Bern. ipſe
temere vexans eũdem comitem in expeñ. inſuper
condemnari. & ita iuris &c. ego Thomas Gramm.

## SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum vicini faciens mentionem de duabus viis publicis non probat.*
2 *Fundum alienum pertranſiens per decem ann. præſente domino fundi cui aſſeritur quòd dicta via debetur per dictam terram videtur conſtituta ſeruitus prædicta. ibid. nu. 3.*
4 *Via publica dicitur cuius ſolum publicum eſt.*

## CONSILIVM CXXXII.

IN Chriſti nomine, Amen. In præſenti
themate propoſito, quo ad primum du-
1 bium. *Quod inſtrumentum vicini fa-
ciens mẽtionem de duabus viis publi-
cis non probet ibi eſſe viam publicam in cõtractu
celebrato inter diuerſas perſonas, ex quo verba
enuntiatiua prolata principaliter non propter ſe,
ſed propter aliud non inducunt diſpoſitionem: di-
xit Bart. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. & in l. iu-
bemus. C. de libe. cau. nam inſtrumenta inter alios
confecta facientia mentionem de viis publicis, &
2 * quod illa ſit via publica in tali fundo non indu-
cunt diſpoſitionẽ: nec ex hoc probat ibi eſſe viam
publicam: vt eſt optima glo. in l. cùm aliquis. C. de
iure delibe. & in l. prædiis. §. tuo. ff. de legat. iij. nam
res inter alios acta aliis non præiudicat, niſi clarè
& liquidò demonſtretur illam eſſe viam publicam,
& maximè quia hæc prætenſa via publica non in-
cluditur in publicum vt apparet ex oculari inſpe-
ctione & etiam ex meritis dicti proceſſus. Quò ad
ſecundum dubium quòd ſi per fundum alienum
non vi, clam, aut precario per decem annos tranſ-
3 iuit per ipſum * fundum præſente domino fundi
cui aſſeritur quòd dicta via debetur per dictam ter
ram videtur conſtituta ſeruitus: vt in l. ij. C. de ſer.
& aqua. & in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. vend. aliàs
vllo modo debetur: vt in dictis iuribus, ſed ex pro
ceſſus meritis bene liquet nunquam fuiſſe ſeruitu-
tem in nemore prædicto, & maximè cum prætenſa
via fuerit clauſa, & foſſata: adeo vt nemo auſus fue-
rit ibidẽ pertranſire: ergo &c. maximè cùm nemus
4 eccleſiæ nunquã præſcribit &c. * Quo ad tertium
quòd illa dicitur via publica, cuius ſolum publi-
cum eſt, vt in l. j. §. viam. ff. ne quid in loco public.
nam viæ publicæ ſolum publicum eſt relictum, &
directũ certis finibus latitudinis ab eo qui ius pu-
blicandi habuerit, vt per eam publicè itineretur,
& cõmearetur: ſed per terram alienam non poteſt
conſtitui via publica: ergo non poteſt dici illa
prætenſa via publica eſſe viam publicam, niſi fue-
rit conſtituta à prætore: ſed iſta via quæ non habet
exitum ad publicum non poteſt dici publica: ergo
&c. & ſic ex præmiſsis remanẽt dubia reſoluta: ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Solutio pro domo, ſeu fundo, ſeu pro alia re, dum diuiditur, vt ſoluatur ſingulis annis dicitur locatio.*

2 *Conductor faciens magnam impenſam in re conducta poteſt ipſam à domino repetere, dum neceſſaria foret ibi nu.3. vbi plene.*

4 *Vſufructuarius poteſt repetere à proprietario expenſas vtiles quas fecit pro re quam vſufructuarius conſequitur.*

5 *Penſio ad penſionem res dari dicitur quando datur titulo collationis cum auctoritate pontificis, & perpetuò vita hominis durante.*

6 *Damnum pati in re locata aliud eſt, & aliud pati damnum in fructibus ad officium, vt conductor poſſit conſequi remiſſionem mercedis.*

## CONSILIVM CXXXIII.

REdemptoris gẽtium pręſidio repetito, Amẽ. Dum venerabilis frater Marcus de Lando prior monaſterij mõtis Virginis in ciuitate Capuæ conduxiſſet reditus, & introitus monaſterij prædicti à magnificis Iconomis ſanctæ Mariæ annunciatæ de Neap. inter quos introitus eſt molendinum, pro vnciis cxx. annuatim, & molendino ipſo inundatione fluminis diruto, licet non in totũ, adeo vt per menſes duos cum dimidio, moliri nõ valuerit in tantum ꝙ molendinum ipſum de pecunia debita conductionis prædictæ intimatis mag. Iconomis prædictis inſtaurauit, & ad macinam reduxit dubium inſurgit de duobus videlicet. Primò an prior ipſe poſsit impenſas prædictas pro inſtauratione molendini repetere ſeu compenſare, cum pecunia ipſa debita per eundem ex conductione introituum prædictorum eiſdem Iconomis. Secundò an pro tempore quo molendinum ipſum molire non potuit poſſit remiſsionem mercedis conſequi. Et circa primum ſi affirmabimus contractum ipſum eſſe locationis, & conductionis, prout eſt cum ſolutio ipſius ſi diuiſa ſingulis annis, & ſic annuatim, * ergo
1 eſt locatio, vt voluit Bart. communiter approbatus in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publi. in ij. quæſtione in j. colum. & in ſua diſputatione incipiente, publicanus quidam &c. & ſic præſupponendo de neceſsitate eſſe contractum locationis & conductionis, dico quòd ad dominum locantem ſpectat refectio, maximè ſi eſt magna impenſa refectionis, prout iſta, & ideo ſi conductor ipſas erogauit, poterit proculdubio repetere à locante per textum formalem in l. colonus. in principio. & ibi gloſſa & Bartolus. ff. loca. & tenet gloſſa in l. ex conducto. in principio glo. in verſiculo, reficitur.
2 ff. loca. dum ponit duo bona verba: * & tangit in ſpecie de molendino deſtructo inundatione aquarum. Bartolus in dicta l. cotem ferro §. qui maximos. penulti. colum. in vij. quæſtione. quem ibi ſequuntur Ludo. & Paul. de Caſtr. & omnes. Ioannes Andræ. in additio. Spec. in tit. de loca. §. poſtquam. verſ. vtrum ſi locator &c. incipiente, additio amittat &c. Et ideo bene facit quod ſi conductor facit expenſas duraturas vltra tempus ſuæ condu-
3 ctionis, * vt in foſſatis vel aliis reparationibus poteſt illas à domino repetere, vt dicit Bartolus in l. prædia. §. penult. ff. de fund. inſtru. & in l. ædiles. ff. de via publica. & ſequũtur Modern. maximè Iaſon in l. j. C. de iure ęmphytheutico. colũ. vj. verſiculo limitat tamen not. &c. vbi multa refert. at in caſu præſenti, quia prædictæ expenſæ erogatæ in omnibus neceſſariis per prædictum priorem in molendino prædicto durant vltra triennium, imò vltra viginti annos. poterunt ergo per ipſum priorem conductorẽ repeti à prædictis locatoribus. Quod fuerit magna, patet, quia eſt xxv. vnc. & ſic cùm ſpectent ad prædictos Iconomos poterunt proculdubio repeti per ipſum priorem conductorem. At ſi vellemus tenere eſſe cõtractum venditionis, ita ꝙ videatur venditus vſusfructus, & tunc dicendũ eſt quòd licet cura, & ſollicitudo refectionis pertineat ad vſumfructuarium: attamen impenſa magna ſine dubio pertinet ad proprietarium ſiue dominum, vt eſt textus in l. hactenus. ff. de vſufruct. & in propriis terminis in molendino deſtructo, tenuit Bartolus. quẽ omnes ſequuntur in prædicta l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. in vij. quæſtione præalleg. Imò plus ſubdit ibi Bartolus quòd poteſt vſufructuarius ante refectionem petere à proprietario pecunias pro refectione faciẽ-
4 da, * & tamen ſi non peteret antequam faceret, & ex ſe faciat dictas expenſas neceſſarias, quòd competit ſibi actio mandati aduerſus proprietarium, vel in factum, & ſi impenſas vtiles actione negotiorum geſtorum vt ibi per Bartolum, quem communiter ſequuntur ſcribentes ibi, & vendicant etiam ſibi locum præmiſſa quando molendinum non eſt totaliter deſtructum per rationem, vt ibi per Bartolũ prope finem. ſed cùm in caſu de quo quæritur, expenſæ nedum fuerunt vtiles, ſed etiam neceſſariæ, ex quo abſque eis molendinum non poterat macinare ſeu molere, ex quibus concludendum videtur prædictum Reuerẽdum priorem non rugato ſupercilio repetere poſſe expenſas prædictas. Et licet aliqui aſſerant, vt ignari dictum mo-
5 naſterium fuiſſe datum ad penſionem, * quòd ridiculum videtur cùm penſio conſtituatur quando datur titulo collationis, & cum authoritate pontificis, & perpetuò vita hominis durante, vt plenè exorditur Felynus in c. ad audientiam. lo ſecundo, de reſcri. vbi latè de materia pẽſionis. Circa ſecundum autẽ dubium, an poſsit cõſequi remiſsionem prædictus prior, & omiſsis friuolis quæ obiici poſſent cõcludo, ꝙ ſic per tex. in l. ſi fundus. ff. loca. & in hoc eſt bene conſiderandũ quòd aliud eſt poſſe vtifrui re locata, & pati damnum in fructibus, quia illud requiritur eſſe intolerabile damnũ, per textum in l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. & in l. licet. C. eod. titu. & in cap. propter ſterilitatem loca. & quòd dicatur intolerabile damnũ ſunt opiniones in d. §. vis maior. & in dicta l. licet. & in dicto c. propter ſterilitatẽ. loca. & quia non eſt caſus noſter aliter me non extendo, vnde aliud eſt non poſſe vtifrui re locata, quia tunc debet fieri remiſſio mercedis etiam quòd damnum non fuerit intolerabile, dummodo non ſit modicum, tamen ſi
6 eſt aliquod damnũ etiam nõ intolerabile, * & tunc facienda eſt remiſsio mercedis, quia aliud eſt pati damnum



damnum in re locata, & non poſſe vtifrui re ipſa caſu fortuito: aliud eſt pati damnum in fructibus, ita reperio magiſtraliter diſtinctum fuiſſe per do. Petrum de Vbal. in tracta. ſocie. in xj. parte. xxxvij. quæſt. per optima iura & rationes ad quas me remitto. Et ſic cùm prior ipſe non valuerit vtifrui re locata, imò paſſus fuerit damnum non modicum: & caſu fortuito non poteſt ſibi remiſsio mercedis petita denegari, etiam quòd nõ fuerit intolerabilę damnum, dummodo non ſit modicum per prædicta. Et quòd omnino remiſsio mercedis prædictæ ob molendinum deſtructum aquarum inundatione petita concedi debeat, nec denegari poſsit, tenet in particulari Bart. in præallegata l. cotem ferro. §. qui maximos, communiter approbatus: & ita de iuris cenſura concludendum cenſeo ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier regulariter non poteſt eſſe tutrix, cùm tutela ſit officium virile.*

2 *Voluntas patris in teſtamento facit ceſſare omnis fraudis ſuſpicionem.*

3 *Mulier maritata data tutrix ſuis filijs per alium quondam eius virum, lex præſumit ipſam excoriare pupillos, & fraudare ipſos.*

4 *Voluntas teſtatoris licet ſit ſeruanda, non erit tamen ſeruanda, quando veniret in derogationem legis aliud diſponentis, vnde quando lex vult vnum, & teſtator diſponit aliud, ſtatur legi aliter diſponenti. num. 5.*

6 *Teſtator non poteſt dimittere ea quæ ſunt inuenta, vt materia delinquendi auferatur.*

7 *Mulier etiam quòd virum non habeat non poſſet eſſe de iure tutrix, licet relicta fuerit tutrix in teſtamento.*

## CONSILIVM CXXXIIII.

REdemptoris gentium auxilio inuocato, Amen. In themate propoſito elicio dubium, an Nicolaus pater poſsit de iure in ſuo vltimo teſtamẽto reliquiſſe Lauram eius ſororem maritatam in tutricem ſuis filiis & filiabus pupillis. Et certè prima facie videretur reſpondendum, ꝙ ſic. ex quo in vltimis diſpoſitionibus attendi ac ſeruari debet voluntas teſtatoris. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demon-
1 ſtrat. cum vulga. * Secundò licet fœmina regulariter non poteſt eſſe tutrix, cùm ſit tutela officium virile: per text. in l. j. C. quand. mulie. tut. offi. fung. poteſt. præter matrem & auiam, vt in vulga. auth. matri & auiæ. attamen quando relinquitur tutrix in teſtamento: ex quo videtur per teſtatorem approbata ipſius fides poterit eſſe tutrix teſtam. arg. text. inſtit. de ſatiſd. tuto. §. j. & l. furioſo. in fin. ff. de
2 cura. fur. * Accedit inſuper quia voluntas patris facit ceſſare omnem fraudis ſuſpicionẽ. l. qui autem. in princip. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. ſicq; ex præmiſſis concludendum videretur, donationem tutelæ prædictæ ſubſiſtere, & Lauram ipſam potuiſſe relinqui in tutricem ſuis nepotibus pupillis, ac nepotibus prædicti Nicolai eius fratris, attenta approbatione ipſius teſtatoris, qui in tantum poteſt fidem tutoribus approbare, quòd poteſt etiã ſibi confectionem inuentarij remittere, per l. ſi. C. arb. tutc. cum vulgaribus. Quibus præmiſsis non obſtantibus, contrariam ſententiam arbitror de iure veriorem. Et ꝙ nullatenus mulier aliqua maritata, niſi ſit mater vel auia poſsint relinqui ſeu dari in tutrices, adducitur de iure fuiſſe prouiſum pupillis de tutore, vt fieret fauor pupillis, vt tam eorum perſonæ, quàm bona tuerẽtur & gubernarentur: cùm ex alluſione vocabuli tutores dicantur quaſi tutores, id eſt defenſores. l. j. de tutelis. & inſtitutionibus eodem titulo, in principio. vnde ſi pater poſſet de iure relinquere mulierem maritatã in tutricem ſuis filiis pupillis, eſſet operari contrarium, videlicet odium & non fauorem. contra l. quod fauore.
3 de legib. * cùm lex præſumat fœminam maritatam datam in tutricem filiis propriis, pro eius viro excoriare prædictos pupillos, & ipſos fraudare. l. lex quæ tutores. C. de admin. tuto. quæ loquitur in matre, multò magis in alia muliere maritata lex pręſumit deceptionem & fraudem. authent. multò ma-
4 gis. C. de epiſcop. & cleri. ergo, &c. * Item licet voluntas teſtatoris ſit ſeruanda, vt ſuprà probaui, attamen non erit ſeruanda quando veniret & tenderet in derogationem legis aliud diſponentis. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. nam teſtator non poteſt facere, &c. dicta l. nemo poteſt. & pro hoc optimè facit quod dixit Bal. in l. precibus. C. de impu. & al. ſubſt. vbi dixit, quòd licet teſtator fingatur cogitare illud quod lex diſponit, arg. l. ſi duo. de acq. hæredit.
5 attamen * quandò lex vult vnum, & teſtator diſponit aliud, ſtandum erit legi aliter diſponenti. alleg. l. Titiam. ad l. falc. & l. cerdonem. de operis liberto. in xiij. col. verſic. procedo vlterius. vnde ſi mulier maritata poſſet dari tutrix in teſtamento, eſſet derogare legi dicenti, quòd mulier, prout eſt mater tranſiens ad ſecunda vota amittit tutelam, non eſt dicendum. l. ij. & in auth. ibi poſita. C. quando mulier tute. offi. fungi poteſt. Et inſuper dico, quòd ſi mulier maritata poſsit tutrix relinqui in teſtamento, eſſet dare materiam delinquendi, cùm præſumatur excoriare pupillos, vt ſuprà dictum eſt, quod dicendum non eſt, cùm nedum dari non debeat, imò in totum tolli occaſio delinquendi. vulgat. l. conuenire. de pact. dot. facit etiam textus in l. ſuæ. C. vt in
6 poſ. lega. * vbi teſtator non poteſt remittere ea quę ſunt inuenta, vt materia delinquendi auferatur, videlicet, vt non præſtetur cautio de vtendo & fruendo, &c. ad allegata ſuprà in contrarium dicitur quòd apparent locum ſibi vendicare quando volũtas teſtatoris non præiudicaret legi, vt dictum fuit. Item teſtator poteſt approbare fidem tutoris quo ad ſatiſdationem, vt per docto. maximè Bartol. in authenti. minoris. qui dare tutor. poſſunt. Imò & plus tranſcendo, quòd mulier etiam quòd virum non habeat, non poſſe de iure aſſumere offi-
7 cium tutelæ, * licet relicta fuerit tutrix in teſtamento. tex. eſt in l. fœminæ. quæ eſt ſi. de tute. qui tex. loquitur in muliere generaliter tutrice teſtamẽtaria: ſecundum glo. dictæ l. in verbo dari. vbi dicit dari, id eſt à teſtatore ſiue à iudice, vt eſt tex. in l hoc iure. de teſtamento tute. qui loquitur in matre tantum. Et ſic ſi habemus legem hoc dicẽtem, non eſt recur-

recurrendum ad coniecturas. l. ille aut ille. §.cum
verbis.& ibi Bart.de lega.iij.& quamuis l.hoc iure
ſit correcta per d. auth. matri & auiæ. quò ad ma-
trem & auiam, tamen non dicitur eſſe correcta d.l.
fin. quæ generaliter loquitur tam in matre & auia,
& in cæteris fœminis: cùm per prædictam authen.
matri & auiæ, mater & auia dicuntur habilitatæ
ad tutelam filiorum: non autem dicuntur habilita-
tæ aliæ mulieres ad tutelam aliorum quàm ſuorum
filiorum, vt expreſsè in præalle. auth. vbi per ius au
thenticorum eſt inductum quòd maior & auia ſuc-
ceſsiuè poſſunt ſi velint, amplecti tutelam filiorum
ſuorum, exceptis aliis fœminis. & quia audio in tu-
tela ipſa cõcurrere auia prædictorum pupillorum,
& etiam auunculi, dico ipſam tutelam deferendam
eſſe auiæ paternæ ſeu maternæ, ſi auia ipſa velit, ſin-
autem eorum auunculis tanquã proximioribus, in
gradu, nõ obſtante diſpoſitione prædicti teſtatoris
in ſororem, nec poſſet obiici deferendam tutori
datiuo, quia licet tutore remoto vt ſuſpecto, tute-
la ſit deferẽda datiuo, & non legitimo. l. ſi quis ſub
conditione. de teſtam. tute. & in aliis iuribus, quæ
breuitatis cauſa omitto. Nam non apparet nos eſſe
in caſu prædicto, in quo tutrix prædicta veniat re-
mouenda, vt ſuſpecta. Et licet ſit propter matrimo
nium, & virum quem habet, & per tranſitum ad ſe-
cundas nuptias aliqualiter ſuſpécta, vt dixi, tamen
prædicta mulier relicta tutrix, vt in caſu noſtro,
tanquam inhabilis non potuit, nec poteſt eſſe tu-
trix. Imò nunquã fuit legitima tutrix, & ideo dicta
tutela defertur aliis, vt dictum eſt, & non remoue-
tur vt ſuſpecta. Nam priuatio præſupponit habi-
tum. l. decem. de verb. obliga. cum vulga. Et ſic non
cadit remotio, ſi non fuit legitima tutrix, & per
conſequens defertur præmentionatis. Ex quo in tu
tela eſt dare ordinem. primò enim ceſſante teſta-
mentario defertur legitimo, & ceſſante legitimo,
defertur datiuo, vt in legibus & titulis de materia
prædicta loquentibus. Et ſic vt ſuprà concluſum
eſt, conſulendum cenſeo ego Thomas Gramm.

SVMMARIVM.

1 *Monitio iudicialis ad ſententiam habet vim perem-
ptorij, licet hodie cùm in regno ſint cauſæ ſumma-
riæ non requiritur peremptorium.*
2 *Sententia quando refert ſe ad acta, videndum eſt, an
ex actis apparet ſi bene vel male iudicatum fuit,
& id intelligendum eſt, quando iudex proceſſiſſet
ad ſententiam non viſis actis ſubſtantialibus, &
ſic ad acta referretur. ibid. num. 3.*
4 *Sententia non ſolùm ex vna cauſa profertur per re-
lationem ad acta, ſed ex pluribus cauſis. & tunc ſi
in ſententia dicitur ex his cauſis, & aliis, & ſu-
ſtentatur ſententia ex aliis. bene valet.*
5 *Poſſidens tempore quo vixit, præſumitur vſque ad
mortem poſſediſſe. num. 6.*
7 *Poſſeſſio dicitur probata pro tempore quo dicitur,
etiam ſi probetur extremitas temporis, quia medio
tempore præſumitur.*
8 *Teſtes dicentes talem poſſediſſe tempore quo vixit,
verificatur vſque ad mortem.*
9 *Iudex appellationis ſi in cauſa principali reus con-
demnandus fuit abſolutus iudex appellationis de-
bet condemnare condemnandum, & ſufficiet ver-
bum condemnamus, quia ſubintelligitur malè iu-
dicatum, ſed ſufficit quòd dixerit, condemno vel
abſoluo.*
10 *Sententia tunc continet nullitatem, quando ex ea non
apparet abſolutio vel condemnatio, quia eſt de
ſubſtantia ſententiæ abſoluere vel condemnare.*

## CONSILIVM CXXXV.

REdemptoris gẽtium auxilio inuocato,
Amen. Ex themate propoſito plura eli
ciuntur dubia, & in primis, quòd non
fuerint citatæ partes ad ſententiam, iux
ta tex. in l. ea quæ. C. quo. & quando iud. & ibi ſcri-
bentes. Secundò, quòd ſententia refert ſe ad acta,
prout ex proceſſu liquet. quo caſu videndum eſt an
ex actis appareat ſi bene vel malè iudicatũ fuerit.
Tertiò quòd teſtes non videntur concludenter de-
ponere, quòd tempore obligationis, vel poſt bona
prædicta fuiſſent in bonis, & de bonis ipſius de-
bitoris. iuxta l. pignoris perſequutio. de pign. ff. &
in l. quæ nondum. §. quod dicitur. ff. eodem titul. &
in l. ſi venditor. in principio. ff. de euictio. & §. item
ſeruiana. inſtitut. de actio. Circa verò quartum du-
bium dabitur ſolutio, prout infrà, & redeundo ad
primum, apparet enim ante probationem ſenten-
tiæ partes ipſas fuiſſe iudicialiter monitas ad ſen-
1 tentiam. * Quæ monitio habet vim peremptorij,
prout dicit glo. in conſtitutione edictorum. & ibi
Andræas de Iſern. ſub rubricam, de literis citato. &
probat optimè text. in l. ceſſante. & ibi Bar. ſecun-
dum quartum & verum intellectum. C. eodem tit.
2 quod * maximè procedit hodie in regno, in quo in
cauſis ſummariè proceditur per c. deteſtantes. quo
caſu non requiritur peremptorius, per gl. in clem.
ſæpè. de verborum ſignifica. Circa ſecundum du-
3 bium ſuprà poſitum, dicitur * quòd ſententia re-
fert ſe ad acta, &c. nam id intelligendum eſt ve-
rum quando iudex proceſsiſſet ad ſententiam, non
viſis actis ſubſtantialibus, & ſe ad acta refert: ſe-
cundum Bald. in l. ij. C. de edend. Angelus in l. iu-
dices. C. de iudiciis. & in l. Claudius. ff. qui potio. in
pign. hab. Bartolus in l. ij. C. de ſententiis ex peric.
& in l. prolatam. C. de ſententiis. Cardi. in cap. cùm
ex literis. extrà de in integr. reſtit. Card. in cap. dile
cto. extrà de appel. verſic. xxiij. Anto. de Butr. in c.
eccleſia ſanctæ Mariæ. extrà de conſtitu. & iſto ca-
ſu eſſet nulla ſententia, quãdo non eſſent viſa acta,
& ſubſtantialia, ſed referret ſe ad acta ſuper aliquo
articulo, & ille articulus non reperitur, vel non
probatur: nam tunc non eſſet nulla, ſed iniuſta, ſe-
cundum Card. in d. cap. dilecto. & Specu. in titu. de
ſentent. §. vt autem. ſed eſt aduertendum ad ſenten
tiam, quia non ſolùm vna cauſa profertur ſenten-
tia per relationem ad acta, ſed ex pluribus cauſis:
4 & * tunc ſi in ſententia dicitur ex his cauſis, & aliis
& ſuſtentatur ſententia ex aliis cauſis, bene valet &
tenet, ita dixit Innoc. in c. in præſentia. de renuncia.
& ibi Anton. & Ludo. in l. ſi is ad quem. allegat tex-
tum in c. per tuas. qui fil. ſint legiti. & ibi firmat do.
Antonius. Et ſimiliter ſi iudex vteretur verbo, ma-
ximè ex tali cauſa, quæ licet non eſſet vera ex illa
cauſa, & ſuſtentatur ex alia, ſeu ex aliis in proceſſu
appar



apparentibus valet ſententia, ita inquit Lud. in d. l.
ſi is ad quẽ. & do. Ant. in d. c. in præſentia. & Cardi.
Alexand. in capit. dilecto. de appellat. verſic. xxxv.
Item eſt etiam aduertendum, quia non reperitur
in concluſione in fine ſentẽtiæ, quòd referatur ſen
tentia, & condemnatio vel abſolutio ad acta, ſed
ſolum in narratione, & ſic vendicant ſibi locũ iura
allegata in contrariũ. Quò verò ad tertiũ dubium,
valet quòd teſtes non videantur deponere conclu-
5 denter, &c. * reſpondetur quòd imò concludentiſ-
ſimè deponere adparent, debitorem tempore quo
vixit poſſediſſe bona prædicta: nam ſi poſſedit tem-
pore quo vixit, certè intelligitur vſque ad mortẽ:
ita dixerunt domini de Rota in eorum deciſi. cxx.
6 vbi dixerunt, * quòd ſi conſtat quem ſemel poſſe-
diſſe beneficium, præſumitur illud poſſediſſe vſque
ad mortem, & quòd non præſumitur habuiſſe poſ-
ſeſsionem pro derelicta. Et ſimiliter dicit Bal. in l.
nec creditores. C. de pign. actio. in ver. quæro nun
quid. quòd qui ſemel poſſedit pignus, præſumitur
de præſenti poſsidere, & ſuffragatur bene quod vo
luit Bal. & glo. in l. ex perſona. j. colum. in fi. de pro
batio. & not. gloſ. de pace iuramen. firman. & idem
Bal. in l. j. viij. colum. C. de ſenten. quæ pro eo quod
intereſt. verſicu. item dominia. & in l. ſi ij qui. C. de
accuſa. & in l. ij. vlti. colum. verſic. quæro nunquid.
C. quando prouoca. non eſt nec. Bart. in l. ſiue poſ-
ſidetis. verſ. quæro quid eſt. C. de proba. vbi dicunt
quòd qui ſemel poſſedit, præſumitur hodie poſsi-
dere, & ſic non poteſt dicere quòd poſſedit tempo-
re quo vixit, ſcilicet ſolum tempore principij ſeu
vitæ, & non vſque ad mortem, quia præſumitur poſ
ſidere, niſi probetur contrarium per iura prætalle-
7 gata. * Et dicitur probata poſſeſsio, etiã ſi proba-
tur extremitas temporis, quia medio tempore præ
ſumitur, vt inquit Bald. in prima conſtitutione. §.
hoc quoque. & in l. fina. C. de edicto diui Adri. tol-
len. in decimaquinta oppoſitio. verſic. item conti-
nuatis. & in l. teſtium. vltima colum. C. de teſtibus.
per textum in capitulo volumus. decimaſexta quæ
ſtione quarta. & Barto. in l. j. §. j. de aqua quotid. &
æſtiua. & in l. ſicut. §. ſuperuacuum. in fi. col. verſic.
vltimo not. ff. qui potio. in pignor. habeantur. & in
l. celſus. ff. de vſucapionibus. penulti. colum. verſic.
qualiter autem probetur continuatio. & nota. per
doctores in l. ſiue poſsidetis. & Butr. in capitu. licet
cauſam. de probatio. xxvj. colum. verſi. qualiter au
tem. & in c. cum ad ſedem. & ibi Ioan. And. & Abb.
8 ſicu. xij. columna. de reſtitutione ſpoliatorum. * Et
quòd probando quòd tempore quo vixit, intelli-
gatur vſque ad mortem verificari, quia vita homi-
nis extenditur vſque ad mortem. Nam ſecundum
dialecticos in titulo de ampliationibus. iſta pro-
poſitio ampliatur pro eo, quòd eſt ad præſens, &
poterit eſſe in futurum: vnde ſuſtentatur iſta pro-
poſitio propter ampliationem temporis decapita-
tur, cantabit, & corrupta erit virgo: & ſic clareſcit
tertium dubium ſuprà poſitum. Ad quartum du-
bium non eſſet reſpondendum, cùm iudex appel-
lationis ad quem eſt appellatum, ſi in cauſa princi-
paliter reus condemnandus fuit abſolutus, iudex
appellationis debet condemnare cõdemnandum,
9 & ſufficiet verbum cõdemnamus: * quia ſubintel-
ligitur malè iudicatum. ita Bart. in l. eos. verſi. mo-
dò venio. C. de appel. vbi ſubdit quòd etiam ſi non
dixit malè iudicatũ, ſed ſufficit quòd dixerit, con-
demno, vel abſoluo. & idem Bald. in l. cum apud. ff.
iud. ſo. vbi dicit quòd quando iudex appellationis
informat primam ſententiam abſolutoriam, for-
ma ſententiæ iudicis appellationis eſt, quia cõdem-
nat abſolutum pronunciando primam ſententiam
iniuſtam, & dicit quòd hoc tene menti per illum
text. & addidit l. creditor. §. j. de ſolut. & l. qui Ro-
mæ. §. penul. ff. de verb. obli. & ſic non dat formam
talis ſententiæ, ꝙ requiratur declaratio, quòd ſit
male iudicatum, & bene appellatum: quia de ſub-
ſtantia ſententiæ eſt abſoluere, vel condemnare. l.
10 præſes. C. de ſenten. * quia tunc contineret nullita-
tem quando non appareret abſolutio, vel condem
natio: & hanc formam ponit Spec. in tit. de ſenten.
§. vt autem. xij. col. & ibi Bal. Ioan. Andr. & Alex. in
addi. ad Bar. in l. offilius. in fin. ff. de leg. iij. & Ioan.
Cald. in c. ſignificauerunt. de excep. & in c. Raynal.
de teſtamen. & ita iuris eſſe conſulo ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Veritatis fides, verborum adminicula non deſide-
rat.*
2 *Miſſio in poſſeſſionem abſque cauſæ cognitione, vel
coloratæ non tenet, ſed habetur, ac ſi facta non
foret.*
3 *Tutor emens de pecunia pupilli, licet inſtrumentum
conceperit nomine proprio nihil obeſt pupillo.*
4 *Mater an poteſt ſibi ſatisfacere de dotibus ſuis pro-
pria authoritate ſuper bonis pupilli, maximè ſuper
pecunia, vide pro & contra plenè in num. 5.*
6 *Pecunia pupilli deſtinata ad vſum prædiorum, ſeu
ad honeſtam partem lucri, abſque decreto iudicis
alienari non poteſt. ibid.*
7 *Reditus annui inter immobilia computantur.*
8 *Curator ſeu tutor ſi de pecunia minoris, ſeu pupilli
deputata ad vſum immobilium ſibi prædium com
parauit vendicatur poſſeſſio prædij per minorem.
ibid nu. 9. Et idem in muliere, eccleſia, & minore,
vbi etiam videbis qua actione vendicatur.*
10 *Tutor repræſentat pupillum, & ipſe non dicitur tene-
re nec poſſidere.*
11 *Pupillus dicitur nomine proprio poſſidere, cùm etiam
ſine tutore acquirat poſſeſſionem, ſi ætatis eſt vt
intellectum capiat. ibid.*

## CONSILIVM CXXXVI.

REdemptoris gentium præſidio poſtu-
lato, Amen. In cauſa magnificorum
Antonini & Thomaſij maremonta de
1 ciuitate Licij, * quia veritatis fides ver-
borum adminicula non deſiderat, per textum in l.
2 prima. C. ſi mino. ſe ab hæred. abſtin. * Quòd miſ-
ſio in poſſeſsionem abſque cauſæ cognitione, vel
coloratæ non teneat, ſed habetur ac ſi facta non
fuiſſet, vt inquit Bald. in l. iudex. C. comi. vel epi-
ſtol. & quòd exiſtens in poſſeſsione alicuius rei, vel
iuris, pendente primo iudicio, remanebit in ſua poſ
ſeſsione appellatione pendente: vt dicit Angelus

Aret.poſt Rapha.ſequendo gloſ.in l.prima.ff.nihil
inno.app.pend.Et præceptum iudicis ne quis vta-
tur poſſeſsione ſua, & quòd non recipiat fructus
ſui fundi,abſque cauſæ cognitione nō tenet in tan-
tum quòd nunquam tranſit in rem iudicatā, etiam
nō interpoſita appellatione, vt tenet Inn. in c.cum
veniſſent.extrà de in integ.reſtit.vbi Abb.notādo,
quòd iudex non debet nimis animosè procedere
in præiudicium alterius.not.ibi in vj. colum.quòd
quando negatur quis eſſe in poſſeſsione alicuius
fundi,& mouetur ei quæſtio ſuper poſſeſsione :ille
autem lite pendēte percepit fructus, non debet iu
dex lite pendente præcipere, vt reſtituātur illi fru-
ctus. Ex quo pendet à quæſtio.principali : & idem
tenet dominus Abb.in capit.ſignificante. ſecundo
not.extrà de appel.quòd lite pendente non debet
quis prohiberi vti ſuo iure. Nam conſtat ex meri-
tis proceſſus matrem ipſam prædictorum magnifi-
corum Antonini & fratris, fuiſſe confirmatam tu-
tricem ſeu baliam. Item quòd tanquam tutrix ac-
cepit reditus & pretium feudorum alienatorum
magnifico Baroni Campiæ. Conſtat inſuper quòd
de dicta pecunia fuit emptum feudum Surani per
ipſammet matrem, & baliam. & ꝙ poſſeſsio eiuſ-
dem fuit capta per prædictum Antoninum, & de-
mum facta retrouenditione dicti feudi, fuit de di-
cta pecunia per eandem matrem exiſtentem in do
mo prædictorum ſuorum filiorum emptum aliud
feudum, licet nomine proprio nuncupatum ſan-
3 ctæ Mariæ de nouis : * vnde ſuccedit quòd ſi tutor
emit de pecunia pupilli, licet concipiat inſtrumen-
tum nomine proprio, nihil obſtat pupillo: vt plenè
per Bar.in l.titium & meuium.§.altero.ff.de admi.
tuto.per Bal.& alios in l.ſi patruus.C.commu.vtri.
iudi. Et ſi diceretur quòd erat creditrix in dotibus
ſuis, & quòd poterat ſibimet ſatisfacere de rebus
pupilli, maximè de pecuniis : cùm ſint facilis con-
ſumptionis, vt dicit Bal.in l.cùm ipſæ.in fi.de con-
trahen.empt.vbi dans intellectum ad l.fiſtulas fun
dum.ponit quæſtionem in matre, ſi debet recipere
4 dotem in pecunia: *an poteſt ſibi ſoluere de rebus
pupilli ſua authoritate, & concludit ex illa ratione,
quòd aliud pro alio ſolui non poteſt, abſque primo
& ſecundo decreto iudicis : quòd non poteſt ſibi
ſoluere, declarando dict. l. fiſtulas. loqui de re ipſa
debita : ſed ſecus quando aliud pro alio : vt in caſu
5 præſenti, in quo * licet regulariter pecunia ſit de
rebus quæ ſeruando ſeruari non poteſt, vt in l.j. §.
fuit quæſitum. ff.ad Trebellianum. cū concord. ibi
per docto.tamen quando pecunia fuit deputata in
6 vſum prædiorum, id eſt in emptionem, & *pariter
ſi ad honeſtam partem lucri, tunc abſq; iudicis de-
creto alienari non poteſt, allegant docto. pro caſu
l.iij.§.vſuras.ff.de contrar.tutel.act. & ponit bene
Ludoui.in conſilio ſuo clxxxviij.incipiente, in hac
cauſa mihi commiſſa. vbi formaliter dicit, quò ad
tertium : an dicta pecunia depoſita per tutorem
abſque iudicis decreto alienari poſsit. prima facie
7 videbatur dicendum ꝙ ſic : quia cùm ſit de rebus
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt : vt in l. j. §. fuit
quæſitum.in gl.ff.ad Trebellianum.& inſtit.de vſu-
fruct.§.conſtitutum.& in l.Iulia.ff.de petit. hæred.
& in l.ariſto.§.fina.cum l.ſequen. ff.de iure delibe.
igitur,&c.contrarium tamen dico verius quòd aut
pecunia depoſita eſt pro prædiorum comparatio-
ne, & illa abſque iudicis decreto alienari non po-
teſt.hic eſt caſus in l.iij.§.vſuras. ff.de contra.tute.
act. aut depoſita eſt ad honeſtam partem lucri, &
tunc cū ipſa ſit in reditu annuo, & reditus annuus
inter immobilia computetur, vt in clem. exiui.§.
cum cui annui.de verbo.ſigni.& in authent.de non
alien.§.vult enim.& in l.iubemus.in princ.C.de ſa-
croſanctis eccle.& habetur in conſiliis Fede.vt re-
fert Bal.in vſib.feu.igitur conſequens eſt, vt etiam
tunc alienari non poſsit. d. l. lex quæ tutoris. & in
ſpecie allego caſum.ff.de reb.eo.l.iij. §.nec vſusfru
ctus.& in §.ſi lapidicinas.in verſic.vel cuius vis al-
terius materiæ iſta ſunt formalia prędicti doctoris
in præſenti caſu pecunia erat collocata in feudis,
& ſic in rebus immobilibus ex quibus feudis per-
cipiebantur annui fructus & prouentus, taliter re-
dacta ipſa pecunia ex retro venditione rei ſtabilis,
tanquam taliter deputata, non autem redacta ex
fructibus, & introitibus rerum pupillarium : adeò
quòd nec deeſt factum matris declarans iſtud, di-
ctam pecuniam eſſe talem & taliter collocatam &
deputatam : cùm & ipſa balia poſtquam percepit
ex retrouenditione dictorum trium feudorum pe
cuniam à Barone campiæ, emit aliud feudum exi-
ſtens ipſa balia, & accepit poſſeſsionem ipſe Ma-
gnificus Antoninus, vt clariſsimè oſtenſum eſt, ta-
liter limitans intentionem prædefunctorum ſoce-
ri & mariti, tenentium pecuniam ipſam in feudis,
appræhendi faciendo poſſeſsionem per ipſum Ma-
gnificum Antoninum primogenitum, prout talem
eſſe probatum apparet.nec eſt alienus à prædictis,
8 tex.in l.curator.C.arbi.tute.*vbi curator ſi ex pe-
cunia deputata ad emptionem immobilium ſibi
prædium comparauit, vendicatur poſſeſsio, &c. &
facit tex.in l.ſi vt proponis.C.de rei vendi. coniun
cta ibi gloſ.dicente eſſe ſpeciale in minore, milite,
9 & eccleſia: quòd *licet quis emat nomine proprio
de pecunia minoris militis, & eccleſiæ, tamen man-
dati ſiue negociorum geſtorum actione vēdicatur
res empta, &c.& concordat alter text. apertus in l.
ij.quando ex facto tu.ff.Poſtremò in præſenti caſu
ſtantibus his plenè probatis ex atteſtationibus, ex
præmiſsis conſtat per quamplures teſtes de poſſeſ
ſione eiuſdem Magnifici Antonini de dicta tertia
parte feudi ſanctæ Mariæ de nouis, de qua agitur.
10 Quod ſi apparet per aliquos teſtes, * ꝙ etiam ipſa
poſſederit numero & authoritate minores : & tu-
tor repræſentat pupillum : Bald. in l. etiam. circa
princip. C. de fideicom. & tutor non dicitur poſ-
ſidere neque detinere. Bar.in l.j.§.j.col.iij.verſ.an
poſſum mihimet.ff.de acqui.poſſ. Non obſtaret hu
iuſmodi poſſeſsio matris tutricis, etiam ſi non tam
plenè per tot teſtes probaſſet ipſe Antoninus filius
de poſſeſsione ſua in eodem loco, cùm non ſint re-
pugnantia, vt tutor poſsideat repræſentādo pupil-
11 lum, & pupillus poſsideat nomine proprio : * cùm
etiam pupillus acquirat poſſeſsionē, etiam ſine tu-
tore, ſi ætatis eſt vt intellectum capiat.l.j.§. adipi-
ſcimur. ff.de acquiren.poſſeſ. Ex quibus omnibus
apparet de iuſtitia ipſius Antonini, & filiorum ſi
poteſt dici aliquid attentatū fuiſſe per ipſos ſtante
huiuſmodi poſſeſsione ſua non curando referre ea
ex quibus ſe defendere conatur pars aduerſa, quæ
quantum



quantum potuit repudiare tutelam ſemel ſibi da-
tam relinquitur religioni iudicis, quæ videtur de-
fendere ſe referendo ad examen factum in hac cau
ſa prius: cùm factum fuerit examen eo modo quòd
appellatio recepta eſt à iudice appellationis: & pro
pterea lis ſub iudice pendet, tanquam receptis te-
ſtibus ſine defenſione partis non citatæ, ad viden-
dum iuramenta teſtium, nec aliter ritè, nec curādo
referre quatenus defendit de facto ſunt in poſſeſ-
ſione ipſi filij: cùm ſecus eſt attentis probationibus
factis, & rationibus ſuprà ſcriptis. In cæteris ſup-
pleat religio Magnificorum dominorum S. Regij
conſilij, & ita iuris mihi eſſe videtur: ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Tutores poſſident nomine pupillorum quorum tutelam gerunt.*

2 *Tutela finita non poteſt vnus ex tutoribus rationem reddere, ſed inſimul omnes.*

3 *Prædium minoris vt nunquam alienetur, quid debet iudex inquirere.*

4 *Cauſæ cognitio ſi non interuenit in decreto iudicis in cauſa minoris non tenet decretum.*

5 *Bona minorum non poſſunt diſtrahi abſque decreto prætoris.*

6 *Bona minorum antequam diſtrahantur, debet iudex inquirere an aliunde pecunia haberi poſſit pupilli ad extenuandum æs alienum.ibid. Et etiam ſi ſint aliæ res ex quorum pretio ſatisfieri poteſt. Item ſi magis expediat obligare bona quàm vendere. Item ſi ſit res minoris pretij, illa diſtrahatur. ibidem. numero 7.*

8 *Iudex quid facere debet antequam immobilia pupilli diſtrahantur.ibid.num.9.*

10 *Decretum ſuper alienatione rei minoris ſeu pupilli de facto reuocatur, vbi iudex reperit ſe deceptum. numero 11. Quia eo caſu habetur pro non interpoſito.*

12 *Decretum iudicis interpoſitum imperitia iuris, vel facti ſucceſſor ipſius illud exequi non debet.*

13 *Cauſæ cognitio in decreto debet allegari, & probari, quia non præſumitur cum cauſæ cognitione niſi probetur.*

14 *Bona immobilia pupilli dum alienātur, requiritur tutoris authoritas, cauſæ cognitio, decretum iudicis, & quartum, ſcilicet ſubhaſtatio, ſicut de re eccleſiæ, aliàs non tenet. num. 15.*

16 *Bona pupilli ſeu minoris dum alienantur, debet peti interpoſitio decreti per tutorem, ſeu curatorem, nec valet ſi per procuratorem peteretur etiam ſpecialiter per tutorem conſtitutum ad id.*

## CONSILIVM CXXXVII.

REdemptoris gentium ſuffragio repeti-
to, amen. In cauſa eorundem Magni-
ficorum Antonini & Thomaſij maræ-
monte, de ciuitate Licij, cum Magni-
fica Maria quartaria eorum matre. Quia ex eiuſ-
dem matris depoſitione apparet, quòd Iardenum
de quo quæritur fuerit prædeceſſorum ipſius An-
tonini, & fratris, quibus ipſi ſucceſſerunt. Item &
quorum filiorum ipſa tutrix extiterit, & rationem
hucuſque non reddidit. Et his non obſtantibus aſ-
ſeratur fuiſſe interpoſitum decretum, & ſibi adiu-
dicatum Iardenum prædictum pro dote cenſetur,
& quo ad dominium, & quo ad poſſeſsionem eſſe
eorundem filiorum ſuorum tutricem ſe fuiſſe fa-
1 tetur. * Conſtat namque tutores poſsidere bona
nomine pupillorum quorum tutelam obtinent ſeu
adminiſtrant, vt probatur l.ſi vt proponis. C.de rei
vendic. coniuncta l. per procuratorem. & l.j.C.de
acquiren.poſſeſ.l.prima.C.per quas perſonas nob.
ius acquiri. & inſtitut.eod.titu. §. celſus. coniuncta
ibi gloſ.in verſic. acquiritur. dum excipit tutorem
& curatorem : nec diuertunt tutores dominia, &
poſſeſsiones pupillorum eorum libito voluntatis,
cùm bona ipſorum dentur tutoribus à magiſtrati-
bus, vt teneantur, & adminiſtrent non vt deper-
dant, & ſibi acquirant: vt patet in toto titulo de tu-
te.& tuto.&c.& in text. l.j. §.hæc quæ de ſeruis. ff.
de acquir.poſſeſ.coniuncta l. qui mihi. ff. de donat.
quo dato nec tutor poteſt per ſe ſibi ſatisfacere de
eo quod ſibi debetur per pupillos de bonis eorum
quæ ſeruando ſeruari poſſunt, etiam mater tutrix
pro dote ſua: prout inquit Bald in l.cùm ipſe. C. de
contrahen.empt.& in hoc caſu, maximè quia habe-
bat mater ipſa in contutricem dominam Sueuiam,
2 & * ideò nec tutela finita poteſt vnus ex tutoribus
rationes reddere, ſecundum Bald.in l.pen. col.vij.
verſicu.item pone aliud exemplum. C. de condict.
inſert. per rationem, quia adminiſtratio vnius ex
tutoribus intelligitur adminiſtratio alterius quò ad
periculum propter indiuiſam tutelam. l.ij.C.de di-
ui.tute.& nemo ferè eſt qui neſciat quod cum ma-
gna ſolennitate diſtrahuntur prædia minorum, &
maximè excutiuntur prius rationes, & multa re-
quiruntur : prout eſt peculiaris.in l. magis puto. §.
ne paſsim.ff.de reb.eo.dum dicit formaliter non in
tutoribus ſub obtentu æris alieni permitti debet.
venditio namque non eſſe viam eis diſtractionis
tributam, & ideò prætori arbitrium huius rei Se-
natus dedit, cuius officio in primis conuenit hoc
excutere: an aliunde pecuniam poſsit ad extenuan-
dum æs alienum expediri, & ſubduntur ibi etiam
in tex.multa verba circa ea quæ debet iudex inqui
3 rere *antequam diſtrahat prædium minoris: & con
cordat alius tex.in l.cùm hi.§.ſi prætor.ff.de tranſ-
actio. per quem text. ſi prætor cauſæ cognitionem
non adhibuerit, actus decreti eſt nullus : quia præ-
tori res quærēda commiſſa eſt non negligenda, nec
donanda : adeò quòd ſi de aliquibus inquiſiuerit
iudex obmiſsis aliquibus, non propterea ſubſiſtit
actus, ſecundum doct.ibi, vbi Bald.ſumendo illum
text.dixit, quòd decretum ſine cauſæ cognitione
interpoſitum eſt nullum, & totum videtur omiſ-
ſum, cùm aliquid de ſubſtantialibus omittitur : &
dicit ibi Bal. eſſe tex. not.& notando ipſe ibi, quòd
factum à iudice abſque cauſæ cognitione eſt ipſo
iure nullum, ex quo tex.eſt introductum quod di-
cunt aduocati quotidie, quòd factum à iudice ex
abrupto nihil valet. Et pariter vbi eſt de pluribus
inquirendum aliquo omiſſo, totum vitiatur, &
quòd argumentum à diuiſione non procedit, niſi

partibus ſufficienter enumeratis: & plus not. ibi,
4 quòd * vbi non eſt cognitum de cauſa, ibi permiſ-
ſio prætoris non tenet. allegat. l. meminerint. C. vn-
de vi. & l. fina. C. ſi per vim vel alio mod. & ibidem
Angel. dicit poſt Innocent. in capitul. dilecti. extrà
de deci. quòd in confirmatione actus qui fit per ſu-
periorem in præiudicium, maximè alterius, requi-
ritur cauſæ cognitio, per capit. nihil. eodem titu. de
elect. & l. magis puto. §. ne paſsim. vbi in terminis
quando diſtrahitur prædium minoris: vt dicit not.
Pau. de Caſt. in dicto §. ſi prætor. quòd ſtante ſtatu-
to vt mulier vel minor nõ poſſet ſe obligare abſque
5 iudicis authoritate: * nam eo caſu non ſufficeret vt
iudex authoritatem ſuam interponat, niſi cõtinea-
tur in inſtrumento quòd cauſæ cognitionem adhi-
buerit, & quòd reperierit contractum illum cede-
re in vtilitatem illius mulieris, ſeu minoris: quia
ſtatutum noluit committere iudici rem negligen-
dam, vel donandam, ſeu perquirendam: vt in hoc
tex. dicit ipſe not. & eſt in l. ob æs. C. de pręd. mino.
cum l. prima. eo. titul. & ferè per omnes leges ipſius
6 titu. maximè per dictam l. ob æs. * quòd prædia mi-
norum non poſſunt diſtrahi ſine decreto prætoris,
nec illud ſufficit ſi deſit cauſæ cognitio, cùm decre-
ta poſſent aliquando obtineri per importunitatem
& ambitionem. hinc Bal. in l. quæcunque. C. de bo-
nis quæ libe. columna ij. dixit, quòd ſi decreta ſunt
facta contra conſuetudinem vel ſtatutum, præſu-
muntur ambitioſa, & obreptitia. Et quòd decreta
perfunctoria, nec perluſoria pariter, nec rectè in-
terpoſita non tenent, vt ibi per ipſum. allegata l.
meminerint. C. vnde vi. & l. iuſtè. ff. de acquirenda
poſſeſsio. l. cùm hi. § ſi prætor. ff. de tranſa. l. magis
puto. §. ne paſsim. de reb. eor. & in hoc caſu ſi quis
percuntetur diligẽter decretum, proceſſum & acta
apparebunt fuiſſe promulgata per ordinarium iu-
dicem, videlicet per Capitaneum prædictæ ciuita-
tis in bonis dictorum pupillorum, & demum ad in-
ſtantiam prædictæ tutricis fuit ſimpliciter proceſ-
ſum ad executionem ſuper Iardeno de quo agitur
re immobili, & pretioſiori, cæteris omnibus bonis
eorundem pupillorum, nulla præcedente inquiſi-
tione, iuxta formam iuris in dicta l. magis puto. vbi
7 ſatis apertè cauetur, * quòd antequam prædiũ mi-
noris diſtrahatur, eſt per iudicem inquirendum, an
aliunde pecunia poſsit ad extenuandum æs alienum
haberi, ſi pupillus habeat in pecunia, vel in nomi-
nibus, vel in fructibus, vel in redituum ſpe atque
8 obuentionum. * Item ſi ſint aliæ res, ex quarũ pre-
tio ſatisfieri poſsit. Item ſi magis expediat pupillo
obligare bona, quàm vendere. Item ſi ſit res mino-
ris pretij, vt illa diſtrahatur ſi aliter de modis præ-
dictis, quàm per diſtractionem ſatisfieri non poſsit.
Et quòd iudex iubeat edi rationes, & propterea
quòd ſit perſona quæ ſe inſtruat de fortunis pupil-
li, cùm nec ſimpliciter credere debeat iudex tuto-
ribus, cum interdum ad eorum vtilitatem ſoleant
aſſerere prætori diſtractionẽ prædiorũ. Item quòd
requirat iudex conſanguineos pupilli, vel ipſis de-
ficientibus alios habentes notitiam, & eorum pu-
9 pillorum, * aut ſi non repeṙiuntur, vel inueniantur,
ſed ſuſpecti, iudex ipſe det aduocatum pupillis, qui
inſtruere poteſt pętoris religionem, & hæc omnia
quaſi ad literam habentur in prædict. §. ne paſsim.

Et cùm prætor antequam faciat diſtrahi prædium
minoris, iubet edi rationes, vt ſuprà in d. §. in hoc
caſu apparet ex ore prædictæ tutricis, & prætenſæ
creditricis ſe non crediſſe rationes, nec ſeruata
fuere, quæ ſuprà recenſita ſunt. & propterea decre
tum ipſum, tanquam obreptitium, & per importu-
nitatem obtentum fuit, & eſt nullum, & nullius
roboris aut momenti: vt dicit Bald. in prædicta l.
10 quæcunque. & dixit Ioannes Andræas, in capitulo
conſultationibus. extrà de officio delega. * quòd
decretum de facto reuocatur, ſi iudex reperit ſe de-
ceptum: ita Specu. in tit. de tut. §. generaliter. ver.
quid ſi pupillus. in terminis alienationis prædij mi-
noris concludat quòd decretum perperam inter-
poſitum pro non interpoſito haberi debet. per tex.
in l. iure noſtro. ff. de teſta. tut. vbi in actu illegitimo
etiam ſi præſes imperitia lapſus decretum interpo
ſuerit, ſucceſſor illud ſequi non debet. l. quamuis. ff.
de rebus eorum. vbi in legitimum factum tutoris
11 in alienatione * prædij minoris etiam cum decreto
iudicis ſucceſſor ipſius iudicis reformat, & ibi Bal.
no. ꝙ ſucceſſor corrigit errorem prędeceſſoris, per
d. l. iure noſtro. vnde conſueuerunt aduocati dice-
re quod decretum interpoſitũ per iudicẽ imperitia
iuris vel facti non debet ſequi illius ſucceſſor. ratio
12 ſubeſt, * quia decreta ſubreptitia non valẽt. ita Bar.
in l. Carbonianum. §. impub. ff. eod. tit. ad Carbo. &
dicunt doct. communiter, vt per Fed. in conſil. ſuo
13 cxxxvij. cum alio ſequen. * quod decretũ ſine cau-
ſæ cognitione interpoſitum, eſt ipſo iure nullum: vt
ſuprà plenè dictum eſt. & tenet etiam Paul. de Caſt.
in d. l. cùm hi. quòd cauſæ cognitio in decretis de-
bet allegari & probari, cùm non præſumetur inter-
poſitum cũ cauſæ cognitione, niſi probetur, & vo-
luit Bart in l. j. C. de prædi. curia. libr. x. vbi notauit
quòd cauſæ requiſitæ in ſimilibus decretis debent
ſolenniter probari, aliàs non tenet decretum, per l.
primam. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & ff. de fideic.
libe. l. cum. §. ſubuentum. & propterea tanquã nul-
la nullo tempore conualeſcunt, & ideo ſucceſſores
14 iudices non ſequuntur. * Nec eſt alienum à ſupra-
ſcriptis quod dicunt communiter docto. per l. fin.
C. ſi propter publicam penſit. & l. ob æs. & l. ſi qui-
dem. C. de prædi. minor. & l. cùm hi. §. ſi prætor. ff.
de tranſactio. quòd in venditione prædij pupillaris
tria requiruntur de forma contractus, videlicet tu-
torum authoritas, cauſæ examinatio, & decretum
iudicis, quòd ſi aliquod iſtorum defecerit non va-
15 let: & addunt docto. quartum, videlicet, * quòd fiat
ſubhaſtatio. l. & ſi ſine. ff. de minori. ſicut de re eccle
ſiaſtica. authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanc.
eccle. Inno. in c. dudum. extrà de reb. eccle. nõ alie-
nan. & facit l. j. C. de fide inſtrumentorum & iur. ha-
16 ſtæ ſiſca. * Et adeo requiritur ſolennitas in huiuſ-
modi decretis, quod de iure non poteſt peti inter-
poni decretum in alienatione rerum minoris per
procuratorem tutoris etiã ad hoc ſpecialiter con-
ſtitutum: vt eſt caſus ſingula. ſecundum gloſ. com-
muniter approbatam in l. minorum. C. de prædi.
minor. & voluit Ludouic. in ſingul. in verſic. procu-
rator. & in hoc caſu, ſi rectè acta inſpiciantur, fuit
proceſſum ad id quod proceſſum apparet ex pro-
ceſſu, licet inutiliter, & allegat per ſuperius allega-
ta, non ſolùm mediante procuratore prædictæ tu-
tricis



tricis prætẽſæ creditricis, imo abſque tutore cum
ipſa ſibi petere, & authorare non poterat: & in ſi-
mili apparet deciſum aliàs fuiſſe per ſacrum conſi
liũ: vt refert Afflic. in ſua deciſ. ccxlix. inci. fuit in
conſi. in quadam cauſa pupillorum diſcuſſum &c.
quæ ſunt neceſſaria, vt teneat alienatio rei ſtabilis
pupilli: vnde concludendum eſt, quòd remoto de-
creto ipſo tanquam nullo non poteſt prætendi per
ipſam tutricem prætenſam creditricem nomine
proprio poſsidere præcedente decreta ſibi tutela,
& alteri tutrici dominæ Sueuiæ, cùm prætores, &
magiſtratus non decernant tutelas, vt tutores no-
mine proprio non poſsideant, ſed nomine pupil-
lorum ad tuendum ipſos, & eorum bona cum pro-
pter ætatem ſe tueri nequeant; inſtitu. in prin. & ita
vt ſuprà concluſum eſt arbitror iuris eſſe ego
Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Domo alienata intelliguntur cætera alienata quæ ſunt de ſubſtantia domus.*
2 *Domus ſecundum dialecticos conſiſtit ex pluribus, videlicet, ſolo ſuperficie & tecto.*
3 *Verba prægnantia faciunt venire in alienatione, quæ aliàs non veniebant.*
4 *Conſtituens ſe precario nomine poſſidere venditor alicuius rei cenſetur ex illo precario tranſtuliſſe poſſeſſionem veram, & certam totius rei.*
5 *Poſſidens domum ſeu feudum præſumitur in ea eſſe poſſeſſione, vt totum poſſideret.*
6 *Poſſeſſionem domus apprehendens videtur apprehendiſſe poſſeſſionem omnium rerum in ea exiſtentium.*
7 *Emptor rei cui venditor conſtituit ſe precario nomine poſſidere, ratione precary præfertur alteri ſecundo loco recipienti alienationem.*

## CONSILIVM CXXXVIII.

Redemptoris gentium ſuffragio repe-
tito amen. Dum Barnabas de ligorio
Lauram eius filiam nuptui tradidiſ-
ſet Marchenſi curſictæ, eidémque in
dotem aſsignaſſet quandam domum
conſiſtentem in pluribus membris, & nacta corpo
rali poſſeſsione per eundem Marchẽſem poſt mul-
tos annos deceſsit ſuperſtite vxore prædicta cum
filiis ex eodem matrimonio, qui domum eãdem in
emphyteuſim conceſſerunt Pyrrho Antonio tora-
glies: verùm ante conceſsionem prædictam, aliam
domum contiguam domui prędictæ conceſſerant,
imo vendiderant cuidam Andreæ Fraiapan. & in
eadem venditione in ſpecie vendiderunt vnũ ho-
ſtracum exiſtens ſupra vnam cameram domus prę
dictæ in dotem datæ: cuius hoſtraci ſtatim prædi-
ctus Andræas poſſeſsionem cepit, & eandem con-
tinuando ſimiliter deceſsit relictis eius filiis, & hæ-
redibus in poſſeſsione prædicta, à quibus in præ-
ſentiarũ prædictus Pyrrhus Antonius prædictum
hoſtracum petit. Contingit ergo hæſitari, an com-
petat ius eidem Pyrrho Antonio petendi hoſtra-
cum prædictum. Et veritati ac breuitati inhærẽdo,
vt conſueui, dico tenendũ quòd ſic: nam prædicta

domus fuit data in dotem prædicto Marchenſi, ob
quod veniunt hoſtraca ac omnia cohærentia con-
iuncta, & affixa illi domui, & mẽbris illius domus.
l. ſi vendito. §. Firmius. & l. Iulianus. §. ſi. cũ l. ſeq. &
l. ſi creditor. §. ſi. l. fund. §. fundo. ff. de act. emp. quę
iura loquuntur in contractu emptionis, ſed eadem
1 ratione militabunt in contractu dotis: * alienata
enim domo omnia intelliguntur alienata quæ ſunt
de ſubſtantia domus, dicit gl. communiter appro-
bata in l. pen. ff. de verb. ſigni. ſed de ſubſtantia do-
mus intelliguntur hoſtraca, cùm tanquam ſuperfi-
cies domus ex qua, & ſolo domus cõficitur: ſecun-
dum legiſtas: vt l. eum qui ædes. ff. de vſuca. & l. ſo-
lum. ff. de rei vendi. ergo data domo in dotem cen-
2 ſetur datum dictum hoſtracum. * Dialectici tamen
dicunt ex tribus conſiſtere domum, videlicet, ex
ſolo, ſuperficie & tecto: vt dicit glo. in d. l. eum qui
ædes. & in d. l. ſolum. & maximè quia in tali datio-
ne in dotem fuit dictum, cum iuribus, & pertinen-
tiis ſuis: quæ verba ſunt prægnantia, & faciunt in
alienatione rei venire ea quæ aliàs non veniebant:
ſi dicta verba non eſſent expreſſa. c. cum ad ſedem.
& ibi gl. in ver. pertinentiis. extrà de reſtit. ſpol. Iaſ.
3 in l. iij. in fi. in prin. ff. de acquirẽ. poſſeſ. * quam do-
mum ſic, vt ſuprà in dotem datã dictus Barnabas,
conſtituit ſe precario nomine prædicti Marchen-
ſis poſsidere: vt in eodem inſtrumento dotali appa
4 ret propter * quòd in dictum Marchenſem cẽſetur
trãſlata poſſeſsio certa, & vera totius domus: Bar.
in l. ab emptione. in fi. ff. de pactis. Bart. in conſilio
Marinus de eugubio: Bar. in l. ſi is pro tẽpore. vlti.
q. de vſucap. per tex. in l. certe. §. j. ff. de preca. Bar.
in l. quòd meo. in fi. prin. per illũ tex. ff. de acquirẽ.
poſ. Bal. in c. item inueſtitura. de notis feud. & in l.
j. quãdo licet ab empti. diſce. & in l. vnica. §. ne au-
tem. C. de cadu. tol. Ang. de Are. in §. actionũ. inſti.
de actio. Ant. de But. in c. cũ veniſſent. de reſti. ſpo.
& iſta eſt communis opinio quam ſequuntur Bald.
Ange. Fulgo. & Mod. in d. l. ab emptione. ff. de pact.
& licet doct. in locis præallegatis loquãtur de con-
ſtituto, idem eſt in precario: & mouentur per text.
in l. certè. §. j. ff. de precar. qui loquitur in precario:
nec tantum ex prædicta conſtitutione precarij ap
paret in Marchenſem tranſlatam poſſeſsionem do
mus prædictæ, ſed etiã apparet ex depoſitionibus
teſtium productorum per prædictum Pyrrhũ An-
tonium ſuper quarto, & quinto articulo dictam
domum: vbi eſt camera prædicta ſuper qua eſt ho-
ſtracum prædictum fuiſſe in dotem datam prædi-
cto Marchenſi, & de ea cepiſſe corporalem poſſeſ-
ſionem: & diu ipſam poſſediſſe ante prætenſam ſe-
cundam alienationẽ factã per hæredes dicti quon-
dam Barnabæ de dicto hoſtraco. Nec obſtat quòd
prædicti teſtes deponunt de poſſeſsione domus, &
cameræ, & non de poſſeſsione hoſtraci: videlicet,
quòd viderunt Marchenſem poſſediſſe domum, &
5 cameram, & de hoſtraco nihil dicunt: * quia dico
quòd poſsidens præſumitur in ea eſſe poſſeſsione,
vt totum velit poſsidere, & conſequenter totum
poſsideat. l. ſi ex toto. in prin. & l. quod in rerum. §.
pen. ff. de leg. j. quæ iura ad hoc idem allegauit Iaſo.
in d. l. iij. ff. de acquir. poſſ. Præterea ex quo in dicto
quinto & ſexto articulo, vt dixi probatum fuit di-
ctum Marchenſem poſſediſſe dictum Marchenſem

domum poſtquam fuit ſibi conſignata in dotem neceſſario ſequitur quòd eiuſdẽ domus per prius apprehenderit poſſeſsionem, ſi apprehenderit, in dubio debemus intelligere apprehendiſſe totius per apprehenſionem domus dic. l. iij. in princip. & ibi not. doct. ff. de acquiren. poſſeſ. quod verum eſt nedum de partibus quæ erant domus tempore apprehenſionis, vt erat in iſto hoſtraco, ſed etiam de partibus quæ poſteà obuenerũt domui, vel fundo per alluuionem, vel ab alio modo, ita Bar. in tracta. tyberia. in verſi. acquiritur nobis circa primum, quia quod adiectum eſt, ſicut primum poſsidetur, quem ſequitur Bal. in rubr. ff. de rerum diuiſio. xij. colum. Iaſ. in dicta l. iij. iij. not. per tex. in l. ſi ego. §. quid tamen per alluuionẽ. ff. de publi. Accedat quòd voluit Bal. in l. de his. C. de fur. vbi dixit, quòd in dubio apprehendendo poſſeſsionem domus videor apprehendere poſſeſsionem omnium rerum in ea
6 exiſtentium, *quia qui poſsidet continens, videtur poſsidere omnia in eo contenta, per tex. in l. ſi ego. §. dotis. verſi. quid enim intereſt. ff. de iure dotiũm. cui vltimo obſtat. tex. in l. qui vniuerſas. in princip. ff. de acqui. poſ. vbi qui vniuerſas ędes poſsidet, nõ intelligitur ſingulas res poſsidere in ædibus exiſtẽtes, niſi reſpondeas ſecundum Ang. ibi, quòd non poſsidet ſingulariter, ſed bene in concreto. Ex quibus apparet tum ex iuris mniſterio, tum ex natura Marchenſem apprehendiſſe poſſeſsionem hoſtraci prædicti, poſtquam domus in qua dictum hoſtracũ permanet, fuit ſibi data in dotem modo ſic ſi quis alienat primò domum, & tradit poſſeſsionem, ſi ſecundò alienat eandem domum, ſecunda alienatio nulla eſt in præiudicium primi, qui primò rei alienatæ recepit, & habuit poſſeſsionem, dato quòd ſecũdo etiam ſit tradita poſſeſsio. l. quoties. C. de rei vendi. & ibi gl. & doct. ergo dictus Pyrrhus Antonius ſucceſſor dicti Marchenſis in dicto hoſtraco per mediam perſonam hæredum, & bonorum poſſeſſorem dicti Marchenſis debet præferri dicto Andreæ freapane, & eius hæres in dicto hoſtraco, & debet poſſe ab eis, & ab eo petere dictum hoſtracũ: & quòd dicta l. quoties. vẽdicet ſibi locum nedum in vera traditione poſſeſsionis facta primò recipiẽti alienationem, ſed etiam in ficta, hoc eſt, quando primò alienãs pro primo recipienti alienationem conſtituit ſe precario nomine poſsidere, videlicet,
7 * quòd debet præferri ſecundo recipienti alienationẽ, tenuit originaliter Guid. de ſuza. in d. l. quoties & in l. fi. C. de ſacroſanct. eccle. Ioan. and. in addi. Specu. in titu. de emp. & vendit. §. ſciendum. verſic. & not. quòd ſi aliquis. Anto. de but. in c. cùm veniſſent. iij. colum. de reſtit. ſpol. Panor. in c. ij. vlti. col. de conſue. & in conſil. xix. incip. quò ad primũ dubium. Bal. in rubr. C. de contrahen. empt. xvj. q. Alexander in conſil. xiiij. circa primum dubium. & conſil. cccxc. viſo themate. Iaſo. in l. quoties. v. limitat. referendo quotas ſuprà relatas, & tum maximè prima alienatio cum conſtitutione precarij facta dicto Marchenſi præferenda eſt ſecũdæ factæ prædicto Andreæ, quia in dicta prima alienatione concurrunt requiſita, de quibus per Bald. in dict. rubric. in dict. xvj. quæſt. videlicet, quia Barnabas qui primò alienauit Marchenſi, tunc temporis poſsidebat dictum hoſtracum, vt in proceſſu in iij. & iiij. articul. & depoſitionibus teſtium ſuper eis apparet, nec obſtat quòd d. l. quoties. loquatur in alienatione prima facta in venditione, quia idem eſt in alia qualibet alienatione, vt per doct. in diſcurſu in dict. l. quoties. & maximè per Iaſ. in v. limi. & in xv. & ita iuris eſſe cenſeo, & opinor ego.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Caſus vbi non præceſſit dolo vel culpa alicuius, de eo quis non tenetur.*
2 *Puer ſi offendit aliquem, & fuit in dolo præſumpto, aut in culpa, reſtituitur in integrum.*
3 *Animal an & quando debeatur pro noxa.*

## CONSILIVM CXXXIX.

IN Chriſti nomine, amen. Quòd hic Franciſcus puer non teneatur aliqua pœna etiam per iudicem mitiganda, colligitur ex facti narratione. Quod ſi apertè conſiderabitur, apparebit
1 fuiſſe caſum fortuitum, & non * proceſsiſſe dolo vel culpa aliqua præcedente ipſius pueri, quo caſu etiam maiores non tenentur, vt in c. dilectus. & in c. ſignificaſti. de homi. & ibi doct. ſed dato abſque veri præiudicio, quòd non fuiſſet caſus fortuitus, dico quòd iſte puer aut fuit in dolo vero, aut in
2 dolo præſumpto, aut in culpa. *De dolo vero nihil apparet, imò per aſſertionem partis aduerſæ, patet contrarium. Si fuit in dolo præſumpto, aut in culpa, & tunc in vtroque caſu datur reſtitutio in integrum, vt per Bartol. in l. minor. etiam. ff. de minoribus. in ſolutione primæ oppoſitionis, & in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. eod. titul. verſicu. vltimò gloſ. tua, & per Bald. in l. prima. C. ſi aduerſus delict. hæc circa puerum, quòd non tenetur aliqua pœna, cùm per remedium reſtitutionis in integrum ei ſubueniatur, quando aliquo modo eſſet in culpa, per iura ſuperius allegata. Circa ſecundum dubium an debeatur animal pro noxa damnum paſſo, dico quòd non, nam eſt conſiderandũ quòd tunc datur actio ex edicto, ſi quadrupes pauper.
3 fec. dica. * quando animal commota feritate damnum intulerit, & contra ſui naturam, ac etiam quãdo abſque culpa alicuius id acciderit, vt eſt text. in l. j. in principio. ff. eodem titulo. & in §. quòd ſi propter loci. vbi eſt caſus ad literam, quòd ſi pręcedente culpa alicuius damnum per animal fuit illatum, tunc ceſſat illa actio de pauperie, & datur actio in factum, vel vtilis aquilia contra eum cuius culpa, vel occaſione damnum illatum fuit, tunc ſic, aut dicitur illũ equum cucurriſſe commotum ex facto illius ſecuri ligna incidentis, & ſic quò ad ipſum puerum fuit caſus fortuitus, quia non culpa ſui id proceſsit, ſed culpa illius ligna incidentis, & tunc aduerſus illum datur actio legis aquiliæ, vt dixi, per textum in d. §. quòd ſi propter loci. iuncta gloſ. aut dicitur illum equum cucurriſſe ex culpa pueri equitantis, & tunc datur reſtitutio in integrum aduerſus actionem legis aquiliæ, qua ille puer teneretur propter ſui culpam, præcedente igitur



igitur culpa vel pueri equitantis, vel alterius ligna incidentis, ceſſat actio ex edicto, ſi quadrupes pauperiem feciſſ. dic. & per cõſequens non datur animal pro noxa: vt per docto. in d. l. j. remanet igitur actio legis aquiliæ contra illum qui ligna incidebat, ex cuius facto equus cucurrit, & damnum intulit. Et ſi diceretur patrem pueri teneri ex eo, quia miſit puerum ad aquandum equum, imò duos equos, non curo: quia in hoc petiit ordinariè audiri circa ſuas defenſiones. In cæteris ſuppleat religio magnæ Curiæ Vicariæ.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus quando competit alicui ſupra rem alienam non poteſt ille excedere terminos ſeruitutis.*
2 *Dominium quando non deducitur principaliter, ſed incidenter, ſicut in rei vendicatione, & contigit in aliqua cauſa dubitari quis eſt dominus, ex poſſeſſione præſumitur dominium.*
3 *Aedificatum ab alio ſuper re mea per me poſſeſſa poſſum propria authoritate demoliri, niſi ſit communis. ibid. nu. 4.*
5 *Probatio in ſpecie præualet probationi in genere.*
6 *De poſſeſſione ſi contenditur inter duos, & vterque ipſam probat, debet præferri probans per maiorem numerum teſtium.*
7 *Aedificatum in re mea ab alio poſſeſſa non licebit mihi propria authoritate dirimere. ibid.*

## CONSILIVM CXL.

REdemptoris gẽtium pręſidio repetito, amen. In cauſa honorabilis Ioannelli de ſeculo cum Nicolao fideli, præſuppoſito veridico themate reſultat nõ licuiſſe eidem Nicolao manu armata ſua propria auctoritate parietem ipſum demoliri: ſiue præſupponamus dominiũ dicti hoſtraci vna cum poſſeſsione ad eundem pertinere Ioannellum, qui parietem prædictum ædificauit ſuper eo: vt videtur ex infrà dicendis apparere. Et in primis ex quo ſolũ ſupra quòd ædificatum fuit, eſt ipſius Ioannelli: vt vltra proceſſum ex oculari inſpectione perpenditur, ob quod ædificium deſuper poſitum cedit ſolo. l. adeo. §. fi. ff. de acqui. rer. dom. l. ſi inferiorem. C. de rei vẽdica. & §. ex diuerſo. inſtitu. de rer. diuiſi. Item ſolũ eſt eiuſmodi, quòd cuius eſt ſolũ, eius debet eſſe aer ſuperior vſque ad cælum. tex. eſt iuncta glo. in ver. quia cælum. in l. fi. in prin. ff. de ſerui. Et licet Nicolaus ſupra ſolũ prædicti Ioannelli habeat certã ſeruitutẽ retinẽdi cameram, tamen eatenus quatenus extẽditur altitudo cameræ poteſt dicta ſeruitute vti: & ſic vſque ad hoſtracũ: quia non inuenitur impoſita ſeruitus, ille aer vſque ad cęlũ eſt ipſius Ioannelli, cuius eſt ſolũ vſque ad cælum. d. gl. Nec poſſet ergo prædictus Nicolaus ſe vltra extendere: quia
1 quãdo ſeruitus * cõpetit alicui ſuper re aliena, non poteſt quis excedere terminos ſeruitutis. l. ſeruitutes. §. ſtillicidiũ: & ſeq. ff. de ſer. cũ ſimi. nã pręiudicaretur Ioannello circa duo. Primo, quia imponeretur maius onus, & pondus parietibus domus inferioris ipſius Ioannelli: tum etiã quia eſſet extẽdere manus ad illũ aerẽ ſuperiorẽ, qui pertinet ad ipſum Ioannellũ tanquã dominũ ſoli: vt ſuprà. Præterea dominiũ dicti hoſtraci à parte ſuperiori probatur ex titulo emptionis ipſius Ioannelli qui expreſſe emit dictũ hoſtracũ, necnon ex poſſeſsione, attento quòd per teſtes maiores numero teſtibus partis aduerſæ apparet ꝙ per annos ſeptẽ poſſedit dictũ
2 hoſtracũ: *& ſic ex hac poſſeſsione cum iuſto titulo cauſatur præſumptio dominij: quia quãdo nõ deducitur dominiũ principaliter, ſicut in rei vẽdicatione, ſed incidenter, contigit in aliqua cauſa dubitari quis eſt dominus, ex poſſeſsione præſumitur dominiũ: Bar. in l. minus inſtructus. C. de acqui. poſ. & in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti. & in l. ſi alienã. ff. ſol. ma. & in l. ſicut §. ſi quæratur. ff. ſi ſer. vend. glo. in l. j. C. de re permu. & ſecundũ hoc eſſemus in caſu indubitabili, quòd ſtãte nedum poſſeſsione, ſed etiam dominio prædicti Ioãnelli, nullatenus licuerit eidẽ Nicolao armato vim inferre, & parietem dirimere iam per multos annos ædificatũ per eundem Ioannellũ: ob quod clarũ eſt incidiſſ. in pœnã legis iuliæ de vi pub. dum intulit violentiam in corpus inanimatũ, vt magiſtraliter tenet Andr. de Iſern. in conſtitutio. Regni intentionẽ &c. Et quatenus ex aduerſo diceretur hoſtracum nõ eſſe proprium Ioannelli: negari non poſsit ſaltem dominium eſſe commune inter ambos: & ſtante maiori numero teſtium deponentium de poſſeſsione prædicti Ioannelli, quin ſaltem communiter poſſederunt, de dominio minimè iuſtificari poſſe, quòd etiam ſi Ioannellus non emiſſet in ſpecie dictum hoſtracum, & illud poſſediſſet: ſed tantum haberet ſolum cum domo infima, ſtante quòd alia domus ſuperior ſit Nicolai, hoſtracũ ſuperius de quo lis vertitur, ſupra quod non eſt aliud niſi aer, eſſet ſaltem cõmune. Nam ſecundũ cõſuetudinẽ Neap. incip. ſi domũ habet. ſub rubrica, de colla. expen. in domo cõmuni &c. quando ſunt plura ſolaria, ſupra vnũ ſolum, & ſunt diuerſarũ perſonarum, vltimum tectum, ſeu hoſtracũ verſus cælũ cenſetur, & debet communib. expen. ædificari, ac refici: & ratio eſt, quia cùm domus conſiſtat ex parietibus & tecto. l. eum qui ædes. & ibi gl. in ver. conſtent. ff. de vſuca. quòd tectum ſit, vt defendat à pluuia & vento, ſolum vltimum tectum eſt illud quod pluuiæ reſiſtit, & vento, & deſeruit omnibus domibus inferioribus: & ideo omnibus eſt commune, & communiter debet refici. Alia verò ſolaria media ſunt: & cẽſentur eſſe propria eorum qui ea ſuppeditant, ac pedibus calcant, & ideo ſolarium medium ab illo ſolùm qui illud calcat, debet refici, & non ab inferiori: vt in dicta conſuetudine habetur, & ideo rubrica dictæ conſuetudinis dicebat, de collatione expenſarum in domo communi facienda, & tamen in nigro non loquitur de alia communione, niſi hoſtraci ſupremi, & licitum eſt arguere à rubrica. plenè Alexand. in rubrica. ff. ſi certum pet. & Iaſ. in rubrica de actione inſtitutio. ſi ergo diceretur, quòd dictum hoſtracum in communi & communiter poſſeſſum, licet in rei veritate ſit ſolius Ioannelli, adhuc non potuiſſet ex aduerſo demoliri dictus paries ædificatus per Ioã-
3 nellum, ex quo quamuis ædificatum ab * alio ſuper re mea à me poſſeſſa, poſsim propria auctoritate

ritate demoliri.l.quemadmodum.§.j.ff. ad legem
aquil.l.fi.§ ſi ad ianuam.ff.quod vi aut clam.& l.j.
4 C.vt ne mi.lic. * Si quid tamen in re communiter
poſſeſſa ſit ab altero ædificatum : non poteſt alter
demoliri propria authoritate:ita Bart.in l.j.§. nun
ciatio.j.colum.verſ.ſed quæro.ff.de no.oper.nunc.
Et licet aliter videatur dicere Bart.in l.ſed ſi inter.
ff.de ſer.vrba.prædio.tamen illud quod dixit in d.
§.nunciatio.communiter approbatur. & ibi ſequi
tur Paul.de Caſtr. ſubdens ſe ita conſuluiſſe : & ibi
etiam Alex.in ij.col.verſi.item tene menti.& Iaſon
ibidem:& ſequitur Ang.in ſuo couſil.j.ij.colum. Et
quando præmiſſa inficiarentur, ſaltem negari mi-
nimè poteſt quin Ioannellus ſatis meliùs, & pin-
guiùs probauerit de ſua poſſeſsione dicti hoſtraci:
& in ſpecie vltra teſtes de titulo per inſtrumẽtum,
in quo nominatim venditur hoſtracũ prædictum,
quod non eſt in inſtrumento partis aduerſæ in quo
in genere ſit ſibi venditio, non aliter expreſſo ho-
5 ſtraco prædicto:* & ſic reſultat ꝙ probatio in ſpe-
cie præualet probationi in genere: vt plenè Alexã.
in l.ob carmen.in apoſtil.ff.de teſti.& in c. auditis.
iij.col.extrà de præſcrip.verſi.ex prædictis poſt.&
ideo dum duo contendunt de poſſeſsione, & vter-
6 que hinc inde ipſam probat, debet præferri is*qui
probat per maiorem numerum teſtium: ſecundum
Bar.in l.ſi duo.ff.vti poſsi. Bar.in l.ordinarij.penu.
col.verſic.ſed iuxta prædicta.C.de rei vendi.alleg.
tex.in l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſtib.Ange.de
Aret.in §.quadrupli.pen.col.inſti.de act.& eſt tex.
& ibi Abb.in c.licet tamen.de probat.& hanc poſ-
ſeſsionem coadiuuat, & adminiculatur veriſimili-
tudo rei : cùm diu per quamplures annos habuerit
Ioãnellus ipſe ianuam, cum cantonibus, per quam
ingreditur, & regreditur ad prædictum hoſtracum
quòd nõ eſt ex aduerſo: cùm nulla appareat facul-
tas in eo eſſe vti fruendi hoſtraco prædicto : cùm
ab antiquo fuerit paries intermedius, ne ex domo
Nicolai fidelis iretur ad dictum hoſtracum. Item
commoditas integræ aquæ è cælo fluentis ſupradi
ctum hoſtracum ſemper deſeruiuit, & deſeruit ei-
dem Ioannello deſluẽdo in eius piſcinã, ſeu ciſter-
nam. Item ex depoſitione teſtiũmet eiuſdẽ Nicolai
liquet Nicolaũ ipſum minimè fuiſſe vſum hoſtra-
co prædicto à tempore quo Ioannellus ædificauit
parietem: ſi ergo Ioannellus ſatis melius probauit
de ſua poſſeſsione, ſequitur etiã quòd ſi dominium
eiuſdem hoſtraci in totum pertineret ad d. Nico-
laum, prout re vera non pertinet, quoniam dictus
Ioannellus poſsidebat, non licuit prædicto Nico-
lao demoliri authoritate ꝓpria parietẽ per ipſum
7 Ioannellum ædificatum : * cùm minimè liceat mi-
hi propria authoritate dirimere id quod ædifica-
tum eſt in re mea ab alio poſſeſſa: vt dixit Barto.in
l.j.§.nunciatio.ff.de ope.no.nun.Bal.in l.ſi in area.
ff.de condi.indeb.glo.in d.l.de pupillo.§.meminiſ
ſe.in verſi.vti poſsidetis.ff.de oper.no.nun.Bald.in
l.quemadmodum.§.ſi per tectum. ff. ad legẽ aquil.
& Alexan.in d.§.nunciatio.Nec poſſet ex aduerſo
iuſtificari modo aliquo licuiſſe ex interuallo, ne-
dum mẽſium, ſed etiam plurium annorum deſtrue-
re murum ex tũc ædificatum per prædictum Ioan-
8 nellum: * cùm lex permittens authoritate propria
recuperare id quod vi aut clam de facto fuit ab ali
quo innouatum, & præiudicium poſsidentis re-
quiritur, vt fiat incontinenti.l. iij. §. cùm igitur.ff.
de vi & vi arma.gloſ.in l.j.C.vnde vi.& ibi doct.in
l.vt vim.de iuſti.& iur.& in l.clam poſsidere.§.qui
ad nundinas.ff.de acqui.poſ.vnde cùm paries præ-
dictus ædificatus per Ioannellum ſunt iam ſex an-
ni elapſi, in præſentiarum fuerit armata manu di-
ruptus per Nicolaum, licet prætendat ſe tempore
ædificij fuiſſe abſentem, attamen reuerſus vidit,
& notitiam habuit dicti parietis: vt liquet ex pro-
ceſſu: & vſque nunc per tot annos tacuit, non vi-
deo cauſam excuſationis ipſius quin inciderit in l.
extat.ff.quod metus cauſa.& in l.ſi quis in tantum.
C.vnde vi.& in l.nullus. C. de iudæ. & ante omnia
tenetur in priſtinum parietem ipſum reſtituere.l.
ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem iuliam de vi pu-
blica.cum ſimilibus.Præterea promiſsio quam ar-
ticulat aduerſarius: & conatur probare per teſtes,
non erat quòd ipſe Nicolaus poſſet deſtrnere, ſed
quòd Ioannellus deberet deſtruere: vnde quo iure
Nicolaus authoritate propria deſtruxit, debuerat
agere vt Ioannellus deſtrueret virtute promiſsio-
nis, ſed Nicolaus voluit ſibi in ſua cauſa ius dice-
re, immemor text.l.vnicæ. C. ne quis in ſua cauſa.
imò prorupit in faciendo id quod iudex minimè
feciſſet : nam ſi fuiſſet aditus iudex per prædictum
Nicolaum virtute promiſsionis prædictæ, non po-
tuiſſet iudex pronunciare, niſi iuxta formam pro-
miſsionis, quãdo ex ea agi potuiſſet: videlicet quòd
Ioannellus demoliretur, non autem vt Nicolaus:
nam non erat taliter promiſſum: & tamẽ Nicolaus
ipſe demolitus eſt: ex quibus omnibus apparet prę
dictum Nicolaum teneri pœna legis iuliæ, de vi
public. & incidenter ad reſtituendum dictum mu-
rum in priſtinum, prout erat, iuxta ea quæ haben-
tur in l.interdum.§.qui furem.ff.de furt.per Barto.
in l.prętor.§.hoc edicto.in ſecũda oppo.ff.vi bon.
rapto.& in l.prima.C.quando ciui.acti. crim. præ-
iud.& ita iuris eſſe cenſeo ego

Thomas Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Agens vt filia ſeu filius, debet ante omnia probare ſe talem qualem dicit.num.2.Et idem erit tam ſi agat, quam ſi conueniatur, & ſi probaretur per confeſſionem patris dicentem illum eſſe filium, non ſufficeret.*
3 *Mulier ex qua filius concipitur, niſi probetur contraxiſſe matrimonium, præſumitur concubina.*
4 *Confeſſio vtriuſque, videlicet hominis & mulieris, aſſerentium matrimonium contraxiſſe, non probat matrimonium fuiſſe contractum.*
5 *Matrimonij probatio multa requirit, multis modis probari poteſt.ibid.*
6 *Filiatio quomodo probetur.*
7 *Pluralitas præſumitur in nomine proprio.*
8 *Confeſſio patris in qua aſſerit aliquem eſſe filium, ſuum, non probat filiationem, tràsfert tamen onus probandi contrarium in aduerſarium, & conſtituit filium in quaſi poſſeſſione filiationis.*

Hypothe



9 *Hypothecaria non competit aſſerenti ſe dominum, cùm res ſua nemini poteſt eſſe pignorata.*
10 *Contenta in articulis, videtur & intelligitur quis fateri.*
11 *Iuuare quis ſe non poteſt ex poſitione negata.*
*Probans vnum, ſi aliud deduxit, non poteſt obtinere, niſi ſit in deducto clauſula illa, ius & iuſtitiam miniſtrari, vel omni meliori modo, &c.ibid.*
12 *Tutrix non poteſt eſſe mulier, niſi ſit mater, vel auia, ſi tamen ipſæ voluerint, cùm virile ſit officium.*
13 *Teſtis in vno falſus ſi apparet, in cæteris omnibus depoſitis per ipſum falſarius præſumetur, adeò vt in nihilum ſibi credendum ſit.*

## CONSILIVM CXLI.

REdemptoris gentium præſidio repeti-
to, amen. In cauſa honeſtæ mulieris
Lauræ Calabræ filiæ & hæredis quon-
dam Adriani, cum Federico Balneo,
ſuper bonis in petitione contentis, quæ poſsiden-
tur per honorabilem Federicum Ageſillaum: con-
ſiderato themate & atteſtationibus mihi tranſmiſ-
ſis, videtur prima conſideratione dicendum Lau-
ram prædictam ſuam intẽtionem fundaſſe: & quòd
tanquam filia & hæres prædicti Adriani debeat ob-
tinere in hypothecaria intentata : licet non proba-
uerit de contractu & ſubſtantia matrimonij inter
eius patrem prædictum, & honeſtam Gloriam eius
matrem, per id quod in terminis dixit Baldus in l.
non nudis. C.de probationib. in fi. q. dum inquit,
quòd ſi non ſit probatum de ſubſtantia filiationis,
ſed tantum de quodam accidenti, vt de fama, &
quòd parentes ſic in filium talem vocabant, & tra-
ctabant, quòd talis probatio ſit ſufficiens. pro quo
accedit bonum conſilium Alexand.lj. viſo & diſcuſ
ſo proceſſu. in primo volu.ij. colum. ibi : non obſt.
id quod not. Bartol.in l.filium quem diffinimus. &
idem Alexand.in l.j.§.j.ff.de quæſtio.dicens, quòd
doctri. Bart.in d.l.filium.fuit ad cautelam, non au-
tem ad neceſsitatem. Attamen præmiſsis non ob-
ſtantibus, contrariam ſententiam arbitror de iure
veriorem, & Lauram prædictam minimè tanquam
filiam & hæredem Adriani ex infrà dicendis obti-
nere poſſe in hypothecaria intentata. Et in primis
præſuppono quòd Laura ipſa agit tanquam filia na
turalis & legitima prædicti quondam Adriani eius
1 patris, * vt prætendit : ſicque ante omnia debet ſe
talem probare qualem dicit: per tex.in l.non igno-
rat.C.qui accuſa. non poſſ.& ideo dicit Angel. in l.
liberorum.in princi.ff.de his qui not. infam. quòd
tam in agendo quàm in conueniendo quis aſſerat
ſe filium, ſeu in excipiendo, ſemper tenetur docere
ſe filium: prout etiam refert & ſequitur Iaſ. de May.
in l.neque profeſsio.C.de teſti. & bene facit in ra-
tione ſui d.l.non ignorat. ſed non apparet proba-
tum prædictum Adrianum patrem vnquam duxiſſe
vxorem aliquam, & ſic matrimonium aliquod con-
traxiſſe, niſi per confeſsionem ipſiuſmet Adriani: di
co quòd nedum ex confeſsione prædicta non indu
citur aliqua probatio, verùm nec conſtituit ipſam
2 actricem in quaſi poſſeſsione filiationis, * vt pro ea
faceret præſumptionem matrimonij, & in aduerſa-
rium transferret onus probandi cõtrarium : prout
pulchrè tenet Bal.in l.non epiſtolis.col.fin. in pen.
3 quæſtio. C.de probat. * & niſi probetur matrimo-
nium contractum per verba de præſenti, præſume-
tur concubina, vt ibi per eum: & idem videtur con-
ſentire, licet non ita clarè in l.ij. col.xij.ver. nũc de
quinto. C.de ſer.& aqua. & in omnibus iſtis locis
alleg. Inn.ita tenere in c.ex parte.de reſtit.ſpol. ibi
etiã videtur firmare hoc Abb.vbi plus dicit, quòd
cõfeſsio vtriuſque tam viri quàm mulieris aſſeren-
4 tium adinuicem maritum* & vxorem, non probat,
nec ſufficientem præſumptionem facit : quia cùm
multoties adamatores ita ad inuicem ſe appellent.
Non obſtat tex.in c.illud.extrà de præſumpt. quia
ibi non ſolùm concurrebat confeſsio, ſed multa
alia : & præſertim confeſsio reciproca ad inuicem
facta. Itẽ tractatus adinuicem tanquam vir & vxor:
quæ hîc deficiunt. Itẽ cohabitatio per decennium
& vltra. Item inſtrumenta dotalia. & ita reſpondit
Innocen.in dicto capi.ex parte.& ibi Abb. & idem
5 Abb.in dicto capitu.illud. vbi plus ſubdit, * quòd
etiam inſtrumentum dotale non probat : & videtur
bene probare ille tex.cùm vltra inſtrumenta dota-
lia concurrant aliæ præſumptiones: ergo ſolum in-
ſtrumentum dotale videtur ſufficiens : nec de ma-
trimonio prædicto apparet probatum per famam,
quæ etiam concurrebat in d. c.illud. & ſic cùm non
appareat de matrimonio contracto, non poteſt
concludi actricem fuiſſe legitimam, cùm nõ poteſt
eſſe abſque matrimonio. inſtit.de nupt. in princip.
& de pat.poteſt.in princ.vbi filij legitimi & natura-
les qui ſunt in poteſtate patris, ſunt illi qui ex iuſtis
nuptiis procreantur: nati ergo abſque legitimis nu-
ptiis, ex concubina, ſunt naturales tantùm : vt in §.
aliquando.in verſi.naturalis.inſtitut.de nupt. & ibi
gloſ.in verſic.conſtit. vbi declarat in qua portiun-
cula poſſunt ſuccedere tam ex teſtamẽto quàm ab
inteſtato: vt habetur in l.nuper. & in toto tit. C. de
natu.lib.& in auth.quib.mod.nat.effi.ſui.& eſt bo-
na gloſ.inſtit.de adopt.in prin.in ver.naturales.vbi
enumerat ſpecies filiorum, quòd aliqui ſunt legiti-
mi & naturales, aliqui legitimi tantum, aliqui na-
turales tantùm: & ſunt illi qui ex concubina: aliqui
nec naturales nec legitimi, vt ibi eſt videre : vnde
poſito & non conceſſo, quòd ex confeſsione patris
dicẽtis dictam actricẽ eſſe ſuam filiam, probaretur
filiatio, prout nõ eſt: dico quòd ex quo non proba-
tur de matrimonio, diceretur naturalis tantum ex
cõcubina nata, & non aliter. Item dato abſque veri
præiudicio quòd fuiſſet probatũ matrimoniũ fuiſ-
ſe contractum inter prætenſum patrem actricis
prædictæ & Gloriam eius matrem : dico quòd ad-
huc minimè probatum apparet ꝙ prædicta actrix
fuerit eorum filia : cùm ad probãdum filiationem
requirantur ea de quibus per Bart.in dicta l. filium
quem diffinimus. & ibi docto. ff.de his qui ſunt ſui
vel alien. iur.cum concor.alleg.ibi per Alexand.in
6 apoſt. *Et primò quòd probetur matrimoniũ con-
tractum, ex quo quis dicat ſe natum. Item quòd illi
contrahentes matrimonium fuerint habiles ad ma-
trimonium cõtrahendum. Item quòd in conſtantia
dicti matrimonij natus fuerit in domo ſcientibus
vicinis. Item quòd à prædictis parentibus nomi-
nabatur, tractabatur, & reputabatur vt filius : &
pariter ab aliis ipſum cognoſcentibus reputabatur.

Nec

Nec obſtat quod ſuprà dictum fuit de confeſsione
Adriani prædicti patris aſſerentis ſuſcepiſſe ean-
dem Lauram ex matrimonio contracto per ipſum:
nam non ex hoc probatur matrimonium contra-
xiſſe, & ſic videtur probari quòd ſit filia naturalis
& non legitima: nam de matrimonio ei nō eſt cre-
dendum in præiudicium alterius. Item licet aſſe-
ruerit ex matrimonio ſuſcepiſſe filiā nomine Lau-
ram, non tamen probatur quòd ſit iſta actrix: & ſic
7 potuit eſſe alia: * ſic dubia probatio non releuat
probātem. c. in præſentia. extrà de probat. doct. in
l. inter ſtipulantem. §. Stichum. de verb. oblig. vnde
debuit probare ſe eſſe illam Lauram de qua memi-
nit prædictus eius pater eſſe ſuam filiā. Nam poſſet
eſſe alia mulier quæ pariter & Laura vocaretur.
8 Item & plus huiuſmodi * confeſsio patris aſſeren-
tis aliquam eſſe eius filiam, nō probat filiationem:
transfert tamen onus probandi cōtrarium in ad-
uerſarium, & conſtituit filium in quaſi poſſeſsione
filiationis. Item eleganter Bart. in l. j. §. per contra-
rium. ff. de liber. agno. & videtur etiam id ſentire in
l. non nudis. & in l. non epiſtolis. C. de probat. & ad
hoc reſpondet do. Abb. in c. per tuas. extrà de pro-
bat. quod illud dictum Bart. non eſt verum, & eum
per multas rationes repræhendit, niſi quando iſta
eſſent facta in iudicio, vel extra iudicium parte ta-
men præſente per ea quæ habentur in l. certum. §. ſi
quis abſenti. ff. de confeſ. ſed ſic eſt quòd non pro-
batur patrem eſſe hoc cōfeſſum in iudicio, nec ex-
tra præſente dicta eius filia: ergo dicta cōfeſsio non
probat pro iſta filia, nec plenè, nec ipſam cōſtituit
in quaſi poſſeſsione filiationis, vt in aduerſarium
transferat onus probādi contrarium. Reſtat ergo
qualiter nō probauit ſe filiam, ergo debet ſuccum-
bere. Nec obſtat ſi adducerentur depoſitiones te-
ſtium factæ ſuper vij. articulo ipſius actricis: quæ
probant ipſam eſſe filiam prædicti Adriani, nullam
aſsignādo rationem eorum dictis, niſi quòd id au-
diuerant à prædicto Adriano patre. quod dictum
cùm habeat in ſe cauſam ſcientiæ eſt magis atten-
dendum, per ea quæ not. per gl. & doct. in l. ſolam.
C. de teſtib. Præterea in præſenti iudicio minimè
poteſt obtinere ex alio, cùm agat hypothecaria ad
bona quæ aſſeruit poſsideri per conuentum, nam
vigore inſtrumenti dotis datæ auo paterno ipſius
Adriani. ſeu vt rectius loquar, patri ipſius Adriani,
agit ad reſtitutionē dotis prædictæ obligata bona
ipſa matri ipſius Adriani, & ſic cùm Adrianus ipſe
ſucceſſerit in bonis matris ſuæ, ſuccedit in dicta
hypotheca & obligatione, cū deceſſerit prædictus
Adrianus, & hæc Actrix aſſerat ſe filiam & hæredē
prædicti eius patris, ſuccedit quòd hypothecaria
ſibi minimè competat, cùm non competat ei qui
aſſerit ſe dominum, cùm res ſua nemini poteſt eſſe
pignorata. l. neque pignus. ff. de regu. iur. intantum
quòd ſi res aliena fuit mihi pignorata, ſtatim quòd
ad me peruenit, & ſum factus dominus, eſt ſubla-
9 tum pignus, & dato, * quòd poſtea cadam à poſſeſ-
ſione, nō competit amplius mihi hypothecaria pro
illius rei recuperatione. l. eleganter, in princi. cum
ibi not. per doct. ff. de pignor. actio, vnde cùm ſatis
in articulis dicatur, quòd terra prædicta fuit data
eius patri in ſolutum pro cauſa dotis, vt in quinta
ſua poſitione, ergo non poteſt amplius dici obla-
ta, cùm ſit extinctum pignus, vt in dicta l. elegāter.
vbi propriè text. loquitur in datione in ſolutum.
Item in alio ſuo articu. xviij. dicit, quòd terra præ-
dicta fuerat, & eſt prædicti quondam Adriani pa-
tris, ſi ergo eſt dominus, non eſt ſibi obligata, vt in
10 d. l. eleganter. * Et quòd ea quæ quis in ſuis articu-
lis, ſeu poſitionibus ponit, proculdubio fateri in-
telligatur, ponit Alexand. in l. naturaliter. in §. ni-
hil commune. xv. colū. ſuper iij. lectu. gloſ. ff. de ac-
quirenda poſſeſsio. per text. in l. cùm precum. C. de
libe. cau. & idem apparet ibi ſentire Bar. dum dicit,
quòd ex poſitione negata quis non poteſt ſe iuua-
re, ergo vult expreſsè quòd quando nō eſt negata,
tunc quis poſitione aduerſarij poteſt ſe iuuare, &
tenet idem Barto. in aliis locis ibi relatis per Alex.
Bald. in l. ſecunda colum. xv. C. de confeſ. vbi di-
cit, quòd confeſsio facta in poſitione non poteſt
corrigi re non integra, prout hîc, & idem tenet de
confeſsione facta in libello, vt poſt litem conteſt.
non poſsit corrigi, & ſic in multis expoſitionibus,
& articulis tam in cauſa principali, quàm appella-
tionis Actrix ipſa ſe dominam aſſeruerit, & per
prius eius patrem fruſtra ſuper hypothecaria fabri-
cauit, vt in dicta l. eleganter. in princip. Et ſi repli-
caretur quòd ſaltem probauit ſe dominā, ſeu eius
patrem dominum. Et licet qui vnum deducit, &
aliud probat, non poteſt obtinere, per l. habebat.
11 ff. de inſtito. * tamen vbi eſt appoſita clauſula, ius
& iuſtitiā miniſtrari, vel omni meliori modo &c.
poteſt ex cauſa probata & non deducta obtinere,
ita limitatur dicta l. habebat. per Alexan. in l. ſi ſti-
pulatus. §. Chriſogonus. ff. de verborum obligatio.
quem ad hoc refert & ſequitur Soci. in l. naturali-
ter. §. nihil commune. columna j. in quæſtio. an qui
dicit ſe dominum, & probat ſe emphyteutam, vel
vſufructuarium debeat obtinere. ff. de acquirenda
poſſeſsio. allegat ita etiam tenere Imol. & cano. in
capitu. ij. extrà de ordin. cogn. ſed reſpondetur nō
probari modo aliquo traditionem eſſe factam præ
dicto Adriano patri prædictæ Actricis, cùm teſtes
deponant quòd in vita prædicti Adriani Petrus
pater dicti Adriani terram ipſam tenebat, & ſolue-
bat collectas pro ea nomine prædicti Adriani eius
filij, & ſic ibi teſtes deponunt prædicto Adriano
patri non fuiſſe traditam terram, & ſine traditione
non transfertur dominium regulariter. l. traditio-
nibus. & ibi doct. C. de pact. niſi in certis caſibus
ibi per doct. enumeratis, & per glo. in l ſi ager. ff. de
rei vendi. & per gloſ. in l. ſi fundum. ff. de fun. dot.
& per gloſ. in dicta l. traditionibus. inter quos non
ponitur caſus iſte. Et dato quòd eſſet probata tra-
ditio facta, prout non probatur, dico quòd nec
traditio eſt ſufficiens ſola, ſed requiritur quòd
præcedat titu. habilis, vt eſt caſus in l. nunquam nu-
da traditio. ff. de acquiren. rerum domi. & no. in di-
cta l. traditionibus. per gloſ. & doct. & in §. per tra-
ditionem. inſtitu. de rerum diuiſio. & ibi doct. ſed
hic non probatur titulus, ergo non probatur ex
dicta traditione dominium tranſlatum, quòd non
probetur titulus, patet, quia per inſtrumentū pro-
ductū non probatur cùm nō ſit in forma probante,
ſecundū Regni conſtitutionē, conſuetudinem, quæ
vult ꝙ ex ſcripturis productis in iudicio nulla o-
mnino fides capiatur, niſi ſint in carta de pergame-
no, ex



no, exceptis apocis & antapocis, & per illa verba
nulla omnino, cùm ſint geminata, quæ multū ope-
rantur. l. baliſta. ff. ad trebel. vbi dicit Afflic. quòd
in alia charta v. de bombacino, non probat nec vt
publica, nec vt priuata ſcriptura, & teſtes dum de-
ponunt de titulo traditionis ſe referunt ad inſtru-
mentum, ſicque non probatur titulus, ergo nec do
minium. Item nō apparet quòd fuerit hæres inſti-
tuta per eius patrem, & dato quòd fuiſſet, nō tamē
apparet probatum ſaltem adiuiſſe hęreditatem ad
effectum vt poſsit obtinere, cùm ante aditā hære-
ditatem non dicitur aliquod ius hæreditarium in
eam trāſlatū, niſi hæreditate adita. l. cùm hæredes.
ff. de acquir. poſſeſ. Nec ſuffragaretur conuento di-
cere poſsidere terram prædictam tutorio nomine,
quia eius vxor erat proximior eidē Actrici, & ideo
eius tutrix remanſit, prout teſtes omnes deponere
apparent, & ſubdunt, & quòd exiſtente controuer-
ſia inter coniunctos fuit ipſa admiſſa ad tutelā pre-
dictam tanquam proximior, nā hoc ſalua reuerētia
deuiat ab omni veritate, cùm fœminæ non admit-
12 tantur ad tutelam, * niſi eſſet mater, aut auia, & vo-
lentes, vt in auth. matri & auię. C. quando mul. offi.
tut. fun. poteſt. quæ deriuat ex §. ex his. in authē. de
hæred. quæ ab inteſta. colla. ix. vnde cùm virile ſit
officium tutelæ mulier non admittitur. l. j. C. quan-
do mulier. offic. tut. fun. po. vnde nec legitima, nec
datiua eſſe poteſt, nec apparet à iudice, nec teſtato-
re data, quo mediāte teſtes poſſent ſaltim excuſari
quòd eam viderint à iudice datā, quòd non eſt ve-
riſimile iudicem ita groſſum, & ignarū, nec depo-
nunt eſſe datā à teſtatore, ſed ſolum deponūt quòd
tanquam proximior admiſſa fuit, quod eſt notoriè
falſum, & à iure improbatum, vnde in cæteris per
ipſos atteſtatis in cauſa ipſa minimè fides aliqua ad
hiberi debet, cùm teſtis qui in vno falſum deponit,
apparet * in omnibus falſarius, vt inquit Bald. in l.
13 edicto. col. iiij. in iiij. opp. ver. ſecus in teſte. qui in
vno capitulo dixit falſum, quia in tota cauſa falſus
præſumitur, & in nihilo ei creditur. C. de edicto di-
ui. vt eſt glo in c. defleat. extrà de reg. iu. idem Bal.
in l. ij. C. de fideicom. libe. vbi dicit hæc procedere
in eadē cauſa, & Moder. in l. ſi ex falſis. C. de trāſac.
Ex quibus omnibus concludēdum arbitror Actri-
cem in ſuo ſalutari defeciſſe, & ita iuris eſſe reſpon-
deo ego Thomas Grammaticus.

Svmmarivm.

1 *Conſuetudo non poteſt allegari, ſeu introduci in his quæ ſunt meræ facultatis, nume. 2.* Etiam *ſi eſſet immemorialis ibid.*

3 *Ius offerendi competit per modū facultatis, vt quod debitor poteſt, quandocunque vult offerre debitum creditori, & pignus redimere, talis facultas nunquàm præſcribitur.*

4 *Præſcribilia non ſunt ea quæ ſunt in mera facultate, ſeu voluntate.*

5 *Præſcriptio nullo tempore inducitur conditioni poteſtatiuæ, & in talibus lapſum temporis non inducit obligatio, nec conſuetudo.*

*Iuriſdictio non præſcribitur principe ignorante, vel pars ipſius iuriſdictionis.*

6 *Conſuetudo non inducitur in præiudicium principis vel iurium ſuorum, niſi adſit certa ſcientia principis, & patientia. ibid.*

7 *Conſuetudo nota ei qui poteſt priuilegiare æquipollet priuilegio.*

8 *Mentio expreſſa fieri requiritur de his quæ principem difficiliorem reddidiſſent.*

9 *Tempus in cuius initij contrarium memoria hominum non exiſtit, quomodo probatur, & debet poni, & addi, hoc videlicet ſciente & patiente ipſo rege.*

## CONSILIVM CXLII.

In Chriſti nomine amen. Pridie re-
quiſitus à reueren. domi. Dominico
de Ydiaches Archiepiſcopo Brundu-
ſino, V.I.D. & auditore in prouinciis
terrarum Idrunti & bari: vt conſule-
re ac reſcribere ſuæ R.D. debuiſſem, Si in his quæ
ſunt meræ facultatis poſsit allegari, ſeu introduci
conſuetudo. & reuolutis pluribus codicibus pro
1 elucidatione * veritatis reſcripſi ſuæ R.D. quòd
non: cùm ita dicat Panor. in c. quoniā. ij. col. extrà
de vi. & ho. cle. & in c. cùm Ioan. in fi. de cle. cōiug.
& in c. ad apoſtolicā. & in c. abbate. ij. col. de verb.
ſign. & in c. cùm eccleſia. de cau. poſ. & proprie. &
in c. bonæ. el ij. de poſtu. præla. & in c. quòd tranſla-
tionem. de offic. deleg. etiam ſi eſſet immemorialis.
Bal. in c. j. in fi. de feu. da. in vi. leg. commiſ. & in l. li-
2 cet. C. de iure delibe. Hinc eſt * quòd ius offerendi
competens per modum facultatis, vt quia debitor
poſsit quandocūque vult offerre debitum credito
3 ri, & pignus redimere, tunc iſta facultas * nūquam
præſcribi poteſt, nec tolli: facit quod tenet Io. And.
in c. non eſt. de conſuet. in vj. quòd illa quæ ſunt in
mera voluntate continent infinitatem, & non ſunt
præſcriptibilia: de quo per Fely. in ru. de præſcrip.
vlt. car. vj. col. in fin. & in c. cū acceſsiſſent. xiij. col.
in verſi. ij. declaratur. de conſti. & in c. conſuluit. j.
col. de iudi. Hinc etiam eſt quòd conditioni pote-
ſtatiuæ nullo tempore præſcribitur: Bald. in conſi.
ccxciiij. j. vol. ver. ſuper eo. & in talibus lapſu tem-
poris non inducitur obligatio, nec conſuetudo.
Philip. Corn. cōſi. ccxcvj. circa primū conſultatio-
nis. iij. col. ſuper litera h: in iiij. vol. Ex quibus infer
tur reſpōſio ad ea quæ ponuntur in c. ſuper quibuſ-
dam. de verb. ſig. & per Fran. Cur. in cōſi. xx. ij. col.
4 * quòd vēdicat ſibi locum quando probaretur de
patientia concedere potentis: vt eſt in iſto caſu in
Rege non recognoſcente ſuporiorem, & data habi
litate in præſcribēte: vt no. doc. in c. quāto. de cō-
ſue. & in c. cauſam. & in c. accedentes. iiij. colum. de
præſcri. aliàs principe hoc ignorāte non præſcribi-
tur iuriſdictio, vel pars ipſius iuriſdictionis: itē con
5 ſuetudo nō inducitur in præiudiciū principis, * vel
iurium ſuorū niſi adſit certa ſcientia principis, &
6 patientia: ſecundū Do. in c. catholic. xj. diſt. * Hinc
eſt quòd conſuetudo nota ei qui poteſt priuilegia-
re, ſemper æquipollet priuilegio. ſentit In. in c. no-
7 uit. de iudi. Old. in cōſi. ccliiij. inci. * quia Rota de-
cani, & dicebat gl. in d. c. catholica, ꝙ conſuetudo
generalis in toto Regno vbi eſt princeps, cōtra iu-
ra principis procedit, ſecus tamen dicit gloſa de
particulari conſuetudine, vt eſt cuiuſdam loci, vt
terræ ſancti Petri, & ſimiliū. Nec obſt. quòd ſaltem
8 in genere de conceſsione eſt facta mentio, * quia
debebat

debebat in ſpecie fieri mẽtio de his quę principem difficiliorem reddidiſſent: vt pulchrè per Soci.in ſuo conſi.ccix.in ij.vol.in verſi.confirmatur. & facit quod tenet Ioan.Andr.in c.cum nobis.de præſcript.& ibi cæteri ſcribentes.& in cap.ſi diligenti.
9 eodem titulo.* Nec ſufficit probari tempus ſine memoria, niſi addatur ſciente & patiente ipſo rege,idẽ voluit in auth.quas actiones.C.de ſac.ſanc. eccleſ. vbi dat formam probationis centum anno. imò etiam videtur neceſſarius titu.probari,ex quo ius reſiſtit præſcribenti.caſus eſt in c.j.de pręſcrip. in vj.de quo per Fely.inc.veniens.v.col.el j.in ver. quarta concluſio.de teſtib.Et ita de iure ſentio ſaluo ſemper ſaniori & prudentiori iudicio V.R.D. cui me remitto in omnibus,ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Dotem promittẽs ſi eſt extraneus, præſumitur promiſiſſe animo donandi.*

2 *Pater retinens bona ſuæ filiæ, ſi ipſam maritat, & dotat, præſumitur dotare de ſuo proprio, tamen ſi gerit negocia filiæ præſumitur dotaſſe de bonis filiæ.*

## CONSILIVM CXLIII.

IN Chriſti nomine, amen. Conſultus habens pecuniam penes ſe depoſitam, quæ pecunia fuerat patris cuiuſdam puellæ,ſi idẽ Titius promittat certam pecuniæ quantitatem Gaio nomine dotis pro puella prædicta, an præſumatur promiſiſſe de pecunia propria ipſius promittẽtis dotem, an autem de pecunia ipſius puellæ quam loco de-
1 poſiti tenet.* Et licet multa adduci poſſent, præſumendũ eſſe de pecunia propria ipſius Titij fuiſſe factam promiſsionẽ,cùm quando extraneus promittit dotem, in dubio videtur promiſiſſe animo donandi.l.cum is.§.j.ff.de condi.inde.l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.actio.attamen veritas eſt,quòd præſumitur facta promiſsio de pecunia puellæ, licet expreſſum non fuerit.ex quo quando quis non tenetur ad aliquod onus,ſi quod expẽdit pro alio, præſumatur expendiſſe animo repetẽdi,& expendere de bonis illius cuius negotium geſsit.l.ſi quis à liberis.§.ſi mater.de lib.ag.& iſta pręſumptio eſt adeo violenta, quòd tollit præſumptionem pietatis:& ideo dicebat Bart.in l.Neſennius.ff.de nego.
2 geſt.* quòd licet in dubio pater dotans filiã videatur dotare de ſuo.l.fin.C.de do.promiſ.tamẽ ſi gerit negocia filiæ, præſumitur dotare de bonis filiæ, vnde ſi pater qui gerit negocia filiæ dotando videtur dotare de bonis filiæ,quãto magis in extraneo qui habet pecuniam mulieris dotando mulierẽ videtur dotare de pecunia mulieris.Et licet Bar.in d. l.Neſennius. repræhendatur per Imol.& Ro.in l.j. ff.ſolu.mat.tamen repræhenditur quãtum ad illud quod dicit de patre,ſed quantum ad extraneũ,concurrunt cum opi.Bar.quòd præſumatur dotare de bonis ipſius mulieris,nam alia eſt ratio in patre,& alia in extraneo,ex quo pater tenetur dotare filiã.l. qui liberos.ff.de rit.nupt.ſed extraneus non, ergo præſumitur de bonis mulieris,& non ipſius extranei.Nam quãdo aliquod onus nõ pertinet ad me, & aliquid expendi, non præſumitur expendiſſe de meo,ita elegãter inquit Bar.in l.j.§. nec caſtrenſe. ff.de colla.bo.& ſic patet quòd dicta promiſsio dotis non videtur facta de bonis ipſius Titij extranei promittentis dotẽ, ſed de bonis ipſius mulieris.de hoc eſt gl.in l.fi.C.de dot.promiſ. Nec ob.quòd dictum fuit, quod extraneus dotando videtur dotare,nã quando alia coniectura concurrit quam donationis,non præſumitur donatio,etiam quòd illa coniectura leuis fuerit, ita Bal. in terminis noſtris in l.fin.C.de do.promiſ.& in præſenti caſu clarum eſt quòd eſt coniectura compenſationis illius pecuniæ depoſitæ, ergo non debet cõiecturari donatio.Et ſi diceres,nos nõ loquimur in extraneo ſimpliciter dotante, ſed in debitore mulieris promittente dotem,Reſpondeo idẽ eſſe in debitore, nam debitor mulieris videtur promittere dotem animo compenſandi, non autem donandi, ita tenet Bar. qui loquitur in debitore promittente dotem, in l.vxorem.§.pater naturalis.de legat.iij. Et ita in propoſito themate de iure reſpondeo ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij impetratio ad hoc vt teneat per intruſum, requiritur quòd fuerit in ipſa facta mẽtio de ſua præcedenti intruſione, vide infrà.*

2 *Impetrans beneficium ad hoc vt teneat impetratio, debet facere mentionem de eius iniuſta præcedẽti poſſeſſione in qua fuerat.*

3 *Impetrans beneficium nedum debet facere mentionem de ſua iniuſta, & illicita poſſeſſione, verùm etiam de fructibus illicitè perceptis ex eo.*

4 *Intruſus in beneficio dicitur, qui cum tali vitio impetrauit, quòd priuari debet.*

5 *Simoniacus dicitur habẽs beneficium cum titulo inualido & vitioſo.*

7 *Regula cancellariæ de triennali poſſeſſore non moleſtando, non includit intruſum, nec habens titulum ſimoniacum aut vitioſum.*

7 *Regula cancellariæ licet faueat triennalem poſſeſſorem, tamen audietur cõtra ipſum volens probare nullitatem tituli.*

8 *Ex poſſeſſione longæua penes aliquem de re eccleſiæ, licet præſumãtur omnia ſolẽniter interueniſſe, tamen ſi ex inſpectione conceſſionis appareret quòd ſolennia non interuenerint, non ſuffragatur talis longa poſſeſſio.*

9 *Poſſeſſio iniuſta non iuuat poſſeſſorem, niſi probet de titulo ſeu priuilegio.*

10 *Regula triennalis non defendit ſpoliatorem.*

## CONSILIVM CXLIIII.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato, amen. In cauſa Reuerendi Ioannis lopes perceptoris eccleſiæ ſancti Antonij de Neap. cum clerico Bernardino perceptore S. Antonij de Sarno grantia eccleſiæ prædictæ Neapo. & eiuſdem generali perceptore ſubeſſe: vt liquet ex publi-



publicis documentis,ex quibus prædictus Bernardinus fomentum aſſertæ ſuę poſſeſsionis prętendit obripiendo, per Alexandrum canutum eius pręde ceſſorem fuiſſe habitam cauſam à venerabili hoſpitali ſanctę Mariæ annunciatæ:tunc perceptoriã ipſam detinente,idemq; ipſum Alex.penſionẽ pro dicta perceptoria Sarni ſoluiſſe multis & continuatis annis,ſicq; volentes Bernard.& Alex.ipſi perceptoriam ipſam generalẽ fraudare, cum reuerẽtia, procurauerũt bullas impetrari in perſonam ipſius Bernar.& quòd Bernar.ipſe ſolueret annuatim eidem Alex.duca.xxxvj.tacito de cauſa habita à perceptoria ipſa Neapolitana per eundẽ Alex.nec de penſione prædicta ſoluta per ipſum Alex.ſing.ann. eidẽ perceptoriæ Neapol.& pariter nec facta mentione de ſentẽtia aliàs lata cõtra ipſum ſuper hoc, in qua tanquam intruſus condemnatus fuit ad reſtituendum poſſeſsionem eidem perceptoriæ vnà cũ fructibus,& expẽn.litis,ſicq; ſpoliatus præſens perceptor nomine ſuæ eccleſiæ poſſeſsione perceptoriæ Sarnenſis,& penſione eidẽ debita,dicẽdum eſt omnino impetrationem prædictæ perceptoriæ Sarni obtentã per pręd ictum Bernar.minimè tenere,aut eidẽ ſuffragari:cùm ad hoc vt impetratio beneficij teneat,requiritur fieri mẽtio per impetrantem de ſua præcedẽti intruſione in eo, quia eſt tale
1 quid quo expreſſo ſummus Pontif.difficilius* cõceſsiſſet,ita dixit Abb.in c.iam dudũ.ij.col.de præben.& in c.præterea.vlt.col.de iure patron.& in c. ad aures.iij.col.de reſcri.Bal.in c.in literis.in fi. de reſti.ſpo.& ideo voluit Ioan.Andr.in c.eum qui.ij. reſpon.de pręb.in vj.& refert ibi Domi.in vlt.co. quòd impetrãs beneficium aliàs iniuſtè poſſeſſum per ipſum,debet facere mentionem de eius iniuſta
2 præcedente*poſſeſsione, in qua fuerat, ad hoc vt teneat impetratio.hinc conſuluit Calde.in ſuo conſilio xj.in tit.de præben.& in ſuo conſi. xiij. ſub tit.
3 de reſcript.*quòd impetrans beneficium tenetur facere mẽtionem de ſua poſſeſsione illicita, in qua per prius fuerat:aliàs non tenet impetratio:imò & plus nedum de iniuſta poſſeſsione,verum etiam de fructibus illicitè perceptis tenetur exprimere ad hoc vt impetratio obtenta poſsit debitũ effectum ſortiri:ita tenet Io.And.in addi.Spe. in tit.de lega. §.videndũ reſtat.de diſpẽ.circa fi.ver.ſed pone aliquis.ſubdens quòd cùm papa Ioan.iuſtificaſſet ſibi titulum cuiuſdam ſui ſcholaris, voluit quòd dimidia ipſorum fructuũ ſolueretur cameræ apoſtolicæ infra certum tẽpus: nam ex perceptione dictorum fructuum fuit factus inhabilis ad beneficia vt not. Spe.ibidem,poſt Hoſt.in c.dudum.lo.ij.ſuper ver. canonicè. de elec. & ſequitur Nico. mil. in ſuo repert.in verſi.gratia.§.xiiij.& incip.gratiam beneficialem impetrãs. Nec ſuffragabitur eidem Bernardino obiicere quòd titulo præcedẽte poſſedit:quia vitioſus eſt titulus dum obrepſit eſſe gratiã perceptoriæ Neapolitanæ:& de eius poſſeſsione longæua in percipiendo penſionẽ ſingul.ann.à prædicto Alex.eius prædeceſſore,& qui habuerat cauſam,id eſt perceptoriam ipſam de Sarno à prædicta perceptoria generali ſ. Antonij Neapol. ſub notabili annua pẽſione, vnde licet Bernard.ipſe fuiſſet authoritate bullarum impetrationis prædictæ immiſſus in poſſeſsione beneficij prædicti,attamen quia ha-
4 bet vitium prædictum obreptionis, *ob quod priuari debet,dicitur intruſus, vt inquit Domi. de S. Gem.in c.propter.vlt.col.xix.diſt.& not.glo.in c.
5 cùm ſuper.de cau.poſ.& prop. * Et pariter dicitur prædictus Bernardinus ſimoniacus.cùm ex prædictis in proceſſu deductis liqueat ipſum habere titulum inualidum, & vitioſum, quo caſu dicitur ſimoniacus,vt voluit Imo.in c.niſi cùm pridem. vij. col.extrà de renun. & ſic cùm quilibet ſimoniacus ſit priuatus ipſo iure, tanquam nullum ius habens, vt in conſtitutionibus Mod. pontificum extẽſis in ſupplemento.in verſic.ſimonia.in fine.& in conſtitutione Pauli ij.cum deteſtabile. ſed retinẽs beneficium quo eſt priuatus,dicitur intruſus,teſte Brixiẽn.in ſuo reper.in ver.intruſus,& in ver.ſimoniacus.vt ex prædictis euitari non poteſt, non erit tu-
6 tus, *regula cancellariæ de triẽnali poſſeſſore non moleſtando,de qua nimium gloriari videtur Bernardinus ipſe in ſuis reſponſionibus,imò eſt penitus exceptus à regula, vt ipſamet regula expreſsè declarat,quæ eſt xxxiij.in ordine,& incip. item ſtatuit, & ordinauit idẽ dominus noſter. & idẽ tenet Fely.ita regulã ipſam intelligẽdo in c.in noſtra. in prin.ix.col.iuxta verſ.ꝙ incipit, tertiũ correlariũ. & parũ ſuprà.extrà de reſcrip.& alibi idem Fely.in c.illud. de præſump. dixit, ꝙ licet prædicta regula
7 cancellariæ faueat triennallẽ poſſeſſorem, *tamen audietur contra ipſum volens probare nullitatẽ tituli,& dicit d.Abb.poſt Hoſti.in prædic.c. illud. ꝙ licet præſumatur pro illo qui diu eccleſiam poſſedit.ſi tamen conſtaret de vitioſo ingreſſu, ſeu intruſione,debet remoueri,& ideo voluerũt Dom. Cal. & Lap.in c.ordinarij.§.j.de offi.ord.in gl.ꝙ ſi agẽs vellet probare non canonicam inſtitutionem, debet audiri, etiã ſi eſſemus in facto antiquo, & ideo licet ex poſſeſsione plurium annorum præſumi poteſt quòd Bernardinus ipſe fuerit canonicè inſtitutus in beneficio, attamen quia ex ſcripturis authenticis productis,liquet prædictã perceptoriam Sarni ſubeſſe huic generali perceptoriæ Neapolitanæ,nec ab ea exemptam,& Alexandr. immediatum poſſeſſorem,& prædeceſſorem ipſius Bernardini obtinuiſſe perceptoriam Sarni à perceptore ſ. Antonij Neapo. qui tunc erat eccleſia ſ. Mariæ annuntiatæ de Neap.& eidem eccleſiæ reſpondiſſe de penſione conuẽta pluribus continuatis annis, nec apparet ſummum Pontificem derogaſſe in aliquo iuribus dictæ perceptoriæ ſ.Antonij Neapo. ſequitur de neceſsitate dicendum ꝙ poſſeſsio ipſa probata & allegata per eundem Bernard.in nihilũ ſibi
8 opitulatur,per ea quæ etiã in ſimili dicimus,*ꝙ licet ex poſſeſsione longæua de re eccleſiæ penes aliquem præſumantur omnia ſolenniter præceſsiſſe, inde eſt ꝙ ſatis erit allegare interueniſſe ſolennia requiſita,hoc tamen non habet locum,vbi ex inſpectione cõceſsionis factę appareret ꝙ ſolennia non interuenerint.ita voluit Paul.de Caſt. in ſuo conſi. xlviij.in cauſa quæ vertitur, ſequitur & refert Alexan.in conſi.j.vj.col.in iiij.volu. vnde cùm in caſu de quo agitur,liqueat de impetratione ſubreptitia & obreptitia ipſius Bernardini,ſequitur quòd eius
9 poſſeſsio ita iniuſta,in nihilũ ſibi ſuffragetur,*cum iniuſta poſſeſsio nõ iuuet poſſeſſorem, niſi probet de titulo,ſeu priuilegio. Bal.in l.vis eius. C.de probatio.

batio.in fi.& in l.ij.verſi.quæro nunquid.C.de ſen
ten.& firmat And.de Iſer.in tit.quæ ſint reg.in ver
10 & extraordinaria.ij.col. *Nec cenſeo omitten-
dum & regula illa triennalis nō defendat ſpoliato-
rē:per text.& doc.in c.reintegrāda.iij.q.j.cùm re
gula ipſa ſolùm tueatur poſſeſſorē: & ſpoliator di-
citur intruſus: & ipſa regula intelligitur poſſeſſo-
rem cum titulo tueri, cùm dicat ſuper beneficio:
& cauſa ſpolij ſit ſolùm ſuper poſſeſsione.ad quod
glo.in c.j.de confirma.vti.vel inuti. & Rota in an-
tiquis deciſ.xxxvj.aliàs eſt deciſ.iij.tit.de cau.poſ.
& propriet.incip.not.quòd vbi aliquis.facit.l.na-
turaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſ. & ſic
practicatur in curia: & ita vt ſuprà concluſum eſt,
de iuris cenſura conſulo ego Thomas Grammat.

SVMMARIVM.

1 *Paragium eſt legitima, ſeu portio quam habet filia, vel neptis de bonis quæ habere debet ſine aliquo onere, ad exemplum debiti bonorum ſubſidij.*

2 *Agere volens ex teſtamento, cogitur totum teſtamentum approbare & in nihilum ab eo deuiare.*

3 *Neptis vel filia noſcens ſe grauatam ex teſtamento, an poteſt renuntiare omni beneficio, & dicere velle ſuam legitimam tantùm, & nihil vltra.*

4 *Diſpoſita in teſtamento per teſtatorem reputantur inſeparabilia.ibidem.*

5 *Legatum dotis factum filiæ vel nepti tradendum dum ad ætatem nubilem peruenerit, an dicatur purum, vel conditionale, vel in diem expreſſum à teſtatore.*

6 *Dos non poterit congrua ſtatui, nec terminari, niſi ſciatur quis erit ſponſus, & cuius qualitatis, & cogitur expectari tempus quo maritabitur.*

7 *Paragium ante nuptias eſt omnino incertum, & ideo debet expectari dies nuptiarum, quia poſſet contingere, vt aliquis nobilis deſideret eam in vxorem ob eius pulchritudinem, Item ob præeminentiam in vrbe, & fauorem.*

*Item ex ſpe ſucceſſionis maternæ cuius eſſet vnica filia, & hinc eius paragium erit ſua legitima.*

8 *Diſpoſitio conſtitutionis in aliquibus dicitur eſſe merè fauorabilis, & in fauorem maſculorum.*

9 *Patruus cogitur præſtare alimenta nepti ſuper bonis aui, donec dicta neptis conſequatur portionem legitimæ.*

10 *Filius dum eſt hæres vniuerſalis, tenetur præſtare alimenta ſorori, vel nepti donec illi dotem tradiderit.*

11 *Legitima relicta poteſt incontinenti peti aſſignari illi cui debetur.*

12 *Minima variatio facti variat multoties totam iuris diſpoſitionem.*

13 *Alimenta relicta præſtari debent in domo relinquentis, quia ibi facilius præſtantur.*

14 *Alimenta quoties debentur ex cauſa rei poſſeſſæ ab alio ſtatim quòd illa res offertur, ceſſat omnis obligatio illorum alimentorum.*

15 *Mater magis obligatur alere filiam quàm pater.*

16 *Filius vel filia quæ habuit ſuam legitimam, non poteſt petere ſe alimentari ab hærede vniuerſali.*

17 *Agens ex teſtamento non debet vltra mentem teſtatoris petere.*

18 *Teſtator ſemper præſumitur habere animum voluiſſe minus grauare hæredem quàm ſit poſſibile.*

19 *Teſtator ſi iuſſit filiæ vel nepti, ſeu alteri dari paragium tempore nubilis ætatis, præſumitur id feciſſe, vt hæres ex tali dilatione commodum ſentiret.*

## CONSILIVM CXLV.

Redemptoris gentium auxilio repetito,
Amen. Allegationes magnifici V.I.D.
domini Antonij de palmeriis de ciui-
tate Monopolis mihi trāſmiſſæ, vt quid
ſuper eis ſentirem, reſcriberem: & thema tale eſt.
Magnificus Iacobus ferro quatuor habēs liberos,
ipſos hæredes inſtituit vniuerſales, & Antoniam
pupillā ex Hieronymo filio præmortuo ſuſceptam,
& ſic eius neptē, hæredem particularem in legiti-
ma ſibi ſpectantem, quam legitimam eſſe voluit in
dotibus ſibi tradendis per prædictos eius filios, &
hæredes, dum ad ætatem nubilem deuenerit iuben
do, & mandando ipſam ab eiſdem hæredibus dota
ri, & maritari de paragio: & vltra dictam legiti-
mam, ſiue dotes inſtituit eandem in omni & tota
ea ſumma, quam debet conſequi, & habere domi-
na Violantes de indello mater ipſius Antoniæ à
prædicto quondam Hieronymo eius viro, ex reſi-
duo reſtitutionis dotiū, & lucrorum maritalium,
de quibus demum percepit vnc.lx.in vna manu:&
in alia vnc.xx.publico inſtrumēto mediante, No-
uiter prædicta Violans mater & tutrix petiit à præ
dictis fratribus tria. Et primò vt illi caueatur le-
gatorum nomine. Secundò quòd ex nunc declare-
tur paragium. Tertiò quòd hæredes ipſi debeant
alimenta præſtare eidem pupillæ tam pro tempore
præterito, quàm pro futuro aſcendentia ad ſum-
mam ducatorum quadrigentorum. Quò ad pri-
mum oblatum fuit præſtari cautio de ſoluendo pa-
ragium tempore præfixo: vt ſuprà. Circa ſecūdum
videtur pro parte aduerſa militare quod dicit An-
dræas de Iſern.in conſtitutione Regni, in aliqui-
1 bus.ij.colum.in verſi.nam paragium:*quòd idem
eſt paragium, quòd legitima, ſeu portio quàm ha-
bet filia, vel neptis de bonis quæ habere debet ſine
aliquo onere, ad exemplum debiti bonorum ſubſi
dij:argum.l. quoniam in prioribus. C.de inoffic.
teſta.vbi dicitur, quòd filia vel neptis debet habe-
re talem portionem incōtinenti reiecta omni con
ditione, ac omni dilatione & onere. Sed quia ſu-
mus in diuerſis terminis, ideo ad id demonſtran-
dum præſupponitur quòd legitima portio huius
pupillæ eſſet triens, & ſic tertia pars eius quod ha-
bitura fuiſſet ab inteſtato ex reſiduo bonorum te-
ſtatoris deducto ære alieno:textus eſt in authent.
nouiſsima.C.de inoffic.teſtamen.vnde cùm teſta-
tor declaret habere quatuor filios, neceſſariò ſe-
quitur ꝙ portio ipſius neptis ſit duodecima pars
omnium bonorum ipſius teſtatoris: & ſic conclu-
dendum eſt, quòd ſuper iſta legitima debita iure
naturæ nullum poteſt per teſtatorem onus impo-
ni:ſed debetur incontinenti purè & liberè: vt in
dicta l. quoniam. & in dicta l. omnimodo. cum ſi-
milibus. & ſuper hac legitima portione non inſta-
mus, cùm ſemper oblata fuerit, vt in actis apparet.
Verùm



Verùm quia donec poteſt eſſe locus teſtamento,
non poſsit dicta legitima peti ab inteſtato, per tex
tum in l.quandiu.ff.de acquiren.hæredita.& in l.j.
ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamēti.ſed cogitur aut to-
tum teſtamentum aui renunciare, ſeu repudiare,
& venire ab inteſtato ad dictam legitimam, aut il-
lud totum acceptare, & à diſpoſitione & verbis il-
lius non diſcedere, vt latiſsimè per omnes ſcriben-
tes in l.j.& ij.ff.de acquirenda hæreditate. & infrà
dicam. Sed quia de bonis teſtatoris recepit dictas
vncias nonaginta, ſolutas pro ea, & eius nomine
prædictæ ſuæ matri virtute teſtamenti prædicti, &
propter hoc dicit velle ſtare dicto teſtamento, cùm
acceptando puram legitimam neceſſariò cogere-
tur ante omnia ſibi excomputare in dicta legitima
totam dictam ſummam vnciarū nonaginta, & age-
re ad ſupplementum, cùm iam agnoſcat eſſe in iure
abſonum, & velut impoſsibile reputari velle habe-
re legitimā ab inteſtato, & ſuprà dictū legatū ex te
ſtamento, cōtra ea quæ habētur in d.l.ij. Et inquan
tum dicat ſe velle ſtare teſtamento, & ex eo agere,
& petere dictum paragium, & tunc neceſſariò di-
cendum ipſam malè & temerè ex eo agere: quando
cogitur totū dictum teſtamentum approbare per
omnia, & à verbis, & mente illius in nihilo deuia-
2 re,*ſed illi in omnibus obedire, vt per multa con-
cludit in his terminis Alex.in conſil.cxxv.v.col.j.
vol.& Corn.in conſ.clxxx.in iiij.vol.& ponunt o-
mnes doct.poſt Bart.in d.l.j.ff.de vulg.& pup.& in
d.l.ij.de illo articulo, an neptis noſcēs ſe grauatam
in teſtamento, poſsit repudiare & renūtiare omni
3 beneficio teſtamenti, *& dicere ſe velle ſuam legi-
timam tantū, & nihil vltra, & qualiter, & quando
poſsit ad id admitti, ſufficiat remitti ad pulchram
diſputationē Ambro.opizo.in repet. legis filiusfa
mi.§.diui Seuerus & Antoninus.ff.de le.j. col.vij.
vbi tandem concluditur, quòd licet in legitima nul
lum poteſt per teſtatorem grauamen imponi, vt in
dictis iuribus, tamen iſtud eſt verum, quādo auus,
vel pater in eo teſtamēto non relinqueret filio, vel
nepti niſi ſolam legitimam ſibi debitam iure natu-
ræ, quia tunc nihil diceretur relinquere de ſuo, ſed
ſolùm dare illud quod ipſa filia deberet ab eo ha-
bere, etiam ipſo inuito, ſed quando teſtator ipſam
inſtituit in legitima, & vltra legitimam inſtituit in
aliqua alia ſumma, & demum imponeret grauamē,
conditionem, vel onus quodcunq;, & tūc filia, vel
neptis taliter inſtituta cogitur acceptare totum,
aut repudiare totum tenorem illius teſtamenti, &
acceptādo ſimpliciter ſibi præiudicat in totum, &
cogitur per omnia obedire voluntati eiuſdem te-
ſtatoris, quia connexa, & ſimul*diſpoſita per te-
4 ſtatorem, reputantur inſeparabilia.l.noſtrū.ff.de le
gatis.ij. Et talis hæres volendo partē indiuidui, ne
ceſſariò habet voluiſſe totum.l.ſi ex aſſe.ff.de acqu.
hære.latiſsimè per omnes in l.j.C.quādo non pet.
par.cum ſimil.& idem pulchrè voluit Saly.in l. hæ-
res inſtituta.C.de impub.& al.ſubſti.& de materia
ſcripſit plenè d.Fabi.de gioch.in ſua elegān.repet.
ſuper d.auth.nouiſsima.in xlix.col.vbi ex ſenten-
tia omnium concludit, quòd talis filia vel neptis
poſſet repudiare hæreditatē patris ex eo teſtamen
to, & dicere ſe velle legitimam ſuam ab inteſtato,
cogitur tamē in ea ſua legitima computare ſibi to-
tū illud, quod habuit tam ipſa neptis, quàm quon-
dam eius pater ex bonis, & ſubſtantia eiuſdem de-
functi, de cuius hæreditate agitur, & ſuper hoc de-
ducit ſex realia fundamenta per claras regulas iu-
ris, vt ibi per eum. Cùm igitur pupilla non fuerit
inſtituta in ſola, & pura legitima, ſed in paragio, vl-
tra reſpectū dictarum vnci.xc. vt ſuprà, ideo cogi-
tur duorum alterum ſibi eligere, aut per omnia ſta
re teſtamento, aut in omnibus renuntiare, & veni-
re ab inteſtato, & petere ſolam legitimā ſibi millies
oblatam. Verùm quia eligit viam teſtamenti, & ipſi
aſſerunt ſe paratos cauere de adimplendo, & para-
gium tradere, quando maritabitur in ætate nubili,
vt ſuprà iuxta mentem, & iuſsionem teſtatoris. Et
ſic ex præmiſsis neceſſariò ſequuntur concluſiones
infraſcriptæ, quarum prima eſt, quòd dictus teſta-
tor faciendo eidem nepti inſtitutionē præmiſſam,
iure eam facere potuit. Secunda, quòd ipſa neptis
agendo, & acceptando teſtamētum prædictum co
gitur per omnia eidem ſtare. Tertia, quòd omnis
eius petitio dum petit quòd paragium declaretur,
& taxetur per annos decem ante tēpus ſtabilitum
à teſtatore, neceſſariò dicitur eſſe temeraria & ca-
lumnioſa, ex quo eſt contra mentem teſtatoris,
5 & contra formam iuris. * Et pro verificatione
huius tertiæ cōcluſionis oportet intrare illam dif-
ficultatem, an legatum dotis factum filiæ, vel nepti
tradendum, dum ad ætatem nubilem peruenerit, di
catur purum, vel conditionale, vel in diem expreſ-
ſum à teſtatore. Cyn.diſputat. in l.ſancimus.C.de
nupt.& ibi etiam Salyc.Ang.Aret. ponit in §.fue-
rat.inſti.de actio.vij.col.Bart.in l.Titio centum.§.
Titio genero.ff.de condi.& demonſt.Io.campe.in
trac.de do.j.par.q.xxix.& tandem per omnes con
cluditur, quòd vbicunq; extat ſtatutum, prout eſt
hoc in regno conſtit.in aliquibus, vt extātibus ma
ſculis filia, vel neptis non ſuccedat, ſed debeat ma-
ritari de paragio, & teſtator reliquit ſibi tale pa-
ragium, & ſic dotem incertam, & in teſtamento eſt
appoſitum tempus, dicendo quòd talis dos debeat
per filios maſculos tradi illi, dum ad ætatem nubi-
lem peruenerit, prout ſunt termini noſtri, legatum
neceſſariò intelligitur eſſe cōditionale, & ad diem,
& tunc tale paragium erit taxandum quando dicta
conditio erit adimpleta, & quando dies præfixus à
teſtatore aduenerit, & ipſa neptis erit per eos mari
tanda, & non per annos decem ante, & antequam
poteſt intelligi, vel cognoſci cui ipſa erit aptè nu-
benda, & quantum poterit eſſe iſtud paragiū, cùm
lex dicat iſtud dependere à qualitate conditionis
futuri mariti, qui modo ignoratur quis erit, & etiā
ab omnibus aliis qualitatibus, quas enumerat tex.
in l.quæro.cum ſequent.ff. de iure dot. & ideo ele-
ganter dicit Roma. in conſil.cxiiij. quòd dos non
poteſt congrua ſtatui, nec terminari, nec ſtabiliri,
niſi prius cognoſcatur quis erit ſponſus, & cuius
qualitatis, per textum in dicta l. quæro. & pondero
dicta verba Bart.in dicto §.Titio genero.in verſic.
ſecundò eſt videndum an dos ſuccedit in locum
legitimæ, niſi dicat ſe approbare ſententiam Cyn.
qui reprobat omnia argumenta contrariæ partis,
& concludit quòd ſtante dicto ſtatuto de quo in
6 dicta conſtitutione Regni, in aliquibus.*talis dos
non poteſt peti per filiam ſibi ſtatui ante tēpus le-

gitimum: ſed cogitur expectare tempus quo mari-
tabitur: & tunc ſtabitur ſecundum formam dictæ
l.quæro. Sed an erit tempus dies nuptiarum, an ve-
rò nubilis ætatis. & concludit quòd ſi eſt factum
pupillæ intantum dicitur conditionale, quòd in-
telligitur factum à teſtatore ſub duplici conditio-
ne: prima, ſcilicet ſi ipſa peruenerit ad ætatem nu-
bilem. Item & ſi nuptiæ de ea contrahantur: &
ideo expectandus erit dies feſtiuitatis eius nuptia-
rum: vt ibi per eum. cuius theoricam approbant
omnes, vt ibi per eos: vnde ſequitur quòd minus
properè agit petẽdo paragium declarari, & nunc
ante tempus ſtatutũ à teſtatore, & ante diem ſtatu
tum: vt dicit Bar. in d. §. Titio genero. cõtra ea quæ
habentur in l. nihil peti poteſt. ff. de reg. iur. iuncta
l. cedere diem. ff. de verb. ſign. & ſicut abſurdũ eſſet
feſtum celebrari ante vigiliã, ſic prius ſtatuere do
tem paragij antequam intelligi poteſt, cui pari erit
copulanda, cùm dos eſſe non poteſt ſine matrimo-
nio, nec prius ſtatui quàm nubat. l. iij. ff. de iure do
tium. l. fina. C. de dona. ante nuptias. Præterea ſi pa
ragium dicitur omnino incertum, & multoties
poteſt excedere legitimam, vt dicit Andr. in dicta
conſtitutione, in aliquibus. & quando cum ſola le-
gitima non poſſet virum reperire parem, tunc fra
tres, vel patrui coguntur ſupplere donec poſsit
pari nubere. Et iſtud quantum ſit hodie, cùm co-
gnoſci non poſsit, nec terminari vt ſuprà: recur-
rendum non eſt ad aliam declarationem quàm ad
illam d. l. quæro. & intantum quòd ſi hodie dicta
pupilla eſſet effecta nubilis ætatis, & deberet ho-
die maritari, & eſſet controuerſia de ſumma huius
paragij quantum eſſe debeat, adhuc illud non po-
teſt terminari ad arbitrium iudicis, nec alicuius,
ex quo teſtator expreſsè prouiſit vt ſuprà. & non
poſſet ipſam & magnã ſummam petere, nec vltra
legitimam: quandoquidem cum ea poſsit aptè nu-
bere ſuo pari: vt concludit Andræ. in conſtitutio.
prædicta, in aliquibus. & ibi Andr. declarare cona-
tur paragium, & cõcludit omnino eſſe incertum:
7 * & ideo expectandum diem nuptiarum: quia po-
terit eſſe quòd aliquis nubilis tũc deſiderabit eam
in vxorem ob eius pulchritudinem. Item ob præ-
eminentiam in vrbe, & fauorem. Item ex ſpe ſuc-
ceſsionis maternæ & auitæ, cuius eſt vnica filia: &
tunc eius paragium erit ſiue legitima: vt ibi cõclu-
dit And. bene verum eſt quòd quando hæredes ipſi
non ſeruarent voluntatem eiuſdem defuncti, & ar-
bitrando tale paragium ipſam grauarent, & viro
indigno collocare vellent, quòd tunc ipſa poſſet
ab eorum iniquo arbitrio ſe grauare, & implorare
tunc officium iudicis, vt tale paragium modere-
tur arbitrio boni viri, ſecundum illas qualitates
quæ enumerãtur in dicta l. quæro. & iſtud eſt quod
ſentit Bartolus in l. filiæ. ff. de legat. tertiò. Paulus
de Caſtro in conſilio cviij. & ſequenti, vbi con-
cludit quòd antequam veniat dies ætatis nubilis,
nec ceſsit dies paragij, nec petendi, nec ad illud
agendi: quia ſi interim dicta pupilla moreretur,
nec illud tanquam merè cõditionale poſſet tranſ-
mittere. & hinc voluit Salycetus poſt Bartolum &
alios in l. prima. C. ſi aduerſus dotem. quòd dos di
citur exceſsione magna vel parua nõ reſpectu mu-
lieris, vel eius matrimonij, ſed reſpectu illius per-
ſonæ quæ ducitur in maritum: & ideo prius debet
diſcuti quis eſt ſponſus, & quanta dote dignus ſit
vt dicit Bartolus in dicta l. quæro. Salycetus in di-
cta l. prima. per rationes per eos adductas. Præter-
eà communis concluſio omnium eſt, quòd diſpo-
ſitio dictæ conſtitutionis in aliquibus dicitur eſſe
8 merè fauorabilis, & in fauorem ipſorum * maſcu-
lorum: vt firmat Salycetus & omnes in dicta l. ij.
C. de in ius vocã. Iaſon in l. non dubium. x. colum.
C. de legi. & ideo ipſis maſculis datur poteſtas ma-
ritandi ſorores, & neptes: vt ibi per gloſſ. & An-
dræam, ipſi habent liberam electionem dotandi
eas de quibuſcunque bonis ipſi voluerint: & dare
eis in dotem ea bona quæ ſibi ſint minus damnoſa,
non obſtante contradictione ipſius mulieris, quia
debet eis ſufficere quando fratres dant ſibi mari-
tum æqualem, & dotem condecentem: prout con-
ſuluit in terminis Corne. in conſilio xlviij. ij. volu.
v. colum. in litera r. & colligitur clarius ex verbis
Andr. ibi. Et ſemper de intentione teſtatoris con
cedendum eſt fuiſſe, vt eius filij minus grauaren-
tur quàm fieri poſſet: maximè quia ex mente con-
ſtitutionis eſt, vt dignitas agnationis conſeruetur,
& per filias fœminas non exhauriatur facultati-
bus. vt pulchrè per Bald. & alios in l. hæredes mei.
§. cùm ita. ff. ad Treb. & ibi Angelus & Imol. & cæ-
teri modern. exclamant. Circa tertium principale
dubium de alimentis, videtur prima facie dicen-
dum, quòd ipſi hæredes teneantur alimenta præ-
ſtare eidem pupillæ: argu. eorum quæ habentur in
l. ſi inſtituta. §. ſi de inofficioſo. ff. de inoffi. teſtam.
9 * vbi patruus cogitur præſtare nepti alimenta ſu-
per bonis aui, donec dicta neptis conſequatur por
tionem legitimæ ſuæ, vel donec durat quæſtio de
legitima. Secundò adducuntur allegata per domi.
Vita. in tract. clauſula. pen. clau. xij. colum. verſi. ſe-
10 cundò quæritur, pone pater. vbi concludit, * quòd
vbicunque maſculus eſt hæres vniuerſalis, tenetur
præſtare alimenta ſorori, vel nepti, donec illi do-
tem tradiderit: quia onus alimẽtandi dictam pu-
pillam, ſicut ſpectabat ad auum, ita ad eius hære-
des. argu. l. ſecundum naturam eſt. ff. de regu. iuris.
Tertiò facit theorica Bald. in l. generaliter. C. de
epi. & cler. ſuper illo tertio mẽbro, quãdo nec per
teſtatorem, nec per ſtatutum prouidetur mulieri
de alimentis: ſed ſolùm loquitur de dote danda,
cùm ad ætatem nubilem peruenerit: vnde interim
erit alimentanda, ſi nihil habeat: cùm fame perire
non debeat: & concludit prout tenet Richardus
malumb. quòd mulier poterit petere ſuam legiti-
11 mam ſtatim aſsignari: * quia illa debetur inconti-
nenti ſine aliquo onere: vt in dicta l. quoniam in
prioribus. vt ibi per eum. Sed præmiſsis nõ obſtan
tibus dico in contrariũ extare veritatem: vt ex in-
frà dicendis oſtendam: & præſuppoſitis verificatis
12 in facto quæ allegantur, * cùm ex facto ius metiri
oportet. l. obligationũ genera. §. ex facto. ff. de act.
& obliga. & quælibet minima variatio facti variat
multoties totam iuris diſpoſitionem. l. ſi is. ff. de ex
cuſ. tut. l. hoc legatum. ff. de lega. iij. cum ſimilib. Et
præſupponitur primò non eſſe verum, quòd huic
pupillæ relicta fuerit ſimplex legitima: ſed dupli-
cata, per dictam l. quoniam nouella. & in d. l. quo-
niam in prioribus. & quicquid ſolutum fuit pro
debito



debito patris cuius dicta pupilla eſt hæres, dicitur
ſolutum pro ea. l. ſi quis filium. §. in omni. ff. de acq.
hæred. iuncta l. hæredem mariti. C. de hered. actio.
Et paria ſunt quòd tota ſupradicta ſumma fuit ſo-
luta in manibus ſuis, vel creditoris ſui. l. nihil in-
tereſt. C. de ſolut. & tanto magis, quia totum iſtud
debitum ſolutum matri pro lucris maritalibus ve-
nit eidem pupillæ reſtituendum: vt in l. iij. cum au-
thent. ibi poſitis. C. de ſecundis nuptiis per gloſſ.
& Andr. in conſtitu. reg. mulier quæ dotarium. Se-
cundò, quia auia paterna ſemper voluit ipſam pe-
nes ſe alere, & mater reluctauit. Tertiò, quia ipſi
hæredes ſemper obtulerunt ipſam in eorum domo
alimentare: & honorificè: & clarũ eſt quò alimen-
tà oblata ex benignitate, vel paterna dilectione
nulla præcedẽte obligatione ex teſtamẽto, vel con
13 tractu, non poſſunt, nec debent præſtari, * niſi in
domo, & eo modo, & forma quibus illa offerantur
quia cuilibet patrifamil. apparet eſſe facilius præ-
ſtare alimenta tribus perſonis in menſa ſua, quàm
vni extra domum: vt pulchrè per Alexand. in con-
ſilio iij. in iiij. volum. & per Bart. in l. Caio. in fine.
ff. de alimen. & ci. leg. Quartò fuit ſibi oblata legi-
14 tima, & recuſauit: ideo ſuccedit regula illa, * quòd
quoties alimenta debentur ratione rei poſſeſſæ ab
alio, ſtatim quòd illa res offertur, ceſſat omnis ob-
ligatio illorum alimentorum: vt eleganter conclu-
dit Corn. conſi. cxxix. j. vol. litera d. Quintò, quod
mater eius eſt ditiſsima, & ipſa vnica filia, & ſic
tenetur ipſam alimentare: & non habet aliunde: gl.
iuncto tex. in dicta l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agno.
& eſt communis concluſio omnium in l. alimenta.
C. de nego. geſt. & nemo eſt qui neſciat magis obli
15 gari matrem alere filiam, quàm frater: * vt dicit
textus in dicto §. penul. & ex eadem naturali ratio
ne filius diues cogitur alere matrem. dicta l. ſi quis.
in princip. ſed non fratrem. Sextò concurrit, quia
mater voluntariè elegit alere dictam eius filiam, &
nolendo tradere auiæ: per textum in d. l. alimenta.
in dubio videtur feciſſe pietate materna: & maxi-
mè cùm non fuerit proteſtata. Septimò ex præmiſ
ſis infertur, quòd nullus filius, aut filia quæ habuit
legitimam ſuam poteſt petere ſe alimentari ab hæ
16 rede vniuerſali: vt per multa * iura concludit Alex.
in l. mulier. §. ij. ff. ad Trebell. quia legitima dicitur
deberi pro alimentis: vt per Salycetum & omnes
in authent. res quæ. C. commu. de legat. per textum
in authent. de trien. & ſemiſ. §. j. vnde cùm habue-
rint partẽ legitimæ in ſumma vnc. xc. & reliquum
17 ſibi offeratur, ergo &c. * Octauò, nemo agens ex
teſtamento debet vltra mentem teſtatoris petere:
vt in l. j. & ibi doct. ff. de teſtam. & in l. cùm quæ-
ſtio. C. de leg. & teſtator in dubio videtur id ſolùm
voluiſſe quod expreſsit. l. j. C. de cadu. toll. nec ſuf-
ficit dicere teſtatorẽ id per obliuionem dimiſiſſe:
vt dicunt doctor. in l. filiusfam. §. diui. ff. de legat.
j. ideo dum teſtator de alimentis non grauauerit
hæredem non debentur, cùm de facili id expreſ-
ſiſſet: & iſto argumento vtitur Barb. in conſil. xxix.
18 iij. volu. ij. colum. * Nonò, teſtator ſecundum com-
munem ſentẽtiam ſemper præſumitur habere ani-
mum voluiſſe minus grauare hæredẽ quàm ſit poſ-
ſibile. l. ſi ita in fin. ff. de leg. j. l. nummis legatis. ff. de
lega. iij. & magis præſumitur dilexiſſe hæredes vni
uerſales, quàm particulares. l. quoties. vbi omnes.
C. de hæred. inſtit. & magis filios quàm neptem, &
maximè mares: vt dicunt doctores in l. maximum
vitium. C. de libe. præter. & in dubio videtur id vo
luiſſe quod diſponit ſtatutũ patriæ ſuæ: vt per Ale-
xand. in conſilio xlvj. iij. volum. in fin. nec duplici
onere grauare voluiſſe præſumendum eſt: vt dicit
Bar. in l. Mæuius. §. eum qui. ff. de legat. ij. Decimò,
teſtator iuſsit paragium dari tempore nubilis æta-
tis: & hoc præſumendum, vt hæredes ex tali dila-
tione commodum ſentirent: cùm ita dilationem
in commodum debitorum lex induxit. c. j. de plus
19 petitio. * Secundò vt fructus huius legitimæ auge-
rent paragium: vt concludit Andr. in dicta conſti-
tut. in iij. colum. & iſtud eſt quod dicit not. Bald. in
conſilio cccvij. & ccvij. in fin. in iij. volu. arg. l. mu-
lier. §. cùm proponeretur. ff. ad Treb. vbi dicitur,
quòd fructus augent dotem, vt ibi latè & vt ele-
ganter dicit Corn. in d. conſilio cxxix. talis dilatio
in tali caſu diceretur data non ad commodum, ſed
ad venenum, & odium eorum contra mentem iu-
ris & teſtatoris: imò contra rationem & æquita-
tem omnium legum: & renuntiando tali dilatio-
ni offerunt conſignare non paragium, quia illud
ſperabatur augeri ex fructibus dictæ legitimæ: ſed
eam ſolam legitimam ſibi iure naturæ ſpectantem:
ſcilicet duodecimam partem tantùm totius ſub-
ſtantiæ dicti teſtatoris: & hoc ob culpam ipſius pu-
pillæ, quæ impedit augmentum dicti paragij, vo-
lendo fructus ipſius conuerti potius in alimentis
quàm in augmentum paragij: vt dicit Bald. in con-
ſilio ccvij. Nec obſtabunt argumenta in contra-
rium adducta: quia habent locum, quando ipſi hæ-
redes vellẽt retinere penes ſe bona legitimæ & de
negare eidem pupillæ vtrunque: videlicet legiti-
mam, & alimenta. ſed per ipſos hęredes demonſtra
tur qualiter de dicta legitima debita ſibi conſignã-
runt vncias prædictas xc. & obtulerunt reliquum
vſque ad ſummam legitimæ. Licet ad demonſtran-
dum eorum charitatem & amorem paternum ob-
tulerint eandem honorificè retinere, & alimentare
ſiue in domo auiæ paternæ, ſiue eorundem hære-
dum: quas oblationes cũ acceptare recuſauerint,
conſideretur quid iuris: ego Io. Anto. de palmerio
de Monopoli.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum filiæ, vel nepti tempore quo erit nubilis ætatis, ſeu pro dote, vel pro maritagio, vel ad maritandum, an ſit conditionale, vel modale, an purum, an ſtatim debeatur, vel an ſit expectandum tempus nubilis ætatis, & an tempus quo nuptiæ contractæ fuerint.*

2 *Legatum tempore nubilis ætatis adueniente nubili ætate peti poteſt etiam nuptijs non contractis præſtita tamen cautione de nubendo ibidem nume. 3.*

*Et fructus qui medio tempore percipiuntur ſpectant ad legatarium, & ſit differentia, an ab eo qui tenetur dotare, & an ab alio.*

4 *Cauſa impulſiua dicitur eſſe quæ occaſionem remotam præſtat, in qua non fundatur effectus: cauſa autem finalis eſt illa per quam principaliter aliquid conceditur.*

5 *Legatum relictum pro aliqua maritanda, licet reperiatur maritata eo tempore, tamen omnino ſibi debetur.*

6 *Lego Catarinæ pro ipſius dote xl. & in his ipſam hæredem inſtituo, legatum erit purum, & tunc peti poteſt.*

7 *Neptis cui relictum eſt legatum per patrem tempore nubilis ætatis poteſt petere interim ſe alimētari.*

8 *Teſtator dum inſtitutis maſculis reliquit filiæ dotem, debet interim à fratribus alimentari de bonis ipſorum, nec imputabuntur ſibi alimenta in dote relicta.*

9 *Pater dotans filiam, nedum nubilis ætatis, vel quòd eius vir nō erat ætatis perfectæ ad matrimonium, ſi ſoluta dote pater deceſſit, illa petit velle ſuccedere vnà cum fratribus, non obſtante ſtatuto debet interim habere alimenta iſtius dotis. ibid. numero* 10. *Cùm omne commodum & lucrum quod medio tempore percipitur, ſpectat ad legatarium.*

11 *Nepos ſuccedit auo in locum patris præmortui, in locum, id eſt, in gradum, ac ſi eſſet in eo gradu in quo erat eius pater, & tamen ſuccedit, vt nepos.*

12 *Alimenta quæ debentur alicui, illa debentur in domo alimentarij, niſi ſit ſiniſtra ſuſpicio contra alimentarium, quia tunc debent præſtari in domo alimentandi.*

13 *Alimentorum cauſa pendente debentur alimenta.*

14 *Appellatio non admittitur à ſententia præſtationis alimentorum. ibid.*

15 *Alimentandus cui alimenta relicta ſunt, ſi aliunde percepit non poterit petere de præterito.*

16 *Alimenta præſtita per matrem filiæ præſumuntur donata, nec habet locum repetitio.*

## CONSILIVM CXLVI.

REdemptoris gentium ſuffragio repetito, Amen. Eximie doctor, viſis ſuprà ſcriptis tuæ Magnificentiæ iuris allegationibus, in quibus non minus ſubtiliter quàm copioſe ſe exhibuit: & maturè perpenſo facto, ac meritis propoſiti thematis accuratè ruminatis, perceptiſq; inſuper aureis tribus mihi tranſmiſsis pro candelis, perlectiſque literis veſtræ Magnificentiæ, veritati tamen inhærendo, vt conſueui, cùm minimè inter Laudem & Placentiam pergere conſueuerim: fretus quòd aliquando filius non ſtat cum ſententia patris: vt in l. iij. §. ſi quis. ff. de condi. ob turp. cauſ. vbi Celſus filius tenet contra patrē, idcirco quid in facto propoſito ſentiam de iure, inferius apparebit. Et omiſsis ac reſecatis
1 ſuperfluis, & non neceſſariis, deueniendo ad * legatum factum nepti tradendum, dum ad ætatem nubilem peruenerit an dicatur purum, vel conditionale, vltra allegata per Magnificētiam veſtram, dico quòd in hoc doctores in diuerſas ſententias diſſentientes diuerſimodè ſentierunt, adeo quotquot fuerunt capita, tot ſententiæ fuerunt, vt poteſt colligi ex not. in dicta l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtr. vt ibi vltra Bart. per Angel. Bal. & Rapha. Paul. de Caſtr. per Bal. in l. item quia. ff. de pac. & in l. fi. C. de libe. præte. per Iac. Butr. & Salyc. & Paul. in l. quoniam in prioribus. de inoffic. teſta. Bald. in l. ſi plures. x. col. C. de condict. inde. Bald. & Fulg. in l. ſi pater. de inſtit. & ſubſti. Bal. in l. j. C. de priuileg. dot. circa fin. & in l. non fine. in fi. C. de bonis quæ lib. & in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. Baldus in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condi. & demonſtr. Ioan. And. in addi. Spec. in rubr. de ſtatu mona. Aret. in ſuo tracta. de teſtamen. fol. xxxviij. verſic. item reliquit. per Bal. Nouell. in ſuo tractatu dot. in j. par. ſpecialium dotis in lxvj. ſpeciali: Paulus de Caſtro in conſilio lxxvj. & hoc quantum ad contenta in lecturis, & in aliis locis ordinariis, attamen ne materiam mihi incognitam fuiſſe pernoſcas, circa dictum legatum factum filiæ, vel nepti tempore nubilis ætatis, pro dote, vel pro maritagio, vel ad maritandum, & an ſit conditionale, vel modale, & an purum, & an ſtatim debeatur, an verò ſit expectandum tempus nubilis ætatis, & an tempus quo nuptiæ contractæ fuerint, quia Doctores in hoc mirum in modum variarunt, idcirco vltra præallegata poterit Magnificentia veſtra videre Paulum de Caſt. in conſilio cvj. & conſilio ccxxxj. & ccxxxij. Ludo. in conſil. lxiiij. & cxxxiiij. & xcij. in ij. vol. Fulgo. in conſilio xix. inci. tertiò principaliter, & conſil. xl. cxcj. colum. ij. Cuman. in conſilio xlvj. poſt Mode. Alexand. in conſilio cxxvij. in fin. Bartolus in conſilio cc. Baldus in conſilio cxlv. quidam domini. & ccccIxxxv. ſi vaſſallus. in iiij. volum. Angelus conſilio xxx. Alex. conſilio cxxxix. j vol. & in conſil. lv. in ij. vol. quorum omnium opiniones referre eſſet laborioſum, & extra propoſitum, & tandem communi concluſione deciditur, vt adueniente tempore nubilis ætatis etiam nuptiis nondum contra-
2 ctis, poteſt tale legatum * peti, præſtita tamen cautione de nubendo, & hoc maximè quando tale legatum factum eſt ab eo qui non eſt aſtrictus dotare, & in hoc etiā reſidet Bar. in d. §. Titio genero. in fin. Quinimò Bald. in l. ſancimus. C. de nupt. voluit, quòd tale legatum poteſt ſtatim peti etiā ante nubilem ætatem, & iſtam opinionē amplecti videtur Vber. de cremo. in ſua diſpu. incip. teſtator legauit. de quo Vber. meminit Bal. in l. j. ix. col. ſi malè non recolo. C. de priuileg. doti. dicens ſe libenter ipſum allegare, ex quo fuit de primis qui rexit cathedram in ciuitate Peruſij per priuilegia Bonifacij, prout dicit audiuiſſe à ſuis maioribus. verum eo caſu quo expectari debet tempus nubilis ætatis
3 omne commodum, * & lucrum quod iſto medio tempore percipitur ex tali legato, ſpectat ad legatarium, per textum in l. ſi ita relictum. §. pegaſus. de leg. ij. & in l. in fideicommiſsi. §. cùm pollidius. ff. de vſur. per quæ iura ita in propriis terminis conſuluit Pau. de Caſtro in conſilio cxxxvj. viſo teſtamento. ij. col. or quanto magis erit hoc concedendum, dum relinquitur ab eo qui aſtrictus eſt dotare, prout in caſu noſtro, in quo auus reliquit ipſam eius neptem hęredem particularem in dote de paragio, & ſuadet etiam qualitas perſonæ ipſius neptis, & ſic cauſa finalis ipſius legati ſeu inſtitutionis videtur fuiſſe ratio ſanguinis, & ſic conſanguinitatis quæ præualere debet. l. tutor. §. j. ff. de excuſatione tutor. l. penultima. ff. quod falſ. tutor. aucto. l. Quintus. §. fina. ff. de annuis legatis. quæ iura ad



ra ad hoc propoſitum allegauit prædictus Vber. de Cremo. in alleg. ſua diſp. & ſic cauſa maritagij præſumitur impulſiua. l. cùm tale. §. falſa. ff. de condit. & demon. & in d. l. ij. §. fin. ff. de donat. per quæ iura ita voluit Vbertus prædictus ibidem: ad quod ac-
4 cedat, nam cauſa impulſiua dicitur eſſe, * quæ occaſionem remotam præſtat, in qua non fundatur effectus, ſed finalis cauſa eſt illa per quam principaliter aliquid conceditur, vt declarat Bald. in l. generaliter. la ij. col. vij. C. de epiſc. & cleric. relictum enim tanta neceſsitudine tentis atque coniunctis ampliorem meritò ex charitatis dilectionis affectu admitti interpretationē, & vberiorem legati cauſam facit. l. Quintus. in fi. ff. de aur. & argen. leg. mouere ergo debet charitas perſonarum, quibus teſtator reliquit, quia eſt neptis. argu. l. qui filiabus. §. j. & quod ibi not. in glo. in j. ſolut. ad contrarium. l. ſi quis Titio. §. ſi de le. ij. ita per prædicta conſuluit Fulgo. in conſil. xl. dominus teſtator. col. ij. & ideo dixit pulchrè Bald. in l. fin. in fin. C. de ſent. quæ ſine
5 cer. quanti. quòd ſi tale legatum pro aliqua * maritanda eſſet relictum ei, quæ iam eo tempore maritata erat, quòd nihilominus huiuſmodi legatum omnino debetur: vnde liquet quòd ex cauſa maritagij non erat cauſa finali. ipſius legati: idem conſuluit Paul. de Caſtr. in conſil. cxcviij. inſpicienda eſt inſuper ipſius puellæ qualitas infantis & virginis: ex qua conſideratione reſultat quòd legatum ſimpliciter relictum puellæ virgini, tacitè videtur relictum pro eius dote & maritagio: licet aliter id expreſſum non fuerit in legato: vt dicit Bald. in l. nulla. C. de iure dot. & ſing. Bart. in l. quod autem. ff. eo. titu. Et ſic apparet tale legatum veluti purum incontinenti deberi. l. in omnibus. ff. de reg. iur. l. j. ff. de condi. & demon. & ideo idem erit dicendum, ſi illa verba pro maritagio, ſeu tempore maritagij ſint expreſſa: ex quo expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur. l. hæc verba. cum ſimili, ff. de lega. j. & ideò conſuluit pulchrè Petr. de Ancharan. in conſi. cccxxxiij. ſubtiliſsimus, &c. quòd ſi relinquitur hoc modo ſub his verbis, Lego Catarinæ
6 xl. pro ipſius dote, * & in his ipſam hæredem inſtituo, videtur teſtator voluiſſe facere legatum purum: ex quo alias dicta verba nihil operantur. ex quibus infero, & concludo prædictam puellam nedum petere poſſe de præſenti declarari paragium, cùm ſit nubilis ætatis: verùm etiam petere poſſe ex nunc dictum paragium per ſuprà dicta. Nec videri debet veſtræ Magnificentiæ inconueniens petitio alimentorum præſentium & futurorum, non autem præteritorū: ex quo ſicut auus tenetur neptem ſuam ex filio dotare. l. dedit. & ibi Bart. ff. de colla. bon. & l. nihil. de in rem verſ. ita etiam & ipſam ali-
7 mentare tenetur. * & ſic cùm auus ipſe deceſſerit, non relictis alimentis, poterit neptis ipſa alimenta petere: vt dicit Iaco. de Are. in l. ſi quis à liberis. ff. de libe. agno. Bal. in auth. res quæ. C. comm. de leg. & ideo dixit Bart. in l. qui filium. ff. vbi pupil. educ.
8 deb. * quòd ſi pater inſtitutis filiis maſculis hæredibus, reliquit filiæ fœminæ dotem, debent fratres interim alere ſororem prædictam de bonis ipſorum: nec poterit imputari eidem ſorori in dote relicta: vt dicit Bartol. ex l. prædicta notari dictum caſum pulcherrimum: & idem dixiſſe reperio Baldum in propriis terminis in l. non ſine. ſecunda columna. verſiculo, ſed nunquid interim debet habere alimenta. C. de bonis quæ liber. vbi in fortioribus terminis tenet, quòd ſi pater dotauit filiam nondum nubilis ætatis, vel quòd eius vir non erat ætatis perfectæ ad matrimonium contrahendum, & poſtquam pater ipſe dotans exoluit dotem, deceſsit, & illa demum petit velle ſuccedere patri
9 vnà cum fratribus, non obſtante ſtatuto * quòd filia dotata excludatur: tamen interim debet habere alimenta iſtius dotis, quia ſuccedit loco legitimæ: licet Roffre. Bene. diſputauerit in l. cùm vnus. in fi. ff. de alim. & cib. leg. quòd non inſpiciatur dos, ſed ſolùm filiatio, & qualitas paterna: vt ipſemet Bald. commemorat in d. l. non fine. & facit in terminis illud conſilium Pauli de Caſtro cxxxvj. viſo teſtamento. ſuprà alleg. dum dicit, quòd omne lucrum
10 & * commodum, quod iſto medio tempore percipitur ex dotis legato, ſpectat ad legatarium: & tanto magis conſidero deberi, cùm titulo inſtitutio-
11 nis dicta dos de paragio relicta fuerit. * Et in his in quibus in ſimili dixi ſuprà de patre, dico quòd idem erit dicendum & in auo: cùm auo ſuccedat nepos in locum patris pręmortui: tex. eſt in §. cùm filius. inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defe. & dicitur in locum, id eſt, in gradum, ac ſi eſſet in eo gradu in quo erat eius pater: & tamen ſuccedit eius nepos: prout magiſtraliter declarat Barto. in l. j. §. ſi ſit nepos. ff. de colla. bon. & l. prima. §. ſi filius. ff. de coniung. cum eman. liber. & ſic licet ponatur loco patris ſui, tamen ſuccedit ex propria perſona ipſius nepotis, aut neptis: & ſic ſi ſucceſsionem, pariter & alimēta petere poteſt. Nec militabit oblatio, quòd veniat, ſeu ſe conferat ad commorandum in domo auiæ, matris prædictorū hæredū, & ibi alimēta percipiet: quia cùm ſuſpicetur de ſucceſsione prædictorum patruorum debētium eandem de paragio dotare, alimentanda erit penes matrem, tanquàm in tuto loco, & ſuſpicione carente, per l. penult. &
12 per totum titulum. ff. vbi pupill. educ. deb. * Et ſic ſubſiſtente ſiniſtra ſuſpicione debentis alimenta præſtare, poſſunt peti præſtari alibi, quàm in domo, vbi ſuſpicio ineſt: vt dicit Baldus in l. prima. C. de lega. & ſequitur Alexander de Imola in additio. ad l. Caio. ff. de aliment. & cibar. legat. Nec tenendum eſt non ſubſiſtere condemnationem alimentorum in triginta ducatis factam per ſacrum conſilium: quia vt bene nouit veſtra Magnificentia, licet alimenta præſtanda ſint ſecundum facultates patrimonij, videlicet, redituum ex patrimonio: vt dicit Bart. in l. cùm alimenta. ff. de alimentis legatis. Bartolus & Angelus in l. Imperator. ff.
13 ad Trebellianum. * attamen quia pendente cauſa alimentorum debentur alimenta: prout dicit gloſ. & Bartolus in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. de liber. agnoſ. & in l. ſi neget. eodem titulo. ideò vereor difficillimum eſſe obtinere, vt executio alimentorum virtute decreti interpoſiti in ſacro conſilio retardari poteſt, licet infra legitimum tem-
14 pus fuerit reclamatum: * cùm à ſententia præſtationis alimentorum appellatio non admittatur: vt dicit Bartolus, & poſt eum Alexander in l. finali. ff. de appellation. recip. & in l. mela. & in l. ſolent. ff. de alimentis & cibariis legat. circa alimenta autem

15 præterita,* dico, quòd ſi aliunde habuit petere non poterit in præſentiarum, vt dicit Bart. in l. libertis.
16 §.j.ij.q.ff.de adi.lega. * & maximè vbi ſunt præſtita per matrem filiæ, quia eo caſu præſumuntur donata, nec habet locum repetitio, per tex. in l. neſennius. & quod ibi gl. & Bar. ff. de negoc. geſt. Bald. in l. alimenta. C. eod. tit. Bart. in l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. ff. de liber. agnoſ. Imò etiam ſi fuiſſet mater ipſa proteſtata de alimentis ipſis, non tamen repetet, vt dicunt Bartol. & Bald. in d. l. alimenta. & in d. l. neſennius. Et licet aliqui tenuerint contrarium, attamen ipſorum opinio procedit, vbi alimenta fuiſſent legata: vt l. de alimentis. & ibi Bart. C. de tranſact. & melius in l.j.ij. colum. verſic. not. quòd ſi legatarius. C. de fideicom. Ex quibus omnibus concludo eandem neptem potuiſſe petere declarari paragium, & alimenta præſentia & futura, quouſque illud ſibi conſignatum non fuerit. veſtræ Magnificentiæ frater,

Thomas Grammaticus.

## SVMMARIVM.

1 *Dominus ad probandum angarias ſibi deberi per vaſſallos, debet probare titulum, aut exegiſſe per tantum tempus, in cuius initij memoria hominum in contrarium non exiſtat.*

2 *Ius imponendi angarias ſubditis, non poteſt per ipſos dominos aliqua præſcriptione acquiri.*

3 *Dominus exigens aliquod reale ſibi non debitum inconſulto principe plectendus eſt.*

4 *Rex ſolus eſt dominus perſonarum in Regno Siciliæ.*

5 *Vaſſallus etiam cum iuramento non poteſt ſe obligare ad præſtationem operarum ſuo domino.*

6 *Seruitia & angariæ in dubio præſumuntur extorta per metum Baronis ſeu domini à talibus pauperibus ruſticis ibidem.*

7 *Præſtationes operarum, angariarum, & ſeruitiorum poſſunt multipliciter deberi.*

8 *Probatio dubia ſemper interpretatur contra producentem.*

9 *Vaſſallus ſi non iurauit fidelitatem, non eſt homo ligius, adeò quòd nec præſtatio alicuius rei lōgo tempore facit ipſum eſſe vaſſallum, niſi præcedat cauſa obligationis, vt pro laborerio terræ, quod tenet à domino. & his ſimilibus.*

10 *Vaſſallus non præſumitur, nec eſt ex eo quòd domicilium faciat in loco Baronis, nec ex hoc Baro ille habet in eum iuriſdictionem, nec præſumitur quòd bona per ipſum poſſeſſa tenuerunt à Barone in feudum, ſeu à prædeceſſoribus ipſius.*

11 *Poſſidere quilibet præſumitur pro ſuo, & vt dominus, & non vt vaſſallus ſeu emphyteuta.*

12 *Vaſſallus dici non poteſt qui nihil terræ tenet à domino.*

13 *Clauſula in priuilegio, quòd ſit conceſſa Baroni terra, cum angarijs, & parangarijs, non probat angarias, niſi aliter conſtet de cauſa & obligatione ad angarias, & ſeruitia, quàm per dicta verba priuilegij, & hoc fauore libertatis, & ſic debet liquere de conſtituta conditione aſcriptitia, ſeu colonaria in principio factæ obligationis, vt de obligatione curiali, ſeu aliter, imò etiam ſi eſſent propria verba confitentium ſe eſſe vaſſallos, non tenet confeſſio. ibidem, num. 14. & 15.*

14 *Confeſſio facta contra propriam libertatem, non tenet.*

15 *Collecta ſemper præſumitur exigi per metum à vaſſallis: intantum quòd in ea præſtanda non procedit præſcriptio.*

16 *Dominus non poteſt grauamina à vaſſallis ſuis exigere, niſi conſueta.*

17 *Dominus licet habeat in vaſſallos merum & mixtum imperium, non ex hoc poteſt eis imponere noua vectigalia, niſi in caſu neceſſitatis.*

18 *Dominus exigens aliquid extraordinarium præter conſcientiam principis, punitur in quadruplum. ſi verò de conſcientia principis plus exegit, quàm impoſitum fuit, punitur in duplum.*

19 *Princeps imponens vectigalia ſine cauſa, committit rapinam, & dicitur auferre bona ſubditorum, & ſic ſi non licet principi ergo nec baronibus.*

20 *Domini debent eſſe contenti oneribus & muneribus impoſitis tempore conceſſionis feudi, nec ſubditos vltra grauare ibidem.*

21 *Conſuetudo & præſcriptio longè differunt, nam conſuetudo requirit animum, & conſenſum totius populi, aut maioris partis, præſcriptio verò ſolum animum, & conſenſum præſcribentis, non autem aduerſarij. & ideo ei contra quem præſcribitur, habet præiudicare. num. 22. & 23.*

25 *Dominus probans exegiſſe collectas à vaſſallis de conſuetudine tanti temporis in cuius contrarium memoria hominum, &c. habet vim priuilegij.*

26 *Tempus vbi eſt fundamentum intentionis alicuius, debet articulari & probari.*

27 *Metus omnis ceſſat data præſentia Principis, ſeu iudicis, vel eius auctoritas.*

28 *Immunitas à collectis ſeu ſeruitijs perſonalibus ſpacio xl. ann præſcribitur.*

29 *Titulus inducitur per curſum centum annorum.*

30 *Verborum inuolucrum effugit deliberatam mentem principis & dicitur obreptitiè obtentum.*

31 *Clauſula cum angarijs & parangarijs in priuilegio, non inducit obligationem, niſi ſit in illo loco, vel concedere videtur iuriſdictionem in angaria, quæ non competit Baronibus, cùm ſint regalia, niſi concedantur ex priuilegio. ibidem.*

## CONSILIVM CXLVII.

REdemptoris gentium auxilio iterato, amen. Excellens dom. Ludouice Montalte, regens Cancellariam digniſsime, quia in cauſis vertentibus inter Magnificum Bindum Tholomeum de ſenis ex vna, ac vniuerſitates, & homines terræ Raclæ, & Felline ex altera, coram veſtra Excellentia, & nobis arbitris & arbitratoribus per ambas partes electis, ex debito polliciti ſumus ego & Magnificus Colutius Copula, abſque animi paſsione, ſecundum veras iuris concluſiones, veritati duntaxat inhærendo, in cauſis ipſis ad diffinitionem procedere, ideo Dominatio veſtra non me, ſed quid loquar conſideret, iuxta illud Hieronymi in capitulo, ego ſolus. ix. diſtinct. Dicebam pridie, & dico, prædictum magnificum Bindum minimè articulaſſe prætenſas ſeruitutes, ſeu officiales ad illas operas peragendas ſibi



ſibi præſtitas fuiſſe, niſi per xxx. xl. & l. annos, & plus: & licet eius teſtes deponant de longè minori tempore, attamen ex iuris diſpoſitione ſancitum,
1 quòd * vt ad probandum huiuſmodi angarias ſibi deberi requirebatur titulus, aut probatio tanti temporis in cuius contrarium memoria hominum non exiſtit, & in tantum quòd non poſſunt dici angariæ debitæ baroni probato longo vſu, cum allegatione tituli, quia id non ſufficit, inquit Archi. in cap. ſeruitium. xviij. q. ij. quem refert & ſequitur Luc. de penna in l. litibus. iij. colum. C. de agri. & cenſi. vbi in ſpecie dicit, quòd in talibus non ſufficit probari curſus longi temporis: niſi etiam & titulus probetur, per ca. quia cognouimus. x. q. iij. Et intantum hoc eſt verum, quòd ius imponendi hu-
2 iuſmodi onera ſubditis non poteſt per ipſos * dominos aliqua præſcriptione acquiri, ita voluit Cy. poſt Petr. in l. ij. C. quæ ſit long. conſuet. & Alber. de roſa. ibidem in rubrica refert pulchrè & ſequitur Iaco. de ſan. Georg. in tract. de homag. x. colum. in fi. & ideo potius plectendus eſſet dominus exigens aliquid reale ſibi non debitum, quod minus eſt,
3 cùm inconſulto * principe id exigere nō poſſet ab eius ſubditis, prout dicit Ioan. de Plat. in l. placet. ij. not. de excuſ. muner. lib. x. Quia quanto magis ſi
4 de perſona cōpelleret. * Et maximè in Regno iſto Siciliæ, in quo ſolus Rex eſt dominus perſonarum: vt eſt tex. in c. regni, ad regale faſtigium. Et in conſtitutione Regni, quia frequenter. vbi princeps dicit, ſe nolle perſonas ſeruitiis perſonalibus abſque ſuæ ſerenitatis aſſenſu obligari. Et intantum hoc eſt verum, quòd vaſallus etiam cum iuramento non poſſet ſe obligare ad præſtationem operarum
5 ſuo domino: quia nemo poteſt ſe obligare ad ea niſi libertus. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. l. vt iuſiurandi. ff. de oper. libert. Nam opera liberi hominis non tribuit ius in perſonam. l. j. ff. de ope. ſeruo. quod eſt not. ita decidit Luc. de pen. in d. l. cùm ſci-
6 mus. iij. colum. C. de agri. & cenſ. * Et ideo præſumuntur huiuſmodi ſeruitia potius extorta per metum baronis, ſeu domini, à talibus pauperibus ruſticis, prout dicit Bal. in extrauag. de pa. conſtan. in verſi. pactiones. referendo Ioan. And. in c. j. de præſcript. in vj. in nouel. dicentem, quòd indebita ſeruitia præſumuntur à dominis per metum extorta: & contra potentes præſumitur, præſertim pro ruſticis: idem tenet etiam Alex. de Imol. in l. iuſiurandum. §. j. ff. quarum rerum actio non datur. Iaſ. in §. quadrupli. fol. lxxxviij. inſtitut. de actio. & plenè Iaco. de ſan. georg. in tit. de homag. viij. colum. quòd quidem ſatis indicat conſuetudo ipſius Magnifici Bindi erga vaſallos, quæ eſt pro quolibet modico carcerare: & pro quolibet minimo condemnare, innouare contra vaſallos aſsiduas controuerſias, ac nouas lites mouens: & ſatis aſperum ac terribilem aduerſus ipſos ſe exhibere: prout infiniti teſtes nulla macula attincti depoſuerunt. Quibus omnibus ſuffragatur liſta iurata introituum dictorum feudorum, porrecta in regia camera ſummariè tempore petitæ inueſtituræ prędeceſſoris ipſius Bindi, in qua nulla fuit facta mentio de prætenſis ſeruitutibus: nec de aliqua ipſarum, & quæ nullatenus
7 competere poterant Baroni, * niſi ex priuilegio conceſſæ fuerint: vt dixit Baldus in l. cùm multa. C. de bonis quæ liber. circa fin. & licet teſtes Bindi depoſuerint eaſdem ſeruitutes præſtitas fuiſſe diu: & quòd vniuerſitas ad eas teneatur: attamen nullam eorum dictis rationem aſsignant de cauſa, ob quam ad præſtationem prædictam teneantur: maximè cùm præſtationes angariarum, & ſeruitiorum prædictorum poſsint multipliciter deberi, non ſolùm ex conditione libertorum, ſed colonariæ conditionis aſcriptitiæ, vel curialis, vel precij participandi cauſa obligationis ſequutæ: & etiam ex contractu locationis & conductionis; prout dicit Azo in ſumma, in titul. de agrico. & cenſit. vel colon. in princip. vnde ſi reſpectu prædictorum teſtes non deponerent per certam rationem, & cauſam dictorum ſuorum etiam non interrogati, nihil concludenter deponerent, & probatio huiuſmodi non releuaret. per l. neque natales. C. de pro-
8 ba. & c. in præſentia. extrà eodem titul. vbi doct. dicunt, * quòd probatio dubia ſemper interpretatur contra producentem, vnde dico quòd meo iudicio probari debet cauſa concludens neceſſarias angarias & ſeruitia perſonalia, & operas, & ſic ipſos ſubditos eſſe in conditione aſcriptitia, ſeu colonaria, & malæ fortunæ, vt dicunt doct. & Bart. in l. litibus. C. de agricol. & cenſit. libro vndecimo. qua conditione ne homines trahantur in aduerſam fortunam, iure ſancitum fuit, nec proprias confeſſiones eis obeſſe, nec ſcripturas ſolas ſufficere. l. cùm ſcimus. C. de agricol. & cenſit. & quæ conditio ſimilium perſonarum non probatur ſine terra data ad colendum perpetuò pro ſe, & poſteris. l. cùm ſatis. eodem titul. & per omnes ferè leges eiuſdem tituli, & vltra alios ſcribentes per Azon. in ſumma, cùm ipſi conſtituantur ex obligatione tanquam pars rei ſeu fundi ad perpetuam agriculturam, vt coloni: & ſuadet etiam fauor libertatis vbique. in l. nec ſi volens. & l. liberos. C. de libera. cauſa. Præterea pro parte ipſius magnifi. Bindi non apparet probatus titulus nec poſſeſsio tanti temporis in cuius initij contrarium memoria hominum non exiſtit; & minimè apparet probatum quòd homines terræ prædictæ Raclæ ſint vaſſalli ratione feudi recepti cum præſtatione homagij per iuramentum fidelitatis in forma, conſtituendo ſe homines concedentes feudum, & cum obligatione ad huiuſmodi angarias & ſeruitia, vt apparet in multis legibus in vſibus feudorum: vt etiam dicit Speculat. in titulo de feud. §. quoniam. ferè per totum: vbi dixit Speculat. quòd ſi vaſſal-
9 lus non * iurauit fidelitatem, non eſt homo ligius, adeo quòd nec præſtatio alicuius rei longo tempore, facit ipſum eſſe vaſſallum, niſi præcedat cauſa obligationis, vt pro laborerio terræ quam tenet ab aliquo domino, & ſimilibus: ſecundum Bartolum in l. cùm de in rem verſo. ff. de vſur. circa finem, & ibi per alios doctor. & in l. ſolent. ff. de offic. proconſul. Bartol. in l. litibus. in verſiculo, ex hac litera. C. de agricol. & cenſit. nec ex hoc quod quis degat, & domicilium faciat in loco alterius, erit ex hoc vaſſallus illius: vt dicit Cardinalis in Clementina, paſtoralis. in verſiculo, denique. de re
10 iudicata. * adeo quòd dominus ille non ex hoc habet iuriſdictionem in perſonam illius vt vaſſalli, nec præſumitur quòd bona quæ ipſi poſsident de

Raclæ

Raclæ ibi, teneant ab ipſo Bindo in feudum, ſeu
à prædeceſſoribus ipſius.c.ſi vaſſallus.ſi de feu.fue.
contro.c.ſi.de leg. corra. & eidem Bindo incumbit
onus probandi quòd fuerint eiſdem in feudũ con-
11 ceſſa: cùm ſit fundamentum ſuæ intentionis: * ex
quo quilibet præſumitur poſsidere pro ſuo, & vt
dominus.l.filiusfa. §.diui.verſic.idem princeps. in
fi.ff.de leg.j.& ibi Ang.not. illũ tex.ad hoc.& doct.
in l.Titia.ff.de ſolu.Bal.in l.ij.in ix.q.C.de ſer.& a-
qua.gl.& doct. in l.ij.C.de acqui.poſſ. Nemo enim
præſumitur alieno nomine poſsidere.l.j.§. ex con-
trario.ff.de acquir. poſſ.& quòd non poſsidet tan-
quam vaſſallus, emphyteuta & ſimiles: vt in d.§.ex
contrario. & l. ſi vt certo.§.ſi duobus.ff. cõmoda.
Requiritur etiam in feudis inueſtitura: vt in tit. ſi
de inueſt. inter do.& vaſſal. oriat. & pariter homa-
gium pro fidelitate.c.grauem.de exceſ. præla.c.fin.
12 de reg. & vtrobique cum concor. * qui ergo nihil
terræ tenet à domino, non poteſt cum ratione dici
eius vaſſallus: vt dicit Lucas de penna in l.cum ſci-
mus.iij.colum.C.de agrico.& cen.li.xj. De quibus
omnibus requiſitus pro fundamento intentionis
ipſius Bindi in hoc caſu tanquam prætenſos vaſſal-
los, ſi ipſi, vel eorum prædeceſſores acceperint rẽ
immobilem in feudũ: & ſi iurauerint fidelitatem,
& ſi conſtituerint ſe ligios homines, & ſi promiſe-
rint angarias, vel ſeruitia perſonalia nõ liquet ali-
ter ex meritis proceſſus: vnde refragatur iuris di-
ſpoſitio, aduertẽdo quòd ſi teſtes aliqui deponen-
tes de angariis prædictis, & ſeruitiis perſonalibus,
ſi ex prædictis concludunt de cauſa ſciẽtiæ. Ex quo
poteſt dici quòd talia non ſint præſtita tanquam
pro feudo, nec iure obligationis: & ideo teſtis de-
bet deponere in hoc per certam ſcientiam dicti ſui
de obligatione tanquam à vaſſallo per alterum ex
ſenſibus corporis: vt quòd fuit præſens inueſtitu-
ræ: maximè in caſu præſtationis angariarũ, & ſer-
uitiorum quæ poſſunt multipliciter deberi: vt ple-
nè ſuprà dictum fuit referendo Azo. in ſumma, de
agrico. & cenſit. Et licet magnificus do. Colucius
copula dicat, quòd vt plurimum in priuilegiis Ba-
ronum, in quibus fiunt conceſsiones caſtrorum
cum angariis & perangariis: ego dico quòd non
ab re de priuilegio huius magnifici Bindi nũquam
apparuit, licet fuiſſent tot proceſſus agitati: & da-
to abſque veri præiudicio, quòd in eo continetur
huiuſmodi clauſula, dico quòd debet concluden-
ter probari, quòd terra ipſa fuerit conceſſa cum an
gariis & perangariis: & quòd perſonæ vaſallorum
13 ſint in loco tanquam vaſſalli, * ex prædictis: debe-
ret etiam aliter conſtare de cauſa & obligatione
ad angarias prædictas, & ſeruitia quàm per prætẽ-
ſa verba priuilegij: & hoc fauore libertatis: & ideo
aliter eſſet ſi per ſcripturas cum aliis ex quibus li-
queret de conſtituta conditione aſcriptitia, aut co
lonaria in principio factæ obligationis: vel de obli
gatione curiali, ſeu aliter, imò etiam ſi eſſent pro-
14 pria verba confitentium, * per quæ confiterentur
ſe vaſallos, & ſeruitiis, ac angariis obnoxios, eis
non noceret: vt dicit glo. in l. nec ſi volens. C. de li-
be. cau. & ibi Bal. dicens, quòd confeſsio facta con-
tra propriam libertatem non tenet: & ibi ſubdit de
rege Francorum, quòd ſi confiteri faceret à ciuibus
aliquam ciuitatem eſſe ſuam, non tenebit confeſ-
ſio: & idem tenet & ſequitur Iaſ. in prælud. feud. &
in l.ij.C.de iure emphy. idem refert & ſequitur do-
min. Anto.de Alexand. in addi. ad Bart. in l. vnica.
C.de confeſ. ſubdens eſſe not. contra Regem Fran-
ciæ Carolum octauum, qui tanquam inuaſor ve-
niens ad regnum hoc fecit ſibi iurare fidelitatem
à ciuitate Neapo. & à toto Regno. Nunc redeun-
do ad propoſitum certum eſt, & pro certo præſup-
ponendum talia onera, & ſeruitia deficiente priui-
legio fuiſſe à pauperculis, & ſimplicibus ruſticis
ipſis ſubditis vſurpata: vt plenius dicit Luc. de pen.
in prædicta l. litibus. C. de agricol. & cenſ. ex quo
nec in eis præſtandis de auctoritate principis ap-
paret: nec quòd curſus centum annorum defluxe-
rit, vnde per metum, & violenter præſtita fuiſſe
præſupponuntur. per ſuperius allegata: quibus ad-
15 dendum cenſui * id quod in ſimili dicimus de col-
lecta, quæ ſemper exigi præſumitur per metum à
vaſſallis, in tantum quòd in ea præſtanda non pro-
cedit præſcriptio: vt pulchrè firmat Luc. de pen. in
l. hac lege. C. de aquæduc. lib. xj. j. colum. quòd præ-
ſumitur ſemper ex timore potiuſquàm ex debito,
& in ea non currit præſcriptio. Allegat Innoc. in c. ſi
diligenti. extrà de præſcriptio. in glo. magna. Nam
dominus caſtri non poteſt à ſuis vaſallis grauami-
16 na exigere, * niſi conſuetã. vt conſuluit Alexand. in
conſil. xxxv. viſo themate. prima colum. ij. volumi.
& in conſil. cxlvj. quoniam abundè. in princip. eod.
volumi. & non poſſunt compelli per dominum ad
ſibi præſtandum collectas vel angarias. ita Bald. in
l. cùm multa. C. de bonis quæ liber. licet dominus
17 habeat merum & * mixtum imperium, non ex hoc
poteſt imponere noua vectigalia, vt dixit Ioann. de
Imol. in conſil. cxxj. vj. col. in fin. niſi in caſu neceſ-
ſitatis, ita dixit Bald. in conſil. ccccxxxv. in v. volum.
in fine. vnde ſuccedat, quòd inducens ſeu exigens
aliquid extraordinarium præter conſcientiam prin
18 cipis, punitur in quadruplum. * Si verò de impoſi-
tione ex mente principis facta plus exigat, quàm
impoſitum fuerat, punitur in duplum, ita voluit
Ioan. de Plat. in d. l. placet. ſecundo not. C. de excuſ.
muner. libro x. quæ pœna ciuilis parti applicatur,
quia criminaliter venit ex officio iudicis punien-
19 dus, vt ibi per eum. & ideo dico * quòd etiam Prin-
ceps imponens hæc vectigalia ſine cauſa, commit-
tit rapinam, & dicitur auferre bona ſubditorum.
ita dixit Andr. de Iſer. in ca. primo. in verbo, flumi-
na. quæ ſint regal. Si ergo non licet Principi, ergo
nec Baronibus ipſius, qui non habent ita largas ha-
20 benas, * ſed limitatam iuriſdictionem, & ideo do-
mini feudatarij debent eſſe contenti oneribus, &
muneribus impoſitis tempore conceſsionis feudi,
nec ſubditos vltra grauare. l. cum ſatis. §. caueant.
C. de agric. & cenſit. lib. xj. per quem ita dixit Iaco.
in tract. de homag. x. col. circa med. cùm igitur tem
pore conceſsionis factæ eidem baroni, huiuſmodi
onera & grauamina non apparent impoſita ex con-
ceſsione Regia, imo ex tenore liſtæ iuratæ tempo-
re conceſsionis inueſtituræ factæ eidem Bindo, in-
ter cætera non apparent iſta mentionata, ergo, &c.
Et inquantum magnificus do. Colutius collega ar-
biter dixerit, prout etiam dicebat tempore quo
erat patronus cauſarum pro ipſo Bindo, quod hu-
iuſmodi ſeruitutes reperiantur ab antiquis tem-
poribus,



poribus: & ex quadam inueterata conſuetudine in-
ductæ, ex qua conſuetudine inducitur ſeruitium:
vt in capitu. ſeruitium. xviij. quæſtio. ij. ſuprà alle-
gatum, & conſuetudo dat iuriſdictionem, & priui-
legium. c. conqueſtus. ix. q. iij. & c. cùm dilectus. de
conſuetud. & maximè vbi eſt conſuetudo præſcri-
pta, quæ habet vim priuilegij. iuxta tex. in l. hoc iu-
re. §. ductus aquæ. de aqua quot. & æſti. c. ſuper qui-
buſdam. §. prætereà. de verbo. ſignific. & conſuluit
Alexan. in conſi. vj. in j. volu. Ex quibus videtur ſe-
cundum eum huiuſmodi præſcriptionem prædicto
Bindo opitulari. Nam reſpondetur magnam eſſe
differentiam inter conſuetudinem & præſcriptio-
21 nem, * ex quo conſuetudo animum & conſenſum
requirit totius populi, aut maioris partis. l. de qui-
bus. de legibus. Præſcriptio verò ſolum animum, &
conſenſum præſcribentis, non autem aduerſarij:
ideo ei contra quem præſcribitur, habet præiudi-
care, & non aliis. l. naturaliter. ff. de vſucap. Item &
22 eſt alia differentia quæ confert ad caſum: * nam ex
cõſuetudine acquiritur ius in publico vndecunque
cauſetur, etiam ſi ius ex priuato cauſatur. l. vendi-
tor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædi. & ratio eſt, quia
conſuetudo eſt lex non ſcripta. d. l. de quibus. & ſic
communis eſſe debet. c. erit autem lex. diſtin. iiij. Ex
præſcriptione autem ius priuato acquiritur: ergo
lex dici non poteſt: quia communis non eſt. ita di-
xit formaliter Abb. in c. ſi. de conſuet. Bald. in rubr.
de rerum diui. col. j. circa finem. & Moder. plenè in
l. de quibus. xv. colũ. de legi. & ideo dixit Fely. in c.
auditis. xj. col. verſ. iiij. & vltima declaratio. de præ-
ſcript. quòd conſuetudo ſe habet ad ius commune
& vniuerſale: præſcriptio verò ad particulare pri-
uatum: vnde licet actus geſti à priuato poſsint indu-
cere conſuetudinem, hoc habet locum quando per
illos actus acquiritur in publico, ſecus ſi priuato:
23 quia * tunc erit præſcriptio. ita voluit Franciſc. de
Aret. in ſuo conſil. xxiij. in præſenti conſultatione,
&c in fine. ſed ſic eſt, quòd per huiuſmodi actus eſt
inductum ius, & commodum priuato, & non in
publico, vt patet. non enim ex hoc particulari com
modo Baronis aliquid publicæ vtilitatis ineſt in
terra Raclæ: ergo ſumus in mera præſcriptione, &
24 non in conſuetudine. * Item quoties acquiritur ius
contra quemlibet ſingulariter, tunc per præſcri-
ptionem dicitur ius quæſitum: ſi verò non ſingula-
riter, ſed communiter contra omnes, tunc dicitur
ius acquiſitum per conſuetudinem. ita Cyn. & Petr.
in l. ij. C. quæ ſit longa conſuetud. quos ſequitur Al-
be. in rub. eiuſdem tituli. ſed ſic eſt, quòd iura præ-
tenſa exigendi à viduis grana xv. annuatim, & pro
ſomeriis tenetur vnũ, non eſt acquiſitum ius com-
muniter contra omnes: ſed ſingulariter cõtra illos:
ergo erat præſcriptione quæſitũ, & pariter ius cùm
eſſet quæſitum à quolibet patrefamilias, qui ire te-
nebatur ad tabernam, ergo non communiter con-
tra omnes, ſed contra omnes ſingulariter, tunc erit
ius per præſcriptionem quæſitum: tunc ius colle-
25 ctandi, * & onera imponendi ſubditis, non poteſt
præſcriptione dominis acquiri: ita formaliter in-
quit Petr. & Cyn. & Alexan. in locis prædictis, quos
refert & ſequitur Iacob. in tract. de homag. x. col. in
fi. cùm ergo cenſeantur talia iura per præſcriptio-
nem acquiſita, vt ſuprà, ergo ſic per præſcriptionem
eidem Baroni acquiri non potuerunt. Item talia
onera cùm præſumantur per metum extorta, vt ſu-
prà, non ſufficeret in eis probari curſus temporis,
niſi etiam titulus probetur. capitul. quia cognoui-
mus. x. quæſtione iij. per dicta Luc. de Pen. in d. l.
litibus. poſt Alex. conſuluit de domi. Azo. in d. ſuo
conſi. xxxv. in ij. volu. qui volebat exigere collectas
ab eius vaſallis, vt probaret de conſuetudine tanti
temporis, in cuius contrarium non eſt memoria
26 hominum: quia tale tempus habet vim priuilegij.
d. l. hoc iure. & vbi * tempus eſt fundamentum in-
tentionis, illud debet articulari, & probari. l. ma-
trem. C. de proba. l. eum actum. & ibi not. ff. de ne-
go. geſt. Bar. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de
no. oper. nunc. per quæ ita conſuluit Alexan. in ſuo
conſil. centeſimo. in j. colum. ij. volumine. Sed quia
intentio magnifici Bindi eſt fundata ſuper allega-
ta conſuetudine tanti temporis, in cuius contra-
rium, &c. ergo erat probãdum quod deeſt, &c. nam
multi tenent quòd illud tẽpus debet excedere cen-
tum annos, prout tenet Felyn. in ca. ad audientiam.
vltima colum. in v. limitatione. de præſcription. ſed
dato quòd ſit centum annorum, vt tenuit Cyn. in
l. ij. de ſeruitut. & aqua. in x. q. & Cæpol. in tract. de
ſerui. vrba. prædior. xix. fol. ij. colum. tamen in iſto
caſu de neutro probatum eſt, imò ex depoſitione
plurium teſtium verificatur, quòd ab octuaginta
annis circa fuerunt impoſita, & conſueta exigi, nec
aliquis ex teſtibus Bindi inquantũ deponunt non-
nulla ex dictis ſeruitiis, ſeu oneribus fuiſſe exacta
à tempore in cuius contrarium, &c. concludenter
deponit. ex quo teſtes deponentes memoriam ho-
minum non extare, debent dicere, quòd ſemper
ſic viderunt & audiuerunt, & ꝙ ſic eſt communis
opinio, & fuit, quòd non extat memoria hominum
in contrarium. Item poſt hæc præuidens quondam
magnifici Bindi prædeceſſor Buccius nomine, ta-
lia onera ac ſeruitutes minus debitè exegiſſe, con-
ceſsit eidem vniuerſitati, & hominibus immuni-
tatem & exemptionem ab eiſdem ſeruitutibus, de
qua conceſsione fuit obtenta confirmatio, ſeu aſ-
ſenſus quondam Sereniſsimi Regis Ferdinandi pri-
mi glorioſæ memoriæ, per quem aſſenſum, ſeu con
27 firmationem apparet, quòd ceſſauerit omnis me-
tus: ex quo impulſus prædictus Buccius allegat id
conceſsiſſe, per quod inquit Bartol. loquendo de
iudicis præſentia ſeu auctoritate in l. j. C. de præd.
decurio. libro decimo. per quem ita conſuluit Ale-
xander de Imol. in conſilio lij. j. volumine. quia pro
iudice præſumitur, ergo fortius pro Principe, pro
quo magis iura præſumunt. not. Cyn. in l. fina. C. ſi
contra ius vel vtil. publi. & tenet Alexand. in con-
ſilio ij. in fine. primo volumine. & Deci. in conſilio
cxxv. iij. columna. Et ſic ſecundum iſtam conceſ-
ſionem immunitatis prædicti quondam Buccij, Re
gio aſſenſu roboratam, ſteterunt ipſi de Raclæ ſpa-
cio an. xl. vnde immunitas ab his & ſimilibus im-
28 poſitionibus * ſpacio quadraginta annorum præ-
ſcribitur, vt dicit Alexander in conſil. xxx. in v. vo-
lumine. referunt & ſequuntur Modern. in tractatu
de præſcriptio. in quinta parte principali. columna
quinquageſima. etiam ſi per tantum tempus con-
ceſsio immunitatis etiam inualida præceſsiſſet,
ita ſubdit Alexander ibi, cùm ex inualida con-
ceſsione

ceſsione inducatur bona fides, vt ibi per eum: &
currit curſus xl.ann.quòd ipſi de vniuerſitate Ra-
clæ non ſoluerant, & ſic immunes ſaltem per pri-
uilegium illud, vt prætenditur inualidum. Item ex
conceſsione priuilegij obtenti in anno 1463. ſæ-
pè fuit interrupta præſcriptio,ſiue cõſuetudo præ-
29 dicta,*quia cùm conſuetudo in talibus titulum re-
quirat,cùm ſit contra ius,iuxta not.per Bart.in l.j.
de vſuca.centum annorum curſus requiratur,quia
tale tempus inducit titulum, & ſic debet de nouo
inchoari,& erit neceſſarius idem curſus temporis
qui prius requirebatur,text.eſt in l.ſi ædes.§.liber
tas.& ibi Bal.not.ff.de ſerui.vrba.prædio. Canoni.
in c.illud.de reſcriptis.Nec militat prætenſa reuo-
catio priuilegij confirmationis prædictæ facta per
30 prædictum Sereniſsimum Regem:*quia per inuo-
lucrum verborum gratia effugit deliberatam con-
ſcientiam Principis, & dicitur obreptitiè obtenta:
ita not.Inno.in c.dilecta.de reſcrip.tex.in c. ſedes.
& in c.ſuper literis.eo.titu.ita quòd ſi aliquid eſſet
expreſſum,quod ſi Princeps ſciuiſſet,nõ conceſsiſ-
ſet,vel difficilius, ſeu non ita de leui, vitiatur gra-
tia.tex.eſt in c.poſtulaſti.eo.titu.non enim fuit ex-
preſſum Regi quòd alia erant onera de natura feu-
di, & quòd fuerunt abſque eius conceſsione & li-
centia vſurpata, & ab ipſis vaſſallis minus debitè
extorta,ergo reuocatio huiuſmodi fuit obreptitia,
& ſic nulla, quia veriſimiliter ſi Princeps hoc ſci-
uiſſet,non conceſsiſſet.Et inſuper circa ſupradicta
de verbis priuilegij, cum angariis & perangariis,
conſidero quòd talia verba non diſponunt indu-
cẽdo obligationẽ,nec cauſam obligationis, niſi ſit
in illo loco,vel concedere videtur iuriſdictionem
31 in angaria,quæ nõ competit baronibus,*cùm ſint
regalia,niſi concedãtur ex priuilegio, vt dicit Bal.
in d.l.cum multa.C. de bonis quæ lib. Ex quibus
omnibus ſaluo ſemper & reſeruato integerrimo iu
dicio veſtræ Excellentiæ magnifice Ludouice mõ-
talte,cui ſemper adhæream veluti ducẽs nauem te
moni, Concludo illos de vniuerſitate Raclæ poſſe
ab eadem terra recedere cum eorum bonis,&fami
lia,& accedere ad morandum, & domicilium con-
trahendum ad terras demaniales, cùm minimè ad
ſeruitia perſonalia obligati ex præmiſsis dici poſ-
ſint,& ita arbitror ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus in cauſa non currit, donec opponens non iurauerit de calumnia.*

2 *Iudex donec tenet in ſuſpenſo, & deliberat, an exceptio ſit admittenda ita vel ne, dilatio data ad probandum interim non currit.*

3 *Terminus ſi eſt datus xxx. dierum ad probandum. x. pro primo x. pro ſecundo, & x. pro tertio peremptorio ſi quis comparuit in primo per procuratorem, & opponitur contra eius mandatum, & interim donec litigatur ſuper procuratorio tranſeunt xxx. dies. ſi pronunciatur mandatum non eſſe legitimum, illi duo termini cucurrerunt.*

4 *Sententiam dicens nullam probabili ratione motus, interim non currit terminus datus ad appellandum: ſi verò improbabili & temerario modo, tunc currit tempus appellandi.*

5 *Libellum producens in cauſa appellationis quem appellatus dicit ineptum, ſuper quo diu fuit litigatum, ſi appellans obtinuit, quia fuit pronunciatum pro ſuo libello, interim non ſunt decurſa fatalia: ſecus autem ſi ſuccubuit, quia ſua culpa non excuſatur.*

6 *Appellans à diffinitiua ſi appellatus coram iudice à quo aliquid innouauit, & appellans coram iudice ad quem petat ante omnia reuocari attentata, & contigit quòd multo tempore litigatur ſuper reuocatione attentatorum, ſi appellans obtinuit, non ſunt decurſa fatalia. & nu. 7. & 8.*

9 *Dilatio non conceditur ſuper impertinentibus, & ſi fortè datur per errorem, non recipitur probatio.*

10 *Inſtantiam eſſe peremptam ſi quis pronunciari petit ad impediendum diffinitiuam, & ex aduerſo fuit proteſtatum ſuper pronunciatione diffinitiuæ, terminus dictæ inſtantiæ cenſetur decurſus facto & culpa illius qui temerè de peremptione inſtantiæ pertinaciter dixit.*

11 *Iudex ſi ſtatuit mihi terminum ad probandum, & pendente termino, ego produxi articulos, & iudex dubitat an ſint admittendi, ſi aduerſarius reſpondendo, dixit ſe dubitare, quòd tamen interim antequam hoc declaratur, non labitur dilatio ad probandum.*

## CONSILIVM CXLVIII.

CONditoris machinæ mundialis au-
xilio repetito, amen. In cauſa Magni-
fici do. Ioannis de tufo baronis La-
uelli, cum magnifico Manfredino
de buchis dato termino ad proban-
dum eidem Mãfredino, & productis articulis per
eundem, fuit per eundẽ magnificum Ioãnem peti-
tum,vt inſpicerent articuli, & reiicerẽtur imperti-
nẽtes ante omnia,dubium ergo inſurgit, an donec
ſit diſceptatũ ſuper huiuſmodi exceptione, termi-
nus datus currat, & maximè ſi apparet de imperti-
nentia articulorũ,magnificus do.Ioãnes loyſius de
artaldo dicebat ſibi videri quòd talis terminus ſeu
dilatio non currat per text.in l.j.C.de iura.calum.
1 & quòd ibi voluit Bal. qui dicebat* quòd nec op-
ponens iurat de calumnia ei contra quem oppo-
nitur, non currit terminus datus ad probandum,
& propterea infert quòd ſi alicui eſt datus termi-
nus ad probandum aliquam exceptionem donec
diſputatur an illa exceptio ſit admittenda, termi-
nus non currit,& iſtud originaliter, ſecundum Bal.
ibi tenuit Specul.in tit.de dilat.§.j.verſic. ſed nun-
quid.facit quod voluit glo.in c. cupientes.§.quod
ſi per viginti.in verſic.videbitur.de elect.in vj. per
2 quam dicebat ibi Gemini. * quòd donec iudex te-
net in ſuſpenſo, & deliberat an exceptio ſit admit-
tenda, ita vel ne dilatio data ad probandum intè-
rim non currit, & iſtud etiam bene probatur per
textum in l,contra maiores.C.de inoffic.teſta. vbi
donec pendet quæſtio ſuper validitate teſtamenti
tempus querelæ non currit.His tamen non obſtan
tibus in caſu propoſito contraria pars dicitur de
iure verior, videlicet quòd terminus cucurrit ei
qui in dicta exceptione ſuccubuit, per text.in l. ij.
§.non ſolum. ff. ad Tertul. vbi tempus quod datur
matri ad petendum tutorẽ filio,cucurrit donec di-
ſcutitur de priuilegio, ſeu excuſatione illorum
quos



quos mater petiit dari:& per illum text.inferebat
3 ibi Bar. *quòd ſi alicui eſt datus terminus ad com
parendum xxx.dierum,quorum decẽ pro primo.
x.pro ſecundo:& x.pro tertio,& peremptorio ter
mino,quòd ſi aliquis comparuit in primo per pro
curatorem,& opponitur contra eius mandatũ: &
interim donec litigatur ſuper procuratorio tranſ-
eunt illi xxx.dies:dicit ibi Bart.quòd ſi pronuncia
tur mandatum non eſſe legitimum, quòd illi duo
termini cucurrerunt.idem in propoſito tenet Bal.
4 in prædi.l.contra maiores.qui plus dicebat,*quòd
ſi aliquis dixit ſententiam nullam, ſi quidem pro-
babili ratione motus dixit nullam, interim non
currit terminus datus ad appellandum:ſi verò,im-
probabili, & temerario modo tunc currit tempus
appellandi:& idem generaliter ſubdit Bart.proce-
dere in opponẽte vnam exceptionem:quòd ſi pro
babili exceptione excepit,non currit interim ter-
minus ſuper alia exceptione:ſecus ſi temerè pronũ
tiabitur per interlocutoriam:quia tunc currit ter-
minus. accedit etiam quod in propoſito dixit Bal.
5 in aut.ei qui.in prin.C.de appe.qui dicebat,*quòd
ſi in cauſa appellationis appellans produxit libel-
lum,quem appellatus dixit ineptum,ſuper quo diu
fuit litigatum, ſi quidem appellans obtinuit: quia
fuit pronuntiatũ pro ſuo libello, interim non ſunt
decurſa fatalia:ſecus autem ſi ſuccubuit: tũc enim
ex quo impedimẽtum fuit fruſtratorium bene cur
runt fatalia:arg.l.ſi accuſaturus. C. de adult. & in l.
ſi pater.C.ne de ſtatu defunc.facit etiam quod vo-
luerunt domini de Rota in deciſ.cij.aliàs eſt deciſ.
xv.incip.fatalia ad proſequendum.in tit.de appel.
6 in deciſio.nouis.qui dicebant, quòd ſi*appellatur
à diffinitiua,& appellatus coram iudice à quo, ali-
quid innouauit: & appellans coram iudice ad quẽ
petat ante omnia reuocari attentata,& contigit ꝙ
multo tempore litigatur ſuper reuocatione atten-
tatorum:ſi quidem appellans obtinuit, interim nõ
ſunt ſibi decurſa fatalia in cauſa appellationis: ſe-
cus ſi ſuccubuit:tunc enim ex quo ſua culpa præſti-
tit impedimentum,non excuſatur: & propterea fa
talia currunt: & de præallegata doctrina fuit me-
mor Philip.Fran.in repe.ex ratione. in verſi. circa
tertium.de appel.& ex his infero non obſtare quę
pro parte negatiua primò adducta fuere: nam illa
7 procederẽt quando quis in exceptione* non ſuc-
cubuiſſet:tunc enim bene verũ eſt quòd terminus
non currit:ſecus autẽ dicitur ſi ſuccubuit,per præ-
allegata:& ita vt ſuprà dum conſulendo ita forma-
liter prædictus dominus Ioan. Loyſius de artaldo
reſcripſiſſet prædicto mag.do.Ioãni de tufo, idem
do. Ioan. mihi tranſmiſiſſet ſupradictas allegatio-
nes:ego quoque formaliter reſpondi: vt ſupr & 
infrà. Excellens domine omnia præallegata ad vn-
guẽ tacito authore abſque aliqua reuolutione char
tarum reperio fuiſſe per eundem magnificum do.
Ioan. Loyſium ſubtracta per verba formalia ab ad
ditio.ad Bald.in d.l.contra maiores.iam in ſtampis
diu eſt apparentibus:& ſolũ allegata fuit per ipſum
vera deciſio Rotæ inci. fatalia.quæ eſt in num. 102.
aliàs eſt d.deciſ.xv.tit.de appel.quia in dictis addi-
tionibus corruptè allega. in nu. 49. vnde nihil de
nouo addidit ex eius inuẽtione prædictus magni-
8 ficus doctor,licet conſummatiſsimus: *ego tamen
vltra dictas additiones ad Bald. in prædi. l. contra
maiores,& præallegatos,addo quòd voluerũt Iac.
But.& poſt eum Bal.in l.fi.ff.de fer. vbi dicit quòd
cauſæ cognitio in prima dilatione conſiſtit in mo-
derando ſpatium temporis ſecundum diſtantiam
locorum, & ſecundum facultatem probationis, in
aliis verò ſucceſsiuis dilationibus, prout in caſu
iſto,requiritur ad hoc vt obtineatur, quòd quinq;
concurrant:in primis quòd petatur dilatio,ſecun-
dò vt petens nõ ſit in euidenti calumnia, per ratio
nem,quia in notoriis nõ arctatur iudex ad aſsignã
dum dilationem reo:& licet petẽs ipſam petat ſub
iuramento calumniæ,tamẽ ſi iudex videt ipſum ca
lumniari,nõ debet tale iuramentũ admittere.Ter-
tiò requiritur ꝙ petatur ad probandũ articulum,
cuius probatio nõ excludatur per legem,vt in l.in
cõtractibus.C.de non num.pec.§.illo.Quartò re-
quiritur ꝙ petatur ad probandum articulum ſiue
9 capitulum quod faciat ad cauſam,nã ſuper*imper
tinentibus non datur dilatio,& ſi eſſet data per er-
rorem,nõ recipitur probatio,vt in l.ſi quis liberta
tem.ff.de peti.hæred.& in l. ſi duo. §. idẽ Iulianus.
ff.de iureiu.Quintò,ꝙ probatio habeat ipſum rele
uare,aliàs non cõceditur dilatio prædicta ſecũda,
ſed cùm in caſu de quo agitur,ſint producti imper
tinentes, vt ex lectura ipſorũ in promptu liquere
poteſt, & terminus datus ſit decurſus, ſequitur ꝙ
alia ſucceſsiua dilatio concedẽda non eſt ex præal
legatis per prædictũ magnificum Collegã in cauſa.
Quibus accedit quod in ſimili pulchrè conſuluit
Alex.de Imo.mentionẽ faciens de omnibus præal-
legatis iuribus ſuprà allegatis per prædictũ magni-
ficum Ioannem Loyſiũ, faciens ſpecificam mẽtio-
nem & de quampluribus aliis ſimilibus relatis in
ſuo cõſi.xliiij.in iiij.col.in iij. vol. verſi. & iſtud vi-
detur eſſe verius.vbi in quadã cauſa, in qua ſatis in
ſtitũ fuerat pro vna parte ſuper declaratione per-
emptionis inſtãtiæ ad impediendum diffinitiuam,
10 * & ex aduerſo ſuper pronunciatione diffinitiuæ,
conſuluit Alex. ꝙ terminus dictæ inſtantiæ cẽſea-
tur decurſus facto, & culpa illius qui temere, & ca-
lumnioſè de peremptorio inſtantiæ pertinaciter
diſputat.& alleg.no.per Cy.& Bart.in d.l.ij.ad ter-
tul.Bald.in d. authen.ei qui. & multa alia iura alle-
gat,vnde cùm ex aduerſo ſint impertinẽtes produ
cti, & pertinaciter allegatũ eſſe pertinẽtes, ſequi-
tur ꝙ eius culpa terminus eſt elapſus.Sed poſſet ex
aduerſo allegari, ꝙ prima fronte ſatis ſtringere vi
detur in eius fauorẽ,videlicet vnũ dictum Bal. in l.
quandiu.la vlti.ff.de acquir.hære.vbi dixit,quòd ſi
iudex ſtatuit mihi terminũ ad probandũ in cauſa,
11 & pendente termino * ego produxi articulos, &
iudex dubitat an ſint admittendi, vel ſi aduerſarius
reſpõdendo dixit ſe dubitare,ꝙ tamen interim an-
tequã hoc declaretur, non labitur dilatio ad pro-
bandũ,arg.tex.in d.l.quãdiu.quia quãdo inter plu-
ra eſt ordo,dilatio pendẽs in primo nõ facit curre-
re terminum in ſecũdo,vt ibi,& arg.l.intra vtile.ff.
de mino.quod eſt no.dicit Bal.hoc eſſe dictũ Spec.
cuius dictum rectè intuenti nõ obſtabit,ex quo nõ
loquitur quando articuli fuiſſent reperti imperti-
nentes,prout ex tenore,& lectura articulorũ pro-
ductorũ ex aduerſo facillimè apparere poterit,ſed
loquitur in dubio,& ſic quando eſt dubium an ſint

impertinentes: & ideo remanebit firma deciſio ſupradictorum doctorũ, quòd culpa & defectu ipſius producentis articulos impertinentes ſit dilatio decurſa, vnde ſolum reſidet videre in præſentiarũ, an ſint impertinentes, & idem vt ſuprà plenius voluit Alex. de Imol. in l. diuus. ff. de ad leg. Fal. & ita videtur de iure concludendum mihi.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 Reuocatio inſtrumenti iurati ſuper alienatione feudi non indiſtinctè fieri poteſt ſed ita demũ vbi princeps requiſitus de aſſenſu renuerit conſentire.

2 Reuocatio alienationis feudi non poteſt propria authoritate fieri, ſed requiritur, vt iudicialiter fiat, & ſic in iudicio, & quòd ſubſequatur ſententia.

3 Reuocatio alienationis feudi ita demum permittitur, ſi contractus fuerit celebratus in euidentem diminutionem feudi, & non aliter, ſecus ſi in augmentum.

4 Alienationes feudi tenent abſque aſſenſu, quãdo non præiudicant reipublicæ, nec ipſi domino.

5 Alienatio feudi ſi fieret in perſonam illius qui melius ſeruiret, licet ſine conſenſu domini, teneret.

## CONSILIVM CXLIX.

REdemptoris gentium ſuffragio repetito, amen. In cauſa imparæ facta per magnificum Albericum caraffa aduerſus homines, & vniuerſitatem loci rotundi eius vaſſallos ſuper priuilegio obtento per eoſdẽ in capitulis & gratiis conceſsis per prædictum Albericum, & hoc prætextu reuocationis ipſarum factæ per ipſum Albericum Baronem ante dicti priuilegij Regij aſſenſus impetrationem ſub colore quòd gratiæ ipſæ appareant eſſe in diminutionem ipſius feudi. Et in primis apparet quòd conſtitutio regni ipſa diuæ memoriæ &c. edita ſuper reuocatione alienationis rerũ feudalium, non loquitur niſi in contractibus, non autem in gratiis conceſsis per Barones, & proceres Regni eorum vaſſallis, maximè cùm ſuperiorũ beneficia ſint latiſsimè interpretanda, per iura vulgaria, ſed ſolum videtur conſtitutio ipſa loqui in caſibus expreſsis in ea, in quibus reuocationem fieri permiſit, & non in aliis. Secundò non apparet ſimpliciter eſſe verũ, quòd indiſtinctè huiuſmodi re-
1 uocatio ſit permiſſa, * maximè concurrente iuramento in contractu, imò ita demum fieri poteſt, vbi princeps requiſitus de conſenſu recuſauerit aſſenſum præſtare, ita in particulari tenet Luc. de pẽ-
2 na in l. nulli. C. de fund. patrimo. lib. ij. * Tertiò dico quòd huiuſmodi reuocatio non poteſt propria authoritate, vt ſuprà dictũ eſt fieri, ſed in iudicio, & quòd ſubſequatur ſententia, ita in ſpecie decidit And. de Iſer. in c. j. §. poſt refutationẽ, de vaſſal. qui contra conſti. Lotha. feu. alien. & exponit illã clauſulam in conſti. contentam ibi iure proprio, id eſt, iure ſpeciali, prout etiam ante And. tenet gl. & ipſe etiã And. in d. conſtit. diuæ memoriæ, & pro hoc allegat And. in d. c. j. tex. in l. lex vectigali. ff. de pigno. vbi in tex. ibi iure ſuo vſus intelligit ibi Bald. id eſt in iudicio & ſubſequuta ſequentia, quia tũc intelligitur vſus quis iure ſuo, vnde nõ permittitur cuilibet reuocare volenti contractum de re feudali id propria authoritate facere, ita in particulari teneat ille legũ antiſtes, & ſupremæ authoritatis do. Bartholomæus de capua ſuper dicta cõſtitutione diuæ memoriæ. Tertiò & vltimò cõſidero quòd aperto iure conſtitutio ipſa determinat, & ita demum
3 reuocatio * fieri poteſt de contractu inito ſuper re feudali, propria authoritate, id eſt, iure ſpeciali, vt dicit gloſſ. & Andr. ſi contractus ipſe fuerit celebratus in euidentem diminutionem feudi, & nõ aliter ſecus ſi in augmentũ feudi, ita tenet And. de Iſer. in d. conſt. & meliùs in c. j. §. preterea. in j. addi. de cap. Corra. & pleniùs in c. imperialem. vij. col. in prin. de prohib. feu. alie. per Feder. & etiã in tit. de capi. qui cur. vendi. per rationem quia debet dominus ſcire cũ lædatur vel lædi poſsit, vt in l. fin. C. de autho. præſtã. & ideo ſemper attendi debet,
4 * vt ex alienatione nõ fiat præiudiciũ domino feudi, & ideo formaliter dixit And. in d. conſtit. quòd alienationes tenent quando non præiudicãt reipublicæ, nec ipſo domino, quia eo caſu nõ eſt alienatio, & idẽ dicit gl. in ea. cõſti. diuæ memoriæ in ver. minuendis ibi dũ dicit ſecus ſi pro eis accreſcẽdis, & idem ex præmiſsis ſequitur Illuſt. doctor d. Ant. de Alexã. vice protonotarius, & præſidens S. Regij
5 concilij Neapolitani in præallegata * cõſtitutione in quadam apoſtilla ſua propria manu ſcripta cum eam habeam notiſsimã à cuius originali ego exemplaui & ſcripſi in conſtitutionibus meis, vbi in ſpecie ſubdit prædictus Illuſt. doct. quòd ſi feudi alienatio fieret in perſonã eius qui melius ſeruiret etiã abſque aſſenſu principis teneret, nec haberet locum dicta conſtitutio, vnde cum gratiæ prædictæ conceſſæ per baronem in nihilum feudum diminuunt, vt ex earũ lectura liquet, debet impara ipſa retractari, & priuilegium ſigillari. ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 Imperator nec papa non poſſunt inaudita parte aliquid ſtatuere.

2 Defenſionem Princeps tollere non poteſt, cum ſit de iure naturali.

3 Princeps non poteſt ex certa ſcientia, nec de plenitudine poteſtatis aliquid inaudita parte ſtatuere, & ſi faceret non teneret nu. 4. Et ibi quòd Deus omnipotens citauit Adam.

5 Reſcripta parte inaudita obtenta non tenent.

6 Poſſeſſio vbi mandatur reſtitui etiam ſpoliato requiritur citatio.

7 Poſſeſſor etiam iniuſtus audiri debet antequam à poſſeſſione amoueatur.

8 Decretum latum nullis probationibus factis eſt ipſo iure nullum.

9 Capitulatio inter regem Franciæ, & Hiſpaniæ, vt fieret reſtitutio poſſeſſoribus tempore fracturæ tripoalti etiam intelligenda, vt fieret illis qui iuſte poſſidebant non autem illis qui iniuſte, & ſic non inuaſoribus.

10 Statutum loquens in fauorem poſſeſſorum non intelligitur de poſſeſſore alienæ poſſeſſionis, vel turbatore, ſed de legitimo tantum poſſeſſore.



11 Executio ſententiæ ſeu decreti regij impeditur obſtante defectu iuris naturalis, vt quia latum fuit, ſeu lata parte inaudita.

12 Sententia lata contra defunctum non poteſt exequi contra hæredem, niſi ipſo hærede citato, & audito, etiam ſi eſſemus in iudicio poſſeſſorio.

13 Ordo iuris requiritur etiam ad aduocandam poſſeſſionem violentam, & quòd præcedat litis conteſtatio inter agentem, & conuentum.

14 Ordine iuris non ſeruato procedere eſt ius partis tollere. ibid.

15 Spoliatus de facto reſtitui debet ſine aliqua exceptione.

16 Executio de facto emanata, ita de facto reuocari debet.

17 Iudex non eſt ſi in eo non eſt iuſtitia.

18 Ordo eſt reuocare ſine ordine, quod inordinatè factum eſt.

19 Reſcriptum per quod rex ſcripſit, vt auferatur poſſeſſio parte inaudita, dicitur violenter & de facto emanatum, & ſic de facto reuocari debet.

20 Iudex debet eſſe facilis in reuocando, ſicut fuit in mittendo in poſſeſſionem.

21 Contra ſpoliationem factam per iudicem non competit remedium reſtitutorium, cùm præſumatur pro iudice, & eius ſententia, quod intelligitur quando conſtat de partis citatione. num. 22.

23 Iudex vbi non ſeruat iuris ordinem, non præſumitur pro eo.

24 Factis datur voluntas & animus intelligi, & talis præſumitur animus qualia ſunt facta.

25 Teſtis parte non citata examinatus, nec iuratus non tenet.

26 Teſtis non dicitur iuraſſe, niſi iudex intelligat, & approbet eius iuramentum.

27 Teſtes examinati non citata parte ad videndum iuramenta teſtium, nullum eſt eorum teſtimonium, ideo quæ aduæ fuerunt irritati mille proceſſus, & mille dicta teſtium.

28 Executio ſententiæ vbi fieri debet parte non citata, ſeu poſſeſſore non citato, ſi tamen eſt facta debet reuocari.

29 Tenuta poſſeſſionis ſi eſt data pro vero debito, ſed iuris ordine non ſeruato, non tenet datio prædicta: quia etiam in poſſeſſorijs requiritur ordo iuris.

30 Reſcriptum principis per quod aufertur cauſæ cognitio non valet.

31 Poſſeſſio auferri non poteſt per prætorem parte non citata, etiam cum priuilegio principis, & ſi fiet de facto, debet fieri reſtitutio incontinenti.

32 Exceptio ſine ordine decreta eſt infirmanda, & non confirmanda.

33 Lex finalis. ff. quod metus cauſa. quomodo intelligi debeat. num. 34.

35 Perſona eſt legitimanda in quocunque iudicio, etiam ſummario.

36 Filium qui ſe dicit ad effectum adipiſcendi poſſeſſionem, debet id plenariè probare, quia ea quæ pariunt plenum præiudicium debent plenè probari, prout eſt dare poſſeſſionem ibid.

Conſtare nullatenus dici poteſt parte non intimata. ibidem.

37 Veriſimile quod non eſt, iudex nõn debet fidem adhibere, vbi etiam multa de veriſimilibus, & quod diſtat à veriſimili eſt quædam falſitatis imago.

38 Iudex dum inordinatè & iuris ordine non ſeruato procedit, cenſetur priuata perſona, & non publica, imò dicitur violentiam committere.

39 Vis iudicis ſine iuris ordine procedentis, æquiparatur vi à priuato commiſſæ.

40 Cauſæ cognitio nedum verſatur in ſola citatione, verùm etiam in audiendo partes in eorum iuribus.

41 Iudex dicitur de facto procedere, quando iuris ordine non ſeruato procedit.

## CONSILIVM CL.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato, amen. In cauſa Illuſtr. domi. Duciſſæ Suexæ, filiæ quondam Illuſtr. magni Capit. Conſalui Ferdinandi de Corduba, Ducis terræ nouæ Suexæque, &c. ſuper reuocatione poſſeſsionis Baroniæ ciuit. campi Marani, & turris maioris, cum aliis terris traditis Magnificis Paulo & Antonio de Sangro, poſsidente ac etiam tenente eadem Illuſtriſ. Duciſſa bona prædicta ex conceſsione Sereniſsimi quondam Regis Federici Aragonei glorioſæ memoriæ facta prædicto quondam Illuſt. Genitori, tanquam ad eius regiam Curiam legitimè deuoluta ob notoriã rebellionem quondam Caroli de Sangro, patrem ipſius Pauli: cuius Caroli non aliter prædictus Paulus ſe hæredem verificans virtute prætenſi decreti reſtitutorij, vt prætenditur, lati per quondam Capit. Regis glorioſæ ac indelebilis memoriæ virtute capitulationis initæ cum Chriſtianiſsimo Rege Gallorum Ludouico in fauorem prædicti quondã Caroli. Quæ capitulatio minimè circa cetera effectum ſortita fuit, tanquã in bellorum ac temporum turbine congeſta, quaſdam prouiſiones regias à iuris & iuſtitiæ tramite deuiantes, cum reuerentia, obtinuerunt, per quas quæſito colore decreti prædicti contra prædictum Illuſtr. eius genitorem lati, & in eo inaudito poſt annos decem ipſa quoque Duciſſa minimè aliter intimata, aut in eius iuribus audita, poſſeſsione Baroniæ prædictæ de facto, & nullo iuris ordine ſeruato deſtituta fuit: quod quidẽ Im-
1 perator nullus * aut Papa minimè id facere inaudita parte potuiſſet, per textum in l. fin. C. de legib. & cap. j. de cauſa poſſeſsio. & propriet. vbi pulchrè Abb. text. in l. meminerint. C. vnde vi. & in ca. cùm olim. & in cap. cum cauſa. de re iudi. ita dixit etiam Ioan. And. in additione Specul. in titu. de ſent. prolat. §. iuxta. Ludo. in conſi. cccclxix. Oldra. in conſil.
2 xliij. * Et hoc ex quo eſſet tollere defenſionem quæ eſt de iure naturali, quam princeps auferre non poteſt. clem. paſtoralis. de re iudic. Bald. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & plenè Felyn. in ca. cum olim. de re iudi. vbi corrigit quædam alia, quæ aliàs dixerat in capitulo quæ in eccleſiarum. de conſtit. repræhendendas ſolutiones quas dederat ad illam clement. vt habetur in Geneſi iij. cap. & plenè Abb. in d. cap. cum olim. & in tantum hoc quod dicitur in Geneſi, omnipotentem Deum Adam citaſſe: & plus di-
3 co quòd etiam ex certa ſcientia, * & de plenitudine poteſtatis non poteſt princeps aliquid inaudita

 parte

parte ſtatuere,& ſi faceret non teneret:ita ſatis no.
4 conſuluit Francíſ.de Are. * ætate noſtra proculdu-
bio Iuriſconſultorum Princeps, in conſil. clxj. xij.
colum.verſic.circa ſecundum. & ſequitur Barb. in
conſi.xxiiij.antepen.col.ij.volu.per tex.in d.c.j.de
cau poſſeſ.& proprie.verſi. non poſſumus. per quæ
verba tollitur potentia,per doctri. Barto. in l.fina.
ff.de fer.tertia colum. & in l.Gallus. & ibi doctor.
ff.de liber.& poſthum. & in l.de his. circa princip.
ff.de tranſactionib.& in l.vbi pactum. ſecunda co-
lum.eodem titu.& ideo conſuluit Petr. de Anchar.
in conſil.cliij. oportet primò inquirere, quòd re-
ſcripta parte inaudita obtenta non tenent. & idem
5 conſuluit in conſ.xcij.tria in fauorem,&c. * ex quo
vbi mandatur reſtitui poſſeſsio etiam ſpoliato, re-
quiritur citatio,vt dicit Anto.de But. in cap. ſuper
literis.de reſti.ſpol.Vital.in clauſ.ſi preces.in char.
6 xj.* Ex quo etiam iniuſtus poſſeſſor audiri debet
antequam à poſſeſsione amoueatur:vt dicit Bar. in
l.ſi.de edic.diui. Inno.in c.cum olim. de priuileg.&
conſuluit Alexan.in conſi.v.in ij.volum.& Ludo.in
7 conſilio clviij.* Nec obſtaret dicere quòd virtute
prætenſi decreti reſtitutorij prouiſiones prædictæ
ſint: nam reſpondetur, quòd licet capitulatio ipſa
minimè effectum ſortita fuerit inter prædictos Se-
reniſsimos Reges,vt notorium eſt, & offerimus ſta
tim poſſeſsione ipſa reſtituta verificare:attamen in
prætenſo decreto nulla fuit adhibita cauſæ cogni-
tio, nec partis intimatio, in tãtùm quòd prædictus
quondam magnus Capit.nunquam intimatus, aut
auditus fuit, & per conſequens decretum nullum,
tanquam etiam fundatum ſuper nullis probationi-
bus,& ideo dicit text.in cap.aduerſario.de except.
quòd ſi dubitatur de viribus ſententiæ, recurritur
ad acta contenta in proceſſum, & tamen nullus fuit
compilatus proceſſus, nec acta in quibus ſe funda-
8 re potuiſſet decretum prædictum,& ideo tanquam
latum nullis probationibus factis, eſt ipſo iure nul
lum,vt dicit Card.Flor.in cap.eccleſia. de conſtitu.
per illam gloſ.in d.c. eccleſia. & ideo in caſſum di-
citur in executorialibus partis aduerſæ dictum de-
cretum fuiſſe pronuntiatum, quia in reſtitutione
dictæ Baroniæ,& caſtrorum, concurrebant omnia
in dicta capitulatione requiſita, cùm in æternũ nec
apparebit nec appareat fuiſſe ſcriptum, nec actita-
tum aliquid,nec factus aliquis proceſſus, per quod
potuiſſet decretum prædictum formari, ſeu inter-
poni, & tanto magis quia facta dicta reſtitutione
eidem Duciſſæ, prout de iure ante omnia fieri de-
bet in facto,& in iure demonſtrabitur etiam quòd
cùm quondam Carolus de ſangro fuerit ob crimen
læſæ maieſtatis iuſtiſsime priuatus, licet demum ſu
perueniente exercitu Gallorum ad inuadendum
regnum recuperauerit prædictam eius baroniam,
& ſtatum, & ſic quatenus in capitulatione inita in-
ter ipſos Sereniſsimos Reges fuerit dictum, quòd
fiat reſtitutio poſſeſſoribus tempore fracturæ tri-
poalti, debet intelligi huiuſmodi capitulatio de
illis qui iuſtè poſsidebant, & non de inuaſoribus,
9 prout inquit Bald.in l.j.C.commu.de vſucap. * vbi
quando verbum poſſeſsio, profertur à lege, intel-
ligitur de ciuili poſſeſsione, ſecus ſi profertur à te-
ſtibus,vt dicit Ioannes de Imol. in l.iij. §.econtra-
rio.in verſ.trebatius. ff.de acquirenda poſſeſsione.
vbi accipitur ciuilis poſſeſsio pro iuſta. vt ibi per
Alexandrum, & tenent Modern.in cap. cauſam. v.
colum.de præſcrip.& ideo quatenus principes ipſi
capitulauerunt poſſeſſores tempore tripoalti reſti
tuendos,intelligi debet dicta capitulatio de iuſtis
poſſeſſoribus, per id quod dixit Ludo.in l.iuſtè poſ
ſidet.ff.de acquirenda poſſeſsione.Nec poteſt intel
ligi dicta capitulatio, quòd talis reſtitutio poſſeſ-
ſionis inuaſoribus poſsidẽtibus eo tempore fieret
per veros dominos titulatos, vt dicit not. Bald. in
conſilio cccclxiij.incipien. ſtatutum. in quarto vo-
10 lumi. vbi dicit, * quòd ſtatutum loquens in fauo-
rem poſſeſſorum,non intelligitur de poſſeſſore alie
næ poſſeſsionis, vel de turbatore poſſeſsionis, ſed
de legitimo tantũ poſſeſſore. allegat l.æquiſsimum.
de vſufruct.& l.illicitas.§.ne potentiores. ff. de of-
ficio præſidis. quia ſi aliter eſſet, à tramite iuris &
iuſtitiæ deuiaretur, cùm doloſis & violentis poſ-
ſeſſoribus ſeu inuaſoribus,poſſeſsiones reſtitueren
tur per iuſtos poſſeſſores titulatos, maximè quãdo
cum authoritate iudicis,& fortius regia, illi turba-
tores eſſent eiecti, prout in caſu de quo agitur: vt
inquit not.Bald. in diſputatione ſua, accuſatus de
vi turbatiua.in quinta charta.vnde ad propoſitum
cum ex defectu iuris naturalis non audito, aut in-
11 timato prædicto magno Illuſtriſsimo *Capitaneo
ob quod impeditur eius executio etiam in ſenten-
tia ſeu decreto Regio: vt dixit Innocentius in ca-
pitulo in cauſis.de re iudicata.& ibidem Panormi.
in ſecundo notabili.& in capit. propoſuit. de con-
ceſsio.præben.Alexan.in l.fina.C.de legibus.idem
Innocen.in ca.cum ex literis.de in integrum reſti-
tutio.& in capit.ſciſcitata.eodem titu.& plenè Fe-
lyn.in capit.eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitutio.
& Philip.Franc.in capitulo dilecto.lxvj.colum. de
appellatio.& quatenus aliquid foret dictum decre-
tum quòd nunquam apparebit legitimum, adhuc
infeſtat,quòd cum prętendatur latum cõtra quon-
dam Illuſtriſsimum magnum Capi.nullatenus po-
terat exequi aduerſus prædictam Illuſtriſsimam
Duciſſam eius filiam:& hæredem poſt tantum ſpa
12 tium temporis decurſum: * niſi ipſa Duciſſa per
prius vocata & audita per tex.formalem in c.quia
& extra de iudiciis. vbi ſententia lata contra defun
ctum mandat ſummus Pontifex non aliter exequi
contra hæredem niſi ipſo hærede per prius citato
& audito, quòd quidem procedit etiam in iudicio
poſſeſſorio:vt dicit Innocen.in capitu. abbate. ex-
trà de verbo.ſignifica.in ij.colum.Bal.in l.de eo.§.
hæres.ff.ad Trebel.& ſic non poterat ipſa Illuſtriſ.
Duciſſa ita de facto ſua poſſeſsione priuari per Cæ
13 ſaream Maieſt.*ſed ordine iuris ſeruato, & ipſa au
dita in eius iuribus.l.fina.C.ſi per vim vel alio mo-
do. quæ loquitur propriè in imperatore: vt in l.
meminerint.C.vnde vi. cum in iudicio etiam poſ-
ſeſſorio ad aduocandum poſſeſsionem etiam vio-
lentam requiratur ordo iuris:& quòd præcedat li-
14 tis conteſtatio,*& ſententia inter agentem, & con
uentum: vt in dictis iuribus. & in l. properandum.
de iudic. & in capitulo ſecundo. vt lite non conte-
ſtata.ita tenet Bart.in l.prima.C.qui legiti.perſon.
& in l.vnica.C.ſi de momen. poſſeſſ. & in famoſo.
§.nihil commune. de acquirenda poſſeſsione. Ex
quo procedere nõ ſeruato iuris ordine eſt tollere
ius par



ius partis: dicit gloſſa capitu.ſtatutum. de hæret.in
vj.& not.Bald.in c.j.§.iniuria. de pace iuramen.fir
15 man.*Et ideo de facto ſpoliatus, ita de facto reſti-
tuendus eſt ſine aliqua exceptione: vt conſuluit
Ludo.in conſi.clviij.j.col. vbi allegat idem conſu-
luiſſe Petr.de Ancha.& idem Ludo.conſ.ccxx.circa
primum conſultationis articulũ: vnde inquantum
de facto executum fuit, priuando ipſam Illuſtriſsi-
mam Duciſſam ſua poſſeſsione, dicta executio ita
16 de facto emanata * debet ſic ſimiliter, & de facto
reuocari.l.j.§.hoc edictum.C.de vent. in poſſeſsio.
mitten.per quem tex. ita determinant Inn. & poſt
eum Hoſt.& Io.And.in c.querelam.de elect.Bal.in
l.ſi pacto quo pœnã.C.de pac.& in l.tale pactũ.ff.de
pact.Ang.& Imo.in l.de vnoquoque.de re iud.Bal.
in l.ij.in xj.col. C.de ſerui.& aqua.verſi.quæro,ſi iu
dex abſque ordine.& in l.ſi. C.de edic.diui Adr.tol.
Et dicitur de facto exequutũ, quando præter iuris
ordinem.vt not.Anto.de But.in c.dilecti. de iudic.
Bal.in c.j.de noua forma fidelita. Et ſic dum iudex
procedit omiſſo iuris ordine, æquiparatur facto
priuati, & dicitur violentiam committere: vt pro-
bat gloſ.in capit.fina. de iuramento calum. in vj. &
17 text.in cap.forus.de verbo.ſignifi. * dum dicit non
eſt ergo iudex, ſi in eo non eſt iuſtitia. & eſt opti-
mus text.in capit. cum cauſa.de officio delega. vbi
æquiparatur vis iudicis ſine iuris ordine proceden
tis,vi à priuato cõmiſſæ, quod habet locum etiam
ſi in reſcripto principis fuerit ablata poſſeſsio abſ-
que cauſæ cognitione:nam dicitur de facto factum:
per text.in l.meminerint.& in l.authoritate. C.vn
de vi.& in l.fin.C.ſi per vim vel alio modo.per quę
iura ſancitur, quòd incontinenti, & ſtatim ſint ta-
les reſtituendi,& vendicant ſibi locum: nedum in
iuſto poſſeſſore ſpoliato, non ſeruato iuris ordine:
verum etiam in iniuſto,& violento: vt in c. cum ad
ſedem.& in c.in literis.de reſtit.ſpolia.& in ca.licet
epiſcopus.de præben.in vj. & in l. dotis actione. ff.
ſoluto matrimo. vnde erit eodem ordine reuocan-
dum.vt dicit Bald.in l.ordo. de execut. rei iudica.
18 in princip. * quòd ordo eſt reuocare ſine ordine,
quod inordinatè factum eſt: & ſic ſentit ordinem
non ſeruari ſi ordo adhiberetur: & ideò voluit Bal.
in capit.inter quatuor. de maio.& obed.quòd abſ-
que citatione factum, pariter & abſque citatione
reuocari debet: & idem voluit in l. ab executore.
C.quorum appel.non recip.& ideò conſuluit Bar-
thol.Soci.in conſi.xxxij.j.volum.quòd vbi rex con
ceſsit reſcriptum parte inaudita, per quod aufera-
19 tur poſſeſsio,id dicitur violenter*& de facto: & ſic
de facto reuocari debet. Nec poſſet præmiſsis in
aliquo obſtare quod dixit Bald. in l. ſi deſerta. C.ſi
propter public.penſi. quòd iudex debet eſſe facilis
in reuocando: ſicut fuit in immittendo in poſſeſ-
20 ſionem:*nam id non debet facere abſque partis ci
tatione:prout etiã ibidem ſequitur Salyc.Nam re-
ſpondetur primò, quòd licet in d.l.ſi deſerta: dicat
in reuocando requiri citationem, in d.l. ſi pacto.
dicatur quòd non, attamen in qualibet ipſarum
legum concordat immiſsionem ipſam omnino re-
uocandam, & omnino reſtituendam ita ſpoliato.
Item & ſecundò reſpondetur quòd in caſu illius
legis nõ conſtat quòd iudex proceſſerit in illa ven-
ditione iuris ordine non ſeruato,& poſſeſſore non
citato, ſed tantum dicit quòd vendita fuerunt ſin-
cera fide & iuſto pretio,ſed quia non præceſsit iu-
ſta authoritas præſidis vocato emptore poſſeſſore,
reſcindi debet venditio,ſecus quãdo conſtat quòd
nulla citatio nec defenſio interuenit, prout in caſu
21 iſto quia tunc non requiritur * talis citatio, nec
partis aduerſæ defenſio, & in terminis intelligit &
ſaluat à contrarietate prædicta, Alexan. de Imo. in
allegata.l.ſi pacto quo pœnam,& in l. ſi reſcripta in
additio. Item minime ſuffragabitur parti aduerſæ
gl.in cap.præſentium.j.quæſtio.j. quòd contra ſpo
liationem factam à iudice nõ competat remedium
22 reſtitutoriũ, * cum præſumatur pro iudice, & eius
ſententia, quia illud procedit quando in ſententia
conſtat partis citatione, quia tunc per authorita-
tem iudiciariam in dubio præſumitur pro rectitu-
dine proceſſus, voluit Abb.in c.quanto. de probat.
& in cap.ſicut.de re iud. ſed in caſu præſenti non in-
teruenit ſententia,nec citatio, vt notoriè conſtat:
& ſic ceſſat præſumptio: nam eatenus quatenus ri-
tè,id eſt, ſecundum ordinem iuris proceſſum & re-
ctè, videlicet, ſecundum iuſtitiam actoris: ita pro
ſententiis & decretis iudicum, pariter & reſcriptis
præſumitur, & non aliter: vt dicit gloſ. in l.j.C.de
fide inſtru.iure haſt. fiſca.libr.x.tex.in l.j. & ſecun-
da.de prædi.decur.ſine decre.non alien.quas com-
mendat Alexand.in l.j.C.de prædi.minor. in addit.
ſed in caſu præſenti liquet de contrario, quia non
fuit rectè proceſſum dum fuerunt executoriales
prouiſiones prædictæ traditæ parti aduerſæ abſque
23 citatione ſeu intimatione aliqua partis: * & ſic vbi
iudex non ſeruat iuris ordinem nõ præſumitur pro
eo: dicit Bald.poſt Cyn.in l.ſancimus.in fin.in xiij.
quæſt.C.de iudi.& plenè Fely.in cap.dilectus.j.col.
de reſcriptis.vbi dicit iſta eſſe ſignanda, tanquam
ab aliis non tacta, & ſequitur deciſ. capel. tholoſ.
nu. 490. Nec opitularetur parti aduerſæ allegare,
quòd cum virtute dicti decreti obtinuerit proui-
ſiones prædictas ſuper eius executione, & poſſeſ-
ſionem Baroniæ prædictæ adeptus fuerit, quòd li-
cet contra iuris ordinem, attamen debeat in ea ſe
confirmari, per textum in l.final.ff.quod met. cau.
Nam reſpondetur, quòd licet prætendatur decre-
tum ipſum latum in ciuitate Neapol. ſunt iam xv.
anni, vel circa elapſi, nulliter, vt ſuprà: & pariter
prætendatur executum, ſunt iam tres anni elapſi,
attamen illud proceſsit, quòd præuidens demum
quondam Capi. Rex ipſius decreti nullitatem no-
toriè, & quòd inaudito ipſo magno Duce, & non
ſeruatis de iure ſeruandis fuerat emanatum, illud
nullatenus exequi permiſit:imo elapſo anno præ-
fixo in eo per ſuam Maieſtatem ad exequendũ con
ceſsit eidem parti aduerſæ excambium dictæ Baro
niæ: vt per geminatas eiuſdem Capitanei Regis li-
teras,& ſignanter per vltimas directas Illuſtr. Duc.
Termularum, in poſſe cuius decretum ipſum con-
ſeruatur: iuſsit decretum ipſum minimè prædictis
dictis Antonio & Paulo aduerſariis conſignari, &
ſic per dictas geminatas literas, & quæ in prom-
ptu exhibentur,clariſsimam & enixam eiuſdẽ men
tem Cathol.Regis oſtendentes,maximè ex re ipſa,
quia nunquam viuente ac ſuperſtite Rege ipſo
Capitaneo, executionem decreti prædicti aſſequi
valuerunt, notoriè ac manifeſtiſsimè demonſtra-

tur ex facto: quia ſpatio x. annorum: & plus poſt
latum decretum eius executionem minimè obti-
nere potuerunt, & minimè obtinuiſſent, niſi deceſ
ſerit ipſe Capi. Rex; nam factis datur voluntas, &
animus intelligi. l. reprehendenda cum vul. de in-
24 ſtit. & ſubſtit. * quia talis præſumitur animus qua-
lia ſunt facta; ſecundum Ludo. in conſi. xcvj. ſuper
eo quòd quæritur: & ideo dixit idem Lud. in conſi.
cclxxj. ij. colũ. quòd magis eſt actu voluntatem de
clarare quàm verbis, & fortiora ſunt facta ad de-
monſtrandum animum quàm verba quæ ſæpe pro-
feruntur contra intentionem proferentis. ca. dile-
cti. extrà de appel. cap. extiman. xj. q. iij. ſecundum
Abb. in conſi. ccxxiiij. illud de iure quæritur. Et ſic
licet prætendatur, prout in executorialibus ex ad-
uerſo obtentis dicitur quondam Capi. Regem or-
dinaſſe executionẽ decreti prædicti, & morte præ-
uentum ſe non ſubſcripſiſſe: vt dicitur factam fuiſ-
ſe fidem Cæſar. maieſtati per officiales in Hiſpania
reſidentes, Nam reſpõdetur primò nunquam fuiſſe
intentionis eiuſdem Capita. Regis huiuſmodi exe
cutionem decernere, prout principaliter ex tan-
tò temporis curſu decem annorum, & plus poſt la
tum decretum deprehenditur. Item & ſecundo ex
mandato facto Illuſtr. Duci termularum ne decre-
tum conſignaret. Item & tertiò, quia elapſo anno
infra quòd debebat Dux ipſe termularum conſi-
gnare decretum prædictum parti aduerſæ, vt ex
tenore met executorialium productarum ex ad-
uerſo liquet Rex, nedum noluit illud conſignari,
verum etiã voluit potius dare excambium, prout
dedit parti aduerſæ in tot functionibus fiſcali-
bus, vt executoriales ipſæ ex aduerſo productæ te-
ſtantur. Item & quartò ex aliis regiis literis dire-
ctis comiti Bipacurtiæ, tũc Proregi, ac etiam The-
ſaur. generali in quibus iniungebatur minimè con
ſignandam Baroniam prędictam parti aduerſæ, nec
quòd emerent ſtatũ æquiualentem conſignandum
per prius Illuſtriſsimo quondam magno Capita-
neo, non obſtãtibus aliis literis ſuæ Maieſtatis ex-
peditis ad inſtantiam partis aduerſæ id mandãti-
bus, & ordinantibus. Et ſic quatenus dicatur in
eiſdem executorialibus de hoc habitã fuiſſe fidem
ab officialibus regiis Hiſpaniæ reſidentibus quon-
dam Capit. Regem id ordinaſſe ante eius mortem
nihil eſt ex prædictis, tum quia non apparet de hu-
iuſmodi fide ſaltem intimata prædicta Illuſtriſ. Du-
ciſſa, tum etiam quia non apparet de ipſorum offi-
cialium receptione facta in forma teſtium, ſeu
iudicij, & cum iuramento, ipſa Duciſſa citata &
audita, prout de iure fieri debebat, ob quod fuit
huiuſmodi fides in facto tam arduo, & præiudicia-
li dictis officialibus vt teſtibus non examinatis,
cum iuramento, & parte citata ob quod non te-
nuit, nec valet eius teſtimonium per tex. in l. iuriſ-
25 iurandi. & ibi doctor. C. de teſti. * & debet teſtis iu-
rans dicere veritatem ad plenum, vt dixit Bal. in c.
j. ij. col. verſi. no. quòd licet teſtes. ſi inter do. & vaſ.
lis oria. & debet iurare in iudicio, & non alibi, aliàs
non probat. l. iij. §. ſabino. cum gl. vnica. ff. de teſta
men. & debet iurare in manibus iudicis, & nõ ma-
giſtri actorũ, niſi præcedat commiſsio iudicis Bal.
in l. præcipimus. de appel. & in auth. hac conſultiſ-
ſima. §. ſi quis. C. de teſta. & in l. ij. C. de edẽ. Spe. in
tit. de teſte. §. teſtium iurata. Et in tantũ hoc eſt ve-
rum ꝙ teſtis non dicitur iuraſſe, niſi iudex intelli-
26 gat, & probet eius iuramentum ſaltem tacitè non
ſi reprobat, vel non intelligat: ita Bal. in l. fin. j. col.
vlt. not. C. de compenſ. Item quòd non citata parte
ad vidẽdum eorum iurata quòd nulliter ſit eorum
teſtimonium receptum: text. eſt iuncta gloſſ. in l. ſi
quando. C. de teſti. & in cap. in nomine domini. de
teſti. per quã glo. Rapha. Fulgo. in l. prima. C. quo.
27 & quan. iud. dixit ſe per * hoc Paduæ irritaſſe mil-
le proceſſus, & mille dicta teſtium: idem tenet Lan-
fran. de oria. in repe. c. quoniã contra. in ver. teſtes
vj. q. extrà de probat. Et quatenus virtute capitula-
tionis prædictæ à qua omnino cadit, prætenderet
pars aduerſa ſuam poſſeſsionem taliter adeptã con
firmari per d. l. ſi. quod met. cau. id nullatenus poſ-
ſet in caſu de quo agitur ex prædictis: tũ etiã quia
vbi executio ſenteriæ fieri non debet parte non ci
28 tata, ſeu poſſeſſore non citato: * ſi tamẽ eſt facta de
bet reuocari: vt voluit Io. mo. in c. j. de cõce. præb.
in vj. & ſequitur Imo. in c. ex tenore. de appel. quia
iniuſtè priuatus ante omnia reſtituendus eſt. idẽ te
net idem Io. mon. in c. licet. de præben. in vj. & pro
cedit hoc etiam ſi per iudicem eſſet deſtitutus poſ-
ſeſsione ſua, adeo quòd nulla exceptio ante reſtitu
tionem contra eum opponi poteſt etiam ſi petere-
tur confirmari adiudicatio, licet nulliter præſtita.
c. conquerente. de reſtit. ſpol. l. fin. C. ſi per vim vel
alio modo. l. authoritate. C. vnde vi. & voluit Bart.
in ſua diſpu. Lap. & ideo dixit not. Bal. in cap. ſuper
hoc. de renun. iij. col. verſic. ille. §. facit. ad quæſtio.
quòd ſi tenuta poſſeſsionis eſt data pro vero debi
to, ſed iuris ordine non ſeruato non tenet datio
29 prædicta: * quia etiam in poſſeſſoriis requiritur or
do iuris: idem tenet Bart. in l. j. C. qui legi. perſo. &
ideo quatenus etiam in executorialibus prouiſio-
nibus per quas deſtituta fuit prædicta Illuſt. Duciſ
ſa fulminantur cum reuerentia mandetur opera
miniſtrorum, vt vere opinatur: & non principis,
Illuſtr. Proregi noſtro, & aliis de conſilio collate-
rali regni Neap. ſub pœna decem mille ducatorum
omni mora poſtpoſita dari poſſeſsionẽ eidem Pau
lo, & Antonio: & ad cautelam contrarium facien-
di, & conſultandi omnimoda poteſtas, ſeu facultas
ablata cum nullitatis decreto etiam ratione aliqua
ſiue cauſa omni contradictione appellatione re-
curſu, & conſultu ceſſantibus: apparet etiam in
executione penitus eidem Illuſt. Duciſſæ beneme-
renti audientia denegata. & ideo conſuluit Bald. in
ſuo conſi. ccxxxv. copioſè allegatum, in primo vol.
30 * quòd non valet reſcriptum principis per quod
cauſæ cognitio auferatur per capitu. ij. de reſcript.
& plus ſubdit quòd non poteſt per prætorem au-
ferri poſſeſsio parte non citata etiam cum priuile-
31 gio principis: * & ſi fiet de facto debet fieri reſtitu-
tio, & incontinenti: & conſuluit idem Bald. conſil.
cccxxxvj. eodem j. volum. Imo. qui perdit titulum,
& non poſſeſsionem, non eſt ſine ordine iuris à
poſſeſsione amouendus: ita voluerunt do. de Rot.
in eorum deciſ. in titu. de reſtitu. ſpolia. in antiquis:
& ſequitur Felyn. in c. cum olim. ix. col. de reſtitu.
ſpoliat. & ideo non poſſet prætextu aſſertæ capitu-
lationis ſeu decreti executio prædicta validari, aut
confirmari: ſeu de nouo peti concedi: ſed omnino
ante



ante omnia reuocari: vt voluit Bart. in l. iij. §. ſi ſub
ea conditione. ff. de bon. poſſeſ. contra tab. & ſequi-
tur Ang. in l. j. C. de char. edi Ludo. in l. ſi finita. ff. de
damno infec. & ideo voluit Bald. in l. j. C. de Carb.
32 edic. * quòd ſi ſine ordine eſſet decreta tunc eſt in-
firmanda: & non cõfirmanda. ſequitur Raph. Fulg.
& Saly. ibi in fin. & Pet. de Ancha. in conſi. ccxciij.
videtur prima facie. Ludoui. in conſi. clviij. & ideo
reuocatio dictæ executionis cõtra ius præſtitæ de-
bet fieri contrario imperio: vt dicit Ang. in §. qua-
drupli. col. xix. inſtitu. de actio. vel per officium iu-
dic. vt d. gloſſella in l. ſi minor. de euict. vnde vide-
tur ceſſare remediũ l. ſi. ff. quòd met. cau. per quod
33 poſſet ius aduerſariorũ colorari: * quia licet dicta
executio minus debitè facta fuerit attamẽ fuerũt
conſequuti id quod eorum erat virtute capitula-
tionis, & ideo non erit irritanda: nam & alia ratio-
ne ratio d. l. fin. nihil obſtat ex quo loquitur in de-
bitore compulſo inciuiliter ſoluere debitum cuius
ſolutio non retractatur prætextu huiuſmodi inde-
bitæ coactionis, non autem loquitur in ſpoliato à
poſſeſsione pro qua recuperanda competunt in-
terdicta reſtitutoria: iuxta tex. in l. meminerint. C.
vnde vi. & d. l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. & in
d. cap. conquerente. cum cæteris ſuprà relatis & ſic
deciſio ſua aduerſatur dictis remediis recuperato-
riis quæ dantur inciuiliter ſpoliatis quæ non im-
pediunt per exceptionem dominij incompetenti
probatam. Item & ex alio non militat ratio illius
l. fin. quia ibi interuenit vis compulſiua in eo quòd
inciuiliter factum eſt à iudice, quia adfuit voluntas
debitoris in ſoluendo creditori debitum: & licet
illa coacta fuerit, tamen ſufficiens eſt, vt non retra-
ctetur, cum ſit de vero debito, ſecus tamen eſſet ſi
vis fuiſſet ablatiua, quia ex quo nõ interceſsit con-
ſenſus ante omnia purgari debet nulla dominij
quæſtione admiſſa, aut alio eius defectu ita intelli-
gunt tex. illum Bald. ibi, & Ioan. de Imo. in l. à diuo
pio, §. in venditione. ff. de re iu. & ibi do. Alex. in l.
cum nullo. eo. titu. & ideo cum vis illata prædictæ
Illuſt. Duciſſæ in priuando eam poſſeſsione ſuæ Ba
roniæ fuerit ablatiua non poteſt aliquid dubij af-
ferre tex. ille, in caſu de quo agitur, & ſi aliter intel
ligeretur §. ille, ſequeretur de neceſsitate ꝙ eſſet
correptus per dictam l. meminerint. & alia ſuprà
allegata, vt dicit Ioan. de Imol. in d. §. in venditio-
ne. Item reſpondetur & tertiò dicto §. quòd ibi ſo
lutio facta fuit de debito quod debebat creditori,
& debitor met non fuit inficiatus debitum, ſed ſò-
lum conqueſtus eſt ſe inordinatè compulſum ad
illud ſoluendum quod ſecus eſt in caſu de quo agi-
tur in quo Illuſtriſ. Duciſſa, nedum fuit vera poſ-
ſeditrix dictæ baroniæ, & caſtrorum, ſed etiam do
mina legitimè titulata, & pro tali ſemper habita
34 fuit donec ſpolium prædictum paſſa extitit. * Præ-
terea in executorialibus ex aduerſo obtentis præ
dictus magnificus Paulus de ſangro aſſeruit ſe hæ-
redem quondam Caroli de ſangro, de quo nihil
apparet, nec conſtitit, & de quo ante omnia li-
quere debebat, cum eius fundamentũ ſit in ſua ſup
plicatione quod tanquam hæres prędicti quõdam
Pauli, dico Caroli ſibi caſtra prædicta reſtituãtur.
Et qui aſſerit ad ſe vt hæredem aliquid ſpectare de
bet dictam qualitatẽ hæreditatis ante omnia pro-
bare. tex. eſt in l. nec autẽ. ex quib. cau. in poſ. ea. &
not. in l. multum intereſt probare. ff. de condi. & de
mon. cum in quocunque iudicio etiam ſummario
ſit legitimanda perſona. l. non ignorat. C. qui accu.
non poſ. Bar. in extrauag. ad reprimẽ. in ver. ſine fi
gura. & eſt in indiuiduo: text. in l. j. C. quo. bono. &
35 ibi glo. & doc. vbi dicunt * quòd ad adipiſcendam
poſſeſsionem requiritur quòd qui dicit ſe filium
probet plenariè, & Bal. in d. l. non ignorat. pen. col.
quia ea quæ pariunt plenum præiudicium debent
plenè probari, & ea quæ ſemiplenũ ſemiplene, ſed
dare poſſeſsionem vni, & auferre alteri parit ple-
num præiudicium, vt no. per Ioan. Andr. & alios in
cap. conſultationibus. de offi. deleg. ergo &c. bene
facit not. per Alexan. in conſi. lxxx. Bald. in rubric.
de cau. poſſ. & proprie. & in conſil. clxvj. & cxxvj.
qui dicit quòd verba hęredis, & ſucceſſoris debent
intelligi de viro, & ſic in vero ſignificatu, vnde
dicit Bal. in tali caſu ante citationem, & cauſæ co-
gnitione debet procedi per iudicem, aliàs quic-
quid ſit erit in ſe nullum, & de facto reuocandum.
Vltimò inquãtum in dictis extraiudicialibus pro-
uiſionibus obtentis ex aduerſo aſſeratur partem
aduerſam ad eius Cæſaream Maieſtatem recurſum
habuiſſe ſupplicando pro effectuali executione
reſtitutionis, ac decretorum, & prouiſionum præ-
dictarum de quibus omnibus ſuprà narratis ſuæ
Cæſar. Maieſta. conſtabat. Nam omni qua decet re-
uerentia loquendo pace miniſtrorum regiorum
qui tales prouiſiones ſcripſerunt, & vt verè cre-
ditur, ipſo Cæſare iuſtiſsimo inconſulto. Cum nul-
latenus dici poteſt ſuæ Cæſar. Maieſta. conſtitiſſe,
aut conſtare de præmiſsis parte inaudita: imo ab-
ſente in partibus Granatæ tam longenis, ac diſtan-
tibus à partibus Flandriæ, vbi prouiſiones ipſæ
expeditæ fuerunt & propriæ in oppido Gandauij.
36 xix. Iunij. 1517. * & nullatenus conſtare dici po-
teſt parte non intimata ſeu citata, per tex. in capi. ſi
conſtiterit. extra de accuſa. & dixit Innocen. in ca-
pitu. dudum, de præſumptio. Ioan. And. in clemen.
vnica de offi. delega. in gloſ. magna. in fi. & ibidem
per Lap. & Abb. Spec. in titu. de appel. §. de officio.
verſi. ſed quæritur. Abb. in c. conquerenti. extra de
reſtitu. ſpolia iij. colum. & in prædi. capi. ſi conſtite
rit. & ibidem Felyn. & in tantum eſt verum quòd
proceſſus aliter factus eſt nullus tanquam contra
formam iuris, iuxta tex. in capit. cum dilecta. de re
ſcript. ita voluit Ab. in c. ſacro. ij. col. extra de ſen.
excom. & conſuluit Franc. de Are. in conſi. clxv. ſi-
cut Ioan. vj. colum. Item diſtat ab omni veriſimili;
vt conſtare potuiſſet modo aliquo parte audita,
data diſtantia prænarrata, & ſic non eſt ſtandum
huiuſmodi aſſertioni cum nõ veriſimili iudex non
debeat fidem dare, prout cõſuluit Pet. de Anch. in
conſi. incipien. extra ordinem contractuum. & in
conſi. incipien. Viſa facti narratione, & copia teſta
37 menti. col. vij. vbi ſubdit * quòd cõtra id quod non
eſt veriſimile non debet quis audiri, & ideo dicit
Bald. in l. fina. in fine. C. de eden. quòd probatio de
bet eſſe veriſimilis, aliàs ei ſtãdum non eſt: & idem
dixit Cæpo. in conſi. xxij & xxxiij. colum. penul. &
ideo dixit Alexan. de Imo. in conſi. xlv. in iiij. volu.

quòd teſtimonium non veriſimile eſt ſuſpectum:
veriorum enim ſermonum eſt, vt concordent re-
bus ſenſatis, & veriſimilibus: vnde id quod diſtat à
veriſimili eſt quædam falſitatis imago: dixit Bal. in
l.j.colum.C.de ſer. fug. & in rubri. C. de probat.
Et ſi fortè replicaretur quòd fuit citata & audita,
certè non eſt hoc in aere figurandum: ſed oſtende
nobis patrẽ, & retrocedemus. Nec obſtare poteſt
theorica Bald. in dicta l. meminerint. & in l. à diuo
pio. §. in venditione. ff. de re iudic. dum dicit quòd
lex meminerint: habet locum quando pars ſua met
propria authoritate virtute inualidi reſcripti, aut
ſententiæ latæ iuris ordine non ſeruato poſſeſsio-
nem occupat, ſecus ſi per iudicem, aut per nũtium
mandato ipſius poſſeſsio parti tradita ſit: quoniam
dicta theorica Bald. eſt contra totam iuris pruden
tiam, & cõtra tot infinita iura, authoritates, & de-
ciſiones prȩallegatas. Item cõuincitur per id quod
ipſemet Bald. dixit in l. iuſtè poſsidet. cum quo cæ-
teri pertrãſeunt vbi dicunt quòd cum aliquis poſ-
ſidet authore prætore iuris ordine nõ ſeruato pro
cedente ad amouendum poſſeſſorem ab eius poſ-
ſeſsione, quòd tunc ſua poſſeſsio non eſt iuſta: imo
reuocari debet remedio dictæ l. meminerint. gene
raliter ergo dicunt circa auferẽdam poſſeſsionem
per d. l. meminerint. quæ habita fuit authore præto
re non ritè procedente non diſtinguendo ſi dicta
authoritas fuit per decretum, aut per ſententiam,
ſeu per dictum ipſius iudicis: aut ſi poſſeſsio illa
fuit tradita per iudicem ſiue per eius executorem:
& iura præallegata generaliter loquantur: & ſic ita
generaliter intelligenda ſunt ex quo vbi lex non
diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l. de præ-
tio. ff. de publi. in rem actio. l. vna. §. ſin autem. C. de
caducis tollen. cap. & ſi Romanorum. xix. diſtinct.
Præterea cũ iudex inordinatè, & iuris ordine non
ſeruato procedit, cenſetur priuata perſona, & non
38 publica: *imo dicitur violentiam committere, vt
aliàs ſuprà dictum fuit aut expreſsè: tenet gloſ. in
capitu. fina. de iura. calum. in vj. probat bene tex. in
cap. forus. extra de verbo. ſignifica. dum dicit non
39 eſt ergo iudex *ſi in eo non eſt iuſtitia, vt eſt opti-
mus tex. in c. cum cauſa. de offic. deleg. vbi æquipa
ratur vis iudicis ſine iuris ordine procedentis vi à
priuato commiſſa, & probatur bene per tex. in d. l.
meminerint. & in l. authoritate. C. vnde vi. & in l.
fin. C. ſi per vim vel alio modo, vbi per reſcriptum
principis ſine cauſæ cognitione fuit ablata poſſeſ-
ſio, & dicitur de facto factũ, & vis à iudice cõmiſ-
ſa, & antiqui poſſeſſores dicuntur ſpoliati: & ideo
diſponitur per dictam l. quod incontinenti ſint re-
40 ſtituendi. * Et dico plus quòd cauſæ cognitio ne-
dum verſatur in ſola citatione: vt probat gloſ. in
clemen. præſenti. de cenſi. & in l. prima. & ſecunda.
de pen. & Bar. in l. nec quicquam. §. vbi decretum.
de offic. procon. verum etiam in audiendo partes
in eorum iuribus: vt in l. in cauſæ. de mino. & in l.
ſi non cognitio. C. ſi contra ius vel vtil. publ. quia
cauſarum merita partium aſſertione panduntur: vt
41 in l. fin. C. ſi per vim vel alio modo. *Et eodem mo
do dicitur procedere de facto quando iuris ordi-
ne non ſeruato procedit: vt not. Anto. de But. in c.
dilecti. de iudic. Bald. in capit. j. de no. for. fide. quia
pro iudice iuris ordine non ſeruato præcedente
non eſt aliqua præſumptio, imo cenſetur potius
priuata perſona, vt ſuprà, & in hoc etiam conue-
niunt Modern. omnes in capitu. dilectus. extra de
reſcript. Ex quibus omnibus, & eorum ſingulis ar-
bitror de neceſsitate concludendum quòd cùm
prædicta Illuſt. Duciſſa de facto ſua poſſeſsione de
ſtituta fuerit iuris ordine prætermiſſo, ita & eodẽ
modo: ita de facto minime iuris ordine ſeruato re
ſtituenda ſit in poſſeſsione prædictæ Baroniæ, &
caſtrorum: pariter & inauditis prædictis eius ad-
uerſariis prout & eodem limite ipſa quoque mini-
mè audita fuit. Prodeat ergo de vultu Dei iudiciũ,
vt oculi iudicantium veritatem reſpiciant, ne ſu-
perata Gallorum inuaſio: vt deuicta trophæis, ac
bonis prædicti quondã magni Ducis victoris con-
tra omnem iuris diuini ac humani rationem poti-
ri, ac gaudere glorietur: ad quod ſupplicio ſatis ſu-
perque ſatis hac tempeſtate per tot legum verti-
ces, ac in vtraque iuris cenſura ſemideos in ſacro
conſiſtorio Cæſar. Maieſtatis aſsiſtentes conſide-
randum. Et ita vt ſuprà concluſum eſt tenendum
tanquam iuris conſonum & veriſsimum conſu-
lo ego

Thomas Grammaticus de Neapol. vtriuſque iuris Doctor, ſaluo ſemper rectius ſentientis iudicio, & in fidem præmiſſorum ſcripſi: & ſigillo quo in ſimilibus vtor, ſignaui.

Concurro in eandem ſententiam, ego Colucius coppulla de Neapo. vtriuſque iuris Doctor. & in fidem me ſubſcripſi, & proprio ſigillo ſigillaui.

In eandem ſententiam condeſcẽdo, ego Galeacius S. Seuerinus de Neapo. vtriuſque iuris Doctor, & in fidem manu propria ſubſcripſi, & meo annulo ſignaui.

Et in ſententiam Magnifici ſuprà allegantis concurro ego Hieronymus Seuerinus de Neapo. V. I. D. & in fidem me ſubſcripſi manu propria, & ſolito ſigillo ſignaui.

Satis abunde, & eleganter per prædictum Magnificum dominum Thomaſium allegatum, & de ſola ſubſcriptione requiſitus, in eandem concurro ſententiam ego Bartholomæus marcialis vtriuſque iuris Doctor, minimus manu propria.

SVMMARIVM.

1 *Pauca idonea melius eſt effundere, multis, & inutilibus prægrauare.*
2 *Diſtrictus dicitur propriè dominium accedens ciuitati ſeu caſtro in ſubiectionem iuxta fines ſimul in ciuitate ſeu caſtro ſtatutos intra quos quicquid eſt vocatur territorium.*
3 *Reditus exiſtentes infra fines feudi, an præſumantur feudales, vel cenſuarij Et ſi omnes alij, vel maior pars ibidem exiſtentium ſunt feudales præſumitur eoſdem eſſe ſimilis conditionis.*

Vaſſallus



4 *Vaſſallus iurans fidelitatem domino ſuo debet ſex in memoriam habere.*
5 *Vaſſallus vendens rem feudalem pro franca ipſam amittit.*
6 *Beneficia principum ſunt latiſſimè interpretanda, & quomodo procedit.*
7 *Conceſſa alicui in priuilegium ſi ſunt contraria iuri communi ſunt odioſa, & reſtringenda.*

## CONSILIVM CLXI.

IN Chriſti nomine amen. In præſen-
ti conſultatione, quia dicit text. in l.
ij. §. contrarium. C. de vete. iu. enuc.
1 melius * eſſe pauca idonea effunde-
re, quàm multis inutilibus prægra-
uare: vt dicit gl. in c. de ætate extra de ȩtat. & quali.
allegãtem in cauſis debere eſſe breuiloquum: & ſe
quitur Abb. in proœ. decret. idcirco præmitto dif-
ferentiam inter diſtrictum, & territorium: ex quo
2 diſtrictus dicitur propriè dominium accedẽs ci-
uitati ſeu caſtro in ſubiectione: iuxta fines ſimul in
ciuitate ſeu caſtro ſtatutos intra quos quicquid eſt
vocatur territoriũ per text. in l. pupillus. §. hoc ter
ritorium. ff. de verb. ſigni. quam diffinitionẽ ſequi-
tur ſubtilis Fran. de Are. conſi. lxxvij. iij. col. Sícque
3 *videndum eſt an reditus iſti exiſtentes infra fines
feudi præſumuntur feudales vel cenſuarij: & certè
dicẽdũ eſt quòd feudales: ſi nõ probãtur exempti,
ita dicit Andr. de Iſer. in c. j. §. quidã tamen. de con
trouer. inter maſ. & femi. de benefic. per tex. in ca.
omnes baſilicȩ. xvj. q. vij. facit tex. & ibi Bal. in l. j. §.
cum vrbem. ff. de offi. præte. vrb. Secũdo quia in di
cto loco non ſunt alij reditus niſi feudales, & ſi eſ-
ſent cẽſuales, prout ex aduerſo dicitur ſequeretur
abſurdũ: quia iſta eſſent cenſualia: & cætera eſſent
feudalia: & ſic idem feudũ diuerſo iure cenſeretur
quòd eſt cõtra tex. in argumentũ in l. eũ qui ædes.
ff. de vſucap. Præterea cũ omnes alij vel maior pars
ſint feudales per hoc præſumitur alios eſſe etiã hu
iuſmodi cõditionis: prout ſingulariter tenet And.
de Iſer. in d. c. j. § quidam. & ideo debẽt reditus ipſi
iudicari feudales. Secundò quòd fundi prædicti
4 tanquam redditit ij minime * potuerint pro fran-
chis alienari probat bene tex. in c. j. de for. fide. vbi
iurans fidelitatem domino ſuo debet ſex in memo
riam habere: videlicet, incolumen, tutum, honeſtũ,
vtile, facile, & poſsibile. vtile ne ſit ei in damno de
ſuis poſſeſsionibus: & pondero illũ tex. quòd vaſſal
lus alienãdo rem reddititiã ſuo feudo pro frãca &
libera infert dãnũ domino in iure feudali quæ dici
tur eſſe ſua: quia proprietas, ideſt directũ dominiũ
dicitur eſſe domini. vt in c. j. in fi. in quibus cau. feu.
amit. ergo prohibitio alienationis pro franca & li-
bera cõprehenditur in hoc ſacramento fidelitatis,
vel ſi iuramentũ non præſtatur cõprehenditur in
fidelitate debita ipſi domino. Præterea in c. j. de no.
for. fide. dicitur quòd vaſſallus debet procurare vel
facere quòd dominus nõ amittat aliquẽ honorem,
ſed honor eſt domino habere homines, ſeu bona
ipſi feudo reddititia: ergo illã alienando pro frãca
& libera facit contra honorẽ domini: quia videtur
ipſum contemnere vt in ca. j. §. ſi vaſſallus. quæ fuit
prima cauſa benef. amit. Nec obſtat priuilegiũ cõ-
ceſſum per prædeceſſores principes Regni vniuer
ſitati, & hominibus ciuitatis Auerſæ: in cuius terri-
torio locus ſitus eſt per quod priuilegium omnia
feudalia ſunt redacta ad inſtar burgenſaticorum:
adeo ꝙ ſi ceſſaretur à reditu per mille annos. nun-
quam feudum amitteret. Et quòd poſſunt vẽdi ſine
5 aſſenſu domini ſaluo eius iure. * Et quòd beneficia
principum ſint latiſsimè interpretanda, per tex. in
l. ſi. de conſti. principum. & in l. ſi quãdo. C. de bon.
vaca. lib. x. & ſic fieri debet extenſio prædicta. Quia
reſpondeo quòd aut beneficia principum conce-
duntur ſine iuris communis permiſsione, aut con-
tra primo caſu ſit ſuper his latiſsima interpreta-
6 tio. l. ſi. & l. ſi quãdo præallegata fortius dico *quòd
debent intelligi ſine iniuria alicuius vt dicit Dy. in
regula quæ à iure. de reg. iur. lib. vj. ſed in caſu præ-
ſenti ſi iniuria domino ſit illata, nemo eſt qui non
ignoret. Secundo caſu quando contra iuris cõmu-
nis permiſsionem, & tunc debet addere aliquid ſu
pra ius commune, ſed non poteſt extendi caſum
non expreſſum: vt dicunt docto. in l. ſi conſtante. ff.
7 ſol. mat. *Præterea ea quæ ſunt contraria iuri com-
muni, licet alicui in priuilegio ſint conceſſa odioſa
ſunt, & in dubio reſtringenda: tex. eſt in l. in onera-
riis. §. ſed cum reſciſſa. ff. de act. & oblig. & in l. eius
militis. §. militia miſſus. de mili. teſta. & ideo con-
cludendum eſt bona prædicta reddititia eſſe deuo-
luta, & feudo reintegranda: prout petitum fuit: &
ita de iure ſentio ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Statuto extante vt in cauſa capitali non admittatur procurator ad aliquam exceptionem, ſeu declinatoriam opponendum, ſed principalis debeat perſonaliter comparere quòd tamẽ ſi procurator comparet non debet opponere exceptionem, ſeu declinatoriam, ſed implorare officium iudicis, & admittetur.*
2 *Statuto extante quòd in criminalibus nullus admitti debeat ad aliquam exceptionem proponendam, ſeu opponẽdam, niſi perſonaliter compareat, quòd tamen ſi comparet clericus poteſt implorare officium iudicis, vt capiat informationem quòd ipſe inquiſitus eſt clericus, vel quod occiſus ab eo erat bannitus, & poterat occidi.*
3 *Statuto extãte quòd nemo admittatur ad excipiendum, niſi ſatiſdet: quod tamen poteſt implorari officium iudicis, cum officiũ, & exceptio differant realiter & eſſentialiter.*
4 *Citatio debet clarè continere cauſam ob quam quis citatur, & de qua re inquiſitus deferatur.*
5 *Citatio facta in domo tenet dum non poteſt haberi copia perſonæ citandi, & tunc debet fieri in domo, vbi moram trahit vxor, vel filij, vel ſpecialis familia recepto iuramento à familiaribus quòd quãprimũ poterunt notificabũt citationem citato. nu. 6.*
7 *Citatio in qua continetur citet & referat in forma, verba ipſa recipiunt interpretationem, vt nũtius perquirere debeat citãdum perſonaliter ſi poteſt inueniri & eo non comperto citare ipſum in domo ſolitæ habitationis.*

Citatio

8 Citatio prima facta non ſeruata forma circa inquiſitionem citandi non tenet in tantum quòd tunc ſufficit citatio facta domi ſi nuntius facta debita perquiſitione vt ipſum perſonaliter citare poſſit non reperijt de quo debet nuntius ipſe relationem facere de perſona non reperta.

9 In citatione ſi omittitur ſupraſcripta inquiſitio vitiat, & reddit proceſſum nullum.

10 Nuntio aſſerenti inquiſitum domi non reperiſſe non eſt credendum dum ſubdit quòd ideo citauit in domo, & ex hoc fuit annullatus proceſſus per Alexan. de Imo.

11 Citationis relatio vt teneat debet nuntius referre illum citaſſe domi ſolitæ habitationis, aliàs non probat.

12 Qualitas dum in aliquo actu requiritur debet ante omnia de ea conſtare.

13 Citatione prima vitiata non tenet proceſſus in contumaciam factus.

14 Citatio minus legitimè facta habetur pro nulla.

15 Relatio nuntij eſt de forma ſubſtantiali citationis.

17 Relatio nuntij debet eſſe clara & certa.

18 Relatio debet apparere cui facta ſit.

19 Relatio nuntij debet fieri iudici

20 Relatio nũtij debet ſcribi per actuarium cauſæ cum ſit de proceſſu, & actis nu. 1

22 Relatio facta per alium quàm per nuntium citantem non tenet.

23 Citatus ſi eſt inquiſitus & factus contumax vltima die anni à die contumaciæ accuſator, vel fiſcus debet accuſare contumaciam aliàs circunducitur edictum & nõ poteſt procedi ad foriudicationem. Imo oportet quòd ille accuſatus de nouo accuſetur.

24 Actus ſi requiritur fieri certo die certè ſi fiet ante, & immaturè non tenet, nec operatur poſtea effectum.

25 Rebellis ſeu hoſtis regis dici non poteſt qui ad ipſum regem recurrit.

26 Foriudicari non poteſt qui habet recurſum ad Regem.

27 Iudex inquiſitionis debet eſſe competens iudex inquiſiti, adeo vt in eo habeat merum & mixtum imperium

28 Clericus non poteſt citari coram iudice laico, nec coram eo contumax reputari, nec pœnam contumaciæ infligere.

29 Citatus ſi non eſt de iuriſdictione citantis non tenetur comparere coram iudice citante.

30 Proceſſus iudicis ſecularis contra clericum nõ comparentem ad allegandum priuilegium, ex quo non tenetur comparere, & ſic non valet proceſſus in cauſa principali, nec in contumacia.

31 Bannum cõtra clericum latum ſub nomine laici non tenet nec valet.

32 Contumacia ad effectum foriudicationis debet eſſe annualis, & incipit à tempore quo bona fuerunt annotata.

33 Foriudicatio vt fieri poteſt requiritur accuſari contumacia per accuſantem, dum proceditur per querelam.

34 Stilus & obſeruantia ad hoc vt ſeruetur debet authoritate ſuperioris confirmari mediante aliqua ſua ſanctione, ſeu conſtitutione.

35 Practica alicuius curiæ cõfirmata authoritate præſidis, ad epiſcopi dicitur ſtilus ſeu ritus.

36 Conſuetudo ſeu obſeruantia contraria contra conſtitutionem Regni non poteſt allegari.

## CONSILIVM CLII.

Redemptoris gentium præſidio repetito, amen. In cauſa honorabilis Alphonſi caſtaldi de Neapol. cum regio fiſco inquiſiti de homicidio per magnam Curiam Vicariæ, dum ſuper eo citatus contumax extitiſſet perſeueraſsétque per annum in contumacia, & banno. Et demum citatus ad allegandum cauſam quia non debuiſſet procedi ad ſententiam foriudicationis contra ipſum, licet fuiſſet allegatum ipſum eſſe clericum, & in promptu exhibitũ de titulo clericatus vnà etiam cum ſignificatorialibus literis reueren. Cur. archiepiſcopalis Neapolita. fuiſsétque ipſis non obſtantibus decretum procedendum eſſe ad ſententiam foriudicationis, & introducta cauſa per remedium recurſus, & appellationis in S. Regio conſilio dicebam malè fuiſſe, cum reuerentia per ipſam magnam curiam iudicatũ ex infrà dicendis, & primò:
1 * nam ſtante ſtatuto quòd in cauſa capitali nõ admittatur procurator ad aliquam exceptionem ſeu declaratoriam opponendum, ſed principalis pars debeat ipſe perſonaliter comparere, quòd tamẽ ſi procurator ipſe comparet nõ debet opponere exceptionem, ſeu declinatoriam, ſed implorare officium iudicis, & admittetur, ita voluit Specu. & Io. And. in titu. de inſtrumen. edit. §. fin. ver. ſed quid ſi debitor. Albe. de Roſa. poſt Iaco. Butr. in l. fin. ff. de
2 peti. hære. * & ideo ſi ex forma ſtatuti in criminalibus nemo debet admitti ad aliquam exceptionem opponendam, niſi perſonaliter compareat, prout eſt in caſu præſenti, in quo clericus citatus criminaliter ſub nomine laici tenetur virtute ritus magnæ Curiæ perſonaliter comparere in eadem, & allegare priuilegium ſui fori, quòd nihilominus poterit talis clericus implorare officium iudicis, vt iudex ipſe capiat informationem quòd ipſe inquiſitus eſt clericus, vel quòd ille occiſus ab eo erat bannitus, & ex forma ſtatuti poterat impune offendi ſeu occidi, ita inquit ſingulariter Iaſ. de May. in l. vbi pactum. v. col. C. de tranſac. & in l. j. vij. col. ff. de iuriſdi. om. iudic. & ſubdit Ange. in l. planè. ff. de peti. hære. quẽ ipſe Iaſ. ad hoc allegat dicere quòd ipſe Ang. vſus fuit dicta practica infinitis vicibus, & alleg. ad hoc alios quamplures doct. dicentes ꝙ ille qui ex forma ſtatuti non admittitur ad exci-
3 piendum niſi ſatiſdet, * quòd poteſt implorare officium iudicis, cum officium, & exceptio differant realiter & eſſentialiter, idem in omnibus præallegatis refert & ſequitur Marſi. in repe. l. j. C. de rap. virgi. in folio x. vbi refert Iaſ. ita ſingulariter, vt ſuprà diceretur poſt Angel. & vltra addit infinitas quotas ad hoc, ex quibus liquet ꝙ prohibita appellatione vel exceptione non impeditur implorari officium iudicis, vt ſe informet de tali exceptione, & ideo debet aduocatus eſſe cautus in hoc, ſecundum Angel. Fulgo. & Moder. in l. nam & poſtea. §. ſi damnetur ad finem. ff. de iureiurando. & Ang. in l. fin.



l. fina. ij. colum. ff. de peti. hæred. vbi ſubdit hoc eſſe menti tenendum quòd nunquam exeat de memoria: vnde cum magna Curia noluerit ſe de dicta exceptione clericatu in promptu per authẽticas bullas, & ſcripturas informare: ſequitur quòd nulliter proceſſerit ad decretum prædictum. Et nunc poſito abſque veri præiudicio quòd eſſet mere laicus Alphonſus ipſe, & non clericus: prout eſt, adhuc dico nulliter fuiſſe proceſſum per magnã Curiam ſtante obſcuritate primę citationis aduerſus ipſum inquiſitum, cum in citatione qualibet debeat cla-
4 re contineri de cauſa ob quam quis citatur: * & de qua re inquiſitus deferatur per formalia verba conſtitutionis Regni edictorum ibi dilucide contineri coram quo; & ibi Andr. de Iſern. ſubdit quòd citatio debet in ſe continere apertam cauſam: vnde nõ valeret commiſsio iudicis mãdantis citari omnes facientes brigam: quia non contineret huiuſmodi citatio certam cauſam: & maximè cum in citatione aduerſus prædictum Alphonſum dicatur. Et aliis prout in querela continetur ſic ſe referendo ad querelam, nec aliter declarando illa alia: &
5 per dictionem * prout, quæ reddit citationem obſcuram ſic etiam, & libellum niſi edatur ſcriptura ad quam ſit relatio: vt habetur per Bart. & alios in l. edita. penul. colum. verſicu. expedita materia cumulationis. C. de edend. & ſic infertur dictam citationem cum contumacia inde ſequuta fore: & eſſe nullam: vt bene declarat gloſ. in d. conſtitu. edictorum: in verſi. continebat. Eritque inſuper prout eſt citatio ipſa nulla ex defectu relationis dum nuntius in eius calce refert citaſſe prædictum Alphonſum domi non aliter exprimendo nomen alicuius de domo cui ipſe notificaſſet, iuxta formam nouiſſimi decreti, & obſeruantiæ Sacri Regij conſilij: omiſsáque inſuper forma conſtitutionis regni citationis literæ qua cauetur citationem domi fieri poſſe, dum non poſsit haberi copia perſonæ citandæ, & tunc debet fieri in domo, vbi moram traheret vxor vel filij ſeu ſpecialis familia recepto iura-
6 mento à familiaribus, * quòd quam primum poterunt notificabunt citationẽ citato, prout eſt etiam de mente Bald. in l. diffamari. verſic. item ibi vocitaſſe. C. de ingen. & manu. & ideo dum citatus fuiſſet Alphonſus ipſe, vt prima die iuridica in eadem magna curia cõparere debuiſſet recepturus copiã capitulorum adiiciendo verba illa in citatione: citet & referat in forma &c. verba ipſa recipiunt interpretationem, vt nuntius perquirere debuiſſet vt ipſum perſonaliter conueniret: & eo non com-
7 perto * citaret in domo ſolitæ habitationis: ita dixit Bartol. quem communiter ſequuntur doct. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de damno infect. vbi Alexand. dicit hanc eſſe communem opinionem Anton. de Butri. & Abb. in c. cauſam. de dolo, & contu. & ibi
8 tenent * quòd prima citatio facta non ſeruata forma circa inquiſitionem citandi non tenet: in tantum quòd tunc ſufficiet citatio facta domi, ſi nuntius facta debita perquiſitione, vt ipſum perſonaliter citare potuiſſet nõ reperiit de quo debet nuntius ipſe relationem facere in calce citationis ſe nõ reperiſſe de perſona: & quòd ideo in domo, ſeu domi citauit: ita eandem opinionem ſequutus, & magiſtraliter declarauit Decius in ca. cum parati. de appella. ſubdens citationem domi factam non
9 tenere niſi ſit in ſubſidium: * & ideo ad propoſitum voluit Pau. de Leaza. in clem. cauſam. de elect. quòd omiſsio iſtius inquiſitionis vitiat, & reddit proceſſum nullum: idem ſequitur Alexan. in conſil. ccxix. nume. vj. in vj. volumi. Et quòd nuntio referenti
10 citaſſe inquiſitum domi non ſit credendum * dum aſſeruit ſe nõ reperiſſe, ideo citauit in domo: tenet Alexan. in conſi. ij. circa primum. in iij. volumi. vbi per ſupradicta, dicit annullaſſe quendã proceſſum: vnde cum in caſu præſenti nuntius aſſeruerit ſimpliciter illum domi citaſſe, & nõ ſeruaſſe formam præmiſſæ perquiſitionis, vt perſonaliter citare potuiſſet, igitur talis relatio per conſequens: & citatio præcedens ruit. Item nec expreſsit citaſſe domi
11 ſolitæ habitationis, * ſed retulit ſimpliciter citaſſe domi: nam debuit dicere domi ſolitæ habitationis ad hoc vt citatio tenuiſſet: ita concludit Bartol. in dicta l. iiij. §. prætor ait. & eſt conſtitutio Regni citationis literæ ſuprà allegata. & ibi Andr. de Iſer. & bene. Luc. de pen. in l. j. C. de curi. & ſtati. lib. xij. Et ſic de præmiſsis qualitatibus oportebat per prius apparere. Ex quo dũ in aliquo actu requiritur ali-
12 qua qualitas neceſſe eſt per prius, * & ante omnia de dicta qualitate conſtare: vt inquit Ange. in l. j. §. ſi quis neget. ff. quemadmo. teſtam. ape. & ſequitur Alexand. in conſi. lxxxij. ij. colum. in j. volum. Iaſo. plene in l. non ſolum. §. ſciendum. in princip. ff. de noui oper. nun. & in l. j. in fin. iij. colum. C. de teſta. & ſic data nullitate citationis redditur contumacia nulla, & ſic bannum: vt dicit Bald. in l. j. in fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. per l. vir bo-
13 nus. ff. iudic. ſolu. * Et ideo vitiata prima citatione non tenet proceſſus in contumacia factus: Bald. in auth. ſi omnes. C. vt ſe ab hæred. abſti. Afflic. in conſtitu. cauſas. num. 5. in fin. Defectus enim citationis eſt defectus iuris naturalis. clemẽ. paſtoralis. de re iudica. Alexan. in l. iuſtè poſsidet. ff. de acquirenda poſſeſ. & ideo actus iudiciales nulli, nullum produ-
14 cunt effectum: ita Bal. in l. j. C. ne ex deli. defun. * & ideo citatio minus legitimè facta habetur pro nulla, & ſic ſi contra taliter citatum abſentem fertur ſententia eſt ipſo iure nulla, ita concludit Bal. in l. properandum. §. & ſi quidem. col. ij. C. de iudi. poſt Innoc. quem ipſe allegat in ca. præterea. de dilatio.
15 * Ad corroborationem pręmiſſorum non eſt omittendum relationem nuntij eſſe de forma ſubſtantiali citationis: vt dicit Bart. in l. multum intereſt. ff. de condi. & demon. & in l. hæc autem. §. j. ff. quib. ex cau. in poſſeſ. ea. Phili. Franc. in cap. cum parati. colum. xij. extra de appel. verſic. circa quartum. &
16 ibidem Propo. in x. colum. * Et quòd relatio præ-
17 miſſa: vt ſuprà facta ſit nulla oſtenditur: * quia relatio debet eſſe clara & certa, vt conſuluit Alexan. in alleg. conſi. ij. circa principium. iij. volu. & Soci. in tract. citationis. artic. xiij. circa finem. nume. iiij.
18 * Et maximè dum non appareat cui dicta relatio facta fuerit nec actuario cauſæ cui fieri ſufficeret, vt dicit Barto. in l. ſi finita. § Iulianus. columna iij. verſicu. iuxta prædicta quæro. ff. de damno infec. & ibi Imol. ſubdit dictam opinionem Bartol. eſſe veram, & quòd eam conſuetudo approbauit, & tenet etiam Salycet. in l. præcipimus. §. in his. C. de appe. & ibidem Bald. in verſicul. nota. text. ibi excipere

Angc.

Angel.in l.cùm ſatis.C.de agrico.& cenſi. Felyn.&
19 Abb.in c.quoniam contra.extrà de proba.*& mi-
nimè apparet relationem prædictam fuiſſe factam
iudici,prout requirit Ange.in d.§. Iulianus. quod
tenet conſtitutio Regni,citationis literæ. ibi : dum
dicit citanti reſcribi.Secundò peccat relatio in de-
20 fectu grauiori,*cùm non fuerit per actuarium ſcri
pta,qui ipſam ſcribere debet,ex quo eſt de proceſ-
ſu.vt dixerunt Saly.& Bal.in l.dies feſtos. C.de fer.
per no.per gl.in l.ſancimus.§.cùm autem.ver.con
tumaciam.C.ad trebel.refert & ſequitur Alex. in l.
j.§.nunciatio.in fi.col.vij.ff.de noui ope.nun. Ang.
in d.l.ſi finita.§.Iulianus.ſuprà alleg. Guid.papæ in
ſuo conſi.xxxvj.in fin.verſi.tertiò quæro actus,&c.
& ibi dicit quòd relatio nuntij debet ſcribi per no-
tarium in actis cauſæ , cùm ſit de proceſſu, & actis
21 cauſæ:idem tenet Abb.in conſi.cxij.col.ij.*Tertiò
minimè citatio ipſa ſubſiſtere poteſt , cùm relatio
prætēſa in ea facta,apparet facta per aliū quàm per
ipſum nuntium citantē, & ex iuris diſpoſitione hu-
22 iuſmodi *relatio requiritur fieri per ipſum nūtium
citantē,& nō per alium,vt dixit Bal. in c.cum dile-
cti.de do.& contu.& Præpoſ.in c.cum pari. col.x.in
fin.de appel.ex quo nuntius, dum refert loco teſtis
ſuccedit,& teſtis debet principaliter ſeu perſonali-
ter comparere,vt appareat quo vultu.vulga.l.iij.ff.
de teſti.maximè dum non appareat aut cōſtet quis
fuerit ille tertius qui ſcripſit relationem prædictā,
non debet ſcripturæ relationis prædictæ fides ali-
qua adhiberi,iuxta text. & quod ibi Bald.not.in iij.
not.in j.conſti.digeſtorum.& per Felyn.in c.ij.col.
v.verſi.quæ omnia.extrà de fide inſtrum. tex.& ibi
Barto.in l.ad teſtium.§.ſi quis.ff.de teſta.in tex.ibi,
non ſuum non aſcripſerit,quòd ad hoc vt ſcriptura
probet, debet in ſe continere nomen ſcribentis,
& maximè cùm dicta conſtitutio citationis literæ,
expreſsè requirat citationis relationem fieri debe-
re per nuntium citantem & non per alium. Quartò
quod non poteſt procedi ad ſententiam foriudica-
tionis etiam oſtendo , quia in vltima die anni à die
contumaciæ , & banni , debet accuſator ſeu fiſcus
accuſare contumaciam, aliàs circunducitur edi-
ctum , & non poteſt procedi ad foriudicationem,
vt dicit And.de Iſern.in ſuo reper. actor & reus, in
verbo foriudicatus , imo oportet quòd ille accuſa-
23 tus*de nouo accuſetur, vt etiam dixit gl. magna in
conſtitutione pœnam eorum. & ibi etiam Andr.
de Iſern.Et nihilominus liquet ex actis quòd fiſcus
non accuſauit tempore debito,ſed per ſex dies an-
te lapſum anni contumaciam. Et de iure quando
actus requiritur fieri certo tempore, ſi fiat ante, &
ſic immaturè,non tenet nec operatur poſtea effectū
tempore congruo.l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui.hær.
& paria ſunt aliquid fieri ante aduentum tempo-
24 ris,& poſt tempus elapſum , quia ſicut non tenet
vnum,nec aliud valebit,vt not.dicit Barto.in l.qui
ante calendas.ff.de verbo.obliga.Bal.Pau.de Caſt.
& Franciſc.de Aret. in l.fina.C.qui admitti. Nel.in
tract.banni.in iij.par.q.xj. Quintò minimè potuit
contumax reputari, allegata iuſta abſentia, cū fue-
rit allegatum ipſum Alphonſum acceſsiſſe ad Cæ-
ſaream Maieſtatem, & ſic nec ex contumacia ipſa
foriudicari, cùm foriudicatio fundetur in longa
contumacia vnius anni, ob quam contumax ipſe
efficitur rebellis regis,& hoſtis publicus,& ſic non
habebit locum in eo qui ad ipſum regem recurrit,
25 * ex quo non poteſt dici aufugiſſe,per text.forma-
lem in l.quis ſit fugitiuus. §.j. verſi.idem proba.ff.
de ædil.edic.ita decidit Ioan.Bapt.de ſancto Seue.
in ſuo tract.de debito.fugit.j.q.prin.circa princip.
verſi.ex prædictis iuri. & in ſpecie quod qui habet
26 recurſum * ad ſuum regem non poteſt foriudicari
tenet in particulari Afflic.in conſti.clementiæ im-
perialis ſub rub.vt bannito liceat infrà duos men-
ſes &c.iij.col.circa fin.Sextò Alphonſus iſte vt pri
mo loco dictum extitit eſt clericus vt apparet ex
27 publicis documentis in promptu exhibitis,*& iu-
dex inquiſitionis debet eſſe competens iudex in-
quiſiti:& in eum habere merum & mixtum impe-
rium aliàs proceſſus non tenet,argum.l.iiij.§.con
demnatum. ff. de re iudic. Et ſic vbi actus debet ab
aliquo explicari requiritur quòd ille talis ſit habi-
lis ad illum,vt inquit Pau.de Caſt.in l.j.ff.de cōſtit.
pecu.ita dicit etiam Afflic.in d.conſti. pœnam eo-
rum in ſecundo requiſito,vnde cùm magna Curia
ſit penitus iudex incōpetens clerici,ſequitur quòd
ipſum foriudicare non poteſt. Et ſi reſpondeatur
quòd debuit perſonaliter comparere,nec ſe contu
macem facere,ſed allegare priuilegium ſui fori, &
magna Curia cognouiſſet de ſuo clericatu iuxta
formā ritus ipſius magnæ Curiæ, replicatur quòd
ritus loquitur in caſu quòd clericus voluerit ſuum
forum declinare, nam requirit ritus vt perſonali-
ter compareat,in caſu autem præſenti agitur ad ef-
fectum euitandi foriudicationem allegando etiam
nullitatem actorum factorū quæ nullitas actorum
cùm notoria ſit,poteſt à quolibet allegari etiā per
minorem,per mulierem,ſeu aliàs inhabilē,Innoc.
in capit.veniens.de accuſa.Ange.in l.filiusfami. ff.
qui ſatiſda.cogan.Ludo.in l.de pupillo.§.ſi procu-
28 rator.ff.de no.oper.nuntia.*Concurrēte maximè
nullitate contumaciæ aperto iure cum non poteſt
clericus citatus per iudicem laicum,coram eo con
tumax reputari , ex quo contumacia ipſa nō tenet,
ita voluerunt Ioan.And.Anto.de But. & Abb.in c.
diligenti.penul.colum.extrà,de foro competen.ex
quo contumacia eſt delictum,& ideo non poterit
iudex ſecularis pœnam contumaciæ infligere con-
tra clericum.capitulo primo. extrà de cler. coniu.
in vj.idem tenet Bald.in l. generaliter la ſecunda.
C.de epiſcopis & cleri.& in l.ſi quis ex aliena.ff.de
iudic.& Bartol. conſuluit in ſuo conſil. ccxxv. cle-
ricus ſub nomine &c. & conſuluit Deci. in conſil.
ccxlj.ij.volu.ſcripſi alias.Iac.de ſan.Geor.in l. non
videtur.ff. de iudic. Et ideo tenuit in propriis ter-
minis do.Aegid.de mandalbertis antiquus doctor
in ſua diſputa.quæſtio talis eſt,quæ eſt inter diſpu-
tationes Paul. de Leaza. & ſubdit reſpondendo ad
Bartol.in l.non videtur.de iudic.quòd clericis co-
ram ſeculari iudice non eſt licita comparitio , nec
poſsibilis prorogatio per dictum capit. ſi diligēti.
de foro competen.& omnia iura deteſtantur quòd
laicus modo aliquo animaduertat in clericum.cap.
29 nullus iudicum.xj.quæſtio.j.& ideo * cum conſti-
terit citatum non eſſe de iuriſdictione citantis non
tenebatur comparere,vt no.Innocen.in c. ſi.extra
de appel.& Henri.bouer.in ſing.ſuo xxviij.citatus
&c. & idem ſequitur Guido papæ in ſua deciſ. par-
lamen.



lamen.Gracianopol. cccccl. ſub rubr. an multæ de-
claratæ:& ſequitur etiam deciſ.capel. tholoſ. clxv.
item fuit quæſitum bannum &c. & idem etiam in
particulari tenet Ioan.And.in regu.iuris ſcienti in
mercuria. dum dicit non tenere proceſſum iudicis
ſecularis contra clericum citatum,& non compa-
30 rentem ad allegandum ſuum priuilegium:*ex quo
non tenetur comparere:nec proceſſus in principa
li valet,nec in pœna contumaciæ,ex quo citās nul-
lo modo poteſt eſſe iudex,nec in principali, nec in
incidenti : ergo non arctatur principalis cōparere
per c.ſi iudex laicus.de ſen.excō.in vj.Et ſic mini-
31 mè obſtabit bannum,licet ſub nomine laici:* nam
tale bannum non tenet nec valet:ita Bal.in l. j. ff. ſi
quis in ius voc.non ie. & conſuluit Alex. in conſil.
lxv.iiij.colū.in iij. volumi. Vnde cum foriudicatio
fundetur ſuper contumacia per Regni conſtitu-
tiones,& clericus non poteſt eſſe cōtumax coram
iudice laico ex pręmiſsis ſequitur quod nullatenus
foriudicari poteſt. Septimò adduco nullatenus
procedi poſſe ad foriudicationem pręd ictam, nam
annus qui debet præcedere foriudicationem, in
quo requiritur , vt quis perſiſtat in contumacia ad
hoc vt foriudicari poſsit non incipit currere niſi
32 à die * quo bona ipſius contumacis fuerunt anno-
tata per curiam per tex.in conſtitutionib. grandis
vtilitas circa med. ſed in caſu præſenti nō apparet
quo tempore bona fuerint annotata : imo nec an-
notata fuerunt:ergo &c. Octauò foriudicatio fun-
datur principaliter in cōtumacia in tantum quòd
non conſtito de delicto contra contumacem : ta-
men ex ſola contumacia annali quis foriudicatur:
vt in conſti.pœnam eorum. & quamuis in crimina
libus non requiratur accuſatio contumaciæ,vt te-
net Barto.in l.properandum.§.j.C.de iudi.& in ex
33 trauagan.ad reprimen.in verſi.neglexerit: *tamen
caſu iſto:vbi proceditur per querelam debet accu-
ſari contumacia.ita voluit Bart.in l.arbiter.la pri-
ma.ff.de arbitr.& melius in l.inter accuſatorem.ff.
de public.iudi.Iaſ.autem d.l.j.§.& ſi quidem.C.de
iudę. tenet quòd in criminalibus requiritur accu-
ſatio contumaciæ , ſed in caſu præmiſſo nullus in-
ſtitit querelator , ſeu accuſator qui contumaciam
ipſam incuſauerit , ſed ſolum reperitur actus dicēs
accuſata eſt contumacia ex officio,nec dicitur in-
ſtante fiſco,nec parte:ergo foriudicari non poteſt.
Nonò & vltimò nō militat quòd per fiſcū regium
dicitur in magnam Curiam Vicariæ ſtylum & ob-
ſeruantiam eſſe in contrarium eorum quæ ſupradi
cta ſunt requiri ſeu cōcurrere ad foriudicationem
virtute conſtitutionum Regni,qui ſtylus eſſet pro
iure ſeruandus,iuxta tex.in c.licet.& in c.quā gra-
34 ui.extrà de crimi.fal.*Nam reſpōdeo quòd ad hoc
vt obſeruantia, ſeu vt ſtylus aliquis ſit conſeruan-
dus requiritur quod fuerit confirmatus authorita-
te ſuperioris mediāte aliqua ſua ſanctione, ſeu con-
ſtitutione : vt ſatis pulchrè tenet Alber. de Roſat.
in ſuo dictionario,in verſicu. curia, vbi dicit non
eſſe neceſſe allegare , quòd ita ſeruet curia Roma-
35 na,& ideo ita eſt ſeruandum,*niſi de hoc appareat
per modum declarationis, & conſtitutionis pro-
cedere , idem refert & ſequitur Iaſon , hoc dictum
magni faciendo in l.j.C.de ſum.tri.& ſi.catho. col.
xiij. circa principium.Fely.in c.ij.extrà de reſcri.in
ver.ſtylus.& in c.rodulphus.eod. titu. Hinc voluit
Bal.in l.ſi. C.quæ ſit longa conſuetu.quòd practica
alicuius curiæ confirmata authoritate præſidis vel
epiſcopi dicitur ſtylus:ſeu ritus.allegat hoc tenere
Cyn.in l.ij.C.eod.tit. Concurrente maximè quòd
contra conſtitutiones Regni non poteſt allegari
36 * nec induci conſuetudo , ſeu obſeruantia contra-
ria ipſis conſtitutionibus:per tex. & ibi gl. & And.
de Iſer.in proœ.ipſarum conſtitu.vbi plenè Afflic.
in §.cum igitur.& ibi gloſ.in ver. & conſuetudini-
bus:alibi Andr.& idem Andr.in alia conſti.inci.in
locis demanij,& etiam in prælud.in iij.q.in fin. &
vtrobique tenet quòd conſuetudo contraria con-
ſtitutionibus Regni non tenet, nec ſeruari debet:
ſicque ex præmiſsis, & vnoquoque prædictorum
conſulo nullatenus procedi poſſe ad foriudicatio-
nis ſententiam contra prædictum Alphonſum,ex-
tante potiſsimè ſtylo ipſo contra ius.quo caſu non
valet,vt plenè Alex.in conſi.xxxvj.in ij.volu.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum per maritum vxori,licet per tranſitum ad ſecundas nuptias perdatur, quando fuiſſet ex munificentia & liberalitate factum , ſecus ſi ex cauſa ſeruitiorum , nec requiritur quòd probetur.*

2 *Relictum per maritum vxori etiam abſque ſeruitijs ſibi debetur & morte confirmatur.*

3 *Legatum factum pro anima per virum ſuæ vxori tenet,& ſibi debetur.*

## CONSILIVM CLIII.

IN Chriſti nomine amen. In themate
propoſito reſpondeo : quòd licet per-
datur legatum factum per maritum,
1 ſeu * à marito per tranſitum ad ſecun-
das nuptias , vt in l. fœminæ. & ibi
Bal.C.de ſecun. nupt.tamen hoc procedit quando
dictum legatum fuiſſet ex munificentia , & libera-
litate factum : vt ibi in litera. Secus enim erit ſi ex
alio titulo:maximè ſi ex cauſa ſeruitiorum præſti-
torum: vt ibi probatur à contrario ſenſu , vt dicit
Bal.in l.in donatione.in fi.C.eo.titu.& in l.ſi libe-
ris.& ibi Bal.C.de don.ante nupt.& probatur in l.
ſi hac edictali.§.his illud.ij.col.ibi deuolutas:ideſt
2 titulo lucratiuo.C.de ſecū.nupt. *Relictum igitur
fuit propter ſeruitia quæ aliter probari non requi
runtur quàm per teſtatoris aſſertionē;vt in l. ſi for
tè.de caſtren.pecu.& ibi Bar.& latè Bar.& alij in d.
l.ſi donatione.& in l.illud.& ibi Bal.C.de ſacroſan.
eccle.quia illud procedit quando illud relictū non
valuiſſet niſi ſub ratione meritorum ſeu ſeruitio-
rum, & ſic in perſona quæ liberè non potuiſſet diſ-
ponere, vt quia eſſemus fortè in marito donāte in
ter viuos vxori , vel in patre donante filio in pote-
ſtate,vel filio ſpurio vel in prælato:& ſimilibus qui
ex mera liberalitate liberè diſponere non poſſunt:
nam eo caſu nō creditur, niſi præcedēte probatio-
ne ſeruitiorū:vt in l.ſi fortè.& in d.l. ſi donatione.
ſecus in caſu de quo agitur: quia relicta per maritū
vxori etiam abſque ſeruitiis non prohibentur,per

tex.in l.vnica.C.de rei vxo.actio.§.ſciendum.& in
ter eos donatio morte confirmatur: licet inter vi-
uos prohibeatur: vt in l.donationes.la prima.&ibi
glo.C.de dona.inter vir.& vxor.& conſuluit Soci.
in conſi.lxxv.ſecundum Mod.ordinem.Item eſt &
3 aliud* quia legatum prædictum fuit etiam factum
pro anima, & ſic ex pia cauſa:& non ex liberalita-
te, aut municifcētia:ex quo fit donatio,c.j. de dona.
ita dixit Imo.poſt Card.in c.cæterum.de donatio.
ij.col.& in c.j.ij.col.poſt Cardi.ibi.eo.tit.Nec de-
bent diuidi bona deducta prius legitima, & cum
viro ſecundo & filiis, ſed ipſe duæ filiæ habebant
duas partes, & vir aliam tertiam, ſecundum Salyc.
poſt Cy.& Iac.de Raue.in d.l. hac ædictali. in prin.
ij.q.& in l.quoniam.eod.titu.ita conſuluit Alex. in
conſil.clix.in v.volu.circa principium. & Ioan de
Ana.in conſi.lxxvij.& ibi latè Ludo.Bolog. in ſuis
additio.ad dictum cōſilium,& Bened. capra in ſuo
conſi.lxxiij. viſis & conſideratis &c. Sícque de iu-
ris cenſura ſentio ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non eſt legitimum, niſi præceden-
te benedictione ſacerdotali, & alijs ſolennitati-
bus.*
2 *Conſtitutiones regni per largiſſima tempora ſemper
fuerunt, & ſunt in viridi obſeruantia in regno.*
3 *Conſtitutiones Regni ſunt ius commune in regno.*
4 *Mater aſſerens filium ſuum eſſe natum in octauo men
ſe creditur ei ibid nu. 5. Sicut etiam ſtaretur mu-
lieri aſſerenti ſe prægnantem ibidem, etiam ſi dice
ret, ex quo viro prægnans euaſit.*
6 *Natus octauo menſe habetur pro mortuo.*
7 *Natus octauo menſe non eſt legitimus.*
8 *Teſtes quando contrariantur adinuicem, videlicet,
vnus alter, & alteri alter non probant, etiam ſi ab
eadem parte producti fuiſſent, & etiam ſi eſſent
inæquales ibid.nu.9.*
10 *Probatio quæ veriſimiliter fieri non poteſt per alios
quàm per domeſticos ſtatur domeſticis.*
11 *Teſtium defectus ſupplet numerus.*
12 *Maritus quòd poſſit vxorem caſtigare eſt intelligen-
dum, videlicet, temperate.*
13 *Teſtium maiori numero ſtatur etiam in teſtibus à me
productis, licet contrarijs.*

## CONSILIVM CLIIII.

REdemptoris gentium ſuffragio inuo-
cato, amen. In cauſa honorabilis Se-
baſtiani percatij cum Stephano Ren-
nante de ciuitate Capuæ agentem ex
altera ſuper petitione reſidui dotium
quondam Dianæ eius conſortis tanquam patre &
legitimo ſucceſſore quondam Rennantis Paduani
eius filij prædefuncti poſt mortē prædictæ Dianæ
eius matris reperio, adeo copioſè allegatū per Ma
gnificum V. I. D. Pyrrhum Marcheſium de Capua
mihi tanquam filium chariſsimum in fauorem præ
dicti Sebaſtiani, vt nihil melius allegari potuiſſet,
tamen vt clienti, ita à longe ad me recurrenti mo-
rem gèram eius opinionem velut veridicā, & iuri
conſonam, ne illotis manibus ad rem acceſsiſſe vi-
deat infraſcriptis mediis comprobare conabor. Et
confutando principaliter quæ audio ex aduerſo
fundari. In primis dico quòd ſalua pace Magnifici
concurrentis in cauſa Afflic.in conſtitutione ſan-
cimus ſub rubrica de matrimo. contrahen. tenet
tenorem conſtitutionis prædictæ,& rectè eius ver
ba, & mentem conſideranti non apparebit ab ea
1 diuertiſſe, ſed tenuiſſe, & tenere prout in ea. * Et
quatenus dicatur quòd in matrimonio ſit iudican
dum lege poli,& non lege fori, hoc idem ego tan-
quam veriſsimum dictum ſequutus allego pro di-
cta conſtitu.text.in propriis terminis,idem dicen-
tem in cap.aliter legitimum.xxx.quæſtio.v.in quo
formaliter dicitur quòd aliter non ſit legitimum
coniugium niſi præſedente benedictione ſacerdo-
tali, & aliis ſollennitatibus, & ſic ecce qualiter de
iure poli,& ſecundum canones, idem eſt quòd in
conſtitutione prædicta. Sícque ſileat prætenſa au-
thoritas Argentini allegata contra text.formalem
ſecundum legem poli,& ſecundum legem fori, &
qui non habetur in bibliothecis communibus, vt
aliter intueri & reſponderi poſsit ſi fortè ita dice-
ret, ad quod allegatur quòd non creditur, nec repe
rio Magnificum Pamphilum mollum, ita vt alle-
gatur dixiſſe in d. conſtitutio. ſancimus. cum ipſe
viuens lecturam quam ſcripſerat, ſeu collegerat ſu
per cōſtitutionibus Regni relatis quibuſdam opi-
nionibus antiquorum mihi tradiderit, & in dua-
bus lecturis ſuper dicta conſtitutione ſancimus.
in quibus nihil reperio contradictum fuiſſe dictæ
conſtitutioni, nec ipſam aliter intellexiſſe, aut
limitaſſe, prout in ea continetur relatis opinio-
nibus antiquorum. Et licet dicatur probari quòd
filii nati abſque interuentu. ſolennitatis, & bene-
dictionis ſacerdotalis in ciuitate Capuæ reputen-
tur legitimi, attamen non probatur quod aliàs in
ſimilibus fuerit contradictum, & quòd in contra-
dictorio iudicio ita fuerit obtentum contra di-
ctam Regni conſtitutionem, maximè cum conſti-
tutiones Regni per longiſsima tēpora ſemper fue
2 runt, * & ſint in viridi obſeruantia, vt dicit Andr.
de Iſern. in prælud. feud. & in procemio conſtitu.
prædictarum & ideo Illuſtriſ. rex Carolus primus
mandauit conſtitutiones ſeruari in regno, vt in c.
regni incipien.conſtitutiones.fo.xxix.& idem iuſ
ſit Carolus ſecundus in capitu. regni. quòd incip.
ad perpetuam.folio xxxvj.& idem magis expreſsè
mandauit Rex Ferdinādus primus per ſuam prag-
maticam ſanctionem ſub data in terra fogie. xxv.
Decemb.1472.& ideo dixit Andr. de Iſern. in ca.
3 j.in fi.de eo qui ſibi & hæred.ſuis. *quòd conſtitu-
tiones Regni ſunt ius commune in Regno. Secun-
do inficiari nec denegari poteſt quin prædictus
Rennas Paduanus filius non ſit natus in octauo
menſe, prout liquet nedum ex probationibus in
proceſſu, verùm etiam ex confeſsione vtriuſque
4 parentis, * licet plenius per confeſsionem matris
eiuſdem probatam per quamplures teſtes cui con
feſsioni ſtandum eſt per l.cum te.C. de tranſactio.
ſicut etiam ſtatur mulieri aſſerenti ſe prægnantem.
vt dicit gloſſ.& poſt eam Angel.in l.illud. ff. ſi pars
5 hære.peta.etiam ſi diceret*ex quo prægnans eua-
ſerit



ſerit: vt dicit Barto.in l.iij.§.j.ff.de liber.agnoſcen.
& ſic quatenus octauo menſe natus fuerit, habetur
6 pro mortuo: & ſic non ſuccedet pater filio, ſed
pater filiæ, prout ita in terminis in contingentia
facti refert fuiſſe deciſum in S.cōſilio Afflict. in ſua
deciſ cxxxvj.vbi allegat Paul.de Caſt.in l. vxor. C.
de poſthum.hæred.inſtituen.tenentem, quòd paria
ſunt non naſci viuum, & viuere non poſſe. Cui ad-
do quòd idem tenet Rapha.Fulgo.ibidem,& incip.
lex ipſa vxoris abortu, & non vxor, prout allega-
tur:& ſequitur idem Alexand. in l. quod dicitur. ff.
7 eodem titu. in fin.vbi ſubdit, * quòd ſtat cum opi-
nione Pau.& Rapha.& plus inquit Bartol. in l.Gal-
lus.in princ. ff.de liber.& poſthu. quòd natus octa-
uo menſe non eſt legitimus ad ſuccedendum. Nec
in aliquo ſuffragatur id quod ex aduerſo probatum
prætenditur, quòd filius natus octauo menſe, non
poteſt protendere eius vitam vltra octauum, ſeu
x.diem poſt eius ortum: & ſic cùm ipſe Rennas lon
gè plus vixerit, ergo &c. Nam ſalua pace partis ad-
uerſæ, apparet enim totum contrarium plenè pro-
batum per teſteſmet ad eius inſtantiam productos
ſuper tertia exceptione in nouis iuribus, maximè
per honeſtam Ioānellam de Yſa de Capua quartam
teſtem, necnon & per honeſtam Verde oliuam ſex
tam teſtem productas ex aduerſo, quæ tanquam ex
parte ſuper tertia exceptione partis aduerſæ pro-
ductæ deponunt contrarium eius quod in ea con-
tinetur,& dicunt quòd natus octauo menſe poteſt
viuere tanto tempore quanto morari debuiſſet in
vtero matris, vſque ad tempus legitimi partus. Et
licet duæ aliæ mulieres teſtes ſimiliter ex aduerſo
productæ, deponant natum octauo menſe nō poſſe
viuere vltra quartum aut quintum diem. Et alia
tertia teſtis deponat nō poſſe viuere vltra ſeptem,
aut octo dies. Apparet manifeſtè diſcordantia, imò
contrarietas, nedum inter prædictas, verùm etiam
inter eaſdem,& inter alias duas præcedentes teſtes
ab eademmet parte aduerſa productas. Et quandò
teſtes contrariantur ad inuicem: videlicet vnus al-
8 teri,& alter alteri non probāt, *nec fidem aliquam
faciunt, vt tenet Specul.in tit.de teſte.§.poſtquam.
& §.j.verſi.item quòd teſtes diſcordant, & ibidem
Ioan.Andr.in addi.Specu.in §.iam de interrogato-
riis.in addi.incip.hic autem.Anto.de Butr.& Abb.
9 in cap.cùm tu.extrà de teſti*quod quidem proce-
dit etiam ſi teſtes contradicentes inter ſe ab eadem
parte producti fuiſſent, & eſſent inæquales, adhuc
dico quòd per dictā contrarietatem inter eos non
probarent, vt dicit Bartol. in l.prima. in fin. C. de
vſufruct.& inter ſtipulantem. ff.de verborum obli-
gatio. Bald.in auth.qui ſemel.iiij.colum.C.de pro-
batio.Iacob.Butrig.& Flor.in l.cùm de ætate.ff.de
probatio. & conſuluit Marſil. in ſuo conſil. iiij. de
vultu tuo domine, &c. in vltima columna, primo
volumine. Tertiò inquantum Magnificus Aduo-
catus partis aduerſæ negligere videatur, vt audio,
probationes prædicti Sebaſtiani, pleniſsimè veri-
ficantis quondam Dianam eius filiam, fuiſſe malè
& peſsimè tractatā, ac à prædicto eius viro pluries
ac ſæpiſsimè fuiſſe atrociter verberatam pedibus,
& manibus, ac calcibus, & aliis vſque ad ſanguinis
effuſionem, incluſiuè, tam antè, quàm poſt eius præ
gnationem, & ſic cōceptionem; & ſignanter vſque
ad præcedentem diem eius partus, adeò quòd tali-
ter malè tractata abortiuum fecerit, & deceſſerit,
aſſerendo id minimè verificari, niſi per teſtes do-
meſticos, ac coniunctos ipſius Sebaſtiani. Nam ſal-
ua pace, licet multi non probentur domeſtici, nec
coniuncti, prout eſt Nicolaus Perocta, & alij opti-
mè approbati, vt liquet ex atteſtationibus factis,
attamen dato abſque veri præiudicio, quòd ita fo-
ret, prout ex aduerſo prætenditur, quod tamen non
eſt, adhuc dico, quòd verberare vxorem, & ipſam
malè tractare, & ſimilia fiunt in domo, imò intus
domum, & ſic ſumus in his quæ non abſque diffi-
10 cultate probari poſſunt per alios * quàm per do-
meſticos, coniunctos,& vicinos, quo caſu lex in eis
eſt contenta facilioribus probationibus. l. conſen-
ſu.C.de repud.cap.veniens.el ij.de teſti.l.ſi vicinis.
C.de nupt.& quod not.Barto.in l.ſi quis ex argen-
tariis.§.pen.ff.de eden.Specu.in titu.de furt.ad fin.
Fede.in conſil.cxviij.incipien.nulli dubium. Bal.in
authen.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccleſ.ita in
particulari conſuluit Alexand. ex prædictis contra
maritū qui verberauerat vxorē, quòd poſſent hæc
probari per ſimiles perſonas & teſtes, in cōſ.cxiiij.
iij.colum.in iiij.volum.viſo themate ſupraſcripto.
Item & ex alio dato abſque veri præiudicio, quòd
teſtes eſſent prout ex aduerſo figurantur, adhuc di-
co quòd pleniſsimè probarēt. Cùm multi & quam-
plures ſint, & id quod deficeret in fide, ſuppletur in
11 numero, *cum numerus ſuppleat defectū teſtium,
ſecundum gloſ.in l.iij.§.eiſdem.ff.de teſti. quam ſe-
quitur Bald.in c.ſi quis teſtium.penul.colum.extrà
de teſtib.& ibi dicit per illam gloſ. quòd licet teſtes
non ſint multum boni, tamen quod deficit in fide,
ſuppletur in numero, quod dicit eſſe menti tenen-
dum:& idem refert & ſequitur Fely.dicens hoc eſſe
perpetuò not.in cap.in noſtra.vlti.colum.extrà de
teſti.& vltra Felyn.idem reperio per prius tenuiſſe
Nicol.de Neapol.in l. excuſantur. in princip. ff. de
excuſat.tuto.& conſuluit Alexan.in conſil. cxxj. in
ij.volumi.& in conſil. cxlix. ij. colum. in v.volum.
12 & conſil.xcix.eodem v.volumi. *Quartò nec opi-
tulari poſſet parti aduerſæ id quod allegatum fuit,
maritum poſſe ſuam vxorem caſtigare: per gloſ. in
cap.tua.xxiij.q.iij.& plenè relata per Ioan. And.in
cap.quemadmodum de iureiuran.cum vulga. nam
prædicta iura permittentia viro correptionem in
vxorem, intelliguntur, vt temperatè ipſam corri-
pere ſeu caſtigare poſsit, non tamen licet vxorem
verberibus afficere.l.cōſenſu. C.de repub.ibi dum
dicitur, verberibus, quæ ingenuis aliena ſunt, affi-
cientem probauerit,& not.gloſ. vij.quæſtio.j.capi.
ſicut. vbi dicit gloſ. quòd maritus poteſt vxorem
ſuam.xxiij.q.c.duo iſta. ſed non verberando: quia
illa aliena ſunt ab ingenuis, per dictam l. conſen-
ſu. ſed temperatè eam corrigere: ſed gloſ.in dicto
capitu.duo iſta. quæ allegat tex. in cap.hæc imago.
xxxiij. quæſtio.v.verſicu. quando permittitur viro
verberare vxorem, intelligitur quando ſubeſſet iu-
ſta cauſa, & leniter verberare: ſecundum Archid.
in dicto capitu.ſicut.& Anton.de Butr.in cap.cùm
contingat.ſecunda colum.de foro compet.& com-
muniter omnes in dicto capitu.quemadmodum.de
iureiuran.ſed ita eſt, quòd non conſtat quòd ex ali
qua cauſa ſaltem iuſta prædictus Stephanus eādem

verberauerat,ergo verberatio nõ fuit licita.Quin-
imo etiam ſi fuiſſet cauſa iuſta tamen non dicitur
moderatè,aut leuiter verberata attento quòd gra
uiter ipſam percuſsit etiam cum calcibus ſeu pedi-
bus vſque ad ſanguinis effuſionẽ incluſiuè, & plu-
ries etiã fuit viſa facie tumefacta:prout de his om-
nibus plenè ex proceſſatis apparet, vnde iſta non
dicitur leuis verberatio,aut caſtigatio,ſed immo-
derata correptio:& atrox iniuria.l.prætor.§.pen.
ad fin.cum duabus legibus ſequen.ff.de iureiuran.
& not.Guil.de Cun.Bal.& Angel.in l.ſed & ſi ac.§.
inter.ff.de in ius voc. ita in particulari in propriis
terminis q.noſtræ in tantũ quod non deficiunt nec
nomina propria iſtorum litigantium : conſuluit
Alexan.de Imo.per iura præallegata,& rationes in
conſi.cxiiij.ſuprà alleg. viſo themate ſuprà ſcripto
in iiij. volu. & nedum non apparet de aliqua cauſa
iuſta articulata,nec probata: verum etiam apparet
per teſtes numero decem: & nouem ſuper decimo
articulo ad inſtantiam ipſius Sebaſtiani productos
deponentes prædictam quondam Dianam fuiſſe,
& eſſe donec vixit mulierem bonam,bonæ vitæ, &
cõuerſationis : ac bene morigeratam pacificam &
quietam,ac optimi regiminis,& gubernij:ac opti-
mi intellectus, & ingenij : & quòd ita communiter
tenebatur & reputabatur in ciuita. Capuæ dum vi
xit.Præterquàm vnus ſolus teſtis xiij.nomine ma-
giſter Georgius catoza: qui deponit ꝙ erat ebria
& mali cerebri : cuius dictum non habet in aliquo
obſtare dato tot infinito numero teſtium deponen
13 tium contrarium.* Ex quo clariſsimum eſt in iure
quòd ſi produco tres teſtes vno ipſorum contradi
cente aliis duobus,ſtatur dictis duobus nõ obſtan-
te contradictione vnius.tex.eſt in c.cùm dilecti.de
electio.ita dixit ibi Io.And.in verſi.duo. & ibidem
Anto.de Butri.in verſi.not.circa v. colum. vbi vo-
luit vnum non detrahere fidem duobus:& ideó di-
xit glo.j.in c.in noſtra.in j.colum.quòd vnius teſti
monium non iuſtificat neque damnat. c. admone-
re.iuncta gloſ.xiiij.q.l.iuriſiurandi.C.de teſti.cap.
cùm à nobis:eod.titu.& ſubdit Anto.de Butr.in d.
c.in noſtra.quòd illa decretalis facit ad hoc quòd
plena probatio non præiudicat pleniori : & ſentit
gloſ ij.& Cy.in d.l.iuriſiurandi. Et quòd ſtatur ma
iori numero teſtiũ etiam ab eademmet parte pro-
ductorum tenet etiam in particulari Bartol. in l.
prima.ff.de ventre inſpicien. & conſuluit Alexan-
der de Imola in conſilio lxiiij. in ſecundo volumi.
Et ita concludo de iure pronunciandum nec aliter
fieri poſſe ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio eſt remedium ordinarium, ideo officium iudicis inquirentis ceſſat ſuperueniente accuſatore, cum illud ſit extraordinarium, tamen quando coram iudice inquirente eſſet liquidatum delictum tempore quo accuſator ſuperuenit, vel eſſent indicia ſufficientia ad torturam eo caſu etiam quòd ſuperuenerit accuſator, non debet iudex deſiſtere à ſua inquiſitione.*

2 *Accuſatoris negligentia data non ceſſat officium iudicis inquirentis.*

3 *Accuſator licet ſit Neapolitanus, & cauſa ſit cepta in curia baroniæ iudicis originis per inquiſitionem.qui poterat alias eſſe iudex competens, cum caſus ipſe ſit omiſſus per capitulum* Neapolitanis *conceſſum ſuccedat diſpoſitio iuris communis dictantis iudicem peruenientem non impediendum in ſua iuriſdictione.*

4 *Iudex poteſt repetere delinquentem captum in ſua iuriſdictione, ex quo per talem capturam violatur eius iuriſdictio, ibid.*

## CONSILIVM CLV.

IN Chriſti nomine amen. Quod An-
tonellus criſpinus de fracta piccio-
la debeat remitti per magnam curiam
eius vtili domino virtute ſuorum
priuilegiorum non obſtante quere-
la in ea expoſita per dictam Caterinã oſtendo:nam
quamuis officium iudicis inquirẽtis ceſſare debeat
ſuperueniente accuſatore : cum illud ſit remedium
1 extraordinarium,* accuſatio autem ordinarium:
per text.in l.in prouinciali.vbi Dyn.ff.de no.oper.
nuntia.& Barto.in l.ſi maritus. §.j.ff.de adult. atta-
men quando coram iudice inquirente eſſet liqui-
datum delictum tempore quo accuſator ſuperue-
nit vel eſſent probata indicia ſufficientia ad tortu-
ram eo caſu etiã quòd ſuperuenerit accuſator non
debet iudex deſiſtere à ſua inquiſitione:ita pulchrè
Bald.in l.denique.§.j.ff.de minor.ſequitur Auguſt.
in addi.ad Ang.in tractatu maleficiorum,in verbo
hæc eſt quædam inquiſitio in tertia charta:vbi ſub-
2 dit hoc eſſe ſemper menti tenendum.*Secundò re
gula prædicta non procedit quãdo accuſator fuiſ-
ſet negligens in accuſando,ex quo data negligẽtia
accuſatoris non ceſſat officium iudicis inquirẽtis:
vt dicit Bartol.in dicta l.ſi maritus.§. primo. ff de
adulter. Et ſic cùm Baro ipſius inquiſiti præuene-
rit debet ſibi remitti.Item fuit Antonellus ipſe de-
poſitatus in carceribus magnæ Curiæ per ipſum
Baronem per l.ſi hominem.ff depoſi.& ideo debet
ante omnia ſibi depoſitanti reſtitui.l.bona fides.ff.
eodem tit. Nec militat quòd querela expoſita fue-
rit ad inſtantiam Neapol.nam licet querelans Ca-
3 terina ſit vaſſalla,* tamen capitulũ Neapolitanum
non habet locum quando fuiſſet præuentum per
iudicem originis,qui alias poterat eſſe competens
iudex,& ideo quia caſus iſte eſt omiſſus per dictum
capitulũ:remanebit ergo in diſpoſitione iuris com
munis.l.ſi cum dotem, ſecundum vnam lecturam.
ff.ſoluto matrimonio.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob
cauſ.& omiſſum debet haberi pro omiſſo. l. quic-
quid aſtringendæ.ff.de verborum obligatio. Con-
ſtat enim de iure quòd iudex qui præuenit non de-
bet turbari in ſua iuriſdictione. l. ſi momentis. de
iureiuran. Bartol.in l.ſepulchri.ff.de ſepul.viola.&
ibi dixit quòd iudex qui primo loco cepit cogno-
ſcere poteſt comparere: & hanc exceptionem op-
4 ponere:videlicet,* quod non poteſt procedi per
alium iudicem : ex quo ipſe præuenit, cum iudex
poſsit de iure repetere delinquẽtem captum in ſua
iuriſdictione.ex quo per huiuſmodi capturam vio
latur eius iuriſdictio,text.eſt in cap.ex parte. & ibi
Abb.



Abb.in c.j.not.extra de accuſa.Pau.de Caſt.in l. te
quirendi.C.de ſer.fugi.& Bar.in diſput.Lap.& ita
de iure ſentio.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps reſcribendo delegato, ſeu ordinario dicendo informes per te ipſum important verba hæc vt debeat per ſe ipſum informare, nec per alium loco ſui.nu.2.*

3 *Principum beneficia & conceſſiones ſunt latiſſimè interpretanda, maximè contra ipſum principem concedentem.*

4 *Principis verba appoſita in priuilegio ſeu conceſſione tu non debes tenaciter interpretari, aut ſtrictè.*

5 *Principis verba in reſcriptis ſeu priuilegijs poſita debemus conformare æquitati, licet verba etiam hoc non patiantur.ibid.*

6 *Conceſſio facta per principem propter benemerita, ſeu ſeruitia non poteſt in dubium refricari ſeu reuocari.*

7 *Conceſſio facta propter benemerita tranſit in contractum, & non poteſt per ipſum* Principem, *nec per eius ſucceſſores reuocari.*

8 *Princeps concedens ob benemerita tenetur de euictione.*

9 *Conceſſio propter benemerita dicitur facta motu proprio principis, licet motus proprius non exprimatur.*

10 *Princeps dũ concedit motu proprio extenditur gratia vltra præſumptam intentionem concedentis.*

11 *Cauſa reſpiciens fauorem conceſſionarij præſumitur impulſiua ibid.*

12 *Pro expreſſo haberi debet id de quo ſi quis fuiſſet interrogatus ita reſpondiſſet.*

13 *Verba geminata & prægnantia debent latiorem effectum inducere, quia oſtendunt diſponentis latiſſimam & enixam voluntatem.*

14 *Conceſſioni factæ propter benemerita non poteſt, nedum* Rex *contrauenire, verũ etiam minimè eius ſucceſſor nec etiam ſucceſſor in imperio, cùm teneatur habere ratum factum ſui prædeceſſoris. nume.15.*

## CONSILIVM CLVI.

REdemptoris gentium poſtulato ſuf-
fragio, amen. Caſus ſuper quo conſi-
lium petitur ita ſe habet,Cat.Rex glo-
rioſæ memoriæ dum in humanis age-
ret in partem remunerationis ma-
gnorum ſeruitiorum præſtitorum ſuæ Maieſtati ac
Sereniſsimis retro principibus de domo Arago-
nia per Magnificũ,ac Generoſum militẽ Frãciſcum
de Tarſia,aliàs capo deferro,& eius prędeceſſores
motu proprio eidẽ cõceſsit officium commiſſarij
pro aſſecurandis vaſſallis nouorũ hæredum in feu
dis & bonis feudalibus in toto pręſenti Regno eũ
dem in hoc creando : & neminẽ alium:ita ꝙ ipſum
Franciſcum,& neminẽ alium literæ aſſecurationis
prædictæ dirigerentur ad recipiendũ ab homini-
bus,& vaſſallis nouorũ ſucceſſorum iuramentum,
& homagiũ:& ab ipſis nouis ſucceſſoribus de ipſis
vaſſallis aſſecurandis, hæc verba pluries reiterãdo:
& hoc vt exonerationi conſcientiæ ſuæ Maieſtatis
conſuleret, cum maieſtas ſua informata extitiſſet,
cõmiſſarios ad id deputatos multa extorſiſſe inde-
bita : contigit igitur dubitari an in huiuſmodi cõ-
miſsione includantur ſucceſſores qui non vt hære-
des:ſed alio iure ſuccederent vt quia nouiter crea-
rentur feudatarij ex principis largitione, vel em-
ptione,ſeu impetratione,& ſimilibus.Et certè iudi
cio meo dicendum eſt omnia complecti præſuppo
nendo quòd licet ipſe Cat.Rex in primordio con-
ceſsionis prædictæ commiſsionis aſſeruerit ipſam
concedere in aliqualem gratitudinem ſeruitiorum
ipſius Magn.Franciſci pro aſſecurãdis vaſſallis no-
uorum hæredũ in feudis. Attamen in diſpoſitione
ipſius conceſsionis, ac etiã in eius concluſione di-
citur ita quòd in ipſum Franciſcum, & neminem
aliũ literas de accuſandis vaſſallis dirigi volumus
ad recipiendũ ab hominibus,& vaſſallis nouorum
ſucceſſorum iuramentũ homagium: & ab ipſis no-
uis ſucceſſoribus de ipſis vaſſallis aſſecurandis &c.
Et ſic ecce qualiter omnes ſucceſſores in feudis, &
bonis feudalibus,& nedum hęredes complectitur.
Quod ſatis corroboratur dum aſſerat ſua Maieſtas
ipſum magnificũ Franciſcum in dicto officio crea-
re in toto Regno:& neminem alium:vnde apparet
electa induſtria perſonæ ipſius Franciſci in tantum
quod nõ poſsit officium prædictum per aliũ expli-
cari:vulga.l.inter artifices.cum ſimil.ff.de ſol.tum
maximè concurrẽte legalitate perſonæ cui fuerũt
1 verba dictæ cõmiſsionis directa * quo caſu magis
cenſetur electa induſtria perſonæ ipſius.l.j.cũ vul.
2 ff.de offi.præfec.præto. *Et ideo ſi in literis princi
pis,ſeu papæ diceretur legato, vt informes per te
ipſum, importabunt verba hæc : vt debeat per ſe
ipſum informare, & non per aliũ loco ſui : vt in c.
ſi.de offic.deleg.& in c.cùm dilecta.& ibi no. de re
ſcriptis.l.vnica.§.ſin autem.C.de cadu.tollen.& in
l.fideicommiſſa.§.ſi. in verbo per ipſum id fieri. de
leg.iij.& conſuluit Alex.in cõſi.ccxvij. volu. & ta-
men in plus ſe habet dicere: vt per ipſum magnifi-
cum Franciſcũ & neminem aliũ officium prædictũ
exerceretur id pluries reiterando in commiſsione
prædicta.Et quòd eiuſmodi omnino fuerit eiuſdem
catholici Regis intẽtio,& nõ alia:apparet per eius
expreſſa verba dũ aſſerat ſe informatũ cõmiſſarios
alios ad id deputatos multa indebita ſalaria extor-
ſiſſe, & ſic volens exonerationis ſuæ conſcientiæ
conſulere attenta fidelitate ipſius magnifici Fran-
ciſci eũdem creauit in officio prædicto: & ſic non
videtur eius intẽtionis fuiſſe ꝙ in aliis ſucceſſori-
bus quàm hære. alios cõmiſſarios creare voluiſſet:
ex quo beneficia principũ,& conceſsiones ſunt la-
3 tiſsimè interpretanda,*maximè cõtra ipſum prin
cipem concedẽtem.gl.eſt no.& ibi Bal.in l. benefi
cium.ff.de conſt.prin.& in l.nec auus.& ibi Bal.C.
de eman.libe.& in l.cùm filius.de teſta.mil.& pul-
4 chrè Inno.in c.cum dilectus.de verb.ſigni. *maxi-
mè quia verba appoſita per principem in cõceſsio
ne,ſeu priuilegio tu non debes tenaciter & ſtrictè
interpretari,vt dixit gl.in c.allegant.in ver. tenax.
xxvj.q.vij.imo dicit gl.not.in c.paratus.in gloſ.iij.

5 xxiij.qō.j.*quòd verba in reſcripto ſeu priuilegio
principis poſita debemus cōformare æquitati:licet
etiam verba id non patiantur:idem tenuit Oldr.in
conſil.cclxviij.quæſtio eſt vtrum per priuilegium:
& ideo dixit Bald.in l,ij.in iiij,not.C.de legi.quòd
priuilegium principis non eſt obſcure,ſeu abſurdè
interpretādum,ſed ſane & proprie:Quod maximè
procedere dicendum eſt cum ob benemerita ſeu
ſeruitia conceſsio ipſa facta declaretur:*quo caſu
non poteſt in dubium refricari,ſeu reuocari:vt di-
cit Andr.de Iſer.in conſti.Regni, ea quæ ad decus.
ex quo eo caſu non dependet ex ſola volūtate, ſeu
authoritate concedentis,ſed ex iure eidem magni-
fico Franciſco,quęſito propter ſeruitia, & ſic reuo-
cari non poteſt,per text.in l. Aquilius.& in l. ſi pa-
ter.in fin.ff.de dona.ita Bal.in l.ſi cùm mihi.ff.eod.
titu.& in l.fin.de condi.ob cau.& in l.qui ſe patris.
C.vnde libe.& conſuluit Alexā.conſil.cj.in j.volu.
quia eo caſu dicitur tranſiuiſſe in contractum, per
7 tex.in l.fundo.C.de fun.patri.lib.xj.*quo caſu nec
per ipſummet principem,nec per eius ſucceſſorem
reuocari poſſet:vt dixit Bal.in l.j.ff.de conſti.Petr.
de Anch.in c.quoniam.de conce.præb.in vj.Alex.
in conſi.cxcij.in ij.volu.Ioā.And.quem communi-
ter ſequuntur doct.in c.nouit.de iudi.Archid.in c.
quicunque.xj.q.j.& in c.licet canon.de elect.in vj.
Et quòd omninò tranſeat in vim contractus,appa-
ret,quia donans ob benemerita tenetur de euictio
8 ne,ſi res illa donata,*ſeu conceſſa euicta fuerit:ita
dixit Bart.in d.l.Iulianus.§.qui fundum. ff.de verbo.
obli.& l.idémque.§.ſi.ff.mand.& plenè Iaſo.in l.ex
9 hoc iure.ff.de iuſtit.& iure.*Quibus etiam ſuffra-
gatur cōceſsio ipſa facta motu proprio ipſius prin
cipis,qui motus proprius licet non exprimatur,ſa
tis dicitur motu proprio facta, dum apparet facta
propter benemerita,licet motus proprius non ex
primatur, prout pulchrè voluit Guil. de Cun.in l.
iij.§.ſi procurator.ff.quòd quiſque iu.arg.l.ſi vero
non remunerandi.§.idem Papinianus.ff.mand.ſe-
quitur Alex.de Imo.reputans id menti tenendum
in l.iij.in prin.ff.quod quiſque iur.Albe.de Roſa.in
10 l.j.ff.eod.titu.v.colum.ex quo reſultat*quòd dum
princeps cōcedit motu proprio extenditur gratia
vltra præſumptam intentionem concedentis: tex.
eſt in clem.ſi Romanus.de præbē.& in l.qui autē.ff.
ſi quis caut. Præterea verba primo loco prolata in
conceſsione prædicta ibi pro aſſecurandis vaſallis
nouorum hæred. videntur denotare cauſam impul
11 ſiuam,* & ſic quandam demonſtrationem factam
in fauorem ipſius magnifi.Franciſci,& cauſa reſpi-
ciens fauorem conceſsionarij præſumitur impul-
ſiua.l.ij.in fi.ff.de dona.l.ſed ſi mors.§.fin.de dona.
inter virum & vxor. ſicut etiam dicimus in ſimili
de verbis adiectis per teſtatorē legato in fauorem
legatarij,nam non reſtringunt legatum text. eſt in
l.libertis.ff.de alim.& cib.leg.& in l.donationes in
concubinam.§.ſpecies.ff.de donat.ſed ſic eſt quòd
huiuſmodi conceſsio apparet fauorabilis eidem
magni.Franciſco non debet eius contrarium ope-
rari:iuxta text.in l. quòd fauore. de legi. cum vul-
gar.maximè quia proculdubio,ſi hodie Rex catho.
interrogaretur an talis hæc fuerit eius intentio vl-
tra quod ex verbis ſuę catho.Maieſta.liquidò com
12 præhenditur,certè reſponderet: quòd ſic * ex quo
id putare debemus pro expreſſo de quo ſi quis fuiſ
ſet interrogatus,ita reſponderet:vt voluit gloſ.in l.
tale pactum.ff de pactis.tex.in l.ſi ſecundum Bart.
Bald.in l.fin.ff.de poſtu.hæred.inſtitu.tex.in l.Bar-
barius.& ibi Bal.v.col.ff.de offic.prætor.Suffraga-
tur inſuper quòd princeps ipſe tot geminatis, imò
triplicatis, & quadruplicatis vicibus reiterauit &
replicauit:quòd eidem magni.Frāciſco dirigeren-
tur literæ aſſecurationis prædictæ, & nemini alte-
ri:& quòd ipſe, & nemo alius officium prædictum
exerceret:& ſic apparent verba ipſa geminata, &
prægnantia quæ debent latiorem effectum induce-
13 re:*quia oſtendunt diſponentis latiſsimam & eni-
xam volūtatem.tex.eſt valde ſing.in l.Baliſta.ff. ad
treb.gloſ.in cap.ex eo.verſ.vt omnia & ſingula.de
elect.in vj.glo.in clemen.j.in verſi. quibuſcunque.
de iud.gloſ.in l.cum pœna.in gloſ. & ibi dum dicit
quocunque modo.ff.de arbit.vnde apparet inten-
tionis regiæ fuiſſe creare prædictum magnificum
Franciſcum ſolum in officio prædicto,& neminem
alium.Et ſic cum ipſe quondam cathol.Rex glorio-
ſæ memoriæ ita decreuerit,ſeu conceſſerit nō poſ-
ſet hodie ſi viueret ex præallegatis contrauenire
conceſsioni prædictæ, & pariter nec poſſet Cæſar
noſter eius hæres,& ſucceſſor etiam ſi in dignitate
14 ſolummodo * ſucceſsiſſet contrauenire minimè
poſſet.capit.fin.ne præl.vi.ſua.c.j.de ſolu.nam hoc
etiam ſeruant ſuccedentes in imperio vt cōtra ge-
ſta prędeceſſorum venire nequeant per tex.in ca.j.
de probat.& ibi doct.& not.Cyn.& Bal.in l.digna
vox.C.de legi.& in d.l.qui ſe patris.x.colum.C.vn
de libe. & conſuluit Alexand. in conſil.cxxiiij. in j.
15 volu.j. colum.*cum ſucceſſor Regis teneatur ha-
bere ratum factum Regis defuncti ſui prædeceſſo-
ris.c.j.qui ſucceſ.ten.& not. in c. abbate ſanè de re
iud.& l.ex qua perſona.ff.de reg.iur.& l.cum à ma-
tre.C.de rei ven.l.poſt mortem.ff.de adop. & con
ſuluit Alexand.de Imo.in conſi.iij.in iij.volumi. &
conſi.xxxij.& in conſi.xxv.eod.volumi.iij.& ita de
iuris cenſura conſulendum arbitror in præſenti
conſultatione ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Opinionum varietate extāte amplectenda eſt opinio magis rationabilis,& æquior.*
2 *Opiniones quando omnes eſſent rationabiles eo caſu ſtatur maiori parti doctorum.*
3 *Opinio aliqua ſi iure nō probaretur poſſet licitè ſperni etiam ſi eſſet antiquorū,& ſic hæc omnia ſubtilis iudex arbitrabitur.nu.4.*
5 *Opinioni illius doctoris ſtandum eſt qui melioribus rationibus fundatur,& ſic non eſt ſtādum electioni perſonarum.*
6 *Iunioris ſentētia meliori ratione roborata antiquiori præfertur.*
7 *Diſcordia ſine contrarietate extāte ſuper maritanda puella inter conſanguineos, & tutorem iudex prouidet,& ſubdit non eſſe, quia iudex inter diſcordantes debet eligere meliorem, & æquiorem partem.nu 8.*
9 *Creditorum plurium ſententiæ ſtatur, & ſic maiori parti, niſi minor pars euidenter oſtenderet quòd opinio illorum manifeſtam continet iniquitatem, ideo minor pars hoc caſu poterit appellare.*

CON



## CONSILIVM CLVII.

IN Chriſti nomine amen. Interroga-
tus vt de iure reſpondere debuiſſem
in varietate opinionum, cui opinio-
ni ſtandum ſit, & quando omnes opi-
niones eſſent rationabiles, cui eſſet
deferendum:& an poteſt teneri noua opinio in iu-
dicando, & quàmplura alia circa electionem opi-
nionum reſpondi, quòd ſtante opinionum varie-
1 tate amplecti debemus *opinionem magis ratio-
nabilem,& æquiorem:vt dixit Ioā.And.poſt Hoſt.
in c.ij.de cogna.ſpiritu.per textum in c.cum ratio.
2 de præben.& in c.ſi.de tranſact.*Et quādo omnes
eſſent rationabiles, eo caſu ſtabitur maiori parti
doctorum.c.in canonicis.xviij.diſtinct. vel conſu-
lendus eſt ſuperior.c.ſuper literis.de reſcr.&c.per
venerabilem.qui fil.ſint legi.in §.rationibus.quod
maximè procedit, quando alia ex opinionibus iu-
3 re non probaretur:*quia poſſet licitè ſperni etiam
ſi eſſet antiquorum doctorum, & ideo hæc omnia
ſubtilis iudex arbitrabitur: ita concludit Anto. de
But.& ibi Abb.in c.tua.de vſur. Et ideo dixit pul-
chrè do.Abb.in c.capellanus.de feri.quòd non de-
4 bemus habere electionem perſonarum,*ſed magis
credere opinioni illius qui melioribus rationibus
fundatur: & allegat pulchrum text. ad hoc, in l. j.
verſi.ſed neque ex multitudine.C.de vet.iur.enucl.
& propterea voluit Io.And.in c.j. extrà de conſtit.
quod in iudicādo poteſt teneri noua opinio vnius
5 doctoris contra communem, * quando eſt melio-
ribus rationibus fundata: quod iudex perſpicacis
ingenij facilè perpendet:& ſequitur do.Abb. in d.
c.capellanus.de fer.& ideo ex tex.in l.potioris gra
dus.C.de offi.re.prouin.cautum eſt,quòd iunioris
ſententia meliori ratione roborata antiquiori præ
6 fertur:& ideo extante diſcordia, *ſeu contrarieta
te votorū præſertim in re viduæ,& mulieris,arbi-
triū iudicis eſt neceſſariū, qui debet eligere quod
eſt vtilius ipſi viduæ. prout in ſimili dicit Bal. in l.
j.C.de nup.faciendum,vbi extaret diſcordia ſuper
maritanda puella inter conſanguineos & tutorem:
7 quia iudex prouidet:& ſubdit notandū eſſe: * quia
iudex inter diſcordantes debet eligere meliorē,&
æquiorem partē.& idem tenet Bar.in l.ſi.vlt.col.ff.
de app. recip. vbi in propriis terminis noſtris di-
cit,& ſubdit formaliter:vel pone in caſibus in qui-
bus ſtatur ſentētiæ pluriū creditorum vel maioris
partis,vt l.maiorē.ff.de pact. & in l.ſi plures. quod
intelligo,niſi talis minor pars euidenter oſtēderet,
8 * quòd opinio illorū manifeſtam continet iniqui-
tatem:arg.ff.de inof.teſt.l.ſi pars. ideo minor pars
hoc caſu poterit appellare à ſententia inſerta illa
cauſa manifeſtæ iniquitatis:& per hoc maior pars
prohiberetur vltra aliquid attentare, & ſi quid fe-
cerit,reuocabitur. Et vltra pro nunc aliter me non
extendo:bene omittendū non cenſeo communem
opin.doct.eſſe ſequendā non obſtante vnius docto
ris opinione cōtraria,per tex.in l.j.& ibi Bal.ff.de
ſena.probatur in l.athletas.ff.de his qui not.infam.
etiam ſi ille vnus eſſet doctor magnæ authoritatis:
vt fuit Bar.ita dixit Ludo.Ro. in ſuo conſi. clxxvij.
Bal.in l.ſi.ff.de offi.præfec.vrb.& hæc intelligo niſi
illa opinio faueret libertati: quia ipſa ſequenda eſt.
l.Iulia.ff.de manumiſ.ita Ludo.in l.j.§.per ſeruum.
ff.de acqui.poſ.Item & pariter ſi illa opinio eſſet in
fauorem matrimonij:quia eo caſu ſtabitur ſingula-
ri opinioni, licet habeat plures opiniones in con-
trarium:ita Hoſt.in c.ſuper eo.extrà de cogna.ſpi.
Moder.in cap.fin.de re iud.& vide Abb.in c.ſi vir.
de cogna.ſpir. Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Libro mortui ſatis lōgè creditur quàm libro viuentis.*
2 *Libri partitæ qando verificantur per libros mercatorum aliter non verificatos præſumitur partitas ipſas veritatem continere propter corroborationem aliorum.nu.3.*
4 *Libri partita quando in vno reperitur falſa in omnibus falſa præſumitur, & pariter vbi reperitur vera in cæteris vera præſumitur.*
5 *Libri partitæ credendum eſt concurrente difficultate alterius probationis.*
6 *Libro ſi dari debe[...] plena fides pro ſcribente ſtatur arbitrio iudicis attenta qualitate perſonarum, & veriſimilium concurrentium.*
7 *Liber rationum probat pro ſcribente quando continet veriſimilia.*
8 *Libro mortui integ[...]æ famæ ſatis ſtandum eſt.*
9 *Liber mortui plenè probat, quando viuens fuerit bonus vir,& legalis.*

## CONSILIVM CLVIII.

REdemptoris gentium præſidio repe-
tito,amen. In cauſa pupillarum magni-
fici militis quondam Ludouici de abe-
nabulo de Capua, ciuis Neapol. cum
magnifi. Thoma de Baleza de Capua
ipſarū cognato, ſuper petitione dotiū ſibi promiſ-
ſarū per prædictū quondā Ludouicum pro eius fi-
lia vxore prędicti Thomæ,cū pro reſiduo ipſarum
dotiū lōgè plus debito petierit, pręmitto quòd ex
pluribus partitis banchi per nos productis liquet
quamplures quantitates notabilis ſummæ fuiſſe ei
dem Thomæ ſatisfactas:& quę in extenuationē de
biti per eundē petiti iam admiſſæ fuerūt per ſentē-
tiam S.regij cōſilij,virtute quarum infertur minus
fideliter,imò calumnioſè,cū reuerētia,prędictum
Thomā plus debito petiiſſe,ac petere:& ſic in eius
odiū proculdubio ſtari debet partitis contentis in
libro ipſius quondā magni. Ludouici eius propria
manu ſcriptis,nec inficiari poſſunt ex aduerſo quin
ſint ſcriptæ per ipſum:vnde ſuccedit iuris diſpoſi-
1 tio,*ꝙ ſatis longè creditur libro mortui quàm vi-
uentis:vt dicit Bal.in l.cōparationes.pen.col.C.de
ſi.inſtr.idē Bal.poſt Nico.de matha. in l.rationes.
C.de proba. & hoc quia animus defuncti nō præſu
mitur corruptus,nec corrūpi poteſt, ſecundū Ari-
ſto.arg.l.cēſus.ff.de prob.& inde eſt ꝙ Florētiæ in
diſtinctè libris defunctorū datur plena fides,prout
2 dicit Pau.de Caſt.in l.admonēdi.ff.de iureiu.*& in
hoc multū verſatur officiū iudicis ex qualitate per
ſonarū,& veriſimilitudine,vt dixit Io.An.in tit.de
inſtru.edi.§.nūc dicēdū.in addi.magna.Bal.in rub.
de fi.inſtru.xiiij.co.ver.ſequitur.Io.de Imo.in c.ij.
extrà de fid,inſtru.Quod potiſsimè procedit in ca-
ſu de quo agitur,cùm aliquę aliæ partitæ in eodem
libro contentæ, & notabilis quantitatis ſimiliter
3 verificētur per libros*mercatorū, & literas bāchi

 prod

productas: quo caſu ſimiliter ſtari debet in aliis
ibidem contentis, licet aliter per eum nõ verifica-
tis, quia liber eo caſu præſumitur veritatẽ cõtinere
propter corroborationem aliorũ: ita cõſuluit Pau.
de Caſt. in conſ. cxxxviij. ſecundũ vnam impreſsio-
nem. & cxcix. in fi. pen. col. ſecundum aliã, incip. ad
bene examinãdũ. ſequitur Ang. de Are. in §. actionũ
autem. inſtit. de actio. in xiij. q. & xxiij. col. ſubdens
ita vidiſſe de facto ſeruari. & ꝙ ſic conſuluit Pau. de
Caſt. ſed nõ meminit vbi idẽ refert & ſequitur Iaſ.
in l. admonendi. xviij. col. fol. cj. verſi. v. principali-
ter. in lect. & idẽ Iaſ. in repe. eiuſdem l. admonendi.
lvj. col. fol. cxviij. ff. de iureiur. vbi ſubdit deciſionẽ
hanc eſſe cordi tenendã tanquam nouam, & ſing. &
ipſam reperio tenuiſſe etiam in conſulendo Philip.
Corne. in conſil. lxxxj. in iiij. vol. iiij. col. quanquam
in hac conſultatione, &c. motus ratione, quia cum
in aliis ratio libri vera reperiatur, nec arguatur de
mendacio, præſumenda ſit & in cæteris vera, ſicut
econuerſo, quãdo in vno reperitur falſa, præſumi-
tur *& ita in omnibus pariter falſa: vt dicit Bart. in
4 l. ſi ex falſis. & ibi doct. C. de tranſact. Inno. in c. fra-
ternitatis. de hæreti. vt contrariorũ eadẽ ſit ratio, &
idẽ operetur propoſitũ in propoſito, quod oppoſi
tũ in oppoſito: vt in l. inter ſtipulantẽ. in §. ſacrã. ff.
de ver. obl. & in l. & ſi contra. ff. de vulg. & pup. Suf-
fragatur inſuper veriſimilitudo, cùm veriſimile nõ
ſit prædictũ quondã Ludouicũ baronẽ, & diuitem,
aſsiduè colligentẽ redditus duorũ ſuorũ caſtrorũ,
& de quibus vnũ nouiſsimè oblato ſibi lõgè exube
ranti precio ſui valoris, vẽdiderat pro quinq; mille
ducatis, vt notoriũ eſt, velle detinere vſumfruc. do-
tium ſuæ filiæ primogenitæ oneratæ pluribus filiis,
& filiabus, & quam præmaximè diligebat: & pari-
ter quòd prædictus Thomas egenus potiuſquã di-
ues, voluiſſet per tot annos, & ferè decem tacere
& non petere, nec vſumfruct. nec capitale dictarũ
dotium. Sícque cũ liber ipſe contineat veriſimilia,
ſtandũ erit contentis in eo pro ipſo ſcribẽte: prout
multum ſingulariter tradit Bald. poſt Guli. de Cun.
in l. edita. C. de edendo. allegat l. per hanc. §. penul.
C. de tempor. appell. & in l. ſi quis pro redemptio-
ne. C. de donat. quod maximè procedit, cùm à ne-
mine poſsit haberi aliqua informatio vltra librum
prædictum veriſimiliter, dum Ludouicus ipſe non
reliquiſſet nec filios, nec fratres, quibus veriſimili-
ter potuiſſet innoteſcere ſatisfactio debiti prædi-
cti, niſi & duntaxat Magnificũ Ioannem Baptiſtam
eius fratrem ſeorſum ab eo habitantem, & qui per
multa tempora, & ſignãter per annos duos, & plus,
ſtetit abſens à regno, & prout ſtat penes Cæſar. Ma
ieſta. Et ſic concurrente difficultate probationis
5 ſtandum erit cõtentis in libro prædicto: * ita mul-
tum ſingulariter ſequitur Alex. & commẽdat in l.
j. in fi. C. de eden. & ante eum Pet. de Anch. in clem.
6 j. §. j. de vſur. & dicit Saly. in d. l. j. vlt. col. * quòd an
detur plena fides pro ſcribente, ſtatur arbitrio &
deliberationi iudicis, attenta qualitate perſonarũ,
& veriſimilibus, ſicque veritas & æquitas quæ mul-
tum coram principe, & eius conſiſtorio in quo ſu-
mus attendi debet, conſideret ſupplico qualitatem
notoriæ integritatis prædicti quondã Ludouici, &
prædicti Thomæ eius generi longe plus debito pe-
tentis, prout conuictus extitit, & eius tenues facul-
tates, necnon & alias partitas eiuſdem libri verifi-
catas, & comprobatas per ſcripturas mercatorum,
ſeu banchi: & difficultatem probationis cùm re-
manſerint pupillæ à quibus nulla poteſt haberi in-
formatio per tutorem. Nec obſtat quatenus obie-
ctum ſit ex aduerſo librum prædictum non eſſe pu-
blicum, ſed priuatum: & confectũ per ipſum Ludo-
uicũ pro eius memoria, ſeu recordio, quia hoc nõ
obſtat quin data verificatione aliarum partiarum
in eo contentarum libro prædicto ſtetur: cùm do-
ctores præallegati non meminerint, nec differen-
tiam aliquam faciant, aut requirant quòd liber ſit
publicus vel priuatus: imò in prædicto conſi. Paul.
de Caſt. apparet quòd liber ſeu quinternus ille erat
foliorum xxiiij. duntaxat, & erat in forma libri
pro memoria magis quàm publici: & ideo hinc di-
xit Bald. in l. prima. columna finali. C. de edendo.
7 *quòd liber rationum probat pro ſcribẽte, quan-
do cõtinet veriſimilia: ſequitur Alex. in l j §. ratio-
nes. ff de eden. & in conſi. liiij. circa id quod quæri
tur. ij colum. verſi. confirma. in ij. volu. & in conſi.
clxxx. viſis ſubtiliſsimis. Aret. in cõſil. clx. longa eſt
&c. col. ij Pet. de Ancha. in cle. j. §. cæterum. col. iij.
ver. ſubſequenter. de vſur. Soci. in conſi. ccxl. circa
præſentem, col. pen. Deci. in conſi. dxcvj. quę maxi
mè vendicant ſibi locũ in hoc libro confecto ma-
nu prædicti quondam Ludouici viri præclariſsimi
8 nominis & famæ, * vt notorium eſt, quo caſu ple-
nè ſtandum erit libro ipſius: vt conſulendo in ſpe-
cie tenet Soci. in conſi. clxj. pro deciſione præſen-
tis conſultationis. in ij. volumi. & maximè ſubdit
ipſe quando erat diues, prout iſte: quod corrobo-
ratur per deciſio. Barto. & Bald. in d. l. admonendi.
9 vj. colum. * vbi dixerunt, quòd liber mortui pro-
bat plenè quando viuens fuerat legalis & bonus:
& aliqua concurrerent adminicula, vel veriſimili-
tudines, & ſequitur Anto. de Butri. & Abb. in capi.
ſecundo de fide inſtru. Reperio tamen quòd Deci.
in l. prima. ij. colum. C. de eden. & in cap. ſcripta. in
princi. extrà de fide inſtru. videtur de dicto domini
Pau. de Caſt. dubitare in libro continente ſeparata
capitula, dum ex eo quòd aliquod capitulum par-
ui ponderis verificatum ſit, non bene infertur ad
capitula ſeparata de quibus ageretur de maiori prę
iudicio, quia hoc modo liber rationis ſemper de
facili probaret in fauorem ſcribentis, quia de faci-
li poſſet aliquid quod in eo continetur iuſtificari,
quod certè videtur abſurdum ſecundum eum. Sed
rectè intuenti præmiſſa deciſio longè magis ada-
ptatur, & corroborat opinionẽ prædictam in caſu
de quo agitur, quia etiã de dicto libro ſunt verifica
tæ multæ & quamplures partitæ lõgè maioris quã
titatis earum quę petũtur de reliqua parte dotium
mille & quingentorum ducatorum per prius aſsi-
gnatæ eidem Thomæ in diuerſis partitis, & quas
Thomas ipſe acceptauit, & reſiduum petiit. Et ni-
hilominus non decidit Decius non eſſe ſtandum
libro, ſed eſſe arbitrarium iudici attenta qualitate
rei & perſonæ, prout etiam dicit Salice. ſuprà alle-
ga. de quo Deci. prædictus non meminit. Nec mili-
tare poſſet quod dicitur quondam Ludouicũ ſcri-
pſiſſe ſub data diei xviij. Martij in anno 1532. con-
ſignaſſe ducatos c. prædicto Thomæ per banchum
de ſpinolis, in quo bancho id non apparet, ſed
bene



bene apparet eodem die banchum conſignaſſe du-
catos c. eidem Ludouico ibi poſitos per mag. Iaco-
bum de tuſo pro ipſo Ludouico eius cognato: &
ſic non inconuenit ꝙ illoſmet ducatos c. ſoluerit,
ſeu grauauerit eidem Thomæ, & minus ſcriptũ fuit:
quia fortè noluit cautelari per petitam banchi: ſed
aliter in futurum: vnde ſatis eſt demõſtraſſe ſub eo-
dem die dictos duc. c. recepiſſe per banchũ, & eo-
dem die quo ipſos recepit, poſuit ſeu aſcripſit in
prædicto eius libro ſoluiſſe eidem Thomæ: nam ſi
in partita banchi idem contineretur, non fuiſſet
nobis neceſſe producere librum, cùm ſola partita
banchi ſufficiens fuiſſet: & ita de iure ſentio ego

Thomas Grammaticus V.I.D. Et ita vt ſuprà con-
cluſum eſt, iudicatum fuit per S. Conſilium in fa-
uorem dictarum pupillarum: & quòd ſtetur li-
bro prædicto: & fuit commiſſarius, & relator ma
gnificus Nicolaus Maiorana.

## CONSILIVM CLIX.

SVMMARIVM.

1 *Habitare quando quis dicatur ſeorſum à patre, & certè ſeorſum habitare ab ipſo non dicitur, niſi pro maiori parte anni ſeorſum habitauerit.*

2 *Habitans ad tempus non ligatur lege ciuilitatis, ſed ille qui perpetuò habitat.*

3 *Habitatio ſola non facit quem ſortiri forum, niſi conſtet de vero animo, vel præſumpto, contrahendi incolatum.*

4 *De vero animo dicitur conſtare, ſi habitaſſet per decennium.*

5 *Habitare verè dicitur & propriè, vbi in eodem loco perpetuò habitaturus eſt.*

6 *Habitare quis non dicitur, vbi ad tempus conuerſatur.* 7.

8 *Habitatio longa facit præſumi animum habendi ibi perpetuam reſidentiam.*

9 *Animus cognoſcitur ex reſponſione eius qui interrogatur, & eius reſponſo ſtabitur.*

10 *Domus manſionis dicitur, vbi quis firmiter ſtat & permanet, non vt recedat.*

11 *Filiusfamil aſſerens ſe ſeorſum à patre habitare in contractu dum contrahit, ſi tamen non ex hoc remanet obligatus.*

12 *Actus vbi non tenet lege impediente, tunc contrahenſmet poteſt contrauenire contra factum ſuum.*

13 *Donans mille, non facta inſinuatione, ſi aſſerit donare propter merita, de quibus non apparet, poteſt contrauenire.*

*Filiusfamil recipiens pecuniam mutuo, & qui ex forma ſtatuti non poterat obligari, niſi fuiſſet mercator, & ideo contrahens cum eo voluit, vt diceretur, quòd ipſe filiusfamil. vt mercator recepit dictum mutuum, talis aſſertio non ſufficit, niſi ita probaretur.*

14 *Verba enunciatiua prolata à partibus non probant circa ea quæ non dependent à libera voluntate partium.*

*Factum proprium quando eſt impugnatum lege, etiam ſi interuenit iuramentum, licet contrauenire eidemmet contrahenti, quando factum eſt lege impediente.*

15 *Filiusfam. obligatur ex omni contractu, præterquam ex mutuo & voto.*

REdemptoris gentium auxilio inuoca-
to, amen. In cauſa nobilis Camilli Fa-
matij de Neapoli: ſit dubium an in eius
fauorem ſit locus decreto nouiter ædi-
to in fauorem filiorumfamilias, vt contractus &
obligationes factæ cum eis non teneant, niſi ſeor-
ſum ab eorum patribus habitauerint: ſed eſt quòd
Camillus ipſe in contractu mutui prædicti, inito
cum Gabriele Vitali aſſeruerit ſeorſum à patre ha-
bitare: ergo ſequitur quòd contractus teneat. Nam
rectè conſideranti huic motiuo facilis erit reſpon-
ſio, data intelligentia terminorum: nam per illam
clauſulam, videlicet, niſi ſeorſum à patre habitaue-
rint, non eſt intelligendum pro illo modico tem-
pore ſex menſium, quo ſeorſum à patre habitaſſe
prætenditur, cùm tandem poſt illud tempus recon
ciliatus cũ patre, rediit ad eius habitationem vſque
ad tempus mortis prædicti eius patris: vt plenè pro
1 batum eſt. * Et ſic nõ dicitur quis ſeorſum à patre
habitare, niſi pro maiori parte anni ſeorſum habi-
tet: cùm ibi quis habitare dicatur, vbi pro maiori
parte anni inhabitat, vt ibi permaneat. l. ſi quis ita.
& ibi Bart. ff. de cond. & demon. Bar. in l. cum dela-
nionis. §. Sabinus. ff. de fund. inſtru. glo. in l. j. in ver.
maneat. & ibi Bar. ff. de libe. agnoſ. & in l. j. §. habita-
re. ff. de his qui deiecerunt vel effuder. gloſ. in clem.
cauſam. in verſ. cõmuniter. de elect. Bal. in l. ſi quis
ad declinandam. x. char. verſic. nunc breuiter. C. de
epiſc. & cler. Pau. de Caſt. in l. ij. j. col. C. de iuriſdict.
om. iud. & eſt declaratio antiqua regiæ camerę ſum
mariè poſita in regiſtro rituũ eiuſdem cameræ, qua
in ſpecie cauetur in Regno, ꝙ dicitur quis habita-
re, vbi pro maiori parte anni habitat, & non aliter.
& inde dicebat Archid. in cap. Romana. de ſenten.
2 excommunic. in vj. * quòd habitans ad tempus non
obligatur lege ciuilitatis, ſed ille qui perpetuò ha-
bitat. & ideò conſuluit Angelus in ſuo conſilio in-
cipiente, quidam Victor. quòd habitatio ſola non
3 facit quem ſortiri forum, * niſi conſtet de vero ani-
mo, vel præſumpto contrahendi incolatum: & te-
net etiam Alex. in l. lex Cornelia. §. ſi quis tamen. ff.
4 de iniur. * vbi etiã ſubdit de vero animo dici con-
ſtare, ſi ſtetiſſet per decennium. per gloſ. in l. eſt ve-
rum. C. de incol. lib. x. Et quòd non poteſt dici ve-
rè ſeorſum à patre habitaſſe, ſed fictè, apparet, quia
probatum eſt, quòd Camillus ipſe filiusfam. exiſtẽs
nihil proprium habebat, nec penes ſe erant dotes
vxoris, & volebat ſe à patre alimentari, cùm aliũde
minimè poterat ipſe cum vxore alimenta ſuſcipe-
re: vnde illa modica habitatio extra patrem dura-
bat quouſque potuiſſet ſe cum eo reconciliari, vt
rei euidentia docuit: quia quamprimum reconci-
liatus rediit ad habitandum cum patre: & ſic habi-
tatio naturalis vera paterna attendenda eſt, & præ-
fertur illi fictæ habitationi extra domum patris.
Item adduco, & dato pro vero, vt clariſsimè proba
tum eſt, quòd ex cauſa controuerſiæ cum patre, Ca
millus ipſe receſſerit ab ipſo per illud modicũ tem-
pus, quo ſeorſum ab eo deguit, & ſic non vera erat
eius habitatio ſeorſum à patre, ſed ficta: & ver-
ba decreti dum dicunt, niſi ſeorſum à patre habita-
uerit, ſunt intelligenda in caſu vero, non autẽ ficto,
vt in

vt in l.tertia.§.hæc verba.& ibi Bald.ff.de nego.ge
ſtis.& in l.prima §.hoc interdictum de ciſterna.ff.
5 de fonte.*nam verè habitare dicitur quis propriè,
vbi in eodẽ loco perpetuò habitaturus eſt.l.ciues.
6 C.de inco.lib.x.*& quod plenè not.in l.aſſumptio.
§.iuris.& l.domicilium.ff. ad muncip. Imò eo caſu
dicendum eſt Camillum ipſum continuò habitaſſe
cum patre, dato quod ex cauſa ortæ diſcordiæ in-
ter eos certo tempore abſens fuerit,cùm habuerit
propoſitum reuertendi,vt res ipſa indicat.l.ſi quis
ita.ff.de cõdi.& demon. Nam vt in ſimili dicimus,
ex ſolis laribus niſi conſtet quòd animo faciendi
perpetuam vel longam habitationem non ſortitur
quis forum:vnde aut lares ſunt mobiliter cõſtituti,
7 & * non conſtituunt forum, quia nec ibi videntur
eſſe qui ad tempus conuerſantur.l.debitor.ff.de pi
gnor.l ex facto.§.reus autem.ff.de hęred.inſti.l.re
ſcripto.§.ſi.ff.de muneri.& honori.& ſi eſt dubium
8 de animo faciendi perpetuam reſidentiam,*& tũc
non præſumitur niſi ex longa habitatione: vt in l.
ij.C.de incol. & no.expreſsè in l.eius.§.ſi.ff.ad mu
9 nicip.*De animo autem ſuo interrogari quis po-
teſt,& ſtabitur eius reſponſo:argu.l.cum probatio.
ff.de prob.& l.nõ omnes.§.à barbaris.ff.de re mil.
cum ſimil.ita conſuluit Bald.in conſil. cccxij.incip.
prædicti excellentiſsimi.in iiij. vol. ſicut enim ori-
go naturalis præfertur ciuili: vt pulchrè conſuluit
Soci.conſi.cxxxviij.incip.præſtantiſsimi verſi. iij.
reſpondetur.in j.volum.Et quia in rei veritate do-
mus manſionis ſeu habitationis dicitur, vbi quis
firmiter permanet,& non vt recedat:vt dixit Bald.
10 in l.ea quæ.C.quomodo & quando iudex.*Nam in
domo ſuæ ſocrus cum ipſa ſocru nõ dicebatur ha-
bitare,ſed hoſpitari, quo caſu non poteſt dici habi
tare:vt no.Barto.& Bal.in l.j.§.habitare.per illum
tex.ff.de his qui deiecer.vel effude. & ideo dixit gl.
in l.& haber.§.j.ff.de precar.quòd hoſpites dicun-
tur potius haberi,vel detineri in domo, quàm ipſi
habere vel detinere domum. Item circumſcriptis
præallegatis dico quòd licet Camillus ipſe dixerit
ſe ſeorſum à patre habitare,ſi tamen nõ eſt verum,
non ex hoc remanet obligatus: ita in ſimili in pro-
priis terminis conſuluit Paul. de Caſtr. in conſilio
11 clxxxiiij vbi dixit,*quòd ſtãte ſtatuto quòd filiuſ-
fam.non poſsit ſe obligare ſine conſenſu patris: &
ipſe tempore quo obligauit ſe, aſſeruit ſe patrem-
famil.nõ ex hoc remanebit obligatus. idem refert
& ſequitur Bauer. in tract. virtutum iuramenti. in
virtute lxxxij. vnde cùm hodie in Regno per ſan-
ctionem nouiſsimi decreti cõtractus habitus cum
filiofam. ſeorſum non habitans a patre, ſit nullus,
ſequitur quòd Camillus ipſe non remanet obliga-
tus. Et prædictis ſuffragatur, quòd vbi actus non
tenet lege impediente,tunc contrahens met poteſt
12 venire*contra factum per ſemetipſum.l. quemad-
modum.C.de agrico.& cenſi.lib.xj.l.iubemus.§.ſa
ne.C.de ſacroſanctis eccle.ita etiam firmat Imo.in
13 l.Aquilius.de donatio.ibi dum dicit,* quòd donãs
mille nõ facta inſinuatione, aſſerens ſe donare pro
pter merita,ſi de meritis non apparet,poteſt con-
trauenire:iuxta l.ſancimus. C. de donatio. & hinc
voluit Bart.& poſt eum Fulgo.in l.ſi donatione.C.
de colla. quòd ſi dedi tibi pecuniam mutuo,& eras
filiusfam.qui nõ poteras obligari ex forma ſtatuti,
niſi fuiſſes mercator:& ideo volui vt in inſtrumẽto
diceretur, quòd tu vt mercator recepiſti dictã pe-
cuniam mutuo, certè talis aſſertio nõ ſufficiet niſi
probetur: quia illa verba enũciatiua prolata à par-
tibus non probant circa ea quæ non dependent à
libera poteſtate partium. & idem in terminis con-
14 ſuluit Dyn.in ſuo conſi.incip.iure municipali. * &
licet interceſſerit iuramentum ipſius Camilli, ad-
huc dico illud non obſtare: quia quando factum
proprium eſt impugnatum à lege,etiam ſi interue-
nerit iuramentum licitum eſt contrauenire eidem
met cõtrahenti:quando factum eſt lege impedien-
te:ita conſuluit Federi.de ſenis in ſuo conſi.clxxij.
quem ſequitur Imo.in commento.ca.cum contin-
gat.lvij.charta:de iureiur. refert & ſequitur Iaſ. in
l.ſi donatione.pen.col.ſuprà alleg.C.de colla.Vlti-
mò aduertendum eſt quòd in præſenti cauſa ſumus
in contractu mutui facto cũ filiofami. & filiusfam.
15 obligatur*ex omni contractu præterquam ex mu-
tuo,& voto l.tam ex contractibus.ff.de iudiciis. l.
filiofamil.ff.de actio.& obligat. & plenè Alber. de
Roſa.in l.j.§.huius ſtudij ff.de iuſti.& iure.Ex qui-
bus & vnoquoque ipſorum concludo prædictum
Camillum ex contractu prædicto in nihilum obli-
gari prædicto Gabrieli Vitali, obſtãte regio decre
to prædicto:& ita iuris eſſe conſulo ego

Thomas Grammaticus.

### Svmmarivm.

1 *Legatum de fructibus fundi vſque ad certam ſum-*
*mam annis ſingulis pro alimenti libertorũ quòd*
*ſi vno anno non perueniunt tot fructus ex eo, debet*
*ſuppleri in ſequentibus annis nu 2. & 3.*
4 *Sermo ſimpliciter prolatus intelligi debet de prima*
*vice tantum.*
5 *Frater ſi tenetur maritare ſororem virtute ſtatuti, de*
*bet intelligi pro vna vice tantum.*
6 *Teſtator ſi mandauit eius bona diſtribui pro mari-*
*tandis puellis non poterunt tale legatum conſequi*
*mulieres viduæ & pauperes.*
7 *Decurionibus aſſerentibus donationem alicui feciſſe*
*in remunerationem ſeruitiorum ſtatur.*
8 *Donans in remunerationem tenetur de euictione.*
9 *Feudum habens de camera ſeu cauena non poteſt pe-*
*tere illos panes ciuiles niſi prius ære alieno ſoluto,*
*ita quod creditores tali feudatario præferuntur.*
10 *Rex poteſt ex cauſa remunerationis ſeruitiorum ali-*
*cui auferre dominium rei ſuæ.*
11 *Cauſa iuſta dicitur quãdo reſpicit vtilitatẽ publicã.*
12 *Ciuitas poteſt rem priuati auferre ex cauſa remu-*
*nerationis factæ alicui, qui ſit benemeritus de repu*
*blica.*
13 *Remuneratio ſeruitiorum facit vt à communi regula*
*recedatur.*

## CONSILIVM CLX.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtu-
lato,amen. In cauſa vertente inter ma-
gnificum ac ſtrenuum militẽ Loyſium
Alphonſum de Sylua ex vna actorem,
& honorabilem Lucam Ruſſum de Neap. conuen-
tum ex



tum ex altera in regia camera ſummariæ:prætẽdit
idem Lucas virtute conceſsionis ſibi factæ de du-
ca.cc. annuatim ſuper ſigillis magnæ Curiæ Vica-
riæ per quondam Cathol. Regem glorioſæ memo
riæ, quòd ſi vno anno ex dictis ſigillis non perue-
nerint duc. cc. poſsit in anno ſequen. ſibi ſuppleri
facere de eo pluri quod ſupererit, de quo pluri fuit
facta alia conceſsio prædicto magnifico Loyſio
Alphonſo in remunerationem ſuorum ingentium
ſeruitiorum. Et prima conſideratione videbatur
dicendum prædictum Lucam iuſta petere, per tex.
formalem in l.Lucius.ff.de ali.& ci. leg. vbi legatis
fructibus quorundam fundorum vſque ad certam
ſummam annis ſingulis pro alimentis libertorum
ipſius teſtatoris legatis, * quòd ſi in vno anno non
1 perueniunt tot fructus ex illis fundis, debet ſup-
pleri ex fructibus ſequentis, ſeu alterius anni: ad
idem optimè adduci poteſt tex.in l.ex eo.ff. de tri-
ti.& ol.leg.vbi teſtator iuſsit hæredem ſuum*præ-
2 ſtare annis ſingulis decem amphoras vini ex tali
fundo; nam ſi vno anno tantum vinum non fuit
natum,ſeu habitum ex eo,quòd tamẽ ex ſuperiori
anno eum numerum amphorarum hæredem datu-
rum Sabinus exiſtimauit. Accedit inſuper quod in
propriis terminis videtur tenere Andr.de Iſern.in
capit.j.de not.feud.vbi dixit,quòd * ſi dedi tibi in
3 feudũ viginti percipiẽda quolibet anno de came-
ra mea,vel cannapa, vel cauena de qua percipere
debebas illa.xx.annuatim, debebis expectare do-
nec ſit tãtũ in illo loco camera, ſeu cauena vt poſ-
ſit tibi ſolui: quia eo caſu impinguata camera, &
repleta,tenebor ego promiſſor etiã pro præterito
tempore, quando ſoluere nõ potui:per text.in præ
dic.l.ex eo.ff.de vino tri.& ole.leg. cum aliis iuri-
bus per ipſum alleg.& idẽ in propriis terminis per
optima iura & rationes tenet Iaco.de S.Geor. in l.
ſi fideicommiſſum.§.tractatũ.ij.colum.ff.de iudic.
& conſuluit Deci.in conſi.cccxxiiij. conſilium ſu-
per quo petitur.Ex quibus omnibus dicendum vi-
detur prædictum Lucam poſſe conſequi in rediti-
bus annorum ſequentium id quod ſibi deficit an-
nuatim in dictis duc. cc. Quibus ſuprà allegatis nõ
obſtantibus contrariam ſententiã arbitror de iure
4 veriorem. * Et in primis præmitto quòd in omni
materia ſermo ſimpliciter prolatus debet intelligi
de primo anno, ſeu de prima vice tantum. l. dotis
promiſsione.verſicu fin.& ibi Bartol.ff.de iure do
tium.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verborum ſigni
ficatione. & ideo Iuriſconſultus in l. ſi ſocius pro
filia. in princip. ff. pro ſoc. cauit pactum inter fra-
tres, vt dotes filiarum ponantur de communi, in-
telligendum eſſe de primo actu, & ſic de prima vi-
ce qua maritabuntur tantum,& non aliter. & idem
tenet Bald.in l.fina.C. de dot. promiſ. & ibi dixit,
5 quòd ſi ſtatuto cauetur,quòd*frater teneatur ma-
ritare ſororem, intelligitur pro vna vice tantum,
& non aliter:& idem tenet Bald.mirabiliter,vt ſa-
tis ſingulariter in proœ.decret.vij. colum. quòd ſi
teſtator mandauit bona ſua diſtribui in maritan-
dis puellis pauperibus, non poterũt huiuſmodi le-
6 gatum conſequi*mulieres viduæ & pauperes. quia
diſpoſitio ipſa intelligenda eſt de primis nuptiis,&
ſic de prima vice, ſeu de primo actu tãtum. & ideo
voluit Bart.in l.eũ qui.de ann.leg.quòd teſtator re
linquens pictantiã fratribus minoribus in feſto S.
Franciſci, intelligitur de prima vice tantũ. & idem
tenet Bar.in l.eum qui calend.de verb.obli.Ex qui
bus pariter dicẽdum erit in caſu præſenti, vt ſuffi-
ciat eũdem Lucã habuiſſe ſemel,ſeu prima vice du-
ca.cc.nec poſsit in annis ſequẽtibus petere ſibi ſup
pleri id quod in præcedẽtibus ſibi defecit. Nec ob
ſtabit l.Lucius ſuprà alleg.de ali.& cib.leg. cùm ibi
concurrat fauor alimentorum,quorũ fauore fit il-
lud ſupplementũ:vt pulchrè dicit ibi gl.in verſ. in-
tegra:Et pari modo minimè militat tex.in l.ex eo.
ff.de vi.tri.& oleo.leg per quem,& alios ſimiles ſe
fundat Andr.de Iſer.vbi ſuprà cùm in fi.verb.dicti
tex.formaliter dicatur, quæ ſentẽtia ſi volũtati nõ
aduerſetur,mihi quoque placet: ſed cùm voluntas
principis cõcedẽtis aduerſetur huic ſentẽtiæ, cùm
princeps ipſe poſt conceſsionem duca.cc.factã ei-
dem Lucæ annuatim, conceſſerit eidem magnifico
Loyſio Alphonſo annis ſingulis omne id quod ſu-
pereſſet vltra duca.cc.ergo nõ fuit eius intentionis
vt id quod defeciſſet vno anno eidẽ Lucæ, debuiſ-
ſet ſibi in alio ſequẽti ſuppleri :maximè cùm dona
tio de dictis duca.cc.facta eidẽ Lucę fuerit ſimplex
cõceſsio: & illa quæ fuit facta eidẽ Loyſio Alphõſo
fuerit remuneratoria,& in partẽ ſuorum ingẽtium
ſeruitiorũ, quorum meminit idẽ Rex cathol. in con
ceſsione prædicta: cuius Catholi. Regis aſſertioni
7 ſtandum eſt ex iuris diſpoſitione:*nam ſi creditur
decurionibus atteſtantibus feciſſe donationẽ ali-
cui in remunerationẽ ſeruitiorũ, vt dicit Bart. in l.
ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.fac.& cõſuluit Alex.
in cõſi.xxxiiij.in iiij.vol.& Deci.in cõſil.cxcj.mul-
to fortius credendũ erit ipſi principi ita aſſerenti:
8 * & tãto magis cũ donans in remunerationem te-
neatur de euictione:vt dixit Barto.in l. Iulianus.§.
qui fundũ.ff.de verb.obli.& in l. idẽque. per illum
tex.ff.mãd.& tenet Alex.in conſ.xlvij.in iij.vol.Et
ſi preſupponitur eo caſu,& recipiens talẽ donatio-
nem ſit creditor donãtis: & ideo dixit pulchrè Bal.
in d c.j de no.feu.per tex.ibi, quẽ ipſe ita ſummat,
9 *ꝙ ille qui habet feudũ de camera ſeu cauena non
poteſt petere illos panes ciuiles,niſi prius ære alie
no ſoluto:ita ꝙ creditores tali feudatario præferũ-
tur:& ideo quod ibidẽ dicit Andr.de Iſer.ꝙ debet
ſuppleri in anno ſequẽti id quod defecit camera in
anno præſenti ſeu præcedẽti,debet intelligi prout
ita demonſtratur ex verbis Andr. qñ camera ſeu
cãnapa eſſet penes principẽ: ſed quia princeps à ſe
ademit dictos reditus ſigillorũ in totũ diſponẽdo
ꝙ id quod ſuperfuiſſet annis ſingulis vltra duca.
cc.in remunerationẽ ſeruitiorũ daretur prædicto
magni.Loyſio Alphõſo:ſicque nõ poteſt prædictus
Lucas petere ſibi ſuppleri,vt ſuprà, cũ iniquiſsimũ
foret ꝙ vno anno quo ipſe Lucas nõ habet integrũ
cõplemẽtũ,poſsit petere ſibi ſuppleri in anno pin-
guioris reditus:maximè cũ Lucas ipſe habuerit ſem
per annis elapſis ex quatuor partibus tres cũ dimi
dia,& plus ex dictis reditibus,& prouẽtibus ſigil-
lorũ:& ſic cõſequutus fuit annis ſingulis maiorem
partem ducato. cc. in his annis in quibus integros
duca.cc.non percepit.& ipſe Loyſius nihil habuit.
Quinimò cũ huiuſmodi cõceſsio facta eidẽ fuerit
in remunerationẽ ſeruitiorũ:vt ſuprà. ſi quid iuris
eidẽ Lucæ cõpeteret,vt prætẽdit,prout nullatenus
competit,

competit, vt ſuprà dictum eſt, poteſt probabiliter
concludi derogatum per dictam conceſsionem re
muneratoriam: vt ex verbis dictæ cōceſsionis ma-
nifeſtè apparet in eius cōcluſione: & procemio: ex
quo finalis cauſa conceſsionis colligitur. l. fi. & ibi
Bart. ff. de hære. inſtit. l. j. in princi. ff. ad maced. vbi
10 Bar. liquet autem* quòd ex cauſa remunerationis
ſeruitiorum poteſt Rex ex cauſa dominium rei ſuæ
alicui auferre: vt no. Bar. in procem. digeſtorũ. col.
iij. per. l. ſi priuatus. ff. qui & à quibus. l. venditor. §.
11 ſi conſtat. ff. commu. prædio.* & iuſta cauſa dicitur,
quando reſpicit vtilitatem publicam: vt not. Bal. in
l. quicunque. in fin. C. de iure fiſci. lib. x. & not. Bar.
in l. reſcripta. colum. fina. C. de precib. imper. offe.
& conſuluit Alexan. in conſi. xciiij. viſis. col. penul.
in v. volumi. Et in ſpecie in propoſito pulchrè Ro-
ma. in conſil. cccx. in caſu propoſitæ cōſultationis.
12 * vbi per plura concludit ciuitatem poſſe rem pri-
uati auferre ex cauſa remunerationis factæ alicui,
qui ſit benemeritus de republica. allegat l. item ſi
verberatũ. §. j. ff. de rei vend. & l. Lucius. ff. de euict.
l. ſi quis in graui. §. hi quoque. ff. ad ſilania. & in cap.
13 in noſtra de iniur. & ibi plura ſimilia * adducit, in
quibus à communi regula receditur ob remunera-
tionem ſeruitiorum eius, qui de republica bene-
meritus fuit: & idem pro tali remuneratione con-
cludit Pau. de Caſt. in ſuo conſi. cv. donatio prædi-
cta. in fin. Et ita iuris eſſe conſulo ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatus licet non appellauerit infra decem dies, tamen poteſt inhærere appellationi aduerſarij, & ipſam proſequi.*
2 *Approbans aliquid non poteſt illud vlterius impugnare.*
3 *Actus approbationis ſententiæ facit vt quis videatur eidem acquieſcere & confiteri: quod intellige circa caput à quo eſt appellatum ſecus in alijs capitibus ipſius.*
4 *Approbans actum in his quæ pro eo dixit ergo etiam in his quæ contra eum diceret, intelligetur approbaſſe.*
5 *Sententia contra aliquem ſi tranſiuit in rem iudicatam, & victor fateretur ſententiam iniuſtam, poterit ex tali confeſſione quandocunque retractari nedum exequi*
6 *Sententia propter tranſitum in rem iudicatam præſumitur iuſta: ſed contra talem præſumptionem admittitur probatio per confeſſionem ipſius partis victricis.*

## CONSILIVM CLXI.

REdemptoris gentium præſidio repe-
tito, amen. Annis ſeptem retro elap-
ſis lata relatione tabularij in magna
Curia Vicariæ in tribus capitibus
contra magiſtrum Romanum, & in
fauorem magiſtri Danielis: in alio autem capite
contra eũdem Danielem in fauorem prædicti Ro-
mani, fuit tandem per prædictum Danielem diuer
ſis vicibus per plures inſtantias executio ipſius re
lationis petita nulla interpoſita reclamatione per
ipſum in eo capite quod fecit cōtra ipſum: & econ-
tra per prædictum magiſtrum Romanum fuit re-
clamatum, & cauſa ipſa cōmiſſa tabulario eſt iam
annus elapſus, coram quo ante, & poſt reclamatio-
nem ipſam interpoſitam prædictus Daniel petiit
ſententiam exequi. Nouiſsimè verò prædictus Da
niel appellauit ab vno ex capitibus relationis præ-
dictæ faciente contra ipſum, inhærẽdo appellatio-
ni interpoſitę ex aduerſo. Et hoc ex quo appellatus
1 licet appellauerit infra decem dies, *tamen poteſt
inhærere appellationi aduerſarij, & ipſam proſe-
qui per tex. in l. fin. & ibi doct. C. de appel. & eſt de
ciſio Rot. cccl viij. Anto. de But. in c. cum Ioannes.
extrà de fide inſtru. Abb in ſuo conſil. ij. Bald. in l.
2 ampliorem. C. de appel. *& id quod eſt approbatũ
per aliquem non poteſt vlterius per ipſum impu-
gnari. c. quemadmodum extrà de iureiurando & l.
ſi vxo. ff de adulteriis. maximè dũ talis approbatio
3 depẽdeat à voluntate ipſius* approbantis per iura
pręallegata: cùm per actũ approbatiuum ſententię
videtur quis acquieſcere & confiteri. l. ſi reus para
tus. ff. de procur. Secus enim vbi non dependeret à
voluntate ipſius approbantis: vt eſt bonus text. in
c. dilecto. de præben. in c. noſti. de elec. & quod no.
Ioan. Andr. in capit. ſcienti. de regu. iur. in mercur.
gloſ. in l. j. C. vbi de crimi. agi opor. ita concludit
Abb in c. à nobis. verſi. oppo. & videtur extrà de
excep. Et pręmiſſa procedũt quo ad caput ſentẽtię
à quo eſt appellatum: ſecus autem quo ad capitula
ſeparata & diuerſa, ſecũdum Bal. poſt Iaco. But. in
d. l. fin. in princip. ij. colum. ver. ſed quid ſi diuerſa.
& no. in l. etiam. §. ex cauſa. ff. de mino. & in l. appel
lanti. ff. de appel. Ioã pet. de ferra. in ſua pract. Pap.
in ſua ſumma. de appel. à diffinitiua. in ver. in illis
paſsibus. Attamen dico præmiſſa nõ habere locum
in caſu de quo agitur, in quo dum pluries Daniel
ipſe petiiſſet executionem dictæ relationis ſeu ſen
tentiæ ſimpliciter, ſatis videtur eãdem approbaſſe
& id quod eſt approbatum per aliquem nõ poteſt
vlterius per ipſum impugnari: vt ſuprà demonſtra
tum extitit. Item eſt etiam conſiderandũ quòd non
petiit executionem ſententiæ inquantum pro ſe fa
ciebat: ſed ſic ſimpliciter nihil exceptuando: & ta-
men ſi approbaſſet actum in his quæ pro eo dixit,
ergo etiam in his, quæ contra eum diceret, intelli-
4 getur* approbaſſe: argum. cap. ſi romanorum. xix.
diſtin. & in authen. de his qui ingred. ad appel. col-
lat. v. ita dixit Specu. in tit. de aduocat. § iam nunc.
verſic. ex præmiſsis. & ideo dixit Ioan. de turre cre
ma. in d. c. ſi romanorum. quòd id quod quis reci-
pit pro ſe, debet etiam recipere contra ſe: & ideo
ſubdit, quòd qui teſtes aut ſcripturam recipit pro
ſe, debet etiam recipere contra ſe: & etiam qui pro
ſe inducit aliquẽ in iudicem, contra ſe etiam ipſum
recipere cogitur: argum. e. ca nec quorumlibet. ix.
diſtinct. & ideo dixit Card. Alex. in prædict. c. ſi ro-
manorum not. modum conuincendi aliquem, vi-
delicet, ex eo quod ipſe facit, vel approbat: & ſic
cùm Daniel ipſe pluries petierit executionem di-
ctæ ſentẽtiæ ſatis apparet ipſam approbaſſe, & per
actum approbatiuum ſentẽtiæ ſatis apparet ipſum
acquieſcere, & confiteri. l. ſi reus paratus. cũ vulga.
ff. de procurato. Et ſic ſtãte approbatione ſentẽtiæ
prædictæ per petitionem executionis ipſius ſenten
tiæ, ſuccedit id quod dixit ſingulariter Innoc. in c.
5 quia plerique. de immuni. eccle.* quòd ſi ſententia
contra aliquem tranſiuit in rem iudi. ſi victor fate-
retur ſententiam illam iniuſtam, poterit quando-
cunq; retractari, nedum nõ exequi, ita voluit etiam
Ant. de Butr. in c. is qui fidem. de ſponſ. & ibi Abb.
ex quo talis ſententia propter tranſitum in rem iu
6 dicatam iuris præſumptione præſumitur iuſta, *ſed
quia cõtra talem præſumptionem admittitur pro
batio per confeſsionem ipſius partis victricis, vt
per gl. & doct. in auth. ſed iam neceſſe. C. de dona.
ante nupt. ergo ſatis videtur confiteri prædictus
Daniel ſententiam ipſam iuſtam, petẽdo executio
nem ipſius, & ſic non poterat: nec poteſt amplius
ab ea appellare, & ſic retractari debet decretũ ma-
gnæ Curiæ Vicariæ aliter pronunciatum, & ita iu-
ris eſſe conſulo ego Thomas Grammaticus.



SVMMARIVM.

2 *Reſcriptum obtentum falſa cauſa expreſſa, & tacita veritate non tenet.*
2 *Reſcriptum in quo non ſit mentio de proceſſu non tenet. & nu. 3.*
4 *De pendentia litis debet fieri mentio, ac etiam quòd iudex ille coram quo lis pendet, non denegauit facere iuſtitiam, aliàs non tenet reſcriptum.*
5 *Mentio fieri debet de litis conteſtatione.*
6 *Impetrare lite pendẽte eſt innouare, & de pendentiæ litis debet fieri mentio.*
7 *Mentio fieri debet de omni notabili clauſula primi reſcripti, & de omni eleganti clauſula.*
8 *Qualitates omnes ſunt exprimendæ principi ex quibus moueri poteſt ad non concedendum, vel difficilius concedendum. nu. 9. Imò requiritur notabilis expreſſio, nec ſufficit in genere fieri, vt impetratio ſaluetur à ſubreptione ſeu obreptione, nec ſufficeret generaliter exprimi factum, niſi exprimatur modus facti.*
10 *Subreptio ſeu obreptio modica vitiat reſcriptum.*
11 *Executio ſententiæ regiæ retardari debet per reſtitutionem in integrum petitam.*
12 *Reſtitutio in integrum vbi petitur bona fide aduerſus ſententiam regiam, interim omnia ſunt in ſuſpenſo.*
13 *Mentio non requiritur fieri de proceſſu nullo.*
14 *Subreptio in vno capite reſcripti non vitiat reſcriptum, ſi illud fundatur ſuper alio capite non ſubreptitio, ſed vero.*
15 *Dominus malè tractans vaſſallos dicitur malè verſari in feudo quod tenet à domino & debet feudo priuari.*
16 *Vaſſallis licitum eſt imò meritoriũ, dominũ vaſſallos ipſos opprimentẽ occidere ex quo abutitur dominio quia ſic facit ſe indignũ dominari. & nu. 19.*
17 *Vaſſalli ſi opprimuntur ab eorum vtili domino, poterit Rex & ſic directus dominus ipſos eximere à tali dominio etiam quod ipſi vaſſalli oppreſſi non conquerantur.*
20 *Dominus ſi concubuit cum vxore vaſſalli ea inuita, ſeu vaſſallo inuito debet feudo priuari.*
21 *Dominus qui vaſſallos cõtra iuſtitiam diuerſis grauaminibus aſſicit, debet feudo priuari.*
22 *Officiali perpetuo pendente accuſatione cõtra ipſum dum deliquiſſe prætenditur, debet ſibi adminiſtratio interdici, & pariter erit in prælato eccleſiæ.*
23 *Officialis tam temporalis quàm perpetuus dum accuſatur, vel ſyndicatur, debet ſuſpendi ab officio.*
24 *Officialis non poteſt dici malè feciſſe, ſeu facere ſi pro honore regio ſeu alterius domini vel pro ipſius regis ſeu domini ſeruitio non exequitur ipſius regis, ſeu domini mandatum, ſeu iuſſiones.*

## CONSILIVM CLXII.

REdemptoris gentium ſuffragio itera-
to, amen. In cauſa vniuerſitatis ciui-
tatis Neritoni, cum Illuſtr. Duce Ne-
ritoni eorum vtili domino, fuit per
Cæſaream Maieſtatem reſcriptum eius
Illuſtr. Locumtenenti generali Regni Neapol. nec
non & collaterali conſilio, quòd cùm aliàs per bi-
na reſcripta Bononiæ expedita, & etiam Mãtuæ re
ſcripſiſſet Ducem ipſum eſſe reintegrandũ in poſ-
ſeſsionem ciuitatis prædictæ, & minimè executum
fuiſſet: & de quo Dux ipſe conqueſtus fuiſſet, quòd
cùm fideliſsimè ſuæ Maieſtati inſeruierit, nõ vide-
batur iuſtum ſuæ Maieſtati faueri partibus vniuer-
ſitatis Neritoni: & quòd Dux ipſe ſtaret dicta ſua
poſſeſsione deſtitutus: ob quod cõcludit, quod niſi
infra mẽſem vniuerſitas ipſa de pacto de retrouen
dendo inito inter quondam Regem Federicum, &
quondam Beliſarium patrem ipſius Ducis docuiſ-
ſet, poſſeſsio ipſa reſtitueretur prædicto Duci ſal-
uis iuribus dictæ vniuerſitatis quibuſcũque, ſuper
quibus demũ eorum iuſtitiam proſequi valuiſſent.
Nã dicitur ex multis, & quampluribus huiuſmodi
reſcriptum nullius roboris, ac efficaciæ tanquam
ſubreptitiè & obreptitiè obtentũ. Et in primis ap-
paret reſcriptum ipſum fundatum, ex falſa cauſa,
dum aſſeritur de pacto retrouendendo, de quo qui
dem nunquam per ipſos de Neritono verbum ali-
quod factũ fuit Cæſareæ Maieſtati, niſi & duntaxat
de literis quondam Regis Federici, in quibus poſt
priuilegiũ conceſsionis ciuitatis prædictæ factum
patri ipſius Ducis, Rex ipſe aſſerit fuiſſe conuẽtum
reducendi ciuitatem ipſam ad eius regiũ demaniũ,
ad omnem eiuſdẽ Regis requiſitionẽ: & quod om
nino breui eandem ad ſuam Regiã coronam, & de
maniũ reintegraſſet. Nec aliter apparet fuiſſe men
tionatum pactum aliquod de retrouendendo figu-
1 ratum in reſcripto prædicto: *& ſic tanquã obten-
tum falſa cauſa expreſſa, & tacita veritate, non te-
net: tex. eſt in l. ſed ſi hac. §. patronum. cũ gl. in verſ.
per obreptionem. & ibi doct. de in ius vocã. l. præ-
ſcriptione. & ibi doct. C. ſi contra ius vel vti. publi.
Io. And. in addi. Spec. in tit. de cau. poſ. & proprie.
in prin. in verſi. quod de colligentibus. in ſecunda
additione. Secundò fuit reſcriptũ ipſum impetratũ
longè poſt cauſam ipſam inchoatã, & proſequutã
2 virtute alterius præcedẽtis *reſcripti per nos præ-
ſentati in regia hac camera ſummariæ, de quo re-
ſcripto prædicto, nec de proceſſu eius virtute in-
choato fuit aliqua mentio facta in hoc vltimo re-
ſcripto, ſuper quo in præſentiarum agitur: quo caſu
eſt obreptitiũ: vt in c. inter. de re iud. cum ibi alleg.
3 *& tanto magis, quia corã ordinario, prout eſt re-
gia camera ſummarię debebat fieri mentio de pro

ceſſu, qui ibi fiebat:glo.eſt inc.prudentiam.§.ſexta
nobis propoſita.in verb.aliam iuſtã cauſam. quam
4 valde no.ibi Abb.extrà de offic.deleg. *& nedum
requiritur fieri mentio de litis pendentia, prout in
regia camera ſummariæ pendebat, & pendet: ſed
etiam debet exprimi quòd iudex ille corã quo lis
pendet, non denegauit facere iuſtitiam: aliàs non
tenet reſcriptum:ita Bald.in l.ij.in fin.C.vt lit.pen.
per ʃ.ſi verò contigerit.in authen.vt diffe.iudic. &
5 not.doct.in c.cæterum.de reſcrip.*& maximè men
tio fieri debet de litis conteſta.vt dicit Bal.in l.j. in
6 fi.C.de relatio.*Ex quo impetrare lite pendẽteeſt
innouare:dicit gl.iij.in clem.ij.vt lit. penden. & de
pendentia debet fieri mentio,vt in d.gloſ. & tenet
Petr.de Ancha.in conſi.xiij.incip.viſo proceſſu. &
maximè de litis conteſtatione: prout in caſu præ-
ſenti:& hoc per rationem, quia eo caſu ambæ par-
tes viſæ ſunt approbaſſe iudicem: qui præſumptus
conſenſus dignus eſt mentione: vt dicunt Archid.
& Domi.in c.induciæ.ʃ.ſpacium.verſ.ei autem.iij.
qõ.iij.& ſic dum in dicto ſecundo reſcripto ex ad-
uerſo obtento non fuerit facta mentio de præce-
denti reſcripto, cuius virtute fuit lis inchoata, va-
lebit præcedens, & non iſtud ſubreptitium ex ad-
uerſo obtentum, vt in d.ca.cæterùm.de reſcrip.Et
nedum debuit fieri mentio de prædicto præcedẽti
7 reſcripto,*ſed etiã de omni elegãti clauſula ipſius,
per c.inter.de re iudi.ſuprà allegatum:& etiam de
omni notabili clauſula primi reſcripti: ita dicit
Anto.de Butr.in c.vt debitus.de appel.v.col. & in
8 c.cæterum.de reſcri.vlti.col.*Ex quo omnes qua-
litates ſunt exprimendæ principi, ex quibus poſſet
ipſe moueri ad non concedendum, vel difficilius
concedendum.c.poſtulaſti.extrà de reſcrip. Bal.in
c.cùm dilecta.eod.titu.Abb.in c.in præſentia.& in
c.cæterùm.eo.tit.Ludo.in conſi. cccxxvj.& in cõſi.
xxxvj.vbi ſubdunt, quòd requiratur notabilis ex-
9 preſsio,*nec ſufficeret in genere fieri, vt impetra-
tio ſaluetur ab obreptione, vel ſubreptione, nec
ſufficeret generaliter exprimi factũ, niſi exprima-
tur modus facti.gloſ.eſt in capit. dilectus filius ex-
10 trà de reſcrip.& tenet Oldr.in conſil.xiiij.*& hoc
maximè cùm modica ſubreptio vel obreptio vi-
tiet reſcriptum.c.ſi motu proprio.de pręben.in vj.
Bal.in l.præſcriptione.C.ſi contra ius vel vti.pub.
& in c.de cauſis.de re iudi.Benedi.de plumb.in l.j.
ff.de natal.reſtituen.Io.And.in addi.Spec.in rubr.
qui filij ſint legi. Et quòd non fuerit facta mentio
de notabilibus clauſulis noſtri præcedentis reſcri-
pti, nec de modo facti, nec ſuper quo reſcriptum
noſtrum fundamentum ſumit, apparet, quia in eo
dicitur nos querelari apud Cæſaream Maieſtatem,
quia obſtante capitulatione demanij præmiſsi fue-
rat aliter primo loco reſcriptũ per ſuã Cæſaream
Maieſtatem, ob quod ſua Maieſtas mandat, vt viſis
ſcripturis, & auditis partibus nobis fiet iuſtitiæ
complementum, prout magis conuenit, & cui pa-
rere,& iudicio Marchionis alarconi, non obſtanti
bus aliis quibuſcunque in contrarium faciẽtibus,
de quibus quidem clauſulis ſi Cæſari noſtro facta
fuiſſet mẽtio, proculdubio aut dictum reſcriptum
non conceſsiſſet, aut difficilius conceſsiſſet, & ſic
cùm bina reſcripta primo loco obtenta ex aduer-
ſo fuerint per præcedẽs reſcriptum per nos obten
tum redacta ad ius & iuſtitiam, fruſtra in præſen-
tiarum dicitur in hoc ipſo vltimo reſcripto, quòd
auditis partibus ita decretum ſit, cùm appareat re-
ſcriptum ipſum fundari ſuper duobus primis re-
ſcriptis reuocatis, & ad ius & iuſtitiam redactis, de
qua reductione & reuocatione pars aduerſa non
meminit, & ſic ſubreptitiè & obreptitiè obtinuit,
vnde ita apparente de notoria ſubreptione & ob-
reptione, ac errore, fuit per nos petitum partẽ ad-
uerſam debere carere impetratis declarari ex præ
dictis, & minimè poſſeſsio ciuitatis prædictæ &
vaſſallorum conſignari prædicto Duci, ſed vniuer-
ſitatẽ ipſam, & eius homines audiri ſaltẽ per viam
reſtitutionis in integrum. Qua reſtitutione in in-
tegrũ petita impeditur executio etiã decreti regij,
11 *maximè allegata probabili cauſa, vt ſuprà.vt dicit
Hoſtien.in ſumma, in tit.de in integr.reſtit.in ʃ.an
executio ſententiæ. & ſubdit inſuper Vincentium
dicere, quòd executio ſententiæ regiæ debet retar
dari per reſtitutionem in integrum petitam.ca.ap-
pellatione.ij.q.vj.& ca.olim.de reſcrip.idem tenet
Bal.in authen.quæ ſupplicatio.C.de precib.impe.
12 off.ſubdens,*quòd vbi talis reſtitutio petitur bo-
na fide contra ſententiam Regis, interim omnia
ſunt in ſuſpenſo.l.ſi cauſa cognita.C. de trãſact. &
ita etiam concludit Afflic.in ſua deciſ.ccclvj.circa
fin.& cõſuluit Pau.de Caſt.in ſuo no.cõſi.cccxxiij.
in cauſa quæ vertitur.vbi in ſpecie dicit, quòd pen
dente dicta petitione reſtitutionis in integrum nõ
poterit altera pars exequi facere dictam ſententiã
per l.ſi prætor.ʃ.marcellus.ff de iu.& in l.fi.C.ſi ex
fal.inſtru. & eſt verum, vt dixi etiam quòd ſit ſen-
tentia regia, ſecundum Bal.in d.auth.quæ ſupplica-
tio.& idem ſequitur Afflic.in cõſtit.obſcuritatem.
iij.col.ſub rub.de in integ.reſti.mulie.vbi etiã ſub-
dit, quòd conſilium Pau.ſuprà allegatum, ita tenẽ-
tis, quòd etiam maiori competit reſtitutio aduer-
ſus ſententiam non ſolùm per inſtrumenta de no-
uo reperta, vel ratione doli petentis, ſed etiam ra-
tione falſæ cauſæ in qua ſit fundata ſentẽtia, prout
ſuprà dictum eſt, reſcriptum ipſum ſuper falſa cau
ſa fundatum. Nec ſuffragaretur parti aduerſæ dice-
re quòd noſtrum pręcedens reſcriptum, ſuper quo
lis pendet, videatur prima fronte aliqualiter fun-
datum ſuper pacto de retrouendendo, de quo cum
non appareat, videtur ſubreptitiè obtẽtum, & per
conſequẽs nullum, & ideo de reſcripto nullo non
13 requirebatur *fieri mentio, vt dicit glo. in c. ex te-
nore.extrà de reſcriptis.& in c.cum noſtris.de cõ-
ceſ.præbend. & plenè Felyn. qui multa adducit ad
hoc, in d.c.ex tenore. Nam huic reſpondetur, quòd
aſſertum pactum fuit in curia regia æquiuocatum,
cùm nunquam de eo aliquid per nos dictum aut
ſcriptum fuit, ſed de promiſsione duntaxat prædi-
cti Sereniſsimi quondam Regis Federici apparẽte
per ſuas prædictas literas de reducendo vniuerſi-
tatem ipſam ad eius regium demaniũ, cùm ita con-
uentum fuiſſe aſſerat cum prædicto quondam Be-
liſario Duce patre præſentis Ducis, ad omnẽ ipſius
Regis requiſitionem. Nec apparebit in æternũ ali-
ter fuiſſe per dictam vniuerſitatem dictũ, aut ſup-
plicatũ, & tamen literæ regiæ, quas nos reſcriptum
nominamus, in quibus de prætenſo pacto aliquid
inferri videtur, non enim ad informationẽ, ſeu ex-
poſition



poſitionem noſtrã, ſed Illuſt. Marchionis alarconi
proceſsiſſe apparet: prout dictum met reſcriptũ at-
14 teſtatur: *& tamen dato abſque veri præiudicio ꝙ
aliter fuerit, prout non eſt, dico quòd ſubreptio in
vno capite reſcripti non vitiat reſcriptum, ſi illud
fundatur ſuper alio capite nõ ſubreptitio, ſed ve-
ro.tex.eſt in c.ſi eo tempore.de reſcr.quem ad hoc
extollit Abb.in c.ſedes.de reſcri. & in c. cæterùm.
eo.titu.& ideo dixit pulchrè Ant.de Butr. & Imo.
& Domi.in c.conſtitutus.de reſcrip.quòd dum pa
pa reſcripſiſſet, vt quidam admitterentur ad ſocie-
tatem tertij ordinis in hoſpitali de pœnitẽtia Flo-
rentiæ: & prouideretur ſibi de bonis hoſpitalis tã-
quam vni ex aliis: ſi tamen reperietur quòd hoſpi-
tale non habeat bona, valebit tamen reſcriptum:
& recipientur in ſeipſos alimentaturi. Nec fuit in
reſcripto prædicto ex aduerſo obtẽto facta mẽtio
aliqua quòd Dux ipſe malè vaſſallos ipſos de Ne-
ritono, cum omni qua conuenit reuerẽtia loquen-
do, tractabat: prout creditur regia curia non pa-
rum informata:& vberius ac plenius verificare ho
mines,& vniuerſitas ipſa ſe offerunt: & quorum
maiora honoris conſeruandi gratia omiſſa fuerũt,
& pudoris laqueo attricto ex ſuperabundanti in
propatulum exhibebunt: vt tam immoderata ſerui
15 tutis iuga pertrãſeant.*Et clariſsimi iuris eſt, quòd
dominus malè tractans vaſſallos, ex quo eo caſu
dicitur malè verſari in feudo, quod tenet à domi-
no: argu.c.ad apoſtolicæ.de re iudi.in vj.& no.in c.
j.qualiter do.propri.feu.priue.de feudo priuari: di
xit Alb.in l.bene à Zenone.C.de quadri.præſcrip.
16 *quòd talis dominus poteſt priuari ab Imperato-
re, vel papa: imò mirabilius dixit ſanctus Thom. in
ij.ſenten.articu.pen.quòd licitum eſt ſubditis, imò
meritorium, dominum vaſſallos opprimentem, oc
17 cidere:*quia ex quo abutitur dominio, facit ſe in-
dignum dominari: dixit Bald.in c.'j. qualiter dom.
proprie.feud.priue, Iacob.de ſancto Georg. in tra
ctat.de homag.vlti.colum.& eſt text.in l.ij.& rectè
intuenti.ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iur. imò eo
caſu dominus ſuperior ex proprio ſuo officio hoc
18 facere debet: * ideſt, eximere vaſſallos à tali do-
mino, etiam quòd ipſi vaſſalli oppreſsi non con-
querantur: ita tenet Iacob.fab.in ʃ.fina.inſti.de his
qui ſunt ſui vel alie. iur. & ſequitur Guido papæ in
ſuis deciſ.parlamen.Grationopo.deciſ.lxij. inci. ſi
quis baro. Et quòd baro ſeu dominus malè tractãs
vaſſallos debeat feudo priuari, tenet etiam Bald.in
l.ij.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.& alleg.etiam
19 Cyn.ibi idem tenuiſſe. *Et quòd ille qui abutitur
dominio faciat ſe indignum dominari, tenet etiam
Bald.in capitu.j.ʃ.publici latrones.de pa.ten. & in
auth.ſtatuimus.C.de epiſco.& cler.Pau.de Caſt. in
auth.qui rem.C.de ſac.ſanct.eccleſ. & facit bonus
text.in d.c.ad apoſtolicæ. de re iudic. & quod dicit
Fely.in c.cum nobis.ij.col.circa fi.de præſcri. & ſe
quitur Iaſ.in d.auth.qui rẽ.ij.col.& in prælud.feud.
colum.lxviij.circa med.Soci.in conſil.cclxxij.non
proſequendo ordinem.colum.iiij. ad fin.Præpo.in
pręlud.feud.colum.xxij.Franciſ.in tract.feu.char.
liiij.colum.iij.verſic.quæro igitur in primis. domi.
Iacob.in tract.de homag.verſic.marchio in Italia.
colum.iiij. & viij. & Bonus de curtili in ſuo tracta.
notabilita.in tertia.par.num.210.& idem bonus in
ſecunda part.dicti tract.nume.19.& ij.Et inter cæ-
teros exceſſus & grauamina aſſerunt ipſi de Neri-
tono, quòd abſit, nec credo Ducem ipſum con-
cubuiſſe cũ quampluribus vxoribus vaſſallorum,
20 *& ipſis inuitis, quæ iuſtiſsima priuationis feudi,
cauſa eſt, per text.in conſtitu.regni, ſi vaſſallus. in
tit.de fideiuſ.domini à vaſſal.& Par.de put.in tract.
ſyndic.in titu.de exceſsibus baro.& ibi quòd pri-
uatur proprietate vaſſallorum: concurrente inſu-
per, quia multos & quamplures ex eis contra iuſti
tiam diuerſis grauaminibus affecit: quo caſu pari-
ter feudi priuatione dignum ſe fecit, vt in conſti-
21 tutione, præſenti.de homi.baro. * ideo reſcriptum
ipſum nullatenus exequi poteſt, aut debet: nec poſ
ſeſsio ipſa reintegrari eidem Duci ſtãte reſcripto,
quòd ſuper grauaminibus,& querelis expoſitis de
mum fiat quod iuris eſt, & in cauſis ipſis proceda-
tur: nam eo caſu ſi ſtaret baro ipſe in dominio, cer-
tè nulli dubium quòd querelantes diſtraherentur
ab eorum querelis porrectis ob metum potentiæ
ipſius domini: & pariter teſtes à teſtificando ſuper
querelis prædictis retraherentur: cùm veritas odiũ
paritura ſit:& ideo de iure nedum non tenetur ex
prædictis in dominio ipſo reintegrari, verũ etiam
ſi in eo eſſet, deberet ſuſpendi interim durante in-
formatione capienda ſuper querelis, ſicut in ſimi-
li dicimus in officiali perpetuo, qui domino æqui-
22 parari videtur: * & tamen ſi prætenditur deliquiſ-
ſe, pendente accuſatione contra ipſum debet ſibi
adminiſtratio interdici: argumen.l. decreto. ff. de
ſuſpectis tuto. & in ʃ.ſi quis autem.inſtitu.eodem
titu. Et eodem modo pariter erit in prælato: vt in
capitu.venerabili.extrà de officio delega. & in ca-
pitu.licet hely.ʃ.quia verò.extrà de ſimon.& in ca
pitu.quia.iij.quæſtio.ij.& plenè Luc.de pen.in l.iu-
dices.C.de dignitat.lib.xij.iij.colum. Pari. de put.
in tract.ſyndic.in titu.de offic.ſyndic.iiij. char. di-
cit in ſpecie, quòd officialis ſyndicandus debet ſu-
ſpendi ab officio interim: quia diſtraheret teſtes
ſcientes veritatem, vel minas inferret: vt in capitu.
tam literis.ʃ.j.extrà de teſtibus.& in c.cõſtitutus.
extrà de exceſsi.prælat.& idẽ Pari.in eo.tract. ſyn
23 dic.in ver.accuſatus.j.col.vbi concludit hæc*præ-
miſſa locũ habere tam in officiali temporali, quàm
perpetuo:& idem in ſpecie voluit Bar.in l. ordine.
ʃ.quæſtionibus.ff. ad muncipalem. vbi in particu-
lari dicit, quòd quando accuſatur qui deliquit in
officio, interdicitur ſibi adminiſtratio. Nec obſta-
ret quatenus diceretur, quòd cum cauſæ cognitio-
ne reſcriptum prædictum emanauerit, & partibus
auditis. Nã apparet de fundamento partis aduerſæ
ſuper illis duobus reſcriptis obtentis Bononiæ, &
Mantuæ, quibus derogatũ fuit: & ideo ad hoc ma-
gis demonſtrandũ fuit per viam reſtitutionis in in-
tegrum petitum declarari ſuper ſubreptione & ob
reptione reſcripti prædicti: quæ petitio reſtitutio-
nis in integrum impedit executionem ſententiæ
etiam regiæ: vt ſuprà plenè doctum fuit: in tantum
quòd interim pendente dicta petitione reſtitutio-
nis in integrũ omnia ſunt in ſuſpenſo: vt ſuprà al-
legatum fuit: ſicque obſtãtibus ſubreptione & ob-
reptione prædictis nõ debet reſcriptum ipſum ali
ter executioni mandari, cum honori regio nõ con
24 ueniat:*& ideo eſt ipſe princeps conſulendus, cum

dici minimè poſsit officialẽ nõ bene facere,ſi pro
honore regio, ac ipſius ſeruitio nõ exequitur man
datum, ſeu iuſsiones ipſius Regis interdũ: vt dicit
pulchrè Bal.in l.ſi.C.de neg.geſt. & cõſuluit Alex.
in conſi.cvj.in ij.volum.ij.char.& eſt tex.in c. cum
teneamur.de præbend.Et ita iuris eſſe conſulo, vt
ſuprà concluſum eſt,ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio fieri debet contra ſe fundantem in verbis ambiguis.*

2 *Debitor ex pluribus cauſis ſoluens partem debiti facit vt electio ſit creditoris in quam partem, ſeu cauſam receperit,ſecus ſi debitor tempore ſolutionis declarauit in quam partem.*

3 *Solutio vna non poteſt parere liberationem & obligationem.*

4 *Debita duo ſi extant pœnalia, ſolutio ſi ſit per debitorem, in dubio cedit in illud debitum cuius pœna commiſſa fuiſſet.*

## CONSILIVM CLXIII.

IN Chriſti nomine, amen. Dum Ma-
gnificus Capitaneus Fõſeco eſſet cre-
ditor Magnifici Scipionis Piſcicelli
de Neapo. ex mutuo in diuerſis pecu-
niarum ſummis virtute diuerſarum
obligationum penes acta magnæ Curiæ Vicariæ,
de quibus omnibus fuit accuſata pœna præterquã
in vna ducatorum ccxx.vlt.loco facta, in margine
cuius obligationis reperitur Capitaneum ipſum aſ-
ſeruiſſe ſibi fuiſſe de ea ſatisfactum non apparente
aliter de ſatisfactione,niſi per quaſdã partitas ban-
chi temporibus retro elapſis receptas, non tamen
aſcendẽtes ad ſatisfactionem omnium prædictarũ
obligationũ,Magnificus Scipio ipſe prætẽdit ſolu-
tiones ipſas apparentes cedere in ſatisfactionẽ prę
cedẽtium obligationum:& quòd ipſa vltima fuerit
præſentialiter in pecunia numerata per ipſum Sci-
pionẽ ſatisfacta,nõ aliter numerationẽ prædictam
verificando:confeſsio tamen ipſius Capitanei de
ſatisfactione prædicta non arguit ſibi numeratam
tunc ſatisfactionẽ:licet dixerit ſe de ea contentum,
& ſatisfactum:& ſic ſentire videtur de præterito,&
non præſenti,& ecõtra Capitaneus ipſe aſſerit con
feſsionẽ ſuam prædictam emanaſſe ex partitis ban
chi ſibi ſatisfactis:quod ſi ita non eſſet, remanſiſſet
ipſe debitor eidem Scipioni in notabili ſumma:
hæſitatum igitur fuit in magna Curia Vicariæ quid
iuris. Conſiderando igitur dico quòd Magnificus
Scipio ipſe cõuentus ſe fundat in verbis ipſius caſ-
ſationis obligationis cõtentæ in margine, vt ſuprà
in quibus Capitaneus ipſe aſſerit ſe contentũ, & ſa
tisfactum: & dum non declaret de præſenti vel de
1 præterito:*certè debet fieri interpretatio cõtra ſe
fundantem in dictis verbis ambiguis. l. ſtipulatio
iſta.§.in ſtipulationibus.ff.de ver.obl.l.veteribus
ff.de pact.& conſuluit Alexan.de Imo.in conſi.ij.in
2 iiij.vol.*Secundò certum eſt quòd debitor ex plu-
ribus cauſis ſoluẽs partem debiti,facit vt electio ſit
creditoris in quam partẽ,ſeu cauſam receperit:ita
dicit Spe.in titu.de obli.& ſolu.& in tit.de accu.&
peti.§.ij.ver.ſed quid.Io.And.in tit.de pign.§.j.per
l.j.ff.de ſolu.vbi Bar.tenet,ꝙ electio eſt debitoris,
ſi debitor quãdo ſoluit debitũ tempore ſolutionis
prædictæ declarauit in quam cauſam ſoluit:ſecus ſi
non eo tẽpore,ſed ex interuallo: prout in caſu præ
ſenti,in quo tranſlata eſt electio in creditorẽ. Ter-
tiò ſi verum eſſet id quod ipſe Magnificus Scipio
prætẽdit,quòd præſentialiter & manualiter ſolue-
rit dictos ducatos ccxx. eidem Fonſecæ in ſatisfa-
ctionem dictæ vltimæ obligationis : certè eo caſu
remaneret ipſe creditor ipſius Fonſecæ: & non de-
bitor:imò & in notabili ſumma: quòd quidẽ diſtat
à iuris præſumptione,cùm voluerit tãtam pecuniæ
quantitatem plus debito ſoluere,& ſic iactare ſuũ:
quod iura non præſumunt: cùm nemo præſumatur
3 iactare ſua.vulga.l.cũ de indebito.ff.de probat.*Et
maximè cùm vna ſolutio non poſsit parere libera
tionem & obligationem.l.cum is.§.j.ff.de condict.
inde.l.qui hominem.§.j.ff.de ſolut.& Alex.in præ
4 dict.conſi.ij.in iiij.volum.*Quartò & vltimò, vbi
extant duo debita pœnalia, ſolutio facta per debi-
torem,in dubio cedit in illud debitum, cuius pœ-
na non eſt commiſſa, & non in illud cuius pœna
commiſſa fuiſſet, ita voluit Alex. in conſil. lxxxv.in
iij.volu.refert & ſequitur domi.Anto.de Alexan.in
additio.ad Bar.in l.j.ff.de ſolutio.Ex quibus conſu
lo eſſe exequendum ad inſtantiam prædicti magni
fici Capitanei aduerſus prædictum Scipionem, &
ita iuris eſſe cenſeo ego

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens iudicando excedit notiſſimos terminos teſtis, & non probat.* Et *minimè ſi deponit ſecundum eius iudicium.nu.2.*

3 *Teſtibus animosè deponentibus non eſt credendum.*

4 *Teſtes mercenarij ex quo loco domeſticorum habentur,non probant.*

5 *Paries dicitur proprius illius cuius trabes penetrant vltra medietatem parietis: item illius vbi ſunt ſculpta inſigna, ſeu depicta, item vbi ſunt arcus, vel columnæ marmoreæ, item vbi eſt ſecretum, ſeu latrina, item vbi ſunt feneſtrellæ penetrantes parietem vltra medietatem, item vbi deponitur per expertos eſſe proprium.*

6 *Patientia appodiãdi in pariete meo videtur potius inducere ſeruitutem, quàm communionem.*

7 *Coniectura alia quàm donationis quando capi poteſt.illa capi debet.*

8 *Paries non poteſt dici communis, ſi à parte vicini ſint tigna, niſi & duntaxat vſque ad illam partem, vbi tigna reperiuntur.nu 9.*

10 *Tigna duo vel tria , ſeu vnum ſi vicinus impoſuit in pariete vicini, & ego tacui, tunc dico quòd illa aut alia imponere non poterit in alio loco eiuſdem parietis,vel alterius tigni.*

11 *In cauſa damni infecti conſideratur etiam, & venit culpa leuiſſima.*

12 *Tigna non magis oſtendũt communionem quàm ſeruitutẽ.quia tigna ſeruitutis conſueuerunt in alieno muro immitti.*

CON



## CONSLIVM CLXIIII.

REdemptoris gentium auxilio inuoca-
to, amen. Nixus fuit Franciſcus Bar-
ba demonſtrare parietem interme-
dium, de cuius refectione agitur, eſſe
communem inter ipſum, & me Thomam Gram-
maticum: & ad præſens minari ruinam, & ſic refe-
ctione indigere, ad quæ verificanda produxit tres
fabricatores, qui ferè per duos annos inſeruierunt
in opere ſuarum domorum: prout etiam hodie in
præſentiarum operantur, prout ipſimet teſtantur,
& nihilominus in eorum depoſitionibus nullam ra
tionem ſaltem concludentem aſsignant, niſi quòd
ita ſe iudicare affirmant, id pluries in diuerſis ar-
ticulis reiterando, & quòd ita pro certo tenent,
ita animosè deponendo,prout ex eorum dictis ap
paret, & ſic deponendo vnuſquiſque ipſorum ſe
ita iudicare, excedere videntur notiſsimos termi-
1 nos teſtis,& ex teſtibus euadunt iudices,quo*caſu
nihil probant,vt dicit Bartol. in l.fin.C.de vſur. &
conſuluit Franc.de Are.in ſuo conſi.xxxviij.ij. col.
& in multis aliis articulis deponunt ita ſibi videri,
ſecundum eorum iudicium,& ſic minimè probant:
2 quia*non poſſunt dici eo caſu vt teſtes deponere.
l.teſtium.C.de teſtib.l.qui teſtamento.§.ſi.ff.de te
ſta.ita Bar.in l.quid tamen.§.ſi arbiter.ff.de arbitr.
& in ſuo tract.de teſte.Bald.in l.de quibus.ij.col.ff.
de legi.Alex.in conſi.xxiiij.ij.col.j.volum.& conſi.
lxxiiij.ij.col.eod.volu.& Curt.in conſil.lv. viij.col.
3 *Et pariter,quòd teſtibus animosè deponentibus
non ſit credendum,prout de animoſitate prædicta
clariſsimè ex eorum depoſitionibus perpenditur,
habetur in c.ij.de in integ.reſti. & in c.accedens. vt
lit.non conteſt.& tenet Alexan.in conſil.cliiij. vlti.
col.in v. volu. Item & tertiò non probant ex alio,
quia mercenarij & operarij ipſius Franciſci barbæ:
& qui ex iuris diſpoſitione habentur loco domeſti
4 corum,*vnde fidem non faciunt, vt dicit Specu. in
titu.de teſte.§.j.colum.iiij.ver.item excipitur.gl.&
docto.in c.in literis.extrà de teſtib.ſequitur Steph.
Aufre.in ſuo tracta.de reprob.de teſti.in ver. malæ
vitæ.in verſic.mercenarij. Et tamen totum contra-
rium eius quòd dicti teſtes depoſuerunt, deponunt
teſtes producti per me,& qui nulla macula, nec ſu-
ſpicione attingi poſſunt,nec attincti ſunt, dum de-
ponunt parietem ipſum non indigere reparatione:
paries ipſe eſt proprius meus, & non communis,
quod corroborãt ex multis rationibus, & maximè
propter affixionem trabium quatuor ſolariorũ qui
penetrant integrũ parietem: prout Magnificentiæ
do. veſtrarum oculari inſpectione viderunt vltra
teſtium dicta. Secunda,nulla fuit vnquam trabs af-
fixa in dicto pariete proprio à parte domus ipſius
Barbæ, vt deponit vj.teſtis in vj.exceptione. Ter-
tia,apparent à parte domus meę in ipſo pariete in-
ſignia, ſeu arma in ſcuto ſculpta, quæ regulariter
probant rẽ eſſe illius, cuius ſunt arma, ſeu inſignia.
l.qui liberalitate.§.fin.& ibi Bart. ff.de oper.publi.
& plenè Barto.in tract. de inſign. & arm. & plenius
Cæpo.vt infrà.Quarta,exiſtunt in dicto pariete,&
parte domus meæ lapides marmoreæ,videlicet,co
lumna marmorea, & arcus ſuſtinentes parietem
ipſum.Quinta,apparet neceſſariũ, ſeu latrina, cum
reuerentia,habens aperturam in pariete prędicto:
ac etiam domumculam in eo affixam,& ſe extẽden
tem per palmos quatuor, vel circa ſupra cortilium
Barbæ:& licet ipſe quoque habeat in dicto pariete
neceſſarium à latere ſuo : tamen illud non habet à
latere domus meæ: nec habet aſpectum ſupra do-
mum meam, prout eſt neceſſarium meum habens
aſpectum ſuprà cortiliũ ſuum:& ſic id quod habet,
habet iure ſeruitutis,& nõ cõmunionis: vt infrà in
iure demonſtrabitur.Sexta, apparent à latere meę
domus in pariete prædicto infinitæ feneſtrellæ pe-
netrantes parietem,nedũ vltra medietatem,verum
etiam vſque ad corticẽ ipſius parietis, ſeu tunicam
à parte,ſeu latere ipſius Barbæ:vt eſt videre oculari
inſpectione.Septima & vltima, per plura ex ratio-
nibus,& cauſis prædictis deponunt tres mei teſtes
expertiſsimi parietem eſſe proprium meum,& non
communem: vnde per expertos etiam probari po-
teſt cuius ſit paries, ſi communis, vel proprius: ita
in particulari ex omnibus rationibus,& cauſis præ
5 miſsis,concludit parietẽ eſſe proprium eius * cum
quo præmiſſa concurrunt Barthol. Vero.aliàs cæ-
po.in ſuo tracta.de ſerui.vrba.prædio.in tit.de pa-
rie.ſeu muro.in iiij.& v.col.verſi.& primò & prin-
cipaliter.& in verſic. ij.principaliter eſt videndum
qualiter cognoſcatur an murus ſit communis, vel
proprius intervicinos.Et ideo infero quòd domus
demolita per Barbã in manſionibus cuius apodia-
batur,ſeu inhęrebat prædictus paries intermedius
non præſumitur in eo apodiata iure cõmunionis,
ſed iure ſeruitutis: nec ex hoc murus ipſe poteſt di
ci communis alio titulo in contrarium non appa-
rente,contradicẽtibus & obſtãtibus & tot præmiſ
ſis ſignis,ac vrgentibus probationibus:& ſic ſolùm
apparet de patientia apodiãdi in pariete prædicto:
6 *quæ patientia potius videtur inducere ſeruitutẽ,
quàm communionem:arg.l. quoties.la.j.§.j.de ſer
ui.quia ſi præſumeretur communio, eſſet donatio
dimidiæ quæ in dubio non præſumitur.l.cõtra iu-
7 ris.§.ſi.ff.de pact.cum ſimil.* Ex quo quando poſ-
ſumus aliam coniecturam capere, quàm donatio-
nis, illam attendimus.l. ſi cum aurũ.ff.de ſolutio.l.
Campanus.ff.de ope.lib.ita formaliter ex præmiſ-
ſis tenet idem Cępol.ibidem in vij.col.verſ.aut vi-
cinus nullum habuit precium.& idem in terminis
reperi conſuluiſſe Bal.de quo Cæpol.non meminit
in conſi.ccxl.iij.incip.ſi per inſtrumenta.in j.volu.
in ſi.per rationem, quia tigna non magis oſtendũt
communionem quàm ſeruitutem:quia tigna ſerui-
tutis conſueuerũt in alieno muro immitti : vt ff.de
ſerui.vrb.prædior.l.hæc autem iura.& interdũ lex
magis præſumit ſeruitutem quàm dominium: quia
minus vertitur pręiudicium: vt ff.de lega.j.l.ſi fun-
8 dum.§.qui fundum.Et tamen*ex quo tigna ex ad-
uerſo apparent à ſuo latere in fine ipſius parietis,
& ſic in parte inferiori impoſita, videlicet,illæ duæ
feneſtrellæ,& neceſſarium,vt ſuprà,nõ ex hoc po-
teſt dici ſeruitus in toto pariete impoſita : nec da-
to abſque veri præiudicio, quòd dici poſsit paries
communis , cùm minimè poſſet dici communis
9 in totum, niſi vſque ad illam partem* in qua ſunt
tigna:vt tenet idem Cæpo. in titu.de ſeruitu.tigni
immitten.quinta colum. verſicu.ſecundo caſu. ſub
tracta.de ſeruitut.vrban.prędior.vbi formaliter di

cit, quòd quãdo nulla promiſsio ſeu conceſsio per
me facta apparet vicino, ſed ipſe vicinus impoſuit
10 tignum vnum vel duo in pariete meo, * & ego ta-
cui, tunc dico quòd illa aut alia ponere nõ poterit
in alio loco eiuſdem parietis, vel alterius tigni, per
text. in l. ſi cùm meus. ſi ſerui. vendic. & idem tenet
Cæpo. in tit. de pariet. vij. & viij. col. Et plus ſubdũt
teſtes ad mei inſtantiam producti, quòd paries ipſe
non indiget refectione: & ſi fortè indigeret, quod
non creditur, illa proceſsiſſet ex culpa, & defectu
ipſius partis aduerſæ, *per hauerne fatte demolire tan-
te ſtantie, & membri ſuperiori, & inferiori con li quali
ſtaua appogiato ditto muro, che li faceano ſpalle*: prout
ex parte mei teſtes deponũt, & hoc vltra immode-
ratam demolitionem factã ex aduerſo, de qua per
infinitos teſtes etiã aprobatos per ipſum Barbam:
ex qua apparet ipſe in maxima culpa, ſumus ergo in
11 * cautione damni infecti, in cuius conſideratione
venit etiam culpa leuiſsima, per l. fluminum. §. prę-
tereà. & §. idem ſeruius. ff. de damn. infect. ita dicit
Ang. in l. in parietis. ij. col. ff. eo. tit. quæ cautio fuit
à principio petita: vt apparet ex actis magnæ curiæ
Vicariæ productis in præſenti proceſſu: & ita de
iure ſentio ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas intẽtata proſequi infra xxx. annos, quan-
do principaliter eſt intentata, ſecus ſi inciden-
ter.*
2 *Nullitas ſi principaliter eſt intentata, regulabitur
tempus ipſius ſicut regulatur inſtantia, & hoc
intelligendum eſt in agendo, ſecus ſi excipiendo.*
3 *Appellatio ſi fuit deſerta ex curſu fatalium, ſi prin-
cipaliter fuit intentata nullitas, tunc cauſa nul-
litatis pendente nõ curruntfatalia, & ſic non de
ſeritur appellatio.*
4 *Sententia lata perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla.*
5 *Inſufflatio ſpiritus vitæ in cauſa non poteſt pluries
peti, niſi in cauſis minorum, & vniuerſitatum &
eccleſiarum.*
6 *Spiritus vitæ inſtantiæ peremptæ cõſueuit per ſa-
crum conſilium per binam vicem tantum inſuf-
flari.*
7 *Vniuerſitas aduerſus fatalia decurſa reſtituitur in
integrum ex cauſa ſuperuenientis ſui procura-
toris.*
8 *Fatalia contra minores non currunt, licet* Bart. *te-
net quòd ſic. ſed quòd datur reſtitutio.*

## CONSILIVM CLXV.

REdemptoris gentium præſidio poſtu-
lato, amen, In cauſa vniuerſitatis, &
hominum caſtri Nereti, cùm Martino
carnochia de eodem caſtro: dicitur
pro parte ipſius Martini, appellationem per
ipſam vniuerſitatem interpoſitam in Sa. Regio
conſilio à ſententia prouincialis audientiæ ob de-
curſum fatalium nulla præcedente proteſtatione
fuiſſe, & eſſe deſertam & ſic ſententiam ipſam de-
bere executioni demandari: pro parte verò ipſius
vniuerſitatis replicatur à ſententia ipſa, nedũ fuiſſe
appellatum, ſed etiã de nullitate dictum per binas
ſupplicationes diuerſis diebus oblatas: & ſic dũ de
1 nullitate actum apparet, poterit * talis nullitas pro-
ſequi infrà xxx. annos: per not. in l. ſicut. C. de præ-
ſcrip. xxx. anno. & not. Inno. in c. dilecto. de appel.
& Alex. in conſi. xlvij. in v. vol. verum habet locum
vt prædicti doct. tenent, quando principaliter fuiſ-
ſet nullitas intentata: ſecus ſi incidẽter: quia ſi prin
cipaliter fuiſſet intentata, tunc regulatur tempus
2 nullitatis, ſicut regulatur inſtãtia, * verum limita-
tur hoc eſſe verum in agendo, ſecus ſi excipiendo,
prout in caſu præſenti, quia tũc perpetuò proſequi
poteſt, ita plenè exorditur Felyn. in d. c. dilecto. ex
trà de appel. & quòd deſerta appellatione ex curſu
fataliũ, ſi principaliter fuit intentata nullitas, tunc
3 pendente cauſa nullitatis non currant fatalia: * &
ſic non deſeritur appellatio. l. ſi expreſsim. de appe.
Bal. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. &
voluerunt domini de Ro. in tit. de appel. in nouiſ-
ſim. fol. xxvij. quòd cauſa nullitatis eſt præiudicia-
lis ad deſertionẽ: hinc dicit Cy. in l. j. C. qui pro ſua
iuriſdi. per no. in l. iij. C. comm. vtr. iud. quòd ſen-
tentia nulla non confirmatur, vt valeat vt ſententia
ex conſenſu partium tacito vel expreſſo. Et quòd
ſententia lata in audientia prouinciali cõtra ipſam
vniuerſitatem fuerit, & ſit nulla, apparet: quia lata
4 perempta inſtantia: & ſententia lata perempta * in-
ſtantia eſt ipſo iure nulla. l. properandũ. C. de iudi.
& conſuluit Alex. conſi. xlij. iij. volu. & conſi. iiij. in
iiij. volu. & conſi. cxxxvj. vbi melius. ij. volu. & cõſi.
lxxxij. in iij. volu. quia eo caſu dicitur lata ſine in-
ſtantia. Nec obſtat ſi diceretur quòd fuerit inſuf-
flata ſpiritu vitæ per S. Regium conſilium: quia re
ſpondetur in cauſa ipſa fuiſſe inſufflatum ſpiritum
vitæ per tres vices, & in vltima inſufflatione non
fuit in ſupplicatione porrecta facta mentio, ꝙ per
binas alias vices fuerat inſufflatũ: quia eo caſu pro
culdubio S. conſiliũ tertiam inſufflationẽ prędictã
non conceſsiſſet, aut ſaltẽ abſque cauſæ cognitio-
ne nõ inſufflaſſet: per tex. in l. fi. C. ſi ſępius in integ.
reſtit. poſtu. Et licet minoribus, vniuerſitatibus, &
aliis habẽtibus reſtitutionẽ in integrum non ſit du
5 bium ꝙ ſæpius peti poteſt dicta inſufflatio: * quia
extincto actu poteſt iterũ reſtitutio ipſa cõcedi ſu-
per eodẽ actu: vt dixit Saly. in l. j. C. ſi ſæp. in integr.
reſti. poſt. in fi. ad quod no. per Bar. & Bald. in l. ab
hoſtibus. ex quib. cau. maio. in §. ſed quod ſimplici
ter. & ita dicebat recolendæ memoriæ & mihi præ-
ceptor obſeruandiſsimus, quondam dominus Dio
medes mariconda, ſubdẽs ita fuiſſe iudicatum in S.
Regio conſilio in cauſa Baronis de Mirabella, cum
6 magni. Hieronymo carrafa. * Sed excellens domi-
nus Cicus de Loffredo de Neapo. Viceprotono-
tarius, ac præſidẽs S. Regij conſilij dixit pluries in
Rota. S. conſilij: quòd bina vice conſueuit inſuffla-
ri, & non vltra: & ita pluries vidit practicari tem-
poribus elapſis, & practicaui: licet aliis tẽporibus
pluries fuiſſet dicta inſufflatio conceſſa: & ſignãter
7 in cauſa Baronis Sereni Ludouici de Tolfa. * præ-
tereà & fortius indubitati iuris eſt fatalia non cur-
rere cõtra minores: per tex. in l. ſi præſes. & ibi pul
chrè Bal. & Ange. C. quo. & quando iud. & decidit
parlamentum Gracionopolitanum in deciſi. cccc-
xxxvj. x. col. Bar. Vero. in l. fi. iuncta gl. in fi. C. ſi ad-
uer. rem iudi. tenet fatalia ipſa de quibus in authẽ.





ei qui appellat. C. de tempo. appella. & in c. cum ſit
romana. extrà de appe. omnino currere contra mi
nores, ſed quod detur reſtitutio. Sed ſic eſt quòd
per nos dictum fuit fatalia ipſa non cucurriſſe, ſed
dato quòd cucurrerint, beneficio reſtitutionis in
integrum eſt ſubueniendũ, ergo aut vno modo, aut
alio declarandũ eſt nobis fatalia ipſa quatenus de-
curſa forent, non obſtare, nec replicari poſſet præ-
miſſa procedere in fauorem minorum, non autem
vniuerſitatis, nã cùm in vniuerſitate cõplectantur
nedum minores, verùm etiam pupilli, & viduæ, ac
aliæ miſerabiles perſonæ, debet vniuerſitas ipſa gau
dere beneficio dictis perſonis conceſſo. l. j. C. ſi in
communi eadémque cauſa. l. præcipimus. §. eodem
obſeruando. C. de appel. & ibi per Bart. ita cõſuluit
Alex. conſi. cxxj. iiij. vol. dicitur ergo longè à maio
ri præmiſſa procedere proculdubio, & nullatenus
denegari poſſe, quin in integrum vniuerſitas ipſa
Nereti reſtitui nõ debeat, non obſtante cõſi. xxiiij.
Fran. Cur. ſenioris, qui contrarium videtur tenere:
verũ eſt quòd nihil de præmiſsis allegat, nec præal
legatis reſpondeat, & ita tandem iudicatũ fuit per
S. Regium conſiliũ referente domino Ioanne mar
tiali Hiſpano relatore, & cõmiſſario cauſæ, ac Re-
gio conſiliario, & fuit vniuerſitas ipſa reſtituta ad-
uerſus decurſum fatalium, concurrente maximè,
quia fuit demonſtratum duos procuratores ipſius
vniuerſitatis in cauſa prædicta vnum poſt aliũ de-
ceſsiſſe infrà annos duos, quod fuit iuſtum, ac legi-
timum impedimentum ad impediendum curſum
8 fatalium, & ſic ad concedendum * reſtitutionem in
integrum, prout in particulari in propriis terminis
tenet Par. de put. in tract. ſynd. in ver. ſententia. iiij.
char. in c. reſtat vnum aliud. circa fi. j. col. vbi exem
plificat in ſpecie, ſi mortuus fuit procurator, & ita
conſului & obtinui in S. conſilio.

Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Veritatis fides verborum adminicula non deſiderat.*
2 *Poſſeſſio naturalis non probatur tranſlata, ſeu quæſi-
ta per conſtitutum, vel precarium, intelligendo de
poſſeſſione naturali, ſecus de poſſeſſione ciuili.*
3 *Vendens rem primò vni, conſtituendo ſe precario no-
mine poſſidere, & demum ſecundò alteri ſimpli-
citer conſtituendo ſe poſſidere, & ſecundo tradi-
dit poſſeſſionem, tamen primus erit præferendus
quoad dominium, ſed ſecundus quoad poſſeſſio-
nem.*
4 *Habitans domum dicitur ipſam poſſidere.*
5 *Precarium vbi confertur poſt mortem conſtituẽtis ni-
hil operatur, ex quo confertur in tempus mortis,*
6 *Res per negationem efficitur dubia.*
7 *Inſtrumentum conditionale non meretur executio-
nem.*
*Dominus rei quando ſe conſtituit poſſidere nomine
alterius, non transfert poſſeſſionem ex tali conſti-
tuto.*
8 *Precarij conſtitutio tanquam acceſſoria regulatur ſe-
cundum principale cui accedit.*
9 *Mulier meretrix ſiue concubinaria non poteſt dona
re concubinario.*

## CONSILIVM CLXVI.

REdemptoris gentium auxilio inuo-
cato, amen. In cauſa venerandi mo-
naſterij eccleſiæ ſanctæ Crucis de ci-
uitate Licij, cum Petrutio tabacco,
quia veritas ex multis conſiſtit in pau-
1 cis, vt in authen. de referen. in prin. colla. ij. * Et ve-
ritatis fides verborum adminicula non deſiderat,
vt in l. j. C. ſi minor ſe ab hæred. abſt. & veritas per
ſeipſam venit in lucem, & in publicam notionem.
ca. j. §. j. extrà de ſciſmat. in vj. & ſic deueniendo ad
punctum, ex inſtrumento præcedenti aſſertæ do-
nationis producto ex aduerſo cum clauſula conſti-
tuti, ſeu precarij, quòd ex hoc non debeat, nec poſ
ſit pars aduerſa, vt in caſu opinatur, præferri dicto
monaſterio, cui ſecundo loco donatio de domo
2 prædicta facta extitit, probatur, * ex quo per con-
ſtitutum ſeu precarium non probatur tranſlatam
eſſe, ſeu quæſitam poſſeſsionem naturalem, vt di-
cunt Bartol. & doctor. in l. ij. C. de acquiren. poſſeſ.
vbi formaliter dicit Bartol. tu dic, quòd traditio
poſſeſsionis ciuilis bene poteſt probari per inſtru-
mentum, dum dicitur cõſtituit ſe ſuo nomine poſ-
ſidere, ſed traditio poſſeſsionis naturalis, ſeu cor-
poralis ita demum probari poteſt, ſi inſtrumẽtum
eſſet confectũ, & idẽ tenet Panor. in c. ij. v. col. ver.
exemplo. extrà de cõſue. Io. And. & alij ibi allegati
per eũ: & ideo dixit formaliter ibi Alb. de Roſ. in l.
quoties. C. de rei vend. videlicet. Sed quid ſi vẽdidi
Titio, & conſtitui me eius nomine poſsidere, dein-
de vendidi Seio, & ſimiliter cõſtitui, vel ei tradidi,
quis erit potior? & dic ꝙ primus, pro quo primo
3 conſtitui me poſsidere, * quod pro traditione ha-
betur, vt in l. quædã mulier. ff. de rei vendic. & in l.
quod meo. ff. de acqui. poſ. quod verũ eſt quoad do
miniũ, ſed quoad poſſeſsionem potior eſt ſecũdus,
cui tradita eſt, cũ enim poſsiderem nomine primi,
tradẽdo poſtea ſecũdo, vel conſtituendo me tene-
re pro eo, interuerti poſſeſsionẽ primi, & eũ poſſeſſio
ne priuaui, vt ff. de vi & vi arm. l. colonus eũ. Et illa
lex coniũcta maximè. l. cum fundum eo. tit. probat
apertè dictum Albe. & Iaſo. in d. l. quoties. ſequitur
Albe. ita dicere in rub. C. de dona. & quod eſt quo-
tidianum, & idem dixit Abb. in d. c. ij. extrà de con
ſuet. & intelligendũ quoad ciuilẽ, & contra ſecun-
dum habẽtem naturalẽ, ꝙ experiatur primus more
iudæorũ per interdictũ de quo in d. l. colonus. vel
alio cõpetenti, cũ in d. l. colonus. patroni poſſeſsio
naturalis interuertitur per colonũ non poſsidentẽ
etiã ciuiliter, & taliter intelligẽdo non eſt ſibi ipſi
cõtrarius do. Alb. in eo quod dixit ipſe in rub. C. de
dona. ab eo ꝙ dixit in d. l. quoties. & iſta procedunt
ſi abſolutè figuraretur cauſa & caſus de quo agitur,
in illã tantũ cõcluſionẽ iuris, de precario ſeu cõſti-
tuto in duobus inſtrumẽtis diuerſis perſonis vnius
eiuſdẽ rei factæ vẽditionis, ſeu donationis, ſed hic
ſunt plura quæ cõcurrũt pro eccleſia, nã cõſtat per
inſtrumentũ ex aduerſo productum, quòd mulier
ipſa donatrix reſeruauit ſibi habitationem domus
4 prædictæ, donec viueret, * ſed ſic eſt quòd habitans
dicitur poſsidere, vt per Bartol. in l. ſi duo. §. cæte-
rum. ff. vti poſsi. Bartho. Vero. dictus Cæpo. in ſuo
tracta. de ſeruit. vrban. prædio. in c. dicemus, nunc

de alia ſpecie.in rubri.de tertia ſpecie ſeruitutis.in
fine.vbi formaliter dicit.Poſtremò ſcias, quòd ille
qui habet habitationem,dicitur poſsidere. ita hoc
no.Bar.per illum tex.qui dicit,quòd ſæpècõtingit,
& ſic per hoc intelligendum eſt ſcilicet per habita-
tionem ipſam mulierẽ donatricem propter habita
tionem ſibi reſeruatã poſsidere,ergo nec alter poſ
ſidere inſimul,cũ duo inſolidum poſsidere nõ poſ-
ſint.l.iij.§.ex contrario.ff.de acquir.poſ.l.duo.ff.de
preca.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.cõmo. & cũ poſt-
ea eadem mulier donauit eccleſiæ conſtituẽdo ſuo
nomine poſsidere,potuit interuertiſſe alterius poſ
ſeſsionem,ſi apud aliũ fuiſſet,per theoricam Albe.
ſuprà relatam,ꝙ in hoc caſu plus eſt,quia cum per
habitationem naturalis poſſeſsio erat apud ipſam,
potuit in eccleſiã trãsferre etiã de facto,ſed in caſu
de quo quæritur de iure per ſuprà & infrà dicẽda,
accedit & aliud, quia donatio prætenſa facta parti
aduerſę apparet facta ſub cõditione,& pacto,& le-
ge expreſsè adiectis,quaſi donatio ipſa intelligere-
tur tanquam ſi non facta eſſet, ſed ipſa mulier ideo
poſtea facit ſecundo loco donationẽ eccleſiæ,quia
nõ ſeruabãtur pacta per donatarium ſibi in alendo
illam,& cõſtat etiã ex probationibus factis ex par
te eiuſdem eccleſiæ quòd non fuerũt ſeruata pacta,
leges, & cõditio in inſtrumẽto prætenſæ donatio
nis adiectæ,vltra quòd ipſi eccleſiæ id probare,nec
probaſſe incumbebat,vt infrà apparebit.Suffraga-
tur inſuper,quia vbicunque poſſeſſor confert pre-
5 cariũ poſt mortem ſuã,*licet cõſtituat ſe precario
nomine ab alio poſsidere,nihil operatur per ratio-
nem,quia cõfertur in tempus mortis, quo tẽpore
poſſeſsio defuncti eſt extincta,ita Ang.per illũ tex.
in l.quamuis.§.ſi cõductor.ff.de acqui.po.per tex.
in l.qui vniuerſas.§.quòd per colonum.ff.de acqui.
poſ.& in hoc caſu voluit mulier ipſa donans inha-
bitare domũ donec viueret,& conſequenter poſsi-
dere,per prædicta.Si poſsidẽdo ipſa in aliũ trãſtu-
lit,agendum eſt per interdictũ. vel aliter cõtra poſ
ſidentẽ,& nõ de facto priuare,& maximè quia per
inſtrumentum partis aduerſę manifeſtè apparet,ꝙ
donatio facta fuit ſub conditione, vt ſuprà, ſed iu-
ris eſt, ꝙ quando poſſeſsio traditur ſub cõditione,
non transfertur incontinenti, ſed ſolũ eueniente
conditione,ſcilicet ſi tempore euenĩetis conditio-
nis extrema ſunt habilia,arg.l.qui abſenti.ff.de ac-
qui poſ.ſed dicet aliquis,in contrariũ non apparet
quòd conditio ſeruata non fuerit in hoc caſu, re-
ſponſio eſt in promptu,ſatis eſt ipſam donatricem
negauiſſe conditionẽ ipſam ſeruatam eſſe, & nunc
per eccleſiã quæ ab illa cauſam habet idem negari,
videlicet,cõditionem ipſam adimpletã non fuiſſe,
neque ſeruatã,cùm iure cautum ſit,per negationẽ
6 rem fieri dubiam,*ſecũdum Bar. in l.poſt rẽ. ff. de
tranſact.ad commodum maximè negantis.Bald.in
l.non tamen.§.qui alieno.ff.de procu.& in l.ſi. qui
bus ad libe.proclã. non licet. & proinde ſuccedit,
quòd quotieſcunque aliquid conditionale dedu-
citur in iudicio,debet conditio ipſa liquidari, aliàs
non audietur agens.l.hoc iure.ff.de verbo.obliga.
intantum quòd voluerũt Bal.per illum tex. in ver.
extitiſſe.C.de excep.& in l. cum teſtamento in fin.
C.de teſta.manu.& Bart.in repet.l.iij.in iij.q.C.de
pignor.ꝙ inſtrumentum conditionale nõ meretur
7 executionem,*Et ſit ex præmiſsis donatarius ipſe
prætenſus audiri non debet prætextu inſtrumenti
prædicti. Et facit inſuper ꝙ quando dominus rei
conſtituit ſe poſsidere nomine alterius,nõ trãsfert
poſſeſsionẽ ex tali cõſtituto,niſi cauſa habilis præ-
cedat.Bar.in l.quod meo,in prin.ff.de acqui.poſ.&
8 per eundẽ in l.ei à quo.ff. de vſuc.* Et cõprobatur
ex alio,quia ſemper cõſtitutio precarij tanquã ac-
ceſſoria regulatur ſecũdũ principale, cui accedit
Bal.in l.ex teſtamẽto.C.de fideicom.& ibi pulchrè
& Bal.in c.ij.de feud.da.in vic.leg.cõmiſ.& in hoc
caſu non præcedit cauſa habilis,nec ſubſiſtẽs, imò
à iure reprobata, & conſequentur nec conſtitutũ,
9 neque contractus ſiue inſtrumentum valet, * quia
mulier meretrix ſiue cõcubinaria nõ poteſt dona-
re cõcubinario.tex.eſt in terminis coniuncta gl.in
l.ſi.ff.de act.& oblig.Bart.Bal.Ang.in l.affectionis.
ff.de dona.& quòd erat concubina, plenè dictũ eſt
in proceſſu, & ſic tuenda eſt eccleſia in ſua poſſeſ-
ſione,& nec virtute precarij, aut inſtrumenti au-
diendus eſt aduerſarius,nec quo ad poſſeſsionem,
nec quoad dominiũ, prout bene ad propoſitũ mul
ta cumulat Alex.in ſuo conſi.lxxxij. perſpectis his
quæ in themate.in ij. volu. & cùm multa in ſimili-
bus caſibus ſequeſtrorum conſideranda veniũt per
Magnificos Iudicantes,ſecundum Lanfran.de ori.
in repet.rubr.extrà de ſequeſt.poſ.& fruct.inuehit
ibi ipſe contra iudices faciles, & promptos ad ſe-
queſtrationes colore metus,ſcãdali,ſeu armorum,
& nõ manutenentes quos in poſſeſsione reperiũt,
ſine alio ordine iudiciario etiam facti, & ita de iu-
ris cenſura conſulo ego Thomas Grammaticus.

Svmmarivm.

1 *Ben ſta,verba hæc ſunt dubia,cũ plures poſſint habere intellectus, vt quia tua petitio bona eſt ben ſta,vt quia volo cogitare quid agam.nu.2.*

3 *Verba vbi ſunt dubia, earum interpretatio pertinet ad proferentem, qui ſi non declarauit, nihil operantur.*

4 *Verba dubia ſeu ambigua ſemper debent interpretari per proferentem.*

5 *Verba ſunt intelligenda ſecundum communem intellectum,& vulgarem vſum loquendi.*

6 *Verba contrahentium nunquam trahi debent ad aliud,quàm ad id quod ſonant.*

7 *Petens ab aliquo vt det ſibi veſtem, vel librum, ſeu alia,& ille reſpondeat non tantũ veſtem,ſeu alia, ſed quicquid ſibi placuerit,quòd tamen nihil intelligetur promiſſum.*

8 *Verba dubia interpretari debent cõtra proferentem.*
*Verba quãdo duplici modo intelligi poſſunt, ſemper interpretari debent contra ſe fundantem ex dictis verbis.*

## CONSILIVM CLXVII.

REdemptoris gentium ſuffragio poſtulato, amen. In cauſa honorabilis Iacobi galli cum Nicolao Ioanne de mauro tutore prætenſorum pupillorum ſuper aſſerta conductione domus ipſorum,dum non aliter eandem locando, ſeu non locando requiſitus de locatione reſpondit,dicendo,ben ſta, cõtigit ergo hæſitari an per reſponſionem prædictam, ſit indu



1 ſit inducta locatio ſeu conductio.*Et clariſsimi iu-
ris eſt,quòd ex huiuſmodi reſponſione,ben ſta, ap-
parent eſſe verba dubia,cùm plures poſsint habere
intellectus:vt quia ben ſta,id eſt,tua propoſitio ſeu
petitio ben ſta:id eſt,volo cogitare, & reſpondere,
2 & his ſimilia, * & ſic poſſunt intelligi pluribus mo-
dis,quo caſu dicuntur verba ambigua ſeu obſcura:
3 vt in l. in bonæfidei. & in l.ſi. ff.de iur.fiſ. * & ſic vbi
ſunt verba dubia,earum declarario,ſeu interpreta-
tio pertinet ad proferentem, qui ſi non declaraue-
rit, verba illa nihil operabuntur: ſicq́ue cùm ipſa
non affirment nec denegent, vidẽtur inducere de-
liberationem futuram,quæ ex actu ſubſequenti de-
clarata apparet, dum domum ipſam inquilinomet
in eadem domo exiſtenti refirmauerit,per tex.in l.
vtrum.ff.de pet.hæred.& in l.ſi ſeruus plurium. §.ſi.
4 ff.de leg.j.maximè*cùm verba dubia ſemper inter
pretari debeant iuxta intentionem agentis: vt in c.
cùm de beneficio.de præben.lib.vj.& donec verba
dubia nõ declarãtur,nihil operãtur: vt pulchrè di-
xit Bal.in l.potuit.vj.q.C.de iure delib.dum loqui-
tur de interrogato an ſit hæres, ſi videtur repudiaſ-
ſe,dũ reſpondet ꝙ nõ, cũ dupliciter exponi poſsit,
vno modo quòd repudiat,& alio modo pro medio
ſtatu,qui pertinet ad deliberantẽ:nã qui deliberat,
nondum eſt hæres,licet ſit in potentia eſſe, & non
eſſe: & ſic eſt deliberatio medium inter duo extre-
5 ma,id eſt,inter additionem & deliberationẽ. * Se-
cundò,dum inter ipſos contrahentes non eſt ſcri-
ptura aliqua cõfecta,& ſunt idiotæ, prout iſti ſunt,
verba ab ipſis prolata ſunt intelligenda ſecundum
communem & vulgarem vſum loquendi: vt dicit
Bar.in proœ.digeſtorum,& melius in l. Labeo. vbi
bonus tex.ff.de ſup.leg.& in c.inter corporalia.ex-
trà de tranſlat.epiſcop.& in c. ex literis. de ſponſa.
Ioan.And.in c.cum M. de conſti. & dum dubitatur
qualis eſſe debeat interpretatio verborum ſecun-
dum communem vſum loquendi,debent partes ſu-
per dicto communi vſu audiri in eorum probatio-
nibus,vt dicit Bart.in locis præalle. & quotidie vſu
& experientia videmus, quòd interrogati, ſeu re-
quiſiti dum complacere negligimus, conſueuimus
vulgariter reſpõdere, bẽ ſta:& ideo ſermones iſtos
ita in vulgari prolatos debemus non ſecundũ com
munem vſum loquẽdi interpretari:prout in ſpecie
dixit Bald.in l.lege duodecim tabu.C.de leg.hære.
hinc dixit Bal.in auth.ſi qua mulier.in ſi.C.de ſacr.
6 ſanct.eccl. * quòd nunquam verba contrahentium
trahi debent ad aliud,quàm id quod ſonãt: & idem
dicit Bald.in l.iubemus.in ſi.C.ad treb.& Alexand.
in conſil. l. viſis & opportunè. in j. volumi. Et quia
dicta verba,ben ſta,non ſunt negatiua nec affirma-
tiua,ſed potius deliberatiua,ergo ex eis fundari nõ
poteſt quòd fuerit inducta locatio, ſeu conductio,
imò verius apparent huiuſmodi verba eſſe genera-
lia,quæ generalia verba nec contractum,nec obli-
gationem inducunt,per tex. in c. cum veniſſent. de
inſtit.& ſubſtit.ita dixerunt Cardi. Floren.& Imol.
in cap.ex parte.de deci.Hinc dicebat Roma.in ru-
brica de arbit.quòd ſi mihi petenti,vt des mihi ve-
ſtẽ,ſeu librum,vel alia in particulari, & tu reſpon-
7 deas,nõ tantũ iſta,ſed quicquid tibi placuerit: * ꝙ
tamẽ nihil intelligitur promiſſum, & ſubdit ita te-
nuiſſe Bald. in ſuis concluſionibus, quod maximè
procedit dum nulla fuit penſio conſtituta,ſeu men-
tionata,per id quod in ſimili dixit Odoffre.in cap.
ex parte.de decimis. quòd votum factum de dando
eccleſiæ ſancti Iacobi ſingulo anno frumẽtum, non
expreſſa certa menſura,eſt nullũ.ob quod infertur
minimè ex verbis prædictis fuiſſe inductum contra
ctum conductionis, aut locationis. Tertiò & vlti-
mò adducitur, quòd ſtante ambiguitate verborum
prædictorũ debet fieri interpretatio contra profe-
8 rentem verba prædicta,*dum in eis ſe fundat, per
textum in l.veteribus.ff.de pact. l.ſtipulatio iſta.§.
in ſtipulatione.ff.de verbo.oblig.& bonus tex. in l.
cum quæritur. ff. de rebus dubiis. & ideo quando
9 verba duplici modo * intelligi poſſunt, ſemper in-
terpretari debent contra ſe fundantẽ ex dictis ver-
bis,vt not.in c.ex literis.de ſponſa. & ibi Panor. &
in cap.in præſentia.de probat.& optimè Bart.poſt
gloſſam in præallegata l.veteribus.& ideo text.in l.
in teſtamento. ff.de his quæ pro non ſcrip. haben-
tur.dixit,quòd ſi teſtator protulit verbum aliquod
in teſtamento quod eſt ambiguum ſeu obſcurum,
adeò quòd minimè intelligi poteſt, habetur ac ſi
verbum illud non fuiſſet expreſſum,ſicq́ue conclu-
do nullam fuiſſe initam locationem.

Thomas Grammaticus.

Svmmarivm.

1 *Filij nati ante ſolennitatem matrimonij, & benedictionem ſacerdotalem, an ſint legitimi.*

2 *Solennitas debita in celebratione matrimonij conſiſtit quando coram multis perſonis contractum eſt, maximè interuenientibus coniunctis perſonis, & amicis.& 3.*

4 *Matrimonium dicitur contractum in faciem eccleſiæ, dum publicè ſit coram multitudine fidelium, quia eccleſia dicitur congregatio fidelium.*

5 *Matrimonium licet contrahi non debet, aut fieri abſque ſolennitate, & aliter factum dicitur clandeſtinum,vbi ſit ſine præſentia ſacerdotis, attamen aliter factum tenet.*

6 *In matrimonio ſolennia poſſunt omitti ſine peccato, quia illa de conſilio ſuadentur, & nullum ipſorum percipitur, & ſic aliter factum non eſt peccatum.*

7 *Princeps ſecularis nec principaliter nec acceſſoriè poteſt aliquid ſtatuere in matrimonijs num.13.*

8 *Matrimonium eſt à Deo, & ideò recipienda eſt voluntas diſponentis quandocunque, & vbicunque velit.*

9 *Matrimonij ſolennitates ſi omittantur,tamen verum eſt matrimonium, licet peccent contrahentes omittendo.& 10.*

11 *Maritus ſi carnaliter cognouit vxorem ante benedictionem ſacerdotalem, ſi animo perſeuerandi,non peccat.*

12 *Maritus in partibus Lombardiæ de conſuetudine conuerſatur cum vxore ſtatim ipſa deſponſata carnaliter.*

14 *Rex non poteſt priuare filios ſucceſſione bonorum patris,eo quod matrimonium ſit contractum abſque ſolennitate,& benedictione.*

15 *Rex addens ſolennitatem matrimonio per ſuam legem adijciendo*

*adijciendo pœnam,non tenet pœna, quia eſt con-*
*tra libertatem matrimonij.*
16 *Sileant qui ſcripta diſcurrunt, & propter frigidita-*
*tem ſtomachi ea digerere non poſſunt.*

## CONSILIVM CLXVIII.

REdemptoris gentium præſidio repe-
tito,amen. Proponitur in themate per
honorabilem Nicolaum de Andriolo
de læcola partium prouinciæ Idronti-
næ, quòd dum quondam Fabritius eius filius vxo-
rem duxiſſet mediante legitimo matrimonio, abſ-
que tamen ſolennitate benedictionis ſacerdotalis,
& ſic celebrationis miſſæ ante traductionem ad eius
domum: & ex eodem matrimonio Lupum, Anto-
nium, & Victorium ex prædicta eius vxore filios
procreauerit, fuerat ſibi in dubium reuocatum, an
reſpectu ſolennitatis eccleſiaſticæ non adhibitæ, vt
ſuprà, filij prædicti potuiſſent nuncupari legitimi,
vel an principis legitimatione indigeant. Et certè
1 prima fronte, * prout ita ſibi conſultum fuiſſe aſ-
ſerebat, videbatur dicendum quòd ſic, quòd tales
filij illegitimi reputari deberent, per tex.in termi-
nis propriis in c.aliter legitimum.xxx.q.v.& magis
in ſpecie conſtitutionis Regni, ſancimus. ſub titulo
de matrimonio contrahen.vbi imponitur neceſsi-
tas omnibus in Regno degentibus, & maximè no-
bilibus, vt poſt ſponſalia celebrata ſolennitate de-
bita ſacerdotali benedictione præmiſsis, matrimo-
nium ſolenniter & publicè celebrari: alioquin mo-
rientes contra dictæ conſtitutionis edictum, neque
ex teſtamēto, neq; ab inteſtato ſe habituros hæred.
legitimos ex clandeſtino matrimonio & illicito
contra noſtrā ſanctionem procreatos, & ibi ſubdit
gl.in ver.alioquin nouerint eſſe non de ſolennita-
te matrimonij quòd nati ex clandeſtino matrimo-
nio non ſuccedunt. Quibus non obſtantibus, con-
trariam ſententiam intrepidè cōſulo, ac teneo eſſe
de iure veriorem.& quòd dictum ca. aliter, & ſuc-
ceſsiuè conſtitutio Regni intelligi debeat de clan-
deſtino matrimonio, vt ipſamet conſtitutio ſe de-
clarat, iuncta gl.prædic.in verſi.alioquin moueant.
nam ſolennitas debita in celebratione matrimonij
2 conſiſtit, * quando coram multis perſonis contra-
ctum eſt: vt dicit Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de
cland.deſponſ.& maximè interuenientibus cōiun-
ctis, & amicis: prout fuit in caſu præſenti, vt conſu-
luit optimè Alex.in ſuo conſi.cliij.v.col. in v.volu.
3 * Nam eo caſu dicitur in faciem eccleſiæ ſi publicè
4 fit corā multitudine fidelium * quia eccleſia dicitur
congregatio fidelium, vt dicit Io.And. in addi.Spec.
vbi ſuprà, de clan.deſpon.Abb.in c.ſi.eo.tit. & in c.
pen.qui fil.ſint legi.ſequitur Stepha.de caeta, in ſuo
ſacram.in tit.de ſacra.matr.in xlv.q.& in q.lix.cum
5 ſeq.& in q.clxv. * Et licet matrimoniū fieri ſeu con
trahi non debeat abſque ſolennitate, & aliter factū
dicitur clandeſtinū, vbi fit abſque præſentia ſacer-
dotis, attamē aliter factū tenet.c.noſtrates.xxx.q.
6 v.& cap.ij.de cland.deſponſ. * & ſic omnia ſolennia
quæ adhibētur in matrimonio, poſſunt omitti ſine
peccato, quia illa de conſilio ſuadentur, & nullum
ipſorū præcipitur, & ſic aliter facere nō eſt pecca-
tum.c.ſi quis.xiiij.q.j.& c.quod præcipitur. ita præ
dict.Stepha.de cae.in prędic.ſuo ſacram.q.lx.ſecun
dum Vgon. & hoc niſi ex tali omiſsione ſurgeret
ſcandalū, vt quia eccleſia remaneret incerta de con
tractu matrimonij, quia tunc eſſet peccatū mortale,
ſecundū Gof.& Fran.in c.j.j.q.de ſponſ.ita do.Ste-
pha.in ſua prædic.q.lx. Circa tamen diſpoſitionem
cōſtitutionis regni prædictæ dicitur, & bene, prout
7 verius dicit And.de Iſern.ibi, * ꝙ princeps ſecula-
ris nec principaliter nec acceſſoriè poteſt ſtatuere
aliquid in matrimoniis, vt in c.entheniū.§.hinc col
ligitur.ij.q.iij.& in c.legē.x.diſt.& extrà de ſecund.
nupt.§.pen.quāuis gl.dicat, ſolennitatē debitā, ſci-
8 licet, ꝙ in faciem eccleſiæ, * & hoc videtur vſus iu-
diciarius approbare, ſufficit tamen matrimonium
publicè approbari, aliàs celebrari, & hodie intro-
ductū eſt ꝙ matrimonia ſolo affectu contrahantur.
§.quia verò. in auth. vt liceat matri & auiæ. matri-
monia enim faciēda ſunt, & nō arctāda, vt in faciem
eccleſiæ, quia hæc cōſtitutio nō ponit, & ſic nec di-
rectè nec vtiliter hoc inducendū eſt.l.ſi verò. ff.ſol.
9 mat.cùm matrimoniū ſit * à Deo, recipiēda eſt vo-
luntas deſpōſantis quādocunq; & vbicunque velit,
vt C.de in integ.reſti.l.fin.ita formaliter And.in d.
conſti.ſancimus.idē tenet S.Tho.in iiij.diſt. diſtinc.
xxviij.& idem S.Tho.relatus per Io. de tur. crema.
in prædic.c.aliter legitimū.dicit, ꝙ ſicut in aliis ſa-
cramētis quædā ſunt de eſſentia ſacramenti, quibus
omiſsis nō eſt ſacramentū, quædā autē ad ſolennita
tem ſacramēti, quibus omiſsis verum perficitur ſa-
cramentū, quāuis peccet omittens, ita eſt in matri-
monio, nā cōſenſus per verba de pręſenti inter per
ſonas legitimas ad contrahendū facit matrimoniū,
quia hæc duo ſunt de eſſentia ſacramēti, alia omnia
ſunt de ſolennitate ſacramēti, quia ad hoc adhiben-
tur, vt conuenientius fiāt, vnde ſi omittātur, verum
10 matrimoniū eſt, * quāuis peccent ſic contrahentes,
& allegat inſuper S.Bonauēturā dicere ad eſſe ma-
trimonij iſta duo ſufficere, ſcilicet legitimitas in
perſonis, & vnitas in cōſenſu. ad ſolennitatē verò,
& decorem requiritur, & parentū traditio, & ſacer
dotum benedictio, & hæc fiunt ad decorem ſacra-
menti, non tamen vt ſint de neceſsitate pręcepti, &
ratio huius eſt vitatio periculi, quia frequenter qui
in occulto contrahunt, pœnitent, & cum aliis de
facto cōtrahunt, & cùm non poſsit primum matri-
monium cōtractum probari, neceſſe habet eccleſia
decipi, & ideo oportuit talia prohiberi, & ſic appa-
ret ꝙ ad euitandū clandeſtinitatē matrimonij, ita
inductum ſit, & pariter gl.in prædic.c.aliter.in ver.
non interueniant. dicit, ꝙ ſolennitates prædict. c.
aliter.non exiguntur de neceſsitate, dicit tamē eſſe
peccatum, ſi huiuſmodi omittantur ſolennitates,
vbi adhiberi poſſunt. & dicit ſanct. Thom. vbi ſu-
11 prà, * quòd ſi maritus cognouit carnaliter vxorem
ante ſolennitatem benedictionis ſacerdotalis, non
eſt peccatum, ſi animo perſeuerandi in matrimo-
nio id faciat, ſecus in alio animo, & ita poteſt intel-
ligi quod dicitur in d. c. aliter. & ideo infertur ꝙ in
12 ciuitatibus Lombardiæ viri * cōuerſantur cū vxo-
ribus ſtatim eis deſponſatis in domibus parentum
ipſarum, in quibus degunt, & antequam ad eorum
domos traducant, & eas carnaliter cognoſcunt an-
te feſtum nuptiarum, prout ita dicit Alexander de
Imo.obſeruari de conſuetudine in Lombardia, in
l.ſi ſponſus.§.ſi vxor. ff.de donationib. inter virum
& vxo.



& vxo.in addi.vnde ſi hoc eſſet peccatum iſta eſſet
mala conſuetudo, & tanquā reſpuenda non obſer-
uaretur. Item eſt aduertendum, quòd prædicta con
ſtitutio, ſancimus. fuit compilata per Regē Roge-
rium, qui fuit ante Innocentiū tertium, cōditorem
decretalis, cùm inhibitio. in qua decretali nulla fit
mentio de benedictione ſacerdotali, quòd debeat
obſeruari quo ad dictam pœnam impoſitam in ma-
trimonio contracto non cum benedictione ſacer-
13 dotali: * nā in his quæ ſunt de ſubſtantia matrimo-
nij princeps laicus nihil poteſt ſtatuere: vt dicit
Bal.in rub.de conſtit.v.col. quia matrimoniū iudi-
catur lege poli, & nō lege fori. d.§. hinc colligitur.
ij.q.ij.& no.doct.in c.fin.de ſecun.nup.cùm in ma-
trimoniis de iure canonico ſufficiat ſolus conſen-
ſus, vt in c.cum locum.de ſponſ.& in authen.matri
& auiæ.§.quia verò.& filij ſunt legitimi & natura-
les: ideo non potuit ipſe Rex priuare filios ſucceſ-
ſione bonorum patris, eo quòd matrimonium con
14 tractum fuit abſque benedictione * ſacerdotali: ſi
probetur matrimonium fuiſſe contractū: ita dicit
15 Io.And.in c.ſtatutum.el j.de hære.in vj. * & ibi di-
xit, quòd lex principis ſecularis addens aliquam ſo
lennitatem in matrimonio adiiciendo pœnam, ꝙ
talis pœnæ impoſitio non valet, quia impeditur li-
bertas matrimonij: & faciunt bene dicta per Fely.
in ca. j.vj.& vij.col.de ſponſ.ſubdens quòd opinio
Io.And.cōmuniter approbatur: & idē tenet Luc.de
Pen.in l.mulieres.iij.col.C.de inco.li.x.Ex quibus
omnibus audacter concludo malè fuiſſe conſultum
per alium cōſulentem dicentem cōtrarium: cui me
ritò dici poteſt, quod dixit Saly.in l.de tutela.C.de
16 in integ.reſti.ibi, ſileant * qui ſcripta diſcurrunt, &
propter frigiditatem ſtomachi ea digerere nō poſ-
ſunt: ſicque dico prædictos Victorium & Lupum
Antonium ex huiuſmodi matrimonio procreatos
eſſe legitimos & naturales filios prædicti Fabritij:
& pariter legitimè ad paternam ipſius Fabritij pa-
tris ſucceſsionem deueniſſe, & ita cōſulo iuris eſſe,
& ſatis audacter, ego. Thomas Grammaticus.

### SVMMARIVM.

1 *Spoliatus poſſeſſione alicuius rei, ſi non agit contra ſuum ſpoliatorem, ſed contra alium tertium, qui non ſpoliauit licet etiam cauſam habuerit ab ipſo ſpoliante obſtabit exceptio dominij ipſius cōuenti.*
2 *Deducens vnum, & aliud probans, non poteſt obtinere.*
3 *Interdictum recuperandæ poſſeſſionis intentans, ſi dicat ſe ab alio vi ſpoliatum, & conuentus probat poſſeſſionem illam per prius fuiſſe ab alio occupatam, non poteſt obtinere.*
4 *Spoliato à magno prætore non competit reſtitutio, cùm ſpoliatus à iudice non petat reſtitutionem, ſicut ſpoliatus à priuato num. 5.*
6 *Spolium vbi preceſſit authoritate magni prætoris id eſt ipſius principis, non competit remedium recuperandæ.*
7 *Princeps ex cauſa reuocat priuilegium, maximè dum exprimit cauſam.*
8 *De dominio conuenti dum conſtat, obſtat exceptio agenti de manifeſta & notoria iniuſtitia, & dominio ipſius.*
9 *Spoliatus licet ſit ante omnia reſtituendus, tamen ſi de proprietate ſpoliantis manifeſtè conſtare poteſt, denegabitur reſtitutio.*
10 *Rex Hiſpaniæ eſt cunctis regibus præferendus, cùm habeat quamplura regna ſub ſe, & ſic plures coronas quod non eſt in cæteris regibus non habentibus decem regna vt ipſe.*
11 *Corona ſeu diadema datur pro gloria.*
12 *Rex Hiſpaniæ non recognoſcit ſuperiorem.*
13 *Rex non recognoſcens ſuperiorem, poteſt conceſſionem à ſe factam reuocare, & ſic auferre, & alteri benemerenti concedere, & idem facit ciuitas ſuperiorem non habens.*
14 *Remunerandi cauſa eum qui reipublicæ bene inſeruit poſſet à regulis iuris recedi.*
*Remunerandi cauſa bene meritum de republica poteſt Princeps res priuatorum auferre, & illi bene merenti concedere.*
15 *Princeps poteſt conceſſionem factam, & ius quæſitum per contractum eius ſubdito ad eius libitum reuocare.*
16 *Succedens alicui non vt hæres, aut ſucceſſor, nō tenetur habere ratum factum prædeceſſoris.*
*Papa & imperator non tenentur ſeruare contractus ſuorum prædeceſſorum.*
17 *Geſta à non habēte poteſtatem infeudandi in præiudicium legitimi ſucceſſoris in regno non tenent.*
18 *Regis aſſertioni exiſtente monarcha in regno ſtandum eſt.*
19 *Princeps tam de poteſtate abſoluta, quàm de ordinaria poteſt conceſſionem etiam à ſemetipſo factam reuocare.*
20 *Princeps poteſt dominium de iure gentium acquiſitum auferre vni & dare alteri.*
21 *Princeps poteſt de plenitudine poteſtatis auferre feudum datum vaſſallo ſine cauſa, & ſic ipſum priuare feudo.*
22 *Derogatio particularis ſpecifica longè potentior eſt in derogationem iuris alterius.*
23 *Regis aſſertioni ſtari debet, dum aſſerit concedere in remunerationem ſeruitiorum, cùm in ſimilibus ſtetur aſſertioni decurionum.*
24 *Dominus ignorans vaſſallum feudum alienaſſe ſi dederit eidem licentiam alienandi, non ex hoc videtur confirmaſſe alienationem iam factam de præterito.*
25 *Dominus ignorans obligationem generaliter factam per feudatarium de ſuis bonis feudalibus, ſi dat licentiam creditori quòd poſſit ſuper bonis feudalibus conſequi debitum, certè per talem licentiam non videtur conſenſiſſe obligationi bonorum per prius factam, quam tunc ipſe dominus ignorabat.*

## CONSILIVM CLXIX.

REdemptoris gentium ſuffragio inuo-
cato, amen. In cauſa Illuſt. Ducum Sue-
xæ, cum nobili Mazeo magiſtri iudi-
cis, ſuper poſſeſſorio, & petitorio ter-
ræ Gioiæ, & feudi de bogicco pro-
uinciæ Calabriæ, omiſsis ſuperfluis, & quæ mem-
branas occupare poſſent, cùm res agatur in Cæ-
ſareo cōſiſtorio coram tot legum doct. ac patribus
conſcriptis: ideo breuitati ac veritati, vt cōſueui in
hærendo,

hærendo, dico, quòd nec in poſſeſſorio, nec in pe-
titorio prædictus magnificus Mazeus obtinere po
teſt ex infraſcriptis. Et primò quòd in poſſeſſorio
obtinere nõ poteſt, pręſuppono ſatis in facto lique
re quondam Illuſtriſ. magnum Capi. prædictorum
Illuſt. Ducum parentem minimè eundem Mazeum
ſpoliaſſe poſſeſsione terræ prædictæ Gioiæ, nec feu
di prædicti: ſed regia Cur. cathol. Regum: & terram
ipſam cum feudo alienauit Bernardo faraoni mer-
catori, in poſſe & dominio cuius Bernardi diu ten-
ta fuit, & vſque ad tempus quo prędictus quondam
Illuſt. dominus magnus Cap. glorioſæ memoriæ vir
tute donationis ſibi factæ per prædictos catho. Re-
ges, poſſeſsionem ipſius terræ, & feudi conſecutus
fuit: vnde reſultat quòd quando ſpoliatus poſſeſ-
ſione alicuius rei non agit contra ſuum ſpoliato-
1 rem, * ſed contra alium tertium qui non ſpoliauit,
licet etiam cauſam habuerit ab ipſo ſpoliante, eo
in caſu obſtabit ſibi exceptio dominij ipſius con-
uenti: vt eſt de mente Bald. in l. ij. C. de ſer. fugit. &
voluit Lap. in ſua alleg. cccij. & per prius voluit In-
nocen. in cap. ex parte abbatiſſæ. de priuile. Cano.
in capit. examinata. de iudic. & ideò ſuccedit quòd
cùm intentauerit ſpolium etiam vi factum, & inde
ſe reſtitui petierit, etiam quòd vitio ſpolij poſſeſ-
ſio ipſa ad prædictum Illuſt. dominum perueniſſet,
non poterit pars aduerſa reſtitutionem poſſeſsio-
nis prædictæ obtinere ex præmiſsis, dum apparet
2 quòd non ab ipſo Illuſtr. domino, * ſed ab alio ſpo-
liatus fuit: & ſic cùm deduxerit vnum, & aliud pro-
bauerit, non poterit obtinere, per l. qui habebat. ff.
de inſtito. & dicunt Bar. & doct. in l. j. ff. de eden. &
in l. certi cõdictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. & ideò
voluerunt domini de Rot. in deciſ. ccccxxxix. aliàs
in deciſ. xxj. titu. de reſtitut. ſpoliat. in nouis, incip.
3 Si * agenti poſſeſſorio. ꝙ ſi intentans interdictum
recuperandæ poſſeſsionis dicat ſe ab alio vi ſpolia-
tum, & conuentus doceat poſſeſsionem illam per
prius fuiſſe ab alio occupatam, obtinere non pote-
rit: & ideo cùm tempore quo Illuſtr. quondam ma-
gnus Capit. recolendæ memoriæ conſecutus fuit
poſſeſsionem prædictam eãdem non habuerit, nec
cœperit à poſſeſsione prædicti Mazei, quã tunc, &
per prius per multos & quamplures menſes perdi-
derat, ſeu amiſerat, nec poſſederat, ſed deſtitutus
fuerat poſſeſsione prædicta, non poterit in præſen-
tiarum allegare quòd fuerit ſpoliatus: & ſic nulla
videtur quòd cõpetat ſibi reſtitutio aduerſus præ-
dictos Illuſt. Duces ſucceſſores prædicti quondam
Illuſt. domini, per gloſ. in cap. cùm olim cauſam. de
reſtitu. ſpoliat. & in cap. conſultationibus. de offic.
delega. ita in propriis terminis reperio conſuluiſſe
Dec. in conſil. cxcj. Concurrente maximè, quia poſ
ſeſsio ipſa fuerat capta authoritate Regia à poſſe
prædicti Mazei: quod ita dicendum eſt, cùm capta
fuerit per eiuſdem Regis armorum Capitaneos, ac
ductores, vt dicit Ange. in l. fina. C. de impube, & al.
ſubſt. & ſic tanquam facta à magno Prætore, non
poteſt Mazeus ipſe dici ſpoliatus: nec competit ſi-
4 bi poſſeſſorium * recuperan. læ. l fin. contrario ſen-
5 ſu. & ibi Bald. in j. no. C. vnde vi, * maximè cùm ſpo-
liatus à iudice non petat reſtitutionem, ſicut ſpo-
liatus à priuato: vt dicit glo. in cap. præſentium. vij.
q. j. & no. Arch. in c. quorundã. lxxiiij. diſtin. & in c.
præſulatus. j. q. iiij. Abb. in c. dilectus. el j. de reſcri.
& in c. ſi conſtite rit. de accu. quia pro iudice præſu
mitur: vt in c. in præſentia de renun. Or quãto ma-
gis præſumendũ eſt in principe, pro quo lõgè ſatis
præſumendum eſt: vt not. Cy. in l. fi. C. ſi contra ius
vel vti. pub. Abb. in c. in cauſis. de re iudic. in ij. no.
vbi ſubdit hoc procedere etiam ſi agatur de præiu
dicio tertij: & tradit etiam idem Abb. in ca. niſi. j.
colum. de offi. deleg. & in cap. cùm inter. ij. colum.
extrà de excep. & in ſuo conſi. lxxxiiij. j. volu. circa
fi. Domi. in cap. grandi. de ſup. negli. præla. in vj. &
plenè Philip. Deci. in cõſi. cxxv. ij. col. & in prędict.
conſi. cxcj. vbi ſubdit pari ratione videri dicendũ,
6 vbi authoritate principis fuiſſet capta poſſeſsio: * &
ideo non ab re conſuluit Bald. in conſil. cccxlv. ij.
colum. in j. volum. incip. ad euidentiam præmitten
dum. quòd vbi ſpolium proceſsit authoritate ma-
gni prætoris: ideſt ipſius principis non competit
remedium recuperandæ: & idem tenet Ludo. in l. ſi
de vi. vlti. colum. ff. de iudic. & ibi plus ſubdit Bal.
7 * quòd princeps ex cauſa reuocat priuilegium, ma-
ximè dum cauſa exprimitur: idem refert & ſequi-
tur Afflict. in ſua deciſ. ccclxj. niſi ſua fortè fuiſſet
alia impreſsio. Vltimò non omitto quòd quando
conſtat de dominio conuenti poſſeſſorio, vt in ca-
ſu præſenti, in quo conſtat de titulo conceſsionis
prędictæ, obſtabit exceptio ipſi agẽti de notoria &
8 * manifeſta iuſtitia, & dominio ipſius Illuſt. Ducis,
per gloſ. in c. ad decimas. de reſtit. ſpol. in vj. in ver.
præſumuntur. glo. in c. fin. eod. titu. in antiquis. per
quas gl. ita conſuluit Pau. de Caſt. in conſi. xxxix. in
9 cauſa capturæ. in fin. verb. vbi dicit, * quòd licet
ſpoliatus ſit ante omnia reſtituendus, tamen ſi de
proprietate ſpoliantis manifeſtè conſtare poteſt,
deneganda erit reſtitutio: idem conſuluit Alexand.
conſi. lxxvij. in cauſa & lite. in verſ. comprobatur,
quia videmus. in ij. volu. & in l. naturaliter. §. nihil
commune. xj. colum. verſic. talis ergo exceptio. ff.
de acquiren. poſſeſ. Ex quibus concluditur prædi-
ctum Magnificum Mazeum in poſſeſſorio intenta-
to manifeſtè ſuccubuiſſe, & ſuccumbere. Quò verò
ad petitorium magis apertè audacter ſuccubuiſſe
tenendum eſt, præſupponendo principaliter quòd
Rex Hiſpaniarum ſit cæteris Regibus præferẽdus:
cùm quàm plura habeat ſub ſe Regna, & plures co
ronas, imò decem regnorum, ſi rectè numerentur:
& ſic ratione multiplicitatis coronarum debet cæ-
teris Regibus anteferri: ſicut in ſimili dicimus de
eo qui eſt Marchio & Comes: nam præferendus eſt
Marchioni ſimpliciter. cũ duo vincula magis ſtrin-
gant, & ſint fortiora: vt dixit Bal. in l. ſed & milites.
in princip. ff. de excuſat. tuto. prout etiam in ſimili
dicimus de Doctore in vtroque iure, qui præcedit
Doctorem in vno tantum: ſecundum Bal. ibidem:
& ſic cùm habeat tot & tanta Regna, videtur quòd
habeat totidem coronas: & ſic quòd maiorem glo-
10 riam habere debeat: * cùm corona ſeu diadema de
tur pro gloria: ita Luc. de pen. in l. temperent. C. de
veſti. olob. & aur. libro. xj. ita in particulari ex præ-
miſsis inquit do. Bartho. Caſſen Gallus, & fiſci pa-
tronus Eduen. præſidatus, in ſuo vberrimo tract.
gloriæ mundi. in v. parte. in xxvij. conſideratione.
vlti. col. & plenius ibidem in xxxvij. cõſideratione
circa princip. vbi ſubdit alia ratione Reges Hiſpa-
niæ



11 niæ cęteris regibus anteferri: * ex quo qui pluribus
præeſt, dicitur maior: vt ipſe aliàs dixerat in iiij.
parte. in lj. cõſidera. in verſi. viij. vbi alle. gl. in auth.
cõſtitutio. quæ de dignit. §. generaliter. quæ forma
liter dicit not. nobilitari patrem per filium, magi-
ſtrum per ſcholarẽ, & pręſidem per ſubiectos: & ha
betur Prouerbio. xiiij. in fin. in multitudine populi
dignitas Regis: & in paucitate plebis ignominia
12 principis: * Hoc nunc præſuppoſito tenendum &
præſupponendum eſt aliud, videlicet, Regem Hi-
ſpaniæ non recognoſcere ſuperiorem: & hoc indu
bitati iuris eſt: gl. eſt in c. Adrianus. lo ij. lxiij. diſt. &
in c. & ſi neceſſe. extrà de dona. inter vir. & vxo. Io.
And. in addi. Spec. in titu. de priuil. Panor. in c. no-
uit. vj. col. de iudi. Ioã. de tur. crema. in c. in apibus.
vij. q. j. Io. Lu. de palat. rube. in repe. c. per veſtras. j.
char. colũ. iiij. extrà de donat. inter vir. & vxo. præ
ſuppoſitis ergo pręmiſsis dico apparere ex tenore
priuilegij donationis factę de terra Gioię per quõ
dam catho. Reges eidem Illuſt. quondã magno Ca
pi. donationem ipſam fuiſſe factã propter magna,
ac præclariſsima geſta, ac benemerita ipſius Illuſt.
domini: & iuris diſpoſitione ſancitũ eſt, quòd Prin
ceps non recognoſcens ſuperiorem, cõceſsionem
13 etiã à ſemetipſo factã reuocare poteſt, * & ſic aufer
re, & alteri concedere bene merenti: dixit Barto. in
proœ. digeſtorum. iij. col. per l. ſi priuatus. ff. qui &
à quib. & l. venditor. §. ſi cõſtat. ff. commu. prædio.
imò in caſu præmiſſo nedũ ſupremus Princeps, ve-
14 rùm etiam * & ciuitas ſuperiorẽ non recognoſcẽs
hoc facere poteſt, vt dixit Bar. in l. quæcũque. in fi.
C. de iu. fiſ. lib. x. per l. certa forma. C. eo. tit. & in l.
item ſi verberatum. §. j. ff. de rei ven. & no. Bal. in l.
reſcripta. C. de precib. impe. off. & conſuluit plenè
Lud. Roma. in cõſi. cccj. in caſu propoſitæ cõſulta-
tionis. vbi per multa cõcludit, ꝙ ex cauſa remune-
rationis faciendæ alicui, qui ſit bene meritus de re
publica poſſet Princeps res priuatorum auferre, &
illi benemerenti cõcedere, per d. l. item ſi verbera
tum. & l. ij. & iij. C. pro quib. cauſ. ſerui. libert. pro
præmi. accepe. l. ſi quis ingraui. §. hi quoq;. ff. ad ſil-
lani. & ibi plura ſimilia proſequitur: vbi à commu
ni regula receditur ob remunerationem eius qui
reipublicæ bene inſeruit, & idem conſuluit Paul. de
Caſt. in conſi. cv. inci. donatio prædicta. in fin. & ita
per præallegata reperio in particulari conſuluiſſe
Deci. in cõſi. clxix. incip. conſultus ab Illuſtr. domi
no Marchione. iij. col. verſic. ſi autem ex tenore in
15 ueſtituræ. parum infrà vbi * magiſtraliter loquitur.
& pro prædictis facit quod voluit Andre. de Iſern.
in c. j. de mili. vaſſ. decre. ætat. vbi dixit Principem
poſſe conceſsionem factam, & ius quæſitũ per con
tractum eius ſubdito ad eius libitum reuocare, &
idem tenet Ang. in l. Lucius. per illũ tex. ff. de euict.
& plenè not. per Felyn. in c. quæ in eccleſiarum. de
conſtitutio. Item ex alio denegari non poteſt, quin
pars aduerſa in petitorio non ſuccumbat, ex quo
Reges catholici non tenebantur ad obſeruantiam
conceſsionis factæ parti aduerſæ, ex quo non erant
ſucceſſores. ſeu hæred. quondam Regis Federici in
præſenti Regno, ſed veniebãt ad ipſius Regni ſuc-
ceſsionem ex alio anteriori legitimo iure eiſdem
Regibus validiori & commodiori, vt notoriũ eſt,
16 & ſic ſi non vt hæredes aut ſucceſſores, * non tene-
bantur habere ratum factum prædeceſſoris, cùm
non reputauerint eundem Regem Federicum pro
vero & legitimo Rege, ſed hoſte, vt liquet ex teno
re priuilegij conceſsionis ciuitatis Lauelli factæ
magnifico quondam Ioanni de tufo in actis pro-
ducto, ita inquit Bal. in l. j. ff. de conſtitu. prin. dum
loquitur de Papa, & Imperatore, quòd non tenen-
tur ſeruare contractus ſuorum prædeceſſorum, per
text. in l. ſi quis domum. ff. loca. & licet fortè dici
poſſet quòd prædictt Reges tenerẽtur infeudatio-
nes factas per prædeceſſores ſeruare, cùm illæ ve-
niant ex conſuetudine Regni, vel Imperij, tamẽ ex
quo Reges prædicti non venerunt vt ſucceſſores
prædicti quondã Regis Federici, nec fatẽtur ipſum
fuiſſe legitimum Regem, imò eundem tanquã ipſo
rum catholi. Regum hoſtem, & de Regno per ſum
mum Pontificem priuatum reputauerũt eundem,
ſeu ipſum de regno eiiciendo, ergo eius geſta mini
mè rata habere, aut ſeruare tenentur, & ideo geſta
17 per prædictum Regem * nulliter concedenda ſunt
tanquam ab hoſte geſta, & à non habente poteſta-
tem infeudandi in præiudicium legitimi ſucceſſo-
ris in Regno, per no. per Fel. in c. j. extrà de proba.
Quod magimè procedit in caſu de quo quæritur,
cùm Reges ipſi cathol. in ſpecie infeudationem de
prædicta terra Gioiæ, & feudi declarauerint irritã,
& inanem pluribus ex cauſis quas exprimere non
curauerunt eandem caſſando, & annullãdo, vt ver-
ba priuilegij prædicti, & producti cantant. Quorũ
18 catho. * Regum aſſertioni exiſtentium monarcha
in regno, ſtandum eſt, vt conſuluit Bald. in conſil.
ccclxxviij. Rex Romanorum &c. pen. colum. in iij.
volu. & ſequitur Iacob. de ſancto Georg. in tracta.
feud. in verſic. & dicti vaſſalli. Item liquet ex priui-
legio donationis prædictæ ex dominica poteſtate
legibus non ſubmiſſã reuocatas fuiſſe omnes, &
quaſcunque conceſsiones factas per eoſdẽ catho.
Reges, ſeu eorum prædeceſſores ſub quacunque ſe
rie, & expreſsione verborum, eaſdem annullando
& irritando, & nihilominus tam de abſoluta pote-
ſtate, quàm ordinaria poteſt Princeps conceſsio-
19 nem etiam à ſemetipſo factam * reuocare, vt ſuprà
oſtenſum eſt, per no. in l. digna vox. C. de legi. & in
c. nouit. de iudi. & plenè Felyn. in c. j. de proba. imò
dominium de iure gentium acquiſitum poteſt au-
20 ferre vni, & alteri concedere, * vt vltra præallega-
ta tenet etiam pulchrè Ang. in l. bene à Zenone. C.
de quadri. præſcri. & in l. Lucius. de euict. & melius
in l. item ſi verberatum, §. j. de rei vend. & conſuluit
Cur. in conſi. lxv. & bene Iaſ. in l. fin. C. ſi contra ius
vel vti. publ. de plenitudine autem poteſtatis pari-
21 ter poterit * princeps auferre feudum datum vaſ-
ſallo ſine cauſa, & ipſum priuare, ita in particulari
tenet Iaco. Aluar. in titu. de his qui feu. da. poſſ. vbi
dicit, quòd de plenitudine poteſtatis poteſt aufer-
re feudum vaſſallo ſine cauſa, licet aliàs de iure non
poſſet, vt in c. j. de natu. feu. alleg. not. per Innocen.
in cap. ad apoſtolicam. de ſimon. & ſic ſi idem prin-
ceps concedens id facere poſſet, or quanto magis
alius qui in Regno ſucceſsit, & qui non tenetur ha-
bere ratum factũ prædeceſſoris. vt ſuprà. Item vl-
tra reuocationem cuiuſcunque conceſsionis factæ
de terra, & feudo prædictis alteri perſonæ in priui-
legio donationis factæ poſtcà Illuſt. quondam ma-

gno Capitaneo fœlicis recordationis, declaratur
dictam terram Gioiæ, & feudum fuiſſe ad eius cu-
22 riam legitimè deuolutas: * quæ particularis ſpecifi
ca derogatio longè potentior eſt in derogationem
iuris alterius: vt not. Bald. in authen. hoc inter libe
ros. col. j. in fin. verſi. de clauſula autem. C. de teſta.
Bald. in ca. naturales. col. j. ſi de feu. fu. contro. & in
conſi. ccxc. ius abbatialis. in j. vol. & præſertim cum
declaretur dictam reuocationem & annullationem
fuiſſe factam ex iuſtis & legitimis cauſis: quo caſu
credendum erat eiſdem catho. Regibus ita aſſeren
tibus, per tex. in clem. j. de probat. Nec de beneme
ritis prædicti quõdam Illuſtr. magni Capit. ob quæ
principes ipſi moti ſunt ad ita concedendum, du-
bitari poteſt: tum quia notoria ſunt, & etiã in actis
probata: tum etiã quia ſatis de eis conſtare dici po
teſt per aſſertioné ipſorum catho. Regũ in priuile-
gio prædicto. quorũ aſſertioni de iure ſtari debet,
23 * maximè cùm in ſimilibus credatur decurionibus
aſſerentibus ob benemerita donaſſe, ita dicit Bart.
in l. ambitioſa. xj. col. ff. de decre. ab ord. fac. & con
ſuluit Alex. in conſi. xxxiiij. conſultus. in iiij. vol. &
ſequitur Deci. in prædi. conſi. cxcj. in iij. col. Multò
ergo fortius dicendũ eſt in principe, vt ei creden-
dum ſit: ita Deci. vbi ſuprà & facit bene tex. in præ
alleg. cle. j. de proba. Et ſic concludendum eſt quòd
exceptio. l. omnes. & l. bene à Zenone. obſtat agẽti
tam in poſſeſſorio quàm in petitorio virtute priui-
legij prędicti, & quæ exceptio competit tam haben
tibus cauſam à fiſco, quàm donatariis, per tex. in d.
l. bene à Zenone. & omnia requiſita cõcurrũt, nam
fuit facta donatio per catholicos Reges non reco
gnoſcentes ſuperioré, vt pulchrè dixit Bald. in c. ad
apoſtolicæ. de re iudica. in vj. Præterea prædicti ca
tho. Reges tenuerũt, & poſſederũt, prout dicit Bal.
in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. item inueſtierunt
prædictum quondam Illuſtr. dominũ, concedendo
ei facultatem ingrediendi propria authoritate, vt
dicit Bal. in c. j. fin. vlt. colum. de no. for. fide. & ſic
cùm prædictus quondam Illuſtr. dominus, & eius
ſucceſſores tam diu tenuerunt, & poſſederunt per
annos vltra xxx. quis dubitat agenti huiuſmodi ex-
ceptionem obſtitiſſe, & obſtare. Vnde datis pro ve-
ris & legitimis Regibus huius regni Regibus cath.
glorioſæ memoriæ corruent cæteræ conceſsiones
factæ per quondã Regem Federicum eorũ hoſtem
& tanquam hoſtem eiectum ac priuatum de regno
per ſummum Pontificem, maximè nõ confirmatæ,
nec approbatæ per prædictos cath. Reges veros &
legitimos, & ſic reſultaret quid hæreticum nedum
dicere, verum nec cogitare retro geſta ipſius quon
dam Regis Federici priuati de regno, & hoſtis præ
dictorũ catho. Regum præferri geſtis, & conceſsio
nibus factis per prædic. cath. Reges, maximè in per
ſonam tam Illuſt. Ducis benemeren. Nec omitten-
dum cenſeo quòd de ſubreptione, & obreptione
fundatum audio per meos Magnificos collegas in
allegationibus porrectis, quòd in conceſsione ob
tenta ex aduerſo à prædicto Sereniſsimo Rege Fe-
derico fuerit Rex ipſe circunuentus, & ſucceſsiuè
quondam catho. Rex, dum Mazeus ipſe poſuerit ſe
fuiſſe hæredem inſtitutum à quondam Comite ter-
ræ Nouæ, & vxore ipſius Comitis fuiſſe relictam
vſufructuariam, Item aſſeruit ſe eſſe legitimum hæ-
redem ipſius quondam Comitis, quæ omnia mini-
mè vera fuerũt, nec ſunt, vt liquet ex ſcripturis per
eundemmet Mazeum productis. & ſic apparet hu-
iuſmodi conceſsionem in nihilũ ſibi opitulari tan-
quam non ſubſiſtentem, per id quod in ſimili tenet
Pau. de Caſt. in l. ſi quis filio exhæredato. §. irritum.
24 ff. de iniu. rup. & irri. teſt. * dum dicit, quòd ſi domi-
nus ignorans vaſſallum feudum alienaſſe, dederit
eidem licentiam alienandi, nõ ex hoc videtur con-
firmaſſe alienationem iam factam. & idem conſu-
lendo ſequitur Alex. in conſi. cxlvj. in v. vol. & idem
Alex. in conſi. ij. in iiij. volu. vbi loquitur de domi-
25 no ignorante * obligationem generalem factam
ſuorum bonorum per feudatarium, qui dat licen-
tiam creditori quòd ſuper bonis feudalibus poſsit
conſequi debitum, quòd per hanc licentiam non
videtur conſenſiſſe obligationi bonorum, quæ tunc
ignorabat. In reliquis ſuppleat facundiſsima do-
ctri. Cæſarei cõſiſtorij, in quo cauſa ventilatur, cui
me ſubmitto ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia cum principali prodeſt etiam fide-iuſſori.*
2 *Deffenſio competens principali competit etiam fide-iuſſori.*
3 *Exceptio poteſt opponi contra ſententiam, non autem contra inſtrumentum quod habet executionem paratam.*
4 *Fideiuſſori competit beneficium excuſſionis non obſtante iuramento interpoſito.*

CONSILIVM CLXX.

PRidie à magno viro V.I.D. interroga-
tus, an pendente lite cum principali, te-
nuerit accuſatio pœnæ contra fideiuſ-
ſorem obligatum cũ eo, reſpondi quòd
1 non, * ex quo pendentia litis cũ principali prodeſt
fideiuſſori, ita no. voluit Bald. in addit. Spec. in ti. de
2 appel. iij. char. verſi. quid ſi promiſi. * Et facit, quia
defenſio competens principali competit etiam &
fideiuſſori. l. tam mandatori. C. mand. & eſt clarum
in caſu de quo quæritur, quòd dicitur lis pendere
per ſolam citationẽ, vt in clem. fin. vt lit. pend. Cum
ſuſcitata nihil obſtat, quia aliud eſt in ſententia, &
aliud in obligatione, in qua ſumus, quæ habet exe-
3 cutionem paratam, * nam & contra inſtrumentum
quod ex forma ſtatuti habet executionem paratam
nõ poteſt opponi exceptio, ſecus contra ſententiã,
vt voluit no. Bal. in l. peremptorias. in iij. col. verſi.
quæro, pone ſtatuto &c. C. ſen. reſcin. non poſ. con-
currente maximè quia prædicto fideiuſſori compe
4 tit & * beneficium excuſsionis etiam non obſtante
iuramento, vt voluit Alexã. in l. fi. ff. ſi cer. pet. & ita
de iure reſpondeo ego Thomas Grammaticus.

SVMMARIVM.

1 *Viſitator dum viſitat, debet exquirere quæ ſunt* IESV CHRISTI, *& non ſua, & intendere prædicationi, exhortationi, correptioni, & reformationi, non autem procurationibus, aut lucro, ſed ſaluti animarum.*



2 *Prælatus de omnibus ſibi commiſſis rationem reddere tenetur, ſi non corriget, monet, & reformet. & nu. 4.*
3 *Hodie tamen miſeri prælati ad ditandum conſanguineos intendentes, hunc fructum negligunt, non dirigentes oculos ad conſcientiam, ſed ad burſas ſubditorum.*
5 *Procuratio nullatenus peti poteſt in pecunia præſtari ſed in victualibus, & pariter nec in alijs muneribus, quæ etiam à volentibus recipere non poteſt. & nu. 6.*
7 *Conſuetudo in contrarium quòd poſſint recipere pecunias pro procuratione, non teneret.*
8 *Succeſſor in beneficio non ligatur ex eo quòd eius prædeceſſor ita fecerat.*
9 *Eccleſiæ pauperes non tenentur recipere viſitationem, nec tenentur ad aliquam procurationem ex eo, & maximè dum conſtat. & nume. 13. Ex quo paupertas ipſam excuſat. & nu. 11.*
10 *Prælatus tenetur proprijs ſumptibus pauperes eccleſias viſitare.*
12 *Eccleſia ſi ſit pauper, dum dubitatur, poteſt prælatus exigere iuramentum à rectore eius, vt veritatem dicat, Et ſtatur eius dicto iurato.*
13 *Eccleſia propter ſterilitatem poteſt denegare procurationem. & nu. 14.*
15 *Viſitator dum tranſgreditur præmiſſa, tenetur reſtituere quod accepit, & etiam erogare tantundem de proprio.*
16 *Viſitator non poteſt procurationem in pecunia accipere pro viſitatione etiam ratione cuiuſuis, ſed in victualibus duntaxat.*
17 *Viſitator ſi ſit Patriarcha, vel Archiepiſcopus, & cœperit procurationem in pecunia, ſi diſtulerit infra menſem reſtituere, ab ingreſſu eccleſiæ arceri debet, & ſibi penitus interdici, inferiores autem prælati ab officio & beneficio ſuſpenduntur quouſque de duplo ſatisfecerint.*
*Item tales viſitatores non reſtituentes, vt ſuprà, fiunt irregulares, & ſi interim moriuntur, non facta reſtitutione prædicta, extent excluſi à cœmiterio eccleſiæ, & ibi ſepeleri non poſſunt.*
18 *Inferiores autem Archiepiſcopis, & Patriarchis fierent adeo irregulares, vt ab alio, quàm à Papa abſolui non poſſent.*

CONSILIVM CLXXI.

REdemptoris gentium ſuffragio repe-
tito, amen. Quoniam aliqui curioſi
volentes plus ſapere quàm oporteat,
contra doctrinam Apoſtoli dimiſſa
ſacrorum canonum diſpoſitione, ex-
preſsé que contraueniendo omnia eiſdem licere re
cenſentes: & quorſum tendunt minimè præuideri
arbitrantes circa ea quæ incumbunt deſidioſi. Quo
nam iure viſitator in prouincia petat ab eccle-
ſia: & archipresbytero Sancti Petri ſita intus ter-
ram S. Georgij de molaria ducatos v. pro procura
tione viſitationis, prætextu quòd ſibi pro viſitatio-
ne debeantur: prout quondam prædeceſſor archi-
presbyter percepiſſe aſſerit comminãdo aduerſus
archipresbyterum de excommunicatione. & cõtra
eccleſiam de interdicto. Secundò cùm fructus &
reditus dictæ eccleſiæ ſint paucisſimi, & modici,
adeo vt paucisſimè ad alimenta ſacerdotum, & cle-
ricorum diuino cultui in eccleſia prædicta deſer-
uientium ſufficiant, in tantum vt deductis iuribus
Metropolitano, vt prætenditur, debitis, necnon &
expẽſis neceſſariis nihil aut parum ſuperſit pro ali-
mẽtis ipſius archipresbyteri: adeo quòd ex eis per
menſem alimẽtari minimè poſſet, vt notorium eſt,
& verificari offertur: an ex hoc de iure cogi poteſt
ad aliquam viſitationem, ſeu procurationem pro
ea. Tertiò & vltimò ad quid teneatur viſitator ſi
præter & contra formam ſacrorum canonum pro-
curationé prædictam, & in pecunia exegerit. Qui-
bus in themate præmiſsis veritati inhærẽdo, vt con
ſueui, ac breuitati ex infrà ſcriptis quid ſentiã, ap-
parebit. Et certè inuenire conſultores propter bo-
num ſalarium qui contra prædicta iura notoria, &
peiora conſulant, nemini dubitãdum: cum deuian-
tibus à iuris, & iuſtitiæ tramite non ſemper in hoc
ſeculo pœna inferatur. * Ideo præſumẽdum eſt per 1
Reuerendũ viſitatorem eſſe exquirenda que IESV
Chriſti ſint, & non ſua: vt dicit text. in c. cùm apo-
ſtolus. de cenſi. & in c. procurationes. eo. titu. & ita
viſitator in ſua viſitatione ſeruare debet, & inten-
dere prędicationi, exhortationi, correptioni, & re-
formationi vacando, vt fructum referat, qui non
perit, non autem procurationibus, aut lucro, ſeu
ad propriam vtilitatem, vt ſibi theſaurizet: ſed ſa-
luti animarum: & morum profictui, cultuique di-
2 uino, * ampliando ſtatum eccleſiarum in melius
reformando intentare debet: vt in ca. j. de cenſi. in
vj. & in c. procurationes. extrà de cenſi. & facit l. j.
§. quies. ff. de offic. præfe. vigi. & ideo dixit pulchrè
Pet. de Ancha. in d. c. procurationes. quòd viſitato-
res debet incumbere prædicationi & exhortatio-
ni, & fructum qui non perit id eſt animas ſaluas fa
cere, & curare vt ſubditi ſint Deo grati: & congre-
gent theſauros in cœlo, vbi nec erugo, nec tinea
demolitur, nec fures effodiũt, aut furantur. Matth.
vj. & Lucæ xij. * Hodie tamen miſeri prælati ad di- 3
tandum conſanguineos intendentes hunc fructum
negligunt, non dirigentes oculos ad conſcientiam:
ſed ad burſas ſubditorũ: non aduertentes cũ quan-
ta ſanguinis aſperſione, alias ſparſione ſancti patres
eccleſias erexerant: vt Liber eccleſiaſt. hiſtoriæ de-
monſtrat: ita formaliter Anch. vbi ſuprà reminiſci
quidem debet prælatus ipſe quòd de omnibus ſibi
4 commiſsis rationẽ reddere * tenetur, ſi non corri-
git, monet, & reformet: vt in c. irrefragabili. de offi.
ord. c. j. §. ad hæc. de offi. archi. recordetur obſecro
Reuerendus viſitator, ſi hæc in ſuis aſsiduis viſita-
5 tionibus. obſeruauit. * Et circa primum dico nul-
latenus procurationem peti poſſe in pecunia præ-
ſtari, ſed in victualibus, obſtante. c. ij. de cenſi. in vj.
& pariter nec in aliis muneribus quæ etiã à volen-
tibus viſitator recipere nõ poteſt: vt in c. cùm apo-
ſtolus. de cenſi: & in c. relatum. x. q. iij. & in ca. cùm
nuper. de cẽſi. & ſubdit tex. in c. j. §. procurationes.
de cenſi. in vj. formaliter, nullam tamen pecuniam
ipſe viſitator vel aliquis de ſua familia, ſed in vi-
ctualibus expenſas tantum recipiat moderatas: &
ibi ſubdit Io. mon. ſe non videre quonã modo viſi-
tatores poſsint vti eſculentis, & poculẽtis: cùm in

victualibus procurationes recipiant &c. & ideo
6 viſitatores pecunias recipere non debent: *quia ſi
cut verè philoſophantes illas deſpiciũt. l. in hono-
ribus.ff.de vacat.mune.& in c.glorioſa.§.ſocrates
xij.q.j.alias & verius.capi.crates fortius viſitantes.
Item quia vt dicit Hoſtien.Si ciuilis ſapientia pre-
cio nummario inhoneſtari non debet.l.j.§.eſt qui
dem.ff.de var.& extraordi. cog.multo fortius ca-
nonica vituperanda quæ non acerbè clericorum
auaritiam reprehendit.c.ex parte.de cenſib.& c.ea
quæ.de deci.c.j.&c.irrefragabili.de offic.ord.in fi.
ita Ioan.mon.& Card.in d.c.j.de cenſi.in vj.& ibi-
7 dem Io.An.*Nec cõſuetudo in contrarium exiſtẽs
viſitantes defenderet:ex quo per ſedẽ apoſtolicam
reprobata eſt.c.ſi quis neſciat.xj.diſt.c.j. & ibi Do
mi.ita ad literam etiam firmat excellens do. Mari.
Sozi.in ſuo tract.de viſita.viij.char.verſi.vj.quæro,
in quibus rebus ſolui debeat.Nec ſufficeret dicere
quòd à prædeceſſore ipſius archipresbyteri fuerit
recepta ipſa procuratio in pecunia, & ſignanter in
ducatis quinque: vt fortè ſic conuentum cum eo
8 prætendantur,tum ex præmiſsis,*tum etiam quia
ex hoc ſucceſſor ipſe Modernus archipresbyter nõ
ligatur ex eo quod defunctus prædeceſſor fecerit:
vt dixit Ioã.And.in c.fœlicis.de cenſi.in vj.tũ ma-
ximè quia poſſet bene dici conuentum inter ipſum
prædeceſſorem & viſitatorem tunc temporis, vt
accepta ab ipſo archipresbytero pecunia potuiſſet
alienare:prout alienaſſe reperitur multa immobi-
lia dictæ eccleſiæ,ac etiam iura,vt notoriũ eſt, quo
rum bonorum & iurium alienationẽ ſucceſſor ipſe
pro reuocatis habuit: & intendit Deo duce recu-
perare:& ita proceſsit illius temporis viſitatio: ab
ſit igitur vt ita de præſenti procedat. Circa ſecun-
dum liquet, & pluſquam notoriè verificari offer-
tur, licet notorium ſit, eccleſiam ipſam ſancti Pe-
tri,à qua petitur procuratio prædicta, fuiſſe & eſſe
pauperem:imo pauperrimam, cùm eius introitus
minimè ſufficiant ad alimenta ſacerdotum, & cle-
ricorum in ipſa cultui diuino ſeruiẽtium: nec ipſi
archipresbytero:cum ipſe non percipiat tantum ex
eis quod ſibi in alimoniam vnius menſis ſufficeret
deductis iuribus Metropolitano debitis,vt præten
ditur:& in iure expeditum cõperimus, quòd opu-
lentæ eccleſiæ duntaxat debent viſitari, non autem
9 aliæ pauperes. * cùm illæ regulariter non ſint viſi-
tandæ,niſi duntaxat cùm viſitator audit aliquod ſi-
niſtrum & graue: quia nec poſſunt recipere archi-
epiſcopum,vel epiſcopum viſitantes.per text.in c.
cùm apoſtolus.de cenſi.ita dicit Hoſtien.in c.cùm
nuper.de cenſi.docto.dicere,quos ipſe ſequitur.&
quòd paupertas eccleſiæ ipſam excuſet à procura-
tione,tenet Petr.de Anch.in d.c.procurationes. ij.
10 colum.extrà de cenſi.*& ideo ſubdit, quòd eo caſu
prælatus ſuis propriis ſumptibus viſitabit: & idem
notauit per prius gloſ.in d.c. procurationes, Ioan.
And.& doct.in d.c.conquerente. extrà de offic. or
din.& in c.cum inſtantia.eo.titu.Cardi. Zaba. in c.
cùm nuper.in fi.& in c.procurationes.in fi.eo.titu.
Stepha.in clemen.j.de cenſi. idem tenet Mari. in c.
venerabilis.de cenſi.Lap.Ab.& Domini.in.c. fi. de
cenſi.in vj. ſuis ergo propriis ſtipendiis debet præ
latus viſitare eo caſu:vt dicit gl.in d.c. venerabilis.
quia ad hoc ſunt reditus epiſcopales deputati.cap.
11 cùm ab omni.de vi.& ho. cle. * Et quòd eccleſia ad
nihil contribuere teneatur, dum eſt pauper, tenet
etiam Archid.in c.j.de cenſi. in vj. quia ſemper de-
bet haberi ratio ne miniſtri eccleſiæ egeant, & ne
fraudentur alimentis.l.in condemnatione.ff.de re-
gu.iur.l.qui bonis.ff.de ceſsio.bono.maximè dum
euidenter conſtat eccleſiam impotẽtem,prout ve
rificari offertur,licet notorium ſit:ita Hoſti.in d.c.
12 procurationes.argu.c.odoardus.de ſolu.*& ſi du-
bitari cõtigerit de paupertate, poſſet prælatus exi
gere iuramentum à rectore eius, vt veritatem di-
cat,& ſtabitur eius dicto iurato:argu.c. fina. de iu-
reiur.& idem ſequitur Pet.de Anch.in d.c. Et ideo
dixit Cardi.prædic.& Pau.de Leaza.in cle.j.de cẽſi.
13 * quòd paupertas tribuit legitimam cauſam dene-
gandi procurationem,per tex.in c.cauendum.x.q.
iij.&c.cum apoſtolus. & c. cum inſtantia. de cenſi.
ex quo impotentiam viſitati ſupplere debet viſitãs
14 ſuis propriis ſumptibus:vt ſuprà*maximè præſen-
ti anno ob ſterilitatem, cùm reditus dictæ eccleſiæ
conſiſtant in decimas frumentorum: habet igitur
archipresbyter ipſe, & etiam eccleſia prædicta le-
gitimam cauſam,imò potiſsimam denegandi pro-
curationem,per tex.in d.c.cauẽdum: vt dicit Lau-
ren.in c.relatum.x.q.j.& ibi Archi.in gl.fi.& Hẽri.
Boych.in c.cùm apoſtolus.de cenſi. Circa tertium
& vltimum, videlicet, ad quid teneatur viſitator
dum tranſgreditur has canonicas ſanctiones? Re-
ſpõdeo quòd id quod acceperit reſtituet eccleſiæ,
15 ſeu eius rectori,quam taliter grauauit, *& tantun
dem eidem rectori impẽdet de ſuo,tex.eſt in c.pro
curationes.in fi.de cẽſi.maximè ſi ſolum in victua-
16 libus procurationem non recipiat, ſed * in pecu-
nia:idem firmauit Inn.papa in c.j.de cenſi. in vj. in
§.procurationes.vbi text.dicit, procurationes au
tem recipiat ſecũdum quod eſt in canonibus con-
ſtitutum: nullam tamen pecuniam occaſione ali-
cuius conſuetudinis, ſeu quolibet alio modo, ſed
in victualibus expenſas recipiat moderatas. idem
corroborauit,& auxit in pœnam viſitantium,& re
cipientium pecunias pro procuratione Grego. de
cimus.in cap.ij.de cenſib.in vj. vbi apertè determi
nat,vt ſi viſitãtes ſint Patriarchæ,vel Epiſcopi, du-
17 plum eius,*quod reciperint, infra menſem perſol-
uere ipſi eccleſiæ teneantur,adeo vt differentes ſol
uere vltra tempus prædictum ab ingreſſu eccleſiæ
arceantur:& quòd ipſis ſit penitus interdictum,in
feriores autem prælati ab officio & beneficio no-
uerint ſe ſuſpenſos,quouſque de duplo huiuſmodi
grauatis eccleſiis plenariam ſatisfactionem impen
dant,nulla in hoc eis dantium remiſsione, liberta-
8 te,ſeu gratia valitura,ita dicit tex.in d.c.ij.* intan-
tum quòd ſi celebrarent in eorum eccleſia Archi-
epiſcopi,ſeu Epiſcopi, & Patriarchæ prædicti non
obſeruata forma d.c.ij.de cenſi.fierent irregulares
per c.is cui.de ſent.excom.in vj.& ſi interim more
rentur, eſſent excluſi à cœmiterio eccleſiæ in tan-
tum quòd ibidem ſepeliri non poſſent, ſecundum
glo.in d.c.ij. de cenſi.ſuper verbo,interdictum. alij
autem inferiores archiepiſcopis & patriarchis fie-
rent irregulares, nec poſſent ab alio quàm à papa
abſolui.capitu.j.de regularib.in vj.& in capitu.j.de
ſenten.excommu.in vj.& tenet gloſ.in d.c.ij.ſuper
verbo,ſuſpenſos.&c.





Et ita prout ſuprà concluſum eſt,de iuris cẽſura tenendum arbitror pro prædicto archipresbytero filio meo, omni animi paſsione, ſeu affectione remota, nec aliter de iure dici poſſe: ego Thomas Grammat.de Neap.V.I.D. in quorum fidem propria manu ſubſcripſi: & ſigillo quo in ſimilibus vtor conſueto ſignaui: habito quoque prius colloquio cum multis magni. Iuris prudentibus, ne filialis amor me impediret.

Quia veritatem deduxit prædictus Excellens Doctor, ideo viſo ſuprà dicto conſilio in eandem opi.vt iuri conſonam, concurro, ego Ioan.angelus Piſanellus de Neapo.V.I.D.

In q.propoſita viſis his quæ per eximium dominum conſulentem vti patrem mihi obſeruandiſsimum ſubtiliter ſcripta, & alleg.ſunt, ipſius amplector ſententiam veluti iuribus, & optimis conſonam rationibus, ſuper qua Sandeus Ferrarien.famigeratiſsimus orbe diſputando articulum in c. cùm ex officij.de pręſcrip.contra Abb.Panor.tantæ diſciplinæ virum inuehit ex viſceribus cordis quòd pro archiepiſcopo Florẽtino centenaria præſcriptione pecuniam pro viſitatione capi poſſe, non niſi prece corruptus, vel precio conſultus reſponderit.

Marinus Freza legum doctor,& miles.

Cùm additione plenitudo non egeat, idem in proprofita q.ſentio quòd prudẽtiſsimus conſultor adduxit: procuratio nanque viſitanti in vim alimentorum debetur: ita vt nec merces equi à viſitante conducti exolui debet ab eccleſia viſitata: vt notant ſcribentes relati per Philip. Fran. in alleg. c.j.§.procurationes: de cenſi.in vj.

Ioan. Baptiſta Manſius de Neap.V.I.D.

In eandem concurrens ſententiam eximij conſulentis patris, & domini mei colendiſsimi, dico non refragari.cap.fœlicis.de cenſi.in vj.quod permittit prælatum recipere procurationem in pecunia:nam per illud moderatur præcedens ca.ſolum. eo caſu quo recepit pecuniam à volentibus pro ſumptibus moderatè faciendis: ita quòd pecunia ſuccedat loco victualium: ita formaliter ad dictum Abb.in ſuo conſi.vij.in ij.vol.vbi latè, & in tantum ponderat illud verbum à volentibus, quòd etiam ſi clerici paciſcantur de ſoluẽda procuratione in pecunia, eorum ſucceſſores eodẽ modo procurationem ipſam ſoluere non compelluntur:ita dicit Gemin.in prædic.c.fœlicis. verſic. quæro an ſi clerici. per illum tex.ponderando verbum illud, à volentibus, quod vltimum ſatis eſt ad caſum præſentis conſultationis: maximè non apparente de ſolutione ducatorum quinque per tantum tempus in cuius initij memoria hominum non extat in contrarium:in quibus terminis conſuluit Abb.in d.conſil. licet non bene, ſecundum Sande. in c.cùm ex officij.de præſcript.

Hieronymus Bimontius de Neapo.V.I.D.

Viſo ſuprà ſcripto non minus peritiſsimo,quàm elegantiſsimo conſilio Magnifici, & eximij conſulentis rectéque perpenſis omnibus,quia veriſsima eſt concluſio per dictum eximium conſulentem firmata,in eandem ſententiam concurro

Ego Franciſcus Antonius Vilanus de Neap. & in fidem propria manu me ſubſcripſi: & meo ſolito ſigillo ſignaui.

*Conſiliorum ciuilium Thomæ Grammatici* V. I. D.

FINIS.

# INDEX EORVM QVAE IN HOC VOLVMINE CONSILIORVM THOMAE GRAMMATICI CONTINENTVR.

*Prior numerus paginam, alter verò marginalem numerum indicat.*


ABſolutio à iuramento contractus, in quo fuit iuratum non petere abſolutionem à iuramento, attamen peti poteſt non obſtante iuramento: & debet primò peti ab ipſo ſecundo iuramento ad effectum agendi, vt demum peti poſsit à primo iuramento ſimilis abſolutio ad reſcindendum contractum 311 nu.1
accedens ad hoſtes, non vt eis auxilium impendat, ſed vt ſibimet proſit, & ne offendatur, dicitur dolo carere, & non eſt in pœna 73 nu.29
accuſatio ſeu querela perit, ſeu extinguitur per lapſum viginti annorum 60 nu.8
accuſatio eſt remedium ordinarium, ideo officium iudicis inquirentis ceſſat ſuperueniente accuſatore, cum illud ſit extraordinarium, tamen quandò coram iudice inquirente eſſet liquidatum delictum tempore quo accuſator ſuperuenit, vel eſſent indicia ſufficientia ad torturam eo caſu etiam quòd ſuperuenerit accuſator, non debet iudex deſiſtere à ſua inquiſitione 544 nu.1
accuſatione pendente contra officialem de delicto commiſſo in officio, debet ei adminiſtratio interdici, & interim alius in eius locum ſubrogari 18 nu.2
accuſator ſi non requiſiuit iudicem cum inſtantia, vt cauſam expediret, non auditur amplius: ſi autem requiſiuit, & probationes fecit, & tunc non ipſe, ſed iudex punitur 258 nu.14
accuſator licet ſit Neapolitanus: & cauſa ſit cœpta in curia baroniæ iudicis originis per inquiſitionem, qui poterat alias eſſe iudex competens, cum caſus ipſe ſit omiſſus per capitulum Neapolitanum conceſſum ſuccedat diſpoſitio iuris communis dictantis iudicem præuenientem non impediendum in ſua iuriſdictione 544 nume.3
accuſator & teſtis quis eſſe non poteſt 116 nu.2
accuſator dum patitur labi inſtantiam, & ſic hoc modo tacitè deſiſtit, non poteſt de nouo accuſare 258 nume.5
accuſatoris negligentia data non ceſſat officium iudicis inquirentis 544 nu.2
accuſatores naturæ ſeu eorum quæ à natura proueniunt, eſſe non debemus 302 nu.1
accuſatus ſeu inquiſitus de crimine, dum conſtat contra ipſum per vnum teſtem de viſu, vel aliàs de fama publica, detinetur 154 nu.5
ad acquirēdum quaſi poſſeſsionem requiritur conſenſus eius de cuius præiudicio agitur, nec etiā acquireretur per patientiam violentam, quæ non habet conſenſum 415 nu.21
actor habens duas vias, vnam ordinariam, & aliam extraordinariam executiuam, intentando ordinariam cenſetur renunciare extraordinariæ 431 nu.19 438 nu.28
actor habens plura remedia executiua contra conuentum, vno ipſorum intentato ſibi quò ad cætera non præiudicat. Nec pendentia litis ſuper vno videtur poſſe alij præiudicare 436 nu.4.5
actor dum differt probare, præſumitur in eo calumnia 433 nu.2
acta non probantur per teſtes, ſed per proceſſum, & ſcripturas 424 nu.28
actus ſi requiritur fieri certo die, certè ſi fiet ante & immaturè non tenet, nec operatur poſtea effectum 540 nu.24
actus vbi poteſt interpretari ad bonum & ad malum, in dubio debet intelligi ad bonum. quod intellige quando actus ille non ſonat in delictum 213 nu. 10. 215 nume.31
actus factus alia hora quàm illa quæ fuit præfixa & aſſignata in citatione, eſt nullus 410 nu.13
actus ex delicto cònſumato grauius puniuntur quàm ex inchoato 233 nu.9
actus grauius puniuntur ex delicto conſummato, quàm inchoato 208 nu.16
actus approbationis ſententiæ facit vt quis videatur eidem acquieſcere, & confiteri, quod intellige circa caput à quo eſt appellatum: ſecus in aliis capitibus ipſius 552 nu.3
actus principalis ſi non valet, minimè valebit acceſſorium 413 nu.8
actus principalis ſi non valebit, nec confeſsio valebit ab ea procedens 415 nu.9
actus iudiciales nulli, nullum producunt effectum 171 nume.9
actus quod vnicus ſit factus, vbi non conſtat, ſaluantur probationes, quia quando apparet factus ſub duplici forma, præſumitur iteratus 376 nu.7
actum bis faciens non videtur contra illum poſſe opponere 445 nu.5
actorum notarius vnius tribunalis non poteſt conficere acta in alio tribunali 380 nu.6
actuum multiplicatio facit vt concordia non procedat, quando actus eſt inſtantaneus, & non reiterabilis 384 nu.40
adſocians aliquem poſt delictum commiſſum, facit, vt magna præſumptio oriatur contra eum occulti auxilij, imò & conſilij, per quam præſumptionem coguntur inquiſiti probare contrarium 75 numero 5.
adulterium maius peccatum eſt, quàm ſtuprum 228 nume.16
ædificatum in re mea ab alio poſſeſſa non licebit mihi propria, authoritate dirimere 512 nu.7
ædificatum ab alio ſuper re mea per me poſſeſſa poſſum propria authoritate demoliri, niſi ſit communis 511 nu.3.512.nu.4
ædificium factum poſt mandatum prohibitiuum dirimendum eſt per viam attentati 401 nu.4
æquitas & non rigor eſt ſeruandus in negotiis mercantilibus 303 nu.9
æquitas vbi locum habere poteſt, errant homines diſcedentes ab æquitate, ſequēdo ſubtilitates, & ideò præcauendum eſt, ne aduocati, ſeu iudices, cùm ſequi poſsint æquiorem ſententiam, rigoroſam amplectentur, quia pernitioſè agunt 277 nu.10.11
ætas plenè probatur per vicinos, & conterraneos 300 nume.1
ætas etiam probari poteſt per aſpectum, & ſic oculari inſpectione 300 nu.2
ætas tanti temporis, non dicitur probata per teſtes, vbi reſiſtit probatio ocularis in cōtrarium: vt quia ex aſpectu adparet contrarium eius, quod probatur 11 nume.9
ætas quando in caſu dubio non poteſt colligi ſi ſit maior vel minor, tunc oportet teſtibus probari 11 numero 10
affectus ita punitur in veneno non ſequuto effectu, ſicut in homicidio 89 nu.1
affectus punitur in atrocioribus, licet non ſequatur effectus, id intelligendum eſt, vt puniri debeat eadem lege: ſed non eadem pœna ſed mitius 208 numero 11
Etiam in atrocioribus is qui deuenit etiam ad actum proximum effectui, non punitur eadem pœna, licet puniatur eadem lege, qua punitur qui conſummauit delictum 208 nu.12
affectus quando punitur non ſecuto effectu, debet puniri pœna extraordinaria 208 nu.15
affectus quòd non puniatur, niſi ſequuto effectu, non habet locum in delictis enormibus 210 nu.8
affectio maior habetur ad agnatos quàm ad extraneos 322 nume.7
agere volens ex teſtamento, cogitur totum teſtamentum appprobare, & in nihilum ab eo deuiare 519 numero 2
agere dum quis poteſt ciuiliter & criminaliter ſuper eodem facto, & quis proſequitur rem familiarem, non autem principaliter ad vindictam, tunc intentata via ciuili, poteſt etiam agi via criminali: quia vna per aliam non tollitur 536 numero 9
agens vt filia ſeu filius, debet ante omnia probare ſe talem qualem dicit 513 nume.1.2. Et idem erit tam ſi agat, quàm ſi conueniatur: & ſi probaretur per confeſsionem patris dicentem illum eſſe filium, non ſufficeret. ibid.
agens ex mandato oportet probare præceſsiſſe mandatum antequam mandatarius expediuerit actum 491 numero 7
agens ex teſtamento non debet vltra mentem teſtatoris petere 511 nu.17
agens ex vna cauſa, & probans de alia, non poteſt in illo iudicio obtinere 54 nu.16
aggreſſus ab aliquo cum armis, ſi eundē aggreſſorem offendit, dicetur ad ſui defenſionem feciſſe 140 numero 8
aggreſſus ſi inſequitur aggreſſorem ex interuallo, & ipſum ob calorem iracundiæ occiderit, mitius punitur 232 nu.14
aggreſſus ſi veriſimiliter ſe tueri non poteſt abſque periculo iniuriæ perſonalis, licet ſe cum armis tueri & occurrere, non aliter conſiderato moderamine inculpatæ tutelæ 64 nu.5
aggreſſor in dubio præſumitur, qui eſt iunior 65 numero 18
agnati proximiores in gradu ſuccedunt charioribus deficientibus 332 nu.4
alguzerij cùm ſint beruarij & viles perſonæ, non probant 234 nu.1
alguzerij probant vbi examinantur à iudice ad inquiſitionem & famam ad ſuas aures reuerberantem: ita quòd quodammodo ſub diſsimulatione pertranſiri non poteſt: ſecus autem vbi procedit ſuper denunciatione 234 nu.3
allegans teſtes contra ipſum productos, eſſe ſibi inimicos capitales offerendo verificare in promptu, eſt audiendus, & ſuperſedendum in tortura 198 numero 29
alienatio rei feudalis licet fieri non poteſt abſque aſſenſu domini nec directè, nec indirectè: tamen quando fieret in augmentum feudi, valeret abſque aſſenſu 288 nu.6.7
alienatiò tenet abſque aſſenſu domini, quando non præiudicaret reipublicæ nec ipſi domino 289 numero 8
alienatio feudi ſi fieret in augmentum ſeruitij, vt quia fieret in perſonam eius qui melius ſeruiret, valet, & tenet ſine aſſenſu domini 289 nu.9
alienatio feudi ſi fieret in perſonam illius qui melius ſeruiret, licet ſine conſenſu domini teneret 530 numero 5
alienatiò rei eccleſię ad hoc vt teneat, requiritur quòd eccleſia vtiliter contraxerit 316 nu.1
alienationes feudi tenent abſque aſſenſu, quando non præiudicant reipublicæ nec ipſi domino 510 numero 4
alimenta quæ debentur alicui, illa debentur, in domo alimentarij, niſi ſit ſiniſtra ſuſpicio contra alimentarium, quia tunc debent præſtari in domo alimentandi 523 nu.12
alimenta quæ debentur in domo alicuius, debentur etiam extra domum, & hoc quatenus expenderet in ſua domo pro illis 326 nu.3
alimenta relicta præſtari debent in domo relinquentis, quia ibi facilius præſtantur 521 nu.13
alimenta quoties debentur ex cauſa rei poſſeſſæ ab alio ſtatim quòd illa res offertur, ceſſat omnis obligatio illorum alimentorum 521 nu.14
alimenta præſtita per matrem filiæ præſumuntur donata, nec habet locum repetitio 524 nu.16
alimenta petuntur abſque libello, & ſolennitate:

& etiam coram iudice eccleſiaſtico peti poſſunt 327 nume.9

alimenta relicta per teſtatorem vxori, vt in domo habitaret, & illa non poteſt in domo teſtatoris cōmodè habitare, poſſet vbi permanet alimentari 326 numero 7

alimentorum cauſa pendente debentur alimenta 523 nume.13

alimentandus cui alimenta relicta ſunt, ſi aliunde percepit, non poterit petere de præterito 524 numero 15

alimentarius cui alimenta debentur, ſi ob ſiniſtram ſuſpicionem eius qui tenetur ad ea, non poſſet in eius domo habitare, an poſsit petere alibi ſibi præſtari 326 nu.7

amicitia inquiſiti cum vulnerato ab ipſo, facit ceſſare omnem præſumptionem doli 164 nu.1

amicitia ſemper præſumitur inter aliquos, & non inimicitia, niſi probetur inimicitia 110 nu.11

amicitia ſatis probatur ex conuerſatione 110 numero 12

amicitiæ reconciliatio præſumitur ex conuerſatione, & colloquio ſubſequutis 265 nu.1

amicus æquiparatur illis, qui ſunt de ſanguine proprio, & alibi amici veri ſunt vna anima in pluribus corporibus. & multa circa amicitiam 141 nu.22

amicus poteſt accuſare pro iniuria illata amico 141 numero 24

amiſſa ſeu deperdita quòd ſit res, quando eſt cauſa actionis tunc qui agit, id probare debet manifeſtis probationibus 292 nu.5

amiſsio ſeu perditio regiſtrorũ qualiter ſit probanda. ibidem 291 nu.4

angariæ non poſſunt deberi Baroni ex cauſa, quia ex longæuo vſu præſtitæ fuerint cum allegatione tituli 441 nu.1

angariæ ſeu ſeruitia indebita præſumuntur à ſubditis per metum extorta, & contra potentes pręſumitur, præſertim pro ruſticis 442 nu.16.17

angariarum præſtationes poſſunt multipliciter deberi, vt ex conditione libertorum, colonariæ conditionis, aſcriptitiæ, vel curialis, vel precij participandi 443 nume.22

anima quibuſcunque rebus præponenda eſt 319 numero 5

animal an & quando debeatur pro noxa 510 nu.3

animus occidendi comprehenditur, quando quis gladio percuſsit 128 nu.9

animus cognoſcitur ex reſponſione eius qui interrogatur, & eius reſponſo ſtabitur 550 nu.9

animus & voluntas iudicatur ex factis & geſtis, & ex actu præcedenti præſumitur animus, & quòd plura de animo 25 numero 2. 70 numero 3. 213 numero 1

animus alicuius, quòd cum dolo vel abſque quid fecerit, probabitur ex his, quæ demonſtratur dixiſſe extra iudicium 215 nu.27

annotatio ſeu deſcriptio bonorum inquiſiti fieri non poteſt, niſi prius ipſo citato, & contumace effecto 133 nume.1

annotatione bonorum inquiſiti & contumacis facta per curiã, debet fieri reſtitutio, & interim breuiter audire concurrẽtes ſeu prætendẽtes ius habere ſuper eis 133 nu.2.3

annus contumaciæ ad hoc vt bona perdantur per inquiſitum, elapſo anno ad hoc vt poſsit procedi ad foriudicationem, intelligitur incipere à die annotationis bonorum, & non à die prolatæ contumaciæ 171 num.15.16

anuli delatio per mulierem nõ ſufficit ad præſumptionem matrimonij, niſi probetur, quòd vidente, & patiente viro illum mulier detulerit 54 nu.14

appellare nemo poteſt à papa, & fas eſt ei de omnibus iudicare 183 num.4

appellari non poteſt à iudice retardante iuſtitiam, ſed debet adiri ſuperior, vt prouideat 468 nu. 12

appellari non poteſt à ſententia expulſionis à domo 476 num.5

appellans ſi produxit libellum, quem appellatus dixit ineptum, & ſuper hoc fuit diu litigatum, ſi appellatus obtinuit: quia interim fuit pronuntiatum pro ſuo libello interim non ſunt decurſa fatalia: Secus autem ſi ſuccubuit 138 nu.20

appellans à diffinitiua ſi appellatus coram iudice à quo aliquid innouauit, & appellans coram iudice ad quem petat ante omnia reuocari attentata, & contigit quòd multo tempore litigatur ſuper reuocatione attentatorum, ſi appellans obtinuit, non ſunt decurſa fatalia 529 nu.6.7.8

appellatus licet non appellauerit infra decem dies, tamen poteſt inhærere appellationi aduerſarij, & ipſam proſequi 552 nu.1

appellans ſi apoſtolos non petiit, appellatio eſt deſerta 469 nu.15

appellandi tempus currit domino à tempore ſcientiæ, & non à tempore ſententiæ 479 nu.6.7. Et niſi cum procurator non ſit ſoluendo, & ſic cum dominus non poſſet recuperare à procuratore reſpectu paupertatis ipſius procuratoris non appellantis ſuccurritur domino, vt appellare poſsit. ibid.

appellatio ab interlocutoria tenet etiam ſine expreſſione grauaminum, & hoc quando ex actis apparet iniquitas interlocutoriæ, & ſic grauaminum 469 nume.17

appellatio non admittitur à ſententia lata contra homicidam, in magna curia vicariæ 192 nu.8

appellatio, eſt iuris remedium aduerſus grauamen 192 nume.10

pœna duplici non poteſt quis puniri pro eodemmet crimine 192 nu.11

appellatio ſi fuit interpoſita à ſententia expertorum currit & perit inſtantia anni ſicut in cæteris 479 nume.3

appellatio non admittitur à ſententia præſtationis alimentorum 523 nu.14

appellatio ſi fuit deſerta ex curſu fatalium, ſi principaliter fuit intentata nullitas, tunc cauſa nullitatis pendente non currunt fatalia, & ſic non deſeritur appellatio 558 nu.3

approbans aliquid non poteſt illud vlterius impugnare 552 nu.2

approbans actum in his quæ pro eo dixit, ergo etiam in his quæ contra eum diceret, intelligetur approbaſſe 552 nu.4

arbitrandi poteſtas conceſſa alicui intelligitur pro vna vice tantùm 289 nu.16


arbitris




arbitris ſi fuit cõceſſa facultas prorogandi terminum compromiſsi, intelligitur pro vna vice tantùm, vbi infinita adducuntur 289 nu.17.18

area mea ſi per mille annos ſtetiſſet iuxta palatium tuum, & in ea nunquam fuiſſet, nec per prædeceſſores, nec per me ædificatum, non ex hoc petero à te impediri, ex eo quòd mille annos aer feneſtrarum palatij tui fuit liber 394 nu.14

argumentum de toto ad partem eſt permiſſum 246 numero 13

argumentum de ſtatutis ad vltimas voluntates validum eſt 462 num.16.17

Et pariter de teſtatore ad ſtatuentes. ibid.

argumentum bonum, & bonus modus arguendi in diſputando allegationibus aduocatorũ, dum reſpondetur, quòd lõge differt caſus noſter ab iſto quem allegatis: & maximè vbi inter vnum caſum & alium ratio diuerſitatis reddi poteſt 151 num.19

argumentum à communiter accidẽtibus, eſt validum 267 num.1

argumenta quæ dicantur 178 num.67.68

arma tenens ad alium finem, quàm cauſa itinerandi, vel ſe tuendi, pariter erit & in eadem pœna 112 numero 4

arma deferens præſumitur habere malum animum 241 num.6

articulans non videtur fateri ea quæ in articulis continentur 295 nu. 12

aſcriptitij per curſum temporis libertatem præſcribunt 292 num.13

aſſaſsinus quis dicatur 177 num.59

aſſaſsinus dicitur, qui per pecuniam ſeu aliquo ſibi dato delinquit 209. nu.1

aſſaſsinus an dicatur, qui per aliquam promiſsionem ſibi factam, crimen committit 210 nu.2

Et an ſi quis delictum committit, vt complaceat alteri, dicatur commiſſum crimen aſſaſsinij 210 numero 3

aſſaſsinus dicitur diffidatus ab omni populo Chriſtiano, ob quod poteſt impunè occidi, nedum per iudicem, ſed à quolibet priuato 210 nu.4

aſſaſsinus clericus propter aſſaſsinium, dicitur omni priuilegio exutus 207 num.1. 210. nu.18

aſſaſsinus dicitur diffidatus ab omni populo, & à lege 207 num.2

aſſaſsinus tanquam ab omni populo diffidatus, poteſt impunè occidi nedum à iudice, verùm etiam à parte 207 nu.3. 233 nu.20

aſſaſsinus licet ſit clericus, poteſt tamen cognoſci, & iudicari per iudicem laicum 207 nu.4

aſſaſsinus clericus vt puniri poſsit per iudicem laicum, requiritur quòd qualitas aſſaſsinij fuerit probata, adeò quòd concludat 217 nu.5

aſſaſsinus ſi poſt receptam pecuniã deuenit ad actum proximum homicidio, habetur ac punitur ac ſi occidiſſet 211 num.20

aſſaſsinus ſi ſemel deliberauit committere aſſaſsiniũ, & demum ſe pœnituit, talis pœnitentia non excuſabit 210 nu.11

aſſaſsino poteſt ex cauſa pœna minorari 207 numero 7

licet in aliquo caſu pro delicto conſummato & perfecto, lex imponat pœnam aliquam determinatam, ſi contingit delictum illud fuiſſe attentatum, non tamen perfectè conſummatum, ſi lex ſpecialiter imponit eandem pœnam, vel aliam limitatam, illa imponi debet. 207 nu.8

Sed ſi non reperitur ſpecialiter determinata, mitius punietur. ibid. & extra ordinem ex arbitrio.

contra aſſaſsinum proceditur iuris ordine non ſeruato, nec exigitur plena probatio, ſed probabilia argumenta, & poteſt ex mero officio procedi, & de facto 207 nu.5.6

contra aſſaſsinos ſemper ſolet pœna augeri 211 numero 21

Et licet de generali conſuetudine Italiæ, nec ob malum animum, nec ob conatum ad delictum, debeat quis pœna mortis naturalis puniri, attamen non habet locum in crimine aſſaſsinij 211 num.22

aſſaſsinij delictum eſt crimen atrox, & exceptuatum, imò æquiparatum crimini læſæ maieſtatis & ſimilibus 210 nu.12

aſſaſsinij crimen non dicitur commiſſum ex ſimplici oblatione pecuniæ oblatę alteri, vt occidat, ſeu promiſsione: ſed requiritur quòd fuerit talis oblatio, ſeu promiſsio acceptata 218 num.19

in aſſaſsinij crimine proceditur de facto, & iuris ordine non ſeruato 210 num.17

in aſſaſsinij crimine quòd probatio ſufficiat per præſumptiones, ſeu probabilia argumenta, intelligendum eſt, quando talia argumenta eſſent indubitata & non aliter 218 num.22

aſſecuratio dotis conceditur vxori conſtante matrimonio ſuper bonis viri implicatis in fideiuſſoribus 431 num.16.17

aſſenſus epiſcopi requiritur in conſtructione eccleſiæ ſed in refectione non requiritur nouus conſenſus 402 numero 13

aſſenſus regius requiritur. in compromiſſo de re feudali, ſed non in laudo 288 num.4

idem eſt iudicium de his quæ veniunt in conſequentiam, quod eſt de ipſo principali 288 nu. 5

aſſerens ſe occiſum vel vulneratũ ab aliquo, non probat, nec facit indicium. Et ibi ſatis plenè, an & quando probet aſſertio vulnerati ſeu occiſi 109 numero 7

aſſerenti cum iuramento dediſſe aliquid officiali, credendum eſt. Hoc debet intelligi quando officialis ipſe dum ſtaret in ſyndicatu, aufugiſſet: Secus autem ſi non aufugiſſet, quia tunc requiritur probatio teſtium 86 num.42

aſſerenti ſeu atteſtanti de mandato & commiſsione ſibi factis ſtatur 224 nu.3

aſſertio conſtituti in mortis articulo, quòd fuerit aſſerens ab alio occiſus ſeu vulneratus, an probet: & an tali aſſertioni ſit ſtandum. Et quòd non ſit ſtandum tali aſſertioni, niſi alia concurrerint 144 num. 14. 15

aſſertioni vulnerati exiſtentis in mortis articulo, & dicentis ſe vulneratum à Titio, an ſtari debeat 168 num. 3. 4

aſſertioni principis aliquid aſſerentis, ſtandum eſt 61 nume.3

aſſertioni mandatarij, & dicto creditur contra aſſaſſinum mandantem, concurrentibus aliis 265 numero 2


a

aſſertiones

aſſertiones in renunciatione contentæ, licet videantur eſſe notarij, attamen cenſentur eſſe partium, & quòd ab eis fuerit notarius rogatus de aſſertionibus prædictis 496 nu.5.6
aſsiſtentia dum petitur, requiritur probari quòd obligans bona illa tempore obligationis poſsidebat illam rem ſuper qua aſsiſtentia petitur 341 numero 6
attentare non eſt verè facere, ſed ius illud habetur pro facto, ex quadam fictione 232 nu.7
attentans delictum quod tendat ad mortem, ſi non eſt ſecutus effectus & euentus, poterit iudex ex hoc pœnam minuere 208 nu.10
attentatus in caſibus in quibus punitur non ſequuto effectu, punietur pœna extraordinaria delicti, arbitrio iudicis in quo iudex debet eligere, & ſe inclinare in mitiorem pœnam, & non excedere relegationem 91 nu. 22
attentata & tractata ſi non fuerint perfectè ad exitum perducta, debet mitius attentans puniri 233 numero 5
in atrocioribus per ſolum attentatum, dicitur conſummatum delictum 210 nu.9
in atrocibus ſi deuentum eſt ad actum proximum, debet inquiſitus puniri pro delicto conſummato concurrente dolo 210 nu.10
in atrocioribus quòd puniatur affectus, licet non ſequatur effectus, debet intelligi vt puniri debeat eadem lege, ſed non eadem pœna 233 nu.6.7.8
in atrocioribus delinquens licet venerit ad actum proximum effectui, non tamen punietur eadem pœna, licet puniri poſsit eadē lege, qua punitur, qui conſummauit delictum 91 num.20
audiri quis non debet contra id, quod non eſt veriſimile, quia probatio debet eſſe veriſimilis, aliàs ei ſtandum non eſt 377 nu.15
aufugiens à carcere, ſi ſponte demum reuerſus eſt, purgat vitium fugæ, niſi diu abſens ſteterit, quia tunc habetur pro confeſſo crimen pro quo detinebatur 143 num.1.2.3
aufugiens à palatio officialis ſibi aſsignato pro carcere, dicitur à carcere aufugiſſe 143 nu.4
auia præfertur cæteris legitimis tutoribus & datiuis 354 num.8.9
auia in tutela præfertur cæteris agnatis poſt matrem volentem 354 num.2
Et id quod dicitur, quòd ſicut agnati in ſucceſsione præferuntur, ita & in tutela procedit in cæteris agnatis, vel cognatis, quibus tutela contemplatione ſucceſsionis iniungitur. ibid.
ſecus in matre, cui tutela non defertur, eo quòd hæreditas ei deferatur, ſed quia mater eſt. & numero 3.4.5
auxiliator non tenetur eadem pœna, qua principalis 120 numero 41

BAldus nihil in iure ignorauit 323 nu.17
Bald. doctrina in l. vnica. C. de confeſ. vbi vult torqueri confeſſum ſe occidiſſe hominem ad ſui defenſionem, impugnatur ſuper ipſa qualitate defenſionis 192 num. 12.13
baldi authoritas multum vrget in practica 323 numero 16
bannum ſeu contumacia, facit indicium ſufficiens ad torturam 75 nu.8
bannum pœnale præbet iuſtam excuſationem 72 numero 20 21
bannum non ligat abſentes, nec ignorantes 50 numero 3
bannum pœnale ſeu mandatum, licet effectum ſuum contra aliquem ſortitum non fuerit, nihilominus metus illius pœna excuſat. 72 num.23
banniti bannitionis pœnam patiuntur ſi fuerint legitimis probationibus conuicti 178 nu.66
banniti noſtri temporis æquiparantur deportatis 232 num.12
baro dicitur qui tenet ſub ſe ſubfeudatarium habentem feudum quaternatum ab ipſo domino 391 numero 1
baro ſeu dominus non poteſt compellere vaſſallos ad præſtandum ſibi ſeruitia extra diſtrictum 220 numero 24
baro debet dotare filiam ſuam de propriis bonis, nec debet grauare ſuos ſubditos in hoc: cùm nec mater teneatur dotare filiam, nec frater ſororem, & pariter nec vaſſallus filiam domini ſui 391 numero 4
baronia eſt caſtrum, quod habet ſub ſe feudum quaternatum, quod alius tenet 391 num.2
baſtardus eſt infamis infamia facti 302 nu.5
baſtardus ſeu ſpurius eſt infamis, & de ipſo requiritur fieri expreſſa mētio, vt reſcriptum ſeu priuilegium teneat 347 nu.13
baſtardum quem eſſe, non eſt vitium naturæ 302 numero 3
baſtardum quem eſſe, ſi alicui dicatur, tu es baſtardus, eſt infamia, & iniuria 302 nu.4
baſtardelli notariorum non probant 493 nu.6
ben ſta, verba hæc ſunt dubia, cùm plures poſsint habere intellectus, vt quia tua petitio bona eſt, ben ſta, vt quia volo cogitare quid agam 561 numero 1.2
beneficij impetratio ad hoc vt teneat per intruſum, requiritur quòd fuerit in ipſa facta mentio de ſua præcedenti intruſione, vide infrà 517 numero 1
beneficia quæ ſunt de menſa in veritate non vacant, licet ex quodam abuſu conferantur tanquam vacantia 472 nu.14.15.16.17
in beneficiis & conceſsionibus principum licet fiat larga interpretatio, intelligitur in iis & circa ea, quę beneficium exprimit 15 nume.20
item ſecus erit in priuilegiis in quibus debet fieri ſtricta interpretatio 15 nu.21
item debet fieri ſtricta interpretatio, vbi adparet conceſsio facta ad poſtulationem partis: ſecus ſi motu proprio 15 nu.22
blaſphemans Deum, non poteſt teſtes repulſare, niſi ex capite inimicitiæ: vel niſi calore iracundiæ blaſphemauerit 31 nu.12.13.14
blaſphemator repellitur à teſtimonio, & melius 236 num.5.6
bona minorum non poſſunt diſtrahi abſque decreto prætoris 508 nu.5
bona minorum antequam diſtrahantur, debet iudex inquirere, an aliunde pecunia haberi poſsit pupilli


ad exte




ad extenuandum æs alienum. Et etiam ſi ſint aliæ res, ex quorum pretio ſatisfieri poteſt. Item ſi magis expediat obligare bona quàm vendere. Item ſi ſit res minoris pretij, & illa diſtrahatur 508 numero 6.7
bona immobilia pupilli dum alienantur, requiritur tutoris authoritas, cauſæ cognitio, decretum iudicis, & quartū ſcilicet ſubhaſtatio, ſicut de re eccleſiæ, aliàs non tenet 508 nu.14.15
bona pupilli ſeu minoris dum alienantur debet peti interpoſitio decreti per tutorem, ſeu curatorem, nec valet ſi per procuratorem peteretur etiam ſpecialiter per tutorem conſtitutum ad id 508 nu.16
bona ſtabilia recuperata in bello, non fiunt occupantium: ſed debent reſtitui prioribus dominis 28 numero 39.40
bona mobilia capta in bello fiunt occupātium, & non ducis belli, nec alterius, & pariter capti fiunt ſerui hoſtium capientium 427 nu.3
bona emphyteutica poſſunt etiam inuito domino directo obligari 465 nu.4
bona maſſaritiæ ſimiliter ſunt viri, quia vxor tenetur viro operari. ibid. 425 nu.3
bona parafernalia non habent priuilegium antelationis 494 nu.8
bona prohibita alienari, poſſunt alienari in remunerationem meritorum 283 nu.7
bona prohibita alienari, poſſunt alienari in cauſam neceſsitatis 451 nu.19
bona reipublicæ poſſunt alienari in cauſam neceſsitatis 451 nu.20
bona vita & fama operatur, ne inquiſitus ex indiciis torqueri poſsit, ex quibus aliàs torqueri potuiſſet 367 nu.25
brachium ſeculare imploratum per iudicem eccleſiaſticum, non debet aliter impartiri, niſi per prius adhibita aliquali cauſæ cognitione, iuſtè, vel iniuſtè imploretur 467 nu.1
brachium ſeculare poteſt denegari impartiri iudici eccleſiaſtico, ſi fuit appellatum per eum contra quem fuit imploratum, & appellatio non fuiſſet admiſſa 469 nu.17

CAdit quis à iure ſuo propter ſuas procraſtinationes 137 nu.15
camerarius & conſules, ſeu rectores artiū non habent iuriſdictionem niſi in concernentibus exercitium eorum artis, adeò quòd in aliis aduerſus perſonas artis non poſſunt cognoſcere in tantum quòd talis iuriſdictio limitata in dictis cauſis, & perſonis non poteſt prorogari 380 nu.1
ex capitis percuſsione quis rarò liberatur 6 numero 3
capi nō poteſt inquiſitus de delicto, niſi prius aliquid conſtet de ipſo crimine, vel ſaltim ſit ſuſpicio contra ipſum 138 nu.1
capta in bello in diſcurſu territorij fiunt capientis 319 nume.5
captura inquiſiti non debet concedi per iudicem, niſi per prius adpareat per informationem de delicto, de quo fit inquiſitio 68 nu.1
capitulatio inter regem Franciæ, & Hiſpaniæ, vt fieret reſtitutio poſſeſſoribus tempore fracturæ tripoalti etiam intelligenda, vt fieret illis qui iuſte poſſidebant: non autem illis qui iniuſte, & ſic non inuaſoribus 532 nu.9
carcerari poteſt inquiſitus de delicto, vbi dubitari poteſt, ne interim fugiat. & procedit etiam antè quàm conſtet de crimine 139 nu.6
carcerati per iudicem repelluntur à teſtimonio contra ipſum iudicem in cauſa ſyndicatus 122 nu.2
carcerarius adhibēs in cuſtodia omnem ſuam diligentiam neceſſariam, ſi ex caſu aufugerint cacerati, nō tenetur ipſe licet in dubio fuiſſet præſumptio contra cuſtodem 252 nu.7
carcerarius tenetur præuidere locum carceris, & principaliter ianuam, & ſingula neceſſaria præuidenda 251 nu.4
carcerarius dicitur vti diligētia, dùm tenet carceratos pro delicto in compedibus & cippis 251 nu.5
carcerarius, cuius culpa carceratus pro crimine aufugit, debet pœna capitali puniri: vt ſi dolo vel pretio corruptus fuit: & ſi negligentia vel culpa eius, pariter puniendus eſt: licet culpa & negligentia fuerint ſine dolo 252 nu.14
carcerarius tenetur de negligentia: & debet ſtare per annum in carceribus: & bona eius publicātur: & hoc de iure conſtitutionum regni: verùm de iure ciuili remouetur ab officio ob eius negligentiam 251 nu.2.3
carceratus iniuſtè poteſt à carceribus aufugere: & etiam vulnerare cuſtodes, aut occidere, ſi aliter euadere ſeu aufugere non poſſet 131 nu.6.7
carceratus iniuſtè ſi aufugit à carcere, nedum ipſe in aliquo nō tenetur, verùm etiam nec eius fideiuſſor 131 nu.10.388 nu.66
carceratio eſt ſpecies torturæ 152 nu.4
cardinales ſi ante creationem Papæ aliquid ſtatuunt, & promittunt, quilibet ipſorū, ſi fuerit electus, illud obſeruare, ſi talis promiſsio cederet in prę iudicium dignitatis ſeu authoritatis ſuæ, non tenebitur ad ipſius obſeruantiam 249 nu 16.445 nu.5
caſtellanus habēs iuriſdictionem intelligitur illam habere in concernentibus officium caſtellani, & circa perſonas deputatas ad illud exercitium 380 numero 1
caſtellanus perdēs caſtrum captū ab hoſtibus nedum tenetur de dolo & lata culpa, verum etiam de leuiſſima, maximè de cuſtodia caſtri mercedem conſequitur 101 nu.1
caſtellanus tempore belli dū ſtat in caſtro, gaudet priuilegiis militaribus 101 nu.2
caſtrum occupatum à non domino tempore guerræ, debet reſtitui priori domino gratis, & abſque aliqua ſolutione 28 nu.46
caſus fortuitus tunc dicitur, quādo hominis prouidentia reſiſtere non poteſt 271 nu.8
caſus fortuitus non dicitur, vbi diligentiſsimus præuidere potuiſſet 271.nu.9
caſus vbi non præceſsit dolo vel culpa alicuius, de eo quis non tenetur 510 nu.1
caſus fortuitus qui de iure excuſare poteſt habentē cuſtodiam rei, debet eſſe talis, qui prę uideri nō poſsit 271 nu.11
caſus non expreſsi non veniunt, nec de eis quis tenetur, niſi de expreſsis ſolùm 15 nu.15


cato

cato de tribus pœnitentiam egit 270 nu.3
cauillatio vbi eſt abundãtior, ibi euidentior eſt fraus 312 nu.20
cauſa iuſta eſt in principe dum reuocat id quod ipſemet conceſsit 450 nu.14
cauſa deuoluta ad Principem ſi impetratur alteri committi, non facta mentione de deuolutione prædicta, talis impetratio nulla eſt, cùm non conſueuerit Princeps cauſam ad ſe deuolutam extrahere à ſua curia, niſi ex certa ſcientia 438 nu.26
cauſa iniuſta cùm excuſet à dolo, pariter & à periurio excuſabit 214 nu.26
cauſa ceſſante ceſſat & *ipſius* effectus 345 nu.10
cauſa impulſiua *quæ* dicatur, & quæ finalis 362. numero 5.6
cauſa alicuius rei magnæ dum agitur de eius poſſeſsione, ſeu detentione dicitur breuis 357 nu.3.4
cauſa conſimilis dicitur quando eſt idem medium concludendi, & eadem cauſa obtinendi 338 nu.1
cauſa impulſiua dicitur eſſe quæ occaſionem remotam præſtat in qua non fundatur effectus: cauſa autem finalis eſt illa per quam principaliter aliquid conceditur 523 nu.4
cauſa matrimonij eſt grauis & ardua, & æquiparatur criminali cauſæ 58 nu.47
cauſa modica & breuis dicitur, quando pro re conſequenda plus expẽderetur, quàm ſit valor cauſæ 129 nume.3.
cauſa ſi eſt ſummaria intenta contra aliquem qui reconuenit intentantem ordinariæ, non ex hoc quòd ſit cauſa reconuentionis ordinaria debet retardari in ea procedi 456 nu.1
cauſa ciuili præuenta in vno, & maiori tribunali non poteſt aliud inferius tribunal de cauſa ipſa criminaliter cognoſcere 431 nu.21
cauſa breuis & parua dicitur à duobus aureis infrà: hodie tamen in regno dicitur à duobus auguſtalibus 129 nu.1.2
cauſa iuſta imò etiam iniuſta excuſat à dolo 364 numero 3
cauſa dum eſt aduocata per principem, cenſetur erepta omnis iuriſdictio inferiori ordinario qui poterat aliàs de illa cauſa cognoſcere 437 nu.24
cauſa reſpiciens fauorem conceſsionarij præſumitur impulſiua 546 nu.11
cauſa iuſta dicitur quãdo reſpicit vtilitatem publicam 552. nu.11
cauſa quælibet etiam iniuſta, excuſat quem à pœna 214 nu.23.215 nu.29.402 nu.8.9
cauſa quælibet, etiam iniuſta, excuſat à pœna delicti, etiam in iis, quæ ſunt de genere prohibitorum 232 nu.16
cauſa eſt intuenda in delictis, tam ad aggrauandum, quàm ad minorandum 156 nu.9
in cauſa falſi ſemper debet fieri interpretatio, vt falſum excludatur 78 nu.9
in cauſa damni infecti conſideratur etiam, & venit culpa leuiſsima 558 nu.11
in cauſa capitali contra Comitem aut Baronem requiruntur duo Comites quatuor Barones, aut octo milites aut ſexdecim burgenſes: & idem procedere dicitur in filio comitis 205 nu.20.21
ex cauſa enormitatis criminis ex proceſſu informatiuo proceditur ad torturam 195 nu.6
cauſæ cognitio ſi non interuenit in decreto iudicis in cauſa minoris non tenet 508 nu.4
cauſæ matrimoniales æquiparantur cauſis criminalibus 350 nu.25
cauſæ cognitio nedum verſatur in ſola citatione, verùm etiam in audiẽdo partes in eorum iuribus 536 nume.40
cauſæ cognitio in decreto debet allegari, & probari, quia non præſumitur cum cauſæ cognitione niſi probetur 508 nu.13
cautionis oblatio principali, & aggrauatio, & comparatio prębẽt iuſti erroris cauſam, & nòn malitiam, ſaltim in caſu in quem non potuiſſet ædificari 402 nume.7
per cautionem oblatam de demoliẽdo in caſu, in quo iudicatum fuerit demoliri, poteſt procedi in ædificio inchoato non obſtante mandato 401 nu.6
ciuitas ex ſe, & iure ſuo defendit ciuem ſuum: ex quo vniuerſitas habetur loco domini in ciuem ſuum. & ideo poteſt petere quòd fiat emenda ſubdito ſuo, maximè quando reſpicit actus iniuriam, & diminutionem iuris ipſius vniuerſitatis. nu.3. & eo caſu agit nomine proprio ſuo 299 nu.2.4
ciuitas iurat homagium per ſuos ſyndicos, ſic maiores ſinguli & vniuerſi de ciuitate per ſyndicos fidelitatem iurant 213 nu.13
ciuitas poteſt rem priuati auferre ex cauſa remunerationis factæ alicui, qui ſit benemeritus de republica 552 nu.13
ciuitas vna ſi ſtatueret quòd homines alterius ciuitatis fierent ſerui capientium poſſet ex eadem ratione, & illa idem ſtatuere 395 nu.18
ciuis dicitur nedum originarius, ſed etiam is qui contrahit domicilium in aliquo loco: & ſtatutũ loquens de ciuibus, compræhendit etiam contrahentes domicilia in loco 308 nu.2
ciuis etiam dicitur, qui ſubit onera vel munera ciuitatis 308 nu.3.309 nu.4.5
ciuis propriè appellatione non continetur niſi ciuis originarius: ſed dicetur incola, & dicetur ſemper incola non obſtante ſua longa habitatione 309 nu.6
ciuis cognoſcitur in participatione munerum, & onerum 280 nu.9
ciuis verè dicitur ille, qui eſt originarius ciuis 279 numero 2
ciuis ſi iudicium mouere intẽdit contra vniuerſitatem ſuam, debet petere veniam antequam illam in ius vocet 335 nu.1
ciuis quis fit in eo loco, vbi natus eſt 214 nu.15
ciuis appellatione venit etiam comitatenſis, quod intelligendum eſt in priuilegiis, & cõceſsionibus conceſsis, ſecundum ius commune, ſecus in priuilegiis factis per principes 309 nu.10.11
ciuilitas originis eſt potentior, quàm alia cauſata ex priuilegio 214 nu.17
ciuilitas originaria dicitur vera ciuilitas, & potentior, & quæ mutari non poteſt: & præfertur cuicunque alteri ciuilitati, cùm naturalis ſit 269 nu.3
ciuilitati originis quis renunciare non poteſt 214 nume.16
ciuilis actio intentata non præiudicat criminali: quomodo intelligatur 43 nu.20







ciuilis cauſa non præiudicat criminali, quando ciuilis cauſa eſt finita: ſecus ea pendente, quia dum pendet ciuilis non poteſt criminali intentari 438 numero 32
citatio debet clare continere cauſam ob quam quis citatur & de qua re inquiſitus deferatur 539 numero 4
citatio facta in domo tenet, dum non poteſt haberi copia citandi 539 nu.5.6
citatio in qua continetur, citet referat informa, verba ipſa recipiunt interpretationẽ, vt nuncius perquirere debeat citandum perſonaliter ſi poteſt inueniri, & eo non comperto, citare ipſum in domo ſolitæ habitationis 539 nu.7.
citatio prima facta non ſeruata forma circa inquiſitionem citandi non tenet in tantum quòd tunc ſufficit citatio facta domi ſi nuntius facta debita perquiſitione, vt ipſum perſonaliter citare poſsit non reperiit de quo debet nuntius ipſe relationem facere de perſona non reperta 539 nu.8.
citatio ad videndum iuramenta teſtium omiſſa, reddit proceſſum nullum. quod locũ habet nedũ vbi proceditur ad querelam, verùm etiam vbi procederetur ad inquiſitionem 314 nu.2
citatio à non ſuo iudice, eſt nulla, ſicut & ſententia 230 nume.6
citatio ſi redditur nulla, pariter & contumacia ex ea proueniens 171 nu.8
citatio ſi emanauit à duobus iudicibus, debet maiori iudici pareri 431 nu.22
citatio minus legitimè facta habetur pro nulla 539 numero 14
citationis defectus, eſt defectus iuris naturalis 171 numero 8
citationis relatio vt teneat debet nũtius referre illum citaſſe domi ſolitæ habitationis: aliàs non probat 539 nume.11
citatione prima vitiata non tenet proceſſus in contumaciam factus 579 nu.13
in citatione ſi omittitur ſuprascripta inquiſitio vitiat, & reddit proceſſum nullum 539 nu.9
citatus ſi eſt inquiſitus & factus contumax vltima die anni à die contumaciæ accuſatòr, vel fiſcus debet accuſare contumaciã, aliàs circunducitur edictum, & non poteſt procedi ad foriudicationẽ. Imo oportet quòd ille accuſatus de nouo accuſetur 540 numero 23
citatus licet habeat breuius iter, ſeu viam veniẽdi per mare ad locum ad quem comparere debet, & breuiorem ad comparẽdum, tamen tenetur ire per terram, & non per mare 270 nu.4
citatus non tenetur comparere, ſi conſtat non eſſe de iuriſdictione citantis 174 nume.27.229. num. 2. 248 nu.7.540. nu.29
citatus qui notoriè non eſt de iuriſdictione citantis, non arctatur ad comparendum coram eo 467 numero 3
citatus eo tunc quòd quis eſt, poteſt comparere, & dicere, ſeu contradicere, ſeu allegare quæ ſibi incumbunt, etiam quòd aliàs eſſet inhabilis ad comparendum 170 nu.2
clauſula motu proprio, tollit omne vitium ſubreptionis & obreptionis
clauſula de plenitudine poteſtatis noſtræ dominicę demõſtrat principẽ velle vti ſuprema poteſtate 451 nume.23
clauſula, cum deliberatione noſtri aſsiſtentis conſilij, longè ſatis oſtendit præſumptionẽ informationis præcedentis 453 nu. 48
clauſula non obſtãte facit, vt nihil contra priuilegium in quo continetur ipſa clauſula, obiici poteſt 452 numero 39
clauſula non obſtante eſt tantæ virtutis, vt appoſita in reſcripto, diſpoſitio in eo cõtenta etiam ſi eſſet contra ius, auferat ius tertij 446 nu. 27
clauſula non obſtante, facit vt per ipſam appareat de mente Principis quòd intendit vti ſuprema poteſtate 446 nu.28.452 nu.40
clauſula in priuilegio, quòd verba narratiua & enunciatiua in eo contenta, vult habere efficaciam verborum diſpoſitiuorum, ſatis apparet de deliberata mente Principis, etiam quod in ſpecie nõ expreſſerit 455 nu.82
clauſula in priuilegio quòd ſit conceſſa Baroni terra, cum angariis & perangariis, non probat angarias, niſi aliter conſtet de cauſa & obligatione ad angarias & ſeruitia quàm per dicta verba priuilegij, & hoc fauore libertatis, & ſic debet liquere de conſtituta conditione aſcriptitia, ſeu colonaria in principio factæ obligationis, vel de obligatione curiali, ſeu aliter, imò etiam ſi eſſent propria verba confitentium ſe eſſe vaſſallos, non tenet cõfeſsio 526 numero 13.14.15
clauſula cum angariis & perangariis, in priuilegio non inducit obligationem, niſi ſit in illo loco, vel concedere videtur iuriſdictionem in angaria, quę nõ cõpetit Baronibus, cum ſint regalia, niſi concedantur ex priuilegio 528 nu.31
clauſula, anteferre omnibus, derogat indultu alteri conceſſo habenti ius ad rem duntaxat 471 nu.7.8
clauſula derogatoria omnibus, & quibuſcunque priuilegiis, & aliis quæ contenta in conceſsione impedirent, ſeu contradicerent quouis modo, etiam ſi eſſent talia de quibus oportet ſpecialem mentionem facere quæ voluit haberi in eis pro ſufficienter expreſsis, habetur, ac ſi alteri conceſsioni eſſet expreſsè derogatum 454 nu.65
clauſula decreti annullatiua, facit, vt iudex non poſsit in contrarium diſpenſare 9 nu.13
clauſula non adſtringens ſe &c. in articulis contenta, non adparet articulantem ſe voluiſſe adſtringere ad verificandum omnia in articulis contenta 38 numero 1
clauſula quælibet inſtrumenti ſiue verbum debet aliquid operari 436 nu.6
clauſula, ſupplentes omnes defectus, ſeu iuris, & facti ſolennitates, facit vt princeps cum ipſa clauſula videatur voluiſſe vti ſuprema poteſtate, & quòd per ipſam clauſulam, & per clauſulam non obſtantibus quibuſcunque, apparet omnino facta ſingularis expreſsio, & mentio omnium facientium in contrarium 452 nu.44
clauſula, ſupplentes omnes defectus, ex plenitudine poteſtatis non tollerentur defectus concernentes perſonam, vt ſi ille eſſet ſpurius, vel baſtardus 347 numero 15

clauſula generalis ſubſequens refertur & reſtringitur ad præcedentia ſpecificata 15 nu.17

clauſula, dummodo datę præſentium non ſit alteri ius quæſitũ, præſeruatur ille qui haberet ius in re 472 nume.11

clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis quid importet 486 nu.4.5.6

clauſula ex certa ſcientia validat aliàs inualida 450 nume.9

clauſula ex certa ſcientia vbi adeſt, præiudicat illi cui aliàs eſſet ius quæſitum 450 nu.10

clauſula ex certa ſcientia facit præſumere cauſam in principe concedente gratiam etiam parte non concordata de plenitudine poteſtatis 476 numero 3

clauſula ex certa ſcientia, nedum dat robur actui confirmationis, verùm etiam illum extendit 476 numero 4

clauſula ius & iuſtitia miniſtrari vtilis ſatis eſt ad ſubſtinendum libellum, & ipſum interpretandum, eo modo quo fauorabilius poteſt iuuari intẽtio actoris 496 nu.14

clauſula ius & iuſtitia miniſtrari operatur, vt veniat ferenda ſententia ſecundum illum modum, qui in proceſſu narratur, maximè cum quæuis narratio, & omne ius demõſtratum per probationes poteſt, & debet iudex attẽdere etiam ſi vnum ſit petitum, & aliud probatum 497 nu.15

clauſula de plenitudine poteſtatis ſuperat clauſulã motu proprio, & clauſulam ex certa ſcientia, & clauſulam non obſtante, & ſub ipſa cæteræ complectuntur 451 nu.24

clauſula, ſola facti veritate inſpecta, facit, vt iudex credere poteſt probationi perſuaſiuæ, licet non cõcludenti 412 nu. 12. 17. Et in tantum quòd iudex poterit in cauſa ipſa manu regia procedere, inſpecto iure gentium, & non iure ciuili: & recedere à regulis iuris ibid.nu.18

per clauſulam, ius & iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo, &c. videtur omne remedium, & ius competens introductum 312 nu.2

clauſulæ non obſtantibus ſeu aliter derogatoriæ nunquam extenduntur ad contractus iuratos 455 numero 81

clericus tanquam publica perſona poteſt alteri ſtipulari: intellige tamen in cauſa vſurarum, & ſic in concernentibus magnum prĕiudicium ſpirituale, quod eſt quando quis promiſit ſacerdoti reſtituere vſuras omnibus quibus debet: quia poterit ſacerdos ſtipulari nomine omnium 319 nu. 8

clericus cõfeſſus delictum corã iudice laico, ſi demum reuocat talem eius confeſsionem coram iudice eccleſiaſtico, illa confeſsio facta coram ſeculari, nihil operatur: nec faciet indicium ad torturam coram eo, licet in aliis perſonis confeſsio extraiudicialis faciat indicium 108 nu.2

clericus dicitur in poſſeſsione clericatus ex ſola delatione habitus 470 nu.6

clericus propter cõiugiũ nec propter immiſtionem in negociis ſecularibus clericis interdictis, niſi conſtet, fuiſſe ter à ſuo diœceſano monitus, vt deſiſteret, non perdit priuilegium clericale 470 numero 7

clericus coniugatus non gaudet penitus in omnibus priuilegio clericali, tamẽ ſaltim in duobus retinet, videlicet, quòd ipſum percutiens incidit in canonem, ſi quis ſuadente. xviij. q. iiij. item nec poterit coram iudice laico conueniri, dummodo cõtraxerit cum vnica, & virgine 470 nu.8

clericus committẽs atrox delictum, poteſt abſque aliqua degradatione puniri 101 nu. 9

clericus poteſt conſanguineum aggreſſum defendere, & aggreſſorem occidere, quando iniuria proximi non poſſet aliter propulſari 165 nu.7

clericus citatus per iudicem ſecularem, ſi nõ declinat forum, debet puniri extraordinariè tanquam tranſgreſſor canonis 174 nu.34

clericus citatus per iudicem laicum non tenetur comparere, nec contumax reputari poteſt 174 nu.35.540 nume.28

clericus citatus per laicum non tenetur comparere, etiam ad allegandum priuilegium clericatus 175 nume.44

clericus ſi citatur à laico iudice, & neſcitur an ſit clericus & minimè allegatur, quia interim habebitur pro laico, valet proceſſus 230 nu.4

clericus pro talibus expenſis non poteſt in eis condemnari per iudicem ſecularem 230 nu.17

clericus nullo modo poteſt iudicari à iudice ſeculari, nec principaliter nec incidenter 231 nu.18

clericus dũ citatur à iudice laico, cautela eſt, vt non opponat de clericatu: ſed patiatur fieri proceſſus: & in fine cauſæ, aut in ſententia poterit dicere de nullitate: & ſic de facili annullato proceſſu poterit trahere actorem ad concordiam. Tamen dicitur, quòd licet iſta cautela ſit bona: non tamen erit tuta in foro conſcientiæ 231 nu.19

clericus litigando coram iudice laico, nec tacitè nec expreſsè poteſt in ipſum conſentire 230 nu.9

clericus citatus à iudice laico, ſi non comparuerit, & fuerit effectus contumax, & bannitus, non valebit bannum, nec contumacia 230 nu.10

clericus ſi ſit condemnatus per ſententiam à iudice laico, etiã quòd non appellaſſet, poteſt dicere proceſſum & ſententiam nullam 230 nu.11

clericus vt perdat priuilegium ob inobſeruãtiam tonſuræ & habitus, debet moneri trina monitione: nec ſufficit vna pro omnibus 264 nu.12.13

clericus licet immiſceat ſe enormitatibus, non amittit priuilegium clericale: licet amittat priuilegium canonis, ſi quis ſuadẽte diabolo. xviij. q. iiij. nõ amittit priuilegium fori: & ibi, niſi fuiſſet inueteratus in aggreſſuris ſæuis & enormitatibus 264 numero 14.15

clericos audaces eſſe oportet tanquam defenſi ſint à lege Dei dicentis, noli tangere Chriſtos meos 458 numero 4

clericus non poteſt torqueri, etiã quòd contra ipſum vrgerent mille indicia, niſi de crimine ipſo eſſet publicè diffamatus 217 nu.15

clericus ſine habitu & tonſura repertus in flagranti crimine: non amittit priuilegium fori 264 numero 17

clericus non poteſt cõſentire, vt iudex laicus de ipſo cognoſcat 263 nu.8

clericus ſemper poteſt dicere de nullitate ſentẽtiæ iudicis laici latæ contra ipſum, & ipſam docto de clericatu, annullare 230 nu.13

clericus differẽdo coram iudice laico allegare priuilegium ſui clericatus, an debeat condemnari in expenſis 230 num.14

clericus permittens ſe condemnari à iudice ſeculari, & inſuper committi executionem, ſi demum allegauit priuilegium clericale, cùm eſſet clericus coniugatus debet condemnari in expenſis, in quibus fatigauit actorem, retardando exceptionem clericatus opponere 230 nu.16

clericus in minoribus conſtitutus, nullo modo poteſt ſortiri forum iudicis laici 264 nu. 10

clericus recedens à clericatu aſſumpto, abiiciẽdo tonſuram & veſtes, ſeculariter viuendo, vel incedendo, non perdit priuilegium clericatus, niſi fuerit monitus 264 nu. 11. 12

clericus de prima corona, dicitur habere ordinem clericalem 264 num. 21

clericus renuens tonſuram clericalem, & habitum, & immiſcens ſe enormibus, & perſeuerando in illis deprehenſus fuerit, non ex hoc poterit iudex laicus de eo cognoſcere 265 num. 22

clericus primæ tonſuræ non poteſt per laicum accuſari 263 num.5

clericus in minoribus lato ſumpto vocabulo, dicitur eſſe in gradu ſacro, id eſt, in ordinibus ſacris 263 numero 3

clerici & eorum bona ſunt exempta à legibus imperialibus, nec earum legem pœnalem recipere tenentur 174 nu.32.33

clerici priuilegium fori emanauit à iure diuino, & à Deo 264 nu.16

clerici comparitio coram iudice ſeculari non eſt licita nec poſsibilis prorogatio 174 nu.37.247.nu.6

clerico ex prima tonſura an conferatur ordo 263 numero 2

clericum ſe prætendens & incedens ſine habitu & tonſura, & tentus vt laicus, ac reputatus, poteſt capi & puniri per iudicem laicum abſque metu excommunicationis 263 num.1

clericorum appellatione in materia fauorabili, veniunt etiam in minoribus conſtituti 263.nu.4.9

clericorum familiares non deferentes habitum nec tonſuram, tamen gaudent priuilegio clericali 264 nume.20

clericis coram iudice ſeculari non eſt licita comparitio, nec poſsibilis prorogatio 230 nu.12

de clericis non licet iudicare Regi, nec alteri ſeculari perſonæ, dixit papa Cæleſtinus tertius 263 numero 6

clericatus probari poteſt per teſtes, imò per vnum teſtem 469.nu.3.4.5. Et etiam probatur per teſtes ſingulares, ibid.

clericatus eſt de iure diuino, & ideo penitus clericus eſt exemptus à poteſtate Imperatoris 263 nu. 7

cogi nemo poteſt ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis etiam fiſco, cùm nihil in eo ſit ſpeciale, niſi iure cautum reperiatur, maximè quando poſsidet pro ſuo 17 nu.1. 18.num.3

cogitatum non intelligitur de inſolitis 312 nu.6

cohabitatio aliquid operatur, & ex ea acquiritur maior amicitia, dilectio, & affectio, quæ inducit præſumptionem quòd frater ſemper teſtificaretur in commodum fratris 338 nu. 14

cohabitatio in teſte auget ſuſpicionem parentelæ 116 numero 6

collecta ſemper præſumitur exigi à vaſallis per metum, in tantum quòd in ea præſtanda præſcriptio non procedit 442 nu.18.526.num.15

collecta differt à gabella, cum collecta imponatur perſonæ pro rebus, datium verò ſeu gabella imponitur pro rebus mobilibus, fructibus, vel induſtriis 394 mero 6

In collegij rebus in his quæ fiunt ex mera voluntate, & non ex neceſsitate, vnus ſolus poteſt omnibus reſiſtere 393 num.7

collegatarius productus in teſtem per legatarium, probat 339 num.4

comes ſi conceſsit caſtellaniam militi, cum quarta omnium obuentionum, certè ſi aliquis debet amittere bona, & offendit comitem, non debebit caſtellanus in illis bonis habere quartam: quia illud, quòd in vindictam propriæ iniuriæ debetur, alteri non confertur 14 nu.6

commiſsio de examinandis teſtibus, fit de neceſsitate quando teſtes non ſunt de iuriſdictione illius iudicis, coram quo cauſa ventilatur 107 nu. 16.18

committẽs crimen etiam iniuſta cauſa motus, ex quo venit imponenda ſibi pœna corporis afflictiua, nõ tenebitur ad eam, reſpectu illius cauſæ licet iniuſtæ 214 num.22

comparere quis non cogitur ad citationem à iure improbatam 230 nu.8

compenſatio prohibetur opponi aduerſus mulierem agentem actione de dote 475 nu.11

compoſitio contra formam iuris & conſtitutionem regni, eſt nulla 269 nu.9

compoſitio ad hoc vt teneat contra criminoſum, requiritur conſtare de crimine 131 num. 11

compoſitiones non debent cum omnibus indifferenter fieri pro delictis, ſed cum his duntaxat, de quibus ſperatur quòd amplius in eiſdem criminibus non incident, & cum his qui ſemel tantum deliquerunt 268 num.1

in compoſitionibus multa ſunt conſideranda, vt teneant, de quibus 268 nu.2.6

compulſus per metum ad tradendum rem quam dediſti, licet coactè, ſi demum egiſti remedio recuperandæ, poterit opponi exceptio dominij, & non poterit eo caſu dici ſpoliatus, nec petere reſtitutionẽ, quia tradidiſti 440 nu.5

in communione nemo perſiſtere cogitur, maximè vbi res diuiſionem patitur 484 nu.1

conatus in atrocioribus punitur, & ibi de monachis qui fuerunt conati dare venenum abbati ſancti Petri 210 nu.14

conceſſum ſi fuit alicui quod maius eſt, videtur multò magis conceſſum id, quod minus eſt 148 num.20

conceſſa per principem, & non motu proprio, ſed ad partis poſtulationem, debent ſtrictè interpretari 309 num.8

conceſſa alicui in priuilegium, ſi ſunt contraria iuri communi ſunt odioſa, & reſtringenda 537 nu.7

conceſsioni factę propter benemerita nõ poteſt nedũ Rex contrauenire, verum etiam minimè eius ſucceſſor,

ceſſor in imperio, cùm teneatur habere ratum factum ſui prædeceſſoris 546 nu.14.15
conceſsio facta per principem propter benemerita, ſeu ſeruitia non poteſt in dubium refricari, ſeu reuocari 546 nu.6
conceſsio facta propter benemerita tranſit in contractum, & non poteſt per ipſum Principem, nec per eius ſucceſſores reuocari 546 nu.7
cōceſsio propter benemerita dicitur facta motu proprio principis, licet motus proprius non exprimatur 546 nume.9
conceſsio principis primò loco facta ſemper tenet: quoniam variatio & inconſtantia in principe reprobatur, cùm in eo tanquã in fonte iuſtitiæ debet eſſe conſtans voluntas. & principibus cōuenit illud verbum, ſemel loquutus eſt Deus 280 nu.5
conceſsio motu proprio principis facta excludit omne vitium ſubreptionis, & obreptionis 288 numero 24
conceſsio principis non excluditur quòd ſit facta motu proprio, licet ad alterius preces facta appareat 453 nume.50
conceſsio in qua dicitur facta propter benemerita debent benemerita probari, vt conceſsio teneat 407 nume.5
conceſsiones & beneficia principũ, ſunt latiſsimè interpretanda 14 nu.2
concubinatus an præſumitur exiſtente diſparitate perſonarum, non adparente de voluntate amborũ, quòd voluerunt contrahere concubinatum, & non præcedente proteſtatione concurrente continuatione temporis in concubinatu: & quòd non breui durauerit 200 nu.2
concluſa cauſa in criminalibus, non debet quis vlterius audiri 405 nu.5
concluſio nō fit in criminalibus, cùm poſsint in eis quandocunque recipi probationes ad defenſam etiã vſque ad prolationem ſententiæ. & nume. ſequenti 406 nume.9
condemnari non poteſt quis vltimo ſupplicio ex præſumptionibus 215 nu.39
condemnatus ad mortem ſi dum vadit ad ſupplicium reuocat ſuam depoſitionem factam contra tertium, dicendo ſe falſo inculpaſſe illum, valet reuocatio ſeu exculpatio prædicta: dummodo alia non adpareat contra inculpatum 218 nu.18
contra condemnatum per præſumptiones moderanda eſt multum ſententia 219 nu.40
conductor faciens magnam impenſam in re cōducta poteſt ipſam à domino repetere, dum neceſſaria foret 502 nu.2.3
conductor eccleſiæ antiquus offerens tantundem penſionis, quantum nouus, non debet à conductione amoueri: imò non debet augeri penſio oblata per alium colonis eccleſiæ 316 nu.14.15
conductor in locatione non habet dominium, nec poſſeſsionem, ſed nudam detentationem 318 numero 20
conductor rei à fiſco ſi eſt ſibi aucta penſio conductionis per alium, & ipſe offerat tantundem quantum nouus conductor, poteſt compellere fiſcum, vt ſibi locet tanquam antiquo conductori 318 nu.16
confiteri nemo præſumitur contra ſe, & ſic ſeipſum odio proſequi, maximè vbi tractatur de pœna vltimi ſupplicij, & non eſt veriſimile, quòd etiam per torturam velit fateri delictum ex quo eſt innocens 104 nume.28
confiteri delictum feciſſe, quod non fecit virtute torturæ eſt veriſimile, ſi erat confeſſus innocens 121 nu.45.46
confitentes in poſſe iudicis commiſiſſe delictum, non ſolent mentiri ſcientes maximè tractari de periculo eorum vitæ 104 nu.29
confeſſus delictum, ſi perſeuerando in confeſsione fuerit condemnatus probando de innocentia, ſibi ſubuenietur, etiam poſt ſententiam 206 nu.2
confeſſus crimen, poteſt ſuam confeſsionem reuocare. & audietur: licet in hoc iudices ſe reddant difficiles & rigoroſos, etiam ſi iuraſſet 206 nu.4
confeſſus habuiſſe tales res penes ſe, ſi tamen non adparet habuiſſe ſcientiam ipſas res fuiſſe furto ſubtractas, non tenetur 95 nu.22
confeſſus per torturam non præcedentibus indiciis, etiam ſi milies ratificauerit, non tenet confeſsio 120 nume.36.37
confeſſus crimen, eſt confeſtim condemnandus. & vbi conſtat de maleficio, iudices debent eſſe proni, ſeu prompti ad puniendum: nec multum ponderare omnes iuris ſolennitates: quia fauor publicæ diſciplinæ ſuadet, vt maleficia puniantur. Homicida ſi inſtat defenſam, vt res protrahatur, debet interfici, & poſteà inquiri 11 nu.13.14 & 15
confeſſus delictum, facit vt ſtetur eius confeſsioni, ſi perſeuerat, vbi præceſſerunt legitima indicia: & videtur perſeuerare eo ipſo, quòd non reuocat, & ſi appellat, non dicitur perſeuerare, ſed tacitè reuocare 103 nu.24.24
confeſſus ſimpliciter interfeciſſe hominem in iudicio, poteſt ex interuallo interpretari confeſsionem ſuam & illud feciſſe ad ſui defenſionem 165 numero 3
confeſſus pluries commiſiſſe adulterium cum Berta vxore Titij non tamen ex pluralitate reiterationis cum eadem Berta, multiplicatur pœna 228 numero 4
confeſſus ſi reuocat, & ratificauit non obſtante reuocatione prædicta, debet condemnari 104 nu.29
confeſſus commiſiſſe homicidium ad ſui defenſionem, an poſsit condemnari ſeu torqueri, reiecta qualitate defenſionis 191 nu.1.192 nu.4. 241 nu.2
confeſſus dato ſibi termino ad deliberatè confitendum, adhuc poteſt confeſsionem ſuam reuocare 226 numero 12
confeſſus homicidium feciſſe ad ſui defenſionem, licet ipſam non probauerit, non tamen poterit pœna ordinaria puniri ſed extraordinaria 166 nu.13
confeſſus homicidium, verùm ad ſui defenſionem, ſed non probat, an poſsit pœna mortis naturalis puniri 192 nu.3
confeſſus ſponte ſeu in tormentis delictum, non ſolet ſtatim per iudices iudicari ſeu cōdemnari: ſed dari teſtes ad ſe defendendum, infra quem terminum poteſt reuocare confeſsionem, & probare ipſam erroneam 165 nu.1.2
confeſſus delictũ, non præcedẽtibus indiciis tortus & confeſſus, etiam ſi perſeueraſſet, & ratificaſſet, eius confeſsio prædicta non erit valida 204 nume.7.8.9 10. & 13
confeſſus delictum in tortura, non præcedentibus indiciis, nō tenet talis cōfeſsio. Id tamen intelligẽdum eſt, vbi magna fuiſſet tortura, & tortus fuiſſet debilis aut infirmus: ſecus ſi tortus fuiſſet robuſtus: & tortura fuiſſet modica ſeu parua, quia tunc valebit confeſsio 204 nu.8
confeſſus licet quis fuerit delictum contra ſe, ob quod condemnatus fuit per ſentẽtiam, ſi demum adparet de eius innocentia, non debet talis ſentẽtia exequi, non obſtante confeſsione ſua 34 nu.23
confeſſus de ſe, ſi ſua ſpōte alium nominat in ſocium, minimè ſuper eo interrogatus, talis nominatio ſuſpecta habetur à lege 41 nu.5
confeſſus delictum ad perſuaſionem iudicis, qui promiſit impunitatem ipſius delicti, ſi confitebitur nō poterit, ſi reuocat confeſsionem ipſam, virtute talis confeſsionis condemnari 188 nu.10
cōfeſſus ſe teneri ad ſeruitia perſonalia, nō concludẽs certam cauſam ipſius obligationis, nō noceret cōfitenti, nec huiuſmodi confeſsio ſine aliis talem cōditionem probaret 294 nu.9
confeſſus aſſaſsinium contra ſeipſum, non probat contra mandantem, ſi aliter non appareat per alia adminicula 44 nu.32
confeſſus delictum, poterit ſuam confeſsionem reuocare, ſi in ea ſponte non perſeuerauit 188 numero 8
confeſſus crimen extra iudicium ſibi non præiudicat, niſi aliter crimẽ ipſum eſſet notoriè commiſſum ab ipſo 366 nu.20
confeſſus crimen, eſt confeſtim condemnãdus 129 nu. 18.225 nu.17
confeſsio per tormenta extorta, nō præcedentibus indiciis, eſt ipſo iure nulla, nedum contra ſe, ſed etiam contra alios, contra quos, vt teſtis depoſuiſſet 204 nume.9
confeſsio dicitur extorta metu tormentorum nedum quando quis fuit tortus, ſed etiam quando fuiſſet ligatus, vel conſtitutus in loco tormẽtorum, ſeu exhibitis tormentis ſibi 43 nu.23
confeſsio per torturam extorta, ſi fuit reuocata licet millies repetita & ratificata, non obeſt, & ideò perſeuerãtia debet fieri pluries, & diuerſo tempore 115 nume.15
confeſsio per torturam non præcedẽtibus indiciis, licet ſit nulla, tamen quando fuit expreſsè perſeuerata, & non tacitè, tenet perſeueratio 102 numero 17
confeſsio ſine cauſa eſt inefficax, tamen interueniente iuramento erit efficax 102 nu.18
confeſsio extraiudicialis non præiudicat confitenti quò ad plenam probationem, tamen interueniente iuramento erit valida, & præiudicabit confitẽti 102 numero 19
confeſsio extorta abſque indiciis, licet poſsit dici nulla, attamen quãdo tam ante eam, quàm poſt extra iudicialiter emanauit eadem confeſsio, erit valida 102 nu.10
confeſsio emanata per torturam abſque legitimis indiciis, & ratificata, eſt valida, vbi nō magna fuit tortura, & tortus non erat infirmus nec debilis 102 numero 15
Et ibi habes, quòd leuis tortura non eſt tortura 102 nume.16
confeſsio dicitur facta in tormẽtis, nedum ipſis tormentis adhibitis, verùm etiam, quando eſſet facta prope tormenta 31 nu.7
confeſsio dicitur extorta metu tormentorum, dum iudex fecit ipſum ſpoliari, vt torqueret, & ille interim confitetur 31 nu.8
confeſsio dicitur extorta metu tormentorum, dum quis eſt deductus ad locum tomentorum, ſeu ligatus ad ipſa tormenta 31 nu.9
confeſsio inquiſiti tẽpore quo damnatur ad mortem, in qua exculpat aliquem per prius à ſe inculpatum & etiam ſeipſum exculpando, creditur in exculpationem alterius, ſed non in propriã exculpationem 43 nu.27
confeſsio inquiſiti de veneno alicui tradito, quòd ex hoc ſit mortuus, non præiudicat inquiſito, vt ipſe ex tali confeſsione poſsit condemnari, & ideò capitulari debet quòd dedit malum venenum 89 nu.5.6
confeſsio non nocebit inquiſito, quando non præcedentibus indiciis fuit proceſſum ad torturam, etiã ſi ſit perſeuerata & ratificata 31 nu.10
confeſsio extorta per tormẽta abſque indiciis, nō tenet, etiam quòd poſt ipſam ſuperuenirent indicia 204 nume.11
confeſsio extraiudicialis facit indiciũ ad torturam 365 nume.4
confeſsio extraiudicialis vt faciat indicium contra cōfitẽtem, requiritur quòd facta fuerit præſente parte 366 nu.19
confeſsio extraiudicialis facit ſemiplenam probationem in criminalibus 75 nu.9
confeſsio ſocij criminis nō nocet, vbi non concurrũt alia adminicula 113 nu.1.2.3.4.114 nu.5.6
confeſsio ſocij criminis adminiculata facit indicium ad torturam 83 nu.20
confeſsio ſocij criminis contra aliquem, ſi reperitur illum nominatum eſſe bonæ famæ, talis nominatio non operabitur quicquam 94 nu.11
confeſsio veriſimilis nihil obeſt confitenti 32 nu.2. 153 nu.12
confeſsio receptionis dotium facta per virum eſt tãtæ importantiæ, quòd ſi poſt ſtipulationem capitulatorum matrimonij, & promiſsionis dotium ante cōfeſsionem receptionis ipſarum fuiſſent alia debita per virum contracta, ſemper attenderetur tempus promiſsionis dotiũ factæ per vxorem, ſeu per alios eius nomine ipſi viro, & mulier ipſa præferretur cæteris creditoribus in hypotheca 474 nu.1
confeſsio receptæ dotis facta per virum tãtum operatur quantum vera ſolutio. Vxor habet hypothecam virtute legati facti per eius virum. & nu. ſequenti 474 nu.3
confeſsio etiam iudicialis reuocatur, & amittitur reuocatio, dum cōſtat de errore confeſsionis 229 numero 9
confeſsio iudicialis ad hoc, vt noceat, & reuocari non poſsit, requiritur quòd inſtãte actore fuerit aſsignatus terminus ad ita confitendum 226 num.7
confeſsio facta poſt terminum datum ad deliberandum, nō poteſt prætextu erroris reuocari 226 nu.8

confeſsio ſeu nominatio ſocij criminis in caſibus, in quibus noceret, nunquam facit indicium ad torturam, niſi habeat alia adminicula cōtra nominatum, & ita communiter tenetur 204 nu. 1. 2
Et vnum ex adminiculis eſt, ſi talis nominans habebat conuerſationem cum nominato ibid. nu. 3
confeſsio procuratoris ad hoc vt noceat domino, requiritur quòd inſtāte actore ſit aſsignatus terminus ad ita confitendum: tunc talis cōfeſsio reuocari non poterit 391 nu. 7
confeſsio facta poſt terminum datum ad deliberandum, non poteſt prætextu erroris reuocari 391 numero 8
confeſsio patris in qua aſſerit aliquem eſſe filium ſuum, non probat filiationem, trāsfert tamen onus probandi contrarium in aduerſarium, & conſtituit filium in quaſi poſſeſsione filiationis 514 numero 8
confeſsio facta ad liberandum abſente debitore per creditorem, non poteſt reuocari prætextu erroris 301 nume. 12
confeſsio contra propriam libertatem nō tenet: vbi ſubdit & facit contra Regem Francorum, dum faceret confiteri aliquam ciuitatem eſſe ſuam, & iurari fidelitatē à ciuibus: non tenet talis confeſsio 220 nu. 22. 526 nu. 14. 443 nu. 24. 25
confeſsio minoris de delicto, de quo aliter non conſtat, facit, vt minor ipſe nullo probato errore aduerſus eam reſtituatur 153 nu. 11
confeſsio minoris de crimine extra iudiciū poteſt abſque aliqua probatione erroris reuocari, & in integrum reſtitui, & ex hoc ſolo apparet eſſe læſum, quia minor 366 nu. 21
confeſsio filij contra patrem non præiudicat patri 367 nu. 22
confeſsio carcerati emanata abſque tortura, non ex hoc dicitur ſpontanea ſed violenta 152 nu. 5
confeſsio erronea poteſt prætextu erroris reuocari, non ſolum ſemel, ſed etiam pluries. num. ſecundo 310 num. 1
confeſsio erronea poteſt prætextu erroris reuocari, etiam ſi fuiſſet ſtatutus terminus confitenti ad deliberatè reſpondendum 310 num. 3
confeſsio etiam iurata poteſt prætextu erroris reuocari 310 num. 4
confeſsio vtriuſque, videlicet hominis & mulieris, aſſerentium matrimonium contraxiſſe, nō probat matrimonium fuiſſe contractum 503 nu. 4
confeſsio qualificata an poſsit in parte negari, & in parte ſperni 191 nu. 2
confeſsio delicti vbi adparet, non eſt aliter curādum de forma inquiſitionis 127 nu. 1. 2.
confeſsio exiſtentis in articulo mortis, tenet & valet 167 nu. 2
confeſsio dementis contra ſe, non tenet 34 numero 20
confeſsio ſecunda perſeuerata & ſpontanea poſt primam, purgat omne vitium extortionis in prima commiſſum per eum, in cuius fauorem fit confeſſio 103 nu. 23
confeſsio creditoris ad liberandum debitorē prǫiudicat creditori, etiam ſi fieret tertio qui nomine abſentis reciperet talem confeſsionem 301 numero 9. 10
confeſsio damnati ad mortem, dum tranſmittitur ad ſupplicium in fauorem alterius nominati, & inculpati per ipſum, ſi tunc ipſum exculpat, tenet exculpatio in illius fauorem 196 nu. 15. 16. 18
confeſsio ad hoc vt noceat confitenti, nedum non debet impugnari per aliam partem ſed debet expreſsè acceptari 226 nu. 10
confeſsio vt dici poſsit emanata metu carceris, ſufficit probare ipſam confeſsionem factam fuiſſe per detentum in carcere 64 nu. 18. 19
confeſsio propria ciuis dici nō poteſt ſi facta ſit per vniuerſitatem, cùm vniuerſitas fiat nō ex omnibus perſonis ciuitatis 295 nu. 13. 14
confeſsio procuratoris non obeſt in alio iudicio domino: quia non dicitur vera confeſsio domini illa quæ eſt facta per procuratorem, ſed ficta & interpretata 295 nu. 15
confeſsio ſeu reſponſio facta ad hoc vt non poſsit prǫtextu erroris reuocari, cautela eſt, vt aſsignetur terminus ad confitēdum, & quòd tu acceptes dictam confeſsionem 422 nu. 1
confeſsio erronea facta datis induciis deliberatoriis ad reſpondendum libello, poteſt vt erronea reuocari 227 nu. 13
confeſsio perſonalis poteſt per procuratorem reuocari 227 nu. 14
confeſsio erronea licet geminata per ratificationem ſubſequutam, poteſt nihilominus tanquàm erronea reuocari etiam ſi eſſet iurata 215 num. 33. 34. Etiam, quòd fuiſſet iudicialis. ibid. nu. 35
confeſsio procuratoris non facta per modum contētioſæ iuriſdictionis, non præiudicat eius principalibus 390 num. 4
confeſsio facta ſuper proceſſu nullo, eſt tanti vigoris, vt virtute confeſsionis ſequi poſsit condemnatio 104 nu. 28. 29
confeſsio emanata à minore abſque curatore, eſt nulla 33 nu. 7. 8
confeſsio abſente parte inducit ſemiplenam probationem ſecundum vnam opinionem 411 nu. 9
confeſsio abſente parte valet & tenet in foro canonico 478 nu. 5
confeſsio viri in fauorem vxoris cum ſit inter perſonis prohibitas, licet de iure non teneat, tamen morte ipſius mariti eam non reuocantis confirmatur 488 nu. 6
confeſsio dotis receptǫ facta per virum tenet vbi prǫceſsit promiſsio dotis, licet fuerit inter perſonas prohibitas 478 nu. 7
confeſsio dotis receptæ per virum in vltima voluntate præſente vxore, & acceptante, concurrentibus aliis cōiecturis, tantò magis ceſſat prǫſumptio fraudis viri 478 nu. 8
confeſsio geminata probata per teſtes inducit plenam probationem 411 nu. 12
confeſsio geminata, & geminatum iuramentum arguit deliberationem 403 nu. 8
confeſsioni inquiſiti ſoli ſtandum non eſt 152 numero 9
confeſsioni ſoli ſtari nō poteſt vt ex ea quis damnari poſsit niſi aliter conſtiterit de delicto 152 nu. 10
confeſsioni factæ in tormētis legitime illatis ſtatur, ſi perſeueratum fuerit in ea, niſi indicia per quæ fuit tortura illata, fuiſſent leuia, quæ non facerent præſumptionem 121 nu. 44
confeſsioni ſoli inquiſiti non eſt ſtādum de furto: ſed debet iudex mittere exploratores ad verificandum furta confeſſata fuiſſe commiſſā: & de rebus furto ſubtractis, quòd ibi erant 95 nu. 20. 21
confeſsioni ſolæ inquiſiti iudex non debet de facili credere: ſed debet verificare de veritate dictæ confeſsionis, & mittere exploratores ad verificandum furta, ſeu homicidia confeſſata per inquiſitum 32 nume. 4. 5
confeſsiones criminum debent continere veriſimilitudinem: & ideò officiales debent cautè agere, & non de facili credere confeſsionibus iudicialibus, niſi ipſis verificatis 152 nu. 8
confeſſo crimen poteſt defenſio denegari: cùm ob confeſsionē dicatur delictum notorium 129 nu. 17
confeſſo delictum poteſt defenſio denegari 223 numero 16
confeſſum ſe fuiſſe mètu allegans, vbi aliter non conſtat de delicto, ex ſola carceratione ſeu captura adparet quòd metu confeſſus eſt: ex quo præſumitur ſemper inferri metus officiali eius ſubdito 152 numero 6. 7
confirmari peti non poteſt id quod nulliter actum extitit, etiā ſi ex defectu formæ id prætenderetur contra ſententiam 422 nu. 6
confirmatio ſola tuetur præſentantem, vt dicatur eſſe in quaſi poſſeſsione præſentandi, quia præſentauit, & præſentatus per ipſum fuit inſtitutus, etiam ſi poſſeſſor eſſet malæfidei 371 nu. 6
confiſcatio bonorum ſpectat ad principem 15 nu. 11
cognoſcens carnaliter virginem vel viduam, abſque violentia, & ſine armis, non habet locum pœna raptus: ſed ſi eſt nobilis, amittit dimidiam partem bonorum. Si autem vilis, debet corporaliter puniri, ſed nō mori: ſed ſi abſque vi cognouerit, eo modo punietur: tamen pœna talis non excedet relegationem, ſi mulier honeſta cognita fuerit quia habebit locum talis pœna, ſiue volens ſiue nolens: quia præſumitur ſeducta bonis verbis 202 nu. 23
coniectura alia quàm donationis quando capi poteſt, illa capi debet 557 nu. 7
coniectura vbi capi poteſt, quōd non ſit dolus vel fraus, illa capi debet 51 nu. 10. 215 nu. 30
coniectura vna euacuatur per aliam 283 nu. 8
coniectura, ſeu præſumptio doli ſiue fraudis vbi capi poteſt, quòd non ſit fraus vel dolus, ita capi debet 283 nume. 9
coniecturæ habentur loco plenæ probationis in clandeſtinis & occultis: maximè in his quæ de nocte fiunt 47 nu. 15. 342 nu. 6. 350 nu. 15
coniecturæ in quibus caſibus habeantur loco probationis 195 nu. 4
coniecturæ habentur loco plenæ probationis in his, quæ ſunt difficis probationis 342 nu. 2
coniurati admittuntur teſtes, volente illo, cui actus criminoſus nocet, & non aliter 151 nu. 20
coniurationis pœna eſt vnius libræ auri 151 numero 17
copia inſtrumēti ſeu obligationis exēplata ab eo qui originale cōfecit, probat. 397 nu. 3. 4. Et hoc quādo authoritate iudicis exemplata fuiſſet. nu. 5. Et maximè vbi conſtaret notarium ipſum eſſe bonæ famæ. ibid. nu. 6
copula, conuerſatio, & habitatio inferunt cōcubinatum & non matrimonium 52 nu. 5. 55 nu. 24
corona ſeu diadema datur pro gloria 565 nu. 11
conſcientiæ alicuius ſe remittens, intelligitur de conſcientia legibus munita, adeo quòd non poteſt iura tranſgredi 319 nu. 4
conſanguineus pro conſanguineo teſtis non admittitur, maximè ad offenſam 116 nu. 5
conſanguineus ſi defendendo conſanguineum ſuum inſultatum occiderit inuaſorem, non debet puniri 165 nume. 6
conſanguineo licitum eſt conſanguineum ab alio aggreſſum defendere, imo etiam & quemlibet aliū extraneum aggreſſum 164 nu. 4. 5
conſanguinei & affines in cauſa iniuriæ illatæ eorum conſanguineo, vel affini, non probant: quia dicuntur in cauſa propria teſtificari 116 nu. 3
conſanguinei & amici citantur in actibus præiudicialibus, dum iudex vult procedere contra inquiſitum abſentem 170 nu. 1
conſenſus partis non præſtitus in iudicio filij reddit proceſſum nullum, tamen quando ſententia proferretur pro filio, & ſic eſſet proceſſus vtilis filio, valebit abſque conſenſu patris 317 nu. 10
conſilium & voluntas præſumitur ex breuitate temporis 476 nu. 5
conſilium & interuentus matrimonij, vbi interuenit præſumendum eſt abfuiſſe dolum & culpam in re minoris 487 nu. 7
conſiliarij ciuitatum hodie habent eandem poteſtatem & priuilegia, quæ olim decuriones habebant, & inter cætera, vt etiam finito officio minimè torqueri non poſsint 191 nu. 29
De conſiſtentibus in animo, ſtatur dicto ipſiuſmet, concurrente eius iuramento 215 nu. 28
conſiſtorium principis debet æquitatem amplecti, & ſecundum illam iudicare 389 nu. 77
In conſiſtorio principis proceditur reiectis ſolennitatibus iuris ciuilis poſitiui, & ſola facti veritate inſpecta 431 nu. 23
conſtare minimè dici poteſt de delicto, nedum per vnum teſtem de viſu, ſed etiam ſi eſſent mille teſtes examinati parte non citata: & ſic ex proceſſu informatiuo 30. nu. 1. 2. 3
conſtare nullatenus dici poteſt parte non intimata. ibid. 535 nu. 36
conſtituens ſe precario nomine poſsidere venditor alicuius rei cenſetur ex illo precario tranſtuliſſe poſſeſsionem veram, & certam totius rei 509 numero 4
conſtitutio quæ loquitur in mandante, non extenditur ad mandatarium 212 nu. 29
conſtitutiones regni per largiſsima tēpora ſemper fuerunt, & ſunt in viridi obſeruantia in regno 542 nume. 2
conſtitutiones Regni ſunt ius commune in regno 542 nume. 3
conſtitutus in mortis articulo non præſumitur mentiri 179 nu. 74. 180 nu. 75
conſtitutus in vltimis, & ſic vicinus morti, præſumitur

tur habere bonam conſcientiam 319 nu.7
conſtitutum licet ſit actus fictus, tamen transfertur ex eo vera poſſeſsio 482 nu.1
conſtitutum transfert naturalem & ciuilem poſſeſsionem, & etiam dominium, ſed per precarium ciuilis tantum 482 nu.2
conſuetudo tribuit iuriſdictionem & priuilegium 441 nume.2
conſuetudo præſcripta obtinet vim priuilegij 441. numero 3
conſuetudo à præſcriptione differt 441 nu.4.5
conſuetudo ſe habet ad ius commune vniuerſale, præſcriptio autem ad particulare priuatum 442 numero 6
conſuetudo vltima, & ſic poſterior eſt attendenda 470 num.1
conſuetudo dicitur inueterata per lapſum decennij 470 num.2
conſuetudo bina dum probatur, & vna eſt contraria alteri, debet ſecundum eam iudicari, quæ apparet iuri communi conformis 470 num.3
conſuetudo non inducitur in præiudicium principis, vel iurium ſuorum, niſi adſit certa ſcientia principis, & patientia 515 nu.6
conſuetudo ſe habet ad ius commune & vniuerſale, præſcriptio verò ad particulare priuatum, & ſic licet per actus geſtos à priuato poſsit induci conſuetudo, id eſt verum, quando per illos actus acquiritur ius in publico: Secus ſi priuato, quia tunc erit præſcriptio 219 num.6
conſuetudo ſeu obſeruantia contraria contra conſtitutionem Regni non poteſt allegari 541 numero 36
conſuetudo tollens ſolennitatem in alienatione rerum eccleſiaſticarum non tenet, niſi eccleſia id longo tempore conſueuiſſet 317 nu.12
conſuetudo & præſcriptio longè differunt, nam conſuetudo requirit animum, & conſenſum totius populi, aut maioris partis, præſcriptio verò ſolum animum & conſenſum præſcribentis, non autem aduerſarij, & ideo & contra quem præſcribitur, habet præiudicare 527 nu.21.22.23
conſuetudo & qualitas hominis attenditur ex præmiſſis 155 nu.4.237 nu.13
conſuetudo ſi allegatur per aliquem Doctorem, an ſit ei credendum. ibid. vbi concludit, quòd etiam plubus & pluribus Doctoribus de conſuetudine affirmantibus non eſt ſtandum 221 nu.3
conſuetudo inducens quòd perſonæ priuilegiatæ torqueantur, non tenet 244 num.3
conſuetudo praua, iniqua, & temeraria excuſat à pœna temporali 368 nu. 2
conſuetudo notoria non opus eſt allegari 368 numero 3
conſuetudo probatur per vſum populi, & frequentiam actuum cum temporis diuturnitate 402 numero 10
conſuetudo inducens quòd Doctores ſeu perſonę priuilegiatæ torqueantur, non tenet 190 nu. 12
conſuetudo delinquendi operatur, vt quis poſsit ad mortem puniri, licet aliàs non puniretur pro illo delicto 228 nu.13
conſuetudo inferendi iniuriam, licet probet cōtra aliquem delictum ſaltem præſumptum, hoc tamen habet locum, quando ciuiliter agitur, ſecus ſi criminaliter 218 num.21
conſuetudo ad hoc vt inducatur, multa requiruntur ad probandum aliquid eſſe factum, vt trahatur ad conſuetudinem 493 nu.4
conſuetudo non poteſt allegari ſeu introduci in his, quæ ſunt meræ facultatis 515 nu.1.2. Etiam ſi eſſet immemorialis. ibid.
conſuetudo Italiæ & totius mundi eſt, vt affectus non puniatur non ſequuto effectu 89 nu.7
conſuetudo tanti temporis in cuius initij contrarium memoria hominum non exiſtit, eſt centum annorum, ſecundum opinionem multorum 442 nu. 10
Ex conſuetudine acquiritur ius in publico vndecunque cauſetur, etiam ſi ius ex priuato cauſetur 219 nume.4
conſuetus delinquere quis dicitur per binum actum 79 num.5.229.nu.21
conſummatio copulæ cum puella nòn viri potenti, non tranſit in matrimonium tanquam immaturum 306 nu.1
contemptus mandati includit malitiam ſicut vera contumacia 401 num.3
contenta in articulis videtur & intelligitur quis fateri 514 num.10
contradictio vnius deſtruit actum, quando ad plures ſpectat negocium, vt ad ſingulos, non vt ad vniuerſos, quia tunc omnium eſt requirendus conſenſus 398 num.8
contrahere non licet officialibus cum ſubditis eorum iuriſdictioni, & ideo contractus tales in læſionem ſubditorum ſunt nulli. Quia præſumuntur per impreſsionem facti, nec eſt opus intentare actionem, quod metus cauſa ad ipſos reſcindendum. 437 numero 16
contrahens qui contractum ſequutus non eſt, non debet ex eo commodum reportare 19 nu.2
contrahens cum minore, quem cognoſcit contrahendo enormiter lædi, videtur eſſe malæfidei, & contractus reprobatur, nec validatur iuramento, tanquam dolo extortum 495 nu.2
contrahentibus licet permittatur ad inuicem inter ſe decipere vſque ad dimidiam iuſti pretij, non tamen habet locum in clerico, ſeu eccleſia, quæ minimè debet laqueum parere 485 num.5
contractus redditur vſurarius ex expectatione, dum emens propter illum dat minus quàm res in præſenti valeat 481 num. 6
contractus initium attenditur, nec mutatur ex natura contractus, ſi præter ſpem ſequatur proſpera, vel aduerſa fortuna 413 nu.3
contractus pedagiorum ſeu gabellarum, licet ſonent in venditionem ad certum tempus, tamen eſt in veritate locatio, & non venditio 19 num. 4
contractus nullitas quando apparet ex inſpectione ipſius, poteſt opponi ad impediendū executionem etiam ꝙ ſtatutū tolleret omnē exceptionē, quia intelligitur de inſtrumento valido 439 nu.35.36
contractus alienationis rei eccleſię licet nullus abſque aſſenſu prælati, & aliis requiſitis per cap. ad audientiam. de rebus eccleſ. non alien. tamen ſi cedit in vtilitatem eccleſiæ valet 289 num.10

contractus



contractus plures vno contextu eodem die celebrati, vt eſt contractus quietationis ſatisfactionis, & mutui debent reputari vnus contractus 481 numero 8
contractus inter officiales, & ſubditos ſuæ iuriſdictioni eſt nullus 430 nu.1
contractu completo & publico, non poteſt error corrigi per notarium, etiam quòd ipſius copiam non dediſſet 49 nu.7.8
contrarietas inter duas ſcripturas inducit pręſumptionem falſitatis 385 nu.50
contrarietas ſeu repugnantia inter duas ſcripturas facit vt vna deroget fidei alterius 386 numero 50
contrarietas in inſtrumentis facit vt neutrum valeat 386 nu.5.3
contrarietas ſeu diuerſitas quæ reperitur in actis, & proceſſu in teſtibus, debet quantum poſsibile eſt reduci ad concordiam 365 nu.7
contrarietas in teſte eſt excuſabilis ob decurſum tēporis, etiam trium annorum, cùm infrà tātum tempus de facili inducatur obliuio 124 nu.13
contrarietas in teſtibus, etiam in facto principali, ſi modica eſt, non vitiat dicta teſtium 78 nu.12
contrauenire in aliquo ſi quis non poteſt per directum, minimè poterit per indirectum 454 numero 63
contumacia ſi fuit accuſata non ſeruato iuris ordine, eſt ipſo iure nulla 93 nu.4
contumacia clerici coram iudice ſeculari non tenet, nec ex ea poteſt exigi pœna 247 nu.4
contumacia eſt delictum 247 nu.5
contumacia ſola cum banno circunſcriptis aliis indiciis facit vt quis torqueri poſsit 143 nu.5
contumaciæ pœnam non poteſt exigere iudex ſecularis à clerico 247 nu.5
contumacia ad effectum foriudicationis debet eſſe annualis, & incipit à tempore quo bona fuerunt annotata 541 nu.32
contumax & bannitus dum inquiritur de delicto, & nullo exiſtente indicio, poteſt torqueri 22 numero 21
contumax bannitus ex ſola contumacia & banno aliis non exiſtētibus indiciis, poteſt torturę ſubiici 80 nume.14
contumax bannitus ex ſola contumacia & banno poteſt de iure torqueri 118 nu.25
contumax verus dici non poteſt, citatus domi: ſed qui perſonaliter citatus eſt 118 26.27
contumax dicitur ille, qui eſt condemnatus ex vera contumacia 119 nu. 28
contumax dicitur ille qui ritè & rectè contumax effectus eſt vt quia ritè citatus, & contumax condemnatus & bannitus 93 nu.2.3
contumax ſi tempore contumaciæ ſtabat grauiter infirmus, non potuit contumax reputari 119 nu.29
conuentio inter hoſtes non tenet 431 nu.17
conuentio facta cum hoſtibus non eſt ſeruanda 437 nume.22
conuerſatio mala facit quem præſumi ſuſpectum: & econtrà bona cōuerſatio, facit quem præſumi bonum 36 nu.14
cōuictus teſtibus licet neget, & in tortura perſeueret negando, attamen debet damnari 22 nu.24.25
de corpore vbi conſtat, etiam ſi ſit erratum in reſcripto in nomine, non ex hoc vitiabitur reſcriptum, ſed imò erit validum 343 nu.9
Inter corrixantes ſi non adparet quis primò incœperit, præſumptio eſt contra magis rixoſum, ſeu conſuetum rixari 237 nu.10
corrumpens iudicem debet maiori pœna puniri, quàm iudex accipiens 83 nu.15
corrumpens iudicem, tenetur pœna falſi, & etiam lege Iulia repetundarum 82 nu.13
corrumpens iudicem, & iudex corruptus, ſunt correlatiua: & diſpoſitum in vno, cēſetur diſpoſitum in alio, etiam reſpectu pœnæ 83 nu.14
corruptelæ crimen in iudice eſt ſatis deteſtabile: intantum, quòd reputatur inter magnas & capitales cauſas 82 nu.1
corruptelæ crimen in pluribus adſimilatur crimini læſæ maieſtatis 82 nu.2
corruptelæ crimen committitur per iudicem, ſi pecuniam cœpit, vt ferat ſentētiam iuſtā ſiue iniuſtam. Item, ſiue vt iudicet, ſiue vt non iudicet. Itē, ſiue pecuniam capiat, & nihil promittat: & pariter ſi ſibi dari promittitur, etiam ſi promiſerit aliquid non facere, quod tamen facit: & pariter, ſi ſibi promiſſum fuerit aliquod debitum, ad quod tenebatur relaxari 82 nu.3.4.5.6.7.8
credens verbis boni viri, ſeu magni, aut fidè digni, excuſatur de ſucceſſu 72 nu.16
creditor emphyteutæ ad euitandum caducitatem poteſt offerre, & ſoluere precium pro re emphyteuticaria virtute hypothecæ quam habet, vt emphyteuſis duret 465 nu.5
creditor quando certum eſt non poſſe conſequi à debitore, & habet regreſſum contra fideiuſſorē, exceptionem diſcuſsionis non habet, nec ſibi competit diſcuſsio, quando notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo 327 nu.2
creditor quando accipit rem debitoris, vt ſibi ſatiſfiat, non tenetur vi bonorum raptorum 130 numero
creditor petens debitum principale in iudicio, & nihil de intereſſe, aut expenſis expreſsit, & pariter iudex in nihilum prædictorum condemnauit, niſi in debito principali non poterit actor appellans in cauſa appellationis petere intereſſe ſeu expenſas quas in cauſa id non petierat 480 nu.1
creditor primus ſi poſſet vendicare à ſecundo creditore pecuniam perceptam à debitore, & iam conſumptam, totus mundus eſſet in litibus; & mercatores ceſſarent, & amitterent commercium 185 numero 4
creditor ſecundns ſi exigit à debitore debitum ſuum in pecunia, quam per eum habitam conſumpſit, an poſsit anterior creditor vendicare ipſam à ſecundo creditore 184 nu.1
creditor ſecundus habet ius offerendi primo creditori, tamen ſecus erit in vxore habente & retinente bona ſui viri hypothecata pro dote, ob vergentiam viri ad inopiam 465 numero 16 & 17
creditores quando ſunt plures, ille eſt potior, cui primò ſoluitur 185 nu. 2

credit

creditorum plurium ſentētię caſu quo ſtari debet maiori parti ipſorum, tamen vbi minor pars creditorum oſtenderet quòd ſententia illorum continet iniquitatem, poterit reclamare corā ſuperiore, & cum cauſarum inſertione. & ſic probabitur maiorem partem illud facere. & ſi factum fuerit aliter, reuocabitur 277 nu.14

creditorum plurium ſentētiæ ſtatur, & ſic maiori parti, niſi minor pars euidenter oſtenderet quòd opinio illorum manifeſtam continet iniquitatem, ideo minor pars hoc caſu poterit appellare 547 numero 9

credulitas nedum iuſta, verùm etiam iniuſta & fatua excuſat à dolo, imò & à culpa 136 nu.1

credulitas vehemens, habetur pro certitudine 125 numero 17

credulitas, etiam fatua, excuſat quem à dolo 214 numero 21

crimen veneni deteſtabile & execrādum, & longe grauius homicidio, & vendens & emens venenum puniuntur, licet non ſequatur mors 195 numero 1

crimen falſæ monetæ, etiam de iure communi, eſt de criminibus exceptuatis 15 nu.12

crimen committens motus etiam ex iniuſta cauſa, ex quo venit ſibi pœna corporalis imponenda, tamen nō tenebitur ad pœnam prædictam reſpectu cauſę prædictæ licet iniuſtæ 232 nu.17

crimen aſſaſsinij ad hoc vt puniri poſsit pœna mortis, licet ſit de atrocioribus, requiritur quòd fuerit conſummatum: aliàs ſecus 208 nu.18

crimen legis Iuliæ de vi publica, incurritur, nedum ſi inſultus committatur cum cœtu, ſed etiam ſi ſine cœtu, etiam per vnum cum armis, & ſic tenetur communiter, maximè in curia vicariæ 113 nume.6

crimen ſeu peccatum licet aggrauet delictum, tamen illud procedit in peccato continuato, ſecus in tranſitorio 349 nu.4

crimen læſæ maieſtatis non committitur niſi à ſubdito 215 nu.32

crimen læſæ maieſtatis non poteſt imputari carenti dolo nu.39

In crimine læſæ maieſtatis non fit extenſio de vno caſu ad alium: ſed fit ſtricta interpretatio 73 numero 41

crimina obiecta contra teſtes ipſos repellunt etiamſi per prius non ſint conuicti, vel confeſsi 84 nu.29

crimina atrocia non comprehenduntur in diſpoſitione generali. Et indultus ſeu abolitio criminum non extenditur ad criminoſos grauiorum criminum, nec ad crimen falſi 195 nu.10.11

criminibus occultis, quæ vt plurimum per vnum ſolum committuntur, lex contentatur facilioribus indiciis 195 nu.2

criminoſus puniri poteſt per iudicem loci, in quo criminoſus reperitur ipſe, cùm idē ſit in cōtractibus, tamen hoc intelligitur, ſi ipſe delinquens reperitur ibi habere domicilium 59 nu.6

culpa maior ſeu defectus cōmittitur in faciēdo, quam in omittendo 343 nu.3

curator ſeu tutor ſi de pecunia minoris, ſeu pupilli deputata ad vſum immobilium ſibi prædium comparauit vendicatur poſſeſsio prædil per minorem. ibidem nume.9. Et idem in muliere, eccleſia, & minore, vbi etiam videbis qua actione vendicatur 506 nume.8

curator dari debet pupillo inuito; multò magis ipſo pupillo petente 479 nu.9.10

curſus triginta annorum in poſsidente rem eccleſiæ facit præſumere, vt omnia ſolenniter proceſsiſſe appareant 408 nu.8

curſus temporis non ſufficit in talibus angariis probari, niſi etiam & tempus probetur 442 numero 19

cuſtodiri in vinculis, & fideiuſſoribus committi, ſunt diuerſa 131 nu.9

cuſtodia arcis, etiam baronum tempore belli ſpectat ad regem 29 nu.11

cuſtos carceris etiam pro leuiſsima culpa tenetur criminaliter 251 nu.1.6

cuſtodes animalium eccleſiæ dantium damna, tenentur illa emendare 458 nu.10.11

Et ideo dominus animaliū recuperat à cuſtode damnum quod ſoluit damna paſsis. ibid. nu.12.

DAmnari quis non poteſt ad mortem, nec pœna ordinaria imponi, dum quis ex præſumptionibus damnatur, ſed alia mitior pœna 239 numero 11

damnū pati in re locata aliud eſt, & aliud pati damnum in fructibus ad officium, vt conductor poſsit conſequi remiſsionem mercedis 502 nu.6

debita duo ſi extant pœnalia, ſolutio ſi fit per debitorem, in dubio cedit in illud debitū cuius pœna commiſſa fuiſſet 556 nu.4

debitor confeſſus in inſtrumēto recepiſſe pecuniam, poteſt non obſtante lapſu biennij negatiuam probare, id eſt, non habuiſſe pecuniam, dummodo in ſe aſſumat onus id probandi 359 nu.1.2.3.4

Et maximè vbi id probare vellet per confeſsionem ipſiuſmet creditoris 359 nu.5

debitor vt capi poſsit tanquam ſuſpectus, plura requiruntur 301 nu.14

debitor pro modico debito non poteſt iurari ſuſpectus 301 nu.11

debitor ex pluribus cauſis ſoluens partem debiti facit vt electio ſit creditoris in quam partem, ſeu cauſam receperit: ſecus ſi debitor tempore ſolutionis declarauit in quam partem 556 nu.2

debitoris deterioratio per quam inducatur ſuſpicio fugę, requiritur quòd ſuperuenerit poſt cōtractum debitum 301 nu.13

debitoris ſuſpecti captura poteſt lite pendente impetrari 436 nu.10

declaratio non requiritur in facto notorio 344 numero 5

declaratio non requiritur in eo qui notoriè tenuit caſtrum rebellatum 345 nu.6

decretum non requiritur in alienatione rei minoris, vbi apparet in inſtrumēto cum quodā patre minoris data facultas pro debito in eo contento ingrediendi propria authoritate, & ideo caſu tutores & curatores poſſunt immittere manū ad quam rem velint, quia non requiritur decretum 297 nu.2

decretum vbi venit interponēdum in alienatione rei minoris, requiritur ſolennitas, & ideo vbi ceſſat interpoſitio decreti, ceſſat ſolennitas 298 nu.3

decretum iudicis requiritur in alienatione rei minoris tamen induci poteſt per longa tempora, vt non requiratur 317 nu.13

decretum præſumitur interueniſſe in alienatione rei eccleſiæ, quando fuit alienata ex contractu defuncti longi temporis, licet de eo non appareat 298 numero 8

decretum latum nullis probationibus factis, eſt ipſo re nullum 532 nu.8

decretum ſeu actus ſine rationabili cauſa non tenet 398 nume.12

decretum ſuper alienatione rei minoris ſeu pupilli de facto reuocatur, vbi iudex reperit ſe deceptum. 508 nume.10.11. Quia eo caſu habetur pro non interpoſito ibid.

decretum iudicis interpoſitum imperitia iuris, vel facti ſuceſſor ipſius illud exequi non debet 508 numero 12

decretum non requiritur in alienatione rei minoris, quando fit alienatio ex contractu defuncti qualitercunque defunctus contraxerit 299 nu. 11

decreta decurionum vniuerſitatum per quæ donatur, non tenent, & ſunt ambitioſa 398 nu.12

decurio dicitur, qui de ordine curiæ officia terræ adminiſtrat: vnde non eſt decurio, qui ſententiā non tulit vel curiam nō participauit 191 nu.19.20. Quod dicitur in iure de decurionibus, ſeu priuilegiis ipſorum, obſeruabitur in conſiliariis ciuitatis, & conſulibus ipſius, cùm ſint loco ipſorum ſubſtituti: & hodie loco decurionum habentur, ibid. nu.22.23 & 28. Vbi intelligitur de conſulibus ciuitatum & magnorum locorum, non autem oppidorum.

decurionibus aſſerentibus donationem alicui feciſſe in remunerationem ſeruitiorum ſtatur 551 nu.7

deducens vnum, & aliud probans non poteſt obtinere 564 nu.2

defectus in ſyllaba ſollennitatum quæ requiruntur, vitiat in totum 172 nu.21

defendendi animo quòd quis fecerit, ſtabitur eius iuramento, concurrentibus maximè aliis coniecturis 166 numero 12

defendendo ſeu ad defenſam quòd quis aliquid fecerit, probatur per coniecturas, quæ iudicis arbitrio relinquuntur 141 nu.21

defendēdo quid fuiſſe factum ſufficiet probare quòd aduerſarius offenſus ruebat in ipſum, & aggreſſus in dubio ſemper feciſſe videtur ad defenſam, quòd fecit 341 nu.15

defendens ſe non poteſt habere ſtateram in manibus, & vulnera non dantur ad menſuram 65 numero 26

defenſio competens principali competit etiam fideiuſſori 566 nu.2

defenſio permiſſa fratri in auxilium fratris ſeu alterius intelligitur permiſſa cum moderamine inculpatæ tutelæ 156 nu.2

defenſio quæ conſtat ex actis poteſt allegari per quemlibet etiam inhabilem, vt minorem, & mulierem 175 nu.49

defenſionem Princeps tollere non poteſt, cum ſit de iure naturali 531 nu.

Ad defenſionem quod quid factum fuerit, probatur per coniecturas, quę iudicis arbitrio relinquuntur 166 numero 10

Ad defenſionem, quòd quid factum ſit, ſufficit probari, quòd ſe defendens probabiliter dubitare poterat de offenſione 140 nu.1

Ad defenſionem quòd quid factum fuerit probatur per coniecturas, quæ iudicis arbitrio committuntur 67 numero 38

defenſionibus renunciare etiam expreſsè quis non poteſt 406 nu.10

delegati iuriſdictio eſt odioſa, & ideo reſtringenda in dubio 481 nu.3

delegato principis mortuo cauſa non reuertitur ad ordinarium, ſed ad Principem 437 nu.25

deliberatio colligitur præparatoriis & geſtis 72 numero 15

deliberatio plena præſumitur, vbi interuenit ſecunda conſideratio 286 nu.27

deliquiſſe quis dicitur ſæpius, ſi per tres vices deliquit 229 nu.22

delinquendi conſuetudo inducitur per binum actum 211 nume.22

delinquens quando nō fuit aſſuetus delinquere, nec probatur aliàs deliquiſſe, niſi ſemel tantum, poterit eo caſu iudex pœnam ordinariam minuere, imò & indulgere 240 nu.24

delinquens in delicto, in quo peruenit ad actum facti remotum, vel actum verbi, non punitur eadem pœna, ſed extraordinariè 90 nu.12

delinquens ſi eſt vir fortis & ſtrenuus, aut magnus artifex, aut multum vtilis reipublicæ, debet ſibi minorari pœna capitalis, imò quilibet de populo eo caſu poſſet executionem ſententiæ capitalis impedire. & ibi multa alia circa hæc 156 nu.7.8

delinquens in foro eccleſiaſtico prima vice, potius expectandus & corripiendus eſt, quàm puniendus 161 numero 7

delinquens non debet puniri pœna delicti conſummati, etiam vbi eſſet deuentum ad actum delicto proximum: ſed minori pœna: & debet eſſe minor pœna mortis 91 nu.16.17

delictum in quo interuenerunt principalis & auxiliantes, & venit pro tali delicto imponenda pœna mortis, eo caſu principalis ad ipſam condemnabitur, cæteri verò deportantur 120 nu.42

delictum capitale committens, ſi ſit ſtrenuus & vtilis rei publicæ, abolenda eſt ſibi pœna 67 numero 39

delictum committens, ex quo fuit condemnatus ad mortem, ſi eſt homo vtilis reipublicæ, ſeu bene meritus de ea, quilibet poterit executionem talis ſententiæ impedire 67 nu.40

delictum famuli imputatur domino ſcienti & non prohibenti. quod maximè procedit, vbi ſubeſt aliqua præſumptio, quòd fuerit factum domino mandante 17 nume.3.4

delictum quando punitur pœna ſtatuti, nō habet locum pœna præfata, niſi delictum fuerit conſummatum: ſecus ſi attentatum 210 nu.7

delictum pluries reiteratum, etiam ſi pluries fuit punitum, ſimiliter pluries aggrauat idem peccatum vltimo loco commiſſum 228 nu.12

deliċtum vbi committitur in aliqua cōtrata, in dubio præſumitur contra vicinos & domeſticos:& ideò capi poſſunt,& torqueri vicini & domeſtici 134 numero 3

deliċtum commiſſum,vbi non tēdebat ad illā ſpeciem deliċti,quòd poſteà ſequutum eſt,non teneturquis de eo,quod ſequutum eſt 39 nu.2

deliċtum veneni eſt occultū:& ideò in eo debet iudex eſſe promptior ad torturam 253 nu.1

deliċtum ad hoc vt non puniatur, ſufficit probari tale quid,ex quo adpareat illud deliċtum potuiſſe licitè fieri: licet punċtualiter non probetur faċtum iure licito 140 nu.10

deliċtum ſi aliter probari nō poteſt, niſi per minorē, ſi fuerūt examinati duo minores,erit deliċtum probatum 118 nu.21

deliċtum dicitur haberi per me ratum,quādo fuit nomine meo geſtum,& ita diċtum tempore aċtus geſti 40 nume.5

deliċti præſumptio tollitur ex prçſumptione bonæ famæ 97 nu.17

in deliċto commiſſo de noċte ſufficiūt leuiores probationes,imò conieċturæ 234 nu.4

deliċta commiſſa de noċte,ſunt difficilis inquiſitionis & probationis:& ideò raro reperiūtur ſine tortura:quia ob tempus noċturnum,dicuntur clandeſtina nu.10.11

deliċta præſumuntur principaliter perpetrata animo nocendi 192.nu.5

deliċta hodie non puniuntur pœnis contentis incōſtitutionibus regni,& iuribus municipalibus,niſi deliċta ipſa ſint conſummata & perfeċta 208 nu.19

deliċtorum frequentia facit,vt quis ad mortem damnari poſsit,licet pro vnoquoque deliċtorū commiſſorum ille non poſſet pœna mortis puniri,ſed pecuniariter:vt quia pro vnoquoque ex deliċtis non veniebat pœna mortis imponenda,ſed pecuniaria 36 numero 16

in deliċtis quç ſecretè fiūt,iudex debet eſſe promptior ad torturam,& quæ de noċte fiunt,dicūtur ſecretè fieri,& occultè 35 nu.5.6

demens æquiparatur mortuo 34 nu.19

depoſitio teſtis ſeruitoris ſeu domeſtici, nullum indicium facit contra dominum 205 nu.19

depoſitio correi ſeu ſocij criminis cum aliquibus adminiculis,vt eſt conuerſatio & habitatio,facit indicium 83 nu.17

depoſitioni principalis ſi quis ſtare ſe offert,denegari non poteſt quin examinetur,nec ſufficeret replicare,quòd adeſt procurator cū libera bene informatus,& quòd principalis eſt in longinquis partibus. & nume,18.& ita aliàs obtinui pro Illuſt.quondam magno Capitaneo cōtra Marchionem quarate 277 nu.17.18.20

depoſitiones teſtium tormētatorum abſque indiciis, nihil valent,nec faciunt indicium cōtra illum,contra quem deponunt 204 nu.10

depoſitum iudiciale obtinet vim veræ ſolutionis 465 nume.14

derogatio particularis ſpecifica longè potentior eſt in derogationem iuris alterius 566 nu.22

deus etiam ex conuentione obligaretur 464 numero 62

deus non ſubiecit contraċtus ſub poteſtate Principis 250 nume.25

diċtio,nullatenus,importat nullitatem aċtus 9.numero 12

diċtio,præſertim,comprehendit caſum expreſſum 345 nume.9

diċtum doċtoris ſemper debet intelligi ſecūdum iura quæ allegat ipſe 296 nu.17

diċtum probi viri inducit iuſtam credulitatem 136 numero 1

dies vbi eſt expreſſa in obligatione,etiam ſi tacitè inſit ex diſpoſitione legali, tunc non poteſt purgari mora,niſi infra modicum tempus 303 nu.3

diffamatio vbi non præcedit inquiſitionem,corruit inquiſitio:& teſtes deponentes ſuper deliċto,de quo fit inquiſitio,non præcedēte diffamatione non probant 97 nu.19.98.nu.20.22.23.24

diffamatus ſeu infamis quis non eſt ex eo,quòd ita eſſe dicatur:niſi etiam conuiċtus fuerit de eo,quòd diffamatur 256 nu. 25

difficultas excuſat à pœna 186 nu.3

dignitas ſola non ſufficit in officiali ad inducendum præſumptionem metus,ſeu impreſsionem,quia id procedit in officiali non habente iuriſdiċtionem 437 numero 18

dignitatibus præferuntur munera patriæ 281 numero 12

dilatio non conceditur ſuper impertinētibus,& ſi fortè datur per errorem,non recipitur probatio 529 nume.9.

diligentia in caſu incendij exculpat præſumptionem culpæ 47 nu.12

diſcipulus in apotheca an obliget magiſtrum 17 numero 5

diſcordia ſiue contrarietate extante ſuper maritanda puella inter conſanguineos,& tutorem iudex prouidet,& ſubdit non eſſe,quia iudex inter diſcordātes debet eligere meliorem, & æquiorem partem 547 nume.7.8

diſsimulandi animo quòd quis aliquid dixerit, vel fecerit,probatur per conieċturas 27 nu. 36

diſpenſatio quid ſit 184 nu.49

diſpoſitum inter coniunċtos,habebit locum inter amicos magna amicitia 141 nu.23

diſpoſita in teſtamento per teſtatorem reputantur inſeparabilia 519 nu.4

diſpoſitio conſtitutionis in aliquibus dicitur eſſe merè fauorabilis,& in fauorem maſculorum 520 numero 8

diſpoſitio iuris quælibet generaliter loquens,non extenditur ad minores,& in cauſa pia, & fauorabili 301 numero 8

diſpoſitio hominis debet intelligi prolata in caſu vero,& non fiċto 279 nu.5

diſpoſitio pœnalis pro aliquo crimine in ſpecie cōtra aliquā ciuitatem,& eius ciues, nō extenditur ad villas ſeu caſalia eiuſdem ciuitatis : ſed ſolùm contra ipſam ciuitatem,& ibi exiſtentes 126 nu.3

diſpoſitio quælibet intelligi debet,vt minus lædat ius cōmune,quàm poſsit 10 nu.5

diſpoſitio quælibet vltimarum voluntatum,ſiue cōtraċtuum recipit interpretationē à conſuetudine 381 numero 8







diſtantia loci facit vt quis ignorare præſumatur 471 numero 5

diſtriċtus dicitur propriè dominium accedens ciuitati,ſeu caſtro in ſubieċtionem iuxta fines ſimul in ciuitate ſeu caſtro ſtatutos intra quos quicquid eſt vocatur territorium 537 nu.2

diuturna cohabitatio adinuicem,an purget vetus ſtuprum:& præſumatur concubinatus 200 numero 3

diuturnitas carcerationis inducit minorationem pœnæ ordinariæ 156 nu.5

diuturnitas temporis præſumere facit omnia ſolenniter proceſsiſſe,quç requiruntur in conceſsione,maximè rei eccleſiaſticæ 408 nu.7

diuturnitas temporis facit præſumere omnia ſolenniter proceſsiſſe 477 nu.11.12

doċtor non poteſt torqueri : & an ſit hoc ſimpliciter verum:& an requiratur, quòd ſit certi ordinis, vel quòd ſit aċtu legens, vel aċtis aduocans 243 numero 2

doċtor aċtu legens dicitur eſſe in dignitate 190 numero 5

doċtor dicitur perſona illuſtris : & gaudet omnibus priuilegiis conceſsis militibus 190 nu.6.7.8

doċtor licet de iure non poſsit torqueri: tamen de cōſuetudine,quæ eſt optima legum interpres,torqueri poteſt. Et quòd talis conſuetudo, quòd poſsit torqueri,nunquam viſa fuit ſeruari 244 nu.4

doċtor imperitus de crimine falſi, poteſt torqueri 244 nume.5

doċtor intelligi debet ſecundum iura quæ ipſe allegat 325 nu.11

doċtori licet magno non eſt credendum, niſi eius diċtum probet per authenticam ſcripturam:imò gloſæ non eſt credendum, quando leges non allegat 217 nu.12.13.325 nu.12

doċtoris legentis in cathedra diċtum non aſtringit de neceſsitate 469 nu.1

doċtoris diċtum debet intelligi ſecundum iura quæ ipſe allegat 47 nu.14.217 nu.11

doċtores dicuntur quaſi radij ſolis, & per Doċtores quaſi luminoſas candelas,vniuerſum corpus orbis terrarum tenebris profugatis velut ſydus irradiat matutinum 190 nu.9

doċtores,veluti ſplendor,fulgent firmamenti:& ipſorum ſcientia mundus illuminatur: & niſi fuiſſent Doċtores,eſſemus in tenebris 190 nu.10.11

dodarium non habet priuilegium antelationis ſicut dos 494 nu.10

dolore iniuriæ vel metu promotus,non eſt in plenitudine intelleċtus:& ſic ei tollitur reċtum iudicium deliberandi 65 nu.24.25

dolus quid ſit 164 nu.3

dominus ignorans vaſſallum feudum alienaſſe ſi dederit eidem licentiam alienandi, non ex hoc videtur confirmaſſe alienationem iam faċtam de præterito 566 nu.24

dominus ignorans obligationem generaliter faċtam per feudatariū de ſuis bonis feudalibus,ſi dat licentiam creditori quòd poſsit ſuper bonis feudalibus cōſequi debitum,certè per talem licentiam non videtur conſenſiſſe obligationi bonorum per prius faċtā,quā tunc ipſe dominus ignorabat 566 nu.25

dominus poteſt reuocare vaſſallum ſuum contumacē qui aufugit à feudo,& poteſt etiam eius bona capere 273 nu.15

dominus poteſt reuocare ad feudum vaſſallum ſuum, qui alibi ſe contulit ad habitandum,etiam ſi fuiſſet effeċtus conuerſus,vel oblatus 273 nu.15

dominus poteſt ab eius vaſſallo inobediente, & contumace eius bona auferre:& maximè exiſtentia in eius iuriſdiċtione 273 nu.16

dominus,ſi allegat ſe eſſe in quaſi poſſeſsione exigendi ſeruitia ſeu angarias à ſubditis,non auditur:cùm ex quaſi poſſeſsione non inducatur ius exigendi ſeu poſsidendi 220 nu.15

dominus,ſeu cuſtos caſtri ſi tempore guerræ offert illud adſignare regi cuſtodiendum,non tenetur amplius de eo,quod ſuccedit,ſi rex non mittat ad eius cuſtodiam 26 nu.12

dominus probans exegiſſe colleċtas à vaſſallis de conſuetudine tanti temporis in cuius contrarium memoria hominum &c.habet vim priuilegij 527 numero 25

dominus non poteſt grauamina à vaſſallis ſuis exigere,niſi conſueta 526 num.16

dominus licet habeat in vaſſallos merum,& mixtum imperium, non ex hoc poteſt eis imponere noua veċtigalia, niſi in caſu neceſsitatis 526 numero 17

dominus exigens aliquid extraordinarium præter conſcientiam Principis,punitur in quadruplum, ſi verò de conſcientia Principis plus exegit,quàm impoſitum fuit,punitur in duplum 526 nu.18

dominus præſumitur habere iuſtam cauſam ignorantiæ eorum quæ ſunt geſta per procuratorem 287 numero 5.6

dominus poſtquam eius procurator fuit litem conteſtatus,non poteſt ipſe de per ſe in illo iudicio comparere in abſentia diċti procuratoris 287 nu.7

dominus percuſſus ab alio cum baculo, ſi mandauit ſeruo,vt illum percuteret, intelligitur mandaſſe de pari vindiċta, & ſic vt illum ſimiliter baculo verberaret,& non armis 155 nu.1

dominus rei quando ſe conſtituit poſsidere nomine alterius,non transfert poſſeſsionem ex tali conſtituto 560 nume.7

dominus ad probandum angarias ſibi deberi per vaſſallos,debet probare titulum,aut exegiſſe per tantum tempus, in cuius initij memoria hominum in contrarium non exiſtat 525 nu.1

dominus ſi mandauit ſeruo quòd vulneret, ſeu percutiat Baptiſtam,& ſeruus percuſsit Saluatorem,non tenetur mandans de vulnere Saluatori illato 156 numero 4

dominus prætendens aliquas ſeruitutes ſibi deberi à vaſſallis,incumbit ſibi onus probandi de ipſarū prçſtatione,& per tantum tempus, in cuius initij contrarium memoria hominum non exiſtit. Nec ſufficeret longæuus vſus ſeu conſuetudo,etiam cum tituli allegatione 219 nu.2

Et in talibus non ſufficit longæuus vſus, aut probari curſus longi temporis, niſi etiam & teſtis probetur.ibid.nu 2 & 3

dominus ſi concubuit cum vxore vaſſalli ea inuita, ſeu vaſſallo inuito debet feudo priuari 555 nu.20

dominus qui vaſſallos contra iuſtitiam diuerſis grauaminibus afficit, debet feudo priuari 555 nu.21
dominus regulariter non tenetur de delicto famuli, niſi delictum haberet tractum ſucceſsiuum, ſeu cauſam ſucceſsiuam: ſecus ſi momentaneam 16 numero 1
dominus tenetur in omnibus reddere vices vaſſallo 28 numero 41
dominus malè tractans vaſſallos dicitur malè verſari in feudo quod tenet à domino & debet feudo priuari 18 nu.1.555 nu.15
dominus obligatur ex contractu factoris ſeu inſtitoris 17 nu.6
dominus abutens iuriſdictione ſibi conceſſa per principem, poteſt de facili priuari iuriſdictione prædicta 250 nu.28
dominus poteſt agere pro intereſſe ſeu iniuria ſuo vaſſallo illata 62 nu.9
dominus exigens aliquod reale ſibi non debitum inconſulto principe plectendus eſt 525 nu.3
domini temporales vt Duces, Comites, & ſimiles, cenſentur principes in eorum terris, & habent illam poteſtatem in ſubditos, quam habet Imperator in toto Regno, maximè quando eis ſunt conceſſa regalia, prout omnibus Baronibus Regni conceſſa ſunt 437 nume.15
domini non poſſunt exigere à vaſſallis, niſi conſueta grauamina: nec poſſunt eos compellere ad præſtandum ſibi angarias ſeu collectas 219 nume.10. 442 numero 12
domini extorquendo ſimilia inconſulto principe, tenentur in quadruplum 219 nu.11
Et ſi conſulto principe exigant plus permiſſo, punietur in duplum. ibid.
domini vaſſallorum debent eſſe contenti oneribus & muneribus impoſitis tempore conceſsionis feudi, nec ſubditos vltra grauare 442 nu.15.526 nu.20
dominium quando non deducitur principaliter, ſed incidenter, ſicut in rei vendicatione, & contigit in aliqua cauſa dubitari quis eſt dominus, ex poſſeſſione præſumitur dominium 511 nu.2
dominij exceptio contra ſpoliatum quando non requirit probationem facti, non poteſt reiici, & admittitur 440 nu.3
de dominio ſuo opponens, & probans per ſententiam, auditur contra ſpoliatum agentem remedio recuperandæ ita & probans de ſuo dominio per inſtrumentum publicum quod æquiparatur ſententiæ 440 numero 2
de dominio conuenti dum conſtat, obſtat exceptio agenti de manifeſta, & notoria iniuſtitia, & dominio ipſius 564 nu.8
domus ſecundum dialecticos conſiſtit ex pluribus, videlicet, ſolo, ſuperficie & tecto 509 nu.2
domus manſionis dicitur: vbi quis firmiter ſtat, & permanet, non vt recedat 550 nu.10
domus conceſſa in feudum & domus domini tenent vnam curtem communem, diuiſio ipſius curtis debet fieri per cordulam verſus domum domini, & illa dimidia erit ſua, alia dimidia erit vaſſalli 484 numero 2
domo alienata intelliguntur cætera alienata quæ ſunt de ſubſtantia domus 509 nu.1
In domo communi conſueta locari ſi alter ex ſociis vult inhabitare, alter autem vult vt locetur, præfertur volens locare 358 nu.5
domeſtici teſtes etiam dicuntur, qui ad vnum panem & vnum vinum viuunt 56 nu.32
donans eccleſiæ centum oues vt quolibet anno donec vixerit, det ſibi quinque, cùm plus ex eis veriſimiliter percipi poſsit, quòd poſt mortem oues ſint monaſterij etiam ſi fuerunt multiplicatæ, talis contractus eſt licitus, nec poteſt eccleſia dici læſa 413 numero 5
donans mille non facta inſinuatione ſi aſſerit donare propter merita, de quibus non apparet, poteſt contrauenire 550 nu.13
donans in remunerationem tenetur de euictione 551 nume.8
donatio facta per patrem filiæ in poteſtate facit quod filia ipſa non videtur capax dictæ donationis 490 nume.10
donatio in qua fit mentio de morte, dicatur facta cauſa mortis 489 nu.1
donatio cauſa mortis æquiparatur legato 489 numero 2
donatio facta per virum vxori minoris ætatis duodecim annorum, tenet & valet 306 nu.1
donatio donatoris morte confirmata ſapit naturam vltimæ voluntatis 490 nu.7
In donatione vbi non apparent merita præceſsiſſe, eſt ſuſpecta 427 nu.6.7.8.9
donationes inofficioſas in extraneum licet ius reuocet in coniunctum, tamen pro parte reuocat, & non in totum 322 nu.3
dos non poterit congrua ſtatui, nec terminari, niſi ſciatur quis erit ſponſus, & cuius qualitatis, & cogitur expectari tempus quo maritabitur 518 numero 6
dos vbi legatur per patrem poteſt ante omnia peti tanquam æs alienum ad quod pater ipſe tenebatur, & in tantum quòd dotem ipſam non tenetur filia ipſa conferre 490 nu.3.4.5
dotem promittens ſi eſt extraneus, præſumitur promiſiſſe animo donandi 516 nu.1
duo iura quãdo concurrunt in perſonam vnius, idem eſt iudicandum, ac ſi in peſonam duorum concurrerent 278 nu.23
duo non poſſunt eſſe domini inſolidum eodem iure, imò eſt impoſsibile 214 nu.18

Eccleſia vt probetur eſſe pauper ſtatur iuramento ipſius rectoris 568 nu.12
eccleſia propter ſterilitatem poteſt denegare procurationem 568 nu.13.14
eccleſia licet poſsit venire contra contractum geſtum omiſsis ſolennitatibus, licet vtiliter contraxerit, cùm eo caſu contractus non teneat: id tamen intelligendum eſt, quando ex illo contractu eccleſia modo aliquo læderetur: ſecus ſi vtiliter contraxiſſet 316 nume.3
eccleſia prima curata licet per adoptionem ſecundæ curatæ vacet ipſo iure, non tamen poteſt epiſcopus illum ſpoliare ipſo prius non citato, & audito, quia poſsit ſibi defenſio competere, vt puta diſpenſatio, vel quid ſimile 482 nu.4
eccleſiæ tenentur ad gabellam plauſtrorum quæ deſtruunt viam, & etiam ad gabellam portæ 458 numero 13
eccleſia eſt in facultate difficilis conueniendi 273 numero 12
eccleſia connumeratur inter potentiores 273 numero 13
eccleſię vniuerſitati ſi plus offertur quàm res valeat id recipere non debet, ſed iuſtum pretium tantum: cum non debeat in ſuis contractibus fraudem adhibere 485 nu.6
eccleſia debet eſſe cultrix iuſtitiæ & æquitatis 485 numero 7
eccleſia poteſt ſibi facere contractum fauorabilem abſque aliqua ſolennitate canonica, vel legali 316 numero 4
edere tenetur vaſallus copiam inſtrumenti domino petenti 18 nu.4
edere quando quis cogitur per officium iudicis fit ex cauſa, vt quando id quod edi petitur fuerit factum mandante eo qui ſibi edi petit, & quòd ſua interſit, vt editio fiat, ex quo ſuam continet vtilitatem 491 numero 5
edere reus non cogitur inſtrumentum quando reus ipſe emit chartam, & ipſum à notario recollegit de ſua propria pecunia 491 nu.6
editio facienda eſt per reum quando acta ſunt deperdita 491 nu.2.3
Et hoc quando ex cauſa magna, & quando dicatur hoc procedere ſubſiſtente cauſa magna. ibid.
eiectus ſi quis eſt nomine meo à poſſeſsione per familiam meam, & ego mandaui, vel ratum habui, ego teneor 331 nume.7
Vbi multa ad intellectum Bar. in l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudic. vbi materia iſta digeritur ibid. nu. 8.9. 331 nu.10
electus qui fuit ſeu prior ciuitatis ſuæ, non poteſt torqueri, licet functus fuerit officio 191 nu. 17.18
electio dum fit, debet fieri de digniore 281 numero 11
electio magiſtri actorum cauſæ facta per delegatum, perpetuat eius iuriſdictionem 375 nu.1
eſt in electione creditoris, an ex contractu, cui eſt cõtrauentum, velit petere pœnam vel rem 19 numero 3
emens rem à tranſeunte nomine veri domini non amittit pretium, ſi reperitur ſubtracta, & quando hoc, & quomodo locum habeat, & quomodo intelligitur 305 nume.1.2
emens rem à tranſeunte, ſeu incognito tũc demum recuperat pretium à vero domino, ſi emit rem nomine veri domini, & minus quàm res ipſa valebat: aliàs non competit ſibi vtilis actio negotiorum geſtorum ad repetendum pretium. & idem firmat Anton. de Alexand. in l. ſi pretium. C. de procuratoribus. 305 nu.3. 329 nu.1
emens fructus ante tempus in herba pro viliori pretio, quàm valebant tempore quo erant in eſſe, ſeu maturi, dicitur vſuram committere, & vſurarius nuncupandus eſt emptor 481 nu.4
emptor rei cui venditor conſtituit ſe precario nomine poſsidere, ratione precarij pręfertur alteri ſecũdo loco recipienti alienationem 510 nu.7
emptor ſi promiſit ſoluere ad certum tempus, & ex quo ante tempus ſoluat dedit minus quàm tenebatur, non licebit 481 nu.7
emptor ſi fuit in mora in implemento ex parte ſua cõtractum, poteſt morám purgare infra modicum tempus 304 nu.4.465 nu.9
emptoris ius an ſit reſolutum oblato precio ab eo cui infra certum tempus fuit promiſſa reuenditio 282 numero 1
emphyteuta ſi expulit antiquum conductorem fundi, cùm bonus eſſet, debet priuari emphyteuſi 318 numero 17
emphyteuta finita emphyteuſi non poteſt amoueri offerendo tantundem eius quod alius offerret 276 numero 2
emphyteuta ſi cecidit à iure ſuo, & eccleſia tamen ſingulis annis recepit penſionem ab ipſo, & non proteſtatur de caducitate, ex hoc videtur caducitatem remiſiſſe 318 nu.21
emphyteuſis non poteſt alienari in eccleſiam tãquam in potentiorem 273 nu.14
emphyteuſis ſi ſit finita morte, & dominus velit de nouo emphyteuſim concedere, decẽdentes primi emphyteutæ poſſunt petere quod eis confirmetur emphyteuſis, & hoc de facili impetrabunt. Et ſi eiſdem denegabitur, poſſunt appellare ad ſuperiorem 318 nu.18.19
In enormibus licet iura tranſgredi 253 nu.2
In enormibus quòd licet iura tranſgredi, non eſt ita ſimpliciter verum. Item intelligitur in cauſis arduis, in quibus incurritur ſtatus reipublicæ 255 numero 15
epiſcopus ſi petat cõtra vnam eccleſiam quartam decimarum, & rector alleget quòd omnes eccleſiæ, & rectores earum de conſuetudine non ſoluerunt decimam, & rectores aliarum eccleſiarum ita depoſuerunt: quòd quamuis in conſequentiam illi videantur deponere circa id quod concernit proprium commodum ipſorum, tamen probabunt 392 numero 7
equus ſi petitur qui eſt mortuus, ſuccedit æſtimatio, ſi cauſa eſſet ordinaria non poſſet ferri ſententia ſuper æſtimatione, cùm non fuerit petita ſed ſi ſummaria, ſic 434 nu.4
error vnius inſtrumẽti probatur per aliud inſtrumentum, vbi vnum inſtrumentum eſt reducibile ad aliud, vt quia in vno cõtinetur minus, & in alio plus 386 nume.52
error nõ cadit in actu geminato, ſeu reiterato 445 numero 2
error tolleratur etiam in facto proprio, dum reus certat de damno vitando, & eius aduerſarius de lucro captando 399 nu.17
erubeſcere, pallere, & inconſtanter loqui, ſunt ſigna malæ conſcientiæ 254 nu.5
Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant 8 nume. 6 302 nume.7
euicta re empta per cõmiſſum, & non per ſententiam iudicis, ſed per laudum arbitrorum, non tenetur promittens euictionem 307 nu.2
euictio dum imminet in limine contractus rei venditę tenetur vẽditor præſtare fideiuſſores de euictione, licet in contractu promiſſus non fuerit 463 nu.1

Et intelligitur nedum pro illa quantitate, ſed etiam pro toto precio, & ſic de euictione futura. ibi.

euictionẽ promittens nõ tenetur, ſi res nõ fuerit euicta per ſententiam rite & rectè latam, adeo quòd ſi per imperitiam, vel alio modo malè lata fuiſſet, nõ haberet locum euictio 307 nu. 3

euictionem promittens ad hoc vt teneatur, requiritur vt lata fuerit ſententia contra emptorem præſente ipſo emptore, & defendẽte cauſam, aliàs ipſo abſente, præſumetur latã cõtra eum, quia cauſam non defendit 307 nu. 4

euictionem promittens ad hoc vt teneatur, requiritur quòd emptor defenderit cauſam cum bono procuratore, & aduocato, adeò ſi ex imperitia ipſorũ cauſam amitteret, non haberet locum euictio 307 numero 5

euictionem promittens non tenetur ſi de facto res fuerit euicta, & ſi fuiſſet promiſſum de facto, & cum armis defendere, niſi fuiſſet ſuperior qui poſſet promittere etiam cum armis defendere 307 num. 6. 308 nume. 7

euictionem promittenti debet denunciari tempore quo lis mouetur, ſeu aliquid fit ſuper re empta, vt poſsit illam defendere 308 nu. 8

euictionem promittens videtur promiſiſſe, ſi de iure res fuerit euicta: ſecus ſi de facto 307 nu. 1

excarcerãdus die veneris ſancti, ſi reiterauit delictum, non debet excarcerari 211 nu. 24

excedens moderamen inculpatæ tutelæ, non tamen ex propoſito, ſed in rixa, non dicitur incuriſſe aliquam pœnam 141 nu. 16

excipiens inepte, ſi ſuccubuerit in exceptione terminus ſibi currit 138 nu. 18. 19

exceptio aliqua ſi virtute ſtatuti opponi non poteſt contra inſtrumentum, certè intelligi debet contra illum cum quo confectum eſt inſtrumentum, & ſtipulatum, non autem contra tertium 359 numero 11

exceptio certa ſi non permittitur opponi contra inſtrumentum virtute ſtatuti, non habebit locum contra tertium cum quo non eſt confectum inſtrumentum 359 nu. 12

exceptio licet firmet regulam generalem in caſibus non expreſsis: non ex hoc facit, quòd ſub regula generali comprehendentur vltrà, quàm de ſui natura debeat regula, vel generalis diſpoſitio comprehendere 15 nu. 16

exceptio competens vniuerſitati prodeſt, & competit ipſis conciuibus 299 nu. 13

exceptio competens pluribus, & ex perſona vnius tantùm poteſt opponi 399 nu. 14

exceptio quòd quis ſit exemptus à iuriſdictione citantis, poteſt opponi per quemlibet etiam infamen maximè quando talis exceptio eſt notoria, vt quia ex actis adparet 174 nu. 40

exceptio ſi non poteſt opponi contra inſtrumentum guarentigiatum virtute ſtatuti, poterit tamen opponi quòd is qui fecit inſtrumentum, non erat notarius 382 nu. 8

exceptio falſitatis admittitur etiam contra inſtrumentum habentem executionem paratam 381 numero 9

exceptio incõpetẽtiæ iudicis poteſt opponi per procuratorem 175 nu. 45. 46

exceptio nullitatis ex incompetentia iudicis, ſi de ea in promptu apparet, impedit executionem ſententiæ 175 nu. 47

exceptio nullitatis licet nõ admittatur contra tres ſententias conformes, tamen admittitur quando eſt ex incompetentia iudicis 175 nu. 48

exceptio nullitatis contra ſententiam impedit executionem quouſque de nullitate cognoſcatur 448 numero 1

exceptio nullitatis reiecta per ſtatutum, non videtur reiecta, ſi conſtat ex actiſmet 340 nu. 3

exceptio nullitatis quæ impedit executionem debet apparere ex reuolutione chartarum 488 numero 3

exceptio præuentionis eſt declinatoria, quia declinatur iuriſdictio citantis 438 nu. 29

exceptio declinatoria, quæ apparet notoriè ex actis, poteſt opponi per procuratorẽ, etiam in cauſa criminali 180 nu. 76

exceptio litis pendentiæ coram vno iudice impedit litem agitari coram alio, maximè quando ſententia coram vno pareret exceptionem rei iudicatę coram alio 438 nu. 27

exceptio dominij cõtra ſpoliatum quando non requirit probationem facti non poteſt reiici, debet admitti 500 nume. 5

exceptio licet firmet regulam in nõ exceptuatis, tamen non ampliat, vt extendatur ad ea, quæ aliàs in regula non includuntur 15 nu. 14

exceptio procuratoria poſt concluſum in cauſa opponi non poteſt 390 nu. 1. 2

Imò etiam per litis conteſtationem tollitur, ſi oppoſita non fuit. ibid.

exceptio ſine ordine decreta eſt infirmanda, & non confirmanda 535 nu. 32

exceptio metus non reſpicit inſtrumentum, ſed contractum 436 nu. 11

exceptio metus vbi fuit iuratũ non poteſt opponi obſtante iuramento 436 nu. 12

exceptio metus non admittitur aduerſus inſtrumentum guarentigiæ iuratum, ad impediendum executionem 436 nu. 13

exceptio quæ reddit iudicium retro nullum poteſt quandocunque opponi 238 nu. 5

exceptio firmat regulam generalem 13 numero 1

exceptio poteſt opponi contra ſententiam, non autem contra inſtrumentum quod habet executionem paratam 566 nu. 3

exceptionem opponens in ſummariis, ſi ipſam non offerat incontinenti probare, & etiam probet, prę ſumitur quòd fecerit animo calumniandi, & audiri non debet 433 nu. 1

exceptiones omnes ſi ſunt excluſæ poſt lapſum termini virtute ſtatuti, & pariter probationes non ex hoc aufertur facultas faciẽdi articulos ad effectum examinandi principalem 278 nu. 21

exculpatio licet non proſit exculpanti, prodeſt tamen exculpato 179 nu. 73

exculpatio offenſi elidit indicia, quæ eſſent ad torturam contra inquiſitum exculpatum 135 numero 7







exculpatio vulnerati, aſſerentis quòd Titius fuit qui ipſum vulnerauit, non prodeſt: nec nocet inculpato vel exculpato, etiam ſi in mortis articulo talis exculpatio facta ſit 168 nu 5

exculpatio offenſi aſſerẽtis ſe non offenſum à Titio, elidit indicia ſufficientia ad torturam, quæ exiſterent contra ipſum 160 ou. 1

excuſator comparens in quocunque crimine pro inquiſito abſente admitti debet. Et iſta eſt vera & communis ſententia 351 nu. 11 12

executio ſentẽtiæ ſeu decreti regij impeditur obſtante defectu iuris naturalis, vt quia latum fuit, ſeu lata parte inaudita 532 nu. 11

executio ſententiæ non poteſt fieri contra hæredem condemnati, niſi hæres ipſe citetur, & in ipſa cauſæ cognitione liquidetur, an hæres habeat cauſam à condemnato 348 nu. 8

executio ſententiæ regiæ retardari debet per reſtitutionem in integrum petitam 554 nu. 11

executio quando peteretur confirmari ex ſententia nulla, quia parte non citata, non poteſt peti confirmatio: ſecus ſi erat valida, ſed executio non rite facta 422 nu7

executio facta perperam iudicis authoritate, non reuocatur ſi id quod eſt ſolutum, adparet fore debitum 103 nu. 27

executio ſi fuit nulliter facta cõtra tertios poſſeſſores, licet aliàs iniuſtè, ipſis tamen non citatis, etiam ſi vellet creditor quod iudex ipſam confirmet id fieri non poteſt 483 nu. 12

executio facta per iudicẽ de facto, & parte non citata debet pari modo de facto reuocari, quia ſicut fuit iudex facilis in condemnando, ita & in reuocando 482 nu. 3. 534 nu. 28

executio quæ virtute ritus, ſeu ſtatuti fieri debet ad inſtantiam creditoris, intelligi debet de creditore efficaci, cui nulla obſtat exceptio 439 nu. 34

executio ſententiæ & executio inſtrumenti habentis executionem paratam, æquiparantur 436 numero 1

executio ſententiæ nunquam impeditur per exceptionem litis pendentiæ 436 nu. 2

executio inſtrumenti guarentigiati habet etiam executionem perſonalem 436 nu. 3

executio facta poſſeſsione ſequuta ſemper eſt executa ſciente & patiente venditore per quod ſatis apparet probari de traditione aliter quàm per precariũ, & conſtitutum 483 nu. 8

executio de facto emanata, ita de facto reuocari debet 533 nu. 16

executionem imploratam à iudice eccleſiaſtico impeditur impartiri nedum per nullitatem obiectam, verùm etiam per iniquitatem euidentem 468 numero 4

In executione licet non requiratur citatio, maximè vbi fit in eadem re, de qua eſt facta condemnatio, tamen fallit vbi fit contra ſucceſſorem, quia debet citari 347 nu. 11

Pro expreſſo haberi debet id de quo ſi quis fuiſſet interrogatus ita reſpondiſſet 546 nu. 12

FActa ſunt fortiora ad demonſtrandum animum, quàm verba 213 nu. 12

factum proprium quando eſt impugnatum à lege, etiam ſi interuenit iuramentum, licet contrauenire eidem met contrahenti, quando factum eſt lege impediente 550 nu. 14

de facto ſpoliatus, ita de facto reſtitui debet 419 numero 5

factis datur voluntas intelligi. Et multa circa demonſtrationem voluntatis ex verbis 238 nume. 8. 534. nume. 24

falſans literas principis ad hoc vt capite puniatur, requiritur quòd nedũ falſauerit ipſas literas, verùm etiam & ſigillum principis 244 nu. 9

falſans literas delegati, qui gerit vices Papæ, non debet ita acriter puniri, ac ſi falſaret literas ipſius Papæ 244 nu. 10

falſitas non eſt præſumenda, imò potius varietas loci, & temporis, vt ſaluetur, & excludatur falſitas inſtrumenti 376 nu. 13

falſitas dici non poteſt, vbi conſtat de primordio veritatis 343 nu. 8

falſitas non poteſt committi abſque dolo 377 numero 16

falſitas inſtrumenti probari poteſt per duos vel tres teſtes, etiam ſi non ſint de ſcriptis in eo 382 numero 19

falſitas teſtium non exiſtens in negotio principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij principalis, ſed in acceſſoriis, non facit, vt dicta teſtium reprobentur 78 numero 11

falſitas præſumitur ex diuerſitate ſeu varietate ſcripturarum, & contrarietate 49 nu. 5

falſitas non eſt, ſi teſtes ſunt contrarij inter vnam partem & aliam, niſi aliter probetur falſitas. Verum datur materia iudici ad inquirendum in alterutrum 246 nu. 14. 247. nu. 17

falſitas tacendo non committitur, niſi à teſte, & ſic non poteſt præſumi falſitas ex omiſsione 343 numero 4

falſitas eſt mutatio veritatis 343 nu. 5

falſitas etiam committitur in omittendo verum ſcribere, ſicut in exprimendo falſum 383 numero 27 & 28

falſitas ad hoc vt excludatur, debet in dubio præſumi potius ignorantia quàm dolus 48 nu. 4

falſitas non tangens negotium principale, in quo eſt ſubſtantia negotij, non facit quòd dicta teſtium reprobentur 38 nu. 5

falſitatis imago eſt id quod diſtat à veriſimili 17 nu. 2 110 nu. 14

falſitatis probatio debet de neceſsitate concludere, & requiritur magis ſtricta & concludens probatio in falſitatibus, quàm in aliis 78 numero 15. 109 numero 11

In falſitatibus præſumendis attenditur multum qualitas perſonarum teſtium 78 nu. 16

In falſitatibus ſemper fieri debet interpretatio, vt falſum excludatur 106 nu. 10

falſa grammatica, ſeu falſa latinitas reſultans ex vitio ſcriptoris in reſcripto, vel ex nimia occupatione, non vitiat reſcriptum 343 nu. 1

falſum dici nõ poteſt id quod non eſt nociuum, nec aptum ad nocendum 377 nu. 17

falſũ dici non poteſt id, quod habet aliquid veritatis

admiſtum 246 nu.11

falſum dici non poteſt id quod habet primordium veritatis, & ſemper facienda eſt interpretatio, vt falſum excludatur 246 nu.12

falſum minimè dici poteſt in quod iuuatur primordio veritatis 39 nu.8.69 nu.13.377 nu.20

In falſi crimine probatio debet de neceſsitate concludere 47 nu.2

falſi crimen eſt exceptuatum, nec comprehenditur in generali indultu 468 nu.10

falſi crimen eſt deteſtabilius homicidio, & veneficio, & in tantum, quòd reducit hominem ad nihilum 468 nu.11

In falſi crimine ſemper debet fieri interpretatio, vt falſum excludatur 68 nu.2

falſi probatio debet de neceſsitate concludere, & tali modo, quòd aliter res ſe habere non poſsit 38 nu.3. 68 nu.3.376 nu.12

De falſo inquiſitus debet in carceribus defendi, & non liberatur 468 nu.9

falſarius non poteſt dici teſtis, quando eius dictum poteſt aliqua interpretatione verificari 78 numero 14

fama nullam facit indicium, ſed ſolùm confirmat alias probationes 110 nu.15

fama publica de delicto contra inquiſitum an facit indicium ad torturam 35 nu.10

fama publica facit indicium ad torturam, & pariter inimicitia 365 nu.2

fama publica vehemens facit iudicium ad torturam 144 nume.16

fama ſola iunctis aliis adminiculis, vbi vertitur difficultas probationis, facit plenam probationem 144 num.17

fama licet formiter cum omnibus circũſtantiis requiſitis non probetur, tamen vbi de ea deponunt decem teſtes, plenè probabunt famam, licet formiter de requiſitis ad probationem famæ non depoſuerint 144 nu.18 & 19

fama publica non probatur per teſtes dicentes de fama, niſi reddant rationem eorum dictis. Et debent dicere à quo audiuerunt, ad hoc vt probent 566 nu. 10 & 11

fama vt faciat indicium debet præcedere inquiſitionem. Item debet habere originem à legitima, & probabili cauſa, aliàs non probat 366 numero 12 & 13

fama publicà probata non facit indicium, ſed confirmat alias probationes 366 nu.14

fama publica cum adminiculis aliquibus, facit indicium ſufficiens ad torturam 75 nu.7

fama an faciat indicium ad torturam: & quomodo requiritur, quòd teſtes deponant ſuper ea, vt probent 265 nu 3

fama mala facit indicium ad torturam 365 numero 5

fama bona inquiſitorum de falſo, multum operatur ad excluſionem falſitatis, vbi qualitas perſonæ multum operatur ad remouendum falſitatem 68 num. 9 & 10

fama bona elidit plura indicia, ac euacuat 161 nu.6

fama non probatur ex quo teſtes deponãt id publicè audiuiſſe, niſi dixerint audiuiſſe à maiori parte populi illius loci 269 nu.4

fama ad hoc vt probetur per teſtes, requiritur quòd multa concurrant 369 nu.5.6.7

fama ad hoc vt probetur, requiritur quòd fama ipſa ortũ habuerit à probabili & legitima cauſa: vt quia præceſsiſſet aliqua cauſa rixæ ſeu inſultus, vel inimicitia inter eos 110 nu.10

fama non probatur, niſi dicant teſtes ita audiuiſſe per famam à maiori parte populi illius loci. Item, vnde fama originem traxit. Item, à quibus audierunt, videlicet, quando non deponunt audiuiſſe à maiori parte populi vbi multa & plenè de fama, quando dicatur eſſe probata 53 nu.11.12

fama mala probata contra aliquem, vt ſortiatur effectum ſuum, requiritur quòd fuerit in eodem genere mali 119 nu.31

fama vt probetur, requiritur quòd teſtes depoſuerint famam ipſam audiuiſſe à maiori parte populi illius loci, etiam quòd de hoc non fuerint interrogati 110 nume.13

famæ malæ ad hoc vt quis dicatur ad effectum, vt pro alio delicto de quo inquiritur, dicatur eſſe malæ famæ, requiritur quòd talis mala fama fuerit in eodem genere mali: nec ſufficeret, ſi de aliis criminibus diuerſis mala fama procederet 256 nu.28

famæ bonæ ſi quis fuit in præteritum ita quoque & hodie præſumendus eſt 94 nu.12

famæ probatio eſt minus quàm probatio indiciorũ, maximè quando non probatur habuiſſe originem à iuſta ſuſpicione 110 nu.16.111 nu.17.18

familia clericorum gaudet priuilegio clericali 458 numero 7

famulus ſeu famula dum reperitur in domo mortua, præſumitur à domino domus occiſus, vel à domina, ſi dominus eſt abſens 238 nu.3

famulus non tenetur furti, ſi dum ſibi ſalarium non ſoluitur, ſubtrahit tantum de rebus patroni, quòd ſibi ſatis fiat 129 nu.5

famulus mercede conductus ab eccleſia non gaudet priuilegio eccleſiæ 458 nu.14

fatalia contra minores non currunt, licet Bartol. tenet quòd ſic, ſed quòd datur reſtitutio 559 numero 8

fateri nullatenus dicitur ille, qui allegat ſe erraſſe in facto 206 nu.1

febris licet ſit cauſata ex vulnere, non ex hoc debet vulnerans vt homicida puniri pœna mortis 7 numero 12

fundum alienum pertranſiens per decem annos, præſente domino fundi cui aſſeritur quod dicta via debetur per dictam terram, videtur conſtituta ſeruitus 501 nu.2.3

feudum habens de camera, ſeu cauena, non poteſt petere illos panes ciuiles, niſi prius ære alieno ſoluto, ita quod creditores tali feudatario præferuntur 551 nume.9

feudi bona præſumuntur data ſeu conceſſa vaſallo ſub cõditione, vt à feudo ſeu terra nõ recedat 273 nu.7

fides torti augetur per torturam 195 nu.7

Ex ficta confeſsione per contumaciam nullam propter inordinatum proceſſum, non poteſt ſequi aliqua ſententia 172 nu.22

fideiubere aliud eſt, & aliud ꝓmittere de fideiubẽdo, & aliud eſt locare, ſeu vendere, & aliud promittere de vendendo 382 nu.26

fideiubere nemo ſponte præſumitur, imò potius per vim & metum, cùm nemo quis ſua iactare præſumatur 430 nume.2

fideiuſſor nunquam obligatur, niſi per obligationem tacitam vel expreſſam 382 nu.22

fideiuſſor qui promiſit ſe facturum & curaturum ſub pœna, excuſatur ab ea, ſi fecit quicquid potuit 187 nume.5

fideiuſſor ſe obligans ad certum tempus elapſo tempore non tenetur 387 nu62

fideiuſſor non tenetur, ſi principalis aufugit per metum ſibi à ſuperiore illatum 389 nu.72

fideiuſſor licet nõ ſit promiſſus, nec datus tempore contractus, ſi demum mouetur lis ſuper re vendita ante precij ſolutionem, etiam ſopita lite per ſentẽtiam, vel tranſactionem, vt venditor conſequatur pecuniam, debet præſtare fideiuſſorem de euictione generali de omni lite quæ foret mouenda ab omni perſona 464 nu.3

fideiuſſor datus de præſentando aliquem pro aliqua cauſa, ſi demum ille fuit iterum captus, & carceratus pro eadem cauſa, ſi poſteà aufugiat à carcere, ille fideiuſſor non tenetur, quia iudex illum capiẽdo pro eadem cauſa & detinendo videtur liberare fideiuſſorem 388 nu.65

fideiuſſori competit beneficium excuſsionis non obſtante iuramento interpoſito 566 nu 4

fideiuſſores primi quomodo à fideiuſsione liberẽtur 389 nume.68

fideiuſſoribus non relaxatur inquiſitus de crimine, pro quo venit imponenda pœna corporalis, aut arbitraria 139 nu.7

fideiuſsio præſtita pro aliquo, illo abſente, & abſque eius interuentu nec ſe obligante vt principalis non tenet 53 nume.8

fideiuſsionis contractus eſt oneroſus, & damnificatiuus, adeo quòd in eo nullum lucrum ſperatur, ſed ſolum damnum, & amiſsio precij, ex quo fideiubens cẽſetur bona dilapidare 437 nu.14

fideiuſſoria cautio de ſtando iuri, datur aduerſus ſequeſtrum, id eſt, coram iudice competenti 59 num. 3 & 4

fideiuſſoriam cautionem præſtans de ſtando iuri in proprio domicilio, non poterit alibi conueniri ſeu puniri 60 nu.11

filiusfamil. recipiens pecuniam mutuo, & qui ex forma ſtatuti non poterat obligari, niſi fuiſſet mercator, & ideo contrahẽs cum eo voluit, vt diceretur quòd ipſe filiusfami. vt mercator recipit dictum mutuum, talis aſſertio non ſufficit, niſi ita probaretur 550 numero 13

filius familias obligatur ex omni contractu præterquam ex mutuo, & voto 372 nu.2 3

filiusfamil. non poteſt renunciare Senatuſconſulto Macedoniano etiam cum iuramento 372 nu.2.3

filiusfami. in poteſtate conſtitutus iuuatur ſenatuſconſulto macedoniano 300 nu..

filiusfamil. aſſerens ſe ſeorſum à patre habitare in contractu, dum contrahit, ſi tamen non ex hoc remanet obligatus 550 nu.11

filiusfami. obligatur ex omni contractu præter quã ex mutuo & voto 550 nu.15

filius Guelfi poteſt eſſe Gebellinus, & contra 25 numero 4

filius natus ex patre partiali contra regem, vel pro rege, eodem modo præſumitur, prout eius pater fuit 25 nu.5 & 6

filius priuatur feudo ob delictum paternum 28 numero 3

filius vocans in ius patrem ſine venia, ſi vellet ſoluere pœnam, nõ ex hoc poſſet conualidare proceſſum 336 nume.4

filius vel filia quæ habuit ſuam legitimam, non poteſt petere ſe alimentari ab hærede vniuerſali 521 numero 6

filius dicitur poſsidere feudum, etiam viuo patre 205 nu.22.23

filius baſtardus non eſt in poteſtate patris 326 numero 8

filius & hæres quòd quis ſit, non requiritur quòd probetur de veritate matrimonij, ſed ſufficit quaſi poſſeſsio colorata 360 nu.9

filius hæres nõ poteſt factum patris defuncti impugnare 461 nu.1

filius infra triennium indiget auxilio materno 326 numero 4

filius non poteſt confiteri contra patrem in ciuilibus, multò minus in criminalibus 367 nu.24

filius dum eſt hæres vniuerſalis, tenetur præſtare alimenta ſorori, vel nepti donec illi dotem tradiderit 510 nume.10

filius non poteſt contrauenire contra factum patris, ſi in conuentione ipſa pater incideret in periurium 398 nu 4.399 nu.20

filius præſumitur geſta parentis imitari 70 num.4.5.6. 276 nu.3.342 nu.7

filium qui ſe dicit ad effectum adipiſcendi poſſeſsionem debet id plenariè probare, quia ea quæ pariunt plenum præiudiciũ debent plenè probari, prout eſt dare poſſeſsionem 535 nu.36

filij nati ante ſolennitatem matrimonij & benedictionem ſacerdotalem an ſint legitimi 562 numero 1

filia ſi non ſuccedit virtute ſtatuti exiſtentibus maſculis, ſi fuerit dotata, & moritur remanentibus maſculis, qui patri ſucceſſerunt, ſi aliquis ipſorum moritur, ſoror ipſa ei ſuccedit 357 nu.9

filia ſi tempore quo maritatur renunciat hæreditati patris, ſi pater moritur, & ſuccedunt fratres, ſi demum moritur aliquis ex eis, ſoror ſuccedit, licet renunciauerit, quia deſierunt illa bona dici paterna, & dicuntur fraterna 357 nu.10

filia ſi renunciauit hæreditati paternæ, & in illa hæreditate ſit feudum, filia non poterit ſuccedere feudo ob ipſam renunciationem factam, ſi tamen moritur pater, & feudum perueniat ad fratres, ſi moritur aliquis ex fratribus, quia deſinit eſſe feudum patris, & dicitur feudum fratris 357 numero 11

filia de iure Longobardo non eſt in poteſtate patris 425 nume.8

filia quando aliquo caſu exit poteſtatem patris, ceſſante illo caſu reincidit in patriam poteſtatem 373 numero 15

filia maritata exit poteſtatem patris, & ſubintrat poteſtatem viri quò ad debitum carnis, & operas obſequiales, in cæteris remanet ſub patria poteſtate 373 num.16
filiam dotare eſt officium paternum, & ideo ad id vaſſalli non tenentur 392 nu.5
filiatio quomodo probetur 513 nu.6
fiſcus in criminalibus non habet hypothecam in bonis delinquentis ob delictum 134 num.8
foriudicari non poteſt qui habet recurſum ad Regem 540 num.26
foriudicatio vt fieri poſsit, requiritur accuſari contumacia per accuſantem, dum proceditur per querelam 541 nu.33
foriudicatio ad hoc vt fieri poſsit, requiritur quòd bannum fuerit publicatum per loca publica ciuitatis, nec ſufficit publicatum fuiſſe voce præconia in curia 172 num.17
Si ex forma ſtatuti nemo in criminalibus debet admitti ad aliquas exceptiones, niſi perſonaliter compareat: tamen ſi eſt citatus clericus, poteſt implorari officium iudicis vt capiatur informatio qualiter inquiſitus eſt clericus, vel quòd occiſus ab eo erat bannitus, & ſic poterat impunè occidi 173 nu.24
fornicatio eſt crimen ſine quo pauci inueniuntur 349 num.5
forus domicilij eſt generalis & ordinarius, & concurrit cum quolibet foro 59 num.5
fractura parietis ſeu ianuæ, aut caſsiæ, facit præſumi furtum fuiſſe commiſſum reſpectu illius fracturæ 35 nume.1
frater ſi tenetur maritare ſororem virtute ſtatuti, debet intelligi pro vna vice tantum 551 num.5
fraus probatur ex coniecturis 17 num.7
fraus inter coniunctos facillimè præſumitur 397 nu.1 493 num.3
fraude licet vti & cauillatione, contra fraudes aduerſarij, quia dolus contra dolum non eſt dolus 395 numero 17
fraudibus hominum obuiandum eſt 373 nu.13
fructus pendentes vel futuri, cenſentur eſſe pars ſoli 134 num.9
fructus & penſiones quæ nondum ceſſerunt tempore confiſcationis, ſi res immobilis confiſcatur, confiſcabuntur etiam & fructus, tanquam pars illius rei immobilis 134 num.10
fructus ſuos facit qui non ſunt ſeparati à ſolo, ille qui habet proprietatem in re 134 num. 11
fructus agri geminati in autumno veriſimiliter valituri ſunt viginti, & ſi aliquis det decem tantum, contractus talis fit in fraudem vſurarum, licet ex forma ipſius non appareat vſurarius 481 numero 5
fuga inquiſiti licet faciat indicium, attamen ſi inquiſitus ipſe citatus comparuit, purgat omne indicium ipſius fugæ 111 num. 21
fuga ſubſequuta citatione & contumacia, facit indicium ſufficiens ad torturam 75 num. 6
fuga ſociorum facit indicium ad torturam contra carceratum 36 num. 19. 145 num. 20
furioſus ſi dubitatur an actus factus per ipſum fuerit tempore quo fuerat furioſus vel ſanæ mẽtis, attenditur, ſi fuit factus more ſapientis, & tunc præſumitur geſtus tempore ſanæ mentis, & econtra numero 497 numero 19 & 20 & ſequen. Et ibi de fatuo Pariſienſi.
furioſus & fatuus, in quo quo differant 34 num. 14. 15. 16. 17 & 18
furtum dicitur delictum atrox 90 nu. 10
furtum probatur per coniecturas, vt per fracturam oſtij, vel ſcrinij, vel quòd famulus aufugerit, & his ſimilibus 152 nu. 1
furtum dum adparet de nocte fuiſſe commiſſum, eſt difficilis probationis & in ſecretis, & in iis, quæ de nocte fiunt, ſufficit probatio per coniecturas 35 numero 3
furtum probatur ex coniecturis 105 nu. 1. 4
furtum ex quibus probationibus adparere poſsit fuiſſe commiſſum 105 nu. 2
furtum ſi dicitur fuiſſe commiſſum per aliquem vel homicidium, antè quàm iudex inquirat, requiritur conſtare iudici ſaltim in genere illud furtum fuiſſe commiſſum, ſeu homicidium, aut vulnus illatum 152 nume. 3
de furto ad hoc vt probetur, requiritur verificari, quòd in illo loco, in quo prætenditur furtum commiſſum, fuerint aliàs viſa extare bona illa, quæ dicuntur furto ſubtracta, & oſtium repertum fractum 29 numero 1 & 2
furta plura licet minima committens, punitur pœna mortis 228 nu. 5
furta plura committens, licet parua, debet mori: licet pro vnico furto non magno mori non debeat 211 numero 25

GAbella poteſt imponi mercatoribus exteris declinantibus ad ipſam ciuitatem, & non perſonæ, ſed induſtriæ eorum 394 nu. 12
gabella nulla dici poteſt ſemper certa, ſed variabilis pro voluntate imponentis, & nemo ſe ab ea exemptum dicere poteſt 395 nu. 15
gabella nulla noua imponi poteſt etiam per principem in odium ciuitatis 394 nu. 10
gabellam vbi imponere poteſt ex priuilegio Principis, eam ſemper imponere poterit ad eius arbitrium, cùm ſit in eius mera facultate, nec cadit præſcriptio 396 nume. 29
geminans delictum, non debet ſperare de venia 211 nu. 23. 228 nu. 8
geminata conceſsio præſumitur emanata ex certa ſcientia concedentis, & eſt tantæ efficaciæ, quòd credendum eſt principi id quod aſſerit eſſe verum, nec debet in dubium refricari 446 numero 15 & 16
geminata reſcripta ob geminationem declarant multum mentem concedentis 446 nu. 23
geminatio reſcriptorum habet vim clauſulæ non obſtante 446 nu. 27
geminatio reſcripti habet vim clauſulæ ex certa ſcientiæ 446 nu. 14
geminatio priuilegij habet vim clauſulæ motu proprij, etiam quando non fuiſſet expreſſa dicta clauſula 453 nume. 49
geminatio reſcriptorum ſapit præciſam coarctationem, & omnimodam ſuperioris deliberationem 447 nu. 30 & 31



INDEX.

geminatio reſcriptorum facit præſumere deliberationem principis 445 nu. 11. 12
geminatio reſcriptorum habet vim clauſulæ motu proprio. in tantum quòd ſi clauſula ipſa non apponitur in reſcripto, tamen ratione geminationis habetur, ac ſi eſſet appoſita 446 nu. 21
geminatio actuum validat actum priorem, licet inualidum 286 nu. 28. 445 nu. 6
in generè non ſufficit aliquid proponere quando quælibet ſpecies generis illum non ſequitur effectum, ad quem proponitur 293 nu. 16
geſta à non habente poteſtatem infeudandi in præiudicium legitimi ſucceſſoris in regno non tenent 565 numero 17
gloſæ, licet ſummæ auctoritatis, credendum non eſt, quando leges non allegat 325 nu. 13
gratia quælibet principis poteſt appellari priuilegium 280 nume. 4

HAbitare quando quis dicatur ſeorſum à patre, & certè ſeorſum habitare ab ipſo non dicitur, niſi pro maiori parte anni ſeorſum habitauerit 549 numero 1
habitare verè dicitur, & propriè vbi in eodem loco perpetuò habitaturus eſt 550 nu. 5
habitare quis non dicitur vbi ad tempus conuerſatur 550 nu. 6. 7
habitans domum dicitur ipſam poſsidere 559 numero 4
habitans ad tempus non ligatur lege ciuilitatis, ſed ille qui perpetuò habitat 549 nu. 1
habitandi animum alibi quàm in propria patria quis habere præſumitur, dum ab ea diſceſsit, & alibi acceſsit 308 nu. 1
habitatio longa facit præſumi animum habendi ibi perpetuam reſidentiam 550 nu. 8
habitatio ſola non facit quem ſortiri forum, niſi conſtet de vero animo, vel præſumpto contrahendi incolatum 549 nu. 3
An habens generalem hypothecam anteriorem, in qua etiam venit pecunia debitoris, ſi reperit pecuniam ſibi hypothecatã ſolutam poſterioribus creditoribus, & per illos bona fide conſumptam, poſſit eam ab illis aliquo remedio recuperare ſeu auocare. Iſtam queſtionem, ſic formauit Anton. de Alexan. 185 numero 5
habens rem cum concubina alterius, quæ nomen honeſtæ mulieris non perdiderat, committit ſtuprum 201 nume. 17
habendum eſt pro expreſſo id, de quo ſi ſtatuens fuiſſet interrogatus, idem reſpondiſſet 80 nume. 16. 277 numero 16
hæres adeundo hæreditatem, videtur ſe obligaſſe ad ea omnia ad quæ defunctus erat obligatus, & per eundem modum, videlicet, cum iuramento: quia videtur quaſi contrahere cum creditoribus hæreditariis 455 nu. 80. 490 nu. 11. 12
hæres ſeu ſucceſſor regis tenetur obſeruare quod geſtum fuit per Regem eius prædeceſſorem 454 nume. 67 & 68
hæres non petẽdo inueſtituram infra annum & diem poſt mortem feudatarij nõ ſoluendo releuium, pœnam priuationis feudi incurrit, tamen per munifices retro reges ſectantes potius æquitatem quàm rigorem, fuit conſuetum tales pœnas remittere 390 nume. 81
hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti 454 nume. 73
hæres poteſt compelli per epiſcopum ad obſeruantiam iuramenti præſtiti per defunctum pro exoneratione animæ defuncti 455 nu. 74
hæres domini non poteſt vaſallum rebellem reputare, quem dominus dum viueret, non reputauit rebellem 28 nu. 38
hæres ſuus poſt aditam hæreditatem præſumitur ſcire facta defuncti 476 nu. 6
hæreditas quòd non deueniat ad infamatam prolem cuiuſcunque intereſt, vt dignitas, & fama conſeruetur illæſa 302 nu. 6
homagium præſtans hoſti præcedente proteſtatione, quod metu præſtabat, excuſatur 73 nu. 30
homicida inquiſitus, quòd occiderit Titium, debet condemnari tanquam occiderit: licet Titius fuerit mortuus poſt finitam inquiſitionem, & ea pendẽte mors ſuperuenerit 128 nu. 14
homicida quilibet non decapitatur, ſed is demum qui eſt humilioris vitæ: qui verò eſt honeſtioris vitæ deportatur 240 nu. 25
homicida ſi inſtat ad defenſam, vt res protrahatur, debet interfici, & poſteà inquiri 223 nu. 19
homicida ob ſolam culpam licet latam, non debet perſonaliter puniri prout doloſus homicida, ſed extraordinariè officio iudicis 13 nu. 8
homicida habẽs gratiam de homicidio quod perpetrauit, ſi deinde commiſit aliud homicidium, & ſimiliter habuit gratiam non faciendo mentionem de primo in ſecunda gratia, præfata ſecunda non ſuffragatur 213 nu. 12
homicida excuſatur ab homicidio, eo ipſo quòd probat ſe probabiliter dubitaſſe de offenſione contra ſe, ne occiſus ipſum occidiſſet 37 nu. 5
homicida teſtis in cauſa graui, repellitur à teſtimonio 153 nu. 2
homicida licet regulariter ſit pœna mortis puniendus, tamen poterit Iudex ex cauſa ipſam pœnam, mitigare, & diminuere 243 nu. 18
homicida inimicus occiſi, ſi tamen fuit ab alio ſibi mandatum, vt illum occideret, & occidit præſumitur potius ex propria inimicitia, quàm ex mandato occidiſſe 156 nu. 12
homicidium ſi reperitur commiſſum in aliqua domo, præſumitur ab exiſtentibus ſub eodem tecto cõmiſſum. 134 nu. 1. Et in dubio præſumitur contra dominũ domus de homicidio pręfato. ibid. nu. 2
homicidium ſi eſt commiſſum præſente Titio & armato ad hoc, vt poſſet procedi de homicidio contra Titium, requiritur probari, quòd ibi erat præſens ex propoſito, & animo ſe immiſcendi in maleficio, ſi caſualiter ex accidenti, & in dubio præſumitur quòd caſualiter ibi ſe reperit 75 nu. 3. 4
homicidium cõmiſſum per plures, ſed ex cauſa vnius vulneris illati duntaxat, mediãte auxilio aliorũ, facit, vt omnes teneãtur, ſi ignoratur percuſſor 12 nu. 1
In homicidio pro exceſſu non imponitur niſi pœna pecuniaria, ſeu relegatio, quæ non poſsit inferri vltra quinquennium 37 nu. 7

pro homicidio culpoſo & non doloſo non poteſt dari niſi pœna relegationis temporalis, etiam ſtante ſtatuto, quòd pro homicidio imponatur mors. & hoc arbitrio iudicis circa tempus. Si inter duos corrixantes non adparet de initio, quis primò rixam incœperit, præſumendum erit contra iuniorem, & ſic robuſtiorem, quòd fuerit inſultator 37 nu. 8

homo mortuus ſi reperitur in ſtrata & neſcitur à quo, præſumitur occiſus ab eo qui in illa ſtrata conuerſari conſueuerat 342 num. 7

hominis bonitas facit vt recedatur ab omni iure propter eius integritatem & bonitatem 26 numero 16

Contra homines malæ conditionis & famæ poteſt procedi ad torturam, non data copia indiciorum, etiam de iure communi 197 nu. 26

honor debet cunctis rebus præponi 66 numer. 31. 228 num. 6

hoſtis dicitur veniens contra proprium regem, dum ſibi præſtiterat iuramentum fidelitatis 70 numero 1

hoſtis capus in bello, poteſt detineri vt ſeruus, & pariter eius bona 215 nu. 37

hoſtis poſtquam captus eſt, non poteſt occidi, ſed ſeruari 215 nu. 38

hypothecæ viri præſcribitur per tertium poſſeſſorem ſpacio decennij 341 nu. 8

hypothecaria non competit aſſerenti ſe dominum, cùm res ſua nemini poteſt eſſe pignorata 514 numero 9

hypothecaria licet ſit intentata contra debitorem, poteſt etiam contra eundem intentari actio perſonalis 436 num. 8

hypothecaria licet cumulari poteſt cum perſonali, tamen id intelligitur coram eodem iudice, & non diuerſo 438 nu. 30

ID eſt habendum pro expreſſo, de quo ſi ſtatuens, vel diſponens fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet 15 num. 19. 61 num. 3. 462 nu. 15

id quod non apparet eſſe in alicuius bonis, cenſendum eſt ad generale dominium Principis pertinere 291 num. 3

id quod diſtat à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago 223 nu. 11

id putare debemus pro expreſſo, de quo ſi quis fuiſſet interrogatus, idem reſpondiſſet 317 nu. 11

ignorantia toleratur in facto proprio, vbi tractatur de damno vitando, & non cum alterius iactura 399 num. 19

illatio non fit recta ex diuerſis 14 nu. 4

immanitas criminis, vt homicidium horribile, vel aſſaſinium commiſſum per clericum, facit vt iudex poſsit iura tranſgredi 404 nu. 11

immiſsio in poſſeſsionem de facto facta, ita de facto, & faciliter reuocari debet 422 nu. 3

immunitas à collectis ſeu ſeruitiis perſonalibus, ſpacio xl. ann. præſcribitur 527 nu. 28

immunitatis allegatio de præterito ad futurum in tangentibus impoſitionem collectarum negatiuè nulla cadit, vt ſi diceretur, non teneor, quia non fui ſolitus ſoluere talem collectam in præteritum, quando impoſita non erat 393 nu. 13

impediens ne quis inſtituatur hæres per teſtatorem, tenetur ad intereſſe 313 num. 4

impediens aliquem quominus conſequatur aliquam commoditatem, etiam ſi ad illam non competeret aliquod ius agendi, tenetur tamen ad totale intereſſe 313 nume. 5

impediens ſeu prohibens aliquem teſtari, tenetur in duplum habenti intereſſe in eo 314 nu. 6

imperator nec papa non poſſunt inaudita parte aliquid ſtatuere 531 num. 1

imperator poteſt de abſoluta poteſtate tollere dominium rei alterius, & dare alteri, ſic & quilibet princeps non recognoſcens ſuperiorem 452 numero 30

imperator non poteſt facere quòd clericus committens crimen læſæ maieſtatis, puniatur per iudicem laicum, tamen conuentum fuit inter regem regni & papam, ſeu Romanam eccleſiam in inueſtitura, quòd Rex nullam habeat iuriſdictionem in clericum, niſi ratione feudi 173 nu. 30. 31

imperator concurrit in iuriſdictione cum quocunque ſuo ſubdito 249 num. 7

imperatores ſuccedentes in imperio minimè contra geſta per eorum prædeceſſores venire queunt 464 numero 64

impetrare lite pendente eſt innouare, & de pendentia litis debet fieri mentio 346 nu. 2. 554 nu. 46

impetrans beneficium, ad hoc vt teneat impetratiò, debet facere mentionem de eius iniuſta præcedenti poſſeſsione in qua fuerat 517 num. 2

impetrans beneficium nedum debet facere mentionem de ſua iniuſta, & illicita poſſeſsione, verùm etiã de fructibus illicitè perceptis ex eo 517 nu. 3

impetratio vt ſaluetur à ſubreptione, vel obreptione, requiritur quòd notabilis expreſsio facta ſit, non ita in genere, nec ſufficit generaliter exprimi factũ, niſi exprimatur modus facti 280 nu. 20. 21

impugnans aliquid non poteſt de eo ſe iuuare 226 numero 9

incendium ad hoc vt præſumi poſsit contra habitantem, requiritur probari negligentia, aut deſidia ipſorum inhabitantium 47 nu. 13

incendium ſi habuit cauſam ab incerto authore, ſeu ex culpa incerti hominis, non debet imputari habitanti 45 nu. 3

incendium ſi non adparet vnde habuerit ortum, non poteſt ſequi condemnatio 45 num. 1

Si de principio ignis clarè non cõſtat, debet ſequi ſententia abſolutoria 45 num. 2

incendiarius ſi reperiatur non ſoluendo, tenetur vniuerſitas emendare damnum 47 nu. 14

inconſtantia, trepidatio, & pallor, requiritur quòd copulatiuè concurrant, vt faciant indicium. Et tamen multi ob periculi magnitudinem, ſeu cordis debilitatem ſimilia peragunt, & tamen ſunt innocentes 255 nu. 17

indicium debet probari per duos teſtes 236 num. 1. 367 num. 26

indicium inimicitiæ ſolum, non ſufficit ad torturam 9 num. 16

indicium licet ſufficiens ad torturam, vbi non eſt niſi vnum, ſubſiſtente bona fama inquiſiti, ſeu delati, euacuatur, & eneruatur 315 num. 11







iudicium ſi fuit inchoatum cum tutore plurium pupillorum, ſi aliqui ex eis exceſſerunt pupillarem ætatem, ſuſtentatur iudicium cum tutore omnium ipſorum pupillorum 432 nu. 29

indicium quando reſultat ex confeſsione, tunc iudex habet pluſquam indicium, & tanto magis poterit procedere ad torturam contra inquiſitum 13 numero 7

indicium ad torturam in criminalibus non faciunt ea, quæ non faciunt ſemiplenam probationem in ciuilibus 42 nu. 13

Quando ſumus in remotis à maleficio, requiruntur duo teſtes, vt faciant indicium ad torturam 42 numero 14

indicium ad torturam vbi exiſtit contra aliquem, vnumquodque quod vrgeat in contrarium illud elidit 114 nu. 12. 115 nu. 13

indicium vnum bonum ſufficit ad torturam contra inquiſitum de crimine: & ita iudices maleficiorum practicant 36 nu. 18

indicium vnum ſufficiens ad torturam, euaneſcit ob bonam famam inquiſiti 125 nu. 18

indicia ſunt arbitraria 369 nu. 9

indicia ſi ſubſiſtunt ad torturam contra inquiſitum, illa eneruantur per alia, quæ extiterunt in contrarium pro inquiſito 267 nu. 19

indicia ſi ſunt ſufficientia ad torturam contra aliquem, vnumquodque quod vrgeat in contrarium, illa elidit, adeò vt torqueri inquiſitus non poſsit 44 nu. 30. 267 nu. 20

indicia plura coniunguntur ad perficiendum vnam integram probationem 351 nu. 26

indicia quando dicantur ſufficere ad torturam, remittitur arbitrio iudicis 30 nu. 7

indicia ad torturam contra aliquem eliduntur per vnumquodque, quod vrgeret in contrarium 196 numero 20

indicia ad torturam vbi extant contra aliquem pro delicto, debet etiam concurrere leuitas vitæ, ad hoc vt torqueri poſsit 31 nu. 5

indicia ſi ſuperuenerunt poſt torturam & confeſsionem, confeſsio eſt nulla 43 nu. 20

indicia dum ſunt ſufficientia ad torturam contra aliquem, & per ipſum allegantur talia, quæ ſi eſſent probata, non haberet locum tortura, ex eo erit ſuperſedendum in tortura 134 nu. 4

indicia ſi ſunt ſufficientia ad torturam cõtra aliquem, tamen vnumquodque quod vrgeret in contrarium illa elideret 135 nu. 5

indicia multa licet probarentur per teſtes ſingulares, tamen ex talibus indiciis probatis reſultant plures præſumptiones, quæ faciunt indicium ad torturam 76 nume. 10

in indiciis nulla poteſt dari recta doctrina. & ideò iudicis arbitrio relinquuntur, quando ſunt ſufficientia 36 nume. 21

indiciorum materia eſt arbitraria 145 nu. 25

indultus ſeu abolitio criminum conceſſa delinquentibus, non extenditur ad delinquentes grauiorum criminum 102 nu. 10

indultũ generale ſuper beneficiis ſi vni cõceſſum eſt, & vacãte beneficio alteri fuit in ſpecie illud vacans cõceſſum, in ſpecie licet ſit poſterior cõceſsio, præfertur tamen primæ 472 nu. 19

induſtria perſonæ officialis dicitur electa, vbi dicitur in commiſsione, tu per te cognoſcas 199 nu. 39

inepte factum id quod à lege facere non arctabatur, non ex hoc vitiatur actus 328 nu. 1

infamis ob delictum ſeu infamatus de delicto ſatis dicitur, vbi extat confeſsio ſua 79 nu. 6

infamis ex delicto, vel propter delictum, requiritur quòd delictum ipſum confeſſus fuerit, vel quòd propter ſententiam condemnatus ſit: Nec ſufficeret crimen eſſe probatum 119 nu. 32

infamis ex delicto vt quis dicatur, requiritur, quod confeſſus fuerit delictum in iudicio: vel quòd proceſſerit ſententia iudicis: nec ſufficiet probatio criminis ipſius 256 nu. 27

inferior à ſupremo principe iuris beneficium auferre non poteſt 418 nu. 1

inferiores archiepiſcopis facti irregulares à nullo quàm à Papa abſolui poſſunt 568 nu. 18

inferius tribunal faciens aliquid contra inhibitionem ſuperioris eſt ipſo iure nullum 438 nu. 28

infirmitas dicitur cauſata ex vulnere in eo, qui deceſſit, ex quo effectus, id eſt, mors, cauſam oſtendit 242 nume. 9

informes per teipſum, ſi dicitur in literis apoſtolicis, non poterit alteri ſubdelegari 199 nu. 40

Contra ingreſſum domum alterius per vim, non competit accuſatio criminalis, ſed datur actio iniuriarum 232 nume. 6

inimicus capitalis dicitur, qui minatus fuit mortem alicui 143 nu. 7

inimicus capitalis euadit quis ex prolatione iniuriarum, etiam ſi de recenti fuiſſent viſi ad inuicem alloqui, non ex hoc tollitur effectus inimicitiæ capitalis 143 nume. 8

inimicus probata conuerſatione præſumitur reconciliatus 255 nu. 18

inimicus teſtis ad hoc vt tanquam inimicus repelli poſsit, requiritur probari euidens inimicitia & manifeſta 114 nu. 8

inimicus dicitur, etiam qui habet cauſam inimicandi 241 nume. 1

inimicus meus ſatis dicitur contrahens amicitiam cum inimicis meis 310 nu. 6

inimicus teſtis vt repellatur, vt non poſsit contra aliquẽ deponere, non eſt neceſſe, quod ipſe teſtis ſciuerit illum contra quẽ deponit, ſibi feciſſe aliquam iniuriam, dummodo cũ effectu ſit facta 204 nu. 6

Si inter duos inimicos eſt facta pax ſub promiſsione reciproca ſub pœna, ne vnus alium offendat, ſi poſtmodũ vnus primo loco alium offendit, offenſus poterit abſque metu ipſius pœnæ prefatum eius offenſorem offendere, & inſuper pœnam petere 19 nu. 1

inimicitia ex quo poſsit reſultare indicium, requiritur quòd fuerit capitalis, & ita probetur 114 nu. 9

inimicitia cauſata culpa eius, qui ipſam allegat, an ſit imputanda 255 nu. 19

inimicitia reſultat ex verbis iniurioſis prolatis 204 numero 4. 5

inimicitia contracta cum vno de familia, intelligitur contracta cum omnibus de familia; intantum, quòd extenditur vſque ad quartum gradum 20 nume. 3. 4 & 5

inimicitia ad hoc vt dicatur probata, requiritur probari qualitas inimicitiæ: aliàs non dicitur probata inimicitia 20 nu. 10
inimicitia ad hoc vt ſit conſiderabilis, requiritur probari qualitas inimicitiæ in ſpecie 114 nu. 7
Nec ſufficit in genere, nulla adiecta qualitate: nec cauſa inimicitiæ, & ſic non eſt probata inimicitia 114 nume 7
inimicitia vt faciat indicium requiritur quòd ſit capitalis, vel omnium bonorum 366 nu. 15
inimicitia vera & conſiderabilis quæ ſit vt faciat indicium ad torturam 266 nu. 4. 5. 7
inimicitia ad hoc vt repellat, non requiritur quòd ſit iuſta, aut rationabilis 20 nu. 6
inimicitia capitalis nedum inducitur ex tortura illata, verùm etiam ex ſola carceratione 121 numero 1
inimicitia facit indicium ſufficiens ad torturam contra inimicum. & vide de eius veritate 143 numero 6
inimicitia an ſit ſufficiens indicium ad torturam 254 nu. 6. 224 nu. 2
inimicitia capitalis quæ ſit, & quæ non, remittitur arbitrio iudicis 143 nu. 9
inimicitiæ iuſta cauſa vbi ſubeſt, etiam quòd inimicitia non probetur in teſte, ſemper repellitur: etiam ſi teſtes ipſi atteſtarentur nullam ſubeſſe inimicitiam 146 nu. 8. 9
idem dicendum de inimico præſumpto, quod de inimico vero 147 nu. 10
inimicitiæ indicium non eſt de per ſe ſufficiens ad torturam 255 nu. 20
inimicitiæ indicium, an ſufficiat ad torturã inter mandantem & offenſum 8 nu. 5
iniuria quælibet perſonalis eſt grauior qualibet reali 228 nu. 18
iniuria facta vni de agnatione, toti agnationi facta intelligitur, quo ad repulſam ipſorum, ſi inducti ſunt in teſtes pro agnato 23 nume, 27. 146 nu. 6. 7. 116 numero 4
iniuria vbi ſit alicui, pro qua non ſolet adiri prætor ob conſeruationem honeſtatis, & iniuriatus reputetur vilis ſeu cornutus, poteſt propria authoritate ſe vindicare, & iniuriam repellere: nec debet puniri, licet multum excedat ad propulſationem iniuriæ 66 nume. 30
Pro iniuria poteſt inferri duplicata pœna videlicet pecuniaria & corporalis vna in ſatisfactionem partis offenſæ, & altera curiæ 225 nu. 16
iniuriã ſi mihi feciſti dicto vel facto, & ego prouocatus, ſimiliter intuli tibi iniuriam, non ſum condemnandus, ſed mitius puniendus 239 nu. 15. 16
iniuriam ſi mihi verbis feciſti, & ego gladio te offendi, de minori pœnã erit mihi ſubueniendum 239 numero 17
iniuriatus verbis iniurioſis ſi occidit iniuriantem, tenetur vt culpabilis, & non vt doloſus & ſolùm tenetur de exceſſu pœna extraordinaria relegationis 156 nume. 11
Si inquiritur de mandato ad homicidium contra aliquem qui erat capitalis inimicus occiſi, certè præſumendum eſt potius ex proprio odio occidiſſe, quàm ex cauſa mandati 205 nu. 20
inquiſitus, qui ad perſuaſionem iudicis confeſſus eſt delictum perpetraſſe, ſi reuocat confeſſionem per ipſius factum modo prædicto, aſſerendo fuiſſe extortam per iudicem, qui confiteri ſibi perſuaſit ob honorem curiæ, vel ob aliam cauſam, & quòd de pœna non timeret, quia ipſum liberaret, aliàs quòd torqueretur, poterit bene reuocare, nec condemnari poterit 188 nume. 9
inquiſitus, contra quem extant indicia ad torturam, ſi allegaret talia, quæ ſi probaret, non torqueretur, debet ſuperſederi in tortura 197 nu. 23
inquiſitus ſi fuit conuictus per teſtes de viſu, & tortus negauit perſeuerando in negatione, ſi probationes ſunt vrgentes contra eum, non obſtante negatione, debet componi, non autem pœna ordinaria puniri 20 nume. 9
inquiſitus abſens ſi voluntariè comparet, & ſe ponit in fortiam iudicis ſeu in carcerem, videtur demonſtrare maximum ſignum innocentiæ 66 nu. 32
inquiſitus vt poſsit foriudicari, requiritur quòd fuerit citatus per iudicem habentem iuriſdictionẽ in eum, tempore quo ipſum citauit 176 nu. 56
inquiſitus ſi fuit vulneratus, & ſic eſt infirmus, & non poteſt carcerari abſque periculo, debet ſaltim iudex ſe de ipſo aſſecurare per fideiuſſoriam cautionem, nec poſſet iudex ſe excuſare, ſi ab accuſato ſeu inquiſito non accepit fideiuſſores: & ſic ſi non præſtat, debet ſibi adhiberi cuſtodia ſuis ſumptibus 139 nume. 9. 10 & 11
inquiſitus in ſua libertate exiſtens, ſi citatus ſponte comparuit, purgat certo modo inquiſitionem: & videtur per comparitionem habere indicium innocentiæ pro ſe, cùm nemo ſit adeò inſanus, vt noſcens ſe reum criminis, velit ſe præſentare ad carceres 154 numero 4
inquiſitus quando habet aliqua indicia ſeu præſumptiones pro ſe, debilitantur & eneruantur alia indicia, quæ contra ipſum exiſterent, intãtum quòd illa quæ contra ipſum eſſent ad hoc, vt attendi debeãt, deberent eſſe magis vrgentia 98 nu. 27
Ad hoc, vt procedi poſsit contra inquiſitum, requiritur quòd ante omnia præcedat infamia contra ipſum, aliàs teſtes deponentes ſuper dicta inquiſitione, non probant, ſed corruit inquiſitio 198 nu. 32
Si contra inquiſitum ſit vnum indicium ſufficiens ad torturam, ſi tamen ſit bonæ famæ, non procedit inquiſitio, nec poterit torqueri ex illo 86 nume. 47 & 48
inquiſitio ceſſat, tanquam remedium extraordinarium ſubſequuto remedio ordinario accuſationis 62 numero 11
inquiſitio contra iudicem quando de mero iure ſcrupuloſa fieri poſſet, debet adparere quòd fuerit requiſitus, & neglexit iuſtitiam facere. Et dicitur inquiſitio ſcrupuloſa, dum ſit de negligentia 136 numero 4
inquiſitio non poteſt formari ad dictum ſolius ſocij criminis 122 nu. 12
inquiſitio de crimine non poteſt formari ad dictum ſolius ſocij criminis. etiam & plus, ſi eſſent duo ſocij criminis 87 nu. 52
inſtantia ſyndicatus eſt perempta quando infra terminum comminatũ in banno culpa partis querulãtis cauſa non fuit expedita 137 nu. 13. 14
inſtantia nõ currit, etiam ſi ſtaret per mille annos in his quæ fiunt ante litis conteſtationem 61 nu. 6
inſtantia an currat in ſententia lata per expertos quæ nunquam tranſit in rem iudicatam, & an poteſt dici de nullitate vſque ad 30. annos. 477 nu. 1
inſtantia per lapſum biennij nedum perit, ſed omne ius 258 nume. 6
inſtantia perit per lapſum biennij, vbi fuiſſent probationes factę: & debet reus diffinitiuè abſolui: ſed ſi non fuerunt probationes productæ ſeu factæ, tũc abſoluitur ab obſeruatione iudicij 256 nu. 15
inſtantia an perit per lapſum biennij, quando fuit proceſſum in cauſa per inquiſitionem 259 nu. 19
inſtantia perimitur lapſu biennij in criminalibus, & ſoluitur reus ab obſeruatione iudicij 257 nu. 1
inſtantia peremta ad principem ſpectat eidem ſpiritum vitæ inſufflare 61 nu. 7
inſtantia perit, quãdo ſtat per iudicem quòd cauſa non fuit expedita, & ſubdit infrà, quòd non competit reſtitutio 258 nu. 11
inſtãtiæ tempus currit, etiam ſi ſtetit per iudicem, quòd cauſa non fuerit expedita. Et iſta eſt communis opinio, & hoc, dummodo partes non adpareant negligentes 258 nu. 12. 13
inſtantiam eſſe peremptam ſi quis pronunciari petit ad impediendum diffinitiuam, & ex aduerſo fuit proteſtatum ſuper pronunciatione diffinitiuæ. terminus dictæ inſtantiæ cenſetur decurſus facto & culpa illius qui temere de peremptione inſtantiæ pertinaciter dixit 529 nu. 10
inſtitor dicitur, qui præponitur certæ adminiſtrationi quæſtuariæ, & vniuerſali 300 nu. 6
inſtitor alterius promittendo non videtur contrahere animoſe obligandi 301 nu. 7
inſtitutus hæres in primo teſtamento, ſi demum prohibuit fieri aliud teſtamentum per teſtatorem, facit vt primum teſtamentum factum in nihilo ſibi ſuffragetur, & ſic non tenet inſtitutio de ipſo facta, ſed venit ſucceſsio deferenda venienti ab inteſtato 313 nume. 2. 3
inſtrumentum quod apparet dicitur euidens, & notorium 400 nu. 21
inſtrumentum continens errorem non tenet 400 nume. 22
inſtrumentum vbi diceretur falſum, vel falſo fabricatum, vbi & ſic vbi non eſſet quæſtio erroris, ſed fidei, prout in dicto caſu, tunç etiam de mandato iudicis non poſſet corrigi 48 nu. 10
inſtrumentum conditionale non meretur executionem 560 nu. 7
inſtrumentum, in quo continetur, quòd Canonici talis eccleſiæ, tale quid fecerunt, non intelligitur de omnibus Canonicis 246 nu. 3
Si contra inſtrumentum guarentigiatum ſtatutum non permittit opponi certas exceptiones, hoc enim non habebit locum quo ad tertiũ, cum quo non eſt confectum inſtrumentum 226 nu. 1
inſtrumentum non habet vim impediendi tranſlationem dominij 283 nu. 6
inſtrumentum non dicitur inſtrumentum ſi non eſt factum ſecundũ formã, & ideo aliud eſt dicere, ꝙ cõtra contractũ dotis nulla admittatur probatio in contrariũ, & aliud quòd contra inſtrumentum 299 nume. 1
inſtrumentum vbi eſt falſum in vno capitulo ex vitio notarij committentis falſum in ſubſtantialibus inſtrumenti, in totum vitiatur inſtrumentum 383 nu. 30. 31. Etiam ſi eſſet in verbis narratiuis. nu. 32
inſtrumentum virtute iuramenti habet executionem paratam 290 nu. 3
inſtrumentum quòd virtute iuramenti nullam admittit exceptionem, intelligi debet quando eſſet exceptio, quæ contrariaretur iuramento oppoſita per illum, qui iurauit: ſecus ſi compatitur cum iuramento 290 nu. 4
inſtrumentum quando caret ſolennitate debita, non caret ſuſpitione falſi 373 nu. 10
inſtrumentum in quo continetur actus dependens à voluntate vtriuſque partis, prout eſt obligatio, vel aliquid debitum, non poteſt notarius extrahere inſtrumentum in forma publica, niſi debitore mãdante, nec ſufficeret ſola voluntas creditoris 437 ro 21
inſtrumentum ſcriptum manu alterius notarij quàm illius qui ſtipulatus fuit, propter aliquod inpedimentum, debet fides in eo fieri de impedimento notarij rogati in ſubſcritione quam facit. Vbi datur forma qualiter fieri debet 275 nu. 7
inſtrumentum relatum de quo præſumitur ex qualitate facti quòd pars habuit notitiam, non eſt neceſſe edi. 476 nu. 6
inſtrumentum non probat illud enunciatum in eo, vbi de illo enunciato in iudicio litigaretur inter partes 460 nu. 5. 6. 7
inſtrumentum ſi debet virtute ſtatuti executioni mandari debet intelligi de inſtrumento valido facto per notarium, & habens requiſita ad inſtrumentum 488 nu. 2
inſtrumentum viam faciens mentionem de duabus viis publicis non probat 501 nu. 1
inſtrumentum confeſsionatum, licet habeat executionem paratam, id intelligi debet ad inſtantiam ſtipulatoris principalis, & ſic promiſſoris creditoris, non autem tertij etiam quòd ſua interſit 359 numero 9
inſtrumentum ſi virtute ſtatuti habet executionem paratam, id intelligitur ad inſtantiam creditoris, non autem tertij etiam cuius interſit 359 nuaero 10
inſtrumentum in quo continetur aliquid, & eſt de antiquo factum, adeo quòd notarius, & teſtes defecerunt, tamen non eſt iuſta cauſa compellendi reum ad edendum, ex quo imputabitur actori qui in tantum ſe arctauit ad agendum: debuit enim ipſe agere vel ſui anteceſſores dum factum erat recens 491 numero. 4
contra inſtrumentum quòd nulla admittatur probatio in contrarium, intelligendũ eſt, quando ageretur contra illum cum quo fuit celebratum inſtrumentum ſecus ſi cõtra hæredem, ſeu aliũ 280 nu. 5
Si in inſtrumento enunciatiuè narretur ſocietas contracta inter nos: demum principaliter moueretur quæſtio de ſocietate, per illa verba non probatur contracta ſocietas 226 nu. 4
Si in inſtrumento dico, quòd conduxi fundum tuũ à

te,& demum tu illum vendicas à me: illud verbum tuum in inſtrumento locationis enunciatiuè adiectum, non probat dominium tuum 226 nu.3
in ſtrumento, ſeu ſcripturis notarij abſque teſtibus non creditur 463 nu.5
in inſtrumento licet dicatur ſponte, tamen non ex hoc creditur inſtrumento quod actus fuerit ſponte factus, niſi ex quadam iuris præſumptione 439 numero 40
inſtrumenta duo repugnantia faciunt vt neutrum ex ipſis inſtrumentis probet 49 nu.6
inſtrumenta ſeu ſcriptura debet produci in iudicio parte præſente, vel *ſaltem* citata legitimè, ad hoc vt probet, *aliàs* nihil probat 492 nu.1
inſufflatio ſpiritus vitæ in cauſa non poteſt pluries peti, niſi in cauſis minorum, & vniuerſitatum & ecclesiarum 558 nu.5
inſultator ſi non adparet quis primo fuerit ex verbis prolatis per aliquē, ex eis præſumi poteſt quis fuerit 237 nu.15
in ſultatus occidens inſultantem, eo ipſo quòd probat ſe inſultatum, euitat pœnam homicidij, imò & plus ex ſola præparatione ad offendendum, licet occidere præparantem ſe ad offenſionem 37 nu.2
in ſultatus ſemper præſumitur feciſſe id quod fecit, ad ſui defenſionem 64 nu.13.141 nu. 14
inſultatus in dubio potius quicquid fecit, præſumitur feciſſe ad defenſionem potius, quàm ad vltionem 64 nume.14
inſultatus habet præſumptionē iuris pro ſe quòd quicquid fecit, ad ſui defenſionem fecit, quod maximè procedit, quando aggreſſor eſſet rixoſus 65 numero 15
inſultatus non debet expectare, quòd vulneretur, ſed debet ipſe incipere 140 nu.51
inſultatus eo ipſo, quòd fuit inſultatus ſi occidit inſultantem, adparet homicidiū ipſum ad offenſam fuiſſe commiſſum 37 nu.1
interdictum vnde vi non datur contra ſuccedentem ſpoliatori 420 nu.3
interdictum recuperandæ poſſeſsionis intentans, ſi dicat ſe ab alio vi ſpoliatum, & conuentus probat poſſeſsionem illam per prius fuiſſe ab alio occupatam non poteſt obtinere 564 nu.3
in interdicto retinendæ poſſeſsionis probari debet quòd tempore litis conteſtatæ quis poſsidebat 408 numero 9
Vel ſi non conteſtatur lis, quòd tempore litis conteſtandæ.ibid.
in interdicto retinendæ vbi illud intentans probauit ſe in præteritum poſſediſſe ſufficeret, & præſumeretur poſſeſsionem ad tempus litis conteſtatæ continuaſſe 408 nu.10
intereſſe quòd interfuerit à principio non ſufficit, ſi poſt factum definit intereſſe 389 nu.75
intereſſe nō conſideratur in pœnis vbicunque debet ſeruari æquitas, inde videmus quòd in pœnis iudicialibus vel prætoriis conſideratur an interſit, aliàs non poſſunt exigi 389 nu.76
interpretatio fieri debet contra ſe fundantem in verbis ambiguis 556 nu.1
interpretatio ſemper facienda eſt, vt falſum excludatur; & ideò datur cautela vt fiat interogatio de vnitate actus 124 nu.11.12
interpretatio in ſtatutis regulariter fit ſtrictiſsima cùm ſint ſtricti iuris 317 nu.9
intruſus in beneficio dicitur qui cum tali vitio impetrauit, quòd priuari debet 517 nu. 4
iracundiæ calor erit iuſta cauſa minuendi pœnam 232 nume.15
Nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cetego 319 numero 19
iudicari poteſt in cauſa criminali ex pluribus indiciis vel argumentis vehementibus 145 nu.21
iudicatur licitè contra communem opinionem etiam gloſæ, quādo eius opinio iure nō fundatur 217 nu.14
iudicandum in dubio ſemper eſt pro matrimonio 353 nume.45
iudicium etiam duorum relationi minimè ſtandum eſt 498 nu.6
iudicium inter maiorem & minorem, vel pupillum non eſt validum 488 nu.8
iudicium licet ſit cœptum ordinariè, quia nihil de ſolennitatibus mutat, ex quo adhuc natura cauſæ dicitur ſummaria, licet proceſſus ordinariè peragatur 497 nume.27
iudex licet habeat arbitrium liberum: tamen non poteſt ex hoc torquere non præcedentibus legitimis indiciis: nec poteſt negare defenſiones contra indicia, licet liberum arbitrium habeat 255 nu.21.22
iudex originarius poteſt citare ſubditum vbique ſiſtentem. Et in hoc differt à iudice loci delicti ſeu contractus 59 nu.6
iudex qui non eſt ratione domicilij vel originis, non poteſt petere delinquentem ſibi remitti 59 nu.6
iudex dum inordinatè & iuris ordine non ſeruato procedit, cenſetur priuata perſona, & non publica imo dicitur violentiam committere 536 nu.38
iudex debet eſſe facilis in reuocando, ſicut fuit in mittendo in poſſeſsionem 533 nu.29
iudex dum impetitur de corruptione, debet cōuinci per teſtes legitimos, & omni exceptione maiores 85 numero 38
iudex poteſt actorum notarium conſtituere in concernentibus eius iuriſdictionem 380 nu.5.
iudex vt puniri poſsit de corruptela, requiritur, quòd is, qui dicit ſibi aliquid dediſſe, illud probet aliàs debet puniri 86 nu.42
iudex ſi non præcedēte cauſæ cognitione, tamen ex principis mandato aliquem ſuſpendat, ſeu vltimo ſupplicio afficiat, poteſt illud abſque peccato exequi 260 nume.2
iudex non debet admittere petitionem cauſam ineptam continentem, quod eſt verum etiam reo nō opponente 433 nu.15
iudex cui committitur cauſa ſola facti veritate inſpecta poteſt manu regia inſpecto duntaxat iure gentium & remoto iure ciuili, in cauſa procedere 431 nume,24.25.26.27
Et poteſt recedere à regulis iuris, & nihil officeret iudiciarium ordinem omiſiſſe.ibid.
iudex licet non teneatur obſeruare promiſsionem impunitatis delicti in foro cōtentioſo, attamen in foro conſcientiæ tenetur obſeruare 188 nu.4
iudex abſolutionis à iuramento præſtito ſuper contractu, erit iudex cōpetēs ſuper reſciſsione ipſius contractus 426 nu.1
iudex eccleſiaſticus dum implorat brachium iudicis ſecularis pro executione ſuæ ſententiæ à qua fuit appellatum, talis imploratio non ſubſiſtit, nec brachium ſeculare eſt ſibi impartiendum 468 numero 5
iudex habens iudicare ſola facti veritati inſpecta, poteſt credere probationi perſuaſiuæ, licet non concludenti 428 nu.19.20
Et quicquid facit, vt Deus facit
iudex ſi ſtatuit mihi terminum ad probandum, & pendente termino, ego produxi articulos, & iude dubitat an ſint admittendi, ſi aduerſarius reſpondendo, dixit ſe dubitare, quòd tamen interim antequam hoc declaratur, non labitur dilatio ad probandum 529 nume.11
iudex inferens metum, & qui propter hoc extorquet pecuniam, dicitur committere concuſsionem 132 numero 13
iudex poteſt vſque ad ſententiam interrogare ad clarificandum dubia circa merita cauſæ, & præſertim circa ea quæ acta ſunt ante concluſionem 337 numero 10
iudex poſt concluſum in cauſa poteſt ad omnem finem ex proprio officio interrogationes facere, quia ſibi non ligantur manus in ordinariis, in ſummariis autem etiam ad partis inſtantiam poteſt hoc facere 337 numero 11
iudex poſt concluſum in cauſa poteſt facere interrogationes non ſolùm ad declarandum dubiam probationem, ſed etiam ad fundandum intentionem aduerſarij 337 nu.12
iudex recognoſcens ſuperiorem non poteſt concedere Guidaticum ſeu ſaluum conductum delinquenti ſeu bannito, & hoc, niſi iudex ipſe faceret ex cauſa, & eſſet ille met iudex, qui delinquentem banniuit 245 nume.11
iudex poteſt ſe informare de infamia ſeu bona fama à teſtibus etiam inhabilibus ſine ordine & forma iudicij receptis, & ſine ordine iudiciario 80 nu.12.198 nume.33
iudex donec tenet in ſuſpenſo, & deliberat, an exceptio ſit admittenda, ita vel ne, dilatio data ad probandum interim non currit 528 nu.2
iudex habet præſumptiones, vel aliquas coniecturas ex quibus inducitur ad opinionem, vel ſuſpicionem, quòd res ita ſit, prout petitur, poteſt ex hoc ſolo iuramentum ſuppletorium deferre 411 nu.14
iudex vbi non ſeruat iuris ordinem non præſumitur pro eo 573 nu.23
iudex vbi præſumeret malitiam contra tertium volentem impedire executionem pro ſuo intereſſe, non debet ipſum audire, & à ſummaria cognitione poteſt repelli, vbi præſumitur calumniari 433 nu.3. 4
iudex proferens ſententiam, etiam poſt lapſum inſtantiæ debet puniri 258 nu.9
iudex impeditus multitudine cauſarum, ſi non potuit cauſam expedire, facit vt competat reſtitutio parti ſeu fiſco aduerſus lapſum inſtantiæ, ſi tranſiuit biennium 258 nu.10
iudex dū impetitur de corruptela, debet legitimis probationis conuinci 85 nu.34
iudex corruptus pecunia, tenetur etiam pœna falſi: & pariter punitur pœna exilij: id eſt, deportationis 82 nu.10.11
iudex corruptus punitur pœna pecuniaria per conſtitutionem regni, corruptelæ. 244 nu.6. Sed per ius commune ſoluit triplum fiſco, & cingulo dignitatis priuatur: in criminalibus verò punitur pœna exilij, & publicationis bonorum omnium, & tenetur etiam crimine falſi: & ſubditur quòd cōſtitutio regni prædicta, & etiam capitulum regni loquuntur vbi ciuiliter agitur.ibid. nu.7
iudex quod facere debet antequam immobilia pupilli diſtrahantur 508 nu.8.9
iudex vbi videt teſtibus etiam clarè deponentibus non eſſe fidem adhibendam, poterit ſi ſibi videtur, non adhibere ex cauſa: cùm in eius arbitrio ſit: & debet exprimere cauſam, quare fidem non adhibet: aliàs teneretur in ſyndicatu 223 nu.20.21.22
iudex non debet procedere ad examinationem inquiſiti, nec ad eius detentionem, niſi prius de delicto ipſo conſtet ipſi iudici 87 nu.51
iudex debet replicare principi ſibi mandanti vt quid iniuſtum exequatur 120 nu.38 39
iudex debet moueri ex rationabili dicto, ſicut ſi allegaretur ſibi textus iuris 67 nu.41
iudex dicens ſubdito, grauabo te, ſeu carcerabo, niſi dederis mihi tantam pecuniam, committit concuſſionem 132 nu.15.16
iudex vigore cuiuſcunque ampli arbitrij ſibi cōceſsi circa maleficia non poterit aliquem inquiſitum torquere, non præcedentibus legitimis indiciis 157 numero 2
iudex habens plenum & liberum arbitrium non poteſt denegare defenſionem contra indicia ad torturam 157 nume.3
iudex ſpoliare poteſt iniuſtum detētorem beneficij, quia quæ poſſunt de facto fieri, non requirunt ſcripturas 499 nu.9
iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione, & non dubitare 217 nu.7
iudex dicens in ſentētia, quod curia de precio ſe bene informauit, dato quod ſufficit fieri relationem ad id quod non fuit in actis productum, tamen id procedit quando fieret relatio ad id quod de ſe eſt liquidum 440 nu.4
iudex loci delicti, quòd habet iuriſdictionem in delinquentem, intelligitur, quando delinquens reperitur in loco delicti 59 nu.7
iudex vbi habet præſumptiones, vel aliquas coniecturas, per quas inducitur ad opinionem vel ſuſpicionem, quòd res ita ſit, prout dicitur, poteſt ex hoc ſolo iuramentum ſuppletorium deferre 60 nu.16
iudex dū impetitur de corruptione, facit vt ſtetur dicto tertij, qui in hoc fuiſſet mediator: & hoc ſi ciuiliter agatur contra officialem: ſecus ſi criminaliter Et pariter minimè ciuiliter hoc procedit, vbi officialis eſſet bonæ famæ 86 nu.46
iudex in ſyndicatu non tenetur in aliquo parti læſæ, vbi fuit in errore ex cauſa probabili 136 nu.2
iudex dum non diffamatur de corruptione ſeu barataria, non debet pati ſcrupuloſam inquiſitionē, cùm creetur ob vtilitatem publicam, non ita promptius contra ipſum ſubuenitur, & in memoriam præteriti officij lex ſibi fauet 136 nu.3

iudex poteſt euidétem calumniam ex officio repellere nec debet admittere ipſam proponentem: imò ſi ex non admiſsione appellaret, non debet appellationem curare 223 nu.13
iudex licet procedat ex officio in caſu in quo non poterat, cōtra aliquem inquiſitum, & inquiſitus ipſe non opponit ante litis conteſtationem, tamen non impeditur poſteà opponere, & proceſſum irritare 243 numero 16
iudex ſeu officialis ſi pro honore Regio non exequitur ipſius regis mandatum, non poteſt dici quòd malè egerit, ſeu fecerit 262 nu.25
iudex dū corruptus fuit ob hominem necandum, vel non necandum, vel quando quem plecti debebat, non puniuit, vel innocentem punit, capite punietur vel in inſulam deportabitur 244 nu.8
iudex poteſt torquere teſtem abſque aliquibus indiciis, dum ſuſpicatur quòd ſciant veritatem, & nolunt reuelare, vt veritatem dicant 259 nu.20
iudex quando eſt dubius, vtile eſt inquiſitum diffinitiuè non abſoluere à crimine, ſed à proceſſus duntaxat 259 nu.21
iudex nullitatis poteſt ſententiam ipſam nullam in melius reformare, nec eſt neceſſe per prius pronunciari ſuper reformatione, ſed procedi ad vlteriora ad ſententiam 296 nu.2.297.nu.3
iudex inter vota diſcordantia debet eligere meliorem & æquiorem partem 277 nu.13
iudex ordinarius etiam ſi expreſsè denegaſſet facere iuſtitiam, non priuatur iuriſdictione, niſi requiſitus iuſtitiam denegaſſet 469 nu.13
iudex eccleſiaſticus ſi ter requiſitus denegaſſet iuſtitiã clerico, priuatur iuriſdictione, ſi autem laico, incurrit indignationem principis, & tenetur parti cui denegauit ad intereſſe 469 nu.14
iudex de qualitate rei, & communi æſtimatione poteſt à teſtibus informari ex officio, etiam ſi de ſingulari æſtimatione teſtes ipſi ſenſerunt, dum dixerunt, quòd ipſi tantum darent 329 nu.5
iudex loci delicti, vbi de crimine ciuiliter agitur, nō petit ſibi accuſatum remitti 60 nu.9
iudex inquiſitionis debet eſſe competens iudex inquiſiti, adeo vt in eo habeat merū & mixtū imperium 540 nu.17
iudex non debet ſedere de nocte 373 nu.14
iudex ante quàm procedat ad inquiſitionē, debet monere offenſum vel alium, cuius intereſt ſi velit accuſare ſtatuendo etiam ſibi terminū ad deliberãdum. Et iſta eſt magna cautela ad impediendum executionem per iudicem 111 nu.22
iudex ante formatam inquiſitionem debet facere dictam interrogationem offenſo, alias non valeret inquiſitio 111 nu.23
iudex debet inquirere de innocentia inquiſiti, etiam abſentis 179 nu.69.70.71
iudex in caſu arduo torquens inquiſitum ex proceſſu informatiuo eſt excuſatus 101 nu.5
iudex nullitatis, ſeu appellationis, licet poſsit ſententiã in melius reformare, intelligendū eſt quãdo ſentētia eſſet fundata ſuper inepto libello 439 nu.1
iudex ſi impetitur de iniuſtitia vel dãno debet probari euidens iniuſtitia, vel manifeſta, & non occulta, nec præſumpta 86 nu.41
iudex parte contumace abſente poteſt de cauſis eam releuantibus ſe informare. Multo magis ſi comparet excuſator offerens illas verificare 331 nu.13
iudex debet eſſe certus, & non dubitare de ſua iuriſdictione 176 nu.54
iudex detinēs carceratum poſt habitam fideiuſſoriam cautionem, videtur fideiuſſores reieciſſe 387 numero 60
iudex habens plenum & liberum arbitrium, non poteſt quempiam torquere ſine legitimis indiciis 368 numero 33
iudex licet habeat liberum arbitrium in criminalibus tamen non poterit torquere non præcedentibus legitimis indiciis 9 nu.19
iudex vbi habet arbitrium in pœnis imponendis, an & quando poteſt ſe extendere yſque ad pœnam mortis 99 nu.7
iudex vbi poteſt iudicare ſola facti veritate inſpecta facit vt mutuum indicare poſsit eſſe probatum per ſolam confeſsionem 428 nu.22
iudex non videns probationes in proceſſu facit vt ex eo ſolo poſsit irritare ſententiam 440 nu.3
iudex dum cognoſcit vel ſuſpicatur aliquid per calumniam petitum, poteſt petentem ex officio repellere, & exceptionem non admittere etiam ſi fuerit iuratum ꝙ non animo dilatandi factum ſit 128 nu.15
iudex vbi nouit aliquid ad procraſtinandum litem fieri, debet ex officio occurrere 129 nu.16
iudex non veriſimili non debet fidem dare 32 nu.8.117 nu.8.315 nu.9
iudex debet in genere interrogare delinquentem, & neminē ſibi nominare, aut ſuggerere, aliàs nihil probaret, quod reus diceret contra illum ſibi nominatum 150 nu.8
iudex debet interrogare ſuper circunſtantiis, vbi habet teſtes ſuſpectos, quòd falſum depoſuerint ad hoc, vt eis credatur, vel non credatur 193 nu.14
iudex ex cauſa poteſt pœnam diminuere, vbi aliàs nō poſſet, quando eſſet à iure ſtatuta 233 nu.3
iudex debet laborare, vt intercipiat & inuoluat teſtem ſi ei ſuſpectus videbitur etiam in his, in quibus rei ſubſtantia non conſiſtit 193 nu.16
iudex an torquendo inquiſitum vbi conſtat de delicto per teſtes de viſu tenetur in ſyndicatu 189 nu.2
iudex non eſt ſi in eo non eſt iuſtitia 533 nu.17
iudex in criminalibus debet ipſe examinare teſtes, nec notarius actorum hoc facere poteſt, niſi ſibi committatur 199 nu. 42
iudex promittens delinquenti remittere delictum, ſi illud confitebitur, ſi tamen confitetur illud, poterit ipſum damnare 188 nu.6
iudex omnino tenetur ſuam promiſsionem impunitatis delicti obſeruare 188 nu.8
iudex promittens impunitatem delicti delinquenti, ſi delictum ipſum fatebitur, an teneatur talem promiſsionem obſeruare
iudex prohibetur à iure remittere pœnam corporalem delinquenti, cùm ad ſolum principem ſpectet id facere 187 num. 1
iudex poteſt punire delinquentem, non obſtante ſecuritate ſibi data, & ideo ſi dedit ſaluum cōductum homicidæ, & demum fecit ipſum decapitari, bene fecit 188 nu.3





iudex in iudicando ſecurius eſt procedere per vias ſigillatas, id eſt per textus legū, & ipſos diligentius conſiderare 471 nu.1
iudex appellationis ſi in cauſa principali reus condemnandus fuit abſolutus, iudex appellationis debet condemnare condemnandum, & ſufficiet verbū condemnamus, quia ſubintelligitur malè iudicatum 505 nume.9
iudex indebitè torquens aliquem, tenetur pœna capitis, ſecundum vnam opinionem: ſecundum aliã, tenetur eadē pœna, qua carceratus puniretur pro eo delicto, pro quo tortus eſt. Item tenetur actione iniuriarum. Quartò, ſecundū aliam opinionem damnatur ad carcerem per certum tempus, & cum iſta pœna concordat capitulum regni, quo datur carceratio biennalis, & publicatio tertiæ partis bonorum 31 nu.15.32 nu.16.17
iudex vbi procedit ad querelam, & ad inquiſitionem facit proceſſum nullum 243 nu.17
iudex dum vult condemnare abſentem, debet conſiderare an abſentia proceſſerit ex metu vel ex conſcientia delicti, vel ſi accuſator cauſam fugæ dediſſet 172 nu.23
iudex non debet ſtare confeſsioni inquiſiti, dum confitetur delictū, de quo aliter non conſtat: ſed debet mittere exploratores ad verificandum dictam confeſſionem de facto emanatam, & multa alia 152 nu.2
iudex dicitur de facto procedere quando iuris ordine non ſeruato procedit 536 nu.41
iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſecularis, dum ſibi remittitur clericus captus cum proceſſū prædicto 108 nu.1
iudex ſeu princeps habens liberum arbitrium non ligatur lege inſtantiæ 259 nu.16
iudex poteſt repetere delinquentem captum in ſua iuriſdictione, ex quo per talem capturam violatur eius iuriſdictio 544 nu.4
iudex ſi dixerit quòd informatus de fama procedit ad inquiſitionem ſibi credendum eſt 498.nu.2
iudex procedens ex officio nedum ſibi non creditur, dū aſſerit aliquid eſſe notorium, ſed etiam nō poteſt recipere teſtes ſuper illo notorio, vel infamia, niſi prius parte citata 498.nu.2.3
Et maximè vbi allegatur notorium extra locū iudicij ibid.nu.3
iudex de his de quibus conſtat ex actis poteſt ex officio iudicare 434 nu.1
iudex poteſt iudicare etiam in concomitantiis ad petita, dum petitum fuit ſi non pecuniam, frumentum 434.nu.2
iudex habens facultatem iudicandi ſola facti veritate inſpecta, poterit iudicare in alio quàm ſit petitum 434.nu.3
iudex, vbi vidit aliquid ad procraſtinandum litem, debet ex officio occurrere 11.nu.12
iudex poteſt compellere habentem vxorem, & detinentem concubinam, vt ipſam concubinam dimittat, & ad vxorem redeat 368.nu.1
iudex antequam procedatur contra cōtumacem, debet aduertere, quòd ſi in eo ſit aliqua qualitas delictum aggrauans, quòd de illa qualitate verè cōſtet 176 nume.56
iudex vbi ſibi conſtat de maleficio, debet eſſe pronus ad puniendum: nec debet multum ponderare omnes iuris ſolennitates, quia fauor publicæ diſciplinę ſuadet vt maleficia puniantur 223.nu.18
iudex appellationis an poteſt ſuper nullitate cognoſcere 340.nu.5
iudex etiam nemine petente debet ſe informare de conditione inquiſiti, quando nominatur per ſocium criminis, & ſi reperit ipſum eſſe bonæ famæ, talis nominatio non operatur aliquid contra ipſum 178.numero.63
iudex quòd denegauerit iuſtitiam facere, debet liquidò probari in ſyndicatu 136.nu.5
iudex vbi nouit aliquid fieri ad procraſtinãdum litem poteſt ex officio occurrere, imò debet 223.nu.15
iudex quid debeat facere antequam procedat contra contumacem, & ipſum ab omnibus exceptionibus & iuribus excludat 172.nu.20
iudex poteſt commutare pœnam mortis ratione ætatis 404.nu.10
iudex non conuincitur de negligentia, aut denegata ſeu reterdata iuſtitia, niſi fuerit ter requiſitus ſeu interpellatus 136.nu.8
iudex ſpecialis deputatus in priuilegium perſonæ ſolus cognoſcere poteſt de illis perſonis 467.nu.2
iudex præceptum quod de facto fecit, & ſine cauſæ cognitione, de facto reuocare debet 423.nu.16
iudex laicus poterit contra clericum aſſaſsinum procedere, & eius Epiſcopum in ſententia, & proceſſu præuenire, & eo non degradato legali pœna punire, maximè ſi delictum eſt ita notorium, quòd nō poteſt celari 217.nu.8
iudex laicus etiam de conſenſu epiſcopi non habet iuriſdictionem in clericum, nec etiam de conſenſu Papæ 173.nu.26
iudex laicus quòd poſsit iuriſdictionem exercere in clericum, vel modo aliquo animaduertere, iura omnia deteſtantur 230.nu.7
iudicis verba nedum facta, inferunt iuſtum metum, & concuſsionem 132.nu.14
iudicis verbo quantumuis autoritatis credendum non eſt ſiue in cauſis, ſiue ſuper teſtamentis, ſiue quibuſlibet aliis contractibus quæſtio ageretur 498 nu.45 Niſi eſſet cardinalis. ibidem
iudici ſeculari vbi innoteſcit cauſam præiudicialem, prout eſt ſuper abſolutione à iuramento pendere coram eccleſiaſtico, non poterit in cauſa mota coram ipſo procedere 426.nu.2
iudici eccleſiaſtico dum ſibi conſtat de mala qualitate contractus, & timet interim de nouitate facienda debitori per ſecularē, debet ex officio inhibere, quia aliter officit animæ creditoris 426.nu.3.4
iudici eccleſiaſtico circa implorationem brachij ſecularis non de facili deferendum eſt: cùm peccatis noſtris exigentibus plures hodie reperiantur prælati mali, quàm boni: & ideo oportet conſtare de iuſtitia requirentis, ſeu implorantis brachium 467. numero 2
iudici torquenti conſtitutum in dignitate, vel torquendo, quem non poterat in memoriam præteritæ dignitatis, poteſt de iure reſiſti 262.num.24
iudici minimè credendum eſt, niſi quatenus conſtet ex actis, etiam ſi dixerit aliquid fore notorium 498.numero 1

iudici creditur de geſtis coram eo 499. nume. 8

iudici ſi datur cognitio de certis perſonis, non poterit alius iudex habens vniuerſalem iuriſdictionem ſe decognitione illarum certarum perſonarum intromittere, quia priuilegium eſt conceſſum illis perſonis, non rei 467 nu. 1

Per iudicem ſtari non præſumitur, niſi fiat ſibi proteſtatio 136 nu. 7

iudices plures quando potuerunt pro eadem cauſa adiri, ſi vnus ex eis non fecit id, quod facere tenebatur in officio, præſumitur *in dolo. Et ſi perit ius* partis, facit litem ſuam. Sed *ſi illla* pars potuit idem conſequi ab *alio officiali* etiam eius ſucceſſore, tunc iudex *ille primò* aditus, non tenetur 136 nu. 9

iudices ſi plures eſſe poſſunt contra inquiſitum de crimine, ſi vnus ipſorum aditus eſt, erit inquiſitus ipſe ab alio iudice tutus, cum alter præueniat 62 nu. 8

iudices duo ſi atteſtantur de actis geſtis coram eis plenè probabunt 499 nu. 10

iunioris ſententia meliori ratione roborata antiquiori præfertur 547 nu. 6

iuſtitia vera eſt miſereri delinquentibus 121 numero 48

iuſta cauſa metus ſufficit. & ibi dicitur iuſtus metus, vbi iuſta eſt ſuſpicio 213 nu. 5

iuſtus metus dicitur timor violentiæ inferendæ 213 numero 2

Ad iuſtificandum concubinatum eſſe, oportet plura concurrere: imò ſeptẽ requiſita. 201 nu. 6. de quibus & nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.

ius vbi alteri quæſitum eſt, non admittitur quis ad deierandum 324 nu. 1

ius nõ dicitur quæſitum in beneficio per acceptationem per quemcunque factam circa collationem, etiam ſi petitum ſit ab executore, vt conferatur 471 numero 9

ius dicitur quæſitum per præſcriptionem, quando acquiritur ius contra quemlibet ſingulariter 442 numero 7

ius collectandi, ſeu aliàs angariandi ſubditos non poſſet præſcriptione acquiri 442 nu. 8

ius dicitur tolli vbi proceditur iuris ordine non ſeruato 418 nu. 4

ius patronatus ex ſola præſentatione acquiritur 323 nume. 23

ius patronatus poteſt haberi per baſtardum 371 numero 9

ius offerendi competit per modum facultatis, vt quod debitor poteſt quandocunque vult offerre debitum creditori & pignus redimere talis facultas nunquam præſcribitur 515 nu. 3

ius retentionis virtute hypothecæ in bonis viri, nedum competit vxori, verùm etiam, & eius filiis virtute dotium maternarum 474 nu. 8. 9.

ius imponendi angarias ſubditis non poteſt per ipſos dominos aliqua præſcriptione acquiri 525 nu. 2

ius quando acquiritur contra quemlibet ſingulariter, dicitur eo caſu ius quæſitum per præſcriptionem: Si verò non ſingulariter, ſed communiter cõtra omnes tũc dicitur acquiſitũ per conſuetudinẽ 219 nu. 7

ius exigendi ſeruitia ſeu angarias à ſubditis non poteſt præſcriptione acquiri, niſi eſſet probatio tanti temporis, cuius initij in contrarium memoria hominum non exiſtit 219 nu. 8. 9

iuris canonici diſpoſitio attendi debet in cauſa matrimoniali 58 nu. 46

iuris ordine non ſeruato procedi poteſt contra inquiſitum ratione enormitatis criminis 101 nu. 3

iure Longobardo ſi quid determinatum non reperitur, recurri debet ad ius Romanum 425 nu. 1

iura punientia affectum, licet non ſequatur effectus, non habent locum ſecundum conſuetudinem vniuerſalem Italiæ 233 nu. 6. 208 nu. 13

iura licet tranſgredi propter caſus terribiles 101 nu. 16. 210 nu. 19. 404 nu. 9

iurans non denunciare malefactorem facit, vt iuramentum iſtud non teneat 313 nu. 12

iurans te non accuſare non poteſt contrauenire iuramento 323 nu. 20

iurans tale quid, quòd non intereſt alterius, ſi periurat, videtur ſolum Deum habere vltorem, tamen poterit per iudicẽ ſibi imponi pœna extraordinaria 434 nu. 2

iurans ſe non repetere reſtitui ad beneficium quo ſpoliatus fuit, non poteſt amplius petere reſtitutionem 323 nu. 18

iurans non reuocare procuratorem ſi demum reuocat, tenet reuocatio, tamen iurans eſt periurus 322 numero 13

iuramentum appoſitum in obligatione, ſeu inſtrumentum in quo confitetur quis mutuum recepiſſe, infra biennium poteſt opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ non obſtante iuramento 372 numero 4 & 5

iuramentum quo ad eius obſeruantiam tranſit ad hæredem, maximè quando defunctus iurauit pro ſe & hæredibus ſuis 454 nu. 70

iuramentum non operatur extenſionem ad incogitata 312 nu. 7

iuramentum præſtitum inter certas perſonas non nocet aliis, nec prodeſt 359 nu. 7.

iuramentum & ſententia æquiparantur 358 nu. 8

iuramentum licet ſit obligatorium ex parte iurantis, tamen vbi altera pars incideret in peccatum, tenetur ad relaxationem iuramenti 313 nu. 11

iuramentum ſuper actu à iure prohibito non obligat 430 nu. 5

iuramentum in contractu per vim & metum extortum eſt ipſo iure nullum 430 nu. 6

iuramentum metu interpoſitum non poteſt propria authoritate ſperni, ſed requiritur abſolutio 440 numero 6

iuramentum ſuppletorium non defertur, niſi probanti per teſtem omni exceptione maiorem 338 nu. 15

iuramentum ſuppletorium defertur etiam concurrentibus pluribus coniecturis 303 nu. 8

iuramentum de ſui natura appoſitum in contractu eſt indiuiduum, licet quantitas in eo appoſita ſit diuidua 489 nu. 14. 15

iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale 299 nu. 1

iuramentũ debet adimpleri in forma ſpecifica 434 nu. 1

iuramentum non trahitur ad id, de quo veriſimiliter tempore iuramenti non cogitauit 312 nu. 8

iuramentum ſecundum contra primum iuramentum non ligat iurantem: quia ſolũ primũ valet 322 nu. 12

iuramentum non obligat in caſu, in quo iuramentum reddit actum nullum quia tunc ſimiliter iuramentum eſt nullum 439 nu. 37





iuramentum metu extortum ſecundum opinionem ciuiliſtarum indiſtinctè non obligat 439 nu. 37

iuramentum priuati non arctat ipſam vniuerſitatem & ciues 299 nu. 7

iuramentum operatur illam clauſulam expreſſam: ſe facturum & curaturum 186 nu. 1

iuramentum licet non tranſeat ad ſucceſſorem reſpectu periurij, bene tranſit virtus, & vinculum iuramenti 455 nu. 75

iuramentum licet non liget animam ſucceſſoris, ligat tamen ſucceſſorem ad obligationes, & contractus 455 nu. 76

iuramentum contra publicam vtilitatem non eſt obligatorium 299 nu. 5

Contra iuramentum quæ fiunt, an valeant, & quæ ſint 323 nu. 14

iuramenti diſpoſitio in minore iurante, vt confirmet contractum habet locum, quando actus non valebat de ſe ex defectu decreti, & authoritatis, ſecus ſi alia ratione 496 nu. 13

iuramenti relaxatio eſt pars contractus 426 nu. 7

iuramenti exceptio obſtat, dum allegatur metus, ſeu vi fuiſſe interpoſitum iuramentum. quia non poteſt propria authoritate abſolui, ſed requiritur abſolutio 500 nume. 7

in iuramento apponitur, & exigitur pœna, aliàs periurium remanet inultum 434 nu. 3

iuramento proprio ſtatur in his quæ dependent ab animo 388 nu. 67

iuriſdictio regulariter videtur conceſſa accumulatiuè per principem: & per conceſsionẽ alteri factã, non videtur ſublata ſeu adempta ab illo, qui per prius illam habuerat: ſed vt vtrique competat 249 nu. 6

iuriſdictio nunquam videtur prorogata ex contumacia; verumtamen ex contumacia incumbit onus probandi defectum iuriſdictionis 247 nu. 1

iuriſdictio nunquam intelligitur prorogata ex contumacia, ſi iudex erat ipſo iure incompetens: ſecus ſi per exceptionem 247 nu. 3

iuriſdictio ordinaria poterit reuocari per principem concedentem ad libitum 250 nu. 21

iuriſdictio non præſcribitur principe ignorante, vel pars ipſius iuriſdictionis 515 nu. 5

iuriſdictio conceſſa cum verbis taxatiuis, vt puta, ipſe duntaxat, vel ſolus ipſe cognoſcere poſsit, intelligitur excludere alios iudices pares illis, cui conceditur iuriſdictio, non autem, qui eſt maior & generalis ordinarius 181 nu. 8. 9 & 10

iuriſdictio dum conceditur alicui, ſemper authoritas ipſius concedentis præſeruatur illæſa, & in eo ſemper reſidet ſuprema poteſtas & inſeparabilis 181 nume. 5. 6. 7.

iuriſdictio temporalis dependet ab eccleſia, ex quo eccleſia reſeruata ſibi ſubſtantia, remiſit Imperatori exercitium 183 nu. 26

iuriſdictio limitata non poteſt prorogari 380 nu. 2

iuriſdictionis defectus magis inficit quàm alius defectus 380 nu. 3

iuriſdictionis defectus opponi poteſt contra inſtrumentum guarentigiatum, cõtra quod nulla exceptio opponi poteſt virtute ſtatuti 380 nu. 4

iuriſdictionem habere prætendens in præiudicium alterius eandem habentis, debet verificare, & probare, quòd illo alio præſente & patiente iuriſdictionem ipſam exercuerit, vt præiudicet 473 nu. 1

iuuare quis ſe non poteſt ex poſitione negata 514 numero 11

LAeſus enormiter ex contractu iurato tale iuramentum nihil operatur 496 nu. 12

laicus nullus poteſt diſponere ſuper iuramento, tanquam ſuper re ſpirituali 455 nu. 78

Aduerſus lapſum inſtantiæ in criminalibus non datur reſtitutio 257 nu. 2

latrones dicuntur, qui in ſtratis publicis aggrediuntur homines, & ipſos violenter ſpoliant & furantur 149 nume. 4

lego Catarinæ pro ipſius dote xl. & in his ipſam hæredem inſtituo, legatum erit purum, & tunc peti poteſt 523 nu. 6

legans fundum, cuius dimidiam partem habet duntaxat, videtur illam partem quam habet duntaxat legaſſe 61 nu. 1

legatum pro dote vbi eſt conditionale, ſi contigit legatariam decedere antequam nubat, legatum non tranſmittitur ad matrem, ſed remanet apud hæredem grauatum 362 nu. 15

legatum pro dote licet ſit conditionale, tamen ſecus erit in legato relicto occaſione dotis: quia illud tanquam purum ſtatim debetur 361 nu. 2

legatum relictum pro maritando, ſeu ad maritandum, ſeu pro maritagio quando debeatur 361 nu. 3

legatum dotis factum filiæ vel nepti tradendum dum ad ætatem nubilem peruenerit, an dicatur purum, vel conditionale, vel in diem expreſſum à teſtatore 519 nume. 5

legatum dotis factum à patre filiæ ſtatim debetur 490 nume. 6

legatum dotis ſi habuit vna ex ſororibus, quia nupſit, & aliæ deceſſerunt ante contractas nuptias, dictum legatum tranſmittitur ad eorum hæredes, vt inter eos æqualitas ſeruetur 363 nu. 18

legatum dotis eſt adeo pium, quòd in eo non eſt locus detractioni falcidiæ 363 nu. 19

legatum pium detrahitur vt æs alienum, ante cætera legata 363 nu. 20

legatum relictum pro aliqua maritanda, licet reperiatur maritata eo tempore, tamen omnino ſibi debetur 523 nu. 5

legatum factum pro anima per virum ſuæ vxori tenet & ſibi debetur 542 nu. 3

legatum factum per maritum vxori, licet perdatur per tranſitum ad ſecunda vota, valet ſi fuerit factum ex cauſa ſeruitiorum 541 nu. 1

legatum rei alienæ tenet, quando legatur conſanguineo, ſed quando legatur extraneo, non tenet 322 numero 4

legatum de fructibus fundi vſque ad certam ſummam annis ſingulis pro alimentis libertorum, quòd ſi vno anno non proueniunt tot fructus ex eo, debet ſuppleri in ſequentibus annis 551 nu. 1. 2. 3

legatum pro maritagio peti poteſt præſtita cautione de nubendo. 362 nu. 8. 9. & etiam ſtatim ante nubilem ætatem. nu. 10

legatum pro maritagio puellæ, ſi non reperitur eſſe nubilis ætatis, omne commodum, & lucrum proueniens ex tali legato, ſpectabit ad legatarium. 362. numero 11
legatum pro maritagio dum teſtator dixit, lego Catarinæ centum pro ipſius dote, & in his eam hæredem inſtituo, videtur eo caſu legatum purum, & ſtatim peti poteſt: dummodo præſtetur cautio de nubendo 362 nu.12.13
legatum factum filiæ, vel nepti tempore quo erit nubilis ætatis, ſeu pro dote, vel pro maritagio, vel ad maritandum, an ſit conditionale, vel modale, an purum, an ſtatim debeatur, vel an ſit expectandum tempus nubilis ætatis, & an tempus quo nuptiæ contractæ fuerint 522 nu.1
legatum tempore nubilis ætatis adueniēte nubili ætate peti poteſt etiam nuptiis non contractis præſtita tamen cautione de nubendo 522 nu.2.3
Et fructus qui medio tempore percipiuntur ſpectant ad legatarium, & ſit differentia, an ab eo qui tenetur dotare, & an ab alio. ibid.
legata pecunia pro dote ſi teſtator diſponit, vt ſi nuptiæ non ſequerentur, fieret vnum altare, non ex hoc videtur voluiſſe huiuſmodi legatum eſſe conditionale, ex quo hoc non dixiſſet, ſi voluiſſet purè relinquere 363 nu.16.17
legens ſententiam ſeu aliquam rem in aliqua parte ipſius, & non in totum præſumitur totum percuntaſſe 486 nume.2
legitima relicta poteſt incontinenti peti, aſsignari illi cui debetur 520 nu.11
legitima ſucceſsio ceſſat in fœminis 332 numero 2
lex, ſtatutum, vel pragmatica non obſeruantia tollitur, & abrogatur per contrarium vſum 292 numero 12
lex ſeu ſtatutum vbi profert aliquid cum adiuncta qualitate, nedum ſtatutum illud probari debet, ſed qualitas 217 nu.6
lex licet per non vſum non tollatur, tamen tollitur per contrarium vſum tacitum vel expreſſum 292 numero 14
lex vel ſtatutum prohibens aliquid in fauorem alicuius, & beneficium, habet tacitam conditionem, vt non intelligatur prohibitum, ſi voluerit vti in beneficium 394 nu.11
lex faciens mentionem de aliquo actu faciendo per aliquem, intelligitur, dummodo ille fuerit habilis eo tempore, & non ex poſt facto 177 nu.57.58
lex ſuperueniens quæ deuiat à iure communi, intelligenda eſt, vt minus lædat ius commune, quàm poſſit 31 nu.3
lex fina is. ff. quod metus cauſa, quomodo intelligi debeat 535 nu.33.34
lex fin. quod met. cau. vbi quod non eſſet factum, de nouo fieri deberet, intelligi debet, d.l. prout Ange. in l. ſi finita. ff. de dam. infect. quando præceſsit cauſæ cognitio, & fuit rite iudicatum, & rectè 422 numero 4
lex noua vbi expreſsè non tollit legem communem veterem, tamen tacitè videtur illam tollere: & ita Ianuæ obtentum per conſilium peritorum. vbi plenè ad ſaturitatem 88 nu.57
lex cùm enumeret caſus, non licet illos extendere ad alios non enumeratos, ex quo illi dicuntur remanere ſub regula iuris communis 405 nu.1
lex, ſiue ſtatutum dictans Bannimus omnes aſſaſsinos, ſeu latrones, habet locū in illis, qui ſunt culpati per ſententiam vel confeſsionem vi iudicis factam, vel per euidētiam facti ſeu legitimis probationibus conuicti 176 nu.55. 217 nu.4
legis dubiæ correctio imò intelligentia ſoli principi eſt reſeruata 417 nu.5
leges in ſtudiis addiſcuntur, & in palatiis digeruntur 469 nu.2
legibus punientibus conatum eſt hodie derogatum per contrariam conſuetudinem 231 nu.4
liberalitas magna in muliere non modica eſt doli præſumptio. Cum mulieris naturæ repugnet, nam auariſsimum eſt genus mulierum 496 nu.89
libertas eccleſiaſtica dicitur impediri, dum clerici impediuntur exequi ſibi conceſſa à iure communi 458 nume.2
libertas eccleſiaſtica dicitur impediri, nedum ſi principaliter, verùm etiam ſi ſecundariò quid eſſet contra libertatem ipſius 458 nu.5
libertas eccleſiaſtica dicitur offenſa, quando fieret aliquid contra priuilegia conceſſa eccleſiæ, vel eccleſiaſticis perſonis, ſiue à Deo, ſiue à Papa, ſiue Rege 458 nu.9
contra libertatem eccleſiaſticam illa dicuntur, ex quibus clerici euaderent, ſiue redderentur timidiores 458 nu.3
liber mercatoris pro ipſo ſcribente ſemiplenam probationem inducit. 416 nu.1.2. Sed an hoc verum ſit vide. ibid.
liber mercatoris facit ſemiplenam probationem pro ſe, quando eſſet publicus mercator, & iuraſſet talem mercaturam fideliter exercere, & haberet à publico tale exercitium 416 nu.3
liber mortui plenè probat, quando viuens fuerit bonus vir, & legalis 548 nu.9
liber rationum probat pro ſcribente quando continet veriſimilia 548 nu.7
libri partitæ quando verificantur per libros mercatorum aliter nō verificatos præſumitur partitas ipſas veritatem continere propter corroborationem aliorum 547 nu.2.3
libri partita quando in vno reperitur falſa in omnibus falſa præſumitur, & pariter vbi reperitur vera, in cæteris vera præſumitur 548 nu.4
libri partitæ credendum eſt concurrente difficultate alterius probationis 548 nu.5
libro mortui ſatis longè creditur quàm libro viuentis 547 nu.1
libro mortui integræ famæ ſatis ſtandum eſt 548 nu.8
libro ſi dari debet plenæ fides pro ſcribente ſtatur arbitrio iudicis attenta qualitate perſonarum, & veriſimilium concurrentium 548 nu.6
libellum inducens in cauſa appellationis quem appellatus dicit ineptum, ſuper quo diu fuit litigatum, ſi appellans obtinuit, quia fuit pronunciatum pro ſuo libello, interim non ſunt decurſa fatalia: ſecus autem ſi ſuccubuit, quia ſua culpa non excuſatur 529 nu.5
lis ſi cum vno ex cohæredibus agitatur pro parte ſua,

cum



cum aliis cohæredibus, rectè agetur: quia cauſa vnius cenſetur alia, & diuerſa à cauſa alterius 339 numero 3
lis dicitur pendere per ſolam ſupplicationem oblatam principi: aliàs per ſolam citationem 61 nu.5
lis dicitur pendere, etiam per ſententiam à qua fuit appellatum 346 nu.4
litis pendentia cum principali prodeſt etiam fideiuſſori 566 nume.1
lite pendente ſuper cauſa ſtatus, vt quia quis prætendat ſe liberum, ſemper pro libero haberi debet 219 nume.1
lite pendente impetrans dicitur innouare 400 numero 2
locator non tenetur de damno dato per ipſam rem locatam, niſi poſsit ſibi aliqua culpa imputari 426 numero 1
locator vaſis ſeu vegetis vitioſi tenetur de damno dato per vas corruptum conductori 429 nu.2.3
Etiam ſi ignoraſſet vitium quod eſt ſpeciale in vaſe locato, ſecus in aliis rebus. & vide ibi pulchram diſtinctionem 429 nu.3
locationis & conductionis cauſa ſummaria eſt, & breuis, & in ea abſque libello proceditur ad implorationem partis, & dicitur cauſa breuis 357 nume. 1 & 2
In locatione communis domus ſolitæ locari, ſi vnus ex ſociis vult ipſam locare, alter recuſat, præfertur volens locare 358 nu.5.6
loci qualitas, ſatis attenditur ad reddendum quem ſuſpectum de delicto 36 nu.11. 342 nu.8
longè deterius eſt hominem veneno necare, quàm gladio occidere 198 nu.34
loqui nemo præſumitur ad impugnandum ſua iudicia ad incommodum proprium 398 nu.5
lucrari ſatis dicitur, quando quis voluntatem ſuam adimplet 45 nu.7
lupus qui exit ſyluam, non tamen dicitur exiuiſſe, ſicut & qui vult aſcendere arborem non tamen dicitur aſcendiſſe: nec qui vult eligere, non ex hoc dicitur elegiſſe 50 nu.6.7
luſor teſtis eſt criminoſus, cùm ludus ſit crimen: & dicitur luſor malè vti ſubſtantia ſua: & teſtes luſores & blaſphematores repelluntur à teſtimonio 23 nu. 26 & 30

MAgis eſt actu voluntatem declarare, quàm verbis 213 nu.1
magna Curia Vicariæ virtute cōſtitutionis regni mandat officialibus in regno, vt intra duos mēſes cauſam expediant: aliàs ipſam aduocant ad magnā curiam. Et nedum hoc ſit Officialibus Regis, verùm etiam Officialibus Baronis 248 nu.1.2
magna curia vicariæ poteſt componere de omni crimine, niſi de crimine læſæ maieſtatis in quo nedum non poteſt componere, verum etiam nec à carceribus liberare abſque mandato regio 14 nu.8
magna & regia curia in Regno Siciliæ cognoſcit de cauſis regalibus de conſuetudine generali approbata 15 nume.5
maior enormiter læſus non obſtāte iuramēto poteſt cōtrauenire, licet promiſerit non cōtrauenire aliqua ratione, vel cauſa, nec erit neceſſaria abſolutio 496 nume.11
maior vnus & alter minor aſſerētes ſe læſos per ſententiam ſacri conſilij circa venditionem rei videntur habuiſſe notitiam contentorum in dicta ſententia ſi in ea continebatur eos habere ius offerendi, & non obtulerunt, demum factis ambobus maioribus talis ſententia eis nocuit, & nocet 486 nu.1
maior iudex de grauamine inferioris cognoſcere debet, non econtra 419 nu.1
maior pars creditorum quòd attrahat ad ſe minorem non procedit, quando minor pars eſſet diſcretior, vel ſanior, aut prudentior 277 nu.15
maior pars quòd attrahat ad ſe minorem, debet intelligi, dummodo conuocati vniti fuerunt inter eos ad illum actum 277 nu.6
maior pars attrahit ad ſe minorem, quando non faceret id, quod eſſet iuri contrarium, aliàs non attraheret 277 nu.7
maior pars attrahit ad ſe minorem, vbi minor pars non habet iuſtam cauſam contradicendi 277 nu.8
mala vita & fama repellit teſtem 236 nume.7. 266 nume.8
maleficos non patiaris viuere ſuper terram 11 nu.16
mandans non poteſt puniri, vbi mandatarius omiſit exequi mandatum 90 nu.8
mandans non dicitur, quòd extraordinariè puniri debet, intelligitur procedere in mandante committi adulterium, vel ſtuprum, quæ delicta frequentius committuntur 90 nu 9
mandans homicidium committi mediante pecunia, ſi non fuit ſequutum homicidium, non erit pœna mortis: ſed pœna criminis ſtellionatus ſeu pecuniaria 208 nu.20.21
mandans homicidium committi ſeu aſſaſsinium per aliquem, ſi demum ille fuit occiſus ab aliis, quàm ab illis, quibus fuit mādatum, & id fuit ob inimicitiam & odium proprium habitum cum illis occiſoribus, eo caſu non eſt in aliqua conſideratione nec mandatū, nec aſſaſsinium: quia tunc mandans non teneretur 218 nu.20
mandans homicidium fieri non tenetur, effectu non ſequuto pœna homicidij 234 nu.12.13
mandans verberari non tenetur pœna legis vel ſtatuti punientis verberantes 224 nu.13
mandans aliquem verberari licet dixerit, vt non occidat: tamē ſi ſequitur mors, tenetur de occiſo 39 nu.1
mandās quem percuti alapa, vel ligno, & ille ferro percuſsit, non tenetur, niſi de eo quod mandatum eſt: & licet mandatarius illum occiderit, tamen mandans non tenetur 39 nu.2.3
mandans tenetur ex genere inſtrumenti apti vel non apti ad mortem inferendam 39 nu.2
mandans delictum committi, non tenetur ex mandato, ſi mandatarius id non agat 90 nu.14.15
mandans non tenetur in delictis, vbi mandatarius exceſsit fines mandati 39 nu.2
mandans non dicitur verè facere, ſed interpretatiuè 224 nume.7
mandatorē homicidij ſeu aſſaſsinij, licet non requiratur pronuntiari incurriſſe pœnas in cap. pro humani. de homici. in vj. tamē requiritur quod declaretur ipſum mandatorem ita mandaſſe, & illud eſſe probatum 177 nu.60. 178 nu.66

mandatum

mandatum nedum probatur ex verbis imperatiuis, vel præceptiuis, ſed etiam enunciatiuis, ex quibus coniecturatè apparet quòd taliter præferens optat mortem fieri 403 nu.5
mandatum ſuper nunciatione noui operis reo comparente reſoluitur in vim ſimplicis citationis 401 nume.5
mandatum ſi fuit in actis productum per procuratorem, & non fuit oppoſitum contra ipſum, non poteſt vlterius opponi 390 nu.3
mandatum alicui factum, & demum tacitè reuocatum, ſi mandatarius ex internallo id faciat, mandans non tenetur 387 nu.63
mandatum iuſtificatum, & pœnale extraiudicialiter, & abſque cauſæ cognitione fieri poteſt in nunciatione noui operis 401 nu.1
mandatum licet in delictis non excuſet, tamen facit, vt delicti pœna leniatur 89 nu.4
mandatum ſuperioris irrationabile probari debet per ſcripturam authenticam, niſi ſuperior ipſe eſſet in loco: quia tunc ſtaretur dicto officialis aſſerentis ſibi fuiſſe ita mandatũ à ſuperiore 137 nu.17
mandatum quantumcunque ſit res atrociſsima, tamen attenditur eius executio, & non ſuſceptio ſola mandati: & tali caſu extraordinariè arbitrariè puniendum 91 nu.18
mandato iudicis de facto emanato licet quis obedierit, debet tamen de facto reuocari 420 nu.5
mandato principis ſeu papæ licet duro, obtemperandum eſt: nec ſibi replicari poteſt, cur ita faciat 260 nume.1
manens cum hoſtibus non in damnum domini, ſed vt euitaret periculum, & ipſe non ſit aptus ad arma excuſabitur 27 nu.25
marchiones & comites habentes iuriſdictionem perpetuam in deſcendentes etiam poſſunt alterare formam iudicij 459 nu.3.4
Et particularem legem condere etiam in præiudicium ſuperioris 459 nu.4
maritus cognoſcens carnaliter vxorem minorem duodecim annorũ, tenetur de ſtupro de iure ciuili; quod ſecus eſt de iure canonico 306 nu.2
maritus dum vidit creditores irruere contra ipſum, cautela eſt, vt conſignet vxori prædia pretioſiora ob dotes conſumptas, quia vxor venit in eis præferenda, & de veritate dictæ cautelæ 494 numero 13
maritus & vxor dicuntur vnum corpus, & vna anima; & alter alterius debet eſſe particeps infortuniorum ſuorum 116 nu.6
maritus ſi carnaliter cognouit vxorem ante benedictionem ſacerdotalem, ſi animo perſeuerandi non peccat 562 nu.11
maritus in partibus Lombardiæ de conſuetudine conuerſatur cum vxore ſtatim ipſa deſponſata carnaliter 562 nu.12
maritus quòd poſsit vxorem caſtigare eſt intelligendum, videlicet, temperatè 543 nu.12
mare homini crudeli æquiparatur 270 nu.2
maris iter incertum eſt, & periculoſum 270 nu.1
materia ex parte perſonarum quæ debent in ius vocari præcedente venia, eſt fauorabilis, & per conſequens extendenda 335 nu.3
mater tranſiens ad ſecunda vota poteſt petere quem maluerit dari tutor filio ſuo 353 nu.1
mater non poteſt cogi dotare filiam, niſi in ſubſidium 494 nu.11
mater & auia excludunt agnatos etiam patruos in tutela 354 nu.7
mater aſſerens filium ſuum eſſe natum in octauo menſe creditur ei. Sicut etiã ſtaretur mulieri aſſerẽti ſe prægnantem ibidem, etiam ſi diceret, ex quo viro prægnans euaſit 542 nu.4.5
mater an poteſt ſibi ſatisfacere de dotibus ſuis propria authoritate ſuper bonis pupilli, maximè ſuper pecunia 506 nu.4.5
mater magis obligatur alere filiam quàm pater 521 numero 15
matri non datur tutela contra eius voluntatem, ſed ſi velit, ſibi permittitur 354 nu. 6
matrimonium eſt à Deo, & ideo recipienda eſt voluntas diſponentis quandocunque, & vbicunque velit 562 nu.8
matrimonium licet poſsit inferri per copulam carnalem fuiſſe contractum, quòd per prius per verba de futuro fuerat, tamen id procedit, quando probatur, quòd poſt promiſsionem per verba de futuro fuiſſet copula carnalis ſubſecuta 52 nu.1.2
matrimonium dicitur contractum in faciem eccleſiæ, dum publicè fit coram multitudine fidelium: quia eccleſia dicitur congregatio fidelium 562 numero 4
matrimonium licet contrahi non debet, aut fieri abſque ſolennitate, & aliter factum dicitur clandeſtinum, vbi fit abſque præſentia ſacerdotis, attamen aliter factum tenet 562 nu.5
matrimonium non eſt legitimum, niſi præcedente benedictione ſacerdotali, & aliis ſolennitatibus 542 numero 1
matrimonium plenè cognoſci poteſt in x. anno: quia tunc dicitur matrimonium valere, cùm mulier ſit viripotens, id eſt, cùm pati poteſt ſe à viro cognoſci 306 nume.5
matrimonium præſumitur ex conſuetudine inſimul cohabitandi in eodem lecto, & menſa 53 nu.6.7
matrimonium quomodo dicitur contrahi in faciem eccleſiæ 360 nu.8
matrimonium cum ſit maximi præiudicij, non debet iudicari ex leui præſumptione 53 nu.9.17
matrimonij tractatus videlicet quòd ſe tractauerint vt coniuges in eodem lecto & menſa, concurrente etiam fama viciniæ, non ſufficiunt ad plenam probationem matrimonij 53 nu.8
matrimonij ſolennitates ſi omittantur, tamen verum eſt matrimonium, licet peccent contrahentes omittendo 562 nu.9.10
matrimonij probatio multa requirit, multis modis probari poteſt 513 nu.5
In matrimonio in poſſeſſorio recuperãdæ, dato quòd probaretur verè & præſumptiuè de matrimonio, nunquam obtinebit agens poſſeſſorio, niſi excludatur clandeſtinitas, vt quia in faciem eccleſiæ ſint contracta ſpõſalia, emiſsis bannis, & ſeruatis contẽtis in ca. inhibitio. extra de clãd. deſpon. 54 nu.15
In matrimonio ſollennia poſſunt omitti ſine peccato, quia illa de cõſilio ſuadẽtur, & nullũ ipſorũ percipitur: & ſic aliter factum non eſt peccatum 562 numero 6



matrimonialis cauſa eſt grauis & ardua 54 nu. 17.58 nume.47
melius eſt eſſe popularem nobilis ciuitatis, quàm nobilem mediocris ciuitatis 53 nu.13
mendacium inducit magnam ſuſpicionem contra inquiſitum: & poteſt torturæ ſubiici ex mendacio 35 nume.9
mendacium in principali inducit non modicam ſuſpicionem, imò indicium ad torturam 365 nu.1
mendacium, quòd non ſit indicium ad torturam 255 numero 16
mendacium facit indicium contra inquiſitum, ſeu magnam præſumptionem 13 nu.6
mendacium facit magnum indicium contra mendacem & magnam ſuſpicionem 351 nu.24
mendax de iure torqueri poteſt 252 nu.3
mente captus æquiparatur minori & pupillo 34 numero 22
mente captus ſeu furioſus, probatur ex ſuis dictis & geſtis 33 nu.9
Et quomodo & qualiter probetur vide ibidem plenè. Et quomodo probetur, quòd quis ſit fatuus. ibid. nu 10.11.12.13
mentio fieri debet de omni notabili clauſula primi reſcripti, & de omni eleganti clauſula 554 nu.7
mentio fieri debet de litis conteſtatione 554 nu.5
mentio non requiritur fieri de proceſſu nullo 554 nume.13
meretrix dicitur mulier, quæ nunc ingreditur vnam domum, nunc aliam: & pariter illa, quæ recepit pecuniam pro copula carnali: & pariter, vbi teſtes deponunt ſe ſcire, quòd eſt meretrix 148 nu.16
metuendum eſt quod abſque periculo eſſe non poteſt 64 nume.4
metus iuſtus vel iniuſtus iudicis arbitrio relinquitur 430 nu.13
metus iuſtus ſatis dicitur probatus, quando ſuperior conſueuit malè tractare non parentes ſuis præceptis, vel precibus, licet aliàs imperium, ſeu dignitas ſuperioris non ſufficiat ad probandum metum 431 numero 14
metus iuſtus ſufficit, licet eius effectus non ſequatur 432 nume.36
metus iuſtus dicitur metus perditionis honoris: & pariter perditionis bonorum. & metus mortis, pariter iuſtus eſt 26 nu.89.29 nu.20.21
metus iuſtus dicitur, nedum cum inſtans eſt periculum, verum etiam cùm ſuſpicatur, ne res ad id veriſimiliter tendat 27 nu.22
metus iuſtam cauſam ſubeſſe, ſufficit verificare, ad hoc vt dicatur iuſtus metus 27 nu.23
metus iuſtus eſt, vbi iuſta ſuſpitio ineſt 27 nu.24
Paria ſunt quid fieri per metum, vel per probabilem ſuſpicionem metus 27 nu.25
metus violentiæ inferendæ, dicitur iuſtus metus, & ideo non debet quis ſe ſubiicere periculo. & nu. ſequenti. 27 nu.26
metus iuſtus armorum dicitur, etiam quod armis depoſitis geſtum eſt 27 nu.28
metus iuſtus ſufficit, licet eius effectus non ſequatur 27 nume.29
metus iuſtus dicitur, metus cruciatus corporis: & pariter terror armorum, vt ſi armatus quis adſtabat, licet ipſa arma extracta non fuerint 132 nu.17.18
metus iuſtus dicitur timor violentiæ inferendæ 64 nume.37 73 nu.31
metus iuſtus dicitur, timere violentiam inuaſoris 73 nume.32
metus iuſtus dicitur, nedum cùm inſtans eſt periculum verùm etiam cum res ad id veriſimiliter tendit 73 nume.33
metus iuſtus ſufficit, licet eius effectus non ſequatur 213 nume.6
metus iuſtus dicitur nedum cùm inſtans eſt periculum, verumetiam cùm res ad id veriſimiliter tendat 432 nume.30
metus iuſtus excuſat à iuramento fidelitatis præſtito alteri inuaſori, ſeu tyranno 74 nu.42
metus iuſtus eſt, nedum cõpulſio, ſed timor coactionis 74 nu.43
metus iuſtus facit, vt vaſallus non perdat feudum, ſi ex metu ductus contrahat amicitiam cum hoſtibus: Secus, ſi in damnum ſui domini amicitiam præfatam contraxit 74 nu.44
metus iuſtus vel iniuſtus quando ſit, arbitrio iudicis committitur 28 nu.47
metus iuſtus vel iniuſtus excuſat à culpa 29 nu.48
metus iuſtus, vel iniuſtus ſit nec ne, & an ſufficiat ad excuſationem, committitur arbitrio iudicis 213 numero 8
metus iuſtus ſiue iniuſtus excuſat à culpa 74 nu.45
metus præſumitur durare, vbi durat eadem torquendi poteſtas in officiali 102 nu.14
metus reddit actum nullum, & ideo nec iuramentum ſuper eo obligat, ſed eſt nullum 430 nu.4
metus ſiue terror ſemper inferri præſumitur per officialem ſuo ſubdito 132 nu.12
metus cadit in facientem, ſed vis cadit in inferentem 430 nu.9
metus omnis ac ſuſpitio ceſſat data præſentia iudicis, maximè ſuperioris. & ibi vide plenè 103 nu.22
metus in carcerato durare videtur quouſque durat eius detentio 93 nu.9
metus perditionis bonorum, ſeu amiſsionis vitæ & honoris, præbet iuſtum metum 72 nu.22
metus omnis ceſſat data præſentia Principis, ſeu iudicis, vel eius auctoritas 527 nu.27
metus ſufficit & dicitur iuſtus, vbi quis ſcit de facili ſe poſſe compelli 72 nu.24
metus amiſsionis bonorum & mortis, æquiparatur, & dicitur iuſtus metus 72 nu.25.26
metus mortis dicitur iuſtus metus 72 nu.27
metu compulſus ad retrocedendum, ſeu donandum aliquid, licet coactè, & per metum tradiderit, ſi demum intentauit remedium poſſeſſorij recuperandæ poterit aduerſarius articulare, & excipere de dominio 500 nu.1.2
metu paria ſunt quòd aliquid fiat, vel per probabilem ſuſpicionem metus 73 nu.34
metum paſſus non tenetur aufugere, ſi periculum eſt in fuga 27 nu.34
minatus non debet expectare ſe percuti: ſed melius occurrere in tempore, quàm poſt tempus vindicare 65 nume.27

minatus mortem alicui poteſt in illo actu præfato minato occidi: quia non debet expectare ſe percuti 65 nume. 28
minatus à conſueto minas executioni mandare, dicitur eſſe in iuſto metu 26 nu. 18
minæ operantur, quòd ſi aliquis eſt mihi minatus mortem, & ſit ſolitus minas executioni mandare, poſſum impunè eundem præuenire & occidere 66. numero 6
minæ factæ per ſolitum minas executioni mandare, probant factum ſubſequutum 342 nu. 1
minima variatio facti variat multoties totam iuris diſpoſitionem 520 nu. 12
minor, eccleſia, & reſpublica reſtituuntur aduerſus probationes omiſſas 406 nu. 11
minor quòd non reſtituatur in criminalibus quomodo intelligatur 406 nu. 12
minor & eccleſia æquiparantur 317 nu. 7
minor ſi virtute ſtatuti non poteſt contrahere abſque præſentia officialium mercantiæ, & auctoritate trium eius conſanguineorum, tamen poterit facere contractum ſibi vtilem: & valebit abſque tali ſolennitate à ſtatuto requiſita 317 nu. 6
minor ætas, vel maior ſi aſpectu corporis prȩſumat, quàm illa, quæ allegatur: tunc iudex debet transferre onus probandi in eum, contra quem eſt præſumptio: vt quia ille, qui negatur eſſe maior, adparet quòd eſt barbatus, grandis, & durus, ita quòd veriſimiliter adparet, quòd eſt maior 222 numero 5
minor læſus infra quadriennium poteſt petere ſe reſtitui in integrum aduerſus læſionem numerandum à die notitiæ læſionis prædictæ 487 nu. 3
minor ſeu pupillus non petens rem, ſed aſſerens ſe non teneri ad obſeruantiam contractus videtur petiiſſe omne neceſſarium antecedens ad illud 487 numero 4 & 5
minor læſus reſtituitur in integrum maximè in contrahendo, in quo præſumatur lædi, niſi probetur per creditorem quòd ex tali contractu minor ipſe fuerit effectus locupletior 300 nu. 3
minor pro alio ſe obligando dicitur circunuentus, & ſic reſtituitur 300 nu. 4
minor excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum per iuramentum: quia ad iuramentum quis præſumitur accedere certioratus 322 nu 10. 11
minor, & fiſcus non reſtituuntur in criminalibus, quādo ipſi accuſant: ſecus ſi accuſantur 406 numero 14
minor delinquens non poteſt puniri pœna ordinaria nume. 1
minor probata minori ætate ſi conqueratur ſe deceptum, non requiritur quòd aliter à iuramento abſoluatur, & dum enormiter læditur contrahendo contractus non tenet, & reſtituitur ad alienata 496 numero 3
minor licet promiſerit non venire contra alienationem rei ſuæ venditæ, & pariter mulier contra alienationem rei dotalis, contrauenire poſſunt: tamen ſi iurauerunt in alienatione non contrauenire, impediuntur agere, & venire contra iuramentum 323 numero 19
minor accuſans, poteſt demū reuocare accuſationem, ex quo non tenet accuſatio abſque curatore 33 numero 6
minor dum doloſè ſe gerit, reſtituere tenetur ea quæ doloſè conſequutus eſt ab alio 370 nu. 3
minor in delictis non reſtuitur 370 nu. 4
minor poteſt defendi per maiorem, qui ſit ſibi coniuncta perſona 370 nu. 5
minor litigans in iudicio per procuratorem ab ipſo minore conſtitutum, cum iuramento, valet, & tenet iudicium 370 nu. 6
minor, mulier, nec fiſcus reſtituitur in delictis, nec pupillus 405 nu. 4
minor confeſſus delictum, de quo aliter non adparet, niſi per dictam confeſsionem, debet aduerſus ipſam in integrum reſtitui abſque aliqua probatione erroris, quoniam dubitatur de eius dicto ob minoritatem 32 nume. 1
minor ad eruendum delictum debet ferula cædi, vel terreri: niſi in crimine læſæ maieſtatis 153 numero 13 & 14
minor, quod quis ſit vel maior, quando ex aſpectu non poteſt colligi, tunc oportet teſtibus probari 222 numero 6
Et eo caſu in dubio iudex poteſt ex aſpectu pronuntiare, cum ſit commiſſum eius arbitrio in caſu dubio ibidem.
minoris dictum in criminalibus non probat 367 numero 23
minoris res quando alienatur in alium per ſententiam, non eſt neceſſarium decretum 298 nu. 10
minoris geſta tenent, dum apparet, quòd ſit publicè diligens, & induſtrioſus 370 nu. 2
minori delinquenti iudex tenetur pœnam delicti minuere; cùm minor ætas ſit cauſa intrinſeca legis minuentis pœnam 222 nu. 2
minorem ſe allegwojewództwo, incumbit onus probandi, niſi aſpectus corporis aliud patenter induceret 222 numero 3
minorem ætate & aſpectus corporis, multum operatur in probatione minoris ætatis 222 nu. 4
minores qui ſciuerunt tenorem ſententiæ in qua tenebantur offerre, & non obtulerunt non poſſunt in integrum reſtitui, dum allegant dictam ſententiam nullam 487 nu. 9
miſericordia non deneganda delinquentibus, cum nemo ſine crimine viuat 121 nu. 48
miſsio in poſſeſsionem abſque cauſæ cognitione, vel coloratæ non tenet, ſed habetur, ac ſi facta non foret 505 nume. 2
mitior pars teneri debet ſtante diuerſitate opinionum inter doctores 331 nu. 10
moderamen inculpatæ tutelæ quando non fuit exceſſum ex propoſito, nulla incurritur pœna 66 numero 33
moderamen inculpatæ tutelæ non eſt in conſideratione, ſi inſultatus indeliberate, & accenſus furore iracundiæ exceſsit modum in defendendo: quia tunc non imputatur 66 nu. 34. 141 nu. 18
Cum moderamine inculpatæ tutelæ quid factum fuiſſe dicitur, quando non potuit aliter quis euadere periculum perſonæ, famæ ſeu honoris, vel rerum 141 numero 16
modicum & nullum æquiparantur 461 nu. 10





momentum temporis non curatur, & ibi multa de geſtis per momentum temporis, quæ non ſunt in conſideratione 273 nu. 6
monetam falſam cudens, committit crimen læſæ maieſtatis 14 nu. 7
monitio iudicialis ad ſententiam habet vim peremptorij, licet hodie cùm in regno ſint cauſæ ſummariæ non requiritur peremptorium 504 nu. 1
mora vbi purgari poteſt, intelligitur, ſi fiat infra modicum tempus: quia poſt lōgum interuallum mora purgari non poteſt. ibidem 303 nu. 2
mora dicitur purgata ex ſubſequentibus actis diligentiæ 25 nu. 1
mora purgari non poteſt rē non exiſtente integra 340 numero 10
mora modici temporis non eſt in conſideratione 465 numero 7
moræ purgatio non admittitur in præiudicium tertij, & ſic vbi agitur de præiudicio tertij 304 nu. 11
moræ purgatio non admittitur, ſi in præmiſſo caſu fieret proteſtatio cum comminatione, quòd de cætero eſſet in facultate ipſius proteſtantis ſi volebat vendere, ita vel ne 304 nu. 6
moræ purgatio fundatur ſuper æquitate 304 nu. 7
mora purgari non poteſt, vbi ita conuentum eſt inter partes 304 nu. 8
moræ purgatio non admittitur poſt litis conteſtationem 304 nu. 9
moriens aſſerendo inculpatum de eius morte, non eſſe eius inimicum, facit, vt etiam exiſtentibus indiciis ad torturam contra ipſum minimè torqueri poſsit 135 nu. 8
moriens ſeu offenſi exculpatio in fauorem alicuius inculpati, contra quem exiſtunt indicia, facit præſumere indicium innocentiæ 242 nu. 14
mortuus præſumitur ex vulnere, ſi infra paucos dies poſt vulnus deceſſerit, etiam ſi infra lx. dies deceſſerit, ſecus ſi infra octo menſes 128 nu. 10
motu proprio dicitur conceſſum per principem id, quod eſt propter benemerita conceſſum, licet non fuerit expreſſā clauſula motu proprio 147 nu. 14
mulier repetens dotem conſtante matrimonio ob dilapidationem bonorum viri nō debet audiri, niſi à principio dilapidationis querimoniam fecerit, non autem ſi paſſa fuerit dilapidare, quod intellige etiā ſi tempore querelæ dilapidaſſet 494 nu. 12
mulier licet ſit maritata, tamen remanet in patria poteſtate 425 nu. 4
mulier ſi in aliquo caſu exit poteſtatem patris, illo ceſſante reincidit in eadem 425 nu. 5. 6. 7
mulier etiam quòd virum non habeat, non poſſet eſſe de iure tutrix, licet relicta fuerit tutrix in teſtamento 503 nu. 7
mulier maritata data tutrix ſuis filiis per alium quondam eius virum lex præſumit ipſam excoriare pupillos, & fraudare ipſos 503 nu. 3
mulier regulariter non poteſt eſſe tutrix, cùm tutela ſit officium virile 503 nu. 1
mulier eo caſu data abſentia viri, dum hæſitatur de eius morte, qualitercunque conſtaret veriſimiliter de morte mariti, ſufficeret, vt ſecundo loco nubere poſsit 360 nu. 5. 6
Et in tantum quòd ſuperueniente primo viro, proles ex ipſo ſecundo matrimonio non poteſt dici illegitima. ibidem nu. 7
mulier minor xij. annis tanquam non viripotens non habet velle, nec nolle 306 nu. 3. 4
mulier quòd ſit in poteſtate viri reſpectu alicuius iuris, 403 nu. 3. 4 Et conſentiens in necem viri, & econtra dicitur parricida. ibidem.
mulier dotata quæ excluditur à ſucceſsione virtute conſtitutionis regni, ſeu ſtatuti, intelligitur à ſucceſsione ipſius dotantis 324 nu. 26
mulier litigans per ſuum procuratorem cum iuramento conſtitutum prædit beneficium reſtitutionis in integrum 433 nu. 12
mulier meretrix, ſiue concubinaria non poteſt donare concubinario 560 nu. 8
mulier baſtarda nuptui tradita viro honeſto, legitimo & naturali, efficitur legitima ob qualitatem mariti 202 nu. 20. 21
mulier attenta ſexus fragilitate & inconſtantia citius delictum confitebitur, quàm homo: cùm habeat cor inſtabile propter ſexum fragilem 349 nu. 1
mulier poteſt habere triplex patrimonium 494 numero 9
mulier ex qua filius concipitur, niſi probetur contraxiſſe matrimonium, præſumitur concubina 513 nu. 3
mulier decipiens non iuuatur auxilio velleiani, ſed decepta. Executio vbi impeditur per reſtitutionem in integrum petitam, & ſic ſuſpicio contra petentem non debet differri executio 433 nu. 9. 10
maximè oblata cautione de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ ibidem
mulier bona fide contrahens quaſi certificata de morte viri, ſi contraxit cum alio, & demum conſtat de vita prioris viri, tunc tenetur redire ad priorem 360 numero 3
mulier quando petit aliquem in virum, ſi non probat plenè de matrimonio, vir debet abſolui 54 nu. 18
Si mulier habet liberum arbitrium eundi & redeundi à concubinario, & animum retinet cum eo, & vult concubinatum, & non contradicit, ex tali perſeuerantia abſque vlla proteſtatione præſumitur concubinatus 200 nu. 4
mulieri dicenti ſe carnaliter cognitam ab aliquo, non debet ſtari 116 nu. 1
In muliere & minore ſimplicitas præſumitur, & ſi iurent non nocet eis iuramentum, ſed relaxatur 426 numero 6
mulieres facillimè ſubducuntur minis, & blanditiis 345 nu. 12
mulierum contractus ſtante ſtatuto quòd non teneant niſi cum interuentu conſenſus propinquorum, intelligendum eſt de contractibus damnoſis: ſecus, de vtilibus 317 nu. 8
mutatio literæ loco alterius non reddit reſcriptum nullum 343 nu. 2
mutatio coloris in facie inquiſiti, erubeſcere, pallere, & inconſtanter loqui, ſunt ſigna malæ conſcientiæ: & ideò iudex debet omnia facere redigi in actis 35 numero 78

NArratio facti ſimpliciter perinde eſt, ac ſi oppoſita fuiſſet exceptio, quia poſtquam factum proponitur & notum eſt iudici, poteſt iudex ipſe ex

officio ſupplere,& abſoluere 497 nu.18
natus in aliqua ciuitate ſortitur ibi ciuilitatem, & acquirit eam 214 nu. 14
natus octauo menſe habetur pro mortuo 543 nu.6
natus octauo menſe non eſt legitimus 543 nu.7
nauigare per mare eſt prohibitum à menſe Octobris vſque ad menſem Aprilis 271 nu.6.7
nauigans tempore prohibito dicitur eſſe in culpa 471 numero 10
neceſsitas facit probabile quod alias non erat 451 numero 18
nagligentia magna, culpa eſt, & magna culpa, dolus eſt 251 nu.4
nemo cogitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis 335 numero 16
nemo loqui præſumitur ad impugnationem proprij ſermonis, & ſuæ defenſionis 295 nu.10
nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, & pauci reperiuntur qui in mortis articulo mentiantur 144 numero 13
nepos ſuccedit auo in locum patris præmortui, in locum, id eſt, in gradum, ac ſi eſſet in eo gradu in quo erat eius pater, & tamen ſuccedit, vt nepos 523 nu.11
neptis cui relictum eſt legatum per patrē tempore nubilis ætatis poteſt petere interim ſe alimentari 523 numero 7
neptis vel filia noſcens ſe grauatam ex teſtamento, an poteſt renuntiare omni beneficio, & dicere velle ſuam legitimam tantùm, & nihil vltra 519 nu.3
nobilis verberans nobilem cum baculo, non punitur pœna corporali 224 nu.5
nobiles licet furcis non ſuſpendantur, tamen in proditionibus ſuſpenduntur 102 nu.11.165.nu.8
De nocte facta dicuntur ſecretè & occultè fieri, & ſufficit in his probatio per præſumptionem 342 numero 3.4
Innocturnis ob difficultatem probationum, ſæpius iudex procedit ad torturam 235 nu.6
nomen turpe ſeu malum reddit hominem ſuſpectum, & facit indicium iniquitatis 102 nu.12
nominatio facta ſponte per inquiſitum de ſocio criminis, minimè aliter interrogatum facit vt talis nominatio ſuſpecta habeatur à lege 161 nu.1
nota eſt priuata ſcriptura nullius fidei quæ nulli nocere poteſt 385 nu.49
notarius requiſitus edere primam imbreuiaturam, ſeu matricem quam feciſſe aſſerit de inſtrumento, ſeu obligatione, & ipſam exhibere recuſans, aſſerendo amiſiſſe, præſumitur falſarius, & intantum quòd ex hoc ſolo poſſet torqueri 382 nu.16
notarius tenetur oſtendere ſuam imbreuiaturam, alias tenetur de falſo 382 nu.17
notarius non poteſt conficere inſtrumenrum, niſi de his quæ vidit, & audiuit, & quæ fiunt in ſui præſentia 382 nu.18
notarius ſemper cenſetur rogatus, vt in inſtrumento clauſulas conſuetas apponat 436 nu.7
notarius non poteſt corrigere ex ſe errorem factum per ipſum in inſtrumento, niſi de mādato iudicis, & parte citata, & cauſa cognita, vbi error eſt in ſpectantibus ad partes, & mutat ſubſtantiam facti, ſecus vbi eſt erratum in ſpectantibus ad officium notarij 386 nu.54
notarius varians notam, & mutans tenetur de falſo, ſi ſi id faciat ſine auctoritate iudicis 386 nu.54
notarius poteſt errorem ſuum corrigere, ſi nondum erat mota quæſtio erroris inter partes, & copia non erat data parti.ibidem 386 nu.54 55
Et debet talis correctio fieri incontinenti ſecus ſi ex interuallo.nu.56
Et ibi etiam quòd in actu in quo de neceſsitate requiritur ſcriptura, non poteſt error corrigi, etiam cum licentia iudicis.ibidem
notarius iuſto impedimento impeditus, poteſt ſcribere inſtrumentum per manus alterius notarij dummodò ipſe ſubſcribat, & in ea faciat mentionem de impedimento infirmitatis, ſeu alterius impedimenri 274 nu.2.3.4
notarius ſcripto inſtrumento eo modo, vt ſuprà manu alterius, debet illud ſtipulari & publicari partibus, aliàs non probat 274 nu.5
notarius licet ſe ſubſcribendo inſtrumento ſcripto per alium, inſtrumentum illud probet, id intelligi debet, dummodo fidem faciat quòd impeditus ipſe alteri commiſerit vt ſcriberet 274 nu.6
Et etiam alia requiruntur in inſtrumento ſcripto manu alterius, vt ſuprà, ob impedimentum, de quibus ibidem plenè videas.ibidem
notarius nedum poteſt nouum inſtrumentum facere, quando primum nō fuit ſortitum effectum, verùm etiam poteſt illud factum emendare, & corrigere etiam ſi copiam dederit parti 378 nu.24
notarius rogatus de ſcriptura intelligitur de publica ſcriptura 403 nu.7
notarius ſi in inſtrumento deſcripſit vnum teſtem vltra numerum teſtem interuenientium ibi, vitiatur inſtrumentum in totum 383 nu.33
notarius ſi dicat in inſtrumento, Titius procurator Martini prout &c. talia verba etiam aſſertiua non probant illum eſſe procuratorem Martini 460 numero 4
notarius faciens falſum inſtrumentum aliàs nullum, non punietur pœna falſi, & pariter in eo qui ſcienter depoſuit falſum vltra capitula: cuius depoſitio non tenet. & ibi ſubditur, quòd inſtrumentum eſſe dicimus, quod eſt validum: & condemnatum eſſe dicimus, ritè comdemnatum. ibidem. Et ſic concluditur, quòd talis notarius, & tales teſtes non tenentur pœna falſi ſed alia extraordinaria 245.nu.12
notarius dato quòd de errore adpareret, non poſſet ex ſeipſo non præcedente partis citatione, & iudicis authoritate, ac cauſæ cognitione, corrigere ſeu emendare, maximè quando ſcripturam ipſam compleuit, & publicauit 40 nu.2.3
notarius vbi reputatur vilis, & abiectus vacillat fides ſui inſtrumenti 387 nu.59
notarius poteſt corrigere errorem prouenientem ex inaduertentia, ſed non ex falſitate, quia ex hoc ipſe erat priuandus auctoritate ſcribendi 386 numero 57
notarius licet antequam ſit priuatus officio poſsit inſtrumenta conficere, licet deliquerit falſum committendo, tamen attenditur fides aliorum inſtrumentorum poſteà confectorū per ipſum 383 nu.35
notarius obtinet vicem duorum teſtium pro ſuo inſtrumento 263 nu.6







notarius ſi fecit inſtrumentum falſum, & omiſit in eo apponere diem vel locum, ob quod inſtrumentum non tenet, non tenetur pœna falſi 71 nu.14
notarius dum adſignauit inſtrumentum parti, eſt adeò functus officio ſuo, quòd nec punctum nec ſyllabam mutare poſſet 49 nu.9
notarius vbi debet interuenire, vt quia alia ex partibus dixerit, portate lo notario domane, &c. non dicitur perfectus contractus quouſque non venerit notarius 357 nu.8
notarius dicens in inſtrumento quid ſponte factum, ſi duo teſtes aſſerant id fuiſſe vi & metu factum, præferuntur illi duo 132 nu.20
notarius variando notam contractus ſine iudicis authoritate, tenetur de falſo 49 nu.4
notarij verba in inſtrumento contenta, quòd quid ſponte & voluntarie geſtum ſit, & ſimilia prolata tempore metus, nedum non purgant metum, ſed potius illum geminant 133 nu.21
notarij dicto ſtandum eſt, dum deponit de pertinentibus ad eius officium 377 nu.18
notario actorum, ſeu actuario eſt credendum de actis coram ipſo geſtis 396 nu.1
notario adſerenti ſe aliquid ex errore ſcripſiſſe, ſtari non debet, etiam quòd fuerit, ſeu ſit bonæ famæ 49 numero 1.386.nu.51
notario aſſerenti feciſſe falſum inſtrumentum, ſeu teſti aſſerenti protuliſſe falſum teſtimonium non creditur, etiam ſi eſſet in mortis articulo: maximè quando eſſet quæſitum ius parti per ſententiam 401 numero 4.5
In notario præſumitur error, potiuſquàm dolus 378 numero 23
Pro notario præſumptio capienda eſt in eius fauorem, vt excuſetur à falſo 378 nu.25
notarium ſi dicitur aliud ſcripſiſſe quàm fuerit à partibus dictum, ex hoc ſolo præſumitur falſitas, ſed quod in dubio præſumitur error: ſecus ſi ex aliis circunſtantiis poteſt apparere de falſitate: quia tunc non præſumitur error, ſed falſitas, maximè vbi notarius eſt ſolitus ſimilia facere 383 nu.29
notarium qui venit cauſa faciendi teſtamentum alicuius expellens, videtur factionem teſtamenti prohibuiſſe 313 nu.1
notorium eſt illud quod ex actis apparet 174.numero 41.42
nouerca ſemper conſueuit eſſe odioſa priuigno 326 numero 5
nouerca non cogitur habitare cum priuigno, & poteſt accuſari de furto ab eo, ſi eius expilauit hæreditatem, & repellitur à tutela priuigni 326 nu.6
nullitas reſultans ex incompetentia iuriſdictionis etiam ſi fuerint latæ tres ſententiæ conformes, debet talis exceptio admitti, quod maximè procedit quando aliter probari non requiritur, ſed apparet ex actiſmet. ibidem 340 nu.1.2
nullitas intentata proſequi infra xxx. annos, quando principaliter eſt intentata, ſecus ſi incidenter 558 numero 1
nullitas ſi principaliter eſt intētata, regulabitur tempus ipſius, ſicut regulatur inſtantia, & hoc intelligendum eſt in agendo, ſecus ſi excipiendo 558 nu.2
nullitas contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam, licet ex actis non apparet, ſi tamen in promptu probatur etiam aduerſus executionem dictæ ſententiæ admitti debet 340.nu.4
nullitas ex defectu iuriſdictionis proueniens, nunquam excluſa intelligitur 380 nu.4
nullitas ex incompetentia iudicis eſt maior quæ poſſit eſſe in mundo 175 nu.47
nuncius dicitur ille qui ad certam perſonam mittitur 301 nu.7
nuntius ſi ſimpliciter refert ſe domi citaſſe, talis citatio non tenet, ſed debet dicere ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis 170 nu.3
nuntius dum refert citaſſe quem domi, quoniam ipſum non reperit de perſona, debet dicere in relatione cui de domo intimauit citationem, aliàs non valet intimatio. 171 nu.4
nuntius debet citare in domo ſolitæ habitationis, vbi quis moratur cum vxore & familia, & debet exigere iuramentum à familiaribus vt quamprimum poterunt notificent citationem citato abſenti 171 numero 5
nuntius debet referre perquiſiuiſſe citandum, & non reperiſſe perſonaliter, & ideo domi citaſſe, alias ſi omittitur talis perquiſitio, redditur citatio nulla 171 numero 6
nuntij relatio debet eſſe ſcripta per actuarium cauſæ 171 nume.14
nuntij relatio eſt de forma ſubſtantialis citationis 171 numero 10
nuntij relatio debet eſſe certa & clara 171 nu.11
nuntij relatio debet fieri iudici vel actuario 171 numero 12
nuntio aſſerenti inquiſitum domi non reperiſſe non eſt credendum, dum ſubdit quòd ideo citauit in domo, & ex hoc fuit annullatus proceſſus per Alexan. de Imola. 538 nu.10

OBlati gaudent priuilegio clericali, tanquam perpetuò profeſsi.ibidem 458 nu.8
Oblatio iudicialis habet vim depoſiti, & liberationem inducit 465 nu.11
oblatio facta in iudicio ab eo qui habet pecuniam, & facultatem ſoluendi ſufficit 465 nu.12
oblationem verbalem ſi creditor recuſat recipere, ſeu acceptare, ſufficiet debitori obtuliſſe, maximè in iudicio 465 nu.15
obligatio penes acta abſque teſtibus, & capta extra curiam non tenet 373 nu.11.12
obligatio penes acta recipi poteſt per actuarium cauſæ abſque interuentu teſtium: & bene probat non obſtante quòd aliter teneat Luc. de pen. 375 numero 2
obligatio quæ oritur contra mandantem, non oritur ex mandato, ſed ex delicto ſubſequuto 90 numero 11
obligatio nulla oritur quando ius reſiſtit actui 312 numero 5
obligationis ſcriptæ tenor ſi negaretur pro vna parte, & non adeſſent teſtes, credendum eſt ſoli notario magis quàm teſti aliter aſſerenti, & ſibi fides daretur quouſque de contrario non appareret 396 numero 2
obliuiſci de præterito quis de facili poteſt, etiā de iis

quæ ipſe fecit 106 nu.8.125.nu.15
obliuio præſumitur in teſte extractu temporis, in quo teſtes poſſunt quodammodo variare fidem 125 numero 14
obliuio cadit in teſte ſpacio duorum annorum: & quandoque minori tempore 106 numero 5.125 numero 20
obſcuro loco nata, quæ dicatur: & an baſtarda ita dici poſsit 200.nu.5.202.nu.22
Si occidi venientem cum enſe contra me, ſatis dicitur probatum me ad defenſam illum occidiſſe 37 numero 4
occidere ſeu offendere *mihi licet* aggreſſorem ex ſola ſua præparatione ad me offendendum, vel aggrediendum 166 nu,8
occidere licet nedum quando timeretur periculum mortis, verùm etiam ſi timeretur periculum iniuriæ perſonalis 37 nu.6.63 nu.140.nu.2
occidens aliquem vltra propoſitum, & non ex deliberatione præcedenti, vt ſi verberauit cum baculo ſeu aliter, non tenetur de occiſo, ſed mitiori pœna 239 numero 13
occidens aliquem ad hoc vt excuſetur, ſufficit quòd probabiliter dubitare poterat de offenſione 63 numero 2
occidens aliquem ex ſolo terrore armorum ſeu inſultus excuſatur 66 nu.29
occidens aliquem me præſente & non præſtante auxilium, cùm poſſem, non teneor in aliquo, niſi aliàs probaretur me eſſe participem 75 nu.2
occidens aliquem ſe defendendo, non dicitur committere maleficium 140 nu.6.7
occidens venientem contra ſe gladio euaginato, vt offenderet, eſt excuſatus 166 nu.7
occidendi animus declaratur ex coniecturis 65 numero 19
Percutiens in capite, præſumitur habere animum occidendi: quia eſt locus periculoſus: & ex vno ictu in capite quis letaliter lædi poteſt 65 numero 19.20
occidendi animus non præſumitur, vbi percuſsio fit in loco, in quo veriſimiliter percuſsio facta non facit periculum 65 nu.21
occidendi vel non occidendi animo, quòd quis percuſſerit, poteſt etiam adparere, vbi non conſtat quòd percutiens ſit rixoſus, vel frugi, & optimæ vitæ 65 numero 22.23
occiſus ſi reperitur vnus ex quinque hominibus exiſtentibus in vna domo, & neſcitur à quo, poſſunt omnes torqueri, inchoando ab eis, qui eſſent malę conditionis, & vitæ, & ibi de proiiciente lapidem à domo, vbi erant quatuor homines, ex quo lapide præteriens occiſus eſt 12 nu.2.3.4
occiſus ab aggreſſo, & ſe defendente, præſumitur occiſus ab ipſomet magis, quàm ab aggreſſo 64 numero 10.11
Si percutio te antè quàm tu percutias me, dum es in actu me offendēdi, certè dicor feciſſe ad mei defenſionem 64 nu.12
occularis inſpectio omnes alias probationes antecedit 341 nu.3.4
occultè factum dicitur, quando non eſt peruentum ad notitiam illius, cuius intereſt 350 nu.16.17
offendere mihi licet alium ex ſola præparatione ad offendendum, vel aggrediendum 140 numero 11
offendens aliquem primo loco, cenſetur etiam denuò velle offendere 241 nu.3
offendens præſumitur habere animum iterum offendendi 64 nu.9
offenſus ſi ex interuallo occidit, ſeu vulnerat offendentem, non tenetur de dolo, ſed de culpa, & de exceſſu ſolùm moderatæ tutelæ, & non de toto, ſed de tanto, & non ordinaria pœna arbitrio iudicis, vt relegationis, & ſimilium 156 nu.10
offerens in promptu probare teſtes examinatos contra ipſum, & probantes delictum, eſſe ſuos inimicos capitales, audiendus eſt ſuperſeſſa tortura, quando aliàs de iure torqueri poſſet 9 nu.17
officialis volens torquere illum, qui de iure torqueri non debet, poteſt ei reſiſti 190 nu.15
officialis, qui fuit alicuius ciuitatis non poteſt torqueri per ſyndicatores 190 nu.16
officialis dicitur eſſe terribilis ob ſuum officium. hinc eſt quòd nedum officialis facta, ſed etiam verba inferunt iuſtum metum 430 nu.8
officialis ſyndicandus debet interim ab officio ſuſpendi: ex quo aliàs adſtrueret teſtes ſcientes veritatem, vel illis minaretur 18 nu.3
officialis tenetur de culpa cuſtodis, quem adpoſuit, ac de negligentia, ſi captiuus aufugit 252 numero 9
officialis exhibendo cuſtodem carceris, non euadit pœnam 252 nu,10.11.12
officiali credendum eſt in ſuo officio 311 nu.11
officiali iniuſtè exequenti poteſt de iure reſiſti 130 numero 1
officiali ſeu eius literis credendum eſt in pertinentibus ad eius officium 310 nu. 311. nù. 11
officiali in ſuo officio credendum eſt, maximè dum dicit id ſibi à ſuperiore commiſſum 26 numero 13.14
officiali perpetuo pendente accuſatione contra ipſum dum deliquiſſe prætenditur, debet ſibi adminiſtratio interdici, & pariter erit in prælato eccleſiæ 555 numero 22
officialis tam temporalis quàm perpetuus dum accuſatur, vel ſyndicatur, debet ſuſpendi ab officio 555 numero 23
officialis non poteſt dici malè feciſſe, ſeu facere ſi pro honore regio, ſeu alterius domini, vel pro ipſius regis, ſeu domini ſeruitio non exequitur ipſius regis, ſeu domini mandatum, ſeu iuſsiones 555 nu.24
officiales hodie in pluribus locis, ac etiam de conſuetudine, & per ſtatuta ciuitatum non ſyndicātur, niſi de furtis, pecunia accepta & malè ablatis, & de cæteris baratariis non autem de iniquis decretis ac ſententiis malè latis 137 nu.11.12
omnimodo, hæc dictio, omnimodo comprehendit omnem caſum 257 nu.3
omnimodo, hæc dictio dum apponitur in aliqua diſpoſitione, excludit facultatem diſpenſandi in contrarium, & facultatem retractandi 258 numero 7
omnino, hæc dictio, intelligitur, id eſt, ipſo iure, & non per ſententiam 258 nu.8

omnino:



omnino: hæc dictio neceſsitat, & rem præciſam facit 258 numero 4
opera liberi hominis non tribuit ius in perſona 443 numero 21
opinio illa eſt bona, quæ plurimorum teſtimonio roboratur 340 nu.1
opinio vnius doctoris pro matrimonio eſt ſequenda, & ſecundum eam iudicandum, licet multorum opinio ſit in contrarium 353 nu.46
opinio etiam antiquorum doctorum, licet multorum, ſi iure non probatur, licitè ſperni poteſt 277 numero 12
opinio noua etiam vnius doctoris contra communem teneri poteſt imò debet, quando melioribus rationibus fundaretur 277 nu.12
opinio aliqua ſi iure non probaretur poſſet licitè ſperni etiam ſi eſſet antiquorum, & ſic hæc omnia ſubtilis iudex arbitrabitur 547 nu.3.4
opinioni illius doctoris ſtandum eſt qui melioribus rationibus fundatur, & ſic non eſt ſtandum electioni perſonarum 347 nu.5
opiniones vbi reperiuntur variæ, amplecti debemus rationabiliorem & æquiorem 277 nu.9
opiniones quando omnes eſſent rationabiles, eo caſu ſtatur maiori parti doctorum 547 nu.2
opinionum varietate extante amplectanda eſt opinio magis rationabilis, & æquior 547 nu.1
In opinionibus dubiis in iudicando circa delicta, ſemper mitior opinio eſt ſeruanda 13 nu.9
ordo eſt reuocare ſine ordine quod inordinatè factum eſt 533 nu.18
ordo iuris requiritur etiam ad aduocandum poſſeſsionem violentam, & quod præcedat litis conteſtatio inter agentem, & conuentum 532 nu.13
ordine iuris non ſeruato procedere eſt ius partis tollere 532 nu.14
ordinatio ſola ſeu tractatus etiam in atrocioribus, non punitur, niſi fuerit inſuper proceſſum ad aliquem actum de per ſe ordinatum ad ipſum factum 231 numero 3
ordinarius vnus dum requiritur per alium ordinarium ſuper executione ſententiæ, & coram ipſo iudice requiſito opponitur de nullitate, ſeu iniquitate ipſius ſententiæ, iudex requiſitus eo caſu non debet exequi 467 nu.3
ordinarij conferentis literis ſtatur etiam contra apoſtolicos impetrantes, etiam reſpectu datæ temporis ſolo ſuo ſigillo ſigillatis ſine tabellione, & teſtibus 472 numero 12.13
ortus in aliqua ciuitate in qua eius parentes non degebant, non ex hoc acquirit ciuilitatē in ea: ſed ſequitur parentum originem 213 nu.11
oſculari mulierem per vim eſt pœna extraordinaria de iure 125 nu.1

PActum quòd capitale ſit ſaluum, in inſtrumento non eſt à iure improbatum, ſed valet & tenet 412 numero 1.2
Maximè vbi contrahentes non habuerunt animum contrahendi mutuum. ibidem
pacta legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, ita demum operantur reſolutionē contractus quādo fierēt per verba directa, vt quia diceretur quòd res ſit inempta, & ſimilia: ſecus ſi per verba obliqua importantia factum primi emptoris, vt quia eſſet oppoſitum in contractu, quòd teneretur retrouendere 282 nu.3.4
papa poteſt diſpenſare nedum contra ius poſitiuum, ſed etiam contra legem Euangelicam 183 numero 37
papa eſt omnia iudicaturus, & à nemine iudicandus. nam Deus voluit aliorum cauſas per homines iudicari: ſed ſedis iſtius præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio 183 nu.38
papa ſolus legibus ſolutus eſt: & dummodo non faciat contra fidem, poteſt facere quicquid vult, & ſibi placet: etiam auferendo ius ſuum, cui vult: & nemo dicere poteſt ſibi, cur ita facis 183 nu.39
papa poteſt etiam omne ius alteri tollere & contra ius diſpenſare: quia non habet ſuperiorem, niſi Deum 183 numero 40
papa eſt caput omnium, quo ad maioritatem, nam & vnus Deus tantùm eſt caput noſtrum, dominus ſpiritualium & temporalium 183 numero 41
papa non poteſt obligationem Deo quæſitam ex iuramento tollere 454 nu.71.72
papa poteſt diſpenſare contra apoſtolum, dummodo abſque læſione fidei 183 nu.29
papa ſeu princeps confirmans aliqua priuilegia exemptionis quæ aliqua eccleſia obtinet in priuilegiis ſuis eo ipſo robur habeant dicta priuilegia, licet ea de quibus ſit mentio obtineri non poſsit 485 numero 1
papa dum ex certa ſcientia aliquid ordinat ſeu mādat contra ſtatutum alicuius concilij vel papæ, non debet reprehenſibile reputari: & præualet eius ordinatio ſeu conſtitutio 182 nu.22
papa eſt ſupra omne concilium, & ſupra omne ſtatutum 182 nu.23
papa cum redemptore noſtro facit vnum tribunal: & non puri hominis, ſed veri Dei vices gerit in terris, & eſt ſuper omnia 183 nu.33
papa non ligatur legibus poſitiuis, & ſi aliter faciet, quàm promiſerit, tenet actus 183 nu.34
papa ſolus diſpenſat circa canones pœnam irrogantes in enormibus delictis, vt cum homicida, vel ſimoniaco 183 nu.43
papa tanquam maior reuocat ſtatuta concilij, cùm ſit maior concilio: quia ei præbet authoritatem 184 numero 44.45
papa concurrit cum quolibet ordinario, & non habet poteſtatem limitatam: & eſt ordinarius cunctorum, & totus mundus dicitur eius diœceſis 184 numero 47
papa non tenetur ſeruare geſta ſuorum prædeceſſorum, nec ſubiicitur conſtitutionibus, aut ſtatutis ipſorum 184 nu.48
papa Alexander tertius promiſit impunitatem ſimoniæ cuidam epiſcopo ſimoniaco, & ſibi ſecretè confeſſo, ſi idem confiteretur coram Cardinalibus, & quia confeſſus eſt, ipſum depoſuit 183 nu.5
papa vel princeps concedendo iuriſdictionem alicui in aliquibus caſibus, non ex hoc videtur abdicaſſe à ſe iuriſdictionem & poteſtatem de his cognoſcendi, quādo vult, imò maior remanet poteſtas penes

 ipſum

ipſum 181 nu.1.2.3.4
papa poteſt tollere & derogare & diſpenſare contra capitula ſeu ſtatuta omnium quatuor conciliorum, etiam ſi eſſent in corpore iuris clauſa 182 numero 16.17
papa nō poteſt in aliquibus canonibus quatuor Conciliorum aut aliorum diſpenſare in his, quæ pertinent ad articulos fidei, ſeu ad generalem ſtatum vniuerſalis eccleſiæ 182 nu.18.19
papa an poſsit diſpenſare in his quæ pertinent ad articulos fidei 183 nu.27
papa poteſt in omnibus diſpenſare, niſi vbi adparet ſibi prohibitum, & ſi ſine cauſa diſpenſaret, valeret diſpenſatio, licet ipſe maneret oneratus, & teneretur Deo rationem reddere, cum dicitur Deus in terris 183 nu.28
papa concedēs alteri indultum conferendi certa beneficia, non ex hoc videtur à ſe exemiſſe facultatem conferendi, imo maior poteſtas penes ipſum remanſit 472 nu.10
papa licet contra ius non diſpenſet ſine cauſa: tamen poteſt pro libito voluntatis diſpenſare 184 numero 50
papa & imperator non tenentur ſeruare contractus ſuorum prædeceſſorum 565 nu.16
papæ ſolius eſt vti claue in quibuſlibet: quia eius poteſtas non eſt limitata: ſed omnes fideles ad eius iuriſdictionem pertinent ordinariè 184 nu.46
papæ authoritas tanta eſt, quòd poteſt ſolo verbo abſoluere: & iudicat ſecundum conſcientiam, & non ſecundum allegata & probata: & eius dictum habetur pro lege 183 nu.35.36
papæ poteſtas, nullis legibus ac regulis coarctatur 183 numero 30
papæ vicario Ieſu Chriſti & conditori canonis, eſt ſubdita omnis creatura: & ideò diſpenſare poteſt ſecundum velle ſuum 183 nu.31.32
papæ ſententiæ ſtandum eſt, etiam ſi contradicat eccleſiæ vel concilio. Nec licet de eo diſputare, vel ab eo appellare 183 nu.24.25
Et ideò ad obſeruantiam eorum, quæ ſunt ſtatuta in conciliis, non ligatur. ibidem
papæ diſpoſitioni ſunt relicta ea, quæ decreuerunt ſancti patres de iure poſitiuo: & ea poteſt mutare & diſpenſare, ſecundum oportunitatem negotiorum & temporum 182 nu.20.21
paragium eſt legitima, ſeu portio quam habet filia, vel neptis de bonis quæ habere debet ſine aliquo onere: ad exēplum debiti bonorū ſubſidij 518 nu.1
paragium ante nuptias eſt omnino incertum, & ideo debet expectari dies nuptiarum, quia poſſet contingere, vt aliquis nobilis deſideret eam in vxorem ob eius pulchritudinem: Item ob præeminentiam in vrbe, & fauorem 520 nu.7
Item ex ſpe ſucceſsionis maternæ cuius eſſet vnica filia, & hinc eius paragium erit ſua legitima ibidem
paria ſunt non apparere, vel minus legitimè apparere. item nihil, & inualidum æquiparantur. item quòd nulla exprimatur cauſa, vel friuola 415 numero 11.12.13
paria ſunt, confiteri in tormeniis, vel metu tormentorum 205 nu.14
paria ſunt aliquid fieri per metum, vel per coactionem 439 nu.39
paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel factum eſſe, & perperam 324 nu.3.4
paria ſunt non aſsignare rationem, & aſsignare non bonam, ſeu non concludentem 320 nu.4
paritas contradictionis, ſi apparet probata, multum operatur in matrimonio inter coniuges 350 nu.20
paries non poteſt dici communis, ſi à parte vicini ſint tigna, niſi & duntaxat vſque ad illam partem, vbi tigna reperiuntur 557 nu.8.9
paries dicitur proprius illius cuius trabes penetrant vltra medietatē parietis, item illius vbi ſunt ſculpta inſignia, ſeu depicta: item vbi ſunt arcus, vel columnæ marmoreæ: itē vbi eſt ſecretū, ſeu latrina: item vbi ſunt feneſtrellæ penetrantes parietem vltra medietatem: item vbi deponitur per expertos eſſe proprium 557 nu.5
pars cui actus criminoſus nocet, poteſt inhabilitati teſtium renuntiare 151 nu.20
parricida nedum tenetur de parricidio ſi mortem intulit, ſeu fuit particeps, verùm etiam ſi fuit conſcius, & ſolùm ſcientiam habuit 403 nu.1
In parricidij crimine ob eius immanitatem iura excogitarunt nouum genus pœnæ, de qua infra 145 numero 23
pater præſumitur æqualitatem voluiſſe ſeruare inter filios 345 nu.9.472.nu.13
pater ſi quid promiſerit, etiam videtur promiſiſſe pro filio ſuo hærede, & ſic factum filij hæredis promiſiſſe, etiam ſi fuiſſet appoſita dictio tantùm 397 numero 2
pater tenetur alimentare filium baſtardum 326 numero 2
patet tenetur præſtare alimenta prædicta in domo eius matris, dum baſtardus ipſe fuerit minor trienio quia indiget auxilio materno 326 numero 2
pater dotans filiam, nedum nubilis ætatis, vel quòd eius vir non erat ætatis perfectæ ad matrimonium ſi ſoluta dote pater deceſsit, illa petit velle ſuccedere vnà cum fratribus, non obſtante ſtatuto debet interim habere alimenta iſtius dotis 523 numero 9.10
Cùm omne commodum & lucrum quòd medio tempore percipitur, ſpectat ad legatarium. ibidem
pater retinēs bona ſuæ filię, ſi ipſam maritat, & dotat, præſumitur dotare de ſuo proprio, tamē ſi gerit negocia filiæ pręſumitur dotaſſe de bonis filię 516 nu.2
patientia appodiandi in pariete meo videtur potius inducere ſeruitutem, quàm communionem 557 numero 6
partronus iuris patronatus licet poteſt in electione per ipſum facta de capellano variare, tamen illud intelligitur cumulando primo, non autem prorſus à primo recedendo 322 nu.1
patronus ſi plures capellanos præſentauit vnum poſt alium, poteſt Epiſcopus inſtituere quem vult, & ſic gratificare, maximè eum qui maioribus meritis iuuaretur 322 nu.2
patronus, ſufficit quòd credatur patronus, & ſit in quaſi poſſeſsione: quia præſentauit, & præſentatus per ipſum fuit inſtitutus etiam ſi poſſeſſor eſſet malæfidei 371 nu.8





patronis duobus exiſtentibus vno mare, & alia fœmina, diſcordantibus ïpſis præfertur præſentatus à maſculo 372 nu.13
patruus contrahens cum nepte minore, cum enormi læſione ipſius minoris præſumitur in dolo 495 numero 1
patruus cogitur præſtare alimenta nepti ſuper bonis aui, donec dicta neptis cōſequatur portionem legitimæ 502 nu.9
pauca idonea melius eſt effundere multis, & inutilibus prægrauare 537 nu.1
paupertas excuſat eccleſiæ pauperes à viſitatione 568 nu.9.11.13
pecunia ſoluta in genere, poſtquam conſumpta eſt, facit extingui dominium ipſius apud quencunque exiſtens, & impedit vendicationem, quæ competebat ratione dominij 185 nu,6
pecunia pupilli deſtinata ad vſum prædiorum, ſeu ad honeſtam partem lucri, abſque decreto iudicis alienari non poteſt 506 nu.6
pecunia ſoluta ſecūdo creditori, eſt hypothecata primo creditori, & in ea ſibi competit hypotheca, vel condictio indebiti, vel condictio ſine cauſa, vel ex lege 185 nu.3
De pendentia litis debet fieri mentio, ac etiam quòd iudex ille coram quo lis pendet, non denegauit facere iuſtitiam, aliàs non tenet reſcriptum 554 numero 4
penſio ad penſionem res dari dicitur quando datur titulo collationis cum auctoritate pontificis, perpetuo vita hominis durante 502 nu.5
Si percuſsi te venientem contra me euaginato gladio antequam tu me percutias, dum es in actu me offendendi, dicor ad defenſionem feciſſe 140 nu.13
percutiens cum baculo, licet non habuerit animum occidendi, attamen quando percuſsit in capite, pręſumitur habuiſſe animum occidendi 238 nu.2
percutiens cum baculo non videtur habuiſſe animum occidendi 438 nu.5
percutiens cum baculo, non tenetur de vulnere letali niſi in capite percuteret 6 nu.1
Ex modico ictu in capite quis letaliter lædi poteſt 6 numero 2
percutiens cum baculo, non tenetur de vulnere letali 39 nu.4
percutiens cum baculo, dum potuiſſet percutere cum ferro, & occidit, non punitur vt homicida 239 numero 10
Ex percuſsione cum fuſte vel lapide regulariter non venit pœna corporis afflictiua. & ibi quomodo puniatur percutiēs cum baculo 224 nu.8.10.11. fit diſtinctio an congregatis hominibus ſeu excogitato inſultu id factum ſit ibidem
In percutiente animus occidendi, vel non, præſumitur ex genere armorum 238 nu.6.7
percuſsio in capite eſt magna & periculoſior, quàm in reliqua parte corporis 238 nu.3
percuſſus cum pugno, poteſt occidere gladio, ſi euadere non poteſt ab iniuria perſonali, vt ab altero pugno: pro quo euitando, & pro qualibet iniuria perſonali, licet occidere 64 nu.6
periculo ſe exponens iuſtè perit 270 nu.5
periculo non debet quis ſe committere 213 nu.4
Ad periurandum quis non admittitur, vbi eſt alteri ius quæſitum, vel quærendum 323 nu.15
periurus eſt infamis 323 nu.21
periurus quis non eſt ceſſante dolo 214.nu.25
periurium non poteſt committi abſque dolo 48 numero 7.214.nu.24.364, nu.3
perſona eſt dignior rebus 228 nu.17
perſona loquentis non intelligitur in generali ſermone nec comprehenditur, imò exceptuata intelligitur 445 nu.9.472 nu.8
perſona eſt legitimanda in quocunque iudicio etiam ſummario 535 nu.35
perſona quando adiicitur pacto, cenſetur pactum perſonale: ſi verò imperſonaliter, tunc cenſetur reale 463 numero 21.22
Et dicitur pactum perſonale, vt in nu.ſeq. vbi pulchrè & latè ibidem
perſona loquentis non comprehenditur in generali ſermone 182 nu.13
perſona publica tenetur ſuam promiſsionem & fidem ſeruare cuicunque perſonæ 188 nu.7
perſonæ induſtria dicitur electa, vbi in commiſsione ſeu diſpoſitione aliqua dicitur, per te videas, ſeu, per te cognoſcas, & ſimilia 274 nu.1
perſonæ induſtria præſumitur electa, vbi ſcribitur, tu ſolus, ſeu tu per te, & ſic per geminationem talis pronominis, adeò vt non poſsit actus per alium explicari 154 nu.5
perſonæ eccleſiaſticæ dicuntur òmnes clerici, omnes de tertio ordine ſancti Franciſci, etiam fœminę item perpetuò oblati 458 nu.8
perſonæ nobiliſsimæ, ſeu clariſsimæ credendum eſt aſſerenti aliquid ſibi commiſſum à principe: quod maximè procedit, dum Princeps eſt in loco, & ſic de facili explorari poſſet 311 nu.9.10
perſonarum qualitas multum attenditur in facultatibus conſiderandis 125 nu.19
petens aliquid à iudice antequam ſuper petitione ipſa decernatur per iudicem, poteſt reuocare id quod petiit 421 nu.8
petens ab aliquo vt det ſibi veſtem, vel librum, ſeu alia, & ille reſpondeat non tantùm veſtem, ſeu alia, ſed quicquid ſibi placuerit, quòd tamen nihil intelligetur promiſſum 561 nu.7
pignus iudiciale & prætorium differunt, nam prætorium eſt quando nulla diffinitiua præcedente, ſed ratione contumaciæ ſolùm proceditur ad miſsionem in poſſeſsionem contra eum edicto prætoris: pignus iudiciale, eſt quādo pro executione diffinitiuæ capiuntur bona ſecundum formam iſtius §. in venditione. l. à diuo pio 483 nu.7
plures ſi interfuerunt in homicidio, & vnus ex illis pluribus occidit, alij non poſſunt puniri tanquam auxiliatores, ſi ad id non fuerunt principaliter coadunati 11 nu.7
Bartoli authoritas magna fuit: & multa dicuntur de ipſa 11 nu.8
pluralitas præſumitur vbi non probatur identitas 31, numero 5
pluralitas præſumitur in rebus, niſi probetur identitas 271 nu.13
pluralitas actuum præſumenda eſt ad euitandum falſitatem, ſeu excludendum 47 nu.1.124 nu.10

pluralitas actuum in dubio præſumenda eſt, ad euitandum contrarietatem: & ideò ad euitandum, ne teſtes diſcordantes cócordentur per multiplicationem actuum datur cautela, quòd fiat interrogatio de vnitate actus 144 nu.10
pluralitas actuum non præſumitur, & ideo fiat cautela, quòd ille actus fuit ſemel celebratus 384 nu.37
pluralitas actuum præſumitur in dubio, & maximè vbi tractatur de concordandis teſtibus 334 nu.12
pluralitas præſumitur in nomine proprio 514 nu.7
pluralitas non præſumitur in actibus hominum 376 numero 4
pluralitas ſi arguitur per contrarietatem ceſſat præſumptio vnitatis. *Et ideo* vt poſsit conſtare de vnitate actus, requiritur fieri poſitio, & probatio quòd ſemel tantùm: & eodem tempore, & loco fuerit 376 numero 5.6
pluralitas non præſumitur in actibus hominum, nec ſententiarum, nec teſtamentorum nec in nomine proprio 328 nu.6
pluralitas in rebus præſumitur in dubio, vbi non probatur identitas 341 nu.5
pluralitas non præſumitur in actibus hominum, ſicut nec in teſtamentis, nec in ſententiis, niſi duntaxat in rebus quibus præſumitur pluralitas, niſi probetur identitas 341 nu.5
pœna vbi eſt arbitraria, eo caſu non grauior, ſed mitior pœna eſt imponenda 99 nu.6
pœna arbitraria ſeu extraordinaria, non eſt pœna capitis 100 nu.8
pœna vbi remitttitur arbitrio iudicis, non ſe extẽdit ad mortem, ſed ad illam pœnam, quæ pro ſimilibus culpis imponi conſueuit 100 nu.9
Et vbi non apparet de conſuetudine quid faciendum ibidem nu.10
pœna vbi eſt commiſſa arbitrio iudicis, debet iudex ipſe ſeruare æquitatem 100 nu.11
pœna mortis ſi venit imponenda pro aliquo delicto ſeu corporis afflictiua: & ex aliqua cauſa ab ea receditur, tunc non imponitur minor pœna corporalis ſed cõuertetur in pœnam pecuniariam, vel aliam, dummodo corpus non affligatur 91 nu.23.99.nu.4 100 nu.12, 240 nu.20
pœna capitalis tunc pro homicidio imponitur, quando illud fuit dolo commiſſum, ſecus ſi culpa: & tunc dabitur mitior pœna 235 num.11.12. vt relegatio, & non minor quinquennio nu.13 & 14 & etiam ſi occidens fuerit in lata culpa nu.15
pœna capitis ſi quis pro aliquo delicto venit plectendus, iudex tamen poteſt ex cauſa pœnam prædictam minuere 239 nu.19
pœna vbi venit imponenda pecuniaria pro crimine, de quo non conſtaret, ſed ſolùm eſſet aliqua ſuſpicio contra inquiſitum, ſi vilis erit carcerabitur: Si autem nobilis, debebit honeſto modo in palatio detineri 139 nu.8
pœna minor ex pluribus debet eligi per iudicem in condemnando 121 nu.47
pœna cõuentionalis videtur eſſe adiecta propter intereſſe ſtipulatoris, adeo quòd vbi ceſſat intereſſe, non committitur ſtipulatio ad pœnam 389 nu.74
pœna falſi, erat olim publicationis bonorum cum deportatione, hodie autem eſt ſublata pœna publicationis: & eſt ſolum deportatio 245 nu.13
pœna homicidij licet ſit pœna mortis, tamen eſt in facultate iudicis ipſum non condemnare ad mortem ſed deportare ſi vult 240 nu.21
pœna legis Iuliæ de vi publica, quæ ſit 138 nu.4
pœna arbitraria, vbi venit imponenda, poteſt quis carcerari 138 nu.5
pœna legis Iuliæ de vi publica, eſt deportationis, & quæ ſit pœna deportationis 112 nu.1.232.nu.11
pœna violentiæ cum armis, eſt pœna portationis armorum, & pœna legis Iuliæ de vi publica: & vna per aliam non tollitur 112 nu.2
pœna appoſita in electione ſeu creatione officialis ſeruanda eſt 459 nu.2
pœna pecuniaria ſi venit imponenda pro crimine, tamen ſi fit inquiſitio contra hominem tanquam talia facere conſuetum, & de hoc fuerit conuictus, poteſt tamen capitaliter puniri propter conſuetudinem delinquendi 228 nu.14.15
pœna corporis afflictiua vbi venit imponenda pro crimine, inquiſitus non relaxatur fideiuſſoribus 468 nume.6.7
Et pariter ſi pœna eſſet arbitraria 468 nu.7
pœna corporis afflictiua imponitur pro crimine falſi etiam in foro eccleſiaſtico 468 nu.8
pœna corporalis quantuncunque minima, eſt maior qualibet pecuniaria 228 nu.17
pœna corporalis ad hoc vt locum habeat in delicto, requiritur quòd dolosè commiſſum fuerit 164 numero 2
pœna amputationis manus pro vulnere non habet locum in conſueto delinquere, vbi vulnus non deformaret perſonam vulnerati 233 nu.10
pœna exilij cum publicatione bonorum de iure communi imponitur pro crimine corruptelæ 87 cumero 53
pœna vbi imponitur pro delicto infra relegationem, non habet locum tortura 87 nu.54
pœna delicti eſt temperanda alicui, dum iuſto dolore commotus crimen commiſit 239 nu.13
pœna delicti alleuiatur, & diminuitur ex diuturnitate temporis 99 nu.1
pœna augetur ex reiteratione delicti 228 nu.7
pœna non habet locum, niſi præcedat per prius declaratio 344 nu.4
pœna pro delicto vbi imponenda venit, infrà relegationem non poteſt tortura inferri 31 nu.4
pœna relegationis ſimilis eſt pœnæ fuſtigationis, per quam corpus affligitur 94 nu.15
pœna ſacrilegij eſt extraordinaria 369 nu.8
pœna debetur etiam ratione contemptus 434 numero 4
pœna poteſt per iudicem alterari, vbi adparet de animo occidendi, etiam ſi per indicia adpareat 210 numero 16
pœna duplici quis puniri non debet 156 nu.6
pœna quæ ex iudicis procedit arbitrio, non debet eſſe capitalis 91 nu.21
A pœna quis excuſatur propter difficultatem, quia difficultas impedit pœnam committi 287 nu.6
pœna debita non debet pretio dimitti, ſicut nec vitio cupiditatis inferri: & non recipiet pretium ab eo, qui reus eſt ſanguinis 268 nu.4.5


pœna




pœna hodie etiam per ſtatuta Italiæ locum non habet in eo, qui voluit delinquere: nec ſufficit affectus, niſi ſequatur effectus. & ſic non ſufficit volũtas, nec propoſitum 50 nu.5
pœna in iudice corrupto, quæ ſit 82 nu.6
pœna ſtupri, eſt pœna dimidiæ partis bonorum, cum relegatione 202 nu.23.24.227 nu.1
pœna ſpreti mandati eſt in regno virtute literæ Reginæ Ioannæ ad rationem tareni vnius, ſeu duorum, vel trium, & raró vltra pro vncia 401 numero 2
pœna incendiariis impoſita, ad hoc vt habeat locum, requiritur quòd nedum domus combuſta ſit, verùm etiam quòd ibidem homo ex dicto incendio interierit 232 nu.5
pœna ſtatutaria tollit pœnam iuris communis 87 numero 56
pœna cap. pro humani. de homicid. in vj. habet locum tam in mandante, quàm in mandatario 211 numero 28
pœna extraordinaria imponenda, intelligitur illa quæ eſt conſueta imponi in ſimilibus, ſeu pro ſimilibus criminibus: & nihilominus iudex conari debet, vt in quantum minus poteſt, condemnet 125 nu.2
pœna non mitigatur in ſeruo 128 nu.7
pœna omnis in principe eſt arbitraria 215 numero 41
pœnę quãdo plures imponuntur pro vno met delicto, per diuerſa iura diuerſis temporibus facta ſtant cumulatiuè: & vna cenſetur addita alteri: & ſic vel omnes imponi poſſunt, vel poteſt iudex ipſe de omnibus pœnis imponere illam, quam maluerit 82 numero 12
pœnæ maleficiorum fiſcalium ſpectant ad principem 15 numero 10
pœnæ capitales de conſuetudine Italiæ non imponuntur pro delictis imperfectis 208 nu.14
In pœnis corporalibus mitius punitur nobilis quàm popularis, & ſic nobilitas alleuiat pœnam delicti 240 numero 22
pœna corporalis quælibet eſt maior qualibet pecuniaria 240 nu.23
In pœnis conuentionalibus non conſideratur an interſit, quando illa obligatio pœnalis non fundatur ſuper aliqua cauſa finali, ſed vbi fundatur ſuper cauſa finali, ſi in illa non vertitur intereſſe, talis pœna exigi non poteſt 390 nu.80
Pontem quem quis poteſt de conſuetudine ædificare ſuper viam publicam probatur conſuetudo in talibus per binum actum 402 nu.11
ponticellum ſi eſt ædificatũ in publico patientibus vicinis, & ſyndicis, nemine contradicente, nec prætore prohibente, non debet demoliri, ne vrbs deformetur 402 nu.12
portans arma prȩſumitur habere malum animum 235 numero 7
portans rem contra deuetum extra regnum, tamen captus antè, quàm exiuiſſet regnum, non eſt in pœna 50 nu.9
poſſe quid aliquis facere intelligendum eſt, dum de iure poteſt, & non aliter 325 nu.9
poſsidere quilibet præſumitur pro ſuo, & non alterius nomine 204 nu.4.5
Nec vaſſallus, nec vt emphyteuta nemo poſsidere præſumitur 443.nu.28.526.nu.11
poſsidens beneficium notoriè, poteſt de facto ſpoliari per epiſcopum 407 nu.6
poſsidens iniuſtè beneficium ſi impetrat literas ad illud, non facta mentione de ſua poſſeſsione, literæ erunt ſubreptitiæ 346 nu.9
poſsidens domum ſeu feudum præſumitur in ea eſſe poſſeſsione, vt totum poſsideret 509 nu.5
poſsidẽs tempore quo vixit præſumitur vſque ad mortem poſſediſſe 505 nu.5.6
poſſeſſor bonorum habetur pro domino ipſorum bonorum 335 nu.15
poſſeſſor quilibet iniuſtus audiri debet antequã amoueatur 415 nu.18.423.nu.13.17.532 nu.7
poſſeſſorij cauſa dicitur modici præiudicij 499 nu.7
poſſeſſorij & petitorij cognitio inuito eo qui agit poſſeſſorio recuperandȩ, eſt interdicta per communes regulas ciuiles & canonicas 417 nu.1
poſſeſſorio recuperandæ conuentus à ſpoliato, ſicut probando de ſuo dominio per ſententiam auditur contra ſpoliatum, ita & probans de ſuo dominio per inſtrumentum publicum 500 nu.4
poſſeſsio ciuilis ſi eſt penes aliquem, & naturalis penes alium, tamen is qui naturaliter, ſic corporaliter tenet, requiritur citari, & audiri non obſtante dicta ciuili poſſeſsione penes alium 423 nu.15
poſſeſsio vbi mandatur reſtitui etiam ſpoliato, requiritur cauſæ cognitio & citatio 423 nu.12
poſſeſsio ſeu quaſi iurium nõ poteſt dici acquiſita parti aduerſæ non conſentienti 415 nu.20
poſſeſsio auferri non poteſt per prætorem parte non citata etiam cum priuilegio principis, & ſi fiet de facto debet fieri reſtitutio incontinenti 534 nu.31
poſſeſsio ſeu quaſi præſentandi in iure patronatus acquiritur per vnicum actum prȩſentationis, quȩ fuit ſortita effectum 371 nu.1.5
poſſeſsio ſeu quaſi iuriſdictionis, nedum per plures reiteratos actus remiſsionis dicitur acquiſita, verũ etiam per vnicum ſolum actum 457 nu.1
poſſeſſio, ſeu quaſi iuriſdictionis iudicis probatur per plures remiſsiones factas iudici 457 nu.2
poſſeſsio, ſeu quaſi iuriſdictionis quæſita per aliquem iudicem in vaſallos alterius iuriſdictionis non ex hoc videtur quæſita in alios vaſſallos in genere illius iuriſdictionis 457 nu.3.4
Niſi conſentiente & patiente iudice illorum ſubditorum ibidem
poſſeſsio iuriſdictionis, ſeu quaſi vt acquiratur, requiritur conſenſus eius de cuius præiudicio agitur 457 numero 5.6
Et eo ignorãte acquiritur ibid. nu.7. vbi omnino vide.
poſſeſsio corporalis dicitur adepta per conſtitutum contentum in priuilegio 470 nu.9
poſſeſsio naturalis non probatur tranſlata, ſeu quæſita per conſtitutum, vel precarium, intelligendo de poſſeſsione naturali: ſecus de poſſeſsione ciuili 559 numero 2
poſſeſsio inordinatè capta confirmatur 374 numero 4
poſſeſsio non attenditur in beneficialibus, ſed qui primò præſentationem, ſeu collationem habuerit, prȩfertur 323 nu.25


poſſeſſ

poſſeſsio iniuſta ſeu violenta, nullum ius tribuit poſſeſſori 220 nu.19.317.nu.9

poſſeſsio præſumitur ex perceptione fructuum, ſeu penſionis 124 nu.7

poſſeſsio dicitur probata pro tempore quo dicitur etiam ſi probetur extremitas tẽporis, quia medio tempore præſumitur 505 nu.7

poſſeſsio ſi traditur ſub conditione, non transfertur incontinenti, ſed ſolùm eueniente conditione, ſi tempore euenientis extrema ſunt habilia 272 numero 2

poſſeſsio debet reſtitui, quando non interuenit cauſæ cognitio, quia dicitur non iudex, ſed priuatus, licet de facto ſententia interuenerit 424 nu.21.22

Et poteſt ſibi reſiſti, nec eſt ei parendum ibid.

poſſeſsio vbi mandatur reſtitui etiam ſpoliato requiritur citatio 532 nu.6

poſſeſsio iuſtificata multum prodeſt ad victoriam nudæ poſſeſsionis 273 nu.10

poſſeſsio non eſt reſtituenda ſpoliato, vbi notoriè cõſtat ad non iure ſpoliati 273 nu.11

poſſeſsio à iure damnata non iuuat poſſeſſorẽ, niſi probet de priuilegio vel titulo 292 nu.9

poſſeſsio diutina in præſentando demonſtrat quem habere ius patronatus in eccleſia, etiam quòd non apparet de aliquo titulo 371 nu.10

Si poſſeſsio turbari dubitatur, poteſt cogi, vt ille de quo timetur, caueat de non turbando 374 numero 3

poſſeſsionis cauſa præſumitur mutata ex titulo 483 numero 10

poſſeſsionem ciuilem habẽs ſi acceſsit ad ſuperiorem pro conſequendo iuſtitiam, non poterit ad viam facti redire, & de facto ingredi naturalem 424 numero 27

poſſeſsionem domus apprehendens videtur apprehendiſſe poſſeſsionem omnium rerum in ea exiſtentium 510 nu.6

poſſeſsione ſua nemo quis priuari poteſt etiam à principe ſine cauſæ cognitione de facto, & inauditus 422 numero 2

De poſſeſsione ſi contenditur inter duos, & vterque ipſam probat, debet præferri probans per maiorem numerum teſtium 512 nu.6

Ex poſſeſsione longæua penes aliquem de re eccleſiæ licet præſumãtur omnia ſolenniter interueniſſe, tamen ſi ex inſpectione conceſsionis apparet quòd ſolennia non interuenerint, non ſuffragatur talis longa poſſeſsio 517 nu.8

practica alicuius curiæ confirmata authoritate præſidis, aut epiſcopi dicitur ſtilus, ſeu ritus 541 nu.35

præcedentia declarantur per ſequentia 490 numero 8

prædium minoris vt nunquam alienetur, quid debet iudex inquirere 507 nu.3

præeminentia magnæ curiæ habet locum contra valde diffamatos, & in notoriis criminalibus concurrente leuitate vitæ torquendi 197 nu.24

præeminentia magnæ vicariæ deriuat à capitulis regni, quatuor ſeu quinque: ex quorum diſpoſitione non indifferenter proceditur ad torturam, ſed contra diffamatos etiam reprobos ac reiteratores criminum 15 nu.4

præeminẽtia magnæ curiæ vicariæ ſumpta à capitulis regni, non permittit contra quemlibet indifferenter procedi ad torturam: ſed ſolum contra publicè diffamatos & reprobos, & publicos latrones, & diſrobatores ſtratarum, leuéſque perſonas 255 numero 23

prælatus tenetur propriis ſumptibus pauperes eccleſias viſitare 568 nu.10

prælatus de omnibus ſibi cõmiſsis rationem reddere debet ſi non corrigit, monet, & reformet 567 numero 2.4

Secus hodie obſeruatur, cum omnes magis intenti ſint lucro ibid.nu.3

prælatus poteſt venire contra factum ſuum proprium ex parte eccleſiæ ſuæ 399 nu.15

præſcriptio nullo tempore inducitur conditioni poteſtatiuæ, & in talibus lapſum temporis non inducit obligatio, nec conſuetudo 515 nu.5

præſcriptio in iure præſentandi ſatis apparet, ſi compatronus patitur, & permittit alium ſecum præſentare capellanum 371 nu.11

præſcriptibilia non ſunt ea quæ ſunt in mera facultate, ſeu voluntate 515 nu.4

præſentare non poteſt in iure patronatus qui reperitur minor ſeptennio 324 nu.7

præſentatus ſe ingerens adminiſtrationi iuris patronatus ante inſtitutionem, perdit omne ius quod habet ex præſentatione 324 nu.5

præſentatus in iure patronatus à maiori parte patronorum, præfertur 324 nu.6

præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſsione præſentandi præfertur præſentato à vero patrono 371 numero 7

præſentatis duobus capellanis, ſeu pluribus, ſi vnus excedit alium in literis, in idoneitate, moribus, ætate, conuerſatione, & vita præfertur 371 nu.12

præſentato in iure patronatus acquiritur ius ad remouendum malum inſtitutum 324 nu.2

præſentatio facta de duobus, vnus poſt alium, facit vt primus præferatur 323 nu.24

præſentatio eſt fructus iuris præſentandi 371 numero 2.3.4

præſentatio ab exiſtente in quaſi poſſeſsione præſentandi valet, & tenet 323 nu.22

præſentia coniunctarum perſonarum excludit omnem præſumptionem doli, & fraudis in contractu inito per minorem, ſeu mulierem 345 nu.11

præſentia conſanguineorum puellæ facit ceſſare præſumptionem deceptionis & læſionis 307 nu.11

præſes in duabus prouinciis, nõ poteſt negotia vnius prouinciæ in alia prouincia expedire 60 numero 10

præſumptio iuris licet ſit contra abſentem, non tamen ex hoc debet priuari poſſeſsione ipſo prius non citato, & ſi de facto fieret, deberet de facto incontinenti reuocari 482 nu.5

præſumptio vna tollitur per aliam 25 num.7.46.nu.11. 71 numero 10.238, numero 4.267 numero 18.283 numero 8

præſumptio ſpecialis tollit generalem 61 numero 11

præſumptio delicti tollitur ex præſumptione bonæ famæ 197 nu.28


vna




vna præſumptio tollitur per aliam, & vnum indicium tollitur per aliud: & vna coniectura per aliam 195 num.12.13.14.239 nu.12.368.nu.30

præſumptiones & coniecturæ non ſufficiunt ad quem condemnandum 28 nu.37

præſumptiones & coniecturæ ſufficiunt loco plenæ probationis in criminibus occultis ad torturam, veluti in crimine veneni 195 nu.3

præſumptiones ſpeciales tollunt præſumptiones generales 25 nu.8

præſumptiones duæ quando concurrunt, quarum vna eſt excluſiua delicti, & alia incluſiua, ſemper attenditur excluſiua 25 nu.9.71.nu.12.283.nu.10. 368.nu.31

præſumptionibus & cõiecturis verificatur quòd quis aliquid ſimulauerit, vel fictè ſcripſerit, & ſic ſimulatio probatur per ſcripturas 71 nu.9

præſtationes operarum, angariarum, & ſeruitiorum poſſunt multipliciter deberi 525 nu.7

Ex præterito non præſumitur in præſenti, nec in futuro 350 nu.9

præuentio non poteſt allegari virtute inquiſitionis formatæ, vbi non fuiſſet ſubſequuta citatio 62 numero 10

præuentio ſi eſt facta per officialem ſuperiorem non poteſt inferior de cauſa cognoſcere 437 nu.23

præuentio inducitur per ſolam citationem 431 nu. 21

In præuentionibus iudex realiter præueniens, præfertur 62 nu.12

precarium vbi confertur poſt mortem conſtituentis nihil operatur, ex quo confertur in tempus mortis 560 numero 5

precarium vbi confertur per poſſeſſorem poſt eius mortem, & conſtituit ſe precario nomine poſsidere, nihil operabitur precarium 272 nu.1

precarij conſtitutio tanquam acceſſoria ex iuris diſpoſitione regulatur ſecundum naturam principalis contractus cui accedit 272 nu. 3. 560 nu. 8

precij quantitas facit diſcernere contractum emptionis & venditionis à contractu locationis, & conductionis 362 nu.14

primus creditor tunc demùm poſt ſolutionem reuocat cõdictionem ex lege, quando ſecundus qui conſumpſiſſet, habuiſſet ex cauſa lucratiua 185 nu.7

Secus ſi oneroſa: quia tunc poſt conſumptionem, creditor qui recepit, non poteſt inquietari ibid.

primo creditori non competit hypotheca pro pecunia data ſecundo creditori per debitorem, quando eſt bona fide conſumpta 168 nu.9

principalis quando non poteſt conueniri prætextu exceptionis ſibi competentis, exceptio ipſa denegabitur fideiuſſori, quia ipſi non competit modo aliquo 327 numero 2

princeps ſi ſe de cauſa intromittat, eandem ad ſe, vel eius delegatum trahendo, nemo amplius ipſo principe inconſulto poteſt ſe in ea intromittere, quaſi fuerit ex hoc exempta ab ordinaria iuriſdictione 249 numero 8

princeps poteſt ad ſui libitum iuriſdictionalia reuocare: & tollit quando vult 249 nu.9

princeps concedens alicui iuriſdictionem ad vitam, non ex hoc videtur abdicaſſe à ſe poteſtatem ad libitum reuocandi, & alteri concedendi 249 nu.10

princeps poteſt ſuprimere iuriſdictionem nedum ſingularium perſonarum, ſed etiã ciuitatum 249 nu.11

Iuriſdictiones fluunt à Rege, & refluunt ad Regem 249 nu.12

princeps ſi in præmium bonorum ſeruitiorum conceſsit priuilegium iuriſdictionis alicui, non ita reuocare poſſet ſine cauſa 249 nu.13

princeps ſi conceſsit aliqua in præiudicium ſuæ dignitatis, ſeu authoritatis ſupremæ, poteſt reuocare: & non tenetur obſeruare 249 nu.14.15

princeps non poteſt ex certa ſcientia, nec de plenitudine poteſtatis aliquid inaudita parte ſtatuere, & ſi faceret non teneret 531 nu.3.4. Et ibi quòd Deus omnipotens citauit Adam

princeps poteſt conceſsionem factam, & ius quæſitum per contractum eius ſubdito ad eius libitum reuocare 565 nu.15

princeps de plenitudine poteſtatis poteſt dominium rei meæ auferre, & alteri concedere 452 numero 31

princeps tam de poteſtate abſoluta, quàm de ordinaria poteſt conceſsionem etiam à ſemetipſo factam reuocare 565 nu.19

princeps poteſt dominium de iure gentium acquiſitum auferre vni, & dare alteri 565 nu.20

princeps poteſt de plenitudine poteſtatis auferre feudum datum vaſallo ſine cauſa, & ſic ipſum priuare feudo 565 nu. 31

princeps concedens inferiori aliquid de ſibi reſeruatis, in dubio videtur concedere, vt ea exerceat cum debita cauſæ cognitione, & non cum illa plenitudine poteſtatis, quam habet ipſe concedens 79 nu. 8

princeps non conſueuit remittere pœnam delinquenti, niſi parte concordata, & de qua concordia conſtet per inſtrumentum 80 nu.15

princeps motu proprio reſcribens, excludit omne vitium ſubreptionis & obreptionis 446 nu.13

princeps nunquam præſumitur concedere motu proprio, ſed ad poſtulationem partis, attamen quando bene merita concurrunt in conceſsione, tunc præſumitur motu proprio 79 nu.4. Maximè vbi poteſt præſumi in principe aliqua ſubſiſtentia cauſæ 446 242 numero 5

princeps non recognoſcens ſuperiorem diſponendo cum clauſula ex certa ſcientia, ſemper præſumitur in eo adeſſe iuſtitia cauſæ. adeo vt non admittatur probatio in contrarium 451 nu.15.16.17

princeps & papa qui non recognoſcunt ſuperiorem, poſſunt mandare talem cognitionem eorum officialibus, & ſic cumulationem poſſeſſorij, & petitorij fieri. Secus in inferiore à principe 417 nu.2.3

princeps nec papa poteſt inaudita parte aliquid ſtatuere 415 nu.14.15. 423 nu.10

Et hoc, quia eſſet tollere defenſionem quam Princeps auferre non poteſt. inde Dominus omnipotens Adam vocauit ibid.nu.16

Etiam ſi id faceret ex certa ſcientia non teneret ibid. num.19

princeps ad hoc vt dicatur promouiſſe ſcienter inhabilem, oportet quòd de certa eius ſcientia apparuerit, aliàs non præſumitur 347 nu.14

princeps ſi contrahit cum ſubdito recepta pecunia, reddit contractum irreuocabilem 456 nu.94.95


Et ſi

Et ſi aliter diceremus, nemo reperiretur qui vellet contrahere cum principe, & ſic hominum priuaretur commercio, quod eſſet valde graue ibidem
princeps non remittit pœnam delicti niſi parte concordata, & ſi fieret, non tenet 269 nu.8
princeps ſola facti veritate inſpecta poteſt cauſam decidere. 412 nu.19
princeps dum atteſtatur factum, ſtandum eſt ſuæ aſſertioni 450 nu.7
princeps narrando factum in priuilegio, præſumitur habere notitiam facti 450 nu.8
princeps nunquam præſumitur concedere motu proprio, ſed ad poſtulationem, niſi bene merita concurrerent, quia tunc conceſsio præſumitur motu proprio 453 nu.52
princeps in conceſsione ſeu priuilegio atteſtatur, quòd concurrunt benemerita conceſsionarij, creditur dictæ aſſertioni ipſius principis 453 nu.53
princeps non recognoſcens ſuperiorem habet tantam poteſtatem, quòd poteſt ſola voluntate moueri in poſitiuis 453 nu.54
princeps mandans conſtitutionem diu ſeruatam, & omnia geſta virtute dictæ conſtitutionis, haberi pro infectis, certè omnia deciſa erunt annullata 453 numero 55
princeps poteſt facere factum haberi pro non facto, ex quo princeps eſt omnia, & ſuper omnia 453 numero 56
princeps habet duplicem poteſtatem ordinariam, & abſolutam: in ordinaria cenſetur ſub lege, in abſoluta non, nec quò ad obſeruantiam, nec quò ad vinculum in iure poſitiuo 453 nu.57
princeps dum ſcit veritatem, non debet ire per ambages 453 nu.58
princeps quicquid facit, vt Deus facit, ideo nec fallit, nec fallitur 433 nu.59
princeps debet iudicare vt Deus eſſet iudicaturus 389 nu.78. 428 nu.18
princeps & quilibet iudex ſequi debent æquitatem in iudicando, licet aliquando non ſequantur oculo iudicantis caligante 390 nu.79
princeps quod facit, præſumitur legitimè facere 260 numero 3.
princeps ita vult, hoc dicere ſufficit 260 nu.5
princeps non poteſt mandare vt non ſubſiſtentibus indiciis homo bonæ famæ torqueatur 261 nu.6
princeps licet poſsit excedere modum, quod iudex facere non poteſt: tamen non intelligitur id facere poſſe in his, quæ ſunt de iure diuino ſeu naturali: ex quo ipſe princeps ligatur iure gentium vel naturali Matthæ de Afflic. dicit ſe ita reſpondiſſe regi Féderico volenti vt cuidam nobili tortura daretur 261 numero 7
princeps cum clauſula de plenitudine poteſtatis apparet voluiſſe ſupra ius diſponere 451 nu.26
princeps quando ſcribit de plenitudine poteſtatis, facit vt nihil poſsit contra ipſum opponi quod habeat annihilare conceſsionem 451 nu.26
princeps cum clauſula de plenitudine poteſtatis poteſt rem ſuam alteri auferre, & ſi qui aliter dicerēt, mentirentur per gulam 452 nu.27
princeps dum ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis reſcribit, apparet voluiſſe auferre ius tertij quomodocunque quæſitum, etiam ſubſequuta clauſula non obſtante 453 nu.46
princeps reſcribens ex certa ſcientia, videtur id facere de plenitudine poteſtatis, adeo quòd de eius viribus, & validitate non poteſt in dubium refricari 446 nu.17
princeps cum clauſula, ex certa ſcientia, validat aliàs inualida 446 nu.18
princeps tunc dicitur ex certa ſcientia quid facere cùm illam clauſulam apponit in reſcripto, ſeu priuilegio 486 nu.7
princeps quando narrat factum in priuilegio, quo caſu habetur ac ſi dixiſſet ſe prouidere ex certa ſcientia 486 nu.8
princeps tempore ſuæ creationis, ſi promittat aliquid ſibi præiudiciale, non tenetur ſeruare 249 nu.17
princeps quod geſsit ex certa ſcientia facit imponi ſilentium perpetuum veniens contra illud 450 nu.6
princeps vnius loci non poteſt imponere ſeu facere legem ſibi non ſubditis 50 nu.4
princeps poteſt condemnare ex cauſa non petita, ſi de illa ſibi conſtet 428 nu.28
princeps ſupremus ſolus poteſt tollere ius alteri quæſitum 419 nu.3
princeps quòd non poteſt inaudita parte aliquid diſponere, procedit etiam ſi princeps id faceret ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis 423 nu.14
princeps non poteſt tollere defenſiones inquiſito, in cauſa criminali, cùm defenſio ſit de iure diuino, quam princeps tollere non poteſt 254 nu.9.10.11
princeps poteſt tollere defenſionem de iure ciuili competentem: ſed non eam, quæ competit de iure naturali 254 nu.12
princeps non poteſt mādare de poteſtate ordinaria, quòd quis torqueatur abſque indiciis 254 nu.13
princeps concedens iuriſdictionem alicui Baroni in vaſallos, non videtur à ſe eximere iuriſdictionem, quin poſsit & ipſe quoque princeps cognoſcere, ſi vult 249 nu.3
princeps concedendo iuriſdictionem ſeu delegando cauſam alteri ſpecialiter committendo, non videtur ipſam abdicaſſe ab alio ordinario ſuperiore: & multò fortius à ſemetipſo cognitionem, ſed ipſam accumulaſſe 249 nu.4
princeps ſucceſſor poteſt reuocare iuriſdictiones amplas conceſſas per prædeceſſorem in præiudicium ſuæ iuriſdictionis regni: vt ſunt iuriſdictiones ſecundarū cauſarum conceſſæ Baronibus: quia Rex non habet ibi niſi iuriſdictionem in habitu 250 nu.26
princeps ſi contraueniret contractui ſecum geſto, prę ſumitur circunnentus ex obliuione, vel ex facto impetrantis, & non valet 456 nu.97
princeps quando etiam motu proprio reuocat illud quod obſeruare tenetur, prę ſumitur circūuētus, & ita circunuentus fingitur, quòd cōtrarium probari non poteſt quaſi ſit præſumptio iuris 456 nu.98
princeps cùm clauſula, non obſtante, vel alia ſimili apparet voluiſſe vti plenitudine poteſtatis, & præſumitur eo caſu voluiſſe auferre ius alterius etiā quomodocunque, ac etiam ſi tractaretur de graui præiudicio 436 nu.99
princeps poteſt priuilegia quæ in cōtractum nō tranſiuiſſent, reuocare ſine cauſa, quę verò in cōtractū, reuocabit cum cauſa 456 nu.106
princeps dum vtitur plenitudine poteſtatis nihil aliud eſt, niſi derogare iuri communi, ſeu ordinario 452 nume.33
princeps dum reſcribit cum clauſula non obſtante, aufert ius partis 452 nu.34
princeps cum dicta clauſula non obſtante, apparet voluiſſe vti plenitudine poteſtatis. 452. num.35.36. Et quòd voluerit vti iure communi, ſed ſuprema poteſtate. ibid.
princeps cum dicta clauſula poteſt omnia facere, & de nihilo aliquid 452 nu.37
princeps in eo præſumitur pro ratione voluntas, & prę ſumitur omnia decenter facere, nec prę ſumitur concedere non concedenda 452 nu.38
princeps vbi ex certa ſcientia quid cōceſsit, ſeu fecit, omnibus error excluſus apparet 450 nu.1
princeps vbi quid facit ex certa ſcientia, ſibi credendum eſt illud verum eſſe, nec debet in dubium refricari 450 nu.2
princeps reſcribens ex certa ſcientia in ſuis literis, videtur id gerere de plenitudine poteſtatis 450 numero 3
princeps repetens pluries clauſulam, ex certa ſciētia, in ſuo priuilegio, ſeu reſcripto, clarius demonſtrat ſuam deliberatam voluntatem 450 nu.4
princeps nunquam præſumitur concedere non concedenda 119 nu.34
princeps mandare nō poteſt, vt quis torqueatur non præcedentibus legitimis indiciis 119 nu.35
princeps imponens angarias ſeu collectas ſine cauſa, diceretur rapinam committere, cùm bona ſubditorum auferat 216 nu.12
princeps vbi aliquid concederet in prę iudicium dignitatis ſuæ, licet non enorme, non tenetur illud ſeruare, vbi multa circa prædicta 286 nu.29
princeps licet aliquid aſſerit ſibi reſeruatum, non tamen videtur ſe priuaſſe, quin & ipſe quoque id facere non poſſet: cùm longè maior poteſtas penes ipſum remanſerit 445 nu.10
princeps videtur conceſsiſſe motu proprio, vbi concurrunt benemerita, & ſeruitia. 286 nu.22.23. Et licet aliter ſonarent verba, videlicet, quòd ad poſtulationem partis fuiſſet facta, tamen non excluditur quin etiam motu proprio facta non fuerit. ibi.
princeps ſi reuocaret id quod per prius fecit, fingitur eo caſu circunuentus, adeo vt contrarium probari non poſsit 281 nu.6
princeps quod vult fieri, habetur pro facto, & quod dari mandat, habetur pro dato 281 nu.7
Maior temperantia præſumitur in ſeniore quàm in iuuene 281 nu.8
princeps non præſumitur conceſsiſſe, nec concedere non concedenda 414 nu.3
princeps concedendo rem minori, vel pupillo, ſeu vniuerſitati, ſemper intelligenda erit conceſsio abſque præiudicio tertij 414 nu.4
princeps concedens rem alteri conceſſam ad hoc, vt teneat ſecunda conceſsio, debet illi primæ conceſsioni derogare cū clauſula, nō obſtāte 280 nu.2
princeps ſi daret caſtrum alicui quod ſecundo loco alius impetraret, talis ſecunda impetratio eſſet obreptitia & nulla 280 nu.3
princeps etiam quòd parti pecuniariter intereſſet, remittere non poteſt 269 nu.10
princeps dum vtitur clauſula, ex certa ſcientia, apparet præiudicare velle illi cui erat ius quæſitum 446 numero 19
princeps dum vtitur clauſula prædicta, apparet impo nere velle ſilentium perpetuum venienti contra illud quod ipſe geſsit ex certa ſcientia 446 nu.20
princeps imponens vectigalia ſine cauſa committit rapinam, quia eo caſu dicitur bona ſubditorum auferre 442 nu.14. 526 num.19
princeps aliquid concedens in graue prę iudicium ſuæ dignitatis, ſeu authoritatis non tenet, nec obligatur illud obſeruare 445 nu.7
princeps reſcribendo delegato, ſeu ordinario dicendo informes per te ipſum important verba hæc vt debeat per ſe ipſum informare, nec per alium loco ſui 545 nume.1.2
princeps ſemper poteſt cauſam inferioris ad ſe aduocare 250 nu.22
princeps non poteſt reuocare priuilegium, quod tranſiuit in vim contractus 250 nu.24
princeps dum concedit motu proprio extenditur gratia vltra præſumptam intentionem concedentis 546 nume.10
princeps ſi aliquid concedat recepto precio, dicitur contractus venditionis, & non priuilegium, etiam ſi vteretur verbo indulgemus: nam eo caſu non poſſet princeps conceſsionem ipſam reuocare, quia dolum committeret 456 nu.91
princeps, quòd poteſt remittere, dum remittit pœnam intelligitur de ea quæ veniet applicanda ſuo fiſco, non autem parti 79 num.2
princeps indulgendo delictum, non remittit infamiam ex eo incurſam 79 num.7
princeps cum clauſula non obſtante, poteſt omnia facere, & de nihilo aliquid 446 nu.29
princeps dum narrat ſe cōceſsiſſe cum deliberatione ſui adſiſtentis conſilij, non poteſt cogitari, quòd error interuenerit 148 nu.21
princeps tunc dicitur facere ex certa ſcientia, quando dictam clauſulam ponit in priuilegio 148 nu.22
princeps non prę ſumitur ita de facili derogare literis geminatis, & triplicatis, dum de eis nulla ſit ſibi mentio in reſcripto 447 nu.32
princeps generaliter concedendo, non videtur conceſsiſſe ſibi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis 15 numero 9
princeps ſucceſſor poteſt indiſtinctè priuilegium gratiæ Regis ſui prædeceſſoris factæ alicui remittere 250 nume.19
princeps nec iudex ſecularis non poteſt quouis modo derogare, ſeu delere reſcripta, ſeu decreta iurata 455 nume.79
princeps laicus & iudex nō poſſunt imponere legem perſonis eccleſiaſticis, quia non ſunt, nec eſſe poſſunt de eorum iuriſdictione 173 nu.27
princeps ſecularis nec principaliter, nec acceſſoriè poteſt aliquid ſtatuere in matrimoniis 562 nu.7
princeps ex cauſa reipublicæ, & ex cauſa ſtatus poteſt auferre rem priuati 451 nu.21
princeps concedens ob benemerita tenetur de euictione 546 nu.8

princeps ſi cõfirmat tale priuilegium, erit gratia: & ſi denegetur confirmatio, erit iniuria 250 nu.20

princeps ex cauſa reuocat priuilegium, maximè dum exprimit cauſam 564 nu.7

princeps ſecundum vnam opinionem, licet nõ poteſt ſine cauſa auferre ius alterius, & mihi concedere, tamen vbi idem princeps fuit ille qui cõceſsit, bene poterit auferre 450 nu.12

princeps dum infert alicui præiudicium, præſumitur in eo cauſa 450 nu.13

princeps non poteſt remittere pœnam corporalem delinquenti in præiudicium partis; nec etiam id, ꝙ intereſt parti pecuniariter abſque vrgenti cauſa, & abſque partis voluntate: aliàs peccat mortaliter: cùm id faceret de abſoluta poteſtate 79 nu.1

princeps mandans alicui vt poſsit exercere ea quæ ſunt ſupremę poteſtatis, non ex hoc poterit exercere talem poteſtatem niſi cum cauſa, & præcedente natura cauſæ cognitione 417 nu.6

princeps vbi committendo cauſam certis iudicibus mandauit certo modo iuſtitiam fieri, non poterit poſteà alius inferior ſe intromittere, & aliter mandare 417 nu.7

princeps ſi ſemel delinquenti indulſit, facinoroſo autem habenti conſuetudinem, minimè parcere debet 228 nume.10

princeps ſi reiteranti homicidium indulſit, non facta mẽtione alterius prioris homicidij, per prius commiſsi, non valebit indultum 228 nu.11

princeps nedum poteſt euacuare & auferre iuriſdictionem à ſuis iudicibus in certis caſibus, verùm etiam contra certas perſonas priuilegiatas, & eccleſiaſticas, & mandare in aliquibus caſibus, ne audiantur ab eius iudicibus 453 nu. 47

princeps non poteſt reuocare contractum ex conuentione initum 454 nu.61

princeps concedendo iuriſdictionem alteri, ſeu ſibi cauſam committendo, non ex hoc videtur ſe priuaſſe poteſtate cognoſcendi in cauſa illa, ſed videtur cumulaſſe iuriſdictionem ipſam 16 nu.23

princeps nullus poteſt iuramenti virtutem tollere, imo nec Papa inter merè laicos poſſet eneruare cõtractum iuratum 455 nu.77

principis clare voluntas ſi apparet, nõ eſt aliud faciendum, nec quærendum, licet mentio aliter ſpecialis facta non fuerit 454 nu.66

principis de intentione non præſumitur eſſe, velle prę iudicare iuri alterius ſibi incognito 346 numero 7

principis beneficia ſunt latiſsimè interpretanda, maximè contra ipſum principem concedentem 142 numero 25

In principis conſiſtorio debet veritas amplecti, & æquitas, & ſecundum illam iudicari 428 numero 16 & 17

principis atteſtationi ſtandum eſt 250 nu.23

principis mens præſumitur eſſe talis, qualis de iure eſſe debet 79 nu.3. 119 nu.33

principis deliberata intentio demonſtratur ex geminatione priuilegiorum 450 nu.5

principis aſſertioni ſtatur, quòd cõceſſerit aliquid propter bene merita, licet de benemeritis probetur 147 nu.15

principis donatio facta alicui tempore guerræ, vel in principio ſuæ acquiſitionis regni, non valet 249 numero 18

principis plenitudo poteſtatis nulli neceſsitati arbitrij eſt ſubiecta, nulliſque publicis regulis iuris limitata, cùm in eo ſit ſedes liberalitatis, & poteſt prę ferre minus æquum magis æquo 452 nu.32

principis verba appoſita in priuilegio ſeu conceſsione, tu non debes tenaciter interpretari, aut ſtrictè 545 num.4

principis verba in reſcriptis ſeu priuilegiis poſita debemus conformare æquitati, licet verba etiam hoc non patiantur 546 nu.5

principi ſoli reſeruata nõ transferuntur in alios quantuncunque mandatum generale habentes, & poteſtatem ſatis plenam & amplam 417 nu. 4

principi ſeu domino ſemper remanet maior poteſtas & iuriſdictio, quàm in alium transferat 249 numero 5

principi ſunt exprimendæ omnes cauſæ, ex quibus moueri poſſet ad non concedendum, vel difficilius concedẽdum: nec ſufficit in genere fieri expreſsionem, ſed requiritur notabilis expreſsio 79 nume. 9. 80 nume. 10

principi debet exprimi qualitas, qua expreſſa, aut ipſe non concederet, quod petitur, vel difficilius concederet, aliàs non tenet conceſsio 346 nu.8

In principe quælibet ratio mutua ſufficit, etiam ſi auferat dominium alteri 452 nu. 29

principum geſta decet eſſe manſura 454 nu.69

principum beneficia & conceſsiones ſunt latiſsimè interpretanda, maximè contra ipſum principem concedentem 545 nu.3

principum conceſsiones & beneficia licet ſint latiſsimè interpretanda contra ipſum principem concedentem: non tamen erunt interpretanda contra mentem ipſius concedentis 15 nu.18

prior conceſsio attenditur in conceſsionibus principum 280 nu.1

prior in hora conceſsionis ſeu impetrationis, licet æqualis in data collationis, venit præferendus 471 numero 3

prioratus horæ poteſt probari per teſtes 471 nu.4

priuatus iniuſtè, & violenter ante omnia debet reſtitui, etiam ſi per iudicẽ eſſet deſtitutus poſſeſsione, adeò quòd nulla exceptio ante reſtitutionẽ contra eum opponi poſsit, etiam ſi peteretur confirmari adiudicatio, licet nulliter præſtita 422 nu.5

priuatus ſicut obligatur ex contractu, ita & princeps pariter contrauenire non poteſt 456 nu.96

priuilegium conceſſum quod non dependet à ſola voluntate concedentis, ſeu auctoritate, ſed ex iure alteri quæſito propter eius factum non poteſt reuocari ibid. 456 nu. 92. 93. Imò etiam de plenitudine poteſtatis non poſſet contrauenire. ibid.

priuilegium duplicatum, ſeu conceſsio duplicata declarat multum mentem ipſius principis 453 nu.51

priuilegium poſt ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam impetratum, non valet 346 nu.3

priuilegium quæſitum à principe propter benemerita cõceſsionarij, nedum nõ depẽdet ex ſola voluntate cõcedentis, ſeu auctoritate, ſed ex iure eidem conceſsionario quæſito ſeruitia: & ſic nullatenus reuocari


INDEX.


uocari poteſt 453 nu.60

priuilegiũ principis non eſt abſurdè interpretandum ſeu obſcurè, ſed ſanè & propriè. & verba adpoſita per ipſum principem in priuilegio, non debent tenaciter interpretari, & ſunt conformanda ęquitati, licet verba ipſius non patiantur 142 nu.23

priuilegium obtentum lite pendente nil ſuffragatur impetranti 346 nu.1. 400 nu.1

priuilegium in quo conceditur caſtrum cum angariis & perangariis, iſta verba, cum angariis &c. non diſponunt inducendo obligationem, & cauſam obligationis perpetui ſeruitij, ſed inducit cõceſsionem iuriſdictionis in angaria & perangaria, quæ non competunt baronibus, niſi concedantur ex priuilegio 295 nume.16

priuilegium vt poſsit creare tabelliones ſi fuit conceſſum alicui per principem, & demum à ſucceſſore principe habitum fuit aliud priuilegiũ confirmationis, primũ priuilegium in progreſſu temporis reuocatum in dubium, ad quod probandum adducitur confirmatio, & opponitur non eſſe ſtãdum confirmationi, niſi exhibito primo priuilegio, tamen ſtandum erit ipſi confirmationi 486 nu.2.3

priuilegium conceſſum per Principem priuans legem communem debet ſtrictè interpretari 309 nu.6

priuilegium eccleſiæ Camalduenſis, in quo Papa concedit monaſteriũ ſancti ſepulchri cum toto Burgo, intelligitur, id eſt, cum tota parte Burgi, quę ratione rerum aut perſonarum eſt ordinis Camalduẽſis 246 nu.7

priuilegium tacens proceſſum fabricatum in cauſa ſuper qua eſt obtentum, nil iuuat impetrantem 400 nume.3

priuilegium contra ius debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quàm poſsit 199 nu.44

priuilegium dignitatis non finitur finita dignitate 262 nume.23

priuilegium tacens de reſcripto pręcedenti non valet 346 nu.5

priuilegiũ tacitè de reſcripto, ſeu proceſſu facto cum impetrante non tenet 346 nu.6

priuilegium debet intelligi, vt minus lædat ius commune quàm poſsit 279 nu.6

priuilegium conceſſum non extenditur ad ſeruitores mercede conductos 459 nu.6

priuilegio intelligitur iam præiudicatum, nedum per non vſum, ſed etiam per contrarium vſum 279 nu.8

In priuilegio cõfirmatorio conceſſo ex certa ſcientia, ſi ſerioſè narratur factum, & prima conceſsio, & deinde confirmatur, non eſt neceſſe exhibere primam conceſsionem, ſed ſola confirmatio ſufficit, ꝙ ſecus eſt quando ſimpliciter fieret prima confirmatio non inſerto tenore priuilegij 476 nu.2

priuilegia ita interpretanda ſunt, vt minus lædant ius commune, quàm poſsint 15 nu.13

priuilegia fori duo ſi quis habet, attenditur illud priuilegium fori quod eſt maius 280 nu.9

priuilegia principum ſunt latiſsimè interpretanda 299 nume.6

probans vnum ſi aliud deduxit, non poteſt obtinere, niſi ſit in deducto clauſula illa, ius & iuſtitiam miniſtrari, vel omni meliori modo 514 nu.11

probatio plena reſultat ex pluribus coniecturis & prę ſumptionibus 60 nu.13. 351 nu.27. 428 nu.13.14.15. Et nedum in cauſa criminali, verùm etiam, & ciuili. ibid.

probatio dubia ſemper contra producentem interpretabitur 294 nu.7.8. 515 nu.8

probatio vbi liquida & clara haberi non poteſt, ſufficit quòd iudex ex vehementi opinione ſe informet 60 nume.15

probatio inquiſiti quando reddit dubiam probationem querulantis ſeu fiſci exiſtentem contra ipſum inquiſitum debet inquiſitus ipſe abſolui, vnde probatio fiſci non ſolum remanet dubia, ſed etiam eliſa 164 nume.14

probatio bonæ famæ elidit fidem indiciorũ 86 nu.46

probatio quæ veriſimiliter fieri non poteſt per alios quàm per domeſticos ſtatur domeſticis 541 numero 10

probatio per inſtrumentum non requirit aliam probationem, quia dicitur probatio probata, & non probanda, imò dicitur veritas apparens, quod ex inſtrumento apparet 440 nu.4

probatio inſtrumẽti non requirit probationem facti, ſed dicitur probatio probata 500 nu.6

probatio vbi à iure legitima requiritur, non ſufficiet probatio priuilegiata: vt eſt illa, quæ fit per iuramẽtum ſeu aliter ſimili modo. Et quæ dicitur priuilegiata probatio 85 nu.40

probatio per coniecturas ſufficit in ſecretis 350 numero 18

probatio in ſpecie præualet probationi in genere 512 numero 5

probatio per teſtes de ætate deponentes ex aſpectu eſt fallax 370 nu.1

probatio non concludens nedum non releuat producentem, verùm etiam non facit rem dubiam 376 numero 10

probatio ſemiplena impeditur per modicum defectum in teſte 338 nu.17.19

probatio debet eſſe veriſimilis, aliàs ei ſtandum non eſt 223 nu.9

probatio falſi debet de neceſsitate concludere 364 numero 6

probatio tendens ad infringendum inſtrumentum debet eſſe concludens, & neceſſaria 376 nu.14

probationes contra iudicem debent eſſe claræ & manifeſtæ. vbi ſubdit hoc procedere, quo ad condemnationem, Secus, quo ad torturam: in qua ſufficient indicia concludentia in ſubſidium plenæ probationis: & ſubditur, quòd pro iudice præſumendũ eſt, dũ debito ordine procedit, & nõ aliter 83 nu.17.18.19

probationes poſt terminum datum ſunt nullæ, niſi iudex ex cauſa id fecerit 408 nu.1.2. Verũ ſi iudex videret producẽtẽ nõ malitioſè verſari, poterit ipſas recipere, ſi infra modicũ tẽpus offerãtur 409 nu.3.6

probationes ſaluãtur in actu reiterabili propter diſtinctionem temporum, vel locorum 384 nu.38

probationes imperfectæ faciunt vt ex iis poteſt iuramentum ipſum deferri 412 nu.15

probationes plures imperfectæ ſimul iunctæ vel plures ſemiplenæ faciunt vnam probationem perfectam 411 nume.13

probationes clariores, quæ in criminalibus requiruntur, in cauſa falſi ſunt neceſſariæ 68 nu.4

probationes vbi ſunt difficilis probationis, veriſimiliter lex eſt contenta omni probatione, etiam per argumenta, & veriſimiles coniecturas 90 nu.14

probationes in cauſa matrimoniali ſunt neceſſariæ, quæ in cauſis criminalibus requirũtur, cum eis æquiparentur 54 nu.19

probationes multum euidentes requiruntur contra officialem 85 nu.37

probationes delicti contra inquinatum de crimine purgantur per tormenta 192 nu.7.9

proceſſus contra minorem abſque curatore eſt nullus: ſecus ſi eſt in eius fauorem 391 nu.6

proceſſus in quo proceditur per inquiſitionem, & per accuſationem 314 nu.3

proceſſus iudicis ſecularis contra clericum non tenet 174 nu.38. 541 nu.30

procuratio nullatenus peti poteſt in pecunia præſtanda, ſed in victualibus, & pariter nec in aliis muneribus, quæ etiam à volentibus recipere non poteſt 567 nu.5.6.7

procurator non admittitur in criminalibus, quando allegat aliquid per quod cauſa ipſa diſcutitur: ſecus ſi comparet ad opponendum declinatoriam fori, vel ineptitudinem libelli ſeu ad annullãdum iudicium, quia tunc admitti debet 438 nu.33

procurator debet admitti in omni crimine, in quo venit imponenda pœna minor relegatione 331 numero 3

procurator debet admitti vbi cauſa criminalis incidit cum ciuili. Et ideò Ange. dat cautelam, vt in citatione dicatur, vt compareat perſonaliter, & non per procuratorem, tamen loquitur vbi dubium eſt an poſsit interuenire procurator 331 nu.4.5

procurator non appellans à ſentẽtia lata contra ſuum principalem apparet euidenter delinquere 479 nume.1

procurator ſi fuit litem conteſtatus cum ipſo ſemper procedi poteſt, & non cum domino, cum quo non fuit lis conteſtata 287 nu.1

procurator autem dicitur qui conſtituitur ad vnum actum, & non inſtitor. ibid. 300 nu.6

procurator cõtrahẽs pro domino ipſum dominũ obligat, & nõ ſe, niſi expreſsè ſe obligando diceret, obligo me & hæredes meos, ex quo per clauſulã hæredes exceditur à notiſsimis terminis officij 301 nu.7

procurator licet vnum confiteatur, tamen ſi probatur rem aliter ſe habere, non nocebit domino talis confeſsio 390 nu.5

procurator dum ob paupertatem nõ valens domino reficere intereſſe, ex quo non appellauit à ſententia facit vt ſuccurrendum ſit domino, vt ipſe dominus appellare poſsit, & etiam quòd dominus reſtituatur ad fatalia 479 nu.7.8

procurator non poteſt à ſeipſo vendente emere nomine domini 278 nu.22

procurator non agit contra procuratorem 276 numero 1.

procurator generalis ſeu ſyndicus, etiam habens ſpeciale mandatum, non poteſt rem auferre ab vno poſſeſſore, & alteri dare, ſi primus poſſeſſor tantumdem offert, quantum alius obtulit 276 nu.2

procurator debet admitti in cauſa in qua pro crimine venit pœna pecuniaria 330 nu.1

pœna corporalis vbi fieret pecuniaria per ſtatutum poteſt & eodem modo procurator interuenire 330 nume.2

procurator & informator de defenſionibus abſentis poteſt interuenire in cauſa criminali 179 nu.72

procurator debet admitti vbi dubium eſt an ſit admittendus in cauſa 331 nu.6

procuratoris contumacia ſeu negligentia, licet noceat domino in non appellando non habebit locum vbi dominus principalis eſſet abſens & ignorans: & cauſa agitabatur per procuratorem, quia tunc non poteſt imputari domino ſi non appellauit 479 nu.2

procuratoris contumacia non nocet domino, niſi dominus ſciuerit, & purgare potuerit contumaciam procuratoris, & ſupplere eius defectum, & non fecit 479 nu.3.4

procuratori ſub quacunque magna poteſtate ſibi conceſſa in mandato non venit quòd poſsit dolum committere 276 nu.5

procuratorem conſtituens videtur eidem mandare quòd faciat ea quæ ſunt de conſuetudine fieri per procuratorem 381 nu.7

producens inſtrumentum in iudicio poteſt ex eo conueniri, in tantum quòd etiamſi conditionaliter produxiſſet, quatenus pro ſe facit, tamẽ ſibi huiuſmodi productio nocet 427 nu.2

prohibitio morientis, per quam prohibiti ſunt hæredes querulari contra inquiſitum, facit vt ſit impoſita neceſsitas hæredibus, vt contrauenire non poſsint diſpoſitionem decedentis 242 nu.15

prohibitus alienare extra familiam, poterit tamen ea lege alienari, vt incõtinenti, reſtitui debeat familię 272 nu.4

promittens factum ſuum teneretur etiam de facto ſucceſſoris 397 nu.3

promittens factum alienum, cum clauſula, ſe facturum & curaturum: an ſi feciſſet omnem ſuum conatum, excuſetur à pœna 186 nu.2.4

promittens facere aliquid cum iuramento, euitat periurium & pœnæ commiſsionem, ſi fecit quicquid potuit 187 nu.7

Et licet multi teneant, quòd poteſt peti pœna, tamen Canoniſtæ cõmuniter tenẽt, quòd nullatenus committatur pœna. ibid. nu.8

promittens ſe facturum & curaturum, ſi fecit quicquid potuit, an ſit excuſatus 186 nu.1

promittens vendere rem immobilem, deceſsit relicto filio pupillo, ſi demum pupillus fecit ipſam venditionem non requiritur decretum iudicis, quia non eſt alienatio ſed executio promiſsionis defuncti de alienando 287 nu.2

promittens habere quid ratum & firmum, nec de facto nec de iure contrauenire, non poterit demum contrauenire 322 nu.8

promittens teneri de caſu fortuito, non tenetur ſi contingit culpa partis cui eſt facta promiſsio 389 numero 73

promitttens accõmodare turrim ſeu arcem principi contra omnem hominem mundi, non intelligitur contra ſeipſum, etiam ſi contrà ſeipſum accommodare promiſiſſet 182 nu.14.15

promittens principi accommodare arcem vel turrim contra omnem hominem mundi, non præſumitur ipſum accommodare voluiſſe contra ſe ipſum ibid. Imo etiã ſi promiſiſſet accommodare contra ſeipſum non teneret promiſsio 492 nu.9

promiſsio quęlibet intelligi debet rebus in eodem ſtatu permanentibus 388 nu.68

promiſsio de vendendo nedũ ſi ſit facta, verùmetiam ſi fuerit iuratum nemini alteri vendere, tamen ſi hoc non obſtante venderet, & traderet, emptor ipſe ſecundus non obſtante iuramento prædicto conſequeretur rem venditam: ex quo inſtrumentum non habet vim impediendi tranſlationem dominij 282 numero 4

promiſsio nuda operatur, quòd ſi ex ipſius obſeruantia quis damnum conſequeretur, tunc promittens tenetur ad emendam damni 333 nu.1.2

In promiſsione nuda quando deducitur id, ad quod quis de iure tenebatur, tunc ex dicta promiſsione tanquam à iure fomentata, actio competit 333 numero 3

propoſitum & voluntas diſtinguunt maleficia 164 numero 1

per prorogationem termini factam principali ſunt liberati fideiuſſores 387 nu.61

protocollum inſpicitur, & ad ipſum recurritur ſtante diuerſitate inter ſcripturas, & notas 377 nu.21

Ad protocollum ſemper recurritur, & ei datur plena fides 377 nu.22

prouiſio ſpecialis ſpecialem derogationem requirit 276 nume.4

prouocatus excuſatur de eo quod facit contra prouocantem 99 nu.5

prouocatus ab armato veniẽte contra ipſum, licet illum prouocantem occidere: & dicetur ad defenſionem feciſſe, & dicitur ille à ſemetipſo occiſus, & non ab aggreſſo 140 nu.5

prouocatus occidens prouocantem, non poteſt condemnari vera pœna homicidij 99 nu.2

prouocatus occidens prouocãtem, præſumiter illum occidiſſe ad defenſionem 64 nu.8

prouocatus quoties infert æqualem iniuriam, vel maiorem, ſit compenſatio, & omnino euitatur pœna 395 nume.20

prouocatus non punitur de toto facto, ſed exceſſu tantum 99 nume.3

publica vtilitas vbi verſatur, non attenditur intereſſe priuati 229 nu.20

publicatio bonorum, ſpectat ad fiſcum 14 nu 4

publicationem bonorum non habet ciuitas, niſi in prilegio ſit conceſſum 14 nu.4

publicatione bonorum, veniunt etiam actiones 16 numero 1

publicatione bonorum nedum veniunt bona præſentia, ſed etiam alia poſtmodum quæſita: cùm fiſcus ſuccedat bannito, etiam in bonis quæſitis poſt bannum 16 nume.2

publicatione bonorum applicantur fiſco actiones & obligationes, etiam conditionales 16 nu.3

puella poteſt repetere renunciata & alienata nulla abſolutione à iuramento obtenta, & pariter minor 496 nume.10

puer ſi offendit aliquem, & fuit in dolo præſumpto, aut in culpa, reſtituitur in integrum 510 nu.2

pupillus licet non poteſt abſque authoritate curatoris ſpecialiter obligari, dico efficaciter, tamẽ quando obligatio eſt facta in eius commodũ, valet & tenet 259 num.11. 12. & idem in minore, ſi ex ſtatuto non poſſet ſe obligare abſque præſentia conſanguineorum. & idem in muliere ibid. nu. 13 & 317 nu.5

pupillus debet dari ſub tutela auiæ, non autem alterius, qui ſuccedet 332 nu.3

pupillus dicitur nomine proprio poſsidere cum etiam ſine tutore acquirat poſſeſsionem, ſi ætatis eſt vt intellectum capiat 506 nu.11

pupilla deſponſata & tradita ſponſo debet educari apud ſponſum, nec ab eo amoueri, niſi eſſet minor ſeptennio, maximè vbi eſſet nupta æquali ſuæ conditionis & cum interuentu legitimæ perſonæ pro ea 306 nume.6.7

pupilla nuptui tradita ſi reperitur alibi quàm penes virum, poſſet per virum vendicari: & donec de aptitudine diſcuteretur, eſſet viro reſtituenda 306 nume.8

pupilla ſi virtute ſtatuti non poteſt ſine authoritate tutoris ſui contrahere, & tamen matrimonium contraxit, tutor eius non poteſt illud dirimere: etiam ſi ſtatutum diceret, quòd nullum contractum facere poſsit pupilla abſque conſenſu tutoris. 307

QVæſtio emergens ſuper rebus pignori captis, dum agitur coram iudice exequente ſummatim, ipſa non facit præiudicium agere volenti ordinariè 493 nume.2

quæ requirantur ad hoc, vt quis dici poſsit infamis per delictum 198 nu.36

quæ de nocte fiunt dicuntur occultè & ſecretè fieri 234 nume.5

qualitas quæ fundat & priuat iuriſdictionem, debet de ea ante omnia conſtare 217 nu.7

qualitas perſonæ multum confert ad remouendum præſumptionem falſitatis 122 nu.13

qualitas dum requiritur in aliquo actu, neceſſe eſt ante omnia de ea conſtare 171 nu.7. 539 nu.12

qualitas expreſſa in libello vbi mutat ſpeciem actionis, & variat naturam condemnationis, tunc niſi per actorem probetur, ſemper reus abſolui debet 396 nu.22

qualitas quæ requiritur in aliquo facto ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, non ſufficit probari factum, niſi probetur etiam qualitas 176 nu.50.51.52

qualitas quæ fundat & priuat iuriſdictionem, debet ante omnia conſtare 176 nu.53

qualitas hominis multum operatur ad remouendum præſumptionem falſitatis 48 nu.5

qualitas perſonæ attenditur ad cognoſcendum an dolo vel culpa homicidium ſit commiſſum 235 n. 16.17

qualitates omnes ſunt exprimendæ Principi, quæ haberẽt ipſum mouere ad non concedendum, vel difficilius concedendum. 455 nu. 86. Imò requiritur fieri notabilis expreſsio, & non in genere ad hoc, vt impetratio ſaluetur à ſubreptione. Nec ſufficit exprimi generaliter factum, niſi exprimatur modus facti. ibid. nume.88

qualitates omnes ſunt exprimendæ principi: ex quibus moueri poteſt ad non cõcedẽdũ, vel difficilius cõcedendũ. nu.9. Imò requiritur notabilis expreſsio, nec ſufficit in genere fieri, vt impetratio ſal-

uetur à ſubreptione ſeu obreptione, nec ſufficeret generaliter exprimi factum, niſi exprimatur modus facti 554 nu.8
quando pro aliquo delicto veniret imponenda pœna mortis, ſed ex aliqua cauſa minoratur, pœna illa non debet eſſe corporalis, ſed pecuniaria 203 nu.3
quando homo interfecit hominem, omnes virtutes cœlorum clamant ad diuinam maieſtatem 197 numero 25
querulans in ſyndicatu contra officialem debet iuſtificare grauamen ex eiſdem actis & proceſſu: nec poſſet nouas probationes inducere contra officialem 137 nume.16
qui poteſt id *quod plus*, poterit etiam facere quod eſt *minus* 228 nu.19
qui *minus* bene facit, quàm facere potuit, vel debuit, ſi ex eo ſequatur damnum alicui, illud reſarcire tenetur 45 nume.6
quis dicitur eſſe in numero illorum, de quorum numero in veritate non eſt, propter facti ſimilitudinem 229 nume.1
quod vna via prohibetur, non debet alia via concedi 399 nu.18
quòd capit. perſonas de teſtib. inhabilitans teſtem habentem conſimilem cauſam, habet locum in cauſa criminali 339 nu.6
quòd contra inſtrumentum nulla admittatur probatio virtute ſtatuti, vel conſuetudinis, debet meo iudicio intelligi, quando quis vellet probare contra vigorem inſtrumenti. ibid. nu.2

RApere viro nedum licet ſponſam ſuam, verùm etiam illam, cum qua fuit tractatus matrimonij: licet aliàs pœna raptus ſit capitalis 126 nu.5
raſura in literis, ſeu priuilegio quando non eſt in ſubſtantialibus, non obeſt, vel quando ex verbis præcedentibus, vel ſequentibus poteſt apparere, quòd ita priuilegium ipſum, vel literæ ſtare debent. Item quando per comparationem literarum apparet raſuram prædictã eſſe eiuſdem manus, cuius fuit ipſum priuilegium ſcriptum. Item quando per aliam ſcripturam publicam apparet de raſura bene facta, & ſic ex vnoquoque ipſorum non nocet raſura 404 nume. 1
raſura in loco ſuſpecto non dicitur, vbi per ipſum locum quis non releuatur ab onere probãdi 404 numero 2
raſura vbi eſt recens in ſcriptura, diminuit eius fidem, ſecus ſi antiqua 404 nu.3
ratihabitio ad actum non perfectum inducit mandatum ad actum peragendum 403 nu.7
ratificari faciens generaliter promiſsiones, & pacta contenta in inſtrumento abſque ſpeciali ſpecificatione dictorum pactorum, dolo verſatur, vnde talis ratificatio nihil nocet 379 nu.70
ratificans venditionem non alienat, & ideò ſi pupillus factus maior ratificat alienationem, non requiritur decretum in ratificatione 288 nu.3
ratificatio venditionis inualidæ ex defectu ſui conſenſus, confirmat actionem, & non nouam producit 288 nume.1
ratio eſt illa quæ dat eſſe rei, id eſt, teſtimonio 320 numero 2
ratione enormitatis criminis licet iura tranſgredi. Et quòd ratione enormitatis criminis interdicitur audientia inquiſito & comparentibus pro eo, etiam aduocato 195 nu. 8
rationes generales communes & notæ principi faciunt vt de eis non ſit facienda ſibi mentio 418 nu.8
rebellis ſeu hoſtis regis dici non poteſt qui ad ipſum regem recurrit 540 nu.25
rebellis dici non poteſt exiſtens cum hoſtibus, & qui originarius eſt terræ occupatæ per hoſtes 73 nu.28
rebellis punitur in amiſsione bonorum, & vitæ 344 numero 3
rebellis poteſt impunè occidi vt hoſtis 215 nu.36
receptans delinquentem illico poſt delictum commiſſum videtur non minus delinquere, quàm ille, qui crimen commiſit 224 nu.1
receptans furtum ad hoc vt teneatur furti ratione receptationis, requiritur quod vltra receptationem furti ſcienter etiam de furto præfato participauerit, ex quo requiritur ad commiſsionem furti, vt interuenerit animus lucrandi 95 nu. 23
recognoſcens alium in dominum, petendo ab eo confirmationẽ feudorũ, venit feudo priuandus 70 nu.2
recognitio ſcripturæ facta per debitorem aſſerentem ipſam ſcripſiſſe, inducit plenam probationem pro creditore 410 nu.1
reditus exiſtentes infra fines feudi, an præſumantur feudales, vel cenſuarij. Et ſi omnes alij, vel maior pars ibidem exiſtentium ſunt feudales præſumitur eoſdem eſſe ſimilis conditionis 537 nu.3
reditus annui inter immobilia computantur 506 nu.7
reficere hoc verbum ſeu verbum reparare quid importet 485 nu.4
regnũ hoc Siciliæ dicitur de patrimonio Petri, & eiuſdem Regni Rex eſt feudatarius eccleſiæ 344 nu.1
In regno Siciliæ ex pacto inito cum eccleſia, primogenitus ſuccedit in Regno, & ſi poſt mortem Regis non extat primogenitus, Regnum deuoluitur ad eccleſiam, licet poſtmodum dicta conceſsio fuerit ampliata fauorabilior 344 nu.2
In hoc regno Siciliæ ſolus rex eſt dominus perſonarũ in eo degentium 220 nu. 18
regula triennalis non defendit ſpoliatorem 518 nu.10
regula tenaciter eſt ſeruanda, vbi in contrarium diſpoſitio ſpecialis non apparet. Et multa de regula, & eius obſeruantia, vide ibidem per extenſum in fine conſilij 325 nu.16
regula cancellariæ de triennali poſſeſſore non moleſtando, non includit intruſum, nec habens titulum ſimoniacum, aut vitioſum 317 nu.6
regula cancellariæ licet faueat triennalem poſſeſſorem, tamen audietur contra ipſum volens probare nullitatem tituli 517 nu.7
regula: & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, habet locum, quando vnumquodque indicium eſſet plenè de per ſe probatum 9 nu.18
In regulis iuris ſe fundans non poteſt errare 471 nu.2
A regulis iuris eſt recedendum propter periculum animæ 319 nu.11
reiterator delictorum etiam ſi pro eiſdem, vel quolibet delictorum veniret imponenda pœna pecuniaria: attamen ob reiterationem debet pœna mortis naturalis puniri 211 nu.26





reiteratio delicti facit, vt illud, quod aliàs non erat capitali pœna puniendum, puniatur capitaliter 211 nume.27
reiteratio actus facit præſumere deliberationem 286 nume.26
relatio dum fit Principi, fieri debet coram ambabus partibus 414 nu.7
relatio nuntij eſt de forma ſubſtantiali citationis 539 nume.15
relatio nuntij debet eſſe clara & certa 539 numero 17
relatio debet apparere cui facta ſit 539 nu.18
relatio nuntij debet fieri iudici 540 nu.19
relatio nuntij debet ſcribi per actuarium cauſæ cum ſit de proceſſu, & actis 540 nu.20.21
relatio facta per alium quàm per nuntium citantem non tenet 540 nu.22
relictum per maritum vxori etiam abſque ſeruitiis ſibi debetur, & morte confirmatur 541 numero 2
relictum ſeu legatum pro maritagio puellæ, facit vt expectari non debeat tempus nubilis ætatis: ſed legatum ipſum tanquam penitus purum illico deberi 361 nume.1
relictum tanta neceſsitudine tentis atque coniunctis, ampliorem meritò ex dilectionis, & charitatis affectu admittit interpretationem, & vberiorem legati cauſam facit 362 nu.7
remunerandi cauſa eum qui reipublicę bene inſeruit, poſſet à regulis iuris recedi 565 nu.14
remunerandi cauſa bene meritum de republica poteſt Princeps res priuatorum auferre, & illi bene merenti concedere 565 nu.14
remuneratio ſeruitiorum facit vt à communi regula recedatur 552 nu.13
renunciari non poteſt iuri publico 299 nu.1
renunciaſſe quis non videtur iuri quod ignorabat ſibi competere 312 nu.9
renunciatio per quam renunciatur non petere abſolutionem à iuramento, ipſa non obſtante peti poteſt abſolutio 312 nu.3
renunciatio ſeu ceſsio facta lite pendente non poteſt fieri in præiudicium tertij 472 nu.20
renunciatio facta omni legum auxilio, ſolùm extenditur ad actiones cõpetentes tempore renunciationis, non autem competituris de futuro, nec tollit defenſiones competentes in cauſa criminali 438 numero 31
renunciatio benemeritorum facit, vt bona aliâs prohibita donari, ſeu alienari etiam ſi eſſent bona eccleſiæ, poſſent alienari in remunerationem ſeruitiorum 446 nu.26
renunciatio doloſa & euidenter iniqua non valet 496 nume.7
renunciatio inſilita reddit contractum ſuſpectum 312 nume.9
repreſaliæ ſi ſunt conceſſæ contra aliquam ciuitatem, vel eius ciues, non extenduntur ad villas ſeu caſalia eiuſdem ciuitatis 126 nu.4
repreſaliis ſi vna terra vti incipit contra aliam terram conuicinam, poterit & illa conuicina ſimiliter impunè vti repreſaliis contra ipſam 395 numero 16
res debitoris capta per creditorem, poteſt loco pignoris per ipſum creditorem detineri 129 nu.4
res furto ſubtracta, ſi reperitur penes leuem perſonam, facit indicium ad torturam contra eam 29 numero 3
Si de furto inquiritur contra aliquem, & ſocij ipſius inquiſiti aufugerunt, fuga illorum facit indicium contra inquiſitum carceratum 29 nu.4
res inter alios acta, probata, vel iudicata nullum aliis præiudicium infert 339 nu.2
res furto ſubtracta, licet non appareat quæ fuerit, probato furto ſtabitur iuramento patroni 35 nu.2
res minoris poteſt alienari abſque decreto, vbi appa ret de debito 297 nu.1
res per negationem efficitur dubia 560 nu.6
res eccleſiæ poſſeſſa per alium per viginti annos ſciente eccleſia, & non contradicente, præſumuntur omnes ſolennitates interueniſſe, & ſatis erit ipſas allegare: Attamen ſi ex inſpectione inſtrumenti conceſsionis adparet, quòd ſolennia non interuenerint, ceſſat dicta præſumptio 220 nu.14
res inter alios acta aliis non præiudicat 347 numero 1
reſpublica Romana habet reſtitutionem duntaxat, & nulla alia vniuerſitas habet priuilegium reſtitutionis quia illa ſola dicitur eſſe eadem quod fiſcus 405 nu.2
rempublicam dicuntur habere villæ & caſtra 335 nu. 2
reſcriptum ſeu priuilegium licet appareat conceſſum ad poſtulationem partis, tamen non excluditur, quin etiam motu proprio non poteſt dici conceſſio facta, licet appareat ad alterius preces facta 446 numero 22
reſcriptum ſeu priuilegium obtentum non facta mentione de ſententia lata contra impetrãtem, nec de condemnatione expenſarum non tenet. Et ſimiliter ſi non meminit de tranſitu in rem iudicatam 347 numero 10.11
reſcriptum ſeu priuilegium non faciens mentionem de appellatione interpoſita à ſententia lata, non tenet 347 nu.12
reſcriptum ſeu priuilegium continens plura capita, quorum alterum eſt ſubreptitium, & alterum verum, ſuſtentabitur ex capite vero: licet aliud fuerit ſubreptitium 148 nu.19
reſcriptum obtentum falſa cauſa expreſſa, & tacita veritate non tenet 553 nu.1
reſcriptum in quo non fit mentio de proceſſu non tenet 553 nu.2.3
reſcriptum magis redditur ſubreptitium propter expreſsionem, quàm propter omiſsionem 343 numero 4
reſcriptum per quod rex ſcripſit, vt auferatur poſſeſſio parte inaudita dicitur violenter, & de facto emanatum, & ſic de facto reuocari debet 533 nu.19
reſcriptũ principis per quod denegatur cauſæ cognitio, non tenet, nec poteſt auferri poſſeſsio parte non citata etiam cum priuilegio principis 424 numero 19
reſcriptum principis per quod aufertur cauſæ cognitio non valet 534 nu.30
reſcriptum non vitiatur ex latinitate imperfecta 343 numero 7

reſcriptum ſeu literæ principis propter inuolucrum verborum remanent obreptitiæ, quia per illud inuolucrum effugitur deliberata mens ipſius principis 455 nume.89

reſcriptum ſuſtinetur vbi apparenter non conſtat de falſa latinitate 343 nu.6

reſcripta parte inaudita obtenta non tenent 415 nu.17. 423 nu.11.532 nu.5

reſiſtens officiali violenter, aut ſine ordine iuris exequenti poteſt conuocare amicos & coniunctos, qui etiam ex ſe abſque alia conuocatione concurrere poſſunt ad reſiſtendum 130 nu.3

reſtitutio in integrum *vbi* petitur bona fide aduerſus ſententiam *regiam*, interim omnia ſunt in ſuſpenſo 554 nu.12

reſtitutio in integrum regulariter non conceditur aduerſus ſententiam principis 487 nu.8

reſtitutio in integrum cõceditur aduerſus ſententiam culpa iudicis latam, & quia iudex ſciebat factum & ius, & voluit gratiam facere 498 nu.1

reſtitutio in integrum licet non fuerit formiter & expreſsè poſtulata ante ſententiam tamen ſi fuerit factum ſimpliciter narratum iudex ex officio incidenter reſtituet 497 nu.16

reſtitutio ad famam fieri non poteſt, etiam per generalem vicarium imperatoris 79 nu.8

Ex retentione rei vẽditæ ſeu donatæ poſt alienationem præſumitur contractus ſimulatus, niſi fuerit donatio omnium bonorum 335 nu.17

reuocatio inſtrumenti iurati ſuper alienatione feudi non indiſtinctè fieri poteſt, ſed ita demũ vbi princeps requiſitus de aſſenſu renuerit cõſentire 530 n.1

reuocatio alienationis feudi non poteſt propria authoritate fieri, ſed requiritur, vt iudicialiter fiat, & ſic in iudicio, & quòd ſubſequatur ſententia 530 nume.2

reuocatio alienationis feudi ita demum permittitur, ſi contractus fuerit celebratus in euidentem diminutionem feudi, & non aliter: ſecus ſi in augmentum 530 nu.3

reuocatio alienationis rei feudalis fieri poteſt propria authoritate ante impetratum aſſenſum virtute cõſtitutionis Regni, quæ debet intelligi quãdo Princeps requiſitus denegauit: aliàs non 289 nu. 14

reuocatio alienationis feudi non poteſt fieri ita paſſim & indiſtinctè, niſi appareat fraudem præceſsiſſe, & quòd venditio doloſè facta ſit 289 nu.15

reus non debet per iudicem ſpecialiter interrogari, nominando ſibi aliquem, aliàs diceretur ſuggerere nec probaret id quod deponeret 266 nu.12

reus criminis non poteſt renuntiare defenſionibus etiam volens 206 nu.6

reus licet non poſsit proponere defenſiones ſuas niſi perſonaliter compareat, tamen non ex hoc videtur prohibitum, quòd pro eius parte opponi poſsit de incompetentia iudicis 174 nu.39

reus tenetur edere fiſco ad eius intentionem fundandam, quod eſt ſpeciale in fiſco 17 nu.2

reus cogi poteſt officio iudicis edere inſtrumenta actori, licet aliàs cogi non poſſet 491 nu.1

reus interrogatus de ſe: & de alio, ſtatur primæ eius depoſitioni, licet contrarium depoſuerit ſecundo loco in tormentis 266 nu.11

reus poteſt plures exceptiones etiam contrarias, conditionaliter & ſubordinatè proponere, & nedum in criminalibus, verùm etiam in ciuilibus 166 nu.4

rex non poteſt priuare filios ſucceſsione bonorum patris, eo quòd matrimonium ſit contractum abſque ſolennitate & benedictione 563 nu.14

rex poteſt filium ſuum Regem conſtituere in vita 345 nume.7

rex non poteſt feudum publicatum ob delictum Baronis ad ſe reuerſum detinere pro ſe, ſed tenetur illud alteri concedere 345 nu.8

rex poteſt ex cauſa remunerationis ſeruitiorum alicui auferre dominium rei ſuæ 552 nu.10

rex ſi facit expenſas pro fortificando caſtrum vaſalli tempore guerræ, ſi demum illud reſtituit vaſallo, non poterit repetere expenſas factas, ſed debet gratis reſtituere 28 num.44

rex Francorum, ſi faceret confiteri vnam ciuitatem eſſe ſuam, faciendo ſibi iurari fidelitatem, talis confeſsio, & iuramentum præſtitum non tenent 71 numero 13

rex addens ſolennitatem matrimonio per ſuã legem, adiiciendo pœnam, non tenet pœna, quia eſt contra libertatem matrimonij 563 nu.16

rex *H*iſpaniæ eſt cunctis regibus præferendus, cùm habeat quamplura regna ſub ſe, & ſic plures coronas, quod non eſt cæteris regibus non habentibus decem regna, vt ipſe 564 nu.10

rex Hiſpaniæ non recognoſcit ſuperiorem 565 nu.12

rex recognoſcens ſuperiorem, poteſt conceſsionem à ſe factam reuocare, & ſic auferre, & alteri benemerenti concedere, & idem facit ciuitas ſuperiorem non habens 565 nu.13

rex in regno Siciliæ eſt dominus perſonarum in eo degentium 442 nu.20

rex huius regni dicitur habere directum dominium in bonis Comitum, Ducum, & Baronum ipſius, & ipſi habent vtile 344 nu.2

rex ſolus eſt dominus perſonarum in regno Siciliæ 525 nu.4

regis aſſertioni exiſtẽte monarcha in regno ſtandum eſt 565 num.18

regis aſſertioni ſtari debet, dũ aſſerit concedere in remunerationem ſeruitiorum, cùm in ſimilibus ſtetur aſſertioni decurionum 566 nu.23

rigor debet de facili ſuccumbere, vbi per aliquas coniecturas poteſt conſtare de mente & intentione teſtatoris 462 nu.9

ritus magnæ curiæ, quòd clericus citatus tenetur comparere in ea cum priuilegio clericatus, non tamen dicit, ꝙ ſi non comparet, fit contumax, vel ꝙ poſsit contumax reputari, & banniri 230 nu.12

Inter rixantes ſi non adparet quis primò incœperit, præſumitur incœpiſſe is, qui magis grauiter percuſſus ſeu vulneratus reperitur, & quòd ipſe aggreſſor fuerit 155 nu.6

In rixa ſi Titius rixabatur cum Seio, & ſuperuenit frater Seij, & occidit Titium, quòd tamen Seius ipſe non tenebitur de homicidio 75 nu.1

rixoſus præſumitur rixam incœpiſſe, & prouocaſſe 241 num.5

rixoſus præſumitur per prius aggreſſor, ſeu rixã incœpiſſe, & ſubdit quòd præſumitur pro eo, qui eſt pacificus & quietus 65 nu.16.17

Contra rixoſum eſt præſumptio, quòd ipſe incœperit rixam, ſeu ad eam prouocauerit: dum non adparet inter duos rixantes quis primò incœperit 155 nu.3

robuſtior præſumitur, quòd alium ad rixam prouocauerit, & incœperit, dum ſumus in dubio 155 nume.5. 237 nu. 14.241 nu.4

rogatus domini habet vim præcepti 431 nu.15

ruſticus ſibi contrarius excuſatur à falſo 48 nu.6

ruſtici ſeu vaſalli angarij obligati ad ſeruitia perſonalia non poſſunt contra nobilem teſtificari 44 nu.31

ruſticitas excuſat à dolo, in tantum quòd ruſticus ſibi contrarius in depoſitione ſua non erit periurus, & ſic ſi excuſatur à dolo, excuſabitur & à periurio 364 nume.4

SAlutis æternæ nemo immemor eſſe præſumitur 312 nu.4.319 nu.6

ſacerdos ad hoc vt poſsit alteri ſtipulari pro reſtitutione vſurarum, requiritur, quòd in actu confeſsionis ſtipuletur 319 nu.9

ſacerdotis ſtipulatio non probaret in foro iudiciali, cùm fiat in actu confeſsionis, cùm cenſeatur Deo facta, & ſecundum aliquos requiritur quòd ſit ſacerdos parochialis 319 nu.10

ſæpe: duas aut tres vices requirit 229 nu.24

ſæpiſsimè cùm dicitur, id ter agi ſatis eſt 229 numero 23

ſanguinis ratio eſt cauſa finalis legati 361 nu.4.362 nume.8

In ſchemate cõcubinæ dicitur animi deſtinatio & proteſtatio, quæ faciat mulierem concubinam 206 numero 1

ſcribens ſe vt officialis, vel vt tutor non præiudicat ſibi proprio nomine, & pariter, nec ſi vt teſtis ſe ſubſcripſit ſibi non præiudicat, vt principali. 424 num. 23.24. Et pariter ſi vt notarius ſcripſit, non præiudicauit ſibi proprio nomine. ibid.

ſcriptura priuata per ſcribentem confeſſata habetur pro publica 477 nu.13

ſcriptura notarij præſumitur vera, & emanare à protocollo, licet protocollum non appareat quia illa ſcriptura poteſt eſſe protocollum 397 nu.6

ſcriptura producta per aduerſarium prodeſt alteri parti contra producentem 477 nu.15

ſcriptura ſi eſt iudicis authoritate exemplata, non eſt neceſſe originalem exhibere, niſi pars petens exhibitionem vellet illam improbare de falſo, tamen ſi iuratur amiſsio originalis releuabitur 477 nu.16.17

In ſcriptura actorum notarij non requiruntur teſtes 373 nu.7

ſcriptura debitoris licet non recognita per ipſum, facit tamen ſemiplenam probationem pro creditore 411 nume.2

ſcriptura pro parte falſa, reputatur in totum falſa ſicut ex vno inſtrumento falſo propter vitium notarij reſultat ſuſpicio falſitatis etiã reſpectu aliorum inſtrumentorum eiuſdem 385 nu.34

ſcriptura minus ſolennis producta in iudicio non probat etiam contra producentem 61 nu.2

ſcriptura vna eſt facta contemplatione alterius, illa non apparente non tenebit alia ſecunda ſcriptura. 415 nu.10

ſcripturæ notarij nõ creditur niſi habeat teſtes 372 n.6

ſcripturæ antiquæ creditur etiam ſine comparatione literarum 477 nu.10

ſcripturam producens in iudicio, videtur fateri omnia in ea contenta 427 nu.1

In ſcripturis quæ fiunt apud acta, requiruntur ſaltim duo teſtes 372 nu.7

ſcientia ſola facit vt puniantur illi qui ſub poteſtate eius de cuius morte futura notitiam habuerunt: vt eſt filius ſubditus, & alij ſub aliena poteſtate reſpectu alicuius iuris 403 nu.2

ſcholaris ſi alta voce legit in camera contigua, poteſt expelli 470 nu.4

ſecretum non dicitur, quod per ſufficientes teſtes probari poteſt 550 nu.19

ſecretè fieri dicitur quod probari non poteſt 342 numero 5

ſenex poteſt armis ſe defendere contra iuuenem ſe robuſtiorem licet inermem 64 nu.7

ſeniores præferuntur in conſequendis priuilegiis 281 nu.9 Et pariter in honoribus & dignitatibus. ibid. numero 10

ſententia lata cum procuratore cum quo non fuit lis conteſtata, eſt ipſo iure nulla 287 nu.2

ſententia lata cum procuratore qui fuit litem conteſtatus, ſed non citatus ad videndũ iuramenta teſtium, pariter eſt nulla, imò nec principalis dominus, nec alius nouus procurator poſt litis conteſtationem poteſt in iudicio comparere, niſi omnia acta renouetur 287 numero 3.4.

ſententia lata non viſis actis etiam ſi non eſſet iuſta non tenet 480 nu.2.3

ſententia lata contra defunctũ non poteſt exequi contra hæredem niſi ipſo hærede citato, & audito, etiam ſi eſſemus in iudicio poſſeſſorio 531 nu.12

ſententia lata nõ admiſsis probationibus vbi alias exequi poſſet per reſtitutionẽ in integrũ petitã, eius exequutio impeditur, & exequi nõ poteſt 498 nu.2

ſententia lata perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla 558 numero 4

ſententia lata in conſiſtorio principis perẽpta inſtantia, eſt nulla 259 nu.17

ſententia lata ſub citatione ſeu monitione, vt pars compareat ad audiendum intentionem curiæ, vel iudicis eſt nulla 488 nu.7

ſententia lata non præcedente citatione ad audiendum ſententiam cum peremptorio, & ſub die, & hora eſt nulla ibidem 488 nu. 4.5.6

ſententia lata contra vnum, licet præiudicet tertio, debet intelligi tunc præiudicare, quando ille tertius fuiſſet in cauſa ipſa citatus 348 nu.3

ſententia lata contra vnum, licet poſsit tertio nocere, id tamen non habet locum, quando ille tertius fuiſſet abſens, & ignoraſſet dictam ſententiam, nec ad eam citatus fuiſſet 348 nu.4

ſententia non poteſt exequi niſi conſtet de præſentia partis in ſententia, vel quod fuerit citata pars tempore latæ ſententiæ. 348 nu.5

ſententia eſt lata contra aliquem, qui demum moritur non facta executione contra ipſum, non fiet demum contra hæredẽ, niſi ipſo hærede citato, & cognoſcatur ſummariè an ſua interſit 348 numero 6.7

ſententia tunc continet nullitatem quando ex ea non apparet abſolutio vel condemnatio, quia eſt de ſubſtantia ſententiæ abſoluere, vel condemnare 505 nume.10
ſententia contra dominum non verum contumacem, ſed præſumptum non tranſit in rem iudicatam, niſi poſt decem dies à die ſcientiæ in quo dominus ipſe ſciuit ſententiam contra ſe latam 479 numero 5
ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, licet dicatur habere præſumptionem iuris, & de iure pro ſe, nihilominus poteſt in contrarium probari per confeſsionem partiſmet principalis 359 nu.6
ſententia præſumitur ex conuerſatione aſsidua, & amicitia publica voce, & fama 433 nu.7.8
ſententia expertorum, ſi fuit dicta nulla, currit & perit inſtantia ſicut in aliis indiciis 479 nu.2
ſententia facit vt in tantum pro ea præſumatur, quòd ſi eſt lata poſt lapſum biennij exequi poteſt, etiam non productis, quia per lapſum biennij præſumitur pro eius rectitudine 298 nu.6.7
ſententia ſeu decretum iudicis licet fuerit iniquiſsima ob quod iudex faceret litem ſuam, id habet locum quando iudex ipſe exequeretur dictam ſententiam ſecus ſi ſolùm illam protulit, quia tunc non teneretur parti 137 nu.10
ſententia non ſolùm ex vna cauſa profertur per relationem ad acta, ſed ex pluribus cauſis, & tunc ſi in ſententia dicitur ex his cauſis, & aliis, & ſuſtentatur ſententia ex aliis, bene valet 504 nu.4
ſententia ſuper cauſa in qua ſunt duo capita, vnum pertinens, aliud autem impertinens, ſi iudex in ſententiando expreſsit impertinens ſuper eo ſe fundando, non ex hoc vitiatur ſententia. vbi multa ſimilia 328 nume.2
ſententia non transfert dominium, nec poſſeſsionem 414 nume.5
Et nedum ſi eſſet rei corporalis, quàm etiam iuris incorporalis adhærentis rei corporalis. ibid.
Pro ſententia in dubio præſumendum eſt, & maximè dum fuit ab antiquo lata, & partibus præſentibus, & non contradicentibus præſumitur etiam quo ad acta valida, licet de eis non conſtat, maximè dum de ipſa ſit mentio in inſtrumento venditionis 487 nume.6
ſententia quando refert ſe ad acta videndum eſt, an ex actis apparet ſi bene vel malè iudicatum fuit, & id intelligendum eſt, quando iudex proceſsiſſet ad ſententiam non viſis actis ſubſtantialibus, & ſic ad acta referretur 504 nu.2.3
ſententia contra aliquem ſi tranſiuit in rem iudicatam & victor fateretur ſententiam iniuſtam, poterit ex tali confeſsione quandocunque retractari nedum exequi 553 nu.5
ſententia propter tranſitum in rem iudicatam præſumitur iuſta: ſed contra talem præſumptionem admittitur probatio per confeſsionem ipſius partis victricis 553 nu.6
ſententia ſi eſt iuſta ex primis ex quibus iudex iudicauit debet iudex ipſe abſolui, licet ex nouis poſsit impugnari 129 nu.21
ſententia nulla non poteſt confirmari vel reformari vbi proceſſus eſt nullus, vel quia libellus eſt ineptus 439 nu.2
De ſententia nulla non eſt neceſſaria fieri mentio reſcripto, ſeu priuilegio. 413 nu.1.2. Sicut nec de priuilegio, nec de reſcripto nullo. ibid
ſententia ſiue decretum eſt indiuiduum, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non 489 numero 13
ſententia quando reſpicit acta, & ſententiam vniformiter, vt ſi litigatum fuerit cum minore non habente curatorem, tunc omnia acta debent reintegrari & pariter ſi procedit ex inepto libello, vel ex litis conteſtatione 297 nu.5
ſententia antiqua præſumitur etiam quo ad acta 476 nume.7
ſententia dicitur antiqua poſt lapſum biennij 477 nume.8.9
ſententia allegata nulla ex defectu in ea exiſtente: ſeu in concernentibus ipſam ſententiam, & non in reliquis ſubſtantialibus proceſſus reformari poteſt in melius 296 nu.1
ſententia iudicis venit temperanda, dum iudex iudicare habet ex indiciis 342 nu.10
Pro ſententia ſemper præſumitur, cùm iudex potuerit ſe ex multis informaſſe 321 nu.10
Pro ſententia præſumitur, quando eſt antiqua, & lata partibus præſentibus, & non contradicentibus, quia tunc pro ea præſumitur etiam quo acta, licet de eis non conſtet 298 nu.5
ſententiæ iniquitas ſi apparet per facti euidentiam, nunquam tranſit in rem iudicatam 340 numero 2
ſententiam dicens nullam probabili ratione motus interim non currit terminus datus ad appellandum ſi verò improbabili, & temerario modo, tunc currit tempus appellandi 529 nu.4
ſententiam nullam quia lata parte non citata, poteſt iudex appellationis confirmare, ipſam pronunciando parte citata 297 nu.4
ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio 151 nu.18
ſequeſtrum fieri non poteſt, niſi conſtito prius de debito, vbi dicitur etiam, quod debet conſtare per publicum inſtrumentum 59 nu.2
ſequeſtri medicina, in dubio eſt fideiuſsio 220 nu.26
ſermo ſimpliciter prolatus debet intelligi de vna prima vice tantum 551 nu.4
ſermones debent verificari ſecundum communem opinionem hominum habentium intellectum, quia veriorum ſermonum eſt, vt concordent rebus ſenſatis & veriſimilibus 384 nu.39
ſeruiens de pecunia principi veluti ſoluendo, ad hoc non tenebitur perſonaliter ſeruire 72 nu.17
ſeruus deponens contra dominum in criminalibus, an & quando probet 196 nu.18
ſeruus eſt, ergo fur, ſeruus eſt, ergo malus: tenet conſequentia 128 nu.8
ſeruitores eccleſiæ gaudẽt priuilegio eccleſiæ 458 nu.6
ſeruitores perpetui eccleſiæ ſunt exempti, & gaudent priuilegio eccleſiæ, & non temporales 459 numero 15
ſeruitus quando competit alicui ſupra rem alienam non poteſt ille excedere terminos ſeruitutis 511 numero 1
ſeruitutẽ oneris ferendi à parte inferiori ſi quis debet tenetur

tenetur de iure parietes ſubſtinentes onera ſuis ſumptibus conſtruere 484 nu.3
ſeruitium præſtans alicui per decennium, præſtatio ipſa non eſt ſufficiens ad probandum ius vaſſallagij 294 nume.2
ſeruitia perſonalia poſſunt deberi, nedum ex conditione libertorum, ſed colonariæ conditionis aſcriptitiæ, vel curialis, vel precij participandi cauſa obligationis ſequutæ, & etiam ex contractu locationis & conductionis 294 nu.5.6
ſeruitia indebita præſumuntur extorta à ſubditis per ſuperiores, & per metum 437 nu.20
ſeruitia & angariæ ſemper præſumuntur extorta per metum potius, quàm ex debito per dominos, & præſertim à ruſticis 220 nu.17. 525. nu.6
ſicut pro pluribus furtis habet locum pœna mortis, ita ego infero nouiter eſſe debere pro pluribus ſtupris 228 nu.18
ſignum, quod quis aliquem animo occidendi percuſsit adparet, quia cum gladio percuſsit 128 nu.9
ſi plures iuerunt deliberati ad mortem alterius, & vnus occidit, & cæteri vulnerarunt, omnes tenebuntur de occiſo 11 nu.6
ſileant qui ſcripta diſcurrunt, & propter frigiditatem ſtomachi, ea digerere non poſſunt 150 nu.10.11. 563 nume.16
ſilentium perpetuum eſt imponendum ei qui venit ad contradicendum priuilegio principis, imò incurreret crimen ſacrilegij 452 nu.41.41.41
ſimoniacus dicitur habens beneficium cum titulo inualido & vitioſo 517 nu.5
ſimplicitas & dolus præſumitur in contractu damnoſo facto per minorem etiam cum iuramento, & pariter per ruſticum & mulierem 496 nu.4
ſingula ſi non proſunt, multa iuuant 342 nume.9 365 nu.5
ſingula ſi non proſunt, multa iuuant. habet locum hæc regula quando vnumquodque indicium eſt de ſe ſufficienter probatum: quia tunc iunguntur plura indicia 368 nu.32
ſingulares opiniones non ſunt ſequendæ in iudicando imò Bartolo non eſt credendum in ſua noua fantaſia 325 nu.14 & 15
ſocius criminis nominando alium in ſocium eiuſdem criminis, etiam quòd ille nominatus eſſet malæ conditionis, & famæ, non ex hoc poterit torqueri 162 numero 4
ſocius criminis dum nominat alium in ſocium, facit vt iudex inquirere debeat de fama, & conditione talis nominati & non moueatur ex ſola confeſsione, etiam in caſibus exceptis: & reperto ipſo bonæ famę, talis nominatio nõ operabitur quicquã 162 nu.5
ſocius criminis dum alium nominat in ſocium ſi contra illum nominatum non concurrat aliqua legitima præſumptio, ſeu indicium, non creditur nominanti, niſi ſolùm ad inquirendum 162 nu.6
Quando non concurrit aliqua legitima præſumptio contra ſocium nominatum, non creditur illi nominanti, niſi ſolùm ad inquirendum contra nominatum, non ad torturam. ibid.
ſocius criminis in caſibus, in quibus poteſt interrogari de ſociis, eo caſu eius depoſitio cõtra ſociũ facit indicium ſufficiens ad torturam, id intelligendum eſt, ſi concurrant alia adminicula 96 nu.1.2
ſocius criminis, ſi alium nominat in crimine illo, etiam in caſibus exceptis, ſi aliud non adparet contra illum nominatum, niſi dictum ipſum ſocij criminis, non faciet indicium contra ſocium 168 nu.6
ſocius criminis dum deponit contra ſocium, debet iudex inquirere de conditione & fama inquiſiti nominati. Et ſi repererit ipſum bonæ famæ, talis nominatio non operabitur quicquam, etiam ſi plures eſſent confitentes de nominato: nã eo caſu non debet iudex moueri ex ſola confeſsione 168 nu.7
ſocius criminis in caſibus exceptuatis licet probet iunctis aliquibus aliis contra ſocium, id intelligendum eſt procedere in ſocio criminis, aliàs non infami, quàm ob illud delictum 164 nu.8
ſocius criminis, etiam ſi eſſet presbyter, non probat contra ſocium, niſi in exceptis criminibus quanto fortius, ſi eſſet malæ famæ & vitæ 41 nu.3
ſocius criminis etiam in exceptis, ſi deponit contra aliquem, ipſum nominando, non facit indicium ad torturam ſola eius nominatio, ſed ſolùm operatur vt inquiſito formari poſsit contra illum, & ideò requiruntur alia concurrere 41 nu.8
Imò ſi nominatus eſſet malæ conditionis, & famæ, minimè ex ſola nominatione poſſet torqueri, vnde iudex inquiret de fama & de conditione nominati, & non moueatur ex ſola confeſsione, etiam in exceptis. Etſi reperiet ipſum bonæ famæ, talis nominatio non operabitur quicquam ex quo debent eſſe præſumptiones, & argumenta: & quòd nominatus ſit leuis vitæ, vt plenè And. in conſtitutione, ſi damna 41 nu.9.10
ſocius poteſt propulſare iniuriam ſocij, & nedum ſocij, verùm etiam & cuiuſlibet extranei aggreſsi: etiam ſi aggreſſus ille eſſet ſibi inimicus capitalis 142 nu.25.26.27.28
ſocius criminis confeſſus de alio, eius dictum non ſufficit ad torturam contra illum 149 nu.6
ſocius criminis poteſt in criminibus exceptis duntaxat de ſociis interrogari 40 nu.1
ſocius criminis etiam in criminibus exceptis de ſe confeſſus non aliter facit præſumptionem, quàm cum tormentis 41 nu.2
ſocius criminis in caſu quo poſſet recipi in ſubſidium, quia aliter veritas haberi non poteſt, tamen quando eſſet criminoſus non admitteretur 177 nu.62
ſocius criminis tunc probat contra ſocium, vbi delictum non fuit principaliter commiſſum in odium alterius: ſed propter commodum committentis, vt eſt furtum, falſa moneta & his ſimilia, tunc ſocius deponens contra ſocium, ex quo non interrogatus de ſociis, facit indicium 96 nu.4
ſocius criminis, ſi deponit contra infamatum de illo crimine, interrogatus facit indicium ad torturam 41 nume.7
ſocius criminis licet in aliquibus probet contra ſocium, id tamen intelligitur in ſocio criminis aliàs non infami ob aliud delictum 97 nu.9
ſocius criminis, licet in aliquibus caſibus probet contra ſocium malæ famæ, tamen intelligitur in ſocio criminis aliàs non infami ex aliis delictis 177 nu.61
ſocius criminis probat plenè contra ſocium in latrocinio, non autem in furto 151 nu.17
ſocius

ſocius criminis probat contra ſocium in criminibus occultis 195 nu.6
ſocius criminis in caſibus in quibus admittitur, debet intelligi in ſocio criminis, aliàs non infami, ſeu criminoſo 84 nu.27
ſocius criminis, ſi probatur inimicus, non probat contra ſocium 97 nu.13
ſocius criminis non probat contra ſocium in furto: latronis & furis differentia 94 nu.14.149 nu.3
ſocij criminis dictum non probat contra ſocium, niſi quo ad inquirendum duntaxat 94 nu.14
ſocij criminis ſola confeſsio, licet in tormentis, etiam in caſibus exceptis, *aliis* non concurrentibus nullam proba*tionem* inducit 153 nu.1
ſocij *criminis* ſola aſſertio non facit indicium, etiam ad inquiſitionem 98 nu.21
ſocij criminis depoſitio ſola, non ſufficit ad torturam contra ſocium, etiam ſi ſocius nominatus eſſet malæ conditionis & famæ 96 nu.3
ſocij criminis depoſitio cõtra alium, quem in ſocium criminis nominat, etiam in caſibus, in quibus de ſociis interrogari poteſt, non faciet indicium ad torturam: ſed ſolum operatur, vt inquiſitio formari poſsit 161 nume.2
ſocij criminis depoſitio, etiam in tormentis, & in caſibus exceptuatis, non faciet indicium ad torturam: ſed ſolùm qualem qualem præſumptionem 161 numero 3
ſocij criminis dicto in aliquibus licet ſtetur, nõ habet locum hoc in ſocio criminis aliàs infami 154 nu.3
ſocij criminis confeſsio contra hominem bonæ famę, non operatur quicquam 97 nu.15.16
Ad ſocij criminis ſolius dictum non poteſt formari inquiſitio 97 nu.18
ſocij inculpatio ſeu nominatio in caſibus exceptis, quòd ſit ſufficiens ad torturam, debet intelligi, ſi alia adminicula, ſeu indicia præcedant: & non aliter 41 nu.11.12 & 13
ſocio criminis in caſibus in quibus creditur, debet intelligi in ſocio criminis, aliàs non infami ex alio delicto 266 nu.9.10
ſocio criminis ad hoc vt credatur, vltra alia adminicula requiritur, quòd vel ex numero teſtium, vel ex qualitate deponentium, vel ex perſona eorum contra quos deponitur, veriſimile ſit eos non mentiri 86 nume.49
ſocio criminis non ſtatur, etiam cum tortura, & etiam in caſibus exceptuatis, niſi alia concurrant: nec ſufficiet, ſi perſona per ipſum nominata, eſſet malæ cõditionis & famæ, & etiam ſi eſſent plures confitentes de nominato: & ſi nominatus eſſet bonæ famæ, talis nominatio non operabitur quicquam 83 nume.23.24.25 & 26
de ſociis poteſt in illis criminibus quis interrogari, quando principaliter committuntur ad commodum delinquentis, id eſt eſt, committẽtis, vt in furto, falſa moneta, & cæteris ſimilibus. Secus in his quæ committuntur principaliter in odium & offenſam alterius 41 nu.4
ſocietas in qua Titius poſuit mille, & Seius operas, & finita ſocietate reperiuntur ſolùm mille, ita quòd nihil eſt ſuper lucratum, ſed deperditæ operæ Seij quodãmodo, certè ſi fuit cõuentũ quòd capitale ſit ſaluum, tenet contractus 413 nu.4
ſolennitas dibita in celebratione matrimonij conſiſtit, quando coram multis perſonis contractum eſt, maximè interuenientibus coniunctis perſonis, & amicis 562 nu.2.3
ſolennitas iuris non curatur, vbi conſtat de veritate facti, in tantum quòd ſit executio 103 nu.26
ſolennitas omiſſa in inſtrumento per notarium ſeu obligatione ex imperitia, vel errore tabellionis, reddit actum nullum 381 nu.12
ſolennitatis omiſsio inducit præſumptionem doli, & falſitatis 373 nu.9
ſolutio vna non poteſt parere liberationem & obligationem 556 nu.3
ſolutio pro domo, ſeu fundo, ſeu pro alia re, dum diuiditur, vt ſoluatur ſingulis annis dicitur locatio 502 nume.1
ſolus tractatus etiam in atrociſsimis non punietur, quando non eſſet proceſſum ad aliquem actum ordinatum ad ipſum factum 208 nu.17
ſpecialis prohibitio ſpecialem derogationem requirit 453 nu.46
ſpiritus vitæ inſtantiæ peremptæ conſueuit per ſacrum concilium per binam vicem tantum inſufflari 558 nume.6
ſpolians aliquem vi non propterea illi ſpoliato licet demum ſpoliare ſpoliantem eadem re, quia vltimum ſpolium purgandum eſt 420 nu.4
ſpoliatus ante omnia reſtitui debet tam in principali quàm in fructibus, expenſis, & intereſſe, & ſi quid minimum remaneret, reſtitui non cogitur ſuper petitorio rerum 419 nu.2
ſpoliatus licet ſit ante omnia reſtituendus, tamen ſi de proprietate ſpoliantis manifeſte conſtare poteſt, denegabitur reſtitutio 564 nu.9
ſpoliatus quòd ſit ante omnia reſtituendus, non habet locum, ſi compulſus eſſet per metum ad tradendum 500 nume.8
ſpoliatus ſi poſt ſpolium renunciauit ſpoliatori, talis renunciatio repelleret ipſum ſpoliatum agentem poſſeſſorio recuperandæ, & hoc in beneficialibus 500 nume.9
ſpoliatus renuncians ſpoliatori videtur voluiſſe purgare vitium ſpolij, ſaltim reſpectu poſſeſsionis conſequendæ 500 nume.10
ſpoliatus ſi poſt ſpolium renunciauit in forma promittendo non cõtrauenire renunciando, ac retrodonando videtur eo caſu feciſſe pactum de non agendo, & ſibi præiudicauit tam in poſſeſſorio quàm in petitorio 501 nu.11.& ſequen.
ſpoliatus poſſeſsione alicuius rei ſi non agit contra ſuum ſpoliatorem, ſed contra alium tertium, qui non ſpoliauit, licet etiam cauſam habuerit ab ipſo ſpoliante, obſtabit exceptio dominij ipſius conuenti 564 nume.1
ſpoliatus ſi retro donauit bona de quibus ſpoliatum intentauit, amittet tam poſſeſsionẽ, quàm proprietatem 440 nu.1, 500 nu.3
ſpoliatus per ſententiam non rite habitam non perdit poſſeſsionem 424 nu.20
ſpoliatus de facto reſtitui debet ſine aliqua exceptione 533 nu.15
ſpoliatus recurrens ad ſuperiorem non poteſt redire viam ad viam facti, & propria auctoritate ſubintrare poſſeſsionem 422 nu.8





ſpoliatus non eſt veriſimile quòd ſponte, & voluntariè renuntiet, ſed per metum 423 nu.9
ſpoliatum habens ciuilem poſſeſsionem, ſi demum poſſeſsio peruenit ad tertium, etiam ſi tertius ipſe cum vicio ſpolij fuiſſet in poſſeſsione, non poterit ille habens ciuilem recuperare naturalem poſſeſsionem 421 numero 6.7.
ſpoliatus quòd ante omnia reſtituatur, non habet locum quando fuit metu compulſus ad tradendum 440 numero 7
ſpoliatus non dicitur qui alium ſpoliauit, & incontinenti deiectus eſt 273 nu.9
ſpoliato à magno prætore non competit reſtitutio, cùm ſpoliatus à iudice non petat reſtitutionẽ, ſicut ſpoliatus à priuato 564 nu.4.5
ſpoliatus exceptio, quòd quis teneatur ad fructus, debet opponi contra eum qui ſpoliauit, vel ſpoliari mandauit, vel ſpolium ratum habuit 419 nu.2.3
Contra ſpoliationem factam per iudicem non cõpetit remedium reſtitutorium cum præſumatur pro iudice, & eius ſententia, quod intelligitur quando conſtat de partis citatione 533 nu.21.22
ſpolium vbi præceſsit authoritate magni prætoris, id eſt, ipſius principis, non competit remedium recuperandæ 564 nu.6
ſponſalia præſumuntur ratificata per pupillam per eius acceſſum ad habitandum cùm viro ad eius domum 306 nu.9
In ſponſalibus probari requiritur mutuus conſenſus contrahentium 52 nu.3
ſtante veritate ſcripturarum inſtrumenti ſtandum eſt protocollo, niſi contrarietas reperiatur inter protocollum, & copiam inſtrumenti traditam à notario 387 nu.58
ſtatutum ſeu lex quæ comprimit libertatem eccleſiaſticam, non tenet 457 nu.1
ſtatutum reiiciens exceptionem nullitatis, non reiicit eam quæ ex actis apparet 175 nu.43
ſtatutum ſuperioris mandantis, quod poteſt inquiri contra non diffamatum, non tenet 98 nu.25.26
ſtatutum imponens pœnam officiali non terminanti cauſam infra tempus, intelligendum erit ſi à parte petatur, & non aliter 136 nu.6
ſtatutũ laicorum in fauorẽ eccleſiæ nõ valet 173 nu.28
ſtatutum loquens in fauorem poſſeſſorum non intelligitur de poſſeſſore alienæ poſſeſsionis, vel turbatore, ſed de legitimo tantum poſſeſſore 532 nu.10
ſtatutum, quòd inſtrumentũ guarentigiæ poteſt mandari executioni contra hæredem defuncti, ſicut ſi eſſet ſententia, oportet quòd per prius citetur hæres: & liquidetur, an ſit hæres: & idem erit ſi debet fieri contra tertium poſſeſſorem, ſeu detentorem 347 nume.9.10
ſtatutum puniens aliquid facientem, non extenditur ad mandantem fieri 212 nu.30 224 nu.6.8
ſtatutum loquens de ciue, intelligitur de vero & naturali ciue 279.nu.7
Si ex forma ſtatuti quis non admittitur ad excipiendum niſi ſatiſdet, poterit tamen implorare officium iudicis, cùm officium & exceptio differant realiter & eſſentialiter 173 nu.24
ſtatuto extante, vt in cauſa capitali non admittatur procurator ad aliquam exceptionem, ſeu declinatoriam opponendum, ſed principalis debeat perſonaliter comparere, quòd tamen ſi procurator comparet, non debet opponere exceptionem, ſeu declinatoriam, ſed implorare officium iudicis, & admittetur 538 nu.1
ſtatuto extãte quòd in criminalibus nullus admitti debeat ad aliquam exceptionem proponendam, ſeu opponendum, niſi perſonaliter compareat, quòd tamen ſi comparet clericus poteſt implorare officium iudicis, vt capiat informationem quòd ipſe inquiſitus eſt clericus, vel quòd occiſus ab eo erat bannitus & poterat occidi 538 nu.2
ſtatuto extante quòd nemo admittatur ad excipiendum, niſi ſatiſdet, quod tamen poteſt implorari officium iudicis, cùm officium & exceptio differant realiter & eſſentialiter 538 nu.3
ſtatuto extante quòd ſententia contra vnum lata poſſit exequi contra alium, non tenet 247 numero 2
ſtatuto dictante quòd in cauſa criminali non admittatur procurator ad aliquam exceptionem ſeu declinatoriam opponendam, ſed debeat principalis perſonaliter comparere, poterit tamen procurator comparere implorando officium iudicis 173 numero 25.26
ſtatuta loquentia in caſu proprio in quo loquuntur, non patiuntur extenſionem 463 nu.18
ſtatus perſonæ non mutatur ex diutina præſtatione, nec ex cauſa quòd quis degat in terra, ſeu baronia alterius, adeò vt dici poſsit eius vaſallus 294 numero 3
ſtatus vltimus rei conſiderandus eſt 350 numero 8
ſtipulatio non requiritur in loco obligationis penes acta 375 nu.3
ſtipulatio requiritur in fideiuſsione 382 numero 20
In ſtipulatione prætoria & iudiciali non ſeruatur rigor, ſed æquitas 381 nu.64
ſtuprans virginem ſeu viduam honeſtè viuentem non debet pœna capitali puniri 227 numero 3
ſtupra plura committens, debet puniri pœna mortis. & iſta eſt noua opinio authoris 228 numero 5
ſtylus & obſeruantia ad hoc vt ſeruentur, requiritur confirmatio authoritate principis, mediante ſua conſtitutione, ſeu ordinatione 172 nume.20.541. numero 34
ſtylus contrarius, ſeu conſuetudo contraria conſtitutioni nõ poteſt induci ſeu allegari 172 numero 18.19
ſubditus, cui aliquid dubium præcipitur à ſuperiore, debet parere 229 nu.3
ſubditus alterius iuriſdictionis quis dici non poteſt, niſi eius, ſub qua retinet domicilium in loco 59 numero 5
ſubſcribens ſe ſcripturæ per alium factæ, ſibi præiudicat, ac ſi totam ſcripturam ipſam ſua propria manu ſcripſiſſet 123 nu.2
ſubſcribẽs ſe ſcripturæ alteriu, ad hoc vt ſibi præiudicet,

cet, requiruntur tria cõcurrere, ad hoc vt probẽt: videlicet primò quòd ita ſcriptum fuerit de eius voluntate, ſecũdò quòd ſcripturam ipſam viderit. tertio, quod ipſam legerit 123 nu.3.4
ſubſcriptio & ſigilli appoſitio facta non lecto tenore inſtrumenti, nec dato ſibi ad intelligendum, non præiudicat 389 nu.71
ſubreptio ſeu obreptio modica, vitiat reſcriptum 80 numero 11.286.nu.21.455.nu.90.554.nu.10
ſubreptio in vno capite reſcripti non vitiat reſcriptum, ſi illud fundatur ſuper alio capite non ſubreptitio, ſed vero 555 nu.14
ſubreptio in vna parte reſcripti non vitiat reſcriptum ſi adeſt alia pars in eo non ſubreptitia 286 nu.25. 445 nu.1
ſubſtantialia inſtrumenti ſi ſunt omiſſa, etiã ceſſante dolo non valet quod ſcriptum eſt tanquam imperfectum 381 nu.13
ſubtilitas nimia facit nos ſæpe errare in coniecturando mentem teſtatoris, cùm eius animum non videamus 462 nu.5
Si ſubtraxi furto tali equum, & tu indignatus ſimiliter ſubtraxiſti mihi mulam, ambo puniemur 395 numero 21
ſuccedens alicui non vt hæres, aut ſucceſſor, non tenetur habere ratum factum prædeceſſoris 565 numero 16
ſucceſſor in beneficio non ligatur ex eo quòd eius prædeceſſor ita fecerat 568 nu.8
ſucceſsio per ordinẽ debitum qualiter deferatur 332 numero 1
ſufficit probari ſubeſſe iuſtam cauſam metus, & iuſtus metus eſt, vbi iuſta ſuſpicio ineſt, & paria ſunt aliquid fieri per metum, vel per probabilem ſuſpicionem metus: nec tenetur quis ſe periculo committere 432 numero 31 vſque ad num.35
ſufficit ad probandum quẽ eſſe in periculo vitæ, quòd quis armatus veniebat contra ipſum: cùm terror armorum ſufficiat 140 nu.9
ſuperior ſemper in conceſsione iuriſdictionis excipitur, ne ſibi legem imponere videatur 182 numero 11.12
ſuperiorum preces inducunt iuſtum metum, maximè dum conſueuit ſæuire in ſubditos 437 numero 19
ſupplicans regulariter fateri videtur omnia contenta in ſua ſupplicatione porrecta 293 numero 15. 16.17
ſupponens videtur fateri omnia quæ ſupponit 477 numero 14
ſuſpicio ſola habetur pro veritate in crimine falſi 381 numero 10
ſolennitatis omiſsio inducit præſumptionem doli, & falſitatis 381 nu.11
ſuſpicio ſola in cauſa falſi habetur pro veritate: intellige, vbi eſt ciuiliter mota: quia quando criminaliter fuit mota, requiruntur probationes, ſicut etiam in cæteris cauſis criminalibus 68 nu.5
ſuſpicio probabilis tormentorum idem operabitur ac ipſorum illatio 161 nu.5
ſuſpicio fugæ ideſt, cauſa ſuſpicionis, requiritur quòd de nouo ſuperuenerit, nec ſufficit ſi per prius inerat 302 numero 15

TAlis quis non poteſt dici, niſi fuerit per prius pronuntiatus pro tali 178 nu.65.199.nu.37
talis qui vult admitti ad probandum vt talis, debet primò probare ſe talem 59 nu.1
tempus quando eſt fundamentũ intentionis debet articulari & probari 341 nu.7.376.nu.11.442.numero 9.527.nu.26
tempus longum in præmiſsis dicitur decennium, id eſt in alienatione rei eccleſiæ & ſimilium 298 nu.9
tempus mortis vbi adiicitur verbis executiuis, & non diſpoſitiuis, tunc non demonſtratur mors tanquam cauſa finalis, ſed adiicitur cauſa demonſtrandi tempus executionis 490 nu.9
tenuta data pro vero debito, ſed iuris ordine non ſeruato, non tenet: quia etiam in poſſeſſoriis requiritur ordo iuris 424 nu.18
tenuta poſſeſsionis ſi eſt data pro vero debito, ſed iuris ordine nõ ſeruato, nõ tenet datio prædicta: quia etiã in poſſeſſoriis requiritur ordo iuris 534 nu.29
tenuta data abſque ſententia, & ſine cognitione, non poteſt confirmari 424 nu.26
terminus ſi eſt datus xxx. dierum ad probandum x. pro primo x. pro ſecundo, & x. pro tertio peremptorio, ſi quis comparuit in primo per procuratorem, & opponitur contra eius mandatum, & interim donec litigatur ſuper procuratorio tranſeunt xxx. dies, ſi pronunciatur mandatum nõ eſſe legitimum, illi duo termini cucurrerunt 529 nu.3
terminus non debet dari querulanti ad probandum contra iudicem in cauſa ſyndicatus: ſed debet grauamen allegans ex eiſdem actis & proceſſu illud iuſtificare, imò ſi ex nouis actis contigerit reuocari quod fecit, iudex non poterit dici malè iudicaſſe, ne quòd teneatur in aliquo 129 nu.20
terminus quilibet datus ad probandum, cenſetur peremptorius, etiam ſi non exprimatur 409 nu.5
terminus probatorius nõ poteſt prorogari etiam de conſenſu partium, niſi ex noua cauſa 409 nu.8
terminus aſsignatus à iudice ex legis diſpoſitione, facit vt aſsignatio alterius termini ſit nulla 409 nu.9
terminus currit & imputatur ſuccumbẽti in exceptione, vbi plura adducuntur 138 nu.18
terminus datus in cauſa non currit donec opponens non iurauerit de calumnia 528 nu.1
terror ſemper præſumitur inferri ab officiali eius ſubdito 430 nu.7
tertius poſſeſſor vbi fuiſſet citatus in iudicio eo caſu poſſet exequi contra ipſum 347 nu.12
tertius poſsidẽs quando ſuſpicatur quòd alius petat exequi ſententiã in rebus à ſe poſſeſsis, debet proteſtari victori quòd in talibus rebus non procedatur ad aliquã executionẽ, nec aliqua nouitas fiat, quia ſunt ſuæ, & per ipſum poſsidẽtur, & quatenus eſſet facta executio petat eandẽ reuocari 483 nu.6
tertius comparens pro ſuo intereſſe non auditur, niſi per prius de eo docuerit 433 nu.11
tertius quilibet poteſt ſoluere & offerre ſolutionẽ canonis pro re emphyteutica ad euitandum caducitatem ipſius rei 465 nu.6
tertius comparens non debet audiri ad impediendum executionem, quando ipſe ſciuit litem motam, & ſententiam latam, & nunquam comparuit, niſi in executione 433 nu.5





teſtator non debet interrogari per notarium, an faciat talem hæredem, ſed debet expectare notarius quòd teſtator ex ſeipſo hæredem ſibi nominet 150 numero 9
teſtator quando ſeipſum gloſat, & mentem ſuam declarat, nunquam itur ad interpretationem 462 numero 6
Interpretatio omnis dicitur calumnioſa in caſu claro 462 nu.7
teſtator ſufficit quòd ita voluiſſe dicatur, niſi ita diſpoſuiſſe appareat 462 nu.8
teſtator dum inſtitutis maſculis reliquit filiæ dotem, debet interim à fratribus alimentari de bonis ipſorum, nec imputabuntur ſibi alimenta in dote relicta 523 nu.8
teſtator ſi reliquit aliquid arbitrio alicuius, ſi per annum ille non declarauit ſuum iudicium, expirat arbitrium, & maximè in vltimis voluntatibus 319 numero 1.2
teſtator ſemper præſumitur habere animum voluiſſe minus grauare hæredem quàm ſit poſsibile 521 numero 18
teſtator ſi iuſsit filiæ, vel nepti, ſeu alteri dari paragium tempore nubilis ætatis, præſumitur id feciſſe, vt hæres ex tali dilatione commodum ſentiret 521 numero 19
teſtator ſi mandauit eius bona diſtribui pro maritandis puellis, non poterunt tale legatum conſequi mulieres viduæ, & pauperes 551 nu.6
teſtator non poteſt dimittere ea quæ ſunt inuenta, vt materia delinquendi auferatur 503 nu.6
teſtatoris mens ſemper præſumitur, vt æqualitarem ſeruare velit inter filios, & quando ipſius verba hoc non paterentur, deberent ita reſtringi, & coniecturari ex eo quòd quilibet ſapiens ita feciſſet, & faceret 462 nu.10
teſtamentum notarij apoſtolici, licet de iure ciuili non teneat cùm non interfuerint ſeptem teſtes, tamen de iure canonico, & in eius foro tenet etiam ad non pias cauſas, & etiam cum duobus teſtibus 477 numero 2
teſtamentum in preſentia presbyteri parochialis cum duobus teſtibus tenet 478 nu.3
teſtamentum in quo interuenit alter presbyter, ſeu alius loco presbiteri, & tres alij teſtes, vel quatuor abſque presbytero valeret teſtamentum, quia dicti duo alij teſtes ſunt maioris authoritatis quàm preſbyter ſolus 478 nu.4
teſtamentùm factum manu notarij apoſtolici coram iudice eccleſiaſtico probat 477 nu.1
teſtamenta duo ab eodem confecta, quorum primo loco factum eſt validum, & ſecundum inualidum, verùm in ſecundo ſint inſtituti coniuncti, & in primo extranei, ſecundum tenebit fauore coniunctionis 322 nu.5.6
teſtamenta quæcunque etiam ad non pias cauſas ſunt eccleſiaſtica & eccleſiaſticis intereſt, vt teſtamenta quæcunque ſint adimpleantur cum non ſint merè temporalia, ſed eccleſiaſtica & pia, licet non ad piam cauſam 477 nu.2
teſtis cõuictus de crimine per modũ exceptionis, non poteſt puniri pœna ordinaria; quia ſatis eſt ipſum repelli à teſtimonio: maximè in cauſa criminali 84 numero 30
teſtis falſus non probat, etiam ſi deponeret contra falſarium 84 nu.31
teſtis, qui fuit aliàs carceratus, ob carcerationem euadit infamis 84 nu.32
teſtis vbi tractat de ſe onerando vel exonerando, non probat 85 nu.33
teſtis pauper non repellitur ex hoc, quòd ſit pauper 350 numero 12
teſtis pauper & malæ famæ non probat, ſed repellitur 36.nu.12.236 nu.8
teſtis aliàs carceratus pro delicto, vt vilis, propter carcerationem repellitur à teſtimonio 36 nu.13
teſtis quando fuit non ritè, ſeu non rectè examinatus, poteſt etiam poſt publicationem iterum examinari 163 numero 5
teſtis allegans aliquem in conteſtem in actu, in quo conteſtis negat ſe interfuiſſe, non probat 54 nu.20
teſtis vnus ſi contradicat alteri, neutri credi debet 54 numero 21
teſtis ſingularis eſt, vbi non eſt numerus teſtium. vnde tantum probant mille, quantum vnus 55 nu.22
teſtis malæ famæ & pauper repellitur à teſtimonio 55 numero 23
teſtis crimino ſus repellitur à teſtificando 55 numero 25
teſtis vnus de viſis integer, facit ſufficiens indicium ad torturam 3 nu.1
teſtis deponens ſecundum eius iudicium & videre probat, vbi adſignat rationem 66 nu.35
teſtis deponens de ſua credulitate ſeu iudicio ſuper re, quæ non ſubiacet ſenſui immediatè, ſed mediante diſcurſu intellectus, probat 66 nu.36
teſtis de credulitate deponens id actum ad defenſionem, probat 66 nu.37
teſtis clericus deponens coram iudice laico abſque licentia ſui ſuperioris, probat in ciuilibus cauſis, intelligendo in clerico ſimplici: ſecus autem in religioſo 8.numero 8
teſtis clericus licet non admittatur in cauſa criminali contra laicum, debet intelligi quando non in ſubſidium, vbi veritas aliter adparere non poſſet 8 numero 9.10
teſtis prohibitus examinari per legem non reſiſtentem nec adſiſtentem actui: vt quia dicit, domeſticus teſtis, non probabit: & tunc faciet indicium: ſed vbi reſiſtit, dicens, quòd talis non poſsit examinari, vel non admittatur, & tunc non faciet etiam indicium 9 numero 11
teſtis ob inhoneſtatem eſt infamis 55 nu.27
teſtis non poteſt eſſe ſeruus, etiam reputatus liber 56 numero 28
teſtis ſeruus non admittitur pro domino abſque tortura 56 nu.29
teſtis licet aliàs poſsit incontinenti corrigere dictum ſuum, tamen id facere non poteſt ex interuallo: & dicitur incontinenti, quando adhuc ab examinatore non receſsiſſet, quia ſi receſsit, & demum rediiſſet, non poſſet ſe emendare 411 nu.4.5.6
teſtis ſi pro vna parte ſemel depoſuit, & demum pro alia examinatus dixerit, quòd precibus illius ita dixerit, licet nõ verum dixerit, ſtabitur tamẽ primo dicto 411 nu.7. 8 Sed ſi tẽpore quo primo loco fuit

examinatus pro illa parte hoc dixiſſet, tunc præiudicaſſet ibidem
teſtis ſi aſsignat cauſam ſcientiæ cum dicto, non tenetur amplius aſsignare ipſam 328 nu.3
teſtis non aſsignans rationem dicto ſuo, dicitur vt pecus, & non vt homo deponere 320 nu.3
teſtis ſi conuincitur de crimine, non tamen notorio, ſeu manifeſto præſumitur emendatus, niſi aliud in oppoſitum probetur 349 nu.6
teſtis & alius quiuis criminoſus, ſi bene vixit per triennium, præſumitur emendatus, licet per prius malè vixerat: & ſic mali mores præteriti præſumuntur purgati, ſi per triennium continuauit in bonis moribus 350 nu.7
teſtis ſi quid minus aduertenter depoſuerit, præſumendum erit potius ex ignorantia, quàm ex dolo, vt falſitas excludatur 68 nu.7
teſtis non dicitur falſum deponere, quando eius dictum poteſt aliqua interpretatione verificari 68 numero 8
teſtis domeſticus dicitur, nedum qui ſubeſt ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis, ſed etiam, qui cohabitat: vel aliquo modo eſt inferior, vel ſubiectus capiti familiæ: vt mercenarius libertus, & ſimiles 56 numero 31
teſtis deponens ſuo iudicio, non præmittendo rationem per accommodatum ſenſum corporis, non probat 21 numero 15
teſtis mater in cauſa matrimoniali filiæ, quando non repellatur, & quando eius teſtimonium eſt ſuſpectum 57 nu.40.41.42
teſtis infamis regulariter repellitur à teſtimonio, nedum in cauſa criminali, verùm etiam in ciuili ardua 97 nu.10
teſtis ex illo crimine à teſtificando repellitur, ex quo ſi condemnaretur, incurreret infamiam 97 numero 11
teſtis dicitur inimicus capitalis propter minas: & ſic propter verba minatoria prolata 97 nu.12
teſtis ſi interrogatus ſuper aliquo facto, depoſuit quicquid ſciebat, ſi demum iterũ interrogatus ſuper eo reſpondet, quòd neſcit, certè debet intelligi illud neſcire, id eſt, aliter quàm vt ſuprà dixerat 77 numero 2
teſtis poteſt variare à primo dicto dummodo incontinenti id faciat, non autem ex interuallo 77 numero 3
teſtis ſi dicat aliquid factum tempore vindemiæ, dicitur bene probare, etiam ſi id factum probaretur parum ante vindemiam: ſicut rectè dicitur factum tempore guerræ quod fuit parum ante guerram, & in ipſius guerræ trepidatione 77 nu.4.5
teſtis deponẽs ſe vidiſſe de nocte hominem committere maleficium, niſi adiiciat ad lumen lunæ, vel accenſio igne, non probat 146 nu.1
teſtis criminoſus, ſeu in peccato mortali, repellitur à teſtimonio 146 nu.2
teſtis eſſe non poteſt particeps litis, quia ratione affectionis dicitur habere ſimilem cauſam 337 numero 5
teſtis eſſe non poteſt qui fuit procurator, ſeu aduocatus in illa cauſa 337 nu.6
teſtis idoneus eſſe non poteſt habẽs veriſimiliter affectionem ad cauſam 337 nu.7
teſtis conditio & ſtatus inſpicitur tempore depoſitionis, & non poſt. Et ideo opponens contra teſtem, quòd ſit infamis, vel non omni exceptione maior, erit inepta exceptio: quia debet dicere quòd tẽpore iuramenti, ſeu depoſitionis, ita erat 337 nu.8.9
teſtis de die non eſt interrogandus 385 nu.47
teſtis varius & contrarius inter ſemetipſum, nihil probat 114 nu.10
teſtis repellitur à teſtimonio contra illum cum quo litigauit, ſeu litigat in cauſa criminali 122 nu.3
teſtis inimicus dicitur ille, qui accuſat aliquem de crimine 122 nu.4
teſtis licet eſſe poſsit frater pro fratre in ciuilibus, tamen ſi cohabitat cum fratre non poterit eſſe teſtis pro eo, 338 nu.13
teſtis licet eſſe non poſsit frater pro fratre, tamen ſi eſſet religioſus, & ſpectatæ fidei, nihil ſibi de fide diminueretur 26 nu.17
teſtis vnus licet non reprobet inſtrumentum, tamen facit indicium ad torturam contra notarium 131 numero 5
teſtis inimicus capitalis etiam in crimine læſæ maieſtatis, non admittitur 217 nu.17
teſtis inimicus licet non capitalis, tamen poteſt dici ſuſpectus 20 nu.2
teſtis nedum inimicus repellitur, ſed etiam ſuſpectus de inimicitia capitali 122 nu.6
teſtis inimicus repellitur à teſtificando, etiam ſi iuſta cauſa fuerit inimicus 122 nu.7
teſtis inimicus repellitur à teſtimonio, etiam ſi in vltimis conſtitutus tenens corpus Chriſti ita deponeret 122 nu.8
teſtis ad hoc, vt tanquam inimicus repelli poſsit, requiritur probari euidens inimicitia & manifeſta 21 numero 11
teſtis tenetur adſignare rationem eius dicto: quia ratio eſt illa, quæ validat & inualidat dictum teſtis 21 numero 12
teſtis deponens ſecundum ſuum iudicium, & videre, an probat 21 nu.13
teſtis criminoſus repellitur à teſtimonio, ſi condemnatus de illo crimine incurreret infamiam 84 numero 29
teſtis omni exceptione maior dicitur ille, cui nulla exceptio obiici poteſt, ſeu qui ſuperat omnem friuolam exceptionem 81 nu.35.36.338.nu.16.19.366.nu.17
teſtis perſiſtens in peccato mortali, repellitur à teſtimonio: & hoc quia propter peccatũ excluditur à Deo: & ſic cùm ſit Deo infidelis, præſumitur quòd nec hominibus ſit fidelis, 96 nu.5.6
teſtis de crimine conuictus ſeu confeſſus, repellitur à teſtimonio 95 nu.7
teſtis repellitur à teſtimonio, dum eſt malæ vitæ & famæ 96 nu.8
teſtis deponens iudicando excedit notiſsimos terminos teſtis, & non probat. Et minimè ſi deponit ſecundum eius iudicium 557 nu.1.2
teſtis valde amicus repellitur à teſtimonio 236 numero 9
teſtis conſimilem cauſam habens admittitur, ſed non adhibetur ſibi plena fides 339 nu.5



teſtis non dicitur falſum deponere, quando eius dictum poteſt aliqua interpretatione verificari 246 numero 9
teſtis dictum ad hoc vt ſaluetur, ſufficit aliquid eſſe verum vel non eſſe implicitè 246 nu.10
teſtis deponens falſum non in ſubſtantia negotij principalis, non ex hoc irritabitur eius dictum 48 numero 8.9
teſtis deponens falſum in iudicio contra fiſcum, qua pœna veniat plectendus 202 nu.1.203.nu.2
teſtis etiam ſi ſcienter falſum deponit, nõ tangens illud falſum ſubſtantiam negotij principalis, eius dictum valet & tenet 37 nu.4
teſtis in vno falſus ſi apparet, in cæteris omnibus depoſitis per ipſum falſarius præſumetur, adeo vt in nihilum ſibi credendum ſit 515 nu 13
teſtis ſi depoſuit falſum vltra capitula, ob quod eius dictum non valet, non punietur pœna contenta in ſtatuto, ex quo factum per eum non valuit de iure 72 numero 14
teſtis parte non citata examinatus, nec iuratus non tenet 534 nu.25
teſtis nõ dicitur iuraſſe niſi iudex intelligat & approbet eius iuramentum 534 nu.26
teſtis licet aliàs non poſsit deponere ſuper non contentis in libello efficaciter, tamen poteſt deponere ſuper circunſtantiis petitorum 334 nu.11
teſtis dicens vidiſſe hominem de nocte, & non dicit accenſa candela ſeu lumine, aut lucente luna, non probat 117 nu.7
teſtis iuratus dicere veritatem in cauſa, ſi quod dixit extra articulum facit ad cauſam, valet & tenet eius dictum, quia deponit ſuper eo, ſuper quo iurauit 334 nu.8
teſtis vnus non reprobat inſtrumentum, tamen facit indicium ad torturam 382 nu.21
teſtis deponens per verbum, credo, licet non probet tamen aſsignando rationem probabit 50 nu.8
teſtis dicens credo, quia vidi, mutat naturam ſuam illud credo, & ponitur affirmatiuè, & non dubitatiuè 398 nu.6
teſtis allegans alium fuiſſe conteſtem, qui negat ſe interfuiſſe, facit vt neutri credatur, & ſic illius depoſitio erit ſuſpectiſsima 98 nu.28
teſtis vnus bonus, licet faciat indicium ad torturam, id intelligi debet, niſi aliqua alia coniectura reſiſteret in contrarium 135 nu.6
teſtis deponens extra articulum non probat 356 numero 7
teſtis eſſe non poteſt ſocer pro genero, nec ſocrus pro nuru 117 nu.16
teſtis cum quo ſubeſt cauſa inimicitiæ, licet aliter de ea non adpareat, & etiam ſi teſtis aſſerat nullam habere inimicitiam, tamen repellitur 117 nu.18
teſtis vnus de viſu delicti abſque aliis adminiculis non facit indicium ad torturam 42 nu.11
teſtis inſtrumẽtarius ſi ea die qua fuit nominatus teſtis in inſtrumento per notarium, probat ſe illa die fuiſſe extra ciuitatem, ita quòd non poterat interfuiſſe contractui ſi opponitur quòd inſtrumentum eſt falſum, erit ſufficiens indicium ad torturam contra notarium 382 nu.25
teſtis vnus de indicio remoto non facit indicium, nec habebit hoc locũ, vbi eſſemus in pluribus indiciis: quia etiã quod ſuper eis teſtes ſingulares deponãt, attamen ex eorum depoſitionibus reſultant plures præſumptiones, quæ bene faciunt indicium ad torturam 145 nu.22
teſtis, qui non debuit examinari in aliqua cauſa, ſi tamen examinatus eſt, non faciet indicium. Vbi vide magiſtralem diſtinctionem 109 nu.4.5
teſtis adſerens aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum eſt, ſi in ciuili cauſa, creditur magis notario: Si autem in criminali, magis creditur teſti, maximè in cauſa falſi 69 nu.11
teſtis dictum ad hoc vt ſaluetur à falſo, ſufficit aliquid eſſe verum, vel non eſſe implicitè 69 nu.12
teſtis poteſt addere eius dicto id, de quo non habuit memoriam in primo dicto, ſi cum primo dicto ſe compatitur. Et an quando ſit permiſſum teſti addere 352 nu.33.34
teſtis varius reducendus eſt ad concordiam in quantum poteſt, vt probet 352 nu.35
teſtis habens conſimilem cauſam, nedum non probat, verum etiam à teſtificãdo repellitur 336 nu.1.2
teſtis vnus ſufficit in cauſa poſſeſſorij 408 nu.11
teſtis luſor propter ludum repellitur à teſtimonio in fine conſilij, & ſubſcriptionis, maxime in criminalibus ibidem
teſtis deponens non veriſimile, non probat: vbi multa de non veriſimili 236 nu.2
teſtis luſor repellitur à teſtimonio: & teſtis criminoſus ſimiliter 236 nu.3.4
teſtis vnus de viſu facit indicium ſufficiens ad torturam 92 nu.1
teſtis aſsignãs eandem rationem cum dicto, vt dicens ſe ſcire, quia ſcit, non probat 315 nu.8
teſtis interrogatus de ſe ipſo, & de alio ſtatur primæ depoſitioni: licet contrarium depoſuerit ſecundo in tormentis 150 nu.7
teſtis examinatus tanquam principalis in ſe, & vt teſtis in alium, facit indicium ad torturam contra illum, contra quem depoſuit 30 nu.6
teſtis examinatus parte non citata, nullum facit indicium 178 nu.64
teſtis credens dicere veritatem, iurando ſic eſſe, non poteſt dici periurus, nec falſus: licet veritas fuerit in contrarium eius, quod dixerit 125 nu.16
teſtis qui bene depoſuit circa ſubſtãtiam negotij principalis, licet in aliis diſcordet, non ex hoc reputari poteſt varius, aut reprobari 329 nu.2
teſtis qui nõ poterat examinari, examinatus non facit indicium 97 nu.14
teſtis dictum debet intelligi ſecundum articulum, ſeu interrogatorium 363 nu.1
teſtis deponẽs cõtra fiſcum ad defenſionem alterius, non eſt pœna ordinaria plectendus 203 nu.4
teſtis ſibi contrarius debet ſaluari quantum poteſt, ne incidat in periurium 364.nu.5
teſtis de viſu delicti, facit vt procedi poſsit ad cõdemnationem contra inquiſitum, & non ad torturam: quia tortura datur in ſubſidium, quando veritas aliter haberi non poteſt 22.nu.22.23
teſtis ſocius criminis in caſibus, in quibus non potuit interrogari de aliis, niſi de ſe tãtùm, ſi eo caſu nominauit alios, talis nominatio ſuſpecta habetur à lege

ſicut dicimus in ſimili de teſte ſponte ſe offerẽte 83 numero 22
teſtis dicens ſe ſcire quia ſcit, quia ratio eſt eadem cum dicto, non tenet eius dictum 271 nu.12
teſtis ſi in cauſa criminali dicat ſe aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum fuit, cui magis creditur ipſi teſti, vel notario qui ſcripſit 162 nu.1
teſtis corruptus quòd probet contra corrumpẽtem, intelligendum eſt, quando examinaretur ſuper corruptione prædicta, ne teſtificaretur id, quod ſciebat, non autem ſuper eo, quod ſciebat, & ſic ſuper facto populi 217 nu.9
teſtis corruptus probat contra corrumpentem, pariter & fortius notarius, & teſtis 400 nu.4
teſtis etiam quòd ſcienter addat aliquam falſitatem dicto ſuo, quæ non tangit ſubſtantiam negotij principalis, tamen eius dictum valet 329 nu.3
teſtis deponens de actu à ſe geſto, ſtatur eius depoſitioni 377.nu.19
teſtis vnus bonus facit indicium ad torturam, niſi alia coniectura reſiſteret in contrarium 196 nu.21
teſtis conditio inſpicitur ſecũdum tempus productionis teſtium, & præſtiti iuramenti 330 nu.7
teſtis ſponte ſe offerens, eſt ſuſpectus 41 nu.6
teſtis & principalis in cauſa propria quis eſſe non poteſt 149 nu.5
teſtis qui aliàs non faceret indicium, ſi tortus bene probat 349 nu.3
teſtis deponens de fama, tenetur reddere rationẽ dicti ſui 109 nu.9
teſtis deponens de fama, vt probetur fama, requiritur quòd depoſuerit famã inſurrexiſſe ante inquiſitionem inchoatam, aliàs non probat 110 nu.10
teſtis dictum vt ſaluetur, ſufficit aliquid eſſe verum, vel non eſſe implicitè 123 nu.6
teſtis dictum inualidatur ob malam redditionem cauſę ſcientiæ ipſius teſtis 314 nu.4
teſtis ratio ſi eſt friuola, & non cõcludens, deſtruit dictum teſtis 314 nu.4
teſtis dictum debet de neceſsitate concludere, & præſumptiuè 320 nu.4
teſtis non poteſt eſſe filius pro matre 57 nu.44.58.numero 45
teſtis eſſe non poteſt maritus pro vxore 116 nu.6
teſtis eſſe non poteſt vxor pro viro, nec vir pro vxore, ſecundum communem opinionem 30 nu.5
teſtis an poteſt eſſe mulier, in cauſa criminali 20 numero 7
teſtis mulier in criminalibus de iure canonico licet nõ admittatur, tamẽ quando veritas aliter haberi non poteſt, admittitur 118 nu.20
teſtis ſi dixerit aliquid fuiſſe factum ſimul, alius verò depoſuit fuiſſe factum per prius, & ſic non ſimul, id eſt eodem tempore, & ſic intelligitur ſimul, id eſt eodem die 77 nu.6
teſtis poteſt vno tempore recordari, & alio tempore non recordari, & econtra 48 nu.3
teſtis tentatus ſeu requiſitus de delicto poteſt teſtificari cõtra tẽtantem, ſeu requirentẽ ipſum de delicto committendo, ſi illud committere recuſauit 8 nu.1
teſtis dicens ſe pecũnia corruptum, an & quando probet contra corrumpentem 8 nu.2.3
teſtis deponẽs protuliſſe falſum teſtimonium pro Titio, non probat contra ipſum Titium 122 nu.10
teſtis deponens quid fuiſſe factum præſente Seio, poteſt eſſe, quòd fuerit Seius præſens, ſed quòd illud non viderit, ſed audierit 38 nu.2
teſtis extra iudicium dicens contrarium eius quod dixerat primo loco in iudicio deponendo, facit vt eius primum dictum ſit ſuſpectum 43 nu.26
teſti deponenti quando credendum 71 nu.8
teſti deponenti ſe releuando, & ſic pro ſuo intereſſe, non creditur 236 nu.3.337.nu.4
teſti non deponenti de tempore, vel dubitatiuè deponenti magis creditur, cùm veriſimiliora videatur deponere propter obliuionẽ temporis, quæ de facili contigit 385 nu.46
teſti deponenti de eo, quod ipſe fecit, ſtatur, etiam ſi eſſet infamis 148 nu.17.18
teſti deponenti ſe pecunia corruptũ, ne teſtimonium dicat contra aliquem, credendum eſt: & fortius credendum erit, ſi dixerit ſe tentatum de corruptela, ne deponeret 5.nu.12.13
teſti animosè deponenti, non eſt credendum 21 nu.14
teſti periuro non eſt credendum 114 nu.11
teſti, quando eſt perſona non leuis, ſed grauis, vt ſi eſt clericus, vel alius probatæ vitæ, ſi deponat nõ ſic depoſuiſſe prout tabellio ſcripſit, creditur 163 nu.7
teſti deponenti de mãdato, & commiſsione ſibi facta, an ſit credendum 8 nu.4
teſti notabili, & probatæ vitæ, licet ſoli, credẽdum eſt 311.nu.12
teſti inhoneſtæ ac reprehenſibilis vitæ, non creditur 55 nu.26
teſti ſpectatæ fidei, licet vnico, ſtandum 26 nu.15
teſti tractãti de ſui exoneratione, ſeu exculpatione in nihilum credi debet 385 nu.48
teſti torto longè maior fides per torturam adhibetur ſibi 349 nu.3
Potius in teſte præſumenda eſt ignorantia, quàm dolus ad excluſionem falſi 78 nu.10
teſtes tres inſtrumentarij vel non inſtrumentarij probare poſſunt aliter fuiſſe dictũ, & factum in inſtrumento, quàm in eo contineatur: & pariter probare poterunt falſitatem inſtrumenti 131 nu.4
teſtes inhabiles admitti debent, vbi aliter veritas haberi non poteſt: tamẽ debet per prius adparere ꝙ aliter veritas haberi non poteſt, & quando & quomodo hoc intelligendum ſit, quòd veritas aliter haberi non poteſt. vbi vide multas limitationes 117 nu.9.10.11.12.118.nu.19.23.24.250.nu.12 vſque ad numerum 17
teſtes inhabiles, & à iure reprobati, licet admittantur quando veritas aliter haberi non poteſt, id debet intelligi mediante tortura, & non aliter 118 nu.22
teſtes inhabiles probant, vbi ex natura facti veriſimiliter alij teſtes adeſſe non potuerunt. 350 numero 14
teſtes inhabiles quòd poſsint admitti, quando veritas aliter haberi non poteſt, nõ debet intelligi, quod poſsint admitti in teſtes partes principales, aut inimici 118 nu.18
teſtes inhabiles licet admittantur in magnis criminibus: tamen non admittentur inimici 9 nu.14
teſtes inhabiles admittuntur in geſtis in domo, ſeu ſecretè 385 nu.44





teſtes inhabiles, ac etiam criminoſi recipi poſſunt ad informationem iudicis, ſeu in cauſa inquiſitionis 117 numero 13.14
teſtes affines in criminalibus repelluntur à teſtimonio, intantum, quòd ſi ſunt admiſsi, minimè probabunt 117 nu.15
teſtes contra officialem deponentes de corruptione, requiruntur eſſe omni exceptione maiores: aliàs non debent admitti 85 nu.39
teſtes conſanguinei, ſi teſtificantur in cauſa criminali pro conſanguineo inquiſito, quòd ſi reportarent ſententiam contrà, fieret iniuria conſanguinitati, eo caſu non probabunt 76 nu.11
teſtes conſanguinei, etiam fratres admittuntur in criminalibus ad defenſam, maximè: vbi ex officio procederetur in cauſa: Secus ſi ad querelam 76.numero 12.13
teſtes in cauſa criminali ſi ſunt plures, & reperiuntur repulſati, licet non ſufficiant ad condemnationem ſufficient tamen ad torturam 76 nu.14
teſtes ſi in cauſa criminali depoſuerunt de viſu delicti, & aliqui alij teſtes depoſuerunt de fama: ſi illi deponentes de viſu repulſantur, remanent alij de fama publica illæſi, certè teſtes præfati de fama ſufficient ad torturam 76 nu.15
teſtes conſanguinei ad hoc, vt repelli poſsint in cauſa conſanguinei in criminalibus, requiritur quòd ſint conſanguinei de linea deſcendenti vel aſcendenti. Secus ſi de linea tranſuerſali 76 nu.16
teſtes poſſunt eſſe conſanguinei & fratres, vſque ad quartum gradum ad defenſam pro conſanguineo ſeu fratre ipſorum in cauſa criminali 20 nu.8
teſtes conſanguinei non admittuntur in cauſa criminali pro conſanguineo, tanto minus quando inſimul habitarent 57 nu.43
teſtes conſanguinei producti per conſanguineum, ſeu affinẽ, nõ repelluntur in cauſis ciuilibus 466 nu.20
teſtes conſanguinei non reprobantur ex hoc quòd probentur conſanguinei producentis, ſed debet probari, quod ſint cõiuncti ex linea aſcendenti vel deſcendenti: Secus, ſi probarentur conſanguinei ex linea tranſuerſali 22 nu.26
teſtes familiares & domeſtici nedum non probant, verùm etiam nec indicium faciunt, nec præſumptionem 56 nu.33
teſtes domeſtici in cauſa matrimonij, regulariter non probant 56 nu.34
teſtes viles non probant 56 nu.35.147.nu.11.12
teſtes non poſſunt eſſe viles perſonæ in cauſa graui 56 numero 30
teſtes vbi ſunt ſuſpecti, & in circunſtantiis non concordant, non probant 56 nu.36
teſtes de collegio, vel de eccleſia, vel de vniuerſitate, quando admittuntur, eſt verum in ſubſidium, videlicet quãdo ex natura actus alij teſtes non reperirentur & quomodo hoc intelligatur 57 nu.37
teſtes in ſubſidium quomodo, & quando ſunt admittendi, licet inhabiles, & in quibus caſibus 57 numero 38
teſtes domeſtici licet non probent, niſi in ſubſidium, tamen vbi agitur de dirimendo, vel probando matrimonium non probabunt 57 nu.39
teſtes criminoſi aut infames nõ ita paſsim & indiſtinctè admitti debent, niſi cum tortura 146 nu.3
teſtes aliàs non integri ſeu inhabiles, admittuntur, vbi veritas aliter haberi non poſſet, debet hoc intelligi, dummodo ante omnia ſit articulatum & probatum, quòd veritas aliter haberi non poſſet, niſi ab illis. vbi etiã vide quamplures limitationes ad hoc 146 nu.4.5
teſtes de vniuerſitate quando vtilitas obuenit vniuerſitati in genere, an probent in cauſa vniuerſitatis 407 nu.1
teſtes de vniuerſitate licet admittantur in cauſa vniuerſitatis, tamen eis non plenè creditur 407 nu.2
teſtes de vniuerſitate licet admittantur, vt ſuprà, tamen ſi aliter probatur per teſtes aduerſarij, illi prę feruntur teſtibus de vniuerſitate deponentibus pro ea 407 nume.3
teſtes vniuerſitatis probant pro ipſa, vbi ex materia facti non poſſet per alios ſciri 407 nu.4
teſtes de vniuerſitate in caſibus, in quibus de iure admittuntur, procedit, vbi ex natura regulari illius facti, veriſimiliter alij teſtes actu & habitu haberi non potuerunt 46 nu.10
teſtes de vniuerſitate in caſibus, in quibus inducti per vniuerſitatem probarent, intelligendum eſt, ſi alij teſtes ex aduerſo producti contrarium non deponerent: quia tunc contrarij præferuntur illis de vniuerſitate 46 nu.11
teſtes de vniuerſitate in caſibus, in quibus de iure admittuntur, tamen eis non plenè creditur, nec erunt integri, & maximè quando ſupportant illi de vniuerſitate de communi onere litis. & ſi condemnarentur, ſimiliter in communi condemnarentur 46 numero 8.10
teſtes quando contrariantur adinuicem, videlicet, vnus alteri, & alteri alter non probant, etiam ſi ab eadem parte producti fuiſſent, & etiam ſi eſſent inæquales 543 nu.8.9
teſtes ſufficit eſſe concordes in ſubſtantia principalis negotij, licet in aliis diſcordent: quia ex hoc non poſſent reputari varij, ſeu ſuſpecti 351 nu.28
teſtes varij qui in diuerſum eant, non probant vt ſingulares, ſed ſi conferunt in eũdem rei finem, dicuntur conteſtuales, & conferentes in vnam concluſionem. Et eo caſu videntur tunc teſtes ipſi melius deponere 351 nu.29
teſtes etiam quòd in ſubſtantia negotij in modico contradicant adinuicem probabunt 351 numero 30
teſtes poſſunt hodie recordari de eo, de quo pridie non recordabantur 352 nu.31
teſtes poſſunt per iudicem repeti, vt addant eorum dictis 352 nu.32
teſtes ſi dicunt ſe non bene recordari de tempore, quicquid circa tempus dicunt, adparet quòd dubitatiuè dicunt, & non affirmatiuè 106 nu.6.7
teſtes non deſcripti in inſtrumento, ſi deponant aliquos teſtes interfuiſſe in inſtrumento, qui negauerant interfuiſſe, ſeu fuiſſe præſentes, ſtabitur eis 163 numero 8
teſtes ſi depoſuerunt non recordari ſe interfuiſſe in inſtrumento, vel non recordari de contentis in eo, non ex hoc inſtrumentum redditur falſum 163 numero 9

teſtes etiam recepti in ſubſidium, vbi veritas aliter haberi non poſſet, ſi reperirentur pluribus repulſis attincti, non probarent 169 nu.9
teſtes repulſati, licet non ſufficiant ad condemnationem, vt quando eſſent inhabiles, quia infames, vel aliàs criminoſi, ſufficerent tamen ad torturam 168 numero 10
teſtes infames ſeu aliter inhabiles, & criminoſi, quòd ſufficiant ad torturam, licet non ad condemnationem, intelligi debet, ſi ipſimet cum tortura id teſtificati ſint, & melius 169 nu.11
teſtes non ſunt idonei fratres *in cauſa*, vbi requirantur teſtes omni exceptione maiores 338 nu.18
teſtes repulſati *ſeu prohibiti* examinati operantur, vt ex eis *quis* non torqueatur 367 nu.29
teſtes de viſu, vbi extant de delicto contra inquiſitum plures, debet conuinci per ordinarium proceſſum, & conuictus condemnari: nec aliter torqueri. Et ſi iudex torquet, tenetur in ſyndicatu: & malè facit, & tenetur, ac ſi eſſet homicida 159.nu.11
teſtes diuerſimodè deponentes probant, ſi ad concordiam reducuntur 334 nu.7
teſtes ſuper teſtamento diuerſimodè deponentes non probant 356 nu.6
teſtes producti poſſunt produci contra corrumpentem, etiam ad plenã probationem, volente illo, cui actus criminoſus nocebat 217 nu.18
teſtes producti ſuper certis articulis, nõ videtur pars eorum productioni renunciaſſe ſuper eo quòd teſtes ſciunt in cauſa 334 nu.10
teſtes mercenarij ex quo loco domeſticorum habentur, non probant 557 nu.4
teſtes examinati per quos poteſt procedi ad torturam, ſi allegantur per inquiſitum inimici, debet ſuperſederi in tortura ſi offertur incontinenti probari de inimicitia 158 nu.6
teſtes examinati alia die quam illa quæ fuit aſsignata in citatione teſtium, vt comparere debuiſſet pars ad videndum eorum iuramenta, nulliter excuſantur 410 nu.12
teſtes examinati poſt lapſum termini parte abſente, & aliter non monita, facit quod non teneant eorum dicta 409 nu.7
teſtes in præmiſſo caſu ita deponendo faciunt quòd eorum teſtimonium reddatur credibilius: quia non videntur eodem præmeditato ſermone depoſuiſſe 107 numero 14
teſtes examinati non citata parte ad videndum iuramenta teſtium nullum eſt eorum teſtimonium, & ideo Paduæ fuerunt irritati mille proceſſus, & mille dicta teſtium 534 nu.27
teſtes examinati parte non citata non probant, nec faciunt indicium ad torturam, etiam ſi eſſent mille teſtes 157 nu.1
teſtes non poſſunt eſſe mulieres in criminalibus, maximè de iure canonico 366 nu.16
teſtes licet recipere parte non citata in cauſa aſſaſsinij, & probabunt 101 nu.8
teſtes parte non citata recepti, non probant, etiam in crimine aſſaſsinij, licet aliqui tenuerint contrarium 217 nu.16
teſtes parte non citata nõ probant: nec ex eis reſultat indicium etiam ſi eſſent mille teſtes ita examinati 254 numero 7
teſtes licet fuerint citati, & non venerint, intantum quòd terminus labitur, niſi apparuerit per partem producentem in ſtatum, vt teſtes pignorarentur, & ſic cogerentur captis pignoribus, eſt ei imputandum 409 nu.4
teſtes reddentes rationem eorum dicto præferuntur ipſam non reddentibus 320 nu.5.6
teſtes in dubio præſumuntur conteſtes, & de eodem actu deponere 60 nu.12.427.nu.10
teſtes in dubio præſumuntur eſſe cõteſtes, & de eodem actu deponentes licet non appareat, quòd omnes fuerunt præſentes eodem tempore 411 numero 10.11
teſtes non reputantur diuerſi, ſeu contrarij, ſi in facto vnus depoſuerit minus quàm alter 428 numero 11
teſtes duo requiruntur in his quæ ſunt de actis, nec fiunt coram iudice, prout eſt procuratio, contractus, & his ſimiles 373 nu.8
teſtes non requiruntur in actis quę fiunt per actorum notarium, vt ſunt de actis quæ conſueuerunt fieri coram iudice, vt litis conteſtatio, & ſimilia: ſecus in his quæ non ſunt de actis, nec fiunt coram iudice, prout eſt procuratio, contractus, & ſimilia quæ fiunt apud acta 381 nu.415
teſtes deponentes ſuper aliquo facto, quòd non ſit memoria hominum in contrarium, qualiter deponere debeant. 292 nu.6
teſtes deponentes quòd non ſit memoria hominum in contrarium, non ſolùm debent deponere de auditu, verùm etiam de fama 292 nu.7.8.442 nu.11
teſtes contra quos opponitur quòd ſint domeſtici, vel infames, vel alia elidibili exceptione attincti, non ſufficit ita indiſtinctè, & ſimpliciter opponere, ſed in ſpecie articulari, & probari quòd ita fuerint tempore eorum depoſitionis 330 nu.6
teſtes angarij & parangarij non probant pro domino ipſorum in teſtes producti 293 nu.18
teſtes deponẽtes de antiquiori poſſeſsione etiam decennij retro, præferuntur teſtibus de iuniore poſſeſsione in interdicto retinendæ. 473 nu.2
teſtes varij, diuerſi & mendaces, nihil probant 259 nu.19
teſtes varij & diuerſi inter ſe non probant, etiam ſi eſſent mille 427 nu.4
teſtes deponentes de conſuetudine qualiter deponere debeant, vt probent eam 427 nu.5
teſtes deponentes de conſuetudine ad hoc vt probent, debent atteſtari in ſpecie factum quod viderunt, & de viſu illius facti cuius conſuetudo allegatur, & de actuum frequentia, & temporis diuturnitate 416 nu.4
Et debent inſuper teſtes prædicti concordare in tempore, & actibus, de quibus deponunt, etiam per identitatem, aliàs non probarent ibidem numero 5
teſtes dato quòd contradicerent ad inuicem, ſi talis contradictio eſſet in modico, etiam quòd eſſet in eo ſuper quo conſiſtit ſubſtantia negocij principalis, non ex hoc eſſent varij, nec ex hoc reprobarentur 329 numero 4
teſtes aduerſus inſtrumentum in fraudem vſurarum confectum in quo ſunt ipſi deſcripti, vel tabellio qui ipſum confecit ignorent de vſura, tamen probari poteſt per alios teſtes dicentes, quòd ita erat præordinatum à partibus 402 nu.9



teſtes ſingulares probant de corruptela contra officialem: hoc tamen verum, conſiderata prius qualitate officialis, & eius fama & conditione: & pariter fama illius adſerentis dediſſe officiali 86 nu.43 44.45
teſtes centum dicentes quid ſponte factum, ſed duo teſtes de vi & metu deponentes, præferuntur dictis centum 430.nu.10.11.12
Imò verba illa, ſponte, & voluntariè, prolata tempore metus, nedum non purgant metum, ſed ingeminant ibidem
teſtes idiotæ & illiterati non probant tenorem ſcripturarum 494 nu.14
teſtes dicentes cognouiſſe homines de nocte ad vocem nondicendo, quòd lucebat luna: vel quòd erat lumen accenſum, non probant 234 nu.2
teſtes inimici non probant 20 nu.1
teſtes inimici non admittuntur etiam in crimine læſæ maieſtatis, nec hæreſis 198 nu.30.122.nu.9
teſtes inimici capitales debent recipi in teſtes 122 numero 5
teſtes coniurati admittuntur ad probandum coniurationem 149 nu.1
teſtes inſtrumentarij ſi de directo contradicant contentis in teſtamento, nemo poteſt propterea de falſo puniri, nec notarius propter teſtes, nec teſtes propter inſtrumentum 247 nu.16
teſtes ſuper æſtimatione deponentes, ſi non addant illa verba, ſcilicet communi æſtimatione, tamen validatur eorum dictum: quia videntur omnino de communi æſtimatione ſenſiſſe 328 nu.4
teſtes dicentes talem poſſediſſe tempore quo vixit, verificatur vſque ad mortem 505 nu.8
teſtes dicentes Titium poſſediſſe talem fundum, ſi non deponerent de toto, non probarent concludenter: ex quo in materia probatoria indefinita non æquipollet vniuerſali 246 nu.4
teſtes dicentes, quòd illi de tali caſata, quid fecerint, non intelligitur de omnibus de illa caſata: cùm illa verba, illi de illa caſata, poſsint verificari in duobus de ipſa caſata 246 nu.5
teſtes ſi ſe referrent ad articulum, & in articulo contineretur quòd omnes de illa caſata id fecerint, & ſe retuliſſent ad articulum: tunc indefinita æquipolleret vniuerſali: & intelligeretur de omnibus 246 numero 6
teſtes ſufficit eſſe concordes in facto principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij, licet in aliis ſint diſcordes: quia non ex hoc peterunt reputari falſi ſeu varij, nec reprobantur 48 nu.10. 124. numero 8
teſtes vbi ſunt pares numero, eo caſu iudex poteſt iudicare, prout ſibi videtur, & præſertim pro actore 321 numero 11
teſtes meos approbare poſſum, quos aduerſarius meus reprobauit 350 nu.10
teſtes meos probare poſſum bonæ famæ, quos aduerſarius probauit malæ 350 nu.11
teſtes depõnẽtes ſuper verbis teſtamenti debent eſſe concordes, aliàs non probant 354 nu.1
teſtes non requiruntur eſſe conteſtes in ſenſu proprio, ſed in re quam ſenſu percipiunt 355 nu.2
Niſi pars ſe reſtrinxiſſet ad probandum verba formalia. nu.3
teſtes licet vnus ipſorum dicat quod alius non dicit, non ex hoc ſunt varij 355 nu.4
teſtes aliqui licet non deponant ſuper aliquo, vel non recordentur, tamen ſi alij conteſtes, qui ibidem interfuerunt, id deponant, plenè probant 355 nu.5
teſtes duo ſufficiunt in teſtamento condito à patre inter liberos 355 nu.6
teſtes omnes ſi præmeditato ſermone deponant, non carent ſuſpicione 355 nu.7
teſtes ſuper fama deponẽtes vt probẽt, debent deponere à quibus dictam famam audiuerunt, etiam quòd de eis interrogati non fuerunt 109 nu.8
teſtes mulieres in cauſa criminali, an probent. Et concluditur quòd ſic 21 nu.16
teſtes fratres ſeu cõſanguinei, quòd admittantur pro fratre ſeu conſanguineo in cauſa criminali, eſt verum, quando producuntur ad meram defenſionem & innocentiã inquiſiti. Secus ſi ad repulſam ſeu impugnationem alterius 21.nu.17.18.19.& 20
teſtes ſi ex vna parte ſunt mulieres, & mares ex altera, præferuntur mares 320 nu.1
teſtes rei & actoris ſi ſunt numero pares, pręferuntur teſtes rei 320 nu.2
teſtes mulieres in criminalibus contra presbyterum, ſeu clericum non probant 315 nu.6
teſtes mulieres in foro canonico in criminalibus non probant, etiam contra laicum, niſi in ſubſidiũ quando veriſimiliter ex natura facti alij teſtes adeſſe non potuerunt 315 nu.7
teſtes ſufficit eſſe cõcordes in facto principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij, licet in aliis diſcordent 39 nu.6.106.nu.12.13
teſtes quando ſunt ſuſpecti, datur cautela, vt iudex ipſos interroget ſuper circunſtantiis ad effectum, vt cognoſcat ſi eis deferre debeat 44 nu.28
teſtes in cauſa ardua ſunt examinandi per iudicem, qui eo caſu non debet cauſam committere: ſed mandare teſtibus, quibus præcipere poteſt, vt ad ſe veniant, ſi habet ipſos ſuſpectos 107 nu.17
teſtes ſi ſunt in alia prouincia, eſt in arbitrio iudicis, ſi viderit iuſtam cauſam ſubeſſe, committere audientiam teſtium in cauſa criminali 107 nu.18
teſtes licet ſint in facto principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij, diſcordes, adeò quòd contradicant inter ſe, ſi tamen in modico contradicant, non ex hoc ipſorum dicta reprobantur 38 nu.7
teſtes ob magnam amicitiam in totum repelluntur 23 numero 28.
teſtes dum diſcordant ab inſtrumento, in quo ſunt deſcripti, debet fieri articulus de vnitate actus 144 numero 11
teſtes in cauſa matrimoniali requiruntur omni exceptione maiores, & non ſufficeret quòd aliàs eſſent idonei 58 nu.48
teſtes in cauſa matrimonij requiruntur eſſe probatæ vitæ, optimæ opinionis, & fidelis conuerſationis, ita quòd non ſit veriſimile ipſos deierare ex cauſa aliqua 58 nu.49.50

teſtes

teſtes plures infames etiam de facto non probant in cauſa matrimoniali 58.nu.51

teſtes infames producti contra aliquem, non audiuntur, nec probant ſine tortura 88 nu.58

teſtes infames & criminoſi licet admittuntur in crimine læſæ maieſtatis tamen dum allegantur teſtes inimici, non admittuntur 158 nu.7

teſtes infames licet non ſufficiant ad condemnandum, ſufficiunt tamen ad torquendum 243 nu.1

teſtes infames, licet non ſint habiles quo ad condemnationem, ſufficiunt tamen ad torturam 83 nu.21

teſtes omni exceptione maiores requiruntur in criminalibus 366 nu.18

teſtes pro matrimonio *filiæ* poſſunt eſſe mater puellæ, & conſanguinei, licet plebeiæ, aduerſus nobilem amore ipſius puellæ captum 351 nu.20

teſtes de viſu delicti commiſsi deponentes, licet repulſentur, tamen ſi remanent illæſi, alij teſtes deponentes de fama, plenè probabunt 4.nu.6

teſtes contrarij ſeu diuerſi à depoſitione principali, an poſsint reduci ad concordiam ad euitandam falſitatem 4 nu.7

teſtes vbi ſunt ſuſpecti de falſo, datur cautela, vt interrogentur ſuper circunſtantes, ſi ipſi ſtabant, vel ſedebant: & ſi aer erat nubiloſum vel obſcurum, ſeu clarum eo die, & pariter de qualitate veſtium & de forma loquendi, & ſimilibus, ad ipſos intercipiendum, ſi verum dixerint 5.nu.8.9

teſtes deſcripti in inſtrumento ſi deponunt pro inſtrumento, non vitiantur eorum dicta per alios teſtes ſuper numerarios non deſcriptos contrarium deponentes 164 nu.11

teſtes duo ſi ſe affirmant interfuiſſe in inſtrumento dum celebrabatur ſeu ſtipulabatur, alij verò duo teſtes negant interfuiſſe, inſtrumentũ probat, quia coadiuuatur ab illis duobus affirmãtibus 164 nu.12

teſtes duo vna voce deponentes contra inſtrumentum, præualere debent notario, data paritate conditionis inter eos & notarium 131 nu.5

teſtes duo reprobant inſtrumentum, & vnus teſtis facit vacillare inſtrumentum 131 nu.5

teſtes duo ſi videntur adinuicem contrariari, debent reduci ad concordiam: Secus, ſi eſſet vnus & idem ſibi contrarius 78 nu.8

teſtes duo vna voce dicentes præualere debent notario 382 nu.20

teſtes plerunque extra iudicium deponunt aliquid, vt complaceant partibus, de quo poſtmodum examinati cum iuramento, aliter deponunt 160 nu.2

teſtes producti ad defenſionem, licet deponant per verbum, credo probant 166 nu.9

teſtes producti ſuper inquiſitione contra non diffamatum, licet deponant de ipſo crimine de viſu, tamen quia non adparet diffamatus, non præiudicant inquiſito 87 nu.50

teſtes licet non dicant formiter, prout in articulo continetur probãt: reprobata opinione Anto. de But. quæ ſola intelligitur in verbis teſtatoris, vel vbi ſe aſtrinxit ad probandum verba formalia ipſius 352 nu.42.43.44

teſtes centum deponentes aliquid fuiſſe ſponte factum, & duo dicentes per metum, vel vim factum, præferuntur illis centum 132 nu.19

teſtes ſeculares regulariter in cauſis criminalibus contra clericos non admittuntur, niſi in defectum aliorum 109 nu.6

teſtes deponentes ſe aliter dixiſſe in ſuis depoſitionibus, quàm per notarium ſcriptũ fuit, dum de falſo agitur, eſt potius ſtandum eorum dicto, quàm notarij 123 numero 1

teſtes deponentes de credulitate, non probant, niſi aſſignauerint congruas rationes eorum dictis 141 numero 19

teſtes deponentes ad defenſam, ſi deponant ſecundum eorum credulitatem & videre, bene probabunt 141 numero 20

teſtes deponentes ad reprobationem inſtrumenti debent eſſe omni exceptione maiores, & ille dicitur omni exceptione maior, cui nulla exceptio obiici poteſt 384 nu.41.42

teſtes reprobatorios repellit repulſa leuis, nedum valida & vrgens 23 nu.31

teſtes vbi in aliquo caſu requiruntur eſſe optimæ opinionis, requiritur, vt optima ſit opinio, & quòd tales teſtes articuletur, & probetur ita ipſos eſſe: aliàs non poterit quis obtinere 85 nu.38

teſtes ſi contra dicunt inter ſe in modico, & contrarietas etiam non eſſet concordabilis in ſubſtantia negotij facti principalis, non vitiantur eorum dicta, nec poſſunt ex hoc falſi reputari 124 nu.9

teſtes ſi depoſuerunt maleficium fuiſſe commiſſum præſente Titio & Seio, & demum iterum interrogati qui fuerint præſentes, reſponderunt: quòd nullus: certè debet intelligi, niſi exceptis prænominatis 77 numero 1

teſtium dicta debent de neceſsitate concludere, ſicut quælibet alia probatio 376 nu.8

teſtium dicta quando neceſſario non concludunt, ſemper contra producentem interpretantur 376 numero 9

teſtium dicta non poſſunt dici falſa, quando poſſunt aliqua interpretatione verificari 123 nu.5.144 numero 12

teſtium dictis ſatis eſt quòd non reperiatur varietas inexcuſabilis 352 nu.40

teſtium dicta debent interpretari, vt ſuſtineantur: & quòd nec falſum depoſuerint 68 nu.6.106 numero 9

teſtium dicta ſunt interpretãdo ad bonum intellectum & non calumnianda 329.nu.5

teſtium dicta debent impropriari, vt ſuſtineantur 78 nu.7.352.nu.41.364 nu.7

teſtium dicta non ſunt calumnianda, ſeu cauillanda ſed interpretanda ab bonum intellectum 333.nu. 3352 numero 38.39

teſtium dicta intelligi debent ſecundum ſubiectam materiam 334 nu.4

teſtium dicta concurrendo ad ſubſtantiam negocij principalis per diuerſa verba inter eos, maior fides adhibenda eſt eis, quia videntur non præmeditato ſermone dixiſſe 334 nu.5

teſtium contrarietas ſeu diuerſitas inter eos etiam quòd eſſet in ſubſtantia negocij principalis, dummodo modica, non inualidat dicta teſtium 334 numero 6

teſtium tormẽtatorum depoſitiones abſque indiciis, nihil valent, nec faciunt indicium contra illum, contra quem deponunt 43 nu.19

teſtium ſubſcriptio de iure non requiritur in inſtrumento 163 nu.10

teſtium numerus quando in aliquo actu non reperitur taxatus, certè ſufficiunt duo teſtes, etiã ſi actus eſſet grauis & magni præiudicij 164 nu.13

teſtium numerus ſupplet defectum, non tamen in cauſa criminali 4.nu.4.384.nu.43.466.nu.21.543.nu.11 & numero 43

teſtium numerus ſupplet defectum etiam in cauſa criminali, vbi tractatur de torquendo: quia pluries inhabiles ſeu infames ſufficiunt: ſecus vbi tractatur de condemnando 4.nu.5

teſtium numerus ſupplet defectum in cauſa graui, licet ciuili 58 nu.52

teſtium approbatio facta per iudicem alios reiiciendo non poſſunt demum reiici prætextu affinitatis, vel alterius qualitatis, quæ non faceret eos eſſe omni exceptione maiores 385 nu.45

In teſtium receptione idem iudicandum eſt de inimico præſumpto, quod de inimico vero 118 nu.18

teſtium examinatio in criminalibus non committitur: ſed debet fieri per iudicem 163 nu.2

teſtium examinatio non committitur niſi alicui electo de voluntate ambarum partium 163 nu.3

teſtium examinatio quando committitur de voluntate partium alicui tabellioni, debet conſtare de commiſsione ipſa per ſcripturam alterius notarij ſeu tabellionis 163 nu.4

teſtium maiori numero ſtatur etiam in teſtibus à me productis, licet contrariis 544 nu.13

teſtium maiori numero ſtatur etiam à me productorum, ſtandum eſt: licet minor numerus aliter, videlicet contrarium depoſuerit 193 nu.17

teſtium maiori numero ſtatur etiam in teſtibus ab eademmet parte productis 408 nu.12

teſtium inhabilitas ſuppletur per numerum teſtium 339 nu.7

teſtium reprobatio non admittitur in ſummariis reſpectu perſonarum 339 nu.8

teſtium optima opinio vbi eſſet ipſa cauſa inductiua plenæ probationis, tũc de plena & optima opinione teſtiũ eſſet articulandũ, & probandum 85 nu.38

teſtium probatio illa præfertur, in qua datur exceſſus 320 nu.8

teſtium defectus ſuppletur in numero eorundem 350 numero 13

teſtium defectus quòd numerus ſuppleat, non habet locum in cauſa graui, ſeu criminali 119 numero 30

teſtibus non veriſimilia deponentibus iudex non debet fidem dare 223 nu.8

teſtibus debet deferri iuramentum partibus præſentibus, vel ob contumaciam abſentibus, alias non probaret 409 nu.10.& 11

teſtibus dicentibus, precibus & rogatu alterius falſum depoſuiſſe, non creditur 122 nu.11

teſtibus paucis affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus 292 nu.10

teſtibus duobus affirmantibus. quòd alter gerebat arma, ſtatur potius quàm mille negantibus. Et quomodo hoc intelligi debet contra iſtam præſumptionem iuris ex eo, quòd daret operam rei illicitæ 166 numero 11

teſtibus deponentibus de mandato & commiſsione ſibi factis, credendum eſt 216 nu.1

teſtibus deponentibus ſe corruptos, credendum eſt 216 numero 2

teſtibus aſſerentibus ſe tentatos de corruptela, credendum eſt 216 nu.3

teſtibus deponentibus veriſimilia & conſona veritati, magis ſtandum eſt 320 nu.7

teſtibus animosè deponentibus non eſt credendum 557 numero 3

teſtibus etiam clarè deponentibus, ſi iudici videbitur non fore fidem adhibendam, poterit non adhibere, ſed debet exprimere cauſam quare fidem non adhibeat 321 nu.9

teſtibus duobus deponentibus de metu plus creditur quàm mille deponentibus de ſpontanea voluntate 439 nu.41

teſtibus deponentibus ſe conformando cum diſpoſitione iuris magis creditur, quàm aliis 292 nu.11

In teſtibus contrarietas, etiam in ſubſtantia negotij, dummodo ſit modica, non facit eos reputari varios ſeu falſos 107 nu.15

In teſtibus indefinita non æquipollet vniuerſali 249 numero 1

teſtis dictum ſimpliciter deponentis, facit vt dictum eius intelligatur ſecundum articulum, ſuper quo examinatur 246 nu.2

teſtimonium non veriſimile eſt ſuſpectum 223 nu.10

teſtimonium virorum præfertur teſtimonio mulierum 120 40

teſtimonium mulierum in cauſa criminali coram iudice eccleſiaſtico nihil probat 108 nu.3

teſtimonium mentis noſtræ nullum maius, quàm qualitas inſpecta verborum 71 nu.7

teſtimonium nullum maius quàm qualitas inſpecta verborum 462 nu.2

teſtimonium fratris licet aliqualiter diminuatur pro fratre, tamen probat 411 nu.3

tigna non magis oſtendunt communionem quàm ſeruitutem: quia tigna ſeruitutis conſueuerunt in alieno muro immitti 558 nu.12

tigna duo vel tria, ſeu vnum ſi vicinus impoſuit in pariete vicini, & ego tacui, tunc dico quòd illa aut alia imponere non poterit in alio loco eiuſdem parietis, vel alterius tigni 558 nu.10

titius obligauit mihi omnia ſua bona, & demum res aliqua ſua peruenit ad Caium, qui eam vendidit, nunc ego primus creditor peto illud pretium, an poſsim, & quo iure 186 nu.8

timere ſufficit ſaltim probabiliter, etiam ſi non iuſtè ad excuſandum quòd propter metum quid factum ſit 73 nu.35.213 nu.7

timens ſe turbari in ſua poſſeſsione poterit petere ſe defendi per iudicis officium 374 nu.2

timẽs futurum malum, debet clàm proteſtari coram honeſtis perſonis, vt habeat iuſtam excuſationem 213 numero 9

timendum eſt id, quod abſque periculo eſſe non poteſt 213 numero 3

timor violentiæ inferendæ, dicitur iuſtus metus 140 numero 3.4


titul

titulus inducitur per curſum centum annorum 528 numero 19

titulus legati excludit compenſationem 475 numero 10

titulus & poſſeſsio iuſtificata, licet multum proſit, tamen hoc eſt verum, niſi poſſeſsio collitigantis eſſet antiquior illo ſuo titulo 473 nu.5.4

tormentum dicitur illud, per quod corpus cruciatur 37 numero 6

tormentorum probabilis ſuſpitio, idem operatur, ac ipſorum illatio 43 nu.24.349.nu.3

torquere non licet inquiſitum vltra tertiam vicem: quia eo caſu dicetur iudex immoderatè procedere 115 numero 14

torquetur inquiſitus ex communi obſeruantia, ad euitandum calumnioſas appellationes: licet per teſtes de viſu conuincatur 188 nu.3

torqueri vbi quis non poteſt, minimè poteſt detineri 87 numero 55

torqueri quis non poteſt vltra tertiam vicem 45 nu.17.205.nu.17.18

torqueri an poſsit inquiſitus ſtantibus de viſu delicti commiſsi contra ipſum 189 nu.1

torqueri licet in aliquibus caſibus quis non poteſt, poterit tamen terreri 369 nu.10

torqueri non poteſt, qui aliàs fuit Conſiliarius ciuitatis ſuæ, ſeu poteſtas, licet hodie non ſit: & hoc in memoriam priſtinæ dignitatis. Et Martin. de Fan. euaſit condemnatũ ad mortem, ex quo confeſſus fuerat per torturam, & de iure torqueri non poterat 190 numero 13.14

torqueri non poteſt clericus, niſi cùm fuerit de crimine publice diffamatus 160 nu.3

torqueri vbi poteſt clericus, requiritur quòd fuerit infimis & vilis: & etiam eo caſu debet tortura moderari: quia in foro eccleſiaſtico non dantur tormenta, prout in foro ſeculari, ſed virgis tãtum ſubiiciuntur clerici in locum torturæ 160 nu.4

torqueri poteſt teſtis, qui ſcit aliquod factum, & non vult reuelare, & hoc fieri poteſt abſque indiciis 103 numero 21

torqueri de iure prohibitus, ſi fuerit tortus, & confitetur delictum, confeſsio non tenet 153 nu.15

torqueri non debent honeſti viri, nec vilibus pœnis affici 191 nu.26

torqueri an poſsit Doctor, & pariter Miles, & ibi, quid ſi ſit actu legens; & dicitur contigiſſe de facto 190 numero 4

torqueri poteſt de iure communi homo malæ famæ data leuitate vitæ ipſius, maximè, vbi proceditur ex officio, & non ad querelam 36 nu.17

torqueri quis non poteſt ex ſola contumacia, niſi alia concurrunt 93 nu.5

torquendus quando habet aliqua indicia pro ſe, illa quæ vrgent contra ipſum, debent eſſe magis grauia ad hoc, vt torqueri poſsit 145 nu.24

torquendus ſi ex proceſſu haberet aliqua indicia pro ſe; indicia quæ extarent contra ipſum debent eſſe magis vrgentia 196 nu.22

tortus etiam ex proceſſu ordinario, non poteſt repeti tortura, niſi ſuperuenerint noua indicia 159 numero 9

tortus ſi in tortura fuit conſtans, conſtantia illa eneruat ac euacuat indicia, licet ſufficientia, & tollitur probatio contra ipſum, quaſi non fuerit 159 numero 10

tortus ſuper furto, ſi eſt malæ famæ, & eſt confeſſus, poterit de aliis delictis interrogari, licet non extent indicia 221 nu.4

tortus ſuper furto, de quo inquiſitus eſt, & confeſſus, non poterit de iuris ſubtilitate de aliis furtis interrogari, de quibus nulla exiſtunt indicia. Vbi ſubdit hoc eſſe verum, de iure: licet de generali conſuetudine Italiæ ſeruemus contrarium 221 nu.1.2

Et quòd conſuetudo de qua in præcedenti, non teneat. ibidem

tortus ſi contradicit iis quæ cum iuramento dixerat, tanquàm periurus, non creditur ei 205 nu.15

tortus abſque legitimis indiciis & confeſſus, facit vt eius confeſsio ſit ipſo iure nulla, nec præiudicet confitenti: etiam ſi eſſet millies ratificata, & etiam quòd demum ſuperueniſſent indicia. & ſubditur quòd nec præiudicaret eidem confitenti nec alteri 93 numero 6.7

tortus licet confiteatur & in eadem confeſsione perſeueret ratificando, ſi tamen fuit tortura adhibita abſque legitimis indiciis non nocebit confitenti 93 numero 8

tortus non debet retorqueri non ſuperuenientibus nouis indiciis poſt torturam. Et quòd debent cauere iudices tanquam ab igne, repetere torturam abſque nouis indiciis 42 nu.15.43.nu.16

Et quid debet facere iudex poſtquam torſerit inquiſitum, & negauit. ibidem

tortus quando quis dici poſsit, vbi pluribus modis poteſt quis dici, quòd tortus fuerit 161 nu.8

tortus per tres vices, & non confeſſus, debet relaxari ſub cautione 120.nu.43

torti confeſsio non præcedentibus indiciis, eſt nulla 43 numero 18

tortura licet poſsit ex præeminentia aliqua adhiberi ex proceſſu informatiuo, attamen non poteſt repeti ex proceſſu informatiuo. & iſta eſt noua inuentio authoris 159 nu.9.12

tortura poteſt inferri in proditionibus & tractatibus quæ fiunt ſecretè, ob probationis difficultatem 101 numero 7

tortura dari non poteſt homini bonæ famæ, etiam ſi extaret vnum indicium ſufficiens ad torturam contra ipſum: quia propter bonam famam tale indicium extinguitur in totum 95 nu.24

tortura datur in ſubſidium, quando veritas aliter haberi non poteſt: & non vbi conſtat de delicto. & iudex aliter faciens tenetur, ac ſi eſſet homicida: & tanquam crudelis tenetur in ſyndicatu 3.nu.2

tortura datur, vt tortus fateatur delictum, de quo conuincitur, ne per appellationem retardetur id, quod pronuntiatum fuerit: & ita ſeruat conſuetudo 4 numero 3

tortura non eſt repetenda non exiſtentibus nouis indiciis ſuperuenientibus, & niſi indicia præfata eſſent multum vrgentia 43 nu.25

tortura ceſſat vbi contra indicia aliquid vrget in contrarium 256 nu.30

tortura non habet locum in regno vbi in cauſa nõ veniret imponẽda pœna vltra relegationem 22 nu.12







tortura data abſque indiciis facit inſurgere præſumptionem violentiæ contra iudicem 94 nu.10

tortura de facili adhibenda eſt in delictis nocturnis 80 numero 17

tortura poteſt dari homini malæ conditionis & famæ ex proceſſu informatiuo 80 nu.13

tortura regulariter non datur nobilibus 224 nu.4. 235 nu.9

tortura an habeat locum in furto minimo 94 nu.16

torturæ ſpecies eſt carceratio: & ideò carceratus confeſſus, poteſt talis confeſsio dici violenta, & non ſpontanea 94 nu.17

Ad torturam deuenitur in ſubſidium, deficiẽtibus probationibus 192 nu.7

Ad torturam non proceditur extantibus indiciis: vbi allegatur talis defenſio quæ ſi eſſet probata, ceſſare debet tortura, ſed eo caſu debet differri 256 nu.31

trahi ſeu intelligi quæ poſſunt in malum, & bonũ, maximè aduerſus ſacerdotẽ, ſemper in bonum trahenda ſunt, cùm ſemper capienda ſit via, vt excludamus delictum 315 nu.10

tractare quis non dicitur mulierem vt coniugem, ſi non tenet ipſam in lecto, & ad menſam in domo 53 numero 10

trepidatio & inconſtantia, & titubatio, facit indicium contra inquiſitum 254 nu.4

tria ſunt ſpecialia cõtra poteſtatem, cui carceratus pro crimine capitali aufugit, primò quòd incumbit ſibi onus probandi diligentiam, quòd carceratus caſu aufugit. ſecundò quòd non liberatur exhibendo cuſtodem carceris. Tertiò, quòd pro negligẽtia & culpa tenetur pœna capitis 252 nu.16

tumultum popularem facientes puniuntur pœna capitali, niſi tumultus accidẽtaliter eueniſſet ob aliquod factum, vt ex ciuili diſſenſione, & ſimilibus 231 numero 1.2

turpe eſt aliorũ ſcripta referre, vbi nihil habes aliquid additione dignum 314 nu.1

tutela finita non poteſt vnus ex tutoribus rationem reddere, ſed inſimul omnes 507 nu.2

tutor emens de pecunia pupilli, licet inſtrumentum conceperit nomine proprio, nihil obeſt pupillo 507 numero 3

tutor aſſerens ſe tutorem ſi obiicitur contra tutelam, & tamen fuit admiſſus vt tutor, cenſetur eius perſona legitimata 432 nu.28

tutor comparendo ſeu ſe ſubſcribendo, aut alia faciendo nomine pupilli videtur ſibi proprio nomine præiudicaſſe 475 nu.12.13. & idem teſtis vel notarius

tutor ſi quid fecit, aut ſcripſit vt tutor, in quo ius aliquod habeat, non videtur ſibi proprio nomine præiudicaſſe 460 nu.1

tutor rem pupilli palam & bona fide emere non prohibetur 279 nu.26

tutor repræſentat pupillum, & ipſe non dicitur tenere nec poſsidere 506 nu.10

tutores poſsident nomine pupillorum quorum tutelam gerunt 507 nu.1

tutrix non poteſt eſſe milier, niſi ſit mater vel auia, ſi tamen ipſæ voluerint, cùm virile ſit officium 515 numero 12

VArietas & contradictio inter plures in ipſorum dictis, facit, vt torqueri poſſint 12 nu.5

varietas in principali non inducit indicium ad torturam 375 nu.8.9

varietas in principali non obeſt 44 numero 29

vaſſallus dicitur pars feudi 273 nu.8

vaſſallus ſi in ſeruiendo pro domino expugnauit, & cepit aliquod caſtrum à poſſe hoſtium, licet in eo expenderit pro expugnatione, tamen ex quo tenetur ſeruire Regi, reſtituet caſtrum priori domino, & non recuperabit expenſas 29 nu.43

vaſſallus dici non poteſt qui nihil terræ tenet à domino 526 nu.12

vaſſallus ſi pro conſecutione gloriæ belligerando contra hoſtes, vt impetraret id, quod ab hoſtibus conſequeretur non obligat illum, in cuius ſubuentionem acceſsit 28 nu.45

vaſſallus, ſi tẽpore guerræ notificat domino ſe impotentem, aut inermen, ſi caſtrum ab hoſtibus ſibi eripiatur, excuſatur 26 nu.10

vaſſallus dimittens dominum in prælio, priuatur feudo, niſi periculum vitæ ſibi videatur imminere, vel propter valetudinem ſui: & ob parentum & affinium ſuccurſum: vel quia neſcit iuuare dominum 27 numero 33

vaſſallus debet de neceſsitate interpellari à domino, & requiri de ſeruitio: nec tenetur vltrò ſe offerre 72 nu.18

vaſſallus infirmus non poteſt arctari, vt perſonaliter ſeruiat domino 72 nu.19

vaſſallus accedens ad hoſtes de loco infideli ad infidelem, non poteſt dici transfuga, ſeu hoſtis 73 numero 40

vaſſallus ſi quid fecerit contra dominum per quod veniat feudo priuandus, ſi id per metum feciſſe docuerit, excuſabitur 27 nu.30

vaſſallus ſi reliquit dominum in prælio, metuendo vim hoſtium, excuſatur 27 nu.3 nu

vaſſallus tenetur impendere auxilium domino ſalua ſua perſona, & vita, quam præponere debet ſaluti domini 27 nu.32

vaſſallus committens cauſam priuationis feudi, licet veniat feudo priuandus, tamen ſi id per metum fecerit, excuſabitur 73 nu.36

vaſſallus timens vim hoſtium, ſi tamen vt euitaret periculum dimiſit dominum in prælio periclitantem, excuſatur 73 nu.37

vaſſallus tenetur iuuare dominũ ſalua ſua perſona & vita, quam præponere debet ſaluti domini 73 numero 38

vaſſallus prætenſus Baronis, qui confeſſus etiam cum iuramento teneri ad ſeruitia perſonalia ipſi Baroni & quòd ipſa ſibi præſtitit, & etiam quòd de hoc ſe obliget abſque aſſenſu Regio, non tenet talis confeſsio nec obligatio 220 nu.21

vaſſallus ſi non iurauit fidelitatem non eſt homo ligius adeo quòd nec præſtatio alicuius rei longo tempore facit ipſum eſſe vaſſallum, niſi præcedat cauſa obligationis, vt pro laborerio terræ, quòd tenet à domino, & his ſimilibus 325 nu.9

vaſſallus non præſumitur, nec eſt ex eo quòd domicilium faciat in loco Baronis, nec ex hoc Baro ille habet in eum iuriſdictionẽ, nec præſumitur quòd bona per ipſum poſſeſſa tenuerunt à Barone in feudũ,

ſeu à prædeceſſoribus ipſius 525 nu.10
vaſſallus habẽs duos dominos, tenetur primo domino perſonaliter ſeruire, Nec poſſet replicare primo domino, & dicere, tu vadis contra alium dominum meum, cui etiam ſum obligatus 214 nu.19.20
vaſſallus alienans feudum abſque aſſenſu domini, vt confeſtim reddat, nõ dicitur alienaſſe abſque aſſenſu, nec patitur pœnas alienantis eo modo 273 nu.5
vaſſallus qui non iurauit fidelitatem, nõ dicitur homo ligius, adeo quòd nec præſtatio rei longo tempore facit ipſum eſſe vaſſallum, niſi præcedat obligationis cauſa 443 nu.26
vaſſallus nõ ex hoc quòd degat in aliquo loco, nec ꝙ ibi domicilium faciat, erit vaſſallus 443 nu.27
vaſſallus non iurans fidelitatem non poteſt dici homo ligius: in tãtum quòd nec præſtatio alicuius rei longo tempore reddit aliquem vaſſallum, niſi pręcedat cauſa obligationis, vt pro laborerio quod tenet à domino & ſimilibus 264 nu.1
vaſſallus contrahens amicitiam cum inimico domini poteſt feudo priuari 310.nu.7
vaſſallus etiam cum iuramẽto non poteſt ſe obligare ad præſtationem operarum ſuo domino 525 numero 6
vaſſalli non poſſunt compelli per dominos ad præſtandum ſibi collectas, vel angarias, vel quid aliud extraordinarium incõſulto principe, aliàs puniuntur 442 nu.13.14. Et ibidem de pœna
vaſſalli nõ poſſunt obligari ad ſeruitia perſonalia perpetua eorũ vtili domino, ſeu alteri, abſque aſſenſu Regio, cùm ſolus Rex ſit dominus perſonarum in præſenti Regno 291 nu.1.2
vaſſalli perſonaliter obligati non poſſunt deſerere terram Baronis, & recedere 273 nu.8
vaſſalli ſoluentes iura fiſcalia regi, non tenentur ad ſeruitia perſonalia eorum Baronibus ſeu dominis 220 numero 26
vaſſalli ſi opprimuntur ab eorum vtili domino, poterit Rex & ſic directus dominus ipſos eximere à tali dominio etiam quòd ipſi vaſſalli oppreſsi nõ conquerantur 555 nu.17
vaſſallis licitum eſt, imò meritorium, dominum vaſſallos ipſos opprimentem occidere, ex quo abutitur dominio, quia ſic facit ſe indignum dominari 555 numero 16.19
vbi timetur ſubornatio teſtium, licet iura tranſgredi 223 numero 12
vbi de libertate tractatur, ſemper pro ea præſumendum eſt 220 nu.16
vbi fuiſſet aliquid mandatũ alicui, non tamen in atrocibus, licet acceptaſſet mandatum nõ ſequuto effectu, non eſt in aliqua pœna 205.nu.15
vbi pœna pecuniaria dependeret ex delicto, ſi non habet in ære, luat in corpore 202 nu.23
vbi quis condemnatur ex indiciis, debet ſententia minorari multum 225 nu.14
Et ibi vide multa probationum genera, & quæ dicitur probatio perſpectiua, & quæ pleniſsima ad torturam, committitur arbitrio iudicis nu.15
vbi agitur de pœna criminali imponẽda ex ſolo conatu, quis mitius punitur arbitrio iudicis: Secus vbi lex in tali caſu ſpecificaret quantitatem pœnæ 210 numero 13
vectigal nouum inſtituens eſt in pœna legis Iuliæ de ambitu, etiam quod non exegerit 396 numero 23
vectigal nouum eſt meri imperij, & ſolus princeps imponere poteſt 396 nu.24
vectigal nouum imponens ciuitas, vel priuatus ſine licentia Principis, ex quo aſſumit quod eſt Principis capitaliter punitur tanquam vſurpator regiæ iuriſdictionis 396 nu.25
vectigal nouum conſtituens tenetur lege Iulia de ambitu 293 nu.2.3
Et ibi dicitur pœnam eſſe centum aureorum, & vbi vltra cõſuetum exegerit abſque aſſenſu principis, datur pœna perpetui exilij, nec ſufficeret conſenſus, imò nec decretum totius vniuerſitatis ibid.
vectigal nouum dicitur aut illud quod de nouo imponitur, aut illud quod vltra conſuetum augeretur, vel diminueretur 393 nu.4
vectigalia noua violenter exercens tenetur lege Iulia de vi publica 393 nu.1
vendere ſi quis promiſerit alicui rem, ſi eundem requirat, vt emat, ſequuta negligentia & mora poſt dictam interpellationem per duos menſes liberatur à promiſsione vendendi, & poteſt vendere cuicunque voluerit 303 nu.1
vendere ſi quis tenebatur ad tempus, ſi elapſo termino requirit eum qui debebat emere, quòd ſoluat precium ex quo paratus eſt vendere, non adiecto aliquo termino infra quem ſoluere debeat, intelligitur, dum tamen infra modicum tempus moram purgando ſoluerit 304 nu.5
vendere aliud eſt, & aliud promiſsio de vendendo 283 numero 5
vendens rem primò vni, conſtituendo ſe precario nomine poſsidere, & demũ ſecundo alteri ſimpliciter conſtituendo ſe poſsidere, & ſecundo tradidit poſſeſsionem, tamen primus erit præferendus quo ad dominium, ſed ſecundus quo ad poſſeſsionem 559 numero 3
vendens ſibi ipſi palam, publicè, & bona fide, tenet & valet vẽditio, ex quo auctorari quis poteſt in facto proprio, vbi ius alterius non læditur 278 numero 24.25
venditor licet remanſerit in poſſeſsione rei venditæ, tamen conduxit ab emptore ex hoc non inducitur præſumptio ſimulationis, & valet contractus, tam emptionis, quàm locationis 484 nu.13
venditor eo tunc quòd conceſsit titulum rei venditæ emptori videtur conceſsiſſe quouſque poſſeſsionem rei prædictæ acquireret 483 nu.9
venditor ſi cauit in contractu inito cũ emptore, quod emptor ipſe non poteſt in alium alienare, non ex hoc impediretur alienatio 282 nu.2
venenare volens aliquem, ſi non fecit niſi præparatoria nec peruenit ad actum facti proximum, non debet niſi pœna extraordinaria puniri 90 nu.13
venenum vendens & emens puniuntur, & veneni crimen habet admiſtam proditionem in ſe 89 numero 3
veneni crimen, eſt grauius homicidio, & deteſtabile 89 nu.2
verbum, fa come te pare, videtur commiſiſſe arbitrio boni viri 119 nu.3

verbum



verbum vnum nõ poteſt mutare veritatem eius quod geritur 398 nume.7
verbum nullum in teſtamento debet eſſe abſque miniſterio aliquid operandi, ſi poteſt operari, imò nec aliqua ſyllaba, nec dictio 462 nu.12
verba generalia principis in priuilegio non debent tenaciter interpretari aut ſtrictè 14 nu.3
verba prægnantia faciunt venire in alienatione, quæ aliàs non veniebant 509 nu.3
verba appoſita in priuilegiis, videlicet, cum angariis: & perangariis: non diſponunt, inducendo obligationem, niſi ſit in illo loco angaria, ſed videntur ſolùm concedere iuriſdictionem in ea, quæ non competunt niſi concedantur baronibus 444 nu.29
verba appoſita in conceſsione beneficij, videlicet, confiſi de prudentia, ſufficientia, idoneitate, & legalitate veſtra, apparet fuiſſe habitum reſpectum ad perſonam cui facta eſt conceſsio 471 nu.6
verba vbi ſunt dubia, earum interpretatio pertinet ad proferentem, qui ſi non declarauit, nihil operantur 561 nu.3
verba dubia ſeu ambigua ſemper debent interpretari per proferentem 561 nu.4
verba ſunt intelligenda ſecundum communem intellectum & vulgarem vſum loquendi 561 nu.5
verba contrahentium nunquam trahi debent ad aliud quàm ad id quod ſonant 561 nu.6
verba dubia interpretari debent contra proferentem 561 nu.8
verba quando duplici modo intelligi poſſunt, ſemper interpretari debent contra ſe fundantem ex dictis verbis 561 nu.8
verba quando poſſunt verificari ſecundum naturalem intellectum, & ſecundum ciuilem, debent intelligi ſecundum naturalem 462 nu.11
verba non principaliter prolata ad vnum effectum, ſed enunciatiua, non inducunt diſpoſitionem 460 numero 2
verba videntur adiecta à gratia demonſtrationis, quando non eſſent iuncta verbo executiuo 463 numero 20
verba apta importare delictum & non delictum, in dubio interpretantur in non delictum, niſi ex communi vſu loquendi ſonarent in delictum 403 numero 6
verba indifferenter prolata debẽt intelligi in potiori ſignificatu 279 nu.1
verba vbi poſſunt ciuiliter & naturaliter intelligi, debent naturaliter intelligi 279 nu.4
verba nedum, verumetiam, & preces ſuperioris inducunt iuſtum metum 439 nu.3
verba debent intelligi de primo actu tantum, & non de pluribus 492 nu.6
verba & voces ſunt earum quæ ſunt in animo paſsionum notæ 462 nu.4
verba narratiua probant ita eſſe, prout narratur, quia princeps fundat ſe ſuper narratione quam facit 455 nume.83
verba enunciatiua licet regulariter non inducant diſpoſitionem, tamen quando proferuntur à principe, bene diſponunt 455 au.84
verba enunciatiua licet aliàs non diſponant, tamen quando ſunt iurata, inducunt diſpoſitionem 455 numero 85
verba enunciatiuè prolata à partibus non probant circa ea quæ non dependent à libera voluntate partium 550 nu.14
verba enuntiatiua licet inter contrahentes plenè probent, hoc intelligitur, quando agitur incidenter de eo, quod enunciatur, ſed ſi principaliter, illa non ſufficiunt 226 nu.2
verba enunciatiua licet aliàs probẽt inter contrahentes, attamen quando inter partes contigit dubitari in iudicio de illo enunciato in inſtrumento, tale inſtrumentum nõ probat illud enunciatum in eo 460 numero 3
verba enunciatiua inducunt diſpoſitionem, quando ſuper eis fuiſſet interpoſitum iuramentum 246 numero 5
verba enunciatiua probant, vbi adeſſet iuramentum 461 numero 8
verba geminata principis demonſtrant latiſsimam & enixam voluntatem ipſius 148 nu.13
verba geminata, & prægnantia debent latiorem effectum inducere, quia oſtendunt diſponentis latiſſimam, & enixam voluntatem 452 nu.45.546 numero 13
verborum inuolucrum effugit deliberatam mentem principis, & dicitur obreptitiè obtentum 528 numero 30
verborum geminatio multum operatur, quia demonſtrant enixam voluntatem 356 nu.4
veriorum ſermonum eſt: vt concordent rebus ſenſatis Et quod diſtat à veriſimili, eſt quædam falſitatis imago. & contra id quod non eſt veriſimile, non debet quis audiri 154 nu.1.2
veriſimile tollitur per aliud magis veriſimile 46 numero 11
veriſimile ſi quid non eſt, iudex non debet fidem dare 377 nu.15.535 nu.37
veritas ex multis conſiſtit in paucis, & multitudo reſtringitur, quia oneroſa eſt & nihil habet honeſti 476 numero 1
veritatis fides verborum adminicula non deſiderat 605 numero 1.559.nu.1
veritatem præhonorare ſanctum eſt, & quòd magnus eſt Cæſar, ſed maior eſt veritas 261 num.7. vſque ad numerum 23
veſtes feſtiuæ & iocalia non præſumuntur donata vxori, ſed fiunt vt magis ornata ſe conferat. ideo ſemper veniunt in reſtitutione 421 nu.2
via publica dicitur cuius ſolum publicum eſt 501 numero 4
villa quælibet poteſt dictam gabellam imponere 394 numero 7
vis iudicis ſine iuris ordine procedentis æquiparatur vi à priuato commiſſæ 536 nu.39
vis verborum ponderanda eſt, & vis ſermonis ſeruanda 461 numero 3
vis tunc dicitur cum armis inferri, quando conſtat quod ad offendendum alium quis arma teneat, & ſic qui allegat quòd cauſa offendendi arma deferebat, probare debet 332 nu.14
vis publica tunc dicitur inferri, quando arma interuenerunt ad offenſionem accuſantis 332 nu.15
vis publica commiſſa dicitur, etiam ſi vnus ſolus inſul

tum commiſerit, & poterit exigi pœna portationis armorum, & pœna legis Iuliæ de vi publica 138 numero 2.3

vim faciens ſolus, ſiue hominibus coactis, vel armatis eodem edicto tenetur 112 nu.3

vinco vincentem te, fortius vinco te 472 nu.18

violentia quælibet, quæ fit, punitur lege iulia de vi publica, ſi cum armis: & lege iulia de vi priuata, ſi ſine armis

violentia aliud eſt; & aliud eſt actus violentiæ 232 numero 8

Pro violentia expulſiua non reperitur prodita accuſatio criminalis, ſed iniuriarum, vel ſimile 232 numero 9

violentiæ præſumptio oritur ex confeſsione carcerati extorta ab ipſo, in qua fatetur delictum: quia præſumitur extorta 102 nu.13

violentiam non dicitur committere, ſi vnus ſolus faciat iniuriam alicui ſine armis, niſi id faciat hominibus coadunatis 112 nu.2

Ex violentis præſumptionibus nemo damnari poteſt vltimo ſupplicio: ſed temperanda eſt ſententia 235 numero 8.10

virgo vel vidua poſtquam fuit ſtuprata, & ſic à principio fuit delictum ex cohabitatione continuata, non purgatur, ſed augetur delictum 201 nu.18

virgo, nec vidua honeſtæ vitæ poteſt eſſe concubina: quia cum eis contraheretur ſtuprum, & non concubinatus: niſi ab initio interceſſerit proteſtatio 20 numero 6

virtus legum eſt in adaptatione de ſimilibus ad ſimilia 476 numero 1

viſitator ea quæ ſunt Chriſti, & non ſua exquirere debet 567 nu.1

viſitator quando ad reſtitutionem teneatur 568 numero 15

viſitator non poteſt procurationem in pecunia accipere pro viſitatione etiam ratione cuiuſuis ſed in victualibus tantum 578 nu 16

viſitator patriacha, vel archiepiſcopus quando ab ingreſſu eccleſiæ arceantur 568 nu.17. & quando fiant irregulares. ibidem

viſus in loco homicidij redditur ſuſpectus, adeò vt torqueri poteſt, quando conſuetus eſt ſimilia facere, & ibidem conuerſari, & ſi eſſet malæ famæ 367 numero 27.28

vita præcedens inquiſiti, & indicia magnam partem conferunt ad præſumendum 94 nu.13

vitium paternum non nocebit filio, ſi filius virtuoſus fuerit

vniuerſitas nulla debet eſſe melioris conditionis, nec magis priuilegiata, quàm ſit fiſcus, mulier, vel minor 405 nu.3

vniuerſitas tota non poteſt procedere ad derogationem illius ordinationis quæ fuit facta in honorem & vtilitatem eccleſiæ ſiue vniuerſitatis 398 nu.11

vniuerſitas quęlibet eſt adeo priuilegiata, ſicut minor mulier, & pupillus: & comparatur pupillo. Et vniuerſitas quælibet debet reſtitui non minus, quàm pupilla 405 nu.6.7

vniuerſitas etiam poſt concluſum in cauſa admittitur in criminalibus per reſtitutionem in integrum 405 numero 8

vniuerſitas ex cauſa iuſta poteſt gabellam imponere abſque principis licentia 394 nu.8

vniuerſitas nō poſſet gabellam imponere etiam quòd de ea vellet facere donum principi, ſeu eius officialibus 394 nu.9

vniuerſitas tenetur reddere ſua loca tuta: aliàs tenetur reſarcire damna paſsis, niſi probet ſe ſumman diligentiam adhibuiſſe 45 nu.4.5

vniuerſitas vel priuatus ſi habet ex antiqua conſuetudine ius imponendi collectas, ſeu nouas gabellas, ipſas imponere poteſt 396 nu.26

vniuerſitas quælibet ſeu caſtrum poteſt imponere gabellam animalibus delatis cauſa commercij 386 numero 27.28

Et pariter animalibus, tranſeuntibus per eius territorium. ibidem

vniuerſitas aduerſus fatalia decurſa reſtituitur in integrum ex cauſa ſuperuenientis mortis ſui procuratoris 558 nu.7

vniuerſitas non obſtante iuramento ſui ciuis poteſt inuito ipſo iurante eundem defendere, vt non fiat præiudicium vniuerſitati 399 nu.16

vniuerſitatis maior pars non poteſt ſtatuendo tollere ius ſemel vniuerſitati quæſitum, nec aliquod inferre præiudicium 398 nu.9

vniuerſitatis maior pars non poteſt ſtatuere contra id quod prius concorditer ordinatum fuit ab omnibus 398 nu.10

vniuerſitates regni pro commodiori ſolutione fiſcalium functionum virtute regiæ pragmaticæ Sereniſsimi Regis Ferdinandi primi poſſunt ſibi imponere datia ſeu gabellas pro eius arbitrio 394 nu.5

volo, verbum hoc, an inducat diſpoſitionem in contractibus, & an in vltimis voluntatibus 356 numero 1.2.3.5

volens pro vſu proprio domum communem inhabitare inuito ſocio præfertur, vbi non haberet aliam habitationem pro vſu proprio, ita quòd vſus fuerit inopinatus 358 nu.7

voluntas magis declaratur ex actis quàm ex verbis 25 numero 3

voluntas patris in teſtamento facit ceſſare omnis fraudis ſuſpicionem 503 nu.2

voluntas præſumitur durare 384 nu 36

voluntas teſtatoris licet ſit ſeruanda, non erit tamen ſeruanda, quando veniret in derogationem legis aliud diſponentis, vnde quando lex vult vnum, & teſtator diſponit aliud, ſtatur legi aliter diſponenti 503 nu.4.5

voluntas datur ex verbis intelligi, vbi multa cum multa cumulata circa hæc 237 nu.16

voluntas intelligitur rebus ſic ſtantibus, & in eodem ſtatu permanentibus 463 nu.19

vſufructuarius poteſt repetere à proprietario expenſas vtiles quas fecit pro re quam vſufructuarius conſequitur 502 nu.4

vtilitas contractus alienationis ſatis apparet eo tunc quod de contrario non liquet 316 nu.2

vulnerare nō poſſum gladio inſultantē me cū baculo, ſi poteram aliter me defendere: prout in dubio præſumēdū eſt me aliter defendere poſſe 156 nu.3

vulnerans ſi accuſatus fuit de vulnere, & petitum puniri, dicitur criminaliter actum: & videtur petitum





tum de lege cornelia condemnari 128 nu.13

vulneratus, ſi adhibuit medicum ignarum, & bibit vinum purum, & alia contra regulam medicinæ fecit dum vulnus eſſet in capite, facit vt vulnerans non teneatur de morte ſecuta 242 nu.11

vulneratus, quòd deceſſerit ex vulnere, probatur ab effectu, videlicet, quòd mortuus eſt: & ſic exitus acta probat 242 nu.10

vulneratus ſi fecit ordinatam vitam, facit vt mors ſecuta ſibi imputetur 242 nu.13

vulneratus non dicitur mortuus ex vulnere, ſi non obſeruauit regulas medici, & ſua culpa perit 6 nu.6

vulneratus ad mortem dicitur ille, qui ſecundum regulas medicinæ non poteſt euadere, vel cum magna difficultate 6 nu.4

Quod vulneratus ſeu percuſſus in loco periculoſo non ſit mortuus ex vulnere, probatio huius negatiuæ eſt multum difficilis 6 nu.5

vulneratus debet ipſe ſe curari facere, & ſi non adhibuit ſibi ſalutifera, non excuſatur 127 nu.5

vulneratus ſi aliquis fuit pluribus vulneribus ſibi datis per plures & moritur, nec ſcitur, cuius ictu perierit, facit omnes teneri de homicidio 10 nu.1

Si vnus vulnerauit non letaliter, & alius letaliter percuſsit, & occidit: ille qui intulit vulnus non letale, tenetur de ope præſtita vulneranti letaliter, & ſic occidenti 10 nu.2

Idem eſt habendum pro ſtatuto ſeu expreſſo, de quo ſi fuiſſet quis interrogatus, idem reſpondiſſet ſeu ſtatuiſſet 10 nu.3.4

vulnerato ſi ſuperuenit febris poſt multos, & plures dies à die illati vulneris, adeò quòd moritur, dicitur ex febre ſuperueniente mortuus, & non ex vulnere 7 nu.9.10.11

vulnus in dubio præſumitur letale, & in dubio vulnerans tenetur de occiſo, cùm euentus mortis ſequutæ id oſtendat, & tamen totum hoc conſiſtit in arbitrio iudicis 127 nu.3

vulnus mortale dicitur, quando apparuit in vulnerato ſignum mortale tempore vulneris, vel infra paucos dies 6 nu.7.8

vulnus ex quo quis deceſsit ſi non adparuit de ſe mortale, debet ſaltem pœna mitigari 7 nu.13

vulnus poteſt iudicari mortale & non mortale, ex iudicio medicorum 242 nu.12

vulnus tunc dicitur mortale, quando ſecundum regulas medicinæ percuſſus non poteſt euadere mortem, vel cum magna difficultate 241 nu.7

vulnus an ſit mortale necne, non poſſunt hoc deponere, niſi medici 242 nu.8

vulnus ſi probatur fuiſſe mortale, non iuuant probationes, quòd ob malam curam vel negligentiam deceſſerit 128 nu.11

Interpretis vnius dicto ſtatur, quando alij non interfuerint 128 nu.12

vulnus quādo eſt in loco periculoſo, & medicus refert eſſe mortale, tūc probatio negatiuę, videlicet quòd nō deceſſerit ex vulnere, eſt valde difficilis 127 n.4

Si ſuper vulnere medici examinati diuerſimodè deponunt, eo caſu iudicatur contra vulnerantem: & pręſumitur ex vulnere deceſsiſſe 128 nu.6

vxor quando mittitur in poſſeſsionem bonorum viri pro dote, licet ſibi computet fructus bonorum in ſortem & ſic in dotem, tamen ſecus erit, quando mitteretur in poſſeſsionem in caſu inopiæ viri tunc fructus cederent ipſi mulieri 466 nu.18

vxor mortuo viro ſi adminiſtrauit bona mobilia, & & alia, non reddito computo & ratione ipſorum bonorum, non poteſt vti retentione bonorum quondam viri, & ibi narratur quæ requirantur concurrere 474 numero 9

vxor poteſt repetere dotes, id eſt, aſſecurationem dotium ſuarum, dum vir ob delictum aufugit, & vadit vagando 133 nu.4

vxor habet bona mariti hypothecata pro dotibus ſuis & nedum pro dotibus, ſed etiam pro alimentis, pręſertim quando mulier eſt pauper, & non habet vnde ſe alat: etiam quod nullam dotē dediſſet 133 nu.5

vxor debet alimentari à viro, etiam quòd nullam ſibi dotem conſtituiſſet ſeu aſsignaſſet 134 nu.6

vxor cùm habeat hypothecam in bonis viri pro ſuis dotibus, propter dictam hypothecam competit ſibi electio in dictis bonis 134 nu.7

vxor vbi præſumeret de morte viri, qui acceſſerat ad longinquas regiones, & diu abſens ſtetiſſet, per ſolam famam publicam de eius morte poſſet proculdubio ſecundò nubere 360 nu.1.2.4

vxor agens virtute legati non tenetur probare rem illam fuiſſe in bonis ipſius teſtatoris legantis, ſed pro ceſsiſſe à teſtatore duntaxat 474 nu.5

vxor poſt mortem viri poteſt remanere in poſſeſſione bonorum viri hypothecatorum ſibi pro ſuis dotibus, & iuribus pro quibus vti poteſt retentione in eis 474 nu.6.7. Maximè vbi mulier ipſa declaraſſet animum ſuum velle illa pro dote retinere ibid.

vxor habet hypothecam in bonis viri virtute dotium ſuarum, & ſucceſsiuè competit ſibi electio 464 nu.1 465 nu.2

vxor ob vergentiam viri ad inopiam poteſt aduocare pro iuribus ſuis dotalibus, & dote, bona viri etiam emphyteutica 465 nu.3

vxor non poteſt conſtante matrimonio dotem repetere niſi viro vergente ad inopiam, vel vagante per mundum 433 nu.13.14

vxor nedum cohabitans viro præſumitur ſcire facta ſui viri, verùm & quilibet conſanguineus, præſumitur ſcire facta ſui conſanguinei 433 nu.6

vxor ſe obligans inſimul cum viro etiam quòd maritus apparet ſolùm fideiuſsiſſe pro ea, nō ex hoc poterit inſolidum conueniri, niſi probatur in ſui vſum conuerſum, & ipſam recepiſſe 426 nu.5

vxor non poteſt teſtificari pro viro 29 nu.4

vxores duas ducens eodem tempore viuentes, non debet decapitari, ſed pœna ſtupri ſuprà dicta puniri, ſubdit in hoc eſſe aduertendum, quia multi iudices errant 227 nu.2


FINIS.

*Series chartarum huius voluminis.*

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii.

*Omnes ſunt terniones, præter Ii, qui eſt duernio.*